6
7–C
31

6
9 0
20

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6–7. C. 31

Digitized by Google

HISTORIA VNIVERSITATIS PARISIENSIS

TOMVS QVARTVS.

Digitized by Google

HISTORIA VNIVERSITATIS PARISIENSIS.


COLLEGIORVM PLVS QVAM TRIGINTA FVNDATIONES. Statuta, Privilegia, Reformationes, Conſervatricis Curiæ Apoſtolicæ Officiariorumque ejuſdem Inſtitutionem : aliarum Vniverſitatum, quæ ex eadem communi Matre prodierunt, erectiones : Legationes plurimas ad Reges exteros & ad alias Vniverſitates : Pontificum, Regum & Vniverſitatum ad eandem Bullas & Litteras authenticas. Ejuſdem in reducenda pace Regni & Eccleſiæ Catholicæ, in extinguendo Schiſmate diuturno, in Monteſonianæ opinionis expugnatione curas & labores, pro tuendis Regis Regnique & Eccleſiæ Gall. Iuribus & libertatibus pugnas, in negotiis Fidei Cenſuras & judicia ab eadem petita & reddita, aliaque id genus ex Autographis deſumpta pluſquam trecentis Tabularij Academici, Manuſcriptis Codicibus & membranis complectens.

Autore CÆSARE EGASSIO BVLÆO, *Eloquentiæ emerito Profeſſore, antiquo Rectore & Scriba ejuſdem Vniuerſitatis.*

TOMVS QVARTVS.

Bibliotheca Ab anno 1300. ad annum 1400. Soc.

Coll. Rom. Soc. Jesu



PARISIIS,
Apud PETRVM DE BRESCHE, Typographum Reginæ ordinarium, & Bibliopolam juratum Univerſitatis Pariſienſis;
ET
IACOBVM DE LAIZE DE BRESCHE, viâ Iacobæâ è regione Sancti Benedicti.
M. DC. LXVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

NE te moretur, Amice Lector, agnoſces in hoc Hiſtoriæ noſtræ volumine partem roboris & Iuventutis Academicæ. Partem dico Iuventutis robuſtæ: nam ſi quis Vniuerſitatem Pariſienſem quaſi hominem conſideret, ut ait Florus de populo Rom. totamque eius ætatem percenſeat, vt cœperit, vt adoleuerit, vt quaſi ad quendam iuuentæ florem roburque virile peruenerit, vt poſtea velut conſenuerit, 4. gradus proceſſuſque eius inueniet. Primam eius ætatem ac veluti pueritiam annis circiter 300. circunſcribimus, nempe ab anno Chriſti 790. ad an. 1100. ſequentem, quæ adoleſcentia eſt, ducentis, ab an. 1100. ad annum 1300. tertiam ducentis quinquaginta à Philippo Pulchro id. ab an. 1300. ad obitum Franciſci 1. hoc eſt ad ân. circiter 1550. quæ fuit ipſa eius iuuenta & quaſi quædam robuſta maturitas. Dehinc ad noſtra tempora propter intercurrentes bellorum ciuilium tempeſtates aliaſque cauſas plurimùm amiſit virium & quaſi conſenuit; niſi quod regnante Ludouico Adeodato, vt omnes Regni ſui partes in florentem ſtatum indefeſsâ curâ reducere laborat, ita ſperamus quoque fore vt reformatâ ſtudiorum conſuetudine prauâ, quæ inualuit, & Scholarum nimiâ multiplicitate, Senectus Vniuerſitatis quaſi redditâ iuuentute reuireſcat. Scilicet

Et ſpes & ratio Studiorum in Principe tantùm;
Solus enim triſtes hac tempeſtate Camœnas

Conſolari, fouere & alere poteſt. Dignum opus eſt Imperatore tanto, cui parem Hiſtoria Gallicana nullum repræſentat, præter inuictum Carolum Academiæ Parentem & Inſtitutorem, cuius ſi velit in reparatione bonarum Artium, vt in bello geſtis exemplum imitari, affluentem illam extraneorum Scholarium multitudinem quam Carolus ex omnibus mundi partibus incredibili ſuauitate animi & inexhauſtis liberalitatis opibus allexerat, ſuis temporibus redire videbit, vetabitque deſiccatum per malè diductos Prouinciarum canales alueum Pariſienſem deinceps exareſcere. Lethale illud vulnus eſt, quod intima ipſa Academiæ viſcera profundiſſimè penetrauit.

Digitized by Google

Heu quàm inauſpicato factum eſt iniquitate temporum vt vileſcant hodie Collegia noſtra tam ſanctè tamque piè olim inſtituta, deque iis omnino ſubuertendis cogitetur, quæ tanto ſtudio tamque liberali Principum ac Magnatum munificentiâ hoc ſeculo ſexto extruebantur tanto numero & dotabantur! Non erit profecto, non erit numeroſitas illa (vt vulgò iactatur) inutilis, ſi Scholarum Prouincialium exercitia debito iuſtoque fine coarctentur. Ea replebuntur alumnis vt primitùs, imò longè pluribus; pluraque etiam quam nunc ſint, ad publicam litterarum profeſſionem eſſe neceſſaria comperientur.

Bene ſani Medici partem ægram non amputant continuò, ſed origine mali detectâ ſublatâque laboranti ſuccurrunt. Scimus vnde areſcat Vniuerſitas; aggeres illi diſturbandi, vt liberè diffluant ad illam riui, & viciſſim efficiendum vt ipſa Otioſos homines quibus hîc exundat, refundat in Prouincias & ad opus paſtorale transmittat. Sic redibit ipſi ſplendor ſuus, ſic Collegia noſtra, ſi quæ nunc ſunt Otioſorum & inertium hominum receptacula, priſtinum ad quem inſtituta ſunt, vſum cultumque reſument.

Id ſit Ludouici XIV. illuſtre facinus; cuius ætatem ſi res iſta prætereat, fruſtra ſperamus futurum aliquando, vt eam vllus Regum exequatur. Nam, proh Deum immortalem! quando ſecula aptiorem dabunt, aut parem? quando Regem habebimus magis oculatum, magis ſtrenuum, Regni ſui reformationi magis intentum, magis denique Regem? quando Optimates & rerum gerendarum Miniſtros peritiores, prudentiores, potentiores? quando Cancellarium è ſcholis noſtris doctiorem, meliorem? quando Senatum Pariſ. cum Principe ſuo erga nobilem hanc Academiam, ſtudio affectuque propenſiorem? quando denique Treſviros Regios bono publico magis conſulentes, magis ex animo Academicos? Ergo bonum illud regnante Ludouico ſperare liceat quod optamus, aut nunquam.

Verùm vt ad te redeam, Amice Lector, volumen hoc quartum quod habes forte contra ſpem exſpectationemque tuam (ſi ſuſceptum opus non diſplicet) expende æquis oculis, æquo iudicio. Quintum & ſextum nec ſperes nec deſperes. Vt ſe dabit occaſio, vt vires ſuppetent animi & corporis, ut facultatum modulus ferre poterit, vt denique Rex patietur qui licentiam ſcribendi mihi fecit non modò, ſed & vt pergam imperauit, ex his augurare & metire progreſſum operis aut moram. Interim hoc de me perſuaſum habe, dum refero Partium certamina, me nullius eſſe partis. Hiſtoricum agere mihi iam pridem propoſitum eſt, non arbitrum aut Iudicem, actaque referre ſolummodo, non laudare aut criminari, niſi quantum decet hominem ſanum & ſobriè ſapientem: ſi exerrauero ab hoc propoſito, tu me benignè reduc in viam. Atque vt agnoſcas quàm non ſim ego ingratus placidè monentibus, iis etiam qui malo licet animo, bene tamen reprehendunt, gratias ago, eorumque diligenti ſtudio & operâ vti conſtitui, ne dum leges, meo ductu aberraſſe queraris. Corrige igitur mecum quod eſt ab iis non iniuſtè reprehenſum: nam quæ qualiſque fuerit, vt denique ſe habuerit cenſura cæterorum, ne me interroges, interroga famam publicam.

Corrigenda 1. Tomo.

IN Ep. dedicatoria ad Regem, vbi Bardam voco Imperatorem, voca Auguſtum ſeu Cæſarem, vt habes pag. 186. quanquam illum ideo Imperatorem appellaui, quia ſub ignauo Michaële Imperatorem agebat; vt Odo Regem ſub Carolo Simplice; vnde & ipſe Rex in Annalibus noſtris appellatur.

Pag. 34. vbi loquor de Narbonenſi Academia, & dico Narbonem Ciuitatem à Narbone MartioCònſule inſtauratam. Pone *à Q. Martio Narbone*. Coſ. nam vt legitur apud Velleïum Paterculum l. 1. *Narbo Martius in Gallia M. Portio Q. Martio Coſſ. ab hinc annos circiter 153. deducta colonia eſt.* Hinc Brietius 2. par. Galliæ antiquæ l. 6. c. 4. de Allobrogibus loquens, *deuicti per Q. Martium Narbonem, à quo condita Narbo Colonia.*

Pag. 480. vbi refero inuentum à Mercatoribus Anglis S.Nicolai *corpus in mari fluctuans*; quanquam ſine autore non puto me ſcripſiſſe, dic *oſſa in liquore olei natantia inuenta.* De anno verò non conuenit inter Autores. Sigebertus annum notat 745. Chronicon Senonenſe l. 2. c. 22. an. 775.

Tom. 2.

PAg. 30. vbi de Ruperto Tuitienſi loquor, ſic corrige quod tranſpoſitum incuriâ fuit. *Florebat Rupertus qui ſub Beringero Abbate in S. Laurentij Leodienſi Cœnobio, Monachus, poſtea Tuitienſis Abbas factus.*

Pag. 490. vbi dico *Accone olim Ioppe*, corrige, *olim Ptolemaide.*

Pag. 510. vbi de Iacobo Vitriacenſi, *loco demum Cardinalis*, pone *& Cardinalis*, irrepſit mendum, quod in catalogo ipſe correxeram.

Pag. 665. vbi Clericos & Sacerdotes dico iure diuino non potuiſſe in carcerem compingi, adde parentheſim, (*vt tum loquebantur.*)

Tom. 3.

PAg. 448. vbi ad an. 1279. ſic ſcribo. *Ottobonus Fliſcus qui poſtea Cardinalis & Papa Adrianus V. factus eſt, erat Canonicus Pariſienſis.* Hæc reponenda ad an. 1276. pag. 422. vbi de Ottobono qui ante promotionem ad Pontificatum Canonicus erat Pariſienſis: errorem fecit inuerſio notæ 6. in 9.

Tom. 4.

PAg. 280. ad an. 1343. refer illa quæ ibi dico de M Guill. Gorrien Rectore ad an. 1373. pag. 442. incertæ notarum veterum figuræ hunc errorem fecerunt.

Pag. 315. ea quæ de Ricardo de Bury ſcribo, refer ad an. 1343. & conſule quæ de ipſo habentur in Indice.

Pag. 906. dele quæ appoſita vides ad marginem.

Si præter iſta & alia quæ tu ipſe facilè emendabis, vel verbum aliquod minus accuratè poſitum aut expreſſio fortè durior occurrerit, id totum ſaniori iudicio & Eccleſiæ correctioni ſubmiſſum cupio.

Errata	*Pag.*	*Lin.*	*Correcta*
Tua ſacris	9	11	Tu à ſacris
claritatem	9	13	claritatum
ſimul cum	14	15	ſimul cum
nullum	15	10	nullatenus
Regum	28	34	Regnum
& non	31	30	& Nos
pater	32	32	pares
et iudicari	36	26	& iudicari
quod ad Conc.	38	18	quos
Vniuerſitatis	47	44	Vniuerſitas
de materia	52	50	in materia
fierunt	61	22	ferunt
Treconenſi	62	2&4	Trecorenſi
opinior	66	8	opinor
retrahis	67	12	retrahit
prouideri	83	15	prouidè
ad ſancti Dei	85	2	ad ſancta
cuiuis	86	78	cuius
retinenda	92	25	retinendo
perficientes	63	38	proficientes
dictu	99	33	dic tu
mors eſt	100	55	moris eſt
membraram	109	33	membranam

Errata	*Pag.*	*Lin.*	*Correcta.*
peſſimiam	210	19	peſſimam
fa	ibid	56	fas
alij	212	40	alijs
ferent	215	9	ferreot
volumus	277	40	nolumus
quomolibet	279	23	quomodolibet
moleſtaque	284	47	moleſtèque
centinuare	285	1	continoare
regiminis quę	212	1	regiminiſque
ſecundum S. Fran.	220	14	adde regulam
cum quibus	235	44	cum quibuſdam
in ſacris	ibid	5	è ſacris
rationis conſ.	287	32	rationi conſona
præſentes	289	27	præſentem
Profeſſore	317	10	Profeſſor
& eiſdem	ibid.	17	vt
ſtatum	324	38	ſtatutum
Propoſitum	329	12	Præpoſitum
commentum	331	28	commeatum
illum in	337	49	tolle *in*
pontificum	338	6	pontificium
nec meliorē eſſe ad	344	47	nec meliorem eſſe viam ad
compo. rationum	360	27	comp. rationem

Errata	*Pag.*	*Lin.*	*Correcta*
hab. decentst	563	50	decente
poſdiſſe	396	46	pndiſſe
moneſene	458	31	monerent
aenete	455	26	leoire
ſide teſt.	461	25	ſidele
promoueris	466	16	promnueri
S. Patri	16	24	S. Petri
&	467	8	at
Vniuerſitati	481	14	Vniuerſitati
Gregnrii	16	27	Gregnrius
Cardinali	489	43	Cardinalis
iſte	490	16	iſta
1377.	565	34	1378.
Facuſtatibus	567	35	Facultatis
nationem	580	14	rationem
Euchariſtim	584	39	Euchariſtiam
ſuaque quæ	ibid	53	tolle *quæ*
non fuiſſent	587	53	tolle *non*
hoc puto	589	43	hoc pactn
Medicinæ	591	50	Decretorum
& iterum	618	41	tolle &
Bernarditas	619	2	Bernarditam
ſeſto	674	7	teſte
Pragam	685	32	Praga
præponerent	732	16	proponerent
via	740	2	viæ
quia	751 ver.		qui à
mouee	752 rect. 25		amooet
qui faces	752 ver 46		tolle *qui*
Præſidentes	811	1	Præſidentis
agentibus	ibid.	25	à Gentibus

Errata	*Pag.*	*Lin.*	*Correcta*
pronocandum & appellaodum	823	34	pronocantium & appellantium
detractam vel me	824	46	detractum vel
quarum	817	6	quotum
Petrum	818	47	Petrus
Carolum 12.	878	44	dele 12.
gratibus	883	34	artibus
Ma rum	887	38	Maiorum
lecturem	894	49	lecturam
Cancellario	815	2	& Cancellario
ſuo à fioe	896	9	ſuos à fine
proſpoſitinne	897	50	propoſitione
tentaret	898	41	tentarent
in legitur vt	898	43	vt leg. in
quis	902	3	qui
animadueretque	ibid.	21	animaduerteretq;
Bedellis	904	6	Bedelli
Ambaſſiato	905	2	Ambaſſiatnr
Regeſtris	ibid.	54	Regeſtis
maluerit	909	6	maluerine
præſeote	911	47	præſentes
pauper	912	18	pauperi
habamus	915	45	habemus
conſueuerunt	910	19	cnoſuluerunt
1567.	949	25	1561.
Vniuerſitatis	953	56	Vniuerſitas
Inoec. IV.	952	5	In. VI.
de qua	969	14	qua de re
hæc de te	970	8	hac de re
Clemens II.	981	25	Clementi IV.

SEXTVM

Digitized by Google

SEXTVM SECVLVM VNIVERSITATIS PARISIENSIS.

AB ANNO 1300. AD ANNVM 1400.

HACTENVS veluti pueritiam & adoleſcentiam Vniuerſitatis Pariſienſis contemplati ſumus: in hoc & ſequenti ſeculo juuenilis viriliſque ætatis robur & animos conſpiciemus, dignitatem, ſplendorem, Religionem, apud exteras gentes commendationem & famam, Regum & Pontificum erga litteras & litteratos amorem, Collegiorum complurium in hac Academia fundationem; florem denique Iuuentutis Academicæ omnium oculos animoſque rapientem; ſimul verò ſi quid occurrerit in Eccleſia & in Regno magis commendabile, pro inſtituto noſtro complectemur.

Primus autem huiuſce ſeculi annus habet hoc commendabile & æternâ memoriâ dignum, quod eo Bonifacius Pontifex ſacram Iubilæi indulgentiam promulgauit, plenamque fidelibus peccatorum remiſſionem propoſuit. Quamobrem tantus factus eſt ex vniuerſo orbe ad Romanam vrbem concurſus hominum pœnitentium tamque ſalutaris lucri cupidorum, vt in ſingulos dies aliquando numerata ſint ducenta hominum millia; quod verò mirabile eſt, ad tantam hominum copiam alendam alimenta ſuccreſcere viſa ſunt.

Item Rex Philippus 14. Aug. oblatos ſibi à Petro Sorano Eccleſiæ Aurelianenſis, vel, vt alij dicunt, Ambianenſis Cantore, 12. Cœleſtinos quos ex Italia acciuerat, lætanter excepit & in Francia collocauit. A prædicto Pontifice Vniuerſitas Oxonienſis priuilegium obtinet exemptionis ab omni iuriſdictione Archiepiſcoporum & Epiſcoporum in cauſis & litibus ſuis, antiquorumque Priuilegiorum confirmationem: imprimis verò vt Cancellarius, qui illius Vniuerſitatis Rector eſt, Curiam ſuam haberet, prout antè habuerat, Cauſaſque Academicas veluti ſupremus iudex cognoſceret.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dignum cenſemus vt perſonis litterarum ſtudijs inſiſtentibus, per quas diuini nominis & fidei Catholicæ cultus protenditur, iuſtitia colitur, tam publica quàm priuata res geritur vtiliter, omniſque proſperitas humanæ conditionis augetur, fauores gratioſos & opportuna commoditatis & libertatis auxilia liberaliter impendamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectorum filiorum, Cancellarij, Magiſtrorum, Doctorum & Scholarium Vniuerſitatis ſtudij Oxonienſis Lincolnienſis Diœceſis petitio continebat, quod olim nonnulli claræ memoriæ Reges Angliæ qui fuerunt pro tempore, pro maiori pace, quiete & tranquillitate ſtudentium in eodem ſtudio ipſis Magiſtris, Doctori-

PRIVILEGIVM OXON. ACAD. CIRCA IVRISDICTIONEM CANCELLARII SEV RECTORIS.

» bus & Scholaribus nonnulla Priuilegia per clariſſimum in Chriſto filium no-
» ſtrum Regem Angliæ illuſtrem poſtmodum confirmata, & inter alia conceſ-
» ſerunt, quod Cancellarius dicti ſtudij pro tempore exiſtens haberet omnimo-
» dam cognitionem quorumcunqne contractuum, factorum, vel quaſi facto-
» rum, nec non punitionem ſeu correctionem delictorum commiſſorum pro tem-
» pore infra limites Vniuerſitatis prædictæ, vbi ſaltem altera partium, Schola-
» ris vel Seruiens eius, aut aliàs iuriſdictioni dicti Cancellarij ſubiectus eſt: ita
» quod nullus Scholaris præfati ſtudij vel Seruiens ipſius, ſeu de huiuſmodi iu-
» riſdictione Cancellarij exiſtens occaſione præmiſſorum, vel alicuius eorum-
» dem etiam per Breuia Regia extra Vniuerſitatem præfatam trahi poſ-
» ſet, tribus caſibus, videlicet homicidio, mutilatione & libero tenemento
» duntaxat exceptis: quodque ipſi Magiſtri, Doctores & Scholares vigore con-
» ceſſionum huiuſmodi in pacifica poſſeſſione vel quaſi priuilegioram fuerint,
» à tempore cuius contrarij memoria non exiſtit. Quare pro parte Magiſtro-
» rum, Doctorum & Scholarium præmiſſorum nobis humiliter fuit ſupplicatum,
» vt ijs ſimilem conceſſionem facere, eoſque ab omni iuriſdictione, dominio &
» poteſtate quoruncunque Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & aliorum Iudi-
» cum ordinariorum eximere de dignitate Apoſtolica dignaremur. Nos ergo
» huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Scholares & alias perſonas iuriſdictioni
» Cancellarij dicti ſtudij pro tempore exiſtentis ſubiectos & in ipſo ſtudio pro
» tempore degentes, etiam ſi fuerint in ſacris ordinibus conſtituti, ſeu Beneficia
» Eccleſiaſtica obtineant, aut quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium
» vel aliàs à Sede Apoſtolica exempti fuerint, quandiu in dicto ſtudio degerint,
» ab omni iuriſdictione, dominio, vel poteſtate quoruncunque Archiepiſcopo-
» rum, etiam Legatorum natorum dictæ Sedis, nec non Epiſcoporum, aut alio-
» rum Ordinariorum Iudicum quoad contractuum initorum vel quaſi, nec non
» exceſſuum, criminum & delictorum infra huiuſmodi limites præfatæ Vni-
» uerſitatis commiſſorum cognitionem, & ipſorum exceſſuum, ac delictorum
» & contractuum vel quaſi, correctionem & punitionem vnà cum ipſo Cancel-
» lario quoad præmiſſos duntaxat, non, vt præfertur, exceptos caſus & omnes
» actus ſcholaſticos authoritate Apoſtolica tenore præſentium eximimus & to-
» taliter liberamus ipſos Scholares & perſonas alias quandiu in præfato ſtudio,
» vt præfertur, degerint, prædicto Cancellario ſubijcimus. Ita quod idem Can-
» cellarius de contractibus initis ac de exceſſibus delictorum & criminibus
» commiſſis per Scholares & alias perſonas huiuſmodi cognoſcere, ac exceſſus,
» crimina & delicta huiuſmodi corrigere & punire, & omnimodam iuriſdictio-
» nem Eccleſiaſticam & ſpiritualem in eoſdem Scholares & perſonas alias exer-
» cere liberè & licitè valeat, ſecundum ſtatuta, priuilegia & conſuetudines præli-
» bati ſtudij, conſtitotione felicis recordationis Innocentij Papæ IV. prædeceſ-
» ſoris noſtri circa Exemptos edita, quæ incipit VOLENTES, & alijs conſtitu-
» tionibus Apoſtolicis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nos enim ex-
» communicationē & interdicti ſententias & quoſcunque proceſſus quas & quos
» contra præfatum Cancellarium & Scholares & alias perſonas dicti ſtudii con-
» tra tenorem & formam exemptionis & liberationis promulgari & haberi con-
» tigerit, Decreuimus irritos & inanes, iuriſdictione tamen & poteſtate Can-
» cellarij & Vniuerſitatis ac Collegiorum eiuſdem ſtatutis & conſuetudini-
» bus, priuilegiis & libertatibus, illis præſertim quibus caueri dicitur, quod in
» præmiſſis Procuratores & Congregatio Magiſtrorum dictæ Vniuerſitatis in
» huiuſmodi Cancellarium iuriſdictionem habeat, in omnibus ſemper ſaluis.
» Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 2. Id. Iunij Pon-
» tif. noſtri an. 6.

PRIVILEGIVM MENDICANTIVM PRO SEPVLTVRIS.

Eodem anno idem Pontifex indulget Minoritis, ne vltra quartam partem funeralium teneantur Curatis & Parochiarum Rectoribus pro ſepulturis pendere. quæ Bulla contra eoſdem accendit inuidiam Parochorum. legitur autem in Reg. Vatic. Ep. 160.

BONIFACIVS Ep. S. S. Dei. Dilecto filio Miniſtro Generali & fratribus Ord.
» Fratrum Minorum ſal. & Apoſt. bened. Nuper vt diſcordiæ materia tollere-
» tur, quæ inter vos ex parte vna, & Prælatos, Rectores & Sacerdotes ſeu Cle-

ricos Parochialium Eccleſiarum per diuerſas Mundi Prouincias conſtitutos ex altera ſuper nonnullis articulis conſueuerunt exoriri, ſtatuendum inter alia duximus & etiam ordinandum, vt omnes poſſitis admittere ad Eccleſiaſticam ſepulturam, qui apud Eccleſias & loca veſtra eligerent ſepeliri, quodque de obuentionibus omnibus tam funeralibus quàm quibuſcunque & quomodocunque relictis indiſtinctè vel diſtinctè ad quoſcunque certos & determinatos vſus, de quibus etiam quarta Eccleſiaſtica portio dari ſeu exigi non conſueuit, ſeu non debet de iure, nec non de datis, ſeu qualitercunque donatis in morte, ſeu mortis articulo, aut in infirmitate donantis vel dantis de qua deceſſerit, quomodocunque directè vel indirectè vobis, vel aliis pro vobis quartam partem quam Apoſtolica authoritare taxauimus, & etiam limitauimus, Parochialibus Sacerdotibus & Eccleſiarum Rectoribus ſeu Curatis integrè teneamini elargiri. Verum quia ſicut ex parte veſtra fuit expoſitum coram Nobis quod in quibuſdam locis conſueuit ſolui medietas, & in aliis tertia, ſeu alia pars de prædictis pro huiuſmodi Eccleſiaſtica portione, propter quod ſuper medietate vel tertia ſeu alia parte huiuſmodi, præſertim de cera vltra dictam quartam per Nos taxatam aliquando impeti vos contingit, Nos ſuper hoc vobis ex abundanti, cum huiuſmodi ſtatutum & ordinatio noſtra euidenrer id habeant, prouidere volentes, authoritate Apoſtolica declaramus, vt ad exhibendum de præmiſſis eiſdem Parochialibus Sacerdotibus & Eccleſiarum Rectoribus ſeu Curatis niſi dictam quartam per nos, vt præmittitur, taxatam & limitaram in quibuſcunque locis prætextu alicuius conſuetudinis minimè teneamini, nec poſſitis etiam coarctari. Nulli ergo noſtræ taxationis, limitationis, declarationis paginam &c. Datum Anagniæ 6. Kal. Iunij Pontif. noſtri an. 6. Ad hunc annum die Martis poſt Dominicam, qua cantatur *Iudica me* legitur in quodam Chartulario Epiſcopi Pariſ. quod eſt *de temporalitatibus* quædam conſtitutio Philippi Regis de numero Notariorum Caſtelleti, quos, quia nimio plures erant, ad ſexaginta redegit, eorumque nomina commemorat, & inter alios nominat *Petrum Bedellum* Vniuerſitatis Pariſienſis.

Anno 1301. Philippus Rex omnia Vniuerſitatis Priuilegia ab Anteceſſo- 1301.
ribus ſuis eidem conceſſa, quæ nondum ipſe poſt inaugurationem ſuam confirmarar, hoc celebri & ſolenni Diplomate confirmat.

Philippus D. G. Francorum Rex. Notum facimus vniuerſis tam præſentibus quam futuris, Nos inclytæ recordationis Chariſſimi Domini & Genitoris noſtri Philippi Francorum Regis litteras vidiſſe formam quæ ſequitur, continentes. PHILIPPVS D. G. Francorum Rex. Notum facimus vniuerſis tam præſentibus quam futuris, quod Nos litteras inclytæ recordationis præchariſſimi Domini & Genitoris noſtri Ludouici Regis Francorum vidimus in hæc verba. In Nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Ludouicus D. G. Francorum Rex. Nouerint vniuerſi præſentes pariter & futuri Nos chartam inclytæ recordationis Philippi aui noſtri quondam Francorum Regis illuſtris inſpexiſſe in hæc verba. In Nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Philippus D. G. Francorum Rex. Nouerint vniuerſi præſentes pariter & futuri, quod propter illud enorme flagitium, quo Pariſius Clerici & Laïci quinque numero à quibuſdam Maleficis interfecti ſunt, talem iuſtitiam faciemus, quod Thomam illum tunc Præpoſitum, de quo ſuper alios Clerici ſunt conqueſti, quia factum negat, in perpetuis detinebimus vinculis, in arta cuſtodia & paupere victu quandiu vixerit, niſi forte ipſe elegerit ſubire iudicium aquæ Pariſius publicè: in quo, ſi ceciderit, damnatus erit: ſi liberatus fuerit, nunquam Pariſius deinceps vel alibi in terra noſtra propria erit Præpoſitus noſter vel Balliuus noſter, nec etiam alibi dum id vetare poſſimus per rationem, nec Pariſius inrrabit de cætero. Et ſi per bonam & legitimam inquiſitionem, quam commiſimus duobus fidelibus noſtris G. Camerario & Philippo de Lewis ſine omni perſonarum acceptione facienda ſub adiuratione fidei quâ Chriſtiani ſunt, quamque Nobis debent Domino ſuo Ligio, & per iuramentum quod nobis fecerunt de honore & conſilio noſtro intelligere poterimus, quod amplius inde facere poſſimus aut debeamus ſine vllo arreſtamento faciemus ſaluo Dei honore & noſtro. De alijs autem qui in cap-

Confirmatio Priuilegiorum Vniuerſitatis.

» tione ſunt pro eodem foreſacto, hoc faciemus quod in captione perpetua eos
» detinebimus, niſi iudicio aquæ innocentiam ſuam purgauerint Deo teſte, in
» quo ſi qui ceciderint, eos habebimus pro damnatis: niſi forte aliqui ex eis
» per bonam inquiſitionem Scholarium, à captione per Nos fuerint liberati. Eos
» autem qui fugerunt, pro damnatis habemus. Et omnes Præpoſitos terræ no-
» ſtræ iurare faciemus, quod diligenter inquirent eos, & ſi quem ex eis capere
» potuerint, capient & Nobis mittent Pariſius. De ſecuritate autem Schola-
» rium Clericorum Pariſius in poſterum conſilio hominum noſtrorum hoc
» ordinauimus, quod omnes Ciues Pariſienſes iurare faciemus, quod ſi aliquis
» alicui Scholari ab aliquo Laïco iniuriam fieri viderit, ſuper eo teſtimonium
» perhibebit veritati, nec ſe ſubſtrahet aliquis ne videat. Et ſi contigerit, quod
» aliquis alicui Scholari ab aliquo Laïco iniuriam fieri viderit, ſi Scholaris ma-
» ximè armis percutiatur, aut fuſte aut lapide, omnes Laïci qui viderint, bo-
» na fide comprehendent Malefactorem illum vel Malefactores & tradent Iu-
» ſtitiæ noſtræ, nec ſe ſubtrahent ne videant vel comprehendant, vel teſtimo-
» nium perhibeant veritati. Siuè autem Malefactor captus ſit ſuper ipſum ma-
» lefactum, ſiue non, Nos legitimam inquiſitionem faciemus, ſiue per Clericos,
» ſiue per Laïcos, ſiue per quaſcunque perſonas, & Præpoſitus noſter & Iuſti-
» tiæ noſtræ idem facient. Et ſi intelligere poterimus per legitimam inquiſi-
» tionem, vel Iuſtitiæ noſtræ intelligere potuerint, quod ille cui imponitur, fe-
» cerit illud foreſactum, ſtatim inde faciemus Iuſtitiam vel Iuſtitiæ noſtrę fa-
» cient ſecundum modum foreſacti, non obſtante eo quod foreſactor maleſa-
» ctum negabit, vel quod dicet ſe eſſe paratum defendere per Monomachiam,
» vel purgare per iudicium aquæ. Præterea Præpoſitus noſter, vel Iuſtitiæ no-
» ſtræ pro nullo foriſacto in Scholarem manum mittent, nec in captionem
» noſtram mittent, niſi foriſfactum Scholaris tale viſum fuerit, vt debeat arre-
» ſtari, & tunc Iuſtitia noſtra arreſtabit eum in eodem loco ſine omni percuſ-
» ſione, niſi ſe defenderit, & reddet eum Iuſtitiæ Eccleſiaſticæ, quæ eum cuſto-
» dire debet pro ſatisfaciendo Nobis & iniuriam paſſo. Et ſi foriſfactum grande
» viſum fuerit, ibit vel mittet Iuſtitia noſtra, vt videat quid de Scholari fiet. Si
» verò ſe Scholaris in arreſtatione illa non defenderit, & iniuriam paſſus fuerit.
» Nos ſecundum ſupradictam inquiſitionem & per iuramentum prædictum in-
» de vltionem faciemus. Adhoc in Capitale Scholarium Pariſienſium pro nullo
» foriſfacto Iuſtitia noſtra manum mittet, ſed ſi viſum fuerit illud eſſe arre-
» ſtandum, per Iuſtitiam Eccleſiaſticam arreſtabitur, & arreſtatum cuſtodietur,
» vt de illo Capitali fiat, quod per Eccleſiam fuerit legitimè iudicatum. Quod ſi
» tali hora fuerint arreſtati Scholares à Præpoſito noſtro, quod non poſſit Iuſtitia
» Eccleſiaſtica inueniri, vel ſtatim inueniri, faciet Prępoſitus noſter in aliqua Scho-
» laris domo eoſdem ſine omni iniuria ſicut ſupradictum eſt, cuſtodiri, donec Ec-
» cleſiaſticæ Iuſtitiæ reddantur. De Seruientibus Laïcis Clericorum Scholarium
» qui non debent burgenſiam nobis vel reſidentiam, nec viuunt de mercaturis,
» & inde Scholares non faciant iniuriam alijs, ſic erit quod in eos manum non
» mittemus, nec Iuſtitia noſtra, niſi foreſactum apparens fuerit, pro quo in eos
» debeamus manum mittere aut Iuſtitia noſtra. Pro tenore ſiquidem Priuile-
» gij quod Scholaribus Pariſienſibus contulimus, volumus vt Canonici Pari-
» ſienſes & eorum Seruientes in hoc Priuilegio contineantur, ſed volumus vt
» Seruientes Canonicorum Pariſius & eiuſdem villæ Canonici eandem liberta-
» tem habeant, quam eis prædeceſſores noſtri obſeruare debuerunt. Occaſione
» autem prædictarum Conuentionum, vel occaſione huiuſmodi Chartæ in cau-
» ſam trahi non poterimus niſi in Curiam noſtram. Vt autem hæc cautius
» cuſtodiantur, & ſtabili in perpetuum iure firmentur, ſtatuimus, vt Præpoſitus
» Noſter, & Pariſienſis populus omnia quæ prædicta ſunt, in conſpectu Scho-
» larium ſe bona fide ſeruaturos iuramento confirment. Et de cætero ſemper
» quicunque Officium Præpoſituræ Pariſienſis adminiſtrandum à nobis acce-
» perit, inter ipſa Præpoſituræ ſuæ initia, Dominica ſcilicet prima vel ſecunda
» in vna Eccleſiarum Pariſienſium coram Scholaribus prædicta omnia ſe bona
» fide ſeruaturum iuramento publicè confirmabit. Nos autem prædicta om-
» nia approbamus & volumus, & ſigilli noſtri authoritate & Regij nominis

characterc inferius annotato volumus & præcipimus confirmari. Actum apud Fontē Bliaudi anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo nono menſe Auguſto, Regni verò noſtri an. 3. adſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita ſunt, & ſigna, Dapifero nullo. Signum Roberti Buticularij. S. Bartholomæi Camerarij. S. Marhæi Conſtabularij. Datum vacante Cancellaria. In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius anno Domini 1275. menſe Ianuario.

Item volumus quod ſi aliqua contra prædicti Priuilegij formam per Guilelmum dictum Thibout noſtrum Præpoſitum Pariſius in captione M. Guilelmi le Petit, vel aliàs quoquomodo fuerint attentata, eidem Priuilegio non præiudicent, imò ipſum innouamus, confirmamus & in ſuo decernimus robore primario permanere. Item quia labilis eſt hominum memoria, & Seruientes dicti Præpoſiti Pariſius frequenter mutantur, volumus vt iſtud Priuilegium legatur de biennio in biennium in præſentia Præpoſiti Pariſienſis & omnium Seruientium ſuorum & aliquorum Magiſtrorum de Vniuerſitate ad hoc per Vniuerſitatem deputatorum: & quod lecto Priuilegio & expoſito in Gallico dicat Præpoſitus ſuis Seruientibus, Volo vos ſcire quod ego iuraui iſtud Priuilegium ſeruare, *& ideo præcipio vobis ſub iuramentis veſtris & ſub omni pœna quam poſſum vobis infligere, vt diligenter ſeruetis iſtud Priuilegium quod iuraui, & fiet dicta manifeſtatio Priuilegij & intimatio primaria, Dominica prima poſt feſtum omnium Sanctorum proximè nunc venturum, & ſic deinceps de biennio in biennium in futurum.* Quod vt ratum & ſtabile perſeueret, præſentes litteras ad futurorum memoriam ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri. Actum Pariſius anno Incarnationis Dominicæ 1301. menſe Martij.

Ad hunc annum ſcribit Ioannes de S. Victore filium Regis Majoricarum ad Prædicatores ſe contuliſſe, paulo tamen poſt inde regreſſum. *Hoc tempore*, inquit, *filius* Regis Maioricarum tunc Scholaris Pariſius ibidem Ordinem FF. Prædicatorum intrauit; ſed habitu ſeculari reſumpto exiuit inde infra breuis temporis interuallum.

Eodem anno Bonifacius Bellum ſacrum promulgat, huiuſque conſilij rationes ad Regem per Bernardum Suiſſeti Apamienſem Epiſcopum, virum audacem & turbulentum ſignificat: ad executionem verò tantæ rei vult decimas Beneficiorum Eccleſiaſticorum, fructuſque vacantium Eccleſiarum reſeruari, vetatque ne Rex ſe inconſulto eas conferat. Legationem exequitur Bernardus, audacter nimis, Regemque offendit; namque vt videt ipſum omnia negare quæ petebat Pontifex, in hæc verba prorumpit, *Pontificem jus in ipſum ipſiuſque Regnum habere, ſuperiorem eſſe tam in temporalibus quam in ſpiritualibus;* vltimò minatur interdictionem à ſacris. Rex hominem inſolentem in carcerem conjicit. Hinc iam non occultæ ſimultates inter Pontificem & Regem, ſed aperta odia. Primum ergo Regem admonet Bonifacius poſſe ſe quæ priuilegia conceſſit, auferre, cum lubebit: imprimis verò Decimas in bonis Eccleſiaſticis ad tuitionem Regni conceſſas ſuſpendit, donec ſibi priuilegia, quæ in eam rem indulſerat, repræſentata fuerint; idque ſe feciſſe & ſtatuiſſe ſcribit de conſilio Cardinalium.

Bonifacius Ep. ſer. ſer. Dei. Chariſſimo in Chriſto filio Philippo Regi Franciæ illuſtri ſal. & Apoſt. Bened Nuper ex rationabilibus cauſis mori præſertim ad releuanda grauamina & quaſi importabilia onera Eccleſiarum, Prælatorum & Eccleſiaſticarum perſonarum, Regularium & ſecularium Regni tui litteras infraſcripti tenoris fieri fecimus & Bulla noſtra bullari, quarum tenorem ad tuam prouidimus notitiam præſentibus deducendum. tenor autem talis eſt.

Bonifacius Epiſ. S. S. ad perpetuam rei memoriam. Saluator mundi ſecundum ordinatiſſimam diſtributionem temporum, naturæ, poſt quam durum Moſaïcæ, ac tandem Euangelicæ gratiæ ſuaue & leue iugum impoſuit, & ideo non mirandum ſi eius Vicarius Petrique ſucceſſor ſecundum varietatem temporum, perſonarum & locorum qualitate penſata, Statuta, Priuilegia, indulgentias, conceſſiones & gratias, quæ à Sede Apoſtolica pro tempore conceduntur, credente ipſa coniectura prodeſſe, aut neceſſitate vrgente, vel vtilitute publica ſuadente, poſtquam experimento inutilia comprobantur, ſuſ-

„ pendit, reuocat & immutat, præſertim propter ingratitudinem vel abuſum „ illorum, quibus huiuſmodi gratiæ, ac priuilegia & indulgentiæ ſunt conceſ- „ ſa, & tendit ad noxam quod conceſſum fuerat ad medelam. Eius quoque „ quod ex cauſa conceditur, ea ceſſante ceſſare debet effectus. Iureque patet „ pariter & exemplo, quod promiſſa vel conceſſa ex cauſa reuocantur poſtmo- „ dum rationabiliter & mutantur. Nec Rom. Pontifex in concedendis gratijs „ ſic plenitudinem poteſtatis adſtringit, quin poſſit eas, cum decet & expedit, „ reuocare ac etiam immutare. Nos igitur attendentes quod nonnulla priui- „ legia, indulgentias & gratias Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Regi „ Franciæ illuſtri eiuſque ſucceſſoribus, & ſpecialiter pro defenſione Regni ſui „ ſub certis formis duximus concedenda & gratioſè aliqua conceſſimus Cle- „ ricis & Laïcis, qui de ſuo & ſucceſſorum ſuorum ſtricto Conſilio fuerunt vel „ maiori parti eorum; quorum priuilegiorum, gratiarum, indulgentiarum & „ conceſſionum occaſione per abuſum Eccleſijs & Eccleſiarum Prælatis ac per- „ ſonis Religioſis & ſecularibus dicti Regni magna diſpendia & grauamina „ ſunt illata & grauia ſcandala ſunt exorta, & in antea poſſent oriri, ac præ- „ cauentes ne tali prætextu ſupradicti Eccleſiæ Prælati ac perſonæ Eccleſiaſticæ „ plus grauentur, prouidimus ſuper hoc ſalutare remedium adhibere. Vnde illa „ omnia quantum ad omnem ipſorum effectum, de fratrum noſtrorum conſi- „ lio vſque ad prædictæ Sedis beneplacitum duximus ſuſpendenda, illa maximè „ quæ occaſione guerrarum, quibus dicti Regni ſtatus pacificus turbatur, tunc „ temporis fuere conceſſa. Nec conſiderationem noſtram pertranſit, quod di- „ uina faciente clementia per miniſterium noſtrum inter ipſum & Chariſſimum „ in Chriſto filium noſtrum Eduardum Regem Angliæ illuſtrem pacis eſt re- „ formatio ſubſecuta, & ſaltem non eſt tanta neceſſitas defenſionis huiuſmodi „ cum tanto onere aliorum; ac ſi qua ſit, eſſe dignoſcitur culpa ſua. Inſuper „ quidquid Prælatis & perſonis Eccleſiaſticis, Regularibus & ſecularibus dicti „ Regni ſub titulo decimæ vel cuiuſuis ſubſidij, quocunque nomine cenſeatur „ impoſitum, fuerit petitum, vel requiſitum ab eis, etiamſi ad illud ſoluendum „ Prælati & perſonæ prædicti aſſenſum præſtiterint, vel ad hoc ſe duxerint obli- „ gandos, nec adhuc exactum fuerit vel ſolutum, abſque Sedis eiuſdem ſpecia- „ li mandato decernimus non ſoluendum. Executoribus ſuper præmiſſis vel ali- „ quo præmiſſorum à dicta Sede conceſſis diſtrictè mandantes, vt contra hu- „ juſmodi ſuſpenſionem & decretum noſtra aliquos non aggrauent vel mole- „ ſtent, vel contra eos hujuſmodi occaſione vel cauſa aliquo modo procedant, „ & ſi ſecus fecerint, illud decernimus irritum & inane & nullius volumus „ exiſtere firmitatis. Cæterum quia labilis eſt hominum memoria, & ipſi Regi „ ſe corrigenti & habilitanti ad gratiam promerendam, libenter quantum cum „ Deo poſſumus, abſque multorum ſcandalo complacemus, dictis ſuſpenſione „ ac decreto in ſua firmitate manentibus, Kalendas Nouembris proximò ven- „ turas pro peremptorio termino aſſignamus, vt omnia priuilegia, gratiæ, in- „ dulgentiæ & conceſſiones, quæ dicto Regi & ſucceſſoribus ſuis ac Clericis & „ Laïcis de ipſorum conſilio, illa præſertim quæ dum in vrbe veteri vel Ana- „ gnia cum noſtra moraremur Curia, ſub quauis forma noſcimur conceſſiſſe, di- „ ctæ Sedis conſpectui præſententur, & ad noſtram & ipſius Sedis notitiam de- „ ducantur, vt conſideratis ipſis & viſis, prouideri poſſit, ſi dicta ſuſpenſio fuerit „ in aliquo vel in aliquibus moderanda. Datum Laterani 2. Non. Decemb. Pon- „ tif. noſtri an. 7.

„ Tu igitur ſicut filius prædilectus in ijs quæ rationabiliter & pro vtilitate „ publica fecimus, non turberis, ſed ea æquanimiter toleres, prudenter atten- „ dens, quia vt præmittitur, terminum aſſignamus, quo priuilegia, indulgentiæ, „ gratiæ & conceſſiones prædictæ noſtro conſpectui præſententur, & ad no- „ ſtram & dictæ Sedis notitiam deducantur, vt conſideratis ipſis & viſis proui- „ deri poſſit ſi dicta ſuſpenſio fuerit in aliquo vel aliquibus moderanda. Datum „ Laterani Non. Decemb. Pontif. noſtri an. 7.

Plurimas reperio eadem die datas Bullas, quod mihi ſuſpicionem inijcit non fuiſſe datas eodem anno, quanquam omnes anno 7. Pontificatus Bonifacij datę legantur. Vna earum admodum breuis eſt vixque crediderim à Pontifice

ſine vlla honoris præfatione ad tantum Regem miſſam, ſed è majori aliqua extractam. verum quia vulgò ſub ea breuitate refertur, & eam quoque qualis prædicatur, dabimus.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Philippo Francorum Regi. « PAPA IN
Deum time & mandata ejus obſerua. Scire te volumus, quod in ſpiritualibus & « REGEM.
temporalibus nobis ſubes. Beneficiorum & Præbendarum ad te collatio nulla «
ſpectat: & ſi aliquorum vacantium cuſtodiam habeas, fructus eorum ſucceſ- «
ſoribus reſerues; & ſi quæ contuliſti, collationem hujuſmodi irritam decre- «
uimus: & quantum de facto proceſſerit, reuocamus. Aliud autem credentes, «
hæreticos reputamus. Datum Laterani Non. Decemb. Pontificatus noſtri an. 7. «

Conſtat hanc Bullam datam à Pontifice, poſtquam intellexit quod à Rege fuiſſet in carcerem miſſus Apamienſis Epiſcopus, qui Regi inſolentius quàm decuiſſet auſus fuerat dicere ipſum tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus Papæ ſubeſſe, fructuſque Præbendarum & Beneficiorum vacantium non poſſe retinere. Eam autem Bullam ex hac majori fuiſſe à nonnullis extractam & in compendium miſſam iure ſuſpicari poſſumus.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Chariſſimo in Chriſto filio «
Regi Francorum Illuſtri ſal. & Apoſt. bened. Auſculta, fili chariſſime, præ- «
cepta patris, & ad doctrinam Magiſtri qui gerit illius vices in terris, qui ſo- «
lus eſt Magiſter & Dominus, aurem tui cordis inclina, viſceroſæ S. Matris «
Eccleſiæ ammonitionem libenter excipe & cura efficaciter adimplere, vt in «
corde contrito ad Deum reuerenter redeas, à quo per deſidiam vel deprauatus «
conſilio noſceris receſſiſſe, ac ejus & noſtris beneplacitis te deuotè con- «
formes. Ad te igitur ſermo noſter dirigitur, tibi paternus amor exprimitur, «
& dulcia matris vbera exponuntur. Campum ſiquidem militiæ humanæ mor- «
talitatis ingreſſus, renatus ſacri fonte Baptiſmatis renuncians diabolo & pom- «
pis ejus, non quaſi hoſpes & aduena, ſed iam domeſticus fidei & ciuis San- «
ctorum effectus ouile Dominicum intraſti colluctaturus non ſolum contra «
carnem & ſanguinem, ſed etiam contra aëreas poteſtates mundique Recto- «
res præſentium tenebrarum, ſic veri Noë es arcam ingreſſus, extra quam ne- «
mo ſaluatur, Catholicam ſcilicet Eccleſiam, veram columbam, immacula- «
tam vnici Chriſti ſponſam, in qua Chriſti Vicarius, Petrique ſucceſſor pri- «
matum noſcitur obtinere, qui ſi collatis clauibus Regni Cœlorum iudex à Deo «
viuorum & mortuorum conſtitutus agnoſcitur, ad quem ſedetem in ſolio iudicij «
diſſipare pertinet ſuo intuitu omne malum. Huius profecto ſponſæ quæ de certo «
deſcendit à Deo parata ſicut ſponſa ornata viro ſuo, Romanus Pontifex caput «
exiſtit. Nec habet plura capita monſtruoſa, cum ſit ſine macula, ſine ruga, nec «
habens aliquod inhoneſtum. Sanè fili, cur iſta dixerimus imminente neceſſitate «
ac vrgente conſcientia expreſſius aperimus. Conſtituit enim nos Deus licet in- «
ſufficientibus meritis ſuper Reges & Regna, impoſito nobis iugo Apoſtolicæ «
ſeruitutis ad euellendum, deſtruendum, diſperdendum, diſſipandum, ædifi- «
candum atque plantandum ſub eius nomine & doctrina, & vt gregem paſ- «
centes Dominicum conſolidemus infirma, ſanemus ægrota, alligemus fracta, «
& reducamus abjecta, vinumque infundamus & oleum vulneribus ſauciatis. «
Quare, fili chariſſime, nemo tibi ſuadeat, quod ſuperiorem non habes, & non «
ſubſis ſummo Hierarchæ Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Nam deſipit, qui ſic ſapit, «
& pertinaciter hæc affirmans conuincitur infidelis, nec eſt intra boni Paſtoris «
ouile: & licet de ſingulis Regibus & Principibus ſub fide militantibus Chri- «
ſtiana pro eorum ſalute ſolicitè cogitemus, erga te tamen officij noſtri debi- «
tum eo ampliùs, eoque carius & attentius dirigere debemus & exequi, quo «
majori perſonam tuam paterna & materna charitate amplectimur, & non ſo- «
lum te, ſed & progenitores, domum & Regnum tuum in diuerſis noſtris ſtatibus «
plenâ & purâ ſumus beneuolentiâ proſecuti. Nec poſſumus cum non debea- «
mus præterire ſilentio, quin ea per quæ oculos Diuinæ Majeſtatis offendis, nos «
perturbas, grauas ſubditos, Eccleſias & Eccleſiaſticas, ſecularesue perſonas «
opprimis & affligis, nec non Pares, Comites & Barones, alioſque Nobiles & «
Vniuerſitates, ac populum dicti Regni, multoſque diuerſis anguſtiis ſcanda- «
lizas, tibi apertiùs exprimamus. Profectò erga te hactenus ſeruaſſe nos noui- «

„ mus ordinem charitatis, interdum præſentialiter per Nos ipſos, dum nos mi-
„ nor ſtatus haberet, ac poſtquam Nos Dominus prouexit ad apicem Apoſtoli-
„ cæ dignitatis, per multiplicatas noſtras litteras, ſolennes noſtros & tuos Nun-
„ cios, Prælatos, Comites & alios Domeſticos noſtros & tuos, te opportunis
„ ſtudiis & temporibus inducendo vt errata corrigeres, emendares exceſſus, &
„ Regnum tuum in pacis dulcedine ac tranquillitate diſponeres, à Cleri ac po-
„ puli grauaminibus abſtineres, tuoque iure contentus in aliorum injuriam oc-
„ cupatrices non extenderes manus tuas. Sed quod te correxeris & in te ſalutis
„ ſemina ſata, vt vellemus, fructificauerint, non videmus, quinimo delinquendi
„ licentiam & multiplicandi peccata videris, proh dolor! in conſuetudinem de-
„ duxiſſe; & vt aliqua explicabiliter inſeramus, ecce quod licet pateat mani-
„ feſtè ac explorati iuris exiſtat, quod in Eccleſiaſticis Dignitatibus, Perſonati-
„ bus & Beneficiis, Canonicatibus & Præbendis vacantibus in Curia vel extra
„ Curiam Romanus Pontifex ſummam & potiorem obtinet poteſtatem, ad te
„ tamen hujuſmodi Eccleſiarum, Dignitatum, Perſonatuum & Beneficiorum,
„ Canonicatuum collatio non poteſt quomodolibet pertinere, nec pertinet;
„ nec per tuam collationem in ipſis, vel eorum aliquo poteſt alicui ius adquiri
„ ſine authoritate vel conſenſu Apoſtolicæ Sedis tacitis vel expreſſis, quos qui
„ acceperit, & ſe denegat accepiſſe, eis per ingratitudinem eſt priuandus, &
„ etiam ille qui permiſſa vel conceſſa abutitur poteſtate, & qui contrarium ti-
„ bi ſuadet, eſt contrarius veritati. Nihilominus tu metas & terminos tibi po-
„ ſitos irreuerenter excedens, ac factus impatiens ſuper hoc iniurioſè obuias
„ ipſi Sedi, eiuſque Collationes canonicè factas executioni mandari non ſuſti-
„ nes, ſed impugnas, quatenus tuas qualitercumque factas præcedere dignoſ-
„ cuntur; & cum in iudicio eſſe debeat diſtinctio perſonarum, tu tamen in pro-
„ prijs cauſis ius tibi dicere, & non in communi, ſed in proprio iudicio partes
„ actoris & iudicis ſortiaris, & ſi quenquam injuriari tibi reputas, contemnis de
„ ipſo conqueri coram competente Iudice, ſeu etiam coram Nobis, quantum-
„ cunque injurians ſit perſona Eccleſiaſtica, vel mundana de Regno tuo, vel
„ extra: & de illatis per te vel tuos injuriis atque damnis ac de tuis & tuorum ex-
„ ceſſibus recuſas per aliquem iudicari, & ad ſaiſienda & occupanda Eccleſiaſti-
„ ca bona & iura pro libito voluntatis occupatrices manus extendis in caſibus
„ tibi non conceſſis ab homine vel à iure. Prælatos inſuper & alias perſonas Ec-
„ cleſiaſticas, tam Religioſos quàm ſeculares Regni tui etiam ſuper perſonali-
„ bus actionibus, iuribus & immobilibus bonis, quæ à te non tenentur in feu-
„ dum, ad tuum iudicium pertrahis & coarctas, & inqueſtas fieri facis & deci-
„ mas tales, licet in Clericos & Eccleſiaſticas perſonas nulla ſit Laïcis attributa
„ poteſtas. Præterea contra iniuriatores & moleſtatores Prælatorum & perſona-
„ rum Eccleſiaſticarum eos vti ſpirituali gladio qui eis competit, liberè non
„ permittis, nec iuriſdictionem eis competentem in Monaſteriis ſeu locis Eccle-
„ ſiaſticis, quorum recipis guardiam vel cuſtodiam, vel à prædeceſſoribus tuis
„ receptam præponis; pateris exercere; quin potius ſententias, ſeu proceſſus per
„ dictos Prælatos ac perſonas Eccleſiaſticas licitos, promulgatos & latos, ſi tibi
„ non placeant, directè vel indirectè reuocare compellis. Et quod tacere nolu-
„ mus, Lugdunenſem Eccleſiam tam nobilem, tam famoſam, tam charam, in
„ prædictæ Sedis pectore conſtitutam, quæ in ſpiritualibus & temporalibus ha-
„ ctenus reflorebat, tu & tui injurioſis grauaminibus & exceſſibus ad tantam
„ inopiam & oppreſſionis anguſtiam deduxiſtis, quod vix adjicere poterit vt
„ reſurgat, quam conſtat non eſſe infra limites Regni tui, noſque qui quando-
„ que Canonicus fuimus in eadem Eccleſia, eiuſque libertatum, priuilegiorum
„ & iurium notitiam plenam habemus, non reuocamus in dubium, quod inju-
„ rioſè nimis tractas eandem. Vacantium Regni tui Eccleſiarum Cathedralium
„ reditus & prouentus, quos tui & tu appellas *Regalia* per abuſum, tu & ipſi
„ tui non moderatè percipitis, ſed immoderatè conſumitis. Sic fit, vt quorum
„ cuſtodia fuit ab initio Regibus pro conſeruatione commiſſa, nunc ad con-
„ ſumptionis noxam diſcriminoſè deueniant, & diſcriminoſis abuſibus expo-
„ nantur. Quod enim cuſtodiendum eſt, rapitur, & quod conſeruandum, illi-
„ citè deuoratur, & cuſtodes ſunt lupi rapaces effecti, & ſub prætextu cuſtodiæ

ſtatus

ſtatus Eccleſiatum & perſonarum Eccleſiaſticarum diſpendia præfert, damna »
ſuſtinet, & miſerabiles ſortitur euentus, primariæ conſeruationis ſpe vtique »
defraudatur. Et quidem Prælati & Eccleſiaſticæ perſonæ, nedum ij quos Re- »
gni tui continet incolatus, ſed per illud alienigenæ etiam tranſeuntes bona pro- »
pria mobilia de Regno ipſo nequaquam extrahere permittuntur, ex quo diuer- »
ſa patiuntur incommoda, ij qui ſuper hoc libero vti debent arbitrio, ſeruitu- »
tis quaſi iugo premuntur. Sicut de mutatione monetæ aliiſque grauaminibus & »
injurioſis proceſſibus per te ac tuos magnis ac paruis Regni ejuſdem incolis, ir- »
rogatis & habitis contra eos qui proceſſu temporis explicari poterunt, tacea- »
mus ad præſens, qualiter in præmiſſis & alijs libertas Eccleſiaſtica & immu- »
nitas tuis ſunt eneruatæ temporibus, qualiter tua ſacris & piis, prouidis & ma- »
turis progenitorum tuorum veſtigijs, quæ per vniuerſa mundi climata mitte- »
bant illuſtriſſimos radios claritatem, degenerare noſcaris. Nempe multorum »
ad Nos inſinuatio clamoſa perducit, ac nedum in Regno ipſo, ſed in diuerſis »
mundi partibus innoteſcit, & Eccleſiæ dicti Regni, quæ ſolebant hactenus »
libertatibus & quiete vigere, nunc factæ ſunt ſub tributo, ſicut luctuoſus cla- »
mor earum ſub intolerabili perſecutione teſtatur. Nec ignoras quod ſuper ijs »
& conſimilibus de te ad Deum, nec non ad te ſæpius, nedum ſæpe clamaui- »
mus & exaltauimus vocem noſtram, annunciauimus ſcelera, delicta detexi- »
mus ſperantes te ad pœnitentiam ſalubriter reuocare & adeo deſudauimus in- »
clamando, quod raucæ factæ ſunt fauces noſtræ; ſed tu velut aſpis ſurda obtu- »
raſti aures tuas, & noſtra ſalubria monira non audiſti, nec recepiſti ea velut »
medicamenta curantis. Verum licet ex præmiſſis contra te ſumere arma, pha- »
retram atque arcum non indignè nec injuſtè poſſemus, vt te à tanto reuoca- »
remus inuio ad ſemitam reducendo ſalutis; adhuc nihilominus dum feliciter »
metuas, hæc tibi præſignificare decreuimus, vt ſaniori ductus conſilio à facie «
arcus inflexibilis ſententiæ potius, imo prorſus effugias, quàm expectas debitæ »
iudicium vltionis, cum tutius dignoſcantur ante caſum occurrere, quàm re- »
medium quærere poſt ruinam. Cum autem Nos debitum paſtoralis Officij »
vrgeat & publicæ vtilitatis interſit, vt qui nec Deum timent nec deferunt Ec- »
cleſiæ, neque cenſuram Canonum reuerentur, & quaſi deſcendentes in profun- »
dum malorum contendunt, quamuis eis diſplicent, ad ſalutem etiam traha- »
mus inuitos. Nos nolentes ne ex diſſimulatione tam longa nos tua culpa red- »
dat obnoxios, ne ſi nos vel te quod abſit, incorreptum Deus de hac vita ſub- »
traheret, anima tua de noſtris manibus requiratur, neue tui cuſtodia quam ſuſ- »
picimus in commiſſo nobis Officio Apoſtolicæ ſeruitutis in noſtrum cedat pe- »
riculum & diſcrimen ac perditionem multorum, diſſimulando talia & diu- »
tius tolerando ea: amore paterno commoti, qui omnem vincit affectum, ex »
affluentia maternæ ſolicitudinis excitati ad prouidendum, ne perdat Deus cum »
impijs animam tuam, neue tua & tam amati Regni charitas malis artibus & de- »
teſtandis inſolentiis denigretur, deliberatione cum fratribus noſtris ſuper hoc »
habita pleniori, venerabiles fratres noſtros Archiepiſcopos ac deuotos filios »
Electos & Ciſterciens. Cluniacenſ. Præmonſtratenſis nec non S. Dionyſij in Fran- »
cia Pariſienſis Diœceſis & maioris Monaſterij Turon. Ordinis S. Benedicti Mo- »
naſteriorum Abbates & Capitula Eccleſiarum Cathedralium Regni tui ac »
Magiſtros in Theologia & in Iure Canonico & Ciuili, & nonnullas alias per- »
ſonas Eccleſiaſticas oriundas de Regno prædicto, per alias noſtras patentes lit- »
teras certo modo ad noſtram præſentiam euocamus, mandantes eiſdem quod »
in Kalendis Nouembribus futuris proximè, quas eis pro peremptorio termino »
aſſignamus, noſtro ſe conſpectui repræſentent, vt apud te ac alios ſublata re- »
pentina exceptione Conſilij, quinimo maturiori cautela ſeruata & fruſtrato- »;
riis objectibus amputatis ſuper præmiſſis & aliis deliberatè conſulamus eoſdem, »
cum quibus ſicut cum perſonis apud te ſuſpicione carentibus, quin potius ac- »
ceptis & gratis, ac diligentibus nomen tuum, & affectantibus ſtatum proſperi »
Regni tui, tractare conſultius & ordinare ſalubrius valeamus, quæ ad præ- »
miſſorum emendationem, quàm directionem, quietem atque ſalutem ac bo- »
num & proſpetum regimen ipſius Regni videbimus expedire. Si tuam itaque »
rem agi putaueris eodem tempore per te vel per fideles viros & prouidos tuæ »

» conſcios voluntatis ac diligenter inſtructos de quibus plenè valeas habere fidu-
» ciam, ijs poteris intereſſe, alioquin tuam vel ipſorum abſentiam diuina re-
» plente præſentia in præmiſſis, & ea contingentibus, ac aliis, prout nobis ſuper-
» na miniſtrauerit gratia, & expedire videbitur, procedemus. Tu autem audies,
» quid loquetur in nobis Dominus Deus noſter, in quibus tamen ſine offenſa
» Dei, ſcandalo & periculo Eccleſiæ, offenſione iuſtitiæ ac vtilitatis publicæ
» læſione & honoris tui poterimus minorationis vitare diſpendia, deferre tibi diſ-
» ponimus, & tui etiam culminis ſalubria commoda promouere, ſi te correxeris,
» & habilitaueris ad gratiam promerendam. Cæterum licet ſuper præmiſſis &
» ſimilibus ad excuſandas excuſationes in peccatis te aliqui excuſare nitantur,
» non tantum ea tibi, quantum & tuis prauis Conſiliariis imputando, in hoc ta-
» men tu inexcuſabilis comprobaris, quod tales Conſiliarios honoris tui vtique
» deſtructores tuæque ſalutis & famæ falſos & impios conſumptores aſſumis &
» retines, eiſque regium præbes aſſenſum qui ad tam enormia & deteſtabilia te
» inducunt. Hi ſunt quaſi falſi Prophetæ ſuadentes tibi falſa & ſtulta, quia non
» viderunt à Domino viſionem. Ergo fraudulentis detractionibus & ſubuerſio-
» nibus talium ſub adulationis & falſi conſilij vtique velamento confictis, mini-
» mè, quæſumus, acquieſcamus, quia in vaſtitate quadam hoſtili deuorant in-
» colas Regni tui, & non tibi, ſed eis mellificarunt apes, iſti ſunt ſecuriora illa
» hoſtilia, per quæ Miniſtri Bel ſacrificia quæ ſuperponebantur à Rege clanculo
» aſportabant, ij ſunt qui ſub vmbra tui longa manu, tua & aliorum bona diri-
» piunt, & ſub obtentu iuſtitiæ palliati ſubditos opprimunt, Eccleſias grauant,
» & redditus alienos violenter inuadunt, pupillo & viduæ non intendunt, ſed
» impinguantur lachrymis pauperum & diuitum oppreſſione diſcordias ſuſcitant
» ac fouent, guerras nutriunt, ac pacem de Regno tollere prauis operationibus
» non verentur. Veruntamen cadit in hæc illa praua diſſimulatio Iudæorum, qui
» dum linguis crucifigentes Dominum, dicentes tamen eis non licere interficere
» quenquam, tradebant eum occidendum militibus, vt ab eis culpa in alios trans-
» ferretur. Tantam namque prudentiam Deus tibi miniſtrat ex alto, tantam vi-
» des & audis in aliis, quorum potes exemplo doceri, totque tibi meminimus
» ſalubria conſilia deſtinaſſe, quod ſi tua ſtudia conuertere ſolerter ad bonum, ta-
» lium te curares conſiliorum iuuamine communire, qui te in ſtultum finem ne-
» quaquam impingerent, ſed ad incrementa ſalutis & vtilitatis publicæ pruden-
» tiùs animarent; ſed timemus, ne apud te, cuius interiores oculi putantur, il-
» licitis excæcatis vileſcat ſermo Dominicus & verba ædificatiua vitæ, producti-
» ua ſalutis, amoris defectui adſcribantur. AD HÆC ne terræ ſanctæ negotium,
» quod noſtris & tuis ac aliorum fidelium debet arctius inſidere præcordiis nos
» putes obliuioni dediſſe, memorare fili & diſcute quod primogenitores tui
» Chriſtianiſſimi Principes, quorum debes laudanda veſtigia ſolerti ſtudio &
» claris operibus imitari, expoſuerunt olim perſonas & bona in ſubſidium dictæ
» terræ, ſed Sarracenorum inualeſcente perfidia & Chriſtianorum, ac maximè
» tua & aliorum Regum & Principum deuotione ſolita tepeſcente, terra eadem
» tuis vtique temporibus heu perdita noſcitur atque proſtrata. Quis ita-
» que Canticum Domini cantat in ea, quis aſſurgit in eius ſubſidium & recupe-
» rationis opportunæ iuuamen aduerſus impios Sarracenos magnificantes & ope-
» rantes iniquitatem. debacchantes in illa? Ad eius quippe ſuccurſum arma bel-
» lica periſſe videntur, & abjecti ſunt clypei fortium, qui contra hoſtes fidei
» dimicare ſolebant. Enſes & gladij euaginantur in Domeſticos fidei & ſæuiunt
» in effuſionem ſanguinis Chriſtiani, & niſi à populo Dei domeſticæ inſolen-
» tiæ ſuccidantur, & pax ei perueniat ſalutaris, terra illa fœdata actibus mali-
» gnorum à periculo deſolationis & miſeriæ per eiuſdem populi miniſterium non
» reſurget. Si hæc & ſimilia ijs beneuola mente reuoluas, inuenies quod obſcu-
» ratum eſt aurum & color optimus eſt mutatus. An non ignominia & confu-
» ſio magna tibi & alijs Regibus & Principibus Chriſtianis adeſſe dignoſcitur,
» quod verſa eſt ad alienos hereditas Ieſu Chriſti & ſepulchrum ipſius ad alienos
» deuolutum? Qualem ergo retributionis gratiam merebuntur apud Deum Re-
» ges & Principes & cæteri Chriſtiani, in quibus terra quærit reſpirare prædi-
» cta, ſi non eſt qui ſuſtentet eam ex omnibus filiis quos Deus ipſe genuit, nec

Digitized by Google

eſt qui ſupponat manum, ex omnibus quos nutriuit. Clamat enim ad Dei filios «
Ciuitas Hieruſalem & ſuas exponit anguſtias, & in remedium doloris eius filio- «
rum Dei implorat affectus. Si ergo filius Dei es, dolores eius excipias, triſtare «
& dole cum ipſa, ſi diligis bonum eius. Tartari quidem, Pagani & alij infide- «
les eidem terræ ſuccurrunt, & ei non ſubueniunt in ea ſanguine Chriſti pretio- «
ſo redempti, nec eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. Hoc à diſſi- «
diis præmiſſis obuenit, dum vtilitas publica cupiditatis ardore conſumitur, non- «
nullis quæ ſunt ſua quærentibus, non quæ Chriſti, quorum peccata Deus vl- »
tionum Dominus non ſolum in ipſis vindicat, ſed etiam in progenies eorun- «
dem. Tremenda ſunt itaque Dei iudicia & timenda, quibus non parentes iuſti- «
tia damnabuntur, iuſtus autem de anguſtia liberabitur, & cadet impius in la- «
queum quem extendit. Tu verò fili, communiens in tribus temporibus vitam «
tuam ordinando præſentia, rememorando præterita, & præuidendo futura «
ſic te præpares in præmiſſis, & aliis ſic reformes quod ad iudicium Dei & no- «
ſtrum ab illo dependens, non damnandus accedas, ſed in præſenti Diuinam «
gratiam & in futuro ſaluationis ac retributionis æternæ gloriam merearis. Da- «
tum Laterani nonis Decemb. Pontificatus Noſtri an. 7. «

Ad has atroces litteras reſpondit Philippus breuiter & acriter, & præſertim ad contractam & compendioſam Bonifacij Bullam compendioſè quoque regerit fatuos ſe reputare & dementes, qui exiſtimant ad ſe non pertinere Beneficiorum diſpenſationem, vacantiumque teditus non poſſe retinete.

Philippvs D G. Francorum Rex Bonifacio ſe gerenti pro ſummo Pontifice «
ſalutem modicam, ſeu nullam. Sciat maxima tua fatuitas in temporalibus nos «
alicui non ſubeſſe, Eccleſiarum ac Præbendarum vacantium collationem ad «
Nos iure Regio pertinere, fructus earum noſtros facere. Collationes à nobis «
hactenus factas & in poſterum faciendas fore validas in præteritum & futurum, «
& earum poſſeſſores contra omnes viriliter nos tueri, ſecus autem credentes, fa- «
tuos & dementes reputamus. Datum Pariſius. «

Vt autem Regni Prælatos ſeu Proceres Eccleſiaſticos atque litteratorum hominum Vniuerſitates aduerſus Regem concitaret, mandauit idem Bonifacius, vti ſe Romæ ſiſterent ad Kalendas Nouembris anni ſequentis; ſibi quippe eſſe in animo Eccleſiaſticum ſtatum in Francia reformare, abuſus tollere, Regem corrigere, ſubditos ab importabilibus oneribus releuare, omnia in melius mutare, quandoquidem ipſe Rex quem ſæpe monuerat & rogarat, vt ab impiis conſilijs abſtineret, ſalutaribus monitis aures ſurdas præberet, nec Eccleſiaſticæ authoritati obtemperaret, nec ſibi Pontifici & Vicario Chriſti pareret, ſed in deterius quotidie pergeret. Talis ergo eſt Bulla eadem die 5. Decemb. data ad Proceres Eccleſiaſticos & Doctores in Theologia & Decretis

Bonifacivs Epiſcopus S. S. Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & «
Epiſcopis ac Dilectis filiis Electis & Capitulis Eccleſiarum Cathedralium Regni «
Franciæ ac Doctoribus in Theologia & Magiſtris in Decretis, in Iure Cano- «
nico & Ciuili de Regno natis eodem ſal. & Apoſtol. Bened. Ante promotio- «
nem noſtram ad ſummi Apoſtolatus Officium, dum adhuc nos minor ſtatus ha- «
beret, & poſt vſque impræſentiarum multa ſunt noſtro Apoſtolatui reſerata «
fide digna, aſſertione multorum, quorum nonnulla etiam ad contingentia Re- «
gna & populos in mali exempli perniciem ſunt diffuſa; & ea multos ex vobis «
credimus non latere ſuper exceſſibus, culpis, inſolentijs, injuriis atque damnis quæ «
Prælatis, Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis, Regularibus & Secularibus in Re- «
gno Franciæ conſtitutis & alibi per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Phi- «
lippum Regem Francorum Illuſtrem & Officiales ſuos ſeu Balliuos multipliciter «
inferuntur, ac etiam Paribus, Comitibus, Baronibus alijſque Nobilibus, Vni- «
uerſitatibus & populo dicti Regni, prout hæc & alia in aliis noſtris litteris quas «
eidem Regi dirigimus, ſerioſiùs continentur. Vnde ſuper hoc cum Fratribus «
noſtris deliberatione habita pleniori, de Fratrum ipſorum conſilio ad noſtram «
præſentiam vos duximus euocandos. Quocirca Vniuerſitatem veſtram mone- «
mus, rogamus & hortamur attentè per Apoſtolica ſcripta, vobis in virtute obe- »
dientiæ diſtrictius injungentes, quatenus in Kalendis Nouembribus proximò fu- «
turis, quas vobis pro peremptorio termino aſſignamus, inſtructi & informati «

« ſuper præmiſſis & aliis ſuper quibus inſtructionem & informationem veſtram « videritis opportunam, vos fratres Archiepiſcopi & Epiſcopi,nec non electi Do« ctores & Magiſtri perſonaliter, vos verò Capitula per Procuratores idoneos « cum ſufficienti mandato & informatos pleniùs noſtro vos conſpectui præſente« tis, vt ſupra præmiſſis & ea contingentibus veſtra poſſimus habere conſilia,qui « apud eundem Regem ſuſpicione caretis, & ſibi & Regno accepti eſtis & grati & « diligitis ipſum Regem: nec non tractare, dirigere, ſtatuere, procedere, facere « & ordinare quæ ad honorem Dei & Apoſtolicæ Sedis, augmentum Catholicæ « fidei, conſeruationem Eccleſiaſticæ libertatis & reformationem Regni & Regis « correctionem præteritorum exceſſuum & bonum regimen Regni ejuſdem vi« derimus expedire. Nos enim ipſi Regi per noſtras alias ſignificamus litteras, vt « ſi rem ſuam agi putauerit in præmiſſis, ſuaque crediderit intereſſe, per ſe vel « perfideles viros & prouidos ſuæ conſcios voluntatis, ac diligenter inſtructos cum « ſufficienti mandato coram nobis poſſit ſi velit, eodem termino comparere. Alio« quin ſuam vel illorum aut etiam veſtram abſentiam diuina ſupplente gratia « in præmiſſis & ea contingentibus & aliis prout nobis fuerit miniſtratum à Do« mino & expedire viderimus, puniemus. Vos autem mandatis noſtris in hac par« te taliter obedire curetis, quod non poſſitis de contemptu, vel negligentia ſeu « inobedientia reprehendi, ſed magis de diligentiæ, obedientiæ ac deuotionis « promptitudine commendari. Datum Laterani Non. Dec. Pontific. noſtri an. 7.

Similiter ad omnes Abbates ſcribit, vt cum Prælatis & Doctoribus adſint.

« Bonifacivs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Ar« chiepiſcopis, Epiſcopis & Dilectis filiis noſtris Electis per Regnum Franciæ con« ſtitutis, ac Ciſtercienſi, Præmonſtratenſi, nec non & S. Dionyſij in Francia « Pariſienſis Diœceſis ac Majoris Monaſterij Turon. Ordinis S. Bened. Monaſte« riorum Abbatibus ſal.& Apoſt. Bened. Vos & vniuerſos Doctores in Theologia « & Magiſtros in Iure Canonico & Ciuili de Regno Franciæ oriundos ad noſtram « præſentiam per noſtras alias litteras euocamus, vt certo tempore compareatis « coram nobis perſonaliter, illos tantum Doctores ſeu Magiſtros in Iure Canoni« co & Ciuili ab hujuſmodi comparutione volumus excuſatos haberi, qui coram « ſuis Ordinariis ſe duxerint excuſandos legitimè & ſuper hoc fidem fecerint co« ram eis. Impedimenta verò legitima, ſi quod abſit, Archiepiſcopis, Epiſcopis, « Electis & Abbatibus, vel veſtrum alicui, vel aliquibus euenerint, probare vo« lumus, coram nobis, illo vel illis quos ad hoc duxerimus deputandos. Datum « Later. Non. Decemb. an. 7.

Reperitur & alia Bulla iiſdem die & anno data ad Regem ſuper detentione Epiſcopi Apamienſis, quem Rex Archiepiſcopo Narbonenſi tradiderat cuſto« diendum perſcriptis accuſationis capitibus, quæ talia erant. Imprimis quod « idem Epiſcopus Apamiarum in injuriam & blaſphemiam dicti Regis proruptus « dixit non ſolum ſemel aut ſecundò, ſed pluries diuerſis locis & temporibus co« ram multis perſonis Eccleſiaſticis & ſecularibus, Nobilibus & ignobilibus, quod « S. Ludouicus auus dicti Regis olim dum viueret, dixerat eidem Epiſcopo tunc « Abbati Apamiarum, quod temporibus ipſius Philippi Regis debebat Regnum « Franciæ deſtrui. Et quod idem Rex & ſui debebant perdere Regnum ipſum. « Et quod Regnum ipſum debebat ad alios deuenire, nullatenus ad ipſum Phi« lippum Regem & ſuos vlterius reuerſurum.

« Item quod idem Epiſcopus multoties dixit quod idem Philippus Rex nihil « omninò valebat. Item quod ipſe Rex non erat de genere claræ memoriæ Ca« roli M. Regis Francorum. Item quod nec de recto genere Regni Franciæ. Item « quod nec homo nec beſtia ſed imago. Item quod nihil omnino ſciebat niſi reſ« picere homines. Item quod non dignus erat tenere Regnum Franciæ, quia Re« gnum ipſum regere neſciebat. Item quod tota Curia Franciæ intus & extra, huc « & illuc erat falſa, corrupta & infidelis neminem excipiendo. Et quod idem Rex « erat eodem modo. Item quod omnes Gallici inimicabantur linguæ Toloſanæ, « & quod nunquam fecerunt Toloſanis bonum, ſed ſemper malum, & quod aufe« rebant eis quidquid habebant. Et quod Rex faciebat eodem modo.

Ergo Bonifacius communicato cum fratribus ſuis conſilio reſcripſit Regi, eum incurriſſe cenſuras Eccleſiaſticas, iiſque innodatum iri, niſi liberet Epiſ-

copum Apamienſem; mandauit inſuper vt eum ad ſe confeſtim mitteret, aut ad ſe accedere fineret, vtque bona & reditus Eccleſiaſticos quos retinuerat, reſtitueret.

Ad Regem.

Bonifacivs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Regi Franciæ „
Illuſtri ſal. & Apoſt. Bened. ſecundum Canonica Diuina & humana iura Eccle- „
ſiarum Prælati & perſonæ Eccleſiaſticæ tam Regulares, quàm Seculares, in qui- „
bus Laïcis nulla eſt attributa poteſtas, multa debent libertate & immunitate „
gaudere. Et hoc laudabilium prædeceſſorum tuorum tempore ſeruabatur, & „
ideo plus dolemus, ſi tuo tempore, cujus Regnum Deus tantùm dilatauit & au- „
xit, tanto deuotior Deo non redderis imitando laudabiles prædeceſſorum tuo- „
rum actus, quantò à Deo ampliora noſceris beneficia recepiſſe. Sanè ad no- „
ſtrum peruenit auditum, quod Tu venerabilem fratrem noſtrum Apamiarum „
Epiſcopum perſonaliter ad præſentiam tuam deduci feciſti ſub tuorum cauta „
cuſtodiâ, vtinam non inuitum, quem ſub colore ſecuritatis perſonæ ipſius cuſto- „
diendum diceris commiſiſſe venerabili fratri noſtro Narbonenſi Archiepiſcopo „
Metropolitano ipſius. Magnitudinem igitur tuam rogamus & hortamur atten- „
tè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes quatenus eundem Epiſcopum, cujus „
volumus habere præſentiam, ſecurum venire permittas, omniaque bona mo- „
bilia & ſe mouentia ac immobilia, quæ per te vel tuos occupata, ſaiſita vel de- „
tenta ſunt, ad eum vel commiſſam ſibi Eccleſiam pertinentia ſibi reſtitui facias; „
& de ijs quæ forſitan non extarent debitam ſatisfactionem excipiendi, nec in an- „
tea ad ſimilia per te vel tuos occupatrices manus extendas habiturus te taliter „
in præmiſſis, quod Majeſtatem non offendas Diuinam, nec Sedis Apoſtolicæ „
Dignitatem, nec oporteat Nos aliud remedium adhibere, ſciturus quod niſi „
ad excuſationem tuam aliquid rationabiliter cotàm Nobis propoſitum fuerit, „
vel oſtenſum, & præmiſſis veritas ſuffragetur, quin incurreris ſententiam Ca- „
nonis propter injectionem temerariam manuum in dictum Epiſcopum, non vi- „
demus. Nos enim dicto Archiepiſcopo damus per alias noſtras litteras in man- „
datis, vt eundem Epiſcopum liberet, & ad Nos venire permittat, non obſtan- „
te cuſtodia quam à te de eodem dicitur recepiſſe. Datum Laterani Non. De- „
cemb. Pontif. noſtri an. 7. Hanc Epiſtolam Papa ad Regem miſit per Archidia- „
conum Narbonenſem.

Idem Pontifex ad vtrumque Cancellarium Vniuerſitatis Pariſienſis ſcribit iiſdem die & anno tanquam ad eos qui authoritate Apoſtolicâ licentias impertiebantur, vt retentis in Academia Pariſienſi Doctoribus in Theologia & Iure Canonico, quantum neceſſe eſſet ad docendum, cæteros Romam ad Concilium quod indixerat, mitterent, ſeu ſecum alter eorum adduceret.

Ad Cancellarios Vniverſitatis Pariſ.

Bonifacivs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Cancellario S. „
Genouefæ & Decano ac Cancellario Pariſienſis Academiæ ſal. & Apoſt. Bened. „
Diſcretioni veſtræ committimus, quatenus vos duo, vel vnus veſtrum, præſer- „
tim Tu Cancellarie, prouidere poſſitis de tot & talibus Doctoribus & Magiſtris, „
vt Pariſius remaneant ad actu regendum ibidem, de quot & de quibus videre- „
tis prouidendum. Ita quod tam vtile ſtudium & famoſum Doctores ſufficien- „
tes habeat in Theologia & Iure Canonico prædictis. Per hæc autem Tu Can- „
cellarie, ſtatuto tempore venire perſonaliter ad noſtram præſentiam non omit- „
tas. Datum Laterani Non. Decemb. Pontif noſtri an. 7. „

Hæc fuerunt initia magni diſſidij inter Papam & Regem. ſed Rex vlterius progreſſus Bullas Papæ, ſed eam præſertim quâ intendebat ſibi dominium in Temporale, palam & publicè Pariſiis concremari iuſſit, filioſque ſuos exhæredes eſſe voluit, ſi vnquam concederent Regnum Franciæ alij quàm Deo ſubiacere. Id factum menſe Feb. Dominica poſt Octauam Purificationis B. Mariæ, vt legitur in veteri quodam M. S. quod refertur à Puteanis in Hiſtoria huiuſce diſſidij. *Nota quod die Domin.* poſt Octauam Purificationis B. Mariæ 1301. Rex „
Franciæ fecit comburere Bullam Papæ in medio omnium Nobilium & aliarum „
perſonarum, quæ erant, ea die Pariſius, & cum trompis fecit huius combuſtio- „
nem Bullæ per totam villam Pariſius præconizari. Item à die Veneris ante diem „
Dominicam erant elapſi 15. dies, quod idem Rex condemnauit filios ſuos in „
præſentia totius Curiæ ſuæ, & Procerum omnium qui erant præſentes, ſi aduo- „

« harent ab aliquo viuente, niſi ſolummodo à Deo, Regnum Franciæ.
Ejuſdem rei mentionem facit Chronicon Rotomagenſe ad hunc annum, &
« Appendix Annalium H. Steronis Altahenſis, his verbis. Bonifacius Papa
« qui contra Philippum Regem Franciæ plura conceperat, prouocatus tranſmiſit
« litteras ſuas eidem Regi ad perpetuam rei memoriam, in quibus mandauit eidem
« Regi, quod tum ipſe Papa Dominus eſſet in ſpiritualibus & in temporalibus in
« vniuerſo mundo, volebat vt recognoſceret Regnum Franciæ ab eodem; &
« contrarium ſentire hæreticum iudicabat. Fuerunt litteræ eius in Regno Fran-
« ciæ coram pluribus concrematæ & ſine honore remiſſi Nuncij, qui portaue-
« runt. Et tunc Rex idem fecit artari omnes vias & exitus Regni ſui. Quo anno
« idem Papa excommunicauit omnes impedientes eos qui veniebant ad Curiam
« Romanam.

Vt autem Rex à ſe omnem inuidiam Prælatorum amoliretur ob detentum Apamienſem Epiſcopum, eum Papæ reddi iuſſit, protinuſque Regno excedere, ſimul eum Archidiacono Narbonenſi, qui à Papa miſſus ad Epiſcopum illum repetendum, Regi litteras exhibuerat, quibus mandabat Pontifex & ſignificabat eum tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus ſubeſſe Romani Pontificis ditioni, prohibebatque ne deinceps Eccleſiarum vel Præbendarum vacantium in Regno ſuo, quamuis earundem cuſtodiam haberet, vſusfructus ſibi retinere præſumeret. Præterea reuocabat idem Pontifex omnes gratias & indulgentias, quas pro ſubſidio Regni Franciæ Regi conceſſerat occaſione belli, prohibens ne collationem aliquam Præbendarum aut Beneficiorum vacantium ſibi præſumeret vſurpare. Secus id totum irritum eſſe volebat, & ſecus atque aliter ſentientes hæreticos declarabat.

Idem quoque Archidiaconus denunciauit omnibus Regni Prælatis, Abbatibus, Magiſtris in Theologia & Iure Canonico & Ciuili, vt Romæ adeſſent Kalendis Nouembribus anni proximè futuri, nimirum an. 1302. quas litteras ſupra retulimus.

Interim verò Rex circa mediam Quadrageſimam eiuſdem anni Conuentum habet frequentiſſimum apud Baſilicam B. Mariæ Procerum tam Eccleſiaſticorum, quàm ſecularium; nec non & hujuſce Vniuerſitatis Deputatorum, in quo hæc Quæſtio præſertim agitata, cuinam Domino Regnum Franciæ ſubeſſe putaretur, an Papæ, an Regi. Reſponſum verò eſt ab omnibus illud in temporalibus, vt vocant, ſoli Deo & Regi ſubeſſe, rogaruntque Regem, vt ſui Regni, nec non Eccleſiaſticorum Prælatorum & Nobilium atque populi cuſtodiam defenſionemque ſuſciperet: quod ille publico Edicto executus eſt. Hanc
" Hiſtoriæ partem tangit Continuator Guillelmi de Nangiaco. Philippus Rex
" Franciæ reddens Papæ Nuncio Appamienſem Epiſcopum, vt de Regno ſuo
" feſtinanter recederet, imperauit, & poſt, media ſubſequenti Quadrageſima con-
" gregauit Pariſius omnes Barones ac Milites atque totius Regni Franciæ Ma-
" giſtratus cum Maioribus Prælatis & Minoribus Vniuerſis. Vbi primùm à Per-
" ſonis Eccleſiaſticis ſciſcitauit à quo ſuum temporale Eccleſiaſticum, & Baro-
" nes & Milites ſua ſe tenere fœoda adgnoſcebant, timebat etenim Regia Maje-
" ſtas, ne propter hoc quod Papa mandauerat tam ſibi in temporalibus quàm in
" ſpiritualibus ſe ſubeſſe, vellet idem Rom. Pontifex eniti, quod Regnum Fran-
" ciæ à Rom. Eccleſia in fœodum teneretur. Et cum omnes à Francorum Regibus
" tenuiſſe ac de cætero ſe tenere dicerent vniuerſa, Rex eiſdem gratias reddidit,
" & promiſit quod corpus & omnia quæ habebat, exponeret pro libertate Re-
" gni conſeruanda. Similiter autem Barones & Milites per os Atrebatenſis Comi-
" tis Roberti poſtea reſponderunt dicentes, quod ex toto robore prompti erant
" pro corona Regni Franciæ contra omnes aduerſarios decertare. Sic illo ſoluto
" Conſilio edici fecit Regia Majeſtas, ne aurum aut argentum aut mercaturæ quæ-
" que de Regno Franciæ veherentur; quod qui contra faceret, totum amitteret,
" & grandi nihilominus emenda, vel graui pœna corporis puniretur. Et tunc dein-
" ceps fecit omnes exitus, paſſus & introitus Regni Franciæ cautiſſimè cuſtodire.
" Hæc Continuator ad an. 1301.

Hanc quoque partem hiſtoriæ notauit Ioannes de S. Victore his verbis. Cum
« Rex Francorum Philippus feciſſet paſſus & vias, per quæ itur à Gallia in Ita-

Digitized by Google

liam , obſeruari , nolens aliquos cujuſcunque nationis aureos vel argenteos »
nummos vel vaſa extra Regnum ſuum portari ſine licentia ſua ſpeciali, Papa in- »
de offenſus in Cœna Domini Laterani publicam ſententiam in omnes impedien- »
tes , vel in aliquo perturbantes volentes ire ad Curiam Rom. injecit & ſecum »
ſua vel de ſuis aliquid tranſportare , quod propter Regem Franciæ ipſum id fe- »
ciſſe poſtea rei exitus comprobauit , fecitque litteram excommunicationis pa- »
lam affigi vt ab omnibus videretur. Et miſerat ante Papa circa Purificationem »
Regi litteras , in quibus continebatur , quod Rex ipſi Papæ ſubditus erat non »
ſolum quantum ad ſpiritualia , ſed etiam quantum ad temporalia , ſcilicet te- »
nens terram & Regnum ſuum à Papa ſeu ab Eccleſia Rom. & quod ad eum nul- »
lum Beneficiorum vacantium collatio pertinebat , & alia multa. Quamobrem »
ipſe Rex omnes Regni Prælatos fecit Pariſius Dominicû in Paſſione ad haben- »
dum conſilium & requirendum eorumdem voluntates conuenire , qui ſe tenue- »
runt ferè omnes de parte ipſius Regis. In hoc caſu Papa agnitâ Congregationis »
cauſâ & Prælatorum reſponſione , per litteras Papali Bulla munitas in Fran- »
ciam directas citauit ad Curiam omnes Regni Francorum Prælatos *Magiſtroſque* »
Theologiæ & Decretorum , præcipienſque eis diſtrictè quatenus in principio No- »
uembris omni excuſatione poſtpoſitâ omnes coram eo perſonaliter adeſſent: »
quæ citatio tam aſpera multis eorum occaſionem timoris & ſcrupuli miniſtrauit. »
Sed tandem de communi conſilio & aſſenſu omnium Quidam pro cæteris ſunt »
ad Curiam deſtinati.

Ad hujus hiſtoriæ illuſtrationem , quia ad hanc quoque Vniuerſitatem pertinet , referre placet ſupplicationem populi Francici ad Regem, ne cui Regnum ſuum præterquam Deo ſubmittere vellet in temporalibus ; Edictum Regis in hanc rem , & litteras Prælatorum & Baronum Regni ad Cardinales. Talis ergò eſt ſupplicatio populi ad Regem contra Bonifacium Gallicè conſcripta , quæ legitur in libello edito an. 1613. cui pro titulo legitur , *Acta inter Bonifacium VIII. & Benedictum XI. PP. & Philippum pulchrum Regem Chriſtianiſſimum nunc primum edita.*

SVPPLICATIO REGI FACTA A POPVLO GALLICANO CONTRA BONIFACIVM.

A vous tres-Noble Prince, noſtre Sire, par la Grace de Diéu Roy de France ſupplie & requiert le peuple de voſtre Royaume , pource qu'il li appartient que ce ſoit fait , que vous gardiez la ſoueraine franchiſe de voſtre Royaume, qui eſt telle , que vous ne recogneſſiez de voſtre Temporel Souuerain en Terre fors que Dieu , & que vous faciez declairer , ſi que tout le monde le ſache , que le Pape Boniface erra manifeſtement & fiſt peché mortel notoirement, en vous mandant par lettres Bullées qu'il eſtoit voſtre Souuerain de voſtre Temporel & que vous ne pouuez preuendes donner , ne les fruits des Egliſes Cathedrales vacans retenir & que tous ceux qui croyent le contraire , il tenoit pour Hereges.

Item , que vous faciez declairer que l'en doit tenir ledit Pape pour Herege, non pas vous & toute la Gent de voſtre Royaume , qui tous dit oïr , creu & croient le contraire ; pource qu'il ne veut cette erreur rappeller, ayant dit moult de fois qu'en cette creance viuroit & mourroit , & que ja pour nul homme ce ne rappelleroit : leſquelles choſes il ne pouuoit faire , ne dire , ne croire ſans pecher mortelment contre vous , contre vos hoirs & vos anteceſſeurs & contre vos ſubjets & contre tout le pueuple Latin , qui croit la Decretale qui dit que vous ne recogniſſiez nul Souuerain en terre, & que le Pape qui la fiſt ne vouloit pas ni ne vouloit ſurrectement demander ſur voſtre temporel : ſi que ledit Pape vous vouloit tollir à tort la graigneur Nobleſſe & le plus haut point de voſtre Seignorie en faiſant contre le commandement de la Loy , noſtre Sire, tout ſarchamutement , en diſant que il li liſoit fere encontre , & que ce ſoit voir , il pert , pource que li qui diſoit que il eſtoit ſers de Dieu , ne pouuoit la Loy de ſon Seigneur oſter , ne refuſer à la garder , ayeſmement quant aux Commandemens de la Loy , que il ne fuſt & deuſt eſtre tenu pour Bougre, les puet prouuer per viue force , ſans que nul y puiſſe par raiſon reſpondre que le Pape n'eut onques Seignorie de voſtre Temporel , ne en autre , ne auoir , ne chalongier , ne doit fort tant comme ceux que la Seigneurie auoient ou temps S. Sylueſtre , & puis l'en ont donné , & ſe il paroiſt plus chalement , & demandeurs conuoitiſe & rapine feroit par les raiſons qui enſuiuent.

Digitized by Google

Quand Dieu le Pere apres le Ciel & les quatre Elemens out formé Adam & Eue, il dit à eux & à leur ſucceſſion. *Quod calcauerit pes tuus, tuum erit*, ſi comme le dit, le commencement de la Bible : c'eſt à dire que il vouloit que chacun homme fuſt le Seigneur de ce qu'il occuperoit de terre. Ainſi departoient les Fils d'Adam, la terre, & en furent Seigneurs quatre mil ans & plus auant le temps de Melchiſedec qui fut le premier Preſtre qui fuſt Roy de tout le Monde, & obeiſſoient la Gent ali comme à Roy du Temporel, non pas comme à Preſtre, & fuſt auant Roy que Preſtre. Apres ſa mort fut grand temps, ſix cens ans ou plus, auant que nul autre fuſt Preſtre. Et Dieu le Pere qui donna la Loy à Moïſe, l'eſtabli Prince de ſon peuple d'Iſraël & li commanda qu'il fiſt Aaron ſon frere Souuerain Preſtre & ſon fils apres li. Et Moïſe bailla & commiſt, quand il deuſt mourir, du Mandement de Dieu, la Seigneurie du Temporel non pas au Souuerain Preſtre ſon frere, mais à Ioſué, ſans debat, que Aaron & ſon fils apres y meiſſent, ains gardoient le Tabernacle & entendoient illec au ſeruice de Dieu, & ſe aidoient au Temporel de defendre & conquerir par armes & outrement. Et tous les autres Preſtres & Diacres le firent apres eux auſſi comme les autres Gens. Et puis quant vint à partir la Terre Sainte entre les 12. Lignées, quiconques ce l'auoient, celuy Dieu qui toutes les choſes preſentes & auenir ſauoit, commanda à Ioſué leur Prince qu'il partiſt la terre entre les onze Lignées; & que la Lignée des Preſtres & des Diacres euſſent en lieu de leur partie, les diſieſmes & les premices de tout, & en vequiſſent ſans terres auoir, ſi que ils peuſſent plus profitablement Dieu ſeruir & prier pour le pueuple. Et puis quant vint grand piece apres quand le pueuple d'Iſraël demanda Roy à noſtre Seigneur ou fiſt demander par le Prophete Samuël, il ne leur eſlit pas le Souuerain Preſtre, mais Saül qui ſurmontoit de grandeur tout le pueuple de tout le col & de la teſte. Apres noſtre Seigneur eſleut Dauid en Roy, non pas le Souuerain Preſtre. Si que il not nul Roy en Hieruſalem ſus le pueuple de Dieu, qui fuſt Preſtre, ains auoient Roy & Souuerain Preſtre en diuerſes perſonnes, & auoit l'vn aſſez à gouuerner le Temporel, & le autre, le Spirituel du petit pueuple. Et ſi obeiſſoient tous les Preſtres du Temporel aux Rois. Apres noſtre Seigneur Iesvs-Christ fuſt Souuerain Preſtre, & ne trouue l'en point eſcrit, qu'il euſt oncques nulle poſſeſſion du Temporel, ne que il vouluſt que Herodes qui Roy eſtoit ne Pilate qui eſtoit garde de ce que li Empereur de Rome auoit en part, li en obeiſſent de riens: ains diſt que l'en rendiſt à Ceſar, ce que l'en li deuoit, & à Dieu auſſi, & fiſt payer pour li & pour S. Pierre ſon Vicaire d'vn denier d'or, qu'il fiſt prenre en la gueule d'vn poiſſon, & le fiſt affin qu'il n'euſt riens. Apres ce, Saint Pierre & S. Pol, S. Clement & les autres ſaints Apoſtres, ne les autres iuſques au temps dudit Boniface ne demanderent onques Seigneurie, fors en ce que Conſtantinus donna à l'Egliſe. Ce fut grand abomination à ouïr que c'eſt Boniface pource que Dieu diſt à S. Pierre, *ce que tu lieras en terre, ſera lié au Ciel*, cette parole de ſpiritualement, entendit mallement comme Bougre, quant au Temporel, ſe il mit vn homme en priſon temporelle, le miſt pour ce Dieu en priſon en Ciel. Et ſi diſt S. Auguſtin *contra Auicennam Donatiſtam*, l'en puet en preſcher vſer de la Sainte Eſcriture en ſens de Myſtere, ſi comme le preſcheur voit que bien eſt: mais l'en doit vſer en diſputoiſon, en ſens de la lettre, non mie par myſtere. Et ſi dient les Docteurs que les faits de noſtre Seigneur, eſcrits au vieil Teſtament, ſont figure & exemple du nouuel Teſtament. Et l'Apoſtre dit que nous deuons prenre exemple au fils de Iesvs-Christ. Donques quand Dieu le Pere bailla à deux perſonnes le Gouuernement de ſon petit pueuple d'Iſraël, à vn le Temporel, à l'autre le Spirituel, comment oſa dire le Pape Boniface, & mander que de la voulenté de Dieu il deuoit auoir le pouuoir & la charge de gouuerner le Spirituel & le Temporel de tout le monde. Quar ſe il euſt le pouuoir du Temporel ſur vous & ſur voſtre Royaume, par plus forte raiſon il euſt eu pouuoir ſur tous les Princes Chreſtiens: pource que il n'en ny a nul qui par droit eſcrit peut monſtrer ſa franchiſe fors que vous : pourquoy vous li pouez dire que à tors par tres grande conuoitiſe vouloit ſe ſouſprendre de nouuel par deſſus vous, & par le greigneur orgueil que l'en puſt trouuer, que

que homme euſt onques demandé poeſté en monde : comment pourroit homme dire pour le plus enflé d'orgueil, que ceſe Dieu ma commis en terre ſon pouuoir en Temporalité & en Spiritualité, ſi que ſur toutes gens en toutes manieres ſe ſcent mon pouuoir & ma poeſté. L'en puet bien voir ſe l'encence de ſi ſage ſeculier, comme il eſtoit, fuſt de bien gouuerner tout le Temporel & le Spirituel. Il n'en priſt pas ſe grand fais : quar nul plus ſage & plus forts ny ſouffiſoient pas. Li meſmes ne ſouffiſoit pas à l'eſpirituaulté gouuerner, ne ſon deuoir ne faiſoit ; quar il eſtoit tenu de garder les Commandemens de la Loy, du vieil Teſtament & du nouuel, qui dient que il deuoit aorer & enſeigner chacun homme du monde comme ſoy-meſmes, & que qui ne ſera baptizé & ne croira en Iesvs-Christ ſera condempné, & que ſi comme il qui eſt Pape, aimoit Dieu, il eſtoit tenu ſauuer & luy defendre toutes armes, & les enſeigner par faits & par paroles. Or ne les enſeignoit il pas bien en fait de tel orgueil & de telle conuoitiſe : quar il queroit ſon profit & ſa volonté, non pas de tout le pueuple, & ſi n'enſeignoit par paroles que ou païs ou il fuſt nez de moult la mendre partie de la Gent. Et meſmement pas noſtre Seigneur Iesvs-Christ qui enuoya preſcher la Foy Chreſtienne par ſoixante & douze Diſciples, auſquenlx il donna le ſens & les langages de toutes gens, ayant ledit Boniface tu en ce negligent : quar onques par ſoy ne par ſantié ne regarda ne enſeigna la centieſme partie de la Gent du monde. Il eſtoit greigneur beſoin que il ſceuſt Arabic, Caldagireux, Ebrieux & tous autres langages deſqueulx il eſt moult de Chreſtiens, qui ne croyent pas comme l'Egliſe de Rome, pource qu'ils n'ont eſté de ce enſeignez, ſi comme les Pentacors deuers Orient, neuf cent Eueſques qui que il y a ſous li pres de tous les Grieux & pluſieurs autres deſqueulx enſeigner il laiſſa la cure, pour les plus obeiſſans ſuppediter, greuer & moleſter que il eſt deſſus dit. Se celuy qui par Miracles ne pouuoit donner des langages euſt fait apprendre en tous les langages des Lettres tant d'Eſcholiers bien diſpoſez pour apprendre que ils ſouffiſent pour enuoyer à tous les pueuples preſcher la Foy Chreſtienne, & s'ils n'euſſent aſſez ſceu pour ce fere à ſa vie, ſes Succeſſeurs les euſſent enuoyez en parfaiſant ce que il euſt commencé : auſſi comme Moyſe commença la conqueſte de la Terre Sainte, & ſe ne la vit onques, mais eſtablit par ſoy, quand il deuſt mourir, en ſon lieu Ioſué, & commanda au pueuple que il luy obeiſt. Pource appert puiſque dire le conuient : quar qui folie dit, folie doit oir : pourquoy en reſpondre ſens & verité ne puent pas il auenir. Quar ſi Boniface pour ſoy & pour tout ſon Clergié euſt à Dieu rendu tout le pueuple Latin, qui mourut, tant comme il euſt en cure, que il en laiſſa quatre cent perir par ſa negligence, & pource que il ne garda les Commandemens de la Loy, en ce que noſtre Seigneur Iesvs-Christ, diſt à S. Pierre *Paſce oues meas*, & entendit de toutes, de quelconques lignages qu'ils feuſſent, & il laiſſa ce à faire, pour entendre à pouruoir & annoblir ſon lignage, & pour vous tollir voſtre greigneur franchiſe, il ne puet nier que par ce fait, plus encore que ſe il le deiſt, pource que l'en croit plus, exemple de fait que de paroles, que il ne donnaſt occaſion à tous Princes meſcreans, à tous les Chreſtiens, Princes deſobeiſſans, de refuſer le Bapteſme & l'obeiſſance de l'Egliſe de Rome : pource qu'ils penſent perdre le plus haut point de leurs Seigneuries, c'eſt à ſçauoir de non reconnoiſtre Souuerain de leur fiez.) Se les Apoſtres & les autres Diſciples euſſent fait ou dit ainſi, nul ne cuideroit que ils peuſſent auoir vn tout ſeul Prince conuerty. Et ſi croit-on que il commença à vous bon Roy, pource que vous & vos anteceſſeurs & tout le pueuple ſouſmis à vous, auez tout temps eſté les plus obeiſſans & les plus deuots à l'Egliſe de Rome & à toutes les autres ; ſi comme il peut bien, regarde la Iuriſdiction & l'authorité des Egliſes de voſtre Royaume & des autres. Et pourquoy il pert que Boniface à l'exemple de Zacharias s'efforça de faire contre le greigneur bien, le greigneur mal, que il puet, quand lors que vous & voſtre Conſeil & tout voſtre pueuple que tant eſt grand, vous teniez pour ſi mal payez de ſon mandement. Et que ſi grand eſclandre en eſtoit par tout le monde, comme le fait greigneur, que l'en ne pourroit dire ne eſcrire, & ſi euſt eſté trop greigneur, ſe l'en euſt vſé de ſemblable ſur tout le Latin : que nul homme

ni euſt obeï, tant comme il s'en peut defendre. Le cuer & la volente du mandement qui cuidoit faire tout le monde trembler, s'endurcirent ſans repentir & ſans retraire à l'exemple de Pharaon. Ne onques homme ne s'apperceut que il ne mourut en ſi grand iniquité en faiſant le contraire de noſtre Seigneur Iesvs-Christ & de S. Pol qui dit ainſi, *ſe mon frere eſtoit eſclandre, pour l'en oſter, ie me garderoye de mengier char à tous iours mais* : & pource que il ne parlaſt ſans faire & ſans que il ne fuſt greueur au pueuple & que eſclandre ne yſſiſt, iceluy ſage Apoſtre quand il alloit preſchant, par ſon art & par ſes mains queroit en faiſant panniers ce que neceſſaire y eſtoit pour luy & pour ceux qui auec li eſtoient. Et l'Apoſtre en ſen Canon meſme dit que pour eſclandre eſcheuer, l'en doit faire & laiſſer à faire tout ce que l'en peut ſans pechié mortel, & li fut, & eſt eſclandre greigneur dudit mandement de l'orgueil & de la conuoitiſe, pource que les ſages regardoient que les Apoſtres & les Empereurs, quand ils furent leur doz, qui pour eux eſtablirent le plus que ils peurent, laquelle choſe pert bien, à ce que l'Empereur dit, que il eſtoit Seigneur du monde ſans rien excepter, qui ne auint onques à Alexandre ne à autre. Et ſe n'oſerent ils dire que l'en ſe peut defendre contre l'Egliſe de Rome & contre li Empire par preſcription de cent ans, autrement il conuenist à faire, comme les poiſſons qui ont toute la mer commune, ſi que le plus fort boute hors le plus foible & occupe le lieu, tant comme il luy plaiſt à demourer. Ainſi feroient la Gent ſe longue teneure ne deffendoit les tenans, dont ſemble il bien que ledit Pape vouloit tout le monde deſtruire & mettre en guerre, qui de nouuel vouloit occuper cette Seigneurie qui tenuë & profeze auoit eſté plus de mil ans en bonne foy des Roys de France. Par antele raiſon puet l'en demander tout l'heritage que Dieu le Pere partit entre Adam & ſes Enfans quand il diſt, *Ce que ton pied marchera & que tu occuperas, ſera tien*. Parquoy il pert qu'il alloit droitement comme Herege contre la Loy de Dieu & contre le Commandement. Onques quand ledit Boniface ſceuſt ſi grand eſclandre eſmeuë par ledit mandement, ne s'en ſouffriſt pour ce appaiſier. Il appert bien que il ne doute eſclandre de rien, & que ceſte entente de li fu peruerſe, ſi que bien n'apperceut onques ſur ce amandement. Et quand l'en ne puet nier qu'il ne ſceuſt tel eſclandre & il ne luy en chalu, mais pourſui comme melencholieux ſa folle entente plus fort que deuant, par pluſieurs fois, par vers, leſqueulx il renia Dieu, & en ce ſe rendurci ſans reſortir de riens en ſa vie. Et fit ces choſes notoirement en diſant qu'il luy liſoit à faire. Et ſi appert clerement que il ne le poroit fere ſans pluſieurs pechiez mortels, qui ne puent eſtre effacez que ce ne fuſt verité notoire. Pourquoy par les dits de S. Pol & de S. Auguſtin il renoia Dieu notoirement, & en c'eſt eſtat fu mort, ſans ce que l'en onques aperceuſt ſa repentance ſi comme ceux qui furent preſens, & la renommée de Rome le teſmoigne. *Et in Ep. ad Titum 1. c. xi. q. 3. c. Exiſtimant.* Et ſe maintint touſiours comme Pharaon que il lui liſoit à faire. Pourquoy il pert raiſonnablement qu'il fut Herege, & en cette herreur mourut & s'aucun vouloit ledit Boniface excuſer de tout ceſt eſclandre en diſant que ledit Pape ne pouuoit laiſſier que il ne fiſt ſon pouoir des choſes deſſuſdites que il ne cheiſt en pechié mortel & que ſentence fut telle. Contre ce puet on dire que il appert que ce fuſt faux, quand il s'enſuiuroit qu'il creuſt que tous les Apoſtres euſſent veſcu tous dix en pechié mortel pource qu'ils ne firent ainſi. Parquoy que aucun autre ne preigne exemple à faire ainſi : & pource que la peine de luy face paour aux autres, & meſmement pour ce que puis qu'il fuſt Pape & deuant meſmes, on li vit notoirement faire moult de choſes qui ne pouoient eſtre faites en bonne maniere, deſquelles on n'apperceut onques ſigne d'amendement, vous Noble Roy ſur tous autres Princes, Defenſeur de la Foy, deſtruiſeur des Boulgres, pouez & deuez & eſtes tenus requerre & procurer que ledit Boniface ſoit tenus & iugiez pour Herege, & punis en la maniere que l'en le pourra & deura, & doit faire apres ſa mort : ſi que noſtre ſouueraine franchiſe ſoit gardée & declarée & qu'elle ne periſſe ne ne ſoit auilée en noſtre temps, & ſi que vous gardez le ſerment, lequel nous faites en voſtre couronnement, l'honneur & le profit de vous & de vos anteceſſeurs & de vos hoirs & de tout vo-

Digitized by Google

ſtre pueuple, ſi que par la deuotion de vous, & de vos Anteceſſeurs & de voſtre grand pueuple, la greigneur franchiſe de voſtre Royaume ne ſoit perduë, ne en doute ramenée, & que celle injure faite à vous, & à voſtre pueuple, ſoit bien & ſouffiſamment amandée.

Cum autem Rex interdixiſſet, ne quis aurum argentumve è Regno exportaret aut aliud ſimile, Proceres Eccleſiaſtici, quibus à D. Papa mandatum fuerat & injunctum, vt Kalendis Nouembribus Romæ adeſſent, hinc arripientes occaſionem non demigrandi, ratique ſui eſſe Officij Papam ipſum admonere, quàm difficile opus aggrederetur, quámque intolerabile iugum Franciæ vellet imponere, ad eum ſcripſerunt in hunc modum, prout legitur in veteri Codice Bibliothecæ Sanvictor.

LITTERÆ PROCERUM ECCLESIASTICORUM AD PAPAM.

Sanctiſſimo Patri ac Domino ſuo Cariſſimo D. Bonifacio Diuina prouiden- »
tia ſacro-ſanctæ Rom Eccleſiæ ac Vniuerſalis ſummo Pontifici ſui humiles ac »
deuoti Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores Conuentuales, Decani, »
Præpoſiti, Capitula, Conuentus atque Collegia Eccleſiarum Cathedralium, »
Collegiatarum, Regularium & Secularium totius Regni Franciæ Pariſius con- »
gregati Deuota pedum oſcula Beatorum. Non abſque cordium dolore & ama »
ritudine lachrymarum Beatitudini veſtræ ſignificare compellimur; quod Sere- »
niſſimus Princeps Dominus noſter Chriſtianiſſimus Philippus D. G. Francorum »
Rex Illuſtris, auditis quæ per venerabilem virum Archidiaconum Narbonen- »
ſem Notarium & Nuncium veſtrum nuper ſibi ex parte veſtra relata fuerunt, »
ac inſpectis Apoſtolicis litteris clauſis ei per eundem Archidiaconum præſen- »
tatis, & quibuſdam licet paucis, Baronibus ſuis tunc ſibi aſſiſtentibus, earum »
communicato tenore; ex his tam D. Rex quàm Barones ipſi ingenti admiratio- »
ne & vehementi turbatione commoti, ſtatim idem D. Rex de Baronum ipſo- »
rum conſilio Barones cæteros tunc abſentes, ac nos, videlicet Archiepiſcopos »
& Epiſcopos, Abbates, Priores Conuentuales, Decanos, Præpoſitos, Capitu- »
la, Conuentus atque Collegia Eccleſiarum tam Cathedralium, quàm Colle- »
gia Regularium ac Secularium, nec non Vniuerſitates & Communitates villa- »
rum Regni ad ſuam mandauit præſentiam euocari, vt Prælati, Barones, De- »
cani, Præpoſiti, & duo de peritioribus vniuſcujuſque Cathedralis, vel Colle- »
giatæ Eccleſiæ, perſonaliter: cæteri verò per Oeconomos, Syndicos, & Pro- »
curatores idoneos eum plenis & ſufficientibus mandatis comparere ſtatuto loco »
& termino curaremus. Porro Nobis cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis ſupra- »
dictis, nec non Baronibus, Oeconomis, Syndicis, & Procuratoribus Com- »
munitatum & villarum & alijs ſic vocatis, iuxta præmiſſæ vocationis formam, »
ad mandatum Regium hac die Martis 10. præſentis menſis Aprilis in Eccleſia »
B. Mariæ Pariſius in præfati Regis præſentia conſtitutis. Idem D. Rex propo- »
ni fecit cunctis audientibus palam & publicè ſibi ex parte veſtra fuiſſe inter »
alia per prædictum Archidiaconum & litteras intimatum, quod de Regno ſuo, »
quod à Deo ſolo ipſe & prædeceſſores ſui tenere hactenus recogniti ſunt, tem- »
poraliter vobis ſubeſſe, illudque à vobis tenere deberet, nec contenti verbis »
hujuſmodi, ſic mirabilibus ſicque nouis & inauditis à ſeculo apud incolas di- »
cti Regni, ſed ea perducere ſatagentes executionis in actum, Prælatos dicti »
Regni, ac Magiſtros in Theologia & Profeſſores vtriuſque Iuris oriundos de »
Regno prædicto pro corrigendis exceſſibus, nec non & pro culpis, inſolentiis »
& injuriis atque damnis quæ Prælatis & Eccleſijs, perſonis Eccleſiaſticis & Se- »
cularibus in Regno conſtitutis, eodem & alibi, per ipſum D. Regem & Offi- »
ciarios ſeu Bailliuos ſuos, ac cæteris Patribus, Comitibus, Baronibus, alijſque »
Nobilibus, Vniuerſitatibus & populo Regni inferri prætenditis emendandum, »
ad veſtram præſentiam euocaſtis, vt ſic Regnum præfatum precioſis iocalibus, »
incomparabilibuſque theſauris, clypeis fortium præferendis, ſapientia videlicet »
Prælatorum & Sapientium, etiam aliorum, quorum fidelis maturitate con- »
ſilij & prouidentia circumſpecta regi debet & dirigi Regnum ipſum, firmari fi- »
des, Sacramenta Eccleſiaſtica exhiberi, & miniſtrari iuſtitia, & per eos facul- »
tatibus & diuitiis vacuatum penitus & exhauſtum dubij caſus euentibus, miſe- »
rabilis ruinæ periculis & deſolationis extremæ diſpendijs exponatur: in quibus »
& aliis diuerſis grauaminibus, quæ per vos & Rom. Eccleſiam ſibi, Regno & »

« Eccleſiæ Gallicanæ tam in reſeruationibus & in ordinationibus voluntarijs Ar-
« chiepiſcopatuum, Epiſcopatuum & Collationibus Beneficiorum inſignium dicti
« Regni, perſonis extraneis & ignotis & nonnunquam ſuſpectis, nullo tempore
« reſidentibus in Eccleſiaſticis Beneficijs ſupradictis, ex quibus diuini cultus di-
« minutio ſequitur, piè fundantium ſeu donantium voluntates propulſo pietatis
« officio defraudantur, pauperibus dicti Regni Eleemoſynarum largitio conſueta
« ſubtrahitur, Regni depauperatio prouenit, & Eccleſiæ iacturam deformatio-
« nis incurrunt, dum ſtipendiorum perceptione ſubtractâ obſequiis deſtitutæ
« remanent ſeruitiorum, earum prouentibus extraneorum commoditatibus de-
« putatis: & Prælati, dum non habent, quid pro meritis tribuant, imò retri-
« buant, Nobilibus, quorum Progenitores Eccleſias fundauerunt, & aliis lit-
« teratis perſonis non inueniunt Seruitores, ac hujuſmodi ex cauſis deuotione
« tepeſcente fidelium, nec eſt hodie qui ad Eccleſias manum liberalitatis exten-
« dat, & alias ex præmiſſis Edictis præbetur exemplum: nec non penſionibus no-
« uis & cenſibus Eccleſiis de nouo impoſitis, immoderatis ſeruitijs alijſque exa-
« ctionibus & extorſionibus varijs, præiudicialibus ſiquidem & damnoſis noui-
« tatibus, ex quibus generalis ſtatus Eccleſiæ immutatur. Prælatis ſuperiori-
« bus dandi Coadjutores ſuffraganeis Epiſcopis, & alias tam ipſis quàm ſuffra-
« ganeis ea quæ ad ſuum ſpectant officium, exequendi facultas adimitur, vt
« pro his ad Apoſtolicam Sedem cum muneribus recurratur, alijſque diuerſis
« caſibus & nonnullis articulis à longè retrolapſis & veſtris præſertim tempori-
« bus illata fuiſſe & continuè inferri conqueritur: ſuam & ſucceſſorum ſuorum
« & Regni exheredationem tam enormem & grauem tamque manifeſtum
« ſui & Regni honoris diſpendium & euidens detrimentum non intendens,
« ſicut non poterat, diutius tolerare, & ſe certum aſſerens quod ſuperio-
« rem in Temporalibus, ſicut nec ſui Progenitores, habuerant prout eſt toti
« mundo notorium, non babebat: ac fauere in præſenti negotio, ſicut Doctorum
« in Theologia & Magiſtrorum in vtroque Iure de Regno ſuo oriundorum, &
« alij qui inter Doctores alios & peritos orbis peritiores & famoſiores habentur,
« relatione concordi habuerunt iuſtam cauſam; Nos vniuerſos & ſingulos tam
« Prælatos, quàm Barones & alios inſtantiùs requiſiuit, præcepit vt Dominus,
« & rogauit ac precibus inſtitit vt amicus, vt cum ad conſeruationem liberta-
« tis antiquæ, honorum & ſtatus Regni prædicti, ac incolarum ipſius & releua-
« tionem grauaminum prædictorum, reformationem Regni & Eccleſiæ Gallica-
« næ, de noſtro & Baronum ipſorum Conſilio, ad laudem Diuini nominis, exal-
« tationem Catholicæ fidei, honorem Vniuerſalis Eccleſiæ & Diuini cultus aug-
« mentum, ſalutaria diſponat inire conſilia, & efficacem operam adhibere præ-
« ſertim circa grauamina per Officiales ſuos & alios de Regno prædicto, ſi quæ
« ſunt Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis illata: ſuper quibus debitæ correctio-
« nis remedium ante aduentum præfati Archidiaconi ordinauerat adhibere, quod
« iam duxiſſet in executionis effectum, niſi quod id ex metu vel ad mandatum ve-
« ſtrum feciſſe forſan aliquibus videretur, id quod vobis adſcribere non poſſetis:
« ad hæc non ſolum omnia quæ in bonis forent ipſius, ſed & etiam perſonam &
« liberos, ſi caſus exigeret, exponendo ſibi in his in quibus ſingulariter omnium
« & generaliter ſingulorum res agi dignoſcitur, cauſa prouehitur, & proprium
« vniuſcujuſque tangitur intereſſe, prout ex debito fidelitatis adſtringimur; cu-
« raremus adeſſe Conſiliis & auxiliis opportunis, petens ſibi ſtatim ſuper his ab
« vniuerſis & ſingulis præcisè & finaliter reſpondere. Barones ſimul cum Syndi-
« cis & Procuratoribus ſupradictis ſecedentes in partem ac demum deliberato con-
« ſilio redeuntes, præfato D. Regi & hujuſmodi ſuo laudabili propoſito & bene-
« placita voluntate ad multa laudum præconia & gratiarum actiones exuberes
« aſſurgentes vnanimiter reſponderunt, ſe ad ea paratos, nedum exponere res
« & bona quæ extant adhuc, totaliter offerebant, ſed & perſonas vſque ad mor-
« tis ſupplicium, tormentorum quorumlibet grauamina non vitando, adjicien-
« tes expreſſius viuâ voce, quod ſi præfatus D. Rex præmiſſa, quod abſit, eligeret
« tolerare, vel ſub diſſimulatione tranſire, ea ipſi nullatenus ſuſtinerent.

« Itaque à Nobis ſubſequenter reſponſione petita, licet longiores delibera-
« tionis inducias poſtulantes, ipſum D. Regem & Maiores ex Baronibus memo-

ratis, quod non ea intentione ad eundem D. Regem Apoſtolicæ litteræ pro- „
ceſſiſſent, vt veſtræ vuluntatis exiſteret in Regni prædicti libertatem impin- „
gere, vel quidquam honori Regio contrarium in hac parte quomodolibet in- „
nuuare, multa lenitate verborum, perſuaſionibus ſtudioſis & multiplicatis ex- „
cuſationum præſidiis niſi fuimus informare ipſum ad ſeruandum vinculum vnio- „
nis quod inter ſanctam Rom. Eccleſiam & prædeceſſores ſuos & ipſum vſque „
ad hæc tempora viguiſſe dignoſcitur, multiplici inductione, vlteriori tamen „
dilatione negata, ac prædicto patenter & publicè vniuerſis, quod ſi quis vo- „
luntatis contrariæ appareret, ex tunc pro inimico Regis & Regni notoriè ha- „
bebatur, conſultius attendentes & conſpicientes apertius, quod niſi D. Rex „
& Barones prædicti ex noſtra forent reſponſione contenti, præter alia pericu- „
la & grauia ſcandala, quorum non eſſet numerus neque finis, tam Romanæ „
quàm Gallicanæ Eccleſiæ deuotio & obedientia omnimoda Laïcorum & to- „
tius populi, quæ ex tunc irreparabiliter tollebatur, non ſine multa perple- „
xitatis anguſtia ſic duximus reſpondendum, quod ipſi D. noſtro Regi in con- „
ſeruatione perſonæ ſuæ, ſuorumque & honorum ac libertatis & iurium dicti „
Regni, prout Quidam noſtrum, qui Ducatus, Comitatus, Baronias, feoda, „
& alia membra Nobilia dicti Regni tenemus ex forma iuramenti, & cæteri qui „
omni debito ſibi ſumus fidelitatis adſtricti, adeſſemus eidem debitis conſiliis & „
auxiliis opportunis. Eidem D. Noſtro Regi humiliter ſupplicantes, vt cum Apo- „
ſtolicæ ſanctitati ad obedientiam teneamur, ad Beatitudinis veſtræ pedes iuxta „
præmiſſæ vocationis veſtræ tenorem permitteret Nos transferre. Ex parte cu- „
jus & Baronum eſt ſecuta Reſponſio, quod Nos nullo modo abire permitte- „
ret, Regnum ſic periculoſè, ſic deformiter, ſic irreparabiliter vacuari, quin po- „
tius exhauriri totaliter nullatenus ſuſtinerent. „

Conſiderantes igitur tam vehementem commotionem & turbationem tam „
periculoſam & grauem, imò grauiſſimam Regis, Baronum & aliorum Laïco- „
rum Regni prædicti; & iam cognoſcentes apertius, quod antiqui hoſtis pacis „
æmuli zizaniæque ſatoris, qui à ſuæ ruinæ principio conatur, vt Eccleſiæ vni- „
tatem pacis turbatione reſcindat, charitatem vulneret, ſanctorum dulcedinem „
operum inuidiæ veneno fellis inficiat, humanumque genus euertat modis om- „
nibus & perturbet faciente nequitia amabilis fœderis vnitatem & amicitiam „
ſingularem quæ inter ſæpedictam Rom. Eccleſiam ac præfatum D. Noſtrum „
Regem ac prædeceſſores eius & Regnum, ad laudem Altiſſimi in fidei Chri- „
ſtianæ profectum, & tam Eccleſiæ quàm Regis & Regni honoris, exaltatio- „
nis monimenta felicia hactenus viguerunt, diſſolutioni & ſeparationi lugubri „
& flebili, proh dolor, porta patet, & inſurgunt vndique frementia ſcandala, „
excreſcunt anguſtiæ Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis, expoſitionis ac rerum „
ac bonorum direptionis pericula intentantur, cum iam abhorreant Laïci & „
prorſus effugiant conſortia Clericorum, eos à ſuis omnino Conſiliis & allocu- „
tionibus abdicando, ac ſi contra eos proditoriæ factionis conſcij, vel partici- „
pes extitiſſent, & ad contemnendam Eccleſiaſticam Cenſuram & proceſſus, ſi „
quauis authoritate forſan fierent contra eos, iam ſe parant & muniunt in gra- „
ue periculum animarum & alia & diuerſa pericula & varia quæ nec lingua in- „
ferre ſufficeret, neo poſſet Scriptura diſſerere. Hinc in promptu ad Sanctita- „
tis veſtræ prouidentiam circunſpectam in hoc ſummæ neceſſitatis articulo du- „
ximus recurrendum flebilibus vocibus & lachrymoſis, ſingultibus paternam cle- „
mentiam implorantes ac ſupplicantes humiliter, quod ſalubre remedium in „
præmiſſis, per quod firma tam longi temporis decurſu inter Eccleſiam, Regem „
& Regnum fructuoſa vnionis & mutuæ dilectionis integritas in antiqua charitatis „
dulcedine conſeruetur, ſtatus Eccleſiæ Gall. in pulcritudine pacis & quietis opta- „
tæ remaneat, proſpiciatur Nobis noſtriſque ſtatibus reuocando veſtræ vocationis „
Edictum; ac prædictis periculis & ſcandalis obuietur, Apoſtolicæ prouidentiæ „
ſtudio ac paternæ officio pietatis dignamini prouidere. Conſeruet Altiſſimus B. „
V. Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per tempora longiora. Datũ Pariſius die Martis prædicta. „

Hujuſce Legationis princeps fuit M. Petrus de Mornayo patria Bituricenſis, in vtroque Iure verſatiſſimus, ex Epiſcopo Aurelianenſi factus Epiſcopus Autiſſiodorenſis an. 1297. tum verò Regis Regnique Cancellarius. Ille acqui-

ſiuit, vt legitur in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, magnam partem Domorum Epiſcopalium quæ contiguæ erant *portæ Inferni* aliàs *de Ferto*, nunc S. *Michaëlis*, Pariſiis, obtinuitque à Rege magnam plateam extra muros contiguos, *in qua conſtrui fecit Curtilia & viridaria amœniſſima & circumcingi muris, ſed propter guerras ibidem ſunt foſſata concauata.* Iuxta ea loca conſtructum eſt Collegium Harcurianum.

Litteræ Baronvm ad Cardinales. In eandem rem Barones alijque Regni Proceres ſcripſerunt ad Cardinales Eccleſiæ Rom. & multo rationum pondere conati ſunt eos à tam inaudito propoſito auocare, commonentes primùm quanta contulerint olim Eccleſiæ Reges Franciæ, quámque neceſſaria ſit inter Romanam Eccleſiam & ipſum Regnum amicitia & confœderatio. Rem verò ex parte D. Papæ in frequenti Gallicorum Procerum Conuentu expoſitam, omnium animos ſuâ nouitate turbauiſſe, non poſſe enim Gallos ferre, alteri quàm Regi ſuo parere, omneſque ad effundendum ſanguinem ſi opus ſit, pro tuendis Regni iuribus paratos eſſe. Præterea Bonifacio crimen exprobrant auaritiæ, quod nempe ob collationes Beneficiorum pecuniam exegerit, quod indignos ad Prælaturas promouerit, quodque ſibi Beneficiorum quæ ad ius regale pertinent, collationem arrogare velit. Denique rogarunt, vti Papam à tam nefario ſuſcepto dimouerent, quò facilius omnes ad peregrinationem vltramarinam conſpirarent. Iſtæ autem Baronum litteræ leguntur in veteri MS. Bibliothecæ Victorinæ, & in Archiuis Regiis, in arca Bonifacij Reg notato B. fol. 246.

A Honorables Peres lors chiers & anciens amis, tout le Colliege & à chacun des Cardinaux de la S. Egliſe de Rome, li Duc, li Comte, li Barons & li Noble tuit du Royaume de France. Salvt, & connuuel accroiſſement de charité, d'amour & de toutes bonnes auantures à leur deſir. Seignours vos eſpiciaument ſçauez & ſçait chacun qui a ſain entendement comment l'Egliſe de Rome & li Royaume de France, li Roys, li Baron, li Clergié & li peuple d'iceluy Royaume ont d'ancienneté & continuellement de couſtume eſté conjoints enſemble par ferme & vraye amour & charité, & les grans miſeres, les peines & les trauaux que nos Anteceſſours & li pluſieurs de Nous & des Noſtres ont ſouffert, ſouffrent & ſouffreront touſiours en l'honneur de celuy qui pour Nous ſouffri Paſſion & mort pour ſouſtenir & eſſaucier la Loy & la Foy Chreſtienne & S. Egliſe, pour laquelle pluſiours d'eux ont maintefois ſoffert moult de griefues peines & trauaux & eſtés pris & naurez à mort, & les grans cures que la diuine Egliſe a miſes pour le bon eſtat du Royaume. Et pource que trop griéue choſe ſeroit à nous ſi celle vraye vnité qui ſi longuement a duré entre nous ſe demenuiſoit & defailloit maintenant par la male voulenté & l'innemiſtié longuement nourrie ſous l'ombre d'amitié & par les torcionneres & effrenables entrepriſes de celuy, qui en preſent eſt ou Siege du Gouuernement de l'Egliſe, nous vous certifions par la tenour de ces lettres, aucunes mauuaiſes & outrageuſes nouuelletés qu'il a de nouuel entrepriſes à faire à noſtre tres-chier & tres redouté Seigniour Philippe par la Grace de Dieu Roy de France & à tout le Royaume, leſquelles noſtre Sire le Roy fit expoſer entendiblement par deuant Nous & à tous les Prelats, les Abbez, les Priours, Doyens, Preuoſts, Procureurs de Chapitres & des Conuents, des Colleges, des Vniuerſités & des Communautés des Villes de ſon Royaume preſens par deuant luy pour leſquiels ſe ils par ſa deſordonuée voulenté eſtoient pourſuiuies, l'vnitez & l'amitiez deuant dites ſe deferoient & desioindroient entre ladite Egliſe & le Roy & le Royaume, & Nous. Car nous ne les pourrions ne ne vourrions ſouffrir en nulle maniere, pour peine, perte, ne meſchief que ſouffrir en deuſſieus en perſonnes, en enfans, en heritages, ne en autres biens. Premierement entre les autres choſes que audit Roy noſtre Sire, furent enuoyées par Meſſages & par lettres, il eſt contenu que du Royaume de France, que noſtre Sire li Roy & les Habitans du Royaume ont touſiours eſté dit ſoubgets en temporalité de Dieu tant ſeulement, ſi comme c'eſt choſe notoire à tout le monde, il en deuoit eſtre ſubjet à luy temporellement & de luy le deuoit & doit tenir: & plus encores auec ce a fait appeller les Prelats, les Docteurs en Diuinité, les Maiſtres en Canon & en Lois dudit Royaume de France pour aman-

der & corriger les excés, les griefs, les oppreſſions, & les dommages qu'il dit par ſa voulenté eſtre faits par noſtre Seigneur le Roy, par ſes Miniſtres & par les Baillifs as Prelas, as Egliſes, as perſonnes des Egliſes, à Nous, aux Vniuerſités & au peuple dudit Royaume, iaçoit ce que nous, ne les Vniuerſités, ne li peuples dudit Royaume ne requrons, ne voulions auoir, ne correction, ne amende ſur les choſes deuant dites par luy, ne par l'authorité, ne par ſon pouuoir, ne par autrefois, que par ledit noſtre Seigneur le Roy: & ja auoit pourueu li Roy noſtre Sire à mettre remede à griefs, ſi aucuns en y euſt; mais pour ce a retardé, puiſque ces nouuelles ſont venuës à luy, car il ne veult mie qu'il apert qu'il le face pour cremeur, ou par commandement, ou par correction de luy ou d'autruy. Par laquelle conuocation ainſi faite li Royaume demourroit en grand peril & en grand deſconfort, s'il ſe vuidoit de ſi pretieux ioyaux & threſors, auſquels nuls ne ſe comperent, & qu'on doit mettre auant toutes armes, c'eſt à ſçauoir les ſens des Prelats & des autres ſaiges, par qui conſeil, par qui ſens, & par qui pourueance, le Gouuernement du Royaume eſt ſoubtenus & maintenus, la Foy eſt tenuë & aſſeurée en fermeté, li Sacremens de S. Egliſe ſont ameniſtrez & tenus & iuſtice faite & gardée en celuy Royaume, pour leſquex choſes & pour autres leſquelles trop long choſe ſeroit à eſcrire. Et pour ce eſpeciaulment, que cil qui à preſent ſiet ou Siege du Gouuernement de l'Egliſe a fait & fait encore chacun iour par ſes Ordonnances de volenté les confirmations & collations des Archeueſques & des Eueſques & des autres Nobles Benefices du Royaume deuant dit, & y a miſes par grandes quantitez & ſommes d'argent, parquoy il les a greuées & chargées, ſi qu'il conuient que li menus peuples qui leur eſt ſougez, ſoient greuez & rançonnez: car autrement ne pourroient payer les exactions qui leur a faites par perſonnes meſcogneuës & aucunes ſouſpeçonnéſes & telles & pluſieurs ſi comme enfans & pluſieurs autres qui de nul Benefice d'Egliſe tenir ne ſont dignes, & qui nulle reſidence ne font és Egliſes où ils ont les Benefices, n'i ia ny entreront: & ainſi les Egliſes ſont defraudées de leur ſeruice & les volentez de ceux qui les Egliſes fonderent, ſont aniantics, parquoy aumoſnes ſont laiſſiées, pitié arriere miſe & les bienfaits ſoubſtraicts, qui aux Egliſes ſouloient eſtre faits, les Egliſes en ſont ſi abbaiſſées & deſcheuës, que à peine en y a que nuls qui les deſſeruent, ni li Prelats ne poent donner leurs Benefices aux Nobles Clercs & aux autres biens nez & bien lettrés de leurs Dioceſes, de qui Anteceſſeurs leſdites Egliſes ſont fondées, pourquoy maluais exemple eſt donnez communement à tout le peuple & pour les penſions nouuelles & les ſeruices outrageous & deſaccouſtumez & les exactions & les extorſions diuerſes & les dommageuſes nouuelletez, li generaux Eſtats de l'Egliſe eſt du tout muez & oſtez à Souuerains Prelas, li poors de faire ce qu'à leur Office apparrient & eſt accouſtumé de faire. & encore ne luy ſouffiſt ce mie, mais les Collations des Benefices que noſtre Sire li Roys & nos Anteceſſeurs ont fondez & à li & à nous appartiennent & ont de tout temps appartenu à li & à nos deuanciers, & eſt accouſtumé appartenir, il nous empeſche & les veult adiouſter & traire deuers li par grand conuoitiſe pour plus grans exactions & plus grans ſeruices attraire à luy: & leſquelles choſes nous ne pourrions ne vourions orres en auant ſouffrir pour meſchief nul qui nous puiſſe auenir, & ſe ainſi eſtoit que nous ou aucuns de nous le vouſiſſions ſouffrir, ne les ſouffreroit mie li dicts Roys noſtre Sire, ni li commun pueuple dudit Royaume: & à grand doulour & à grand meſchief nous vous faiſons à ſçauoir par la teneur de ces Lettres que ce ne ſont choſes que plaiſent à Dieu, ne ne douent plaire à nul homme de bonne voulenté, ne onques mes telles choſes ne deſcendirent en cuer d'hommes, ne ores ne furent, ne entenduës auenir, fors auecques Antechriſt. Et iaçoit ce qu'il dit en ſes Lettres que ce a il fait du Conſeil de ſes freres, ſi ſçauons nous certainement ne autre choſe ne voulons, ne ne pourrions croire, que ce ne vous deplaiſe & que à telles nouuelletés & ſi grands erreurs, ſi foles entrepriſes ne vous donniſſiez voſtre aſſentement ne vos conſens, ne ne vouſiſſiez que cette vnitez que ſi longuement & ſi fermement a duré à le honneur de Dieu & à l'eſſaucement de la Foy Chreſtienne, au grand bien & au profit & au bon

eſtat de l'Egliſe & du Royanme par la peruerſe volenté ou par la folle enuie d'vn tel homme ſe deffiſt & deſioigniſt. Pourquoy nous vous prions & requerons tant affectueuſement comme nous pouuons que comme vous ſoyez appellez & eſtablis en partie on Gouuernement de l'Egliſe, à chacun de vous en cette beſoigne veilliez mettre tel couſeil & tel remede, que ce qui eſt par ſi legier & par ſi deſordonné mouuement commancié, ſoit mis à bon point & à bon eſtat, ſi que l'amour & li vnitez qui a touſiours duré entre l'Egliſe & le Royaume puiſſe demourer & accroiſtre, & que li griefs, eſclandres, qui pour ce eſt meus & eſt appareillez d'eſtre ſi grans & ſi cruel, que la generale Egliſe & toute Chreſtienté s'en pourroit douloir à touſiours puiſſent par voſtre vertu, bon conſeil & par voſtre amandement ceſſier : & que l'en puiſſe entendre pourfitablement au ſaint voyage d'oultremer & as autres bonnes œuures, que li bons Chreſtiens dudit Royaume ont accouſtumé à faire & à pourſuir & montrer tel ſemblant, qui li malices, que eſt eſmeus, ſoit arriere mis & aneantis & que de ces excés qu'il a accouſtumé à faire il ſoit chaſtiez en telle maniere que li eſtat de la Chreſtienté ſoit & demeure en ſon bon point, & en ſon bon eſtat, & de ces choſes nous faites à ſçauoir par le porteur de ces lettres voſtre volenté & voſtre entention : car pour ce nous l'enuoyons eſpeciaument à vous & bien voulons que vous ſoyez certain, que ne par vie ne par mort nous ne departirons, ne ne veons à departir de ces procés, & feuſt ores ainſi que li Roys noſtre Sire le voulſiſt bien. Pource que trop longue choſe & chargeans ſeroit, ſe chacun de nous metteroit ſéel à ces preſentes lettres faites par noſtre commun aſſentement. Nos Loys fils le Roy de France : le Cuens de Evreux, Robert Cuens d'Artois, Robert Dux de Bourgoigne, Iean Dux de Bretaigne, Ferry Dux de Lorraine, Iean Cuens de Hainault & de Hollande, Henry Cuens de Luxembourg, Guis Cuens de S. Pol, Iean Cuens de Dreux, Hugues Cuens de la Marche, Robert Cuens de Bouloigne, Loys Cuens de Niuers & de Retel, Iean Cuens d'Eu, Bernard Cuens de Cumenges, Iean Cuens d'Aubmarle, Iean Cuens de Fores, Valeran Cuens de Perigord, Iean Cuens de Ioigny, Iean Cuens d'Auxerre, Aymars Cuens de Poitiers, Cuens de Valentinois, Eſtenes Cuens de Sancerre, Aymars Cuens de Montbelliard, Eniorrant Sire de Conty, Godefroy de Breban, Raou de Clermont Conneſtable de France, Iean Sire de Chaſtelvilain, Iordain Sire de Lile, Iean de Chalon Sire Darlen, Guillaume de Chauuigny Sire de Chaſteau-Raoul, Richars Sire de Beaujeu, Aymeris Viecuens de Narbonne, auons mis a la Requeſte & en nom de nous & pour tous les autres, nos Seaus en ces preſentes Lettres. Donné à Paris le 10. iour d'Avril l'an de Grace mil trois cent deux.

Bonifacius intellectis ijs quæ in Conuentu Pariſienſi acta fuerant, reſcribit ad Prælatos Franciæ & ad Doctores in Theologia & Iure Canonico, eoſque vehementer increpat, quod paſſi fuiſſent multa dici contra ſe authoritatemque Eccleſiaſticam, quodque eorum nemo, dum acerba multa dicerentur, aut diluere & confutare fuiſſet aggreſſus, aut ſaltem exiſſet è Conuentu. Cæterum in eadem ſemper ſententia permanens, quoad ſubjectionem Regum, interminatur pœnas ijs qui ſibi parere detrectarent. Bulla talis eſt.

« Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Archie-
« piſcopis, Epiſcopis ac Dilectis filijs Electis & Capitulis Eccleſiarum Cathedra-
« lium Regni Franciæ, ac Doctoribus in Theologia & Magiſtris in Iure Canoni-
« co & Ciuili de Regno natis eodem ſal. & Apoſt. Bened. Verba delirantis filiæ,
« quantumcunque deſideriis maternis infeſta, quantauis ſint enormitate fœdata
« nequeunt puritatem inficere piæ matris & affectum in filiationis odium pro-
« uocare maternum, cum in ipſa miſeratione quam diligit, amor inueniatur ma-
« ternalis, qui licet miſeratione doleat naturæ legibus compatiendo filijs, in ipſa
« tamen miſeria conſolatur. Sanè conturbata ſunt nuper vniuerſa Eccleſiæ pia
« præcordia in auditu verborum, quæ ſub fictæ conſolationis pallio recitando
« quodãmodo compoſita ſunt, vt credimus nomine prædilectæ filiæ Eccleſiæ Gall.
« in matris immaculatæ opprobrium, grande malum, quaſi qui ab amico cau-
« ſam quæreret recedendi : ſed legitur, quod fruſtra rete iacitur ante oculos pen-
« natorum. Ecce collectis ex Parlamento Pariſius congregato mendicatis ſuffra-
giis

giis ne ad vocationem Sedis Apoſtolicæ vocati venerint, eorundem verborum »
compoſitores neceſſariò concludere voluerunt, damna rerum & ruinas cor- »
porum præcipuè prætendendo. Scimus equidem multorum relatione fidelium, »
nec latet Sedis Apoſtolicæ notitiam, quæ & quanta fuerint in eadem concione »
narrata & præcipuè *quæ Belial ille Petrus Flote ſemiuidens corpore, menteque tota- »
liter excoecatus* ac quidam alij prædicauerint, ſanguinem ſitientes populi Chri- »
ſtiani, qui Chariſſimum filium Philippum Regem Franciæ illuſtrem trahere »
conantur in deuium, proh dolor! propinquum, cum tantæ Chriſtianitatis ſu- »
blimitas erroneo ducatu ſubmergitur, cui ducatus à coecis miſerabiliter ad »
mentis interitum, niſi ex alto Diuina ſibi ſuccurrit pietas, propinatur, quod »
amarè illuget Mater Eccleſia circa ſalutem eius quærens remedium & meditatio- »
ne ſollicitâ contra tantæ Majeſtatis naufragium quærit portum. Verum vos fra- »
tres & filij ſi profeſſionis veſtræ debitum circunſpectis conſiderationibus atten- »
ditis, cujus venenoſæ fictionis ſuggeſtio deberet in contemptum tantæ Matris »
obedientiæ filialis, neruum concidere, aut debitum peruertere ſtatum Ordinis »
Clericalis. Videmini ſiquidem ſecundum dicta eorum ſpem ponere in terrenis, »
ſi timore terrenorum contemnitis cœleſtia vel ſeponitis propter timorem iu- »
dicum, Chriſti iugum: multa præterea ſuperba, iniqua, & ſciſmatica in eadem »
fideli concione profanata fuerunt per Oratores hujuſmodi per quæ velle vi- »
debantur diſſuere vnitatem Eccleſiæ inconſutilem tunicam Domini noſtri, quæ »
per vos debebantur reijci, vel certè potius non audiri nec etiam recitari. In »
veſtram tamen excuſationem aduertimus qualiter detractores præfati, vt præ- »
conceptum venenum feſtinanter euomerent in corde & corde loquentes aliqui »
vix inter ſe moras loquendi gerebant. Verum præcipiti in momento temporis »
reſpuerunt manna dulcedinis & venenum aſpidis effundentes in Eccleſiæ Ma- »
tris opprobrium, vniuerſale ſcandalum & ſtatus detrimentum eorum, quia ſi »
verba eorum iuſto examinarentur examine, eos eſſe Prælatos non iudicant, ſed »
indignos quibuſlibet Prælaturis, nec digni ſunt regere non immeritò corrigen- »
di. Reſtat vt colligamus ex verbis eorum quæ geſta fuerunt abſque noſtra ſcien- »
tia machinationibus venenoſis, vt & vos fictis coloribus ab vnione Vniuerſalis »
Eccleſiæ abducerent nequiter, voſque contra nos, quos vellent iniquitatis eo- »
rum habere complices, prouocarent. Sed in vanum laborant & deficiunt ini- »
quo ſcrutantes ſcrutinio ſequaces tantæ ſuperbiæ exquirendo, diſponentes ab »
Aquilone ſedem erigere contra Vicarium Iesv-Christi. Quoniam vt primus »
Lucifer, cui non fuit huc vſque ſecundus cecidit, cum ſuis ſequacibus corruet, »
quantacunque fulciatur potentia & ſecundus. Nonne duo principia nituntur »
ponere, qui dicunt Temporalia ſpiritualibus non ſubeſſe: ijs iam dictis finem »
imponimus, fraternitates veſtras in Domino exhortantes vt ſpretis tempora- »
ralibus & contemptis iudicum minis nobiſcum aſcendatis ad cor altum & »
exaltabitur Deus qui diſſipat conſilia Principum & cogitationes reprobat po- »
pulorum pro firmo ſcientes, quod obedientes gratioſe videbimus, & contu- »
maces pro qualitate inobedientiæ puniemus. »

Anno 1302. Philippus Rex ſuis litteris patentibus explicans priuilegium quod 1302.
conceſſerat anno ſuperiore Vniuerſitati, *de Iuramento Præpoſiti Pariſienſis* ejuſ-
que Seruientium, vult vt illud Iuramentum præſtetur apud ædem S. Iuliani
pauperis. Vnde licet colligere, quod tametſi Facultates quæ dicuntur Superio-
res, Comitia ſua haberent in quibuſdam locis, Generalia verò totius Vniuerſi-
tatis apud Mathurinenſes, Nationes tamen quibus priuilegium conceſſum eſt
ante adjectionem Facultatum à Philippo Auguſto an. 1200. voluerint ſibi & in
loco Comitiorum ſuorum Iuramentum iſtud præſtari. Sic ergo Rex edicit.

Priuilegium Philippi Vniuerſitati conceſſum.

Philippvs D. G. Fr. Rex Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. „
Notum facimus, quod cum prout in noſtris litteris continetur, voluerimus quod „
priuilegium conceſſum Vniuerſitati Scholarium Pariſ. in eiſdem litteris conten- „
tum legatur de biennio in biennium in præſentia Præpoſiti Pariſienſis & omnium „
Seruientium ſuorum & aliquorum Magiſtrotum de Vniuerſitate ad hoc per Vni- „
uerſitatem Deputatorum, & quod lecto priuilegio & expoſito in Gallico dicat „
Præpoſitus ſuis Seruientibus, *Volo vos ſcire, quod ego iuraui iſtud priuilegium ſer- „
uare & ideo præcipio* vobis ſub iuramentis veſtris & ſub omni pœna quam poſſum „

» vobis infligere, vt diligenter ſeruetis iſtud Priuilegium quod iuraui, *Volumus & Vniuerſitati prædictæ tenore præſentium concedimus de gratia ſpeciali, quod apud S. Iulianum pauperem Pariſius dicti priuilegij manifeſtatio præſtiti à dicto Præpoſito Iu*» *ramenti intimatio, iniunctio & præceptum fiant Seruientibus ſupradictis.* In cuius rei » teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum apud » Vicennas die Veneris poſt Octauas Epiphaniæ. An. Domini 1302.

Eodem anno Cardinales Rom. litteras reddiderunt reſponſiuas ad Comites & Barones Franciæ; ſeque & Bonifacium ab obiectis accuſationis capitibus purgare conati ſunt: imprimis verò Papam nunquam contendiſſe ſibi Regem Regnumve ſubijcere in temporalibus, nec Archidiaconum Narbonenſem Papæ Nuncium dixiſſe quid ſimile, aut ſcripto tradidiſſe. Itaque falſum eſſe quod *Petrus Flotta* præſente Rege in Comitiis Gallicanis de Papa dixiſſet. Neminem negare poſſe, quin Papa ſit ſummus Hierarcha in Hierarchia Eccleſiaſtica, & quin ad eundem pertineat peccata hominum corrigere, ipſum ad Beneficia non Extraneos, ſed ſemper Regnicolas duobus exceptis promouiſſe, maximè verò Doctoribus Magiſtris Vniuerſitatis Pariſienſis Beneficia contuliſſe plurima.

Litteræ Cardinalium ad Barones Franciæ. » Miſeratione diuina Epiſcopi, Preſbyteri & Diaconi S. Rom. Eccleſiæ Car» dinales Nobilibus viris Ducibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus Regni » Franciæ in vero ſalutari ſalutem. Recepimus litteras veſtræ Nobilitatis & Nun» cios, quas Nobis per eoſdem Nuncios latores præſentium deſtinaſtis, quarum » intellectus tenor noſtros amaricauit animos & turbauit auditus. Vobis igitur » præſentibus reſpondemus, quod ſanctiſſimus Pater & Dominus noſter D. Bo» nifacius diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſum» mus Pontifex & Nos ipſi vinculum charitatis & ſinceritatis affectus, quæ inter » Dominum noſtrum ſummum Pontificem, prædeceſſores ipſius Rom. Pontificis » & Nos & prædeceſſores noſtros S. R. Eccleſiæ Cardinales, ac magnificum » principem D. Philippum Franciæ Regem illuſtrem ac prædeceſſores ſuos fue» runt ac viguerunt ab olim, manutenemus libenter, & vt firma & ſtabilia ma» neant, promptis ſtudiis laboramus; ad ſic etiam inuenimus ipſum Dominum » noſtrum paratum & promptum. Inimicus tamen homo ſuperſeminauit zizania, » quæ Deo autore in faſciculos colligata erunt in combuſtionem & cibum ignis, » & volumus vos pro certo tenere, quod prædictus Dominus noſter ſummus Pon» tifex nunquam ſcripſit Regi prædicto quod de Regno ſuo ſibi ſubeſſe tempora» liter illudque ab eo tenere deberet: & prouidus vir M. Iacobus Archidiaconus » Narbonenſis Notarius & Nuncius Domini noſtri prædicti, ſicut conſtanter af» firmat, ipſi Domino Regi hoc ipſum vel ſimile nunquam verbaliter nunciauit » aut ſcripto. Vnde propoſitio quam fecit Petrus Flote in præſentia dicti D. Re» gis, Prælatorum & veſtra & aliorum multorum, animoſum & falſum habuit » fundamentum, & ideo neceſſe eſt quod cadat ædificium, quod ædificabitur ſu» per illud. Prælati verò, Doctores in Theologia & vtriuſque Iuris Magiſtri vo» cati fuerunt ad ipſius Domini noſtri præſentiam, certo eis peremptorio termi» no aſſignato, vt cum eis ſuper agendis poſſit deliberare conſultius, ſicut cum » perſonis ipſi D. Regi non ſuſpectis, imò gratis & acceptis ac diligentibus no» men eius & affectantibus ſtatum proſperum & tranquillum ipſorum D. Regis & » Regni. Nec eſt nouum per Sedem Apoſtolicam pro qualitate temporum & ne» ceſſitate cauſarum Concilia non ſolum particularia, ſed etiam Generalia re» morari, quorum aliqua plurium ex nobis temporibus congregata noſcuntur: » detulit tamen dictus Dominus noſter ipſi D. Regi & Regno Generale Conci» lium conuocando, in quo forſitan commiſiſſent nonnulli Nationum & Regno» rum illorum, qui minus dilectionis ad dictos Regem & Regnum noſcuntur ha» bere. Et ſi ad eorundem Prælatorum & veſtram perueniſſet notitiam tenor lit» terarum, quas idem Archidiaconus dicto D. Regi ex parte ipſius D. noſtri ſum» mi Pontificis præſentauit, & fuiſſet expoſitus diligenter, reddenda fuiſſent Deo » & Domino veſtro gratiæ copioſæ ſuper paternam curam & maternam dulcedi» nem, quam ipſe Dominus noſter geſſit & gerit, vt ipſi Rex & Regnum habeant » ſtatum proſperum & quietum, & vt tollantur grauamina, quæ Prælatis, Eccle» ſiis ac Monaſteriis & nonnullis ex vobis & Clero & populo ſunt illata, cum vti» que dictus D. noſter ſummus Pontifex, ſi Eccleſiam Gallicanam grauauit, hoc

fecit concedendo ipſi D. Regi Decimam plurium annorum Eccleſiaſticorum prouentuum Regni ſui. Et quod ad dictum eius in qualibet Eccleſia Cathedrali & Collegiata Regni prædicti vna perſona idonea poneretur, nonnullis etiam dignitates & Beneficia contulit conſideratione Regis eiuſdem, Prælatorum & aliquorum ex vobis. Diſpenſationes quoque multas conceſſit & magnas quæ non latent Regem ipſum & multos ex vobis, ex quibus per ingratitudinem non dilectionis & reuerentiæ recipit idem Dominus noſter debitam Repenſioam. Ad hæc non venit in dubium homini ſanæ mentis Romanum Pontificem obtinere Primatum & eſſe ſummum Hierarcham in Eccleſiaſtica Hierarchia ac poſſe omnem hominem arguere de peccato. Noſtræ quoque memoriæ non occurrit, quod Cathedralibus Eccleſiis dicti Regni prouiderit de perſonis Italicis niſi Bituricenſi & Atrebatenſi Eccleſiis; quibus de perſonis prouidit ipſi Regi non ſuſpectis & Regno, quorum eminens ſcientia latè patet, nec ſunt conditiones eorum incognitæ. Mvltis verò aliis Eccleſiis Cathedralibus prouidit de perſonis oriundis de Regno prædicto, nec Regi nec Regno prædictis probabili ratione ſuſpectis. *Quis unquam prædeceſſorum ſuorum formas prouidendi pauperibus Clericis plus extendit, quibus per Nonnullos ex Prælatis fiebat prouiſio, & mendicare quodammodo cogebantur in opprobrium Clericale. Exſurgant cum ipſo Domino Magiſtri in Theologia quibus ipſe in Pariſienſi Eccleſia Canonicatus contulit & Præbendas. Exſurgant Magiſtri & alij litterati, & in acie ſtent cum ipſo, qui paupertate grauati multis ſudoribus, multis vigiliis, multis laboribus adepti ſunt ſcientiæ Margaritam, & dicant quomodo illorum pietas ad quos Beneficiorum Collatio pertinebat, reſpexit eoſdem. Inuenietis pro vno* Extraneo, *cui eſt per ipſum Dominum* in dicto Regno *prouiſum, fere centum, qui de prædicto Regno traxerunt originem, ab eo prouiſionis* gratiam accepiſſe. Et ſi de vacantibus Beneficiis Regni prædicti aut vacaturis prouidit, nonne prouidit de perſonis oriundis de Regno eodem & familiaribus & Clericis Regis, Prælatorum, Regni & veſtris? Ad hæc vt non taceamus vobis ſolidam veritatem, non decuit, imò licuit, nec etiam expediuit ſanctiſſimum Patrem & Dominum noſtrum D. Bonifacium diuina prouidentia ſacroſanctæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem in litteris veſtris quas Nobis miſiſtis non nominare ſummum Pontificem, ſed quod dolenter referimus, omiſſis filialis & ſolitæ reuerentiæ more ac ſtylo ipſum nominaſtis per quandam circumlocutionem indeuotorum verborum & nouiter inuentorum. Huiuſmodi autem litterarum noſtrarum placeat vobis habere bonum Interpretem & fidelem. Datum Anagniæ 6. Kal. Iulij Pontif. verò præfati D. noſtri D. Bonifacij PP. octaui anno octauo. Sigill. 17. Sigillis ceræ rubeæ.

De Pariſienſibus Magiſtris.

Dederunt quoque prædicti Cardinales alias litteras ad Maiores, Scabinos vrbium, & Vniuerſitates, quibus idem quod ſupra ſignificabant, nec eas hic etiam inſerere ſuperfluum erit: maximè verò quia ipſe Bonifacius videri volebat ſtudioſiſſimus Magiſtrorum Pariſienſium & pauperum Clericorum quibus Beneficia diſpenſabat.

Miſeratione diuina Epiſcopi, Preſbyteri & Diaconi Cardinales Maioribus, Scabinis, Iuratis, Conſulibus, & omnibus Vniuerſitatibus, Communibus & Communitatibus Ciuitatum & villarum Regni Franciæ ſalutem in Domino. Recepimus Nuncios Vniuerſitatis veſtræ & litteras quas Nobis per eoſdem Nuncios latores præſentium deſtinaſtis; tenor quarum noſtros amaricauit animos vehementer & turbauit auditus, dum falſo fundamento os ponentes in cœlum, ſanctiſſimum Patrem & Dominum noſtrum D. Bonifacium diuina prouidentia ſacroſanctæ Rom. ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem non nominaſtis ſtylo & more ſolito reuerentiæ ſummum Pontificem, ſed quibuſdam verborum circumlocutionibus imprudenter & nouiter adinuentis. Siquidem præfatus Dominus noſter ſummus Pontifex excellenti Principi D. Philippo illuſtri Regi Franciæ nonquam ſcripſit, quod de Regno ſuo temporaliter ſibi ſubeſſet, illudque ab eo tenere deberet, aut aliquid aliud quod ſit vel fuerit contra iura, libertates, & honorem dictorum Regis & Regni, quæ iura, libertates & honorem præfatus D. noſter & Nos volumus illæſa ſeruari, ipſaque non diminuere ſed augere; ac promptis affectibus ſtudia noſtra conuertimus, vt inter ipſum Dominum noſtrum & prædeceſſores ſuos Rom. Pontifices & ipſum D.

» Regem & prædeceſſores ipſius Franciæ Reges Catholicos & deuotos hactenus
» viguerunt, ſi per eum non remaneat, & ad id ſe Rex ipſe coaptet. Qui quoque
» Dominus noſter de nullo Archiepiſcopo vel Epiſcopo prouidit alicui Cathedra-
» li Eccleſiæ dicti Regni, niſi de oriundis de ipſo Regno, Bituricenſi Archiepiſ-
» copo & Atrebaten. Epiſcopo duntaxat exceptis, quorum eminens ſcientia latè
» patet, & ſunt notæ laudabiles conditiones eorum. Si quando grauauit Eccleſias,
» hoc fecit concedendo ipſi Regi, quod ad ſuum dictum ſeu beneplacitum in qua-
» libet Eccleſia Cathedrali & Collegiata Regni ſui vna perſona idonea poneretur
» & prouidendo in forma pauperum multitudini pauperum Clericorum, ad quos
» parum ſe extendebat pietas Prælatorum & aliorum ad quos Beneficiorum Ec-
» cleſiaſticorum Collatio pertinebat. De nonnullis inſuper vacantibus & vaca-
» turis Dignitatibus, Beneficiis & Præbendis dicti Regni, prouidit Clericis dicti
» Regis, Prælatorum, Ducum, Comitum & Baronum. Nec eſt nouum per Se-
» dem Apoſtolicam pro qualitate temporum & neceſſitate cauſarum Concilia
» non ſolum particularia, ſed etiam Generalia conuocari: quorum aliqua plu-
» rium ex nobis temporibus congregata noſcuntur. Detulit quoque dictus D.
» noſter ipſis D. Regi & Regno generale Concilium non vocando, in quo forſi-
» tan conueniſſent nonnulli Regionum & Regnorum illorum qui minus dilectio-
» nis ad dicta D. Regem & Regnum habere noſcuntur. Nec volumus vos latere
» quod ſuper præmiſſis Nos ſcribimus D. Regi, Prælatis, Ducibus, Comitibus,
» Baronibus dicti Regni. Præſentium autem litterarum noſtrarum habeatis bo-
» nos Interpretes & fideles. Datum Anagniæ 6. Kal. Iulij, Pontificatus verò præ-
» fati D. noſtri D. Bonifacij Papæ VIII. an. 8 ſigill. 17. ſigillis.

Porro illi duo Præſules, quos ad Atrebatenſem & Bituricenſem Eccleſiam ex Italiâ oriundos à Papa promotos fuiſſe dicunt, fuerant in ipſo Regno atque in Academiâ Pariſienſi enutriti, educati & inſtituti, quorum alter nempe *Ægidius de Roma* Ordinis Auguſtinienſis Regi ipſi fuerat chariſſimus, & ab eo Bituricenſis factus Archipræſul; alter verò *M. Girardus Pigalotti* fuerat Profeſſor legum & Doctor in vtroque Iure, fueratque etiam in Regno Franciæ nutritus. Itaque neque Papa, neque Cardinales vllâ in parte peccaſſe videri volebant. Negabant verò conſtanter & conſtantiſſimè ſcriptum quidquam ad Regem, quod non fuiſſet lectum & perlectum atque approbatum in Conſiſtorio, neque verò quidquam durum, graue aut acerbum, vnde Rex poſſet offendi: nihil de ſubiectione illâ Regni Francici, aut de iuriſdictione Papæ in Regem & Regum; Neminem tamen negare poſſe quin Papa de omni temporali iudicare poſſit ratione peccati: quin eidem competat iuriſdictio temporalis & iure; non tamen quantum ad vſum & executionem, quæ penes Reges eſt. Collationem Beneficiorum non cadere in laïcum, ita quod habeat ius & authoritatem ſpiritualem conferendi. Reges Franciæ tres à prædeceſſoribus Bonifacij fuiſſe Regno priuatos; poſſe & ipſum Philippum, ſi ita exigant merita, priuari. Hæc & ſimilia leguntur in MS. Bibliothecæ San-victorinæ, continenturque ibi duæ ſententiæ in Conſiſtorio Romano ſuper re præſenti latæ: vna Matthæi de Aquaſparta Cardinalis Portuenſis; altera ipſius Bonifacij Papæ. Prior talis eſt.

Sententia Cardinalis Portuenſis de diſſidio Franciæ.

Ecce Ego conſtitui te ſuper Gentes & Regna, vt euellas & deſtruas, diſſipes & diſ-
» *pergas, & ædifices & plantes.* Verba iſta ſcripta ſunt in Ieremia & recitantur in
» lectione heſterna, quæ loco Epiſtolæ legitur, & poſſunt conuenienter de B. Ioan-
» ne exponi, qui commendabilis reperitur eo quod commendatur & per Prophe-
» tarum oracula & per ſimilitudines & figuras ſcripturarum tam veteris quàm no-
» ui Teſtamenti, nec figuratur per Iſaac natus de ſterili matre, & ita B. Ioannes
» Baptiſta per multas etiam ſimilitudines noui Teſtamenti, quas cauſa breuitatis
» omitto. Vnde meritò poteſt dici ei à Chriſto *Ecce Ego conſtitui te, &c.* vbi pro-
» ponitur Ioannes Baptiſta tanquam efficax & intrepidus Prædicator veritatis,
» ad cuius commendationem tanguntur quatuor in verbis iſtis. 1. Conſideran-
» dum vocantis ad Officium B. Ioannis excellentiam & altitudinem *Ecce conſtitui*
» *te.* 2. Recipientis aptitudinem. 3. Dignitatis ſibi commiſſæ latitudinem ſuper
» Gentes & Regna. 4. Officij ſibi commiſſi debitam executionem, *vt euellas &*
» *deſtruas, &c.*
» Primò verò B. Ioannem vocantis Excellentia, in hoc quod dicitur *Ecce Ego*

Digitized by Google

conſtitui te. Nemo ad dignitatem & honorem debet ſe ingerere : quia ſicut dicit «
Apoſtolus ad Hebræos, nemo aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatus eſt à Do- «
mino tanquàm Aaron. B. Ioannes non ingeſſit ſe, ſed ex vtero matris fuit voca- «
tus, quia in vtero ſicut Ieremias fuit ſanctificatus. Vnde dicitur in Hieremiâ, «
Dominus ab vtero vocauit me, recordatus eſt nominis mei. Et de Apoſtolis cantatur, «
Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. «

2. Tangitur vocati ſeu conſtituti aptitudo. S. te S. qui es idoneus & dignus; «
quàm aptus, quàm idoneus fuit B. Ioannes, ipſe Saluator teſtimonium perhibet, «
Inter Natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. «

3. Tangitur Officij ſibi commiſſi ſeu dignitatis latitudo *ſuper Gentes & Re-* «
gna, non dicit in illo angulo terræ vel illo, ſed vbique, quia *ſuper Gentes &* «
Regna. Ecce poteſtatis ſuæ longitudo, magnitudo, latitudo & plenitudo, & «
videte, licet iſta verba dicta ſint de Ieremia & B. Ioanne Baptiſta, per accidens «
tamen verius dici poſſunt de Chriſto & eius Vicario B. Petro & eius ſucceſſoribus «
ſummis Pontificibus, vt dicit Deus Pater, *Ecce Ego conſtitui te ſuper Gentes &* «
Regna, vnde dicitur in Pſalmo, *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.* Vnde canta- «
tur de Apoſtolis. «

4. Tangit Officij Chriſto commiſſi ſuper Gentes & Regna debitam exe- «
cutionem, *vt euellas*, & licet poſſit iſta executio multipliciter diſtingui, tamen «
cauſa breuitatis diſtinguo executionem Officij Chriſto & eius Vicario Petro, & «
eius ſucceſſoribus ſummis Pontificibus commiſi in duo, videlicet in malorum «
oppreſſionem, vnde dicit, *Vt euellas & deſtruas, diſsipes & diſpergas*, & in bo- «
norum exaltationem, *vt ædifices & plantes.* Vnde dicebat B. Paulus *Ego plan-* «
taui, Apollo rigauit, Dominus autem incrementum dedit, rogabimus Dominum &c. «
Poſtea ſubiunxit iſta quæ ſequuntur. Aliqua autem mihi commiſſa ad dicen- «
dum. Sed primo aſſumo verbum Apoſtoli & vtar eo, *Scio quod veritatem loquar* «
& non mentiar. Mihi teſtimonium perhibente Spiritu ſancto in conſcientia mea. «

Quondam diſſenſio mota eſt inter Dominum noſtrum D. ſummum Pontifi- NARRATIO.
cem, Sacrum Collegium Cardinalium & Eccleſiam ex parte vna, & Illuſtrem «
Regem Franciæ & ſuos ex altera, quæ ex modicâ cauſâ, tenui & leui valde or- «
ta fuit. Verum eſt quod plures querimoniæ venerunt ad ſummum Pontificem, «
quod multæ inordinationes fiebant in Regno illo, & quod libertas Eccleſia- «
ſtica in nullo obſeruabatur. Verum eſt etiam, quod quædam littera ſecreta fuit «
facta de communi conſenſu ſummi Pontificis & fratrum, quia volo quod ſcia- «
tis, & dicam veritatem & non mentiar, quia in Collegio inter ſummum Pontifi- «
cem, qui eſt Caput noſtrum & inter Fratres nulla eſt diſſenſio, nulla diuerſi- «
tas, nulla diuiſio, ſed eſt inter Nos omnes concordia, omnis pax, omnis vni- «
formitas; quia quidquid vult Dominus noſter, nos volumus, & quidquid nos «
volumus, ſui gratia vult & ipſe, ita eſt teſtimonium ſpiritus in conſcientia, illa «
littera ſic facta non fuit ſubitò miſſa, ſed fuit ad Conſiſtorium pluries depor- «
tata, fuit lecta, relecta, diligenter examinata, illa littera tota erat plena cha- «
ritate : erant ibi pij Patris verba, & dulcibus verbis Matris monebatur Rex, «
quod deſiſteret ab aliquibus & emendaret aliqua. Referunt aliqui quod conti- «
nebatur in illa littera, quod D. Rex deberet recognoſcere Regnum ſuum ab Ec- «
cleſia, propter Deum, ceſſet murmur, quia nunquam fuit ſcriptum in illa lit- «
tera vel mandatum ex parte ſummi Pontificis & fratrum, quod deberet reco- «
gnoſcere ſe tenere Regnum ſuum ab aliquo; & credo illum, qui fuit miſſus, ta- «
lem virum, qui non exceſſit fines mandati ſibi commiſſi. Dicitur quòd vna «
alia littera fuit miſſa D. Regi, neſcio vnde venerit illa littera, ſed ſcio quod «
per fratres Collegij non fuit miſſa; & excuſo Dominum noſtrum, quia credo «
firmiter quod illam litteram non miſit; nec ab eo emanauit. Sed illa littera «
quam miſit ſummus Pontifex Dominus noſter & fratres, fuit ex mera chari- «
tate, & erat omni dulcedine & dulcore plena, ſicut eſſe debet littera pij Pa- «
tris & dulcis Matris, quia agnum Mater nimis tenerè diligit, dicat dulcia filio «
& blanda verba; pater tamen diſtrictius, quia magis ſapienter diligit, & im- «
miſcet aliqua aſpera, vnde dicit Salomon, *fili audi diſciplinam Patris*, & To- «
bias filio ſuo idem dicit, & ſcriptum eſt alibi, etiam flagellat Deus omnem «
filium quem diligit, vnde ſi fuerunt in illa littera aliqua, quæ videbantur Regi «

» dura, ſcio tamen, quod nihil erat ibi, quod non eſſet ad correctionem ſuam
» & ad bonum ſuum: & ſine dubio ego reputo Regem bonum & Catholicum
» Principem, quantum eſt de perſona ſua, ſed timeo quod habeat aliquos Con-
» ſiliarios, qui non ſunt ei multum vtiles.

» Dicitur in lib. Regum, quod Abſalon volebat vſurpare Regnum Dauid pa-
» tris ſui: erat ibi quidam Conſiliarius Architophel, qui interpretatur fratris mei
» ruina, ille enim dedit malum conſilium. Vnde dicitur ibi. *Diſſipet Dominus con-*
» *ſilium Architophel.* Vtinam etiam diſſipet omnes malos Conſiliarios, & videatur
» in quo grauatur Rex Franciæ. Si Prælati Regni ſui vocantur ad tractandum
» ſuper aliquibus, non vocantur alieni, non vocantur æmuli, non vocantur con-
» trarij, ſed vocantur familiares domeſtici, qui tantum diligunt honorem Re-
» gis & Regni ſicut pupillam oculi ſui. Vocantur etiam Romam, non vltra fines
» mundi, non vltra vniuerſum, non perpetuò moraturi, ſed expedito negotio re-
» uertentur.

» Item de Collationibus Præbendarum Regni ſui, non videtur, quod graue-
» tur, quia duo ſunt ibi. Ius Patronatus & præſentatio, collatio & vſus, ad Lai-
» cum nullo iure poteſt pertinere Collatio Beneficij. Sed dicas, Rex aliquid ha-
» bet amplius, neſcio; ſed dico, quod nullo modo poteſt pertinere niſi miniſte-
» rialiter. Sed dicas, præſcriptionem habet pro ſe: quæro, ſi poteſt dare, quare
» ergo impetrauit ſuper hoc priuilegium ab Eccleſia?

» Item Rex habet Confeſſorem ſuum tanquam bonus & Catholicus Princeps,
» cui confitetur: quâ authoritate, quâ poteſtate abſoluit eum, certè authoritate
» ſummi Pontificis & deriuatur in omnes. Ab eo Epiſcopi, etiam Archiepiſcopi
» habent determinatam prouinciam & ſunt aſſumpti in partem ſolicitudinis, vn-
» de habent certam poteſtatem, ſummus Pontifex habet pleniſſimam, nullus eſt,
» qui poſſit eam limitare. Ego dicam vnam magnam fatuitatem & præſumptio-
» nem, ſed ita ſentio pro iſta veritate, quod auderem eam defendere contra to-
» tum mundum, & auderem exponere vitam meam, quod ſummus Pontifex,
» qui eſt Vicarius B. Petri, habet plenitudinem poteſtatis: quia certum eſt, quod
» Chriſtus, qui fuit Dominus vniuerſorum, dimiſit poteſtatem ſuam Petro &
» Succeſſoribus eius. Vnde dixit, *Paſce oues meas*, non iſtas vel illas, *ſed oues*
» *meas*, & *dabo tibi Regni Cœlorum claues.* Vnde qui dicunt contrarium, hæretici
» ſunt & impugnant illum articulum *Catholicam Eccleſiam*, *Sanctorum Communio-*
» *nem*, *remiſſionem peccatorum.* Quod probatur ex authoritatibus veteris Teſtamen-
» ti & noui, & ex ſacris Conſtitutionibus SS. Patrum. Sed iſtis omnibus omiſſis
» aſſumo vnum, quod in toto vniuerſo orbe eſt vnus ſummus, in vna domo eſt
» vnus Paterfamilias, in vna naui eſt vnus Rector, aliàs eſſet inordinatio, & to-
» tum eſſet inordinatum. In vno corpore eſt vnum caput, non duo capita, quia
» totum eſſet monſtruoſum. Quod ſignificatiuè probatur in Arca Noë, in qua
» ſolus Rector fuit Noë & * * de mandato Domini. Vnde omnes qui remanſerunt
» extra arcam ſubmerſi ſunt & perierunt: illi autem qui interfuerunt, ſaluati ſunt.
» Sic in Eccleſia, quæ Nauis Chriſti & Petri, dicitur eſſe vnicus Rector & vnum
» Caput, ad cuius præceptum omnis tenetur obedire, & ille dicitur eſſe Dominus
» omnium temporalium & ſpiritualium qui habet plenitudinem poteſtatis, vt po-
» ſtea melius apparebit, & iam tactum eſt: & iſte eſt ſummus Pontifex, qui eſt ſuc-
» ceſſor Petri, & qui hoc credunt, bene ſentiunt, qui autem contrarium, malè
» credunt.

» Item non poteſt Rex queri, quod Extranei inſtituantur in Regno ſuo. Bene
» verum eſt quod ſummus Pontifex Dominus noſter poſuit fratrem Ægidium de
» Ordine Auguſtinorum, non inſiſto ad eius commendationem: ſed tamen vos
» ſcitis qualis Clericus eſt: ipſe eſt Magiſter in Theologiâ, & fuit nutritus & edu-
» catus in Regno illo. Epiſcopus etiam Atrebatenſis qui eſt Profeſſor legum &
» Doctor in vtroque Iure Canonico & Ciuili & fuit etiam nutritus in illo Regno,
» & diligit honorem Regni ſicut ſeipſum, non occurrit modò memoriæ meæ
» quod ſunt plures de terra iſta in Regno Franciæ: iſtud tamen non eſt nouum,
» quia Eccleſia conſueuit ſibi reſeruare prouiſionem Eccleſiarum, vnde Dominus
» noſter ſummus Pontifex habet plenitudinem poteſtatis in ſpiritualibus, vnde
» pro libertate Eccleſiæ & pro ipſo ego & omnes fratres ſacri Collegij auderemus

Digitized by Google

& vellemus exponere corpora noſtra & vitam noſtram. Item planum eſt, quod nullus debet reuocare in dubium quin poſſit iudicare de omni temporali ratione peccati. Scriptum eſt, fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti; ſunt enim duæ Iuriſdictiones, ſpiritualis & temporalis: Iuriſdictionem ſpiritualem principaliter habet ſummus Pontifex, & illa fuit tradita à Chriſto Petro & ſummis Pontificibus ſucceſſoribus eius: Iuriſdictionem temporalem habent Imperator & alij Regij, tamen de omni temporali habet cognoſcere ſummus Pontifex & iudicare ratione peccati. Vnde dico quod Iuriſdictio temporalis poteſt conſiderari prout competit alicui de iure. Vnde Iuriſdictio temporalis competit ſummo Pontifici qui eſt Vicarius Chriſti & Petri de iure. Vnde qui dicit contrarium, impingit in illum articulum. *Iudicaturus eſt viuos & mortuos*, & in illum etiam prædictum *Sanctorum Communionem*. Sed Iuriſdictio temporalis quantum ad vſum & quantum ad executionem actus non competit ei, vnde dictum eſt Petro *Conuerte gladium in vaginam*. Vnde videtur modò quod D. Rex Francorum non habet materiam conquerendi. Rogabimus Dominum, quod ita illum illuminet gratia Spiritus ſancti & eum dirigat & ſuos quod deſiſtat ab inceptis & remaneat bonus filius Eccleſiæ & ſummi Pontificis Domini noſtri & fratrum Collegij qui diligunt eum in charitate non ficta, in perfecta charitate, & ſi velit redire, ſcio, quod Dominus noſter paratus eſt eum cum duobus brachiis amplecti. Hoc concedere dignetur, qui viuit *& regnat per infinita ſecula benedictus.*

Finito ſermone D. Portuenſis incepit loqui D. Papa & aſſumpſit iſtud verbum Geneſeos 2. *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Licet hæc verba dicta ſint de primis parentibus Eua & Adam, tamen conuenienter applicantur ad Eccleſiam iſtam & Regnum & Reges Francorum, quos coniunxit ſemper, & quorum coniunctio incepit à fide & baptiſmo primo Regis Franciæ, in quo Deus copulauit eum vnitate fidei Eccleſiæ Rom. Et tunc dixit S. Remigius primo Regi Franciæ quem baptizauit, & ipſi habent in vita ſua, Teneas te Rex cum Eccleſia & quandiu tecum Eccleſiam tenueris, ſemper proſperaberis tu & Regnum tuum, quando etiam recedes ab Eccleſia, rues tu & Regnum tuum. Et non diximus hoc Regi cum fuimus legati in partibus illis & cum magna reuerentia & gratiarum actione recepit. Quot bona peruenerint ex coniunctione iſta illi Regno, Nos ſcimus, & nihil de iis nos latet, & ſcimus quod aliquando temporibus Magni Philippi, Rex Franciæ non habebat de ſituatis redditibus decem octo mille libras, & hodie per fomenta, gratias, & diſpenſationes iſtius Eccleſiæ habet quadraginta mille libras & plus. Ergo quos Deus ſic coniunxit, homo non ſeparet. Quis eſt homo iſte? homo habet quadruplicem ſignificationem in ſcriptura. Aliquando accipitur pro Patre, aliquando pro Filio, aliquando pro Spiritu ſancto: aliquando pro Chriſto vel quocumque homine virtuoſo: aliquando pro Diabolo vel homine Diabolico: vt hic inimicus homo ſuperſeminauit zizania; & in iſta vltima ſignificatione accepimus eum. Modò, quis eſt iſte homo? iſte eſt Architophel ſecundum ſimilitudinem & ſecundum interpretationem, Architophel fuit Conſiliarius Abſalon contra patrem ſuum Dauid, & hic vno modo interpretatur ruina fratris, vel frater meus ruens: alio modo id eſt acetum & fel. Iſte Architophel eſt quidem Diabolus vel Diabolicus homo, quem Deus iam in parte puniuit cœcutiens corpore, cœcus mente, ſcilicet *Petrus Flote* homo acetoſus, homo fellicus, homo hæreticus cenſendus & condemnandus vt hæreticus, ruina fratris, quia nunquam poſtquam ipſe fuit Conſiliarius, fecit Rex nec Regnum niſi ruere de malo in peius inter Regem & Regnum & Eccleſiam iſtam. Sed infatua quæſo Domine conſilium Architophel, videlicet iſtius Petri & ſatellitum ſuorum & præualeat ei conſilium ** pro Dauid, pro Chriſto & eius Eccleſiæ. Satellites iſtius Architophel ſunt Comes Atrebatenſis, nobilis homo eſt, & aliquando fuit amicus noſter, ſed non eſt modò, qualis homo eſt, totus mundus ſcit, & Comes S. Pauli. Et volumus quod hic Architophel, iſte Petrus puniatur temporaliter & ſpiritualiter, ſed rogamus Deum, quod reſeruet nobis eum puniendum ſicut iuſtum eſt. Iſte Petrus litteram noſtram, quam de conſenſu & conſilio fratrum noſtrorum non repentina ſed repetita deliberatione totius Collegij & ex Conuentione & Conuento ha-

Sententia Papæ Bonifacii.

» bito cum Nuncijs Regijs non miſeramus ei, ex eo quod dixerant nobis prius ſcri-
» batur, ſed hoc Regi falſauit, ſeu falſa de ea confinxit: quia neſcimus bene an
» litteram falſauerit; nam litteræ prædictæ fuerunt celatæ Baronibus & Prælatis, impoſuit Nobis quod Nos mandaueramus Regi quod recognoſceret Regnum à Nobis. Quadraginta anni ſunt, quod Nos ſumus experti in Iure, & ſcimus quod duæ ſunt poteſtates ordinatæ à Deo, quis ergo debet credere vel poteſt, quod tanta fatuitas, tanta inſipientia ſit vel fuerit in capite noſtro? Dicimus, quod in nullo volumus vſurpare Iuriſdictionem Regis, & ſic frater noſter Portuenſis dixit. Non poteſt negare Rex, ſeu quicumque alter fidelis, quin ſit nobis ſubiectus ratione peccati.

» Quantum ad Collationem Beneficiorum, dicimus quod Nos zelantes veritatem & ſalutem animæ Regis frequenter Nuncijs ſuis diximus, volumus quod Rex faciat licitè quod facit illicitè. Volumus ſuper hoc ſibi facere omnem gratiam quam poterimus, quia certum eſt, & omnia Iura clamant, quod Collatio Beneficiorum non poteſt cadere in Laïcum, ita quod ius habeat ſeu authoritatem ſpiritualem & poteſtatem conferendi, nolumus quod decipiantur animæ, nec illi qui tenent vel recipiunt, quia conſtat quod retinere vel recipere non poſſunt, niſi conſenſu noſtro tacito vel expreſſo. Nos conceſſimus Regi quod poſſit ponere vnum Canonicum in qualibet Eccleſia Regni ſui. Et quia Eccleſia Pariſienſis eſt honoranda & nobilis Eccleſia, volebamus ei concedere ſicut frequen-

Nota. ter diximus, collationem Præbendarum in illa Eccleſia, ita tamen *quod non poneret ibi niſi Magiſtros in Theologia, vel Doctores Iuris Canonici vel Ciuilis, vel perſonas alias quæ eſſent magnæ ſcientiæ & litteraturæ, non nepotes illius vel illius, ad preces illius vel illius.* Dicit quod Nos conferimus Beneficia iſtis vel illis, Nos poſſumus, ſed Magiſtros in Theologia in Eccleſia Pariſienſi proprio motu mittimus aliquibus vſque in Franciam, & Epiſcopus Mutiſardus quid fecit? poſuit ibi duos pueros nepotes ſuos, non audiuimus, nec vidimus quod Rex vel aliquis Prælatorum beneficiauerit, ſicut decet, vnum Magiſtrum in Theologia, ſed nepotes vel alios qui non multum valent. Certa iſta hæc dicimus, intelligimus & ſcimus. Si autem adhuc dicent, quod in aliquibus exceſſiſſemus vel excederemus, adhuc dicimus plus, quod nos ſumus parati facere nos pares fratribus noſtris Cardinalibus & Prælatis & vos facere paret nobis, & ſtare in terra & omnia emendare ſecundum verum arbitrium & iudicium. Adhuc dicimus plus. Mittat Rex Barones, qui non ſint ſatellites malitiæ, ſed homines boni, puta Ducem Burgundiæ vel Comitem Britanniæ vel ſimiles, & ipſi dicant, quod exceſſimus vel excedamus aut grauemus in aliquo, parati ſumus reuocare, & extenta veritate in articulo collationis Beneficiorum faciemus quidquid poterimus de gratia. Frequenter diximus Nuncijs Regis, non velit Rex litem conteſtari nobiſcum, quia nos plures lites conteſtati ſumus, & reſponderemus ei iuxta ſtultitiam ſuam, & dicimus hîc duas authoritates quæ videntur contrariæ ſed concordant. Prima dicit, non reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ſibi ſimilis. Alia dicit. Reſpondeas ſtulto iuxta iuſtitiam ſuam, ne ſibi videatur ſapiens. Prima eſt, quod nunquam volumus reſpondere iuxta ſtultitiam ſuam, quia in quantum in nobis eſt, volumus eſſe in pace & in amore cum Rege, quia ſemper dileximus Regnum & illos de Regno, & ſciunt multi qui hîc ſunt, quod Ego ſemper quandiu fui in Cardinalatu, fui Gallicus, ita quod frequenter fuit mihi improperatum à fratribus meis Romanis, à quodam qui eſt mortuus & etiam ab alio qui eſt iuxta me, quod eram pro Gallicis & contra Romanos. Dicebant enim quia ſemper alij Cardinales Campani fuerant cum Romanis. Etiam poſtquam fuimus in ſtatu iſto multum dileximus Regem & fecimus ei multas gratias quas nolumus modò explicare per ſingula, quia melius ſederet in ore alterius quàm in noſtro. Audemus dicere quod vix teneret Rex pedem in ſtallo, niſi nos eſſemus: cum enim inſurgerent contra eum Anglici & Alemani; & quaſi omnes Maiores ſubditi, & vicini eius, ipſe habuit triumphum de omnibus & per quem? per Nos, & quomodo? per depreſſionem aduerſariorum ſuorum, & profectò ipſum tam dileximus, cum quod Pater Carnalis non

poſſet

poſſet plus diligere nec facere pro filio ſuo catnali, multum etiam dileximus S. «
Regem Ludouicum & Philippum cuius anima requieſcat in pace. Si verò per «
omnia iſta Rex non reſipiſcat, nolit nos ponere ad ripam quod non ſuſtinere- «
mus, ſed pro tempore futuro reſponderemus ei iuxta ſtultitiam ſuam. Nos ſci- «
mus ſecreta Regni. Nihil latet Nos: omnia palpauimus: & nos ſcimus quo- «
modo diligunt Gallicos Alamanni & illi de Lingadoch & Burgundi, qui poſ- «
ſunt dicere illis, quod B. Bernardus dixit de Romanis, Amantes neminem, «
amat vos nemo. Vnde parcatur in hoc nobis fratres noſtri, quod ſi Rex non re- «
cipiſcat & nolit deſiſtere ab inceptis, nec permittat venire Prælatos, in hoc non «
crederemus eis quomodo puniremus. «

Prædeceſſores noſtri depoſuerunt tres Reges Franciæ, & ipſi hoc habent in Chro- «
nicis ſuis, & Nos in noſtris, & de vno habetur in Decretis: & licet Nos non va- «
leremus pedes noſtrorum prædeceſſorum, tamen cum Rex commiſit omnia quæ «
illi commiſerunt & maiora, *Nos deponeremus Regem ita ſicut vnum Garcionem*, li- «
cet cum dolore & triſtitia magna, & eſſemus dolentes & triſtes ſicut nos neceſ- «
ſariò oporteret. Quantum ad vocationem Prælatorum, reſpondemus vobis qui «
pro ipſis veniſtis, quod non relaxabimus nec ſuſpendemus vocationem, imò il- «
lam confirmamus, roboramus, & iterum innouamus: & ſi qui ſunt, qui non «
venerunt, habebit locum illud Cantic. *Tempus præſentationis aduenit*, ſi non «
poſſunt venire equites, veniant pedes. Vocauimus eos pro bono ſtatu Eccle- «
ſiarum & Regis & Regni, poſſemus vocaſſe totum orbem, ſed amodo ſumus «
debiles & annoſi: non vocauimus alienos, ſed domeſticos & fideles Regis & «
Regni ſicut dicit D. Portuenſis, quia audiuimus Regnum illud eſſe deſolatum «
inter omnia Regna mundi. Et quia à planta pedis vſque ad verticem non eſt «
in eo ſanitas, dicatur eis qui veniunt, & ſignificamus vobis, quod ſi qui ſint, qui «
non veniant, nos deponemus & priuabimus eos iuxta illud Euangelij, *Malos* «
malè perdet & vineam ſuam locabit alijs agricolis: imò plus dicimus, quod ex nunc «
ſi non veniant legitimo impedimento remoto, ſciant ſe depoſitos & priuatos. «
Venietis cras coram Nobis & fratribus noſtris in conſiſtorio, & ſi vultis aliqua «
alia dicere, libenter audiemus, accipietis litteras veſtras, & Nos quantum in «
Nobis eſt, *ita vos expedimus & ita vobis reſpondemus*. «

Ex hiſce verbis intelligimus Ducem Burgundiæ fuiſſe conciliandæ paci ad-
dictiſſimum, nonnullos verò è Regno Franciæ Prælatos non obſtante Regis
interdicto Romam profectos ad Concilium, Papam quoque nihilo emollitum
voluiſſe cæteros ſimiliter ad ſe accedere: quamobrem his auditis res in deterius
abierunt, & animi magis & magis vtrinque exacerbati ſunt. Nec enim deerant
viri boni permulti, qui Philippum noſtrum arguerent ingrati animi: alij qui
cenſuris Eccleſiaſticis obnoxium affirmarent, propterea quod Prælatis inter-
dixiſſet adire ſummum Pontificem. Inter cæteros verò Matthæus Cardinalis
S. Mariæ in porticu ad Ducem Burgundiæ ſic ſuper hiſce rebus ſcripſit.

Magnifico viro Conſanguineo & Amico Cariſſimo R. Dei Gratia Duci «
Burgundiæ Matthæus miſeratione diuina S. Mariæ in porticu Diaconus Car- «
dinalis cum ſincera dilectione ſalutem. Audiuimus diligenter quæ religioſus vir «
Fr. Hugo Ordinis Militiæ Templi lator præſentium ſub litteris veſtris de cre- «
dentia nobis dixit, qui cum reſponſo Apoſtolico & præſentibus noſtris litteris «
ad vos reuertitur feſtinanter. Sanè ſi ad memoriam reuocentur & congregen- «
tur in vnum beneuolentiæ & ſinceræ dilectionis affectus, obſequiorum cumulus; «
quibus ſanctiſſimus Pater & Dominus noſter D. Bonifacius diuina prouidentia «
Papa VIII. cum minor ſtatus haberet, ſereniſſimum Principem D. Philippum «
Francorum Regem illuſtrem extitit proſecutus, & claræ memoriæ Patrem eius; «
necnon multiplicia priuilegia, indulgentiæ, conceſſiones & gratiæ quæ ipſi Re- «
gi & ſucceſſoribus eius ac alijs contemplatione ipſius immenſitas Apoſtolicæ «
largitatis indulſit, venirent prudentibus in ſtuporem & inueniretur in eis quan- «
tum idem Rex & Domus eius S. Rom. Eccleſiæ Matri ſuæ & præfato Domino «
noſtro ſummo Pontifici tenerentur: non redderent mala pro bonis, aut odium «
in dilectione notarent. Et ſi clauſarum Apoſtolicarum litterarum ſeries, quas «
ipſi Regi prouidus vir *M. Iacobus de Normanis* D. Papæ Notarius Archidiaco- «
nus Narbonenſis Apoſtolicæ ſedis Nuncius præſentauit, diligentius attenda- «

„ tur, inuenientur litteræ ipſæ dulcedine plenæ, paternâ charitate reſperſæ, ipſorum Regis & Regni vtilitatem publicam continentes, honeſtatem Regiam „ & ſalutem. Sed heu odium peperit veritas, & non potuit æquo animo tolerari „ quod Dei Vicarius ammonebat. Ideoque ex ſupra & infra ſcriptis non immeritò confunduntur prudentium viſcera & corda tremuerunt, caligauit viſus, tepuit intellectus, aufugit auditus, hortatus eſt Dominus noſter Regem, vt errata corrigeret, Iuſtitiam obſeruaret & Eccleſiaſticam libertatem, non grauaret „ ſubditos, ſed ſalubriter regeret Regnum ſuum. *Sed quid eſt inde ſecutum? combuſtæ ſunt Apoſtolicæ litteræ in ipſius Regis & Magnatum præſentia, quod à nullo Hæretico, pagano aut tyranno legimus eſſe factum.* Solet in Chriſtianis Regibus Chriſtianæ „ religionis deuotio relucere. Qualia virtutum exempla de proceſſibus Regalibus „ in contingentes populos diffunduntur, ſapientiâ præditi viri diligenter attendant. O quomodo obſcuratum eſt aurum & color optimus immutatus! Quare „ ſaltem S. Ludouici, à quo Rex ipſe traxit originem, luminoſa offuſcantur „ exempla! Quare cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, nationis, & conditionis perſonæ exponuntur periculis perſonarum, ſi per mare vel per terram regnum ipſum exire præſumaut, prout hæc & alia in conſtitutione per ipſum Regem nuper edita continentur? Vt quid ſpecialiter Prælati & perſonæ Eccleſiaſticæ „ dicti Regni pro vtilitate dictorum Regis & Regni ad Sedem Apoſtolicam euocati Regnum ipſum non permittuntur exire, ac ad prædictam venire Sedem, „ prout ex Apoſtolico mandato tenentur? Nonne certum eſt ipſum Regem excommunicationis ſententiam incurriſſe in certis anni ſolennitatibus promulgatam publicè contra eos, qui impediunt ad Sedem venientes eandem; quam „ qualiter non obſeruat, ſed ſuſtinet animo indurato, Claues Eccleſiæ contemnendo, veſtra Nobilitas, quæ eſt ſibi proximior, poteſt ſcire. Cæterum vnum „ non duximus præſentibus omittendum, quod vtinam Deo placeret, vt eſſet à „ cunctorum Mortalium memoria penitus abolitum, quomodo idem Rex, vos & „ alij Duces, Comites & Barones, & Communitates dicti Regni, qui nuper ad „ Sedem Apoſtolicam ſpeciales Nuncios cum veſtris, litteris directis Collegio „ DD. Cardinalium deſtinaſtis, præfato D. Noſtro ſummo Pontifici ſcribere „ contempſiſtis, nec in aliqua litterarum ipſarum nominabatur Dominus noſter „ ſolito ſtylo, ſed vbi mentio fiebat de ipſo, deſcribebatur per quandam circumlocutionem verborum nouiter inuentorum. Quod non licuit, nec decuit, nec „ etiam expediuit. Reuoluite inclyte, nobilis & cogitate corde deuoto, nunquid ad alium quàm ad verum & Catholicum Rom. Pontificem pertinet Sanctorum Canonizatio, matrimoniorum diſpenſatio in gradibus à Iure prohibitis, „ indulgentiarum conceſſio in remiſſione peccaminum, Prælaturarum & aliorum „ Beneficiorum Collatio vel Inſtitutio, compulſio ad faciendum Decimas ſolui „ Principibus aut alijs perſonis ſecularibus? Hæc omnia inimicus homo videtur „ ſubuertere voluiſſe, cum per præfatum Dominum noſtrum ſummum Pontificem ad honorem Dei, dilatationem fidei Catholicæ ac deuotionem fidelium „ accendendam, præfatus S. Ludouicus fuerit Catalogo Sanctorum adſcriptus, „ & per ipſum Dominum multa de alijs ſupradictis in fauorem Regium & ſuorum „ facta noſcantur. Adhæc quia longum eſſet omnia & ſingula enarrare, ac ex ijs „ quæ ſcribimus, ac alijs quæ vos non latent, multa poterit Nobilitas veſtra colligere, ſtylum reſtrinximus in ſcribendo. Ad illa tamen propter quæ cum præfato Domino noſtro promouenda, religioſum virum Fr Hugonem de Cathalano Ordinis Militiæ Templi ad Rom. Curiam deſtinaſtis, cum litteris veſtris „ de credentia nobis miſſis, vt inter præfatos Dominum noſtrum & Regem poſſit concordia facilius promoueri, amicabiliter & fideliter reſpondemus, quod „ prædictorum conſideratio aufert nobis & cuiuis prudenti frontem, auſum, & „ animum petendi ab ipſo Domino noſtro ſic pulſato, iniuriato & inhonorato „ publicè verbis & factis per ipſum D. Regem, Conſiliarios, Officiales & aſtantes eidem & perſuadendi eidem, quæ ſuppliciter petiuiſtis, quod faceret, vt „ concordia ſequeretur. Petijſtis namque vt Dominus ex nunc D. Regem reduceret in eundem ſtatum, & ad illas gratias & priuilegia in quibus erat, quando „ dictus Archidiaconus peruenit ad ipſum, & ſpecialiter quod ſuſpenſionem omnino tolleret priuilegiorum & gratiarum per eundem Dominum conceſſorum

Regi prædicto & ſucceſſoribus ſuis ac alijs contemplatione ipſius, quæ idem « Dominus ſibi exhiberi mandauit, vt diſcuteret clariùs in quibus eſſet ſuſ- « penſio temperanda totaliter vel in parte. Reuocationem inſuper vocationis « Prælatorum & aliarum perſonarum dicti Regni Franciæ factam per ipſum Do- « minum vt in Kal. Nouembris proximò futuris comparerent perſonaliter coram « ipſo, per litteras veſtras data fiducia, quod ijs factis per D. noſtrum procurabi- « tis verſa vice per ipſum Regem fieri poſtea quod dolebit. Domine Dux, ſcri- « ptum nihil eſt quod non ſeruat ordinem ſeruatque naturam, vnde tanta eſt vir- « tus ordinis quod eſt etiam in charitate ſeruandus. Ille ordo quem petitis eſt « ordo præpoſterus, nec neceſſariò aut congruè commutandus. Nunquid Chri- « ſti Vicarius D. noſter ſummus Pontifex exprobratus à Rege, iniuriatus & inho- « noratus, vt præmittitur, debet Regi quæ petiuiſtis, concedere vel offerre in ſtatu « in quo eſt, nec diſponenti ſe ad gratiam, neque pœnitenti de commiſſis, nec « offenſas reuocanti, nec ſatisfactionem aut oblationem ſatisfaciendi aliquam « offerenti. Si Dominus talia faceret, Rege non diſpoſito nec impendente ſatis- « factionem, nec etiam offerente, poſſet haberi in opprobrium & deriſum & red- « derentur contemptibiles Iuſtitiæ eius viæ. Præterea Dominus ipſi Regi vt non « excommunicato non ſcriberet, cum excommunicatus exiſtat. Concederetne « gratias homini ſic ligato publicè? Hoc facere non clementiæ ſed inſaniæ po- « tius eſſet adſcribi. Deus Omnipotens peccata hominibus non indulget niſi prius « humilientur, conterantur & pœniteant de peccatis. Faciet igitur Dominus Rex « ex parte ſua quod debet, & hoc perſuadeatis eidem. Nec ipſi nec vos dubite- « tis, quin Dominus noſter aquas miſericordiarum ſuarum & gratiarum largiſſi- « mè in ipſum D. Regem effundat, foret quidem laudabile & commendatione di- « gnum, quod D. Rex profiteretur ſe in veritate in multis de præmiſſis circum- « uentum fuiſſe ac ſeductum prauo conſilio & errorem factis cognoſceret, cor- « rigeret & efficaciter emendaret & ſe emendaturum offerret, & ex tunc Domini « noſtri clementiam & gratiam humiliter imploraret. Hæc eſt via recta quæ in « præſenti conquærit gratiam & gloriam in futuro. Ad quam ipſum Regem per « vos & alios de quibus expedire videritis, inſtantius inducatis. Datum Anagniæ « 8. Id Septemb. Pontificatus Sanctiſſimi Patris & D. noſtri Bonifacij Papæ VIII. « prædicti an. 8. «

Cum autem Rex intellexiſſet nonnullos Prælatos, Abbates, Priores, nec-non Doctores in Theologia & Iure Canonico & Ciuili non obſtante Interdicto ſuo Romam profectos fuiſſe, edixit vt in eorum bona manus inijceretur Regia, quandiu in Curia Pontificis eos eſſe contingeret. Tale autem eſt eius Edictum.

Philippus D. G. Francorum Rex Bailliuo Aurelianenſi vel eius locum te- « nenti ſalutem. Cum Nos Regni noſtri his diebus vtilitate penſata deliberatio « neque ſuper hoc præſtita ſub certis ſemel & iterum formis diſtricti duxerimus « prohibendum, ne quis de Incolis Regni noſtri certis rationibus & cauſis in ipſa « prohibitione contentis, ab eodem Regno abſque noſtra ſpeciali licentia exire « præſumeret quo quo modo, nonnulli nihilominus Prælati, Abbates, Priores, « *Magiſtri in Theologia, Doctoreſque Iuris Canonici & Ciuilis & aliæ quædam Eccle-ſiaſticæ* & ſeculares perſonæ, prout ad noſtrum nuper venit auditum, inhibitione « eiuſmodi noſtra ſpreta, ab eodem Regno egredi, quod moleſtum gerimus, « præſumpſerunt. Nolentes igitur ob ipſarum abſentiam perſonarum bona ea- « rum temporalia diſſipari, & potius ea cupientes prouidè conſeruari, mandamus « tibi, quatenus bona omnia temporalia perſonarum quarumlibet Bailliuæ tuæ « quæ prohibitionem noſtram tranſgreſſerunt prædictam, ad manum noſtram « cauſâ cuſtodiæ ponere non obmittas, eaque diligenter cuſtodiri facias, donec « de certis eorum cuſtodibus duxerimus prouidendum. De nominibus verò ipſo- « rum & quantitate bonorum immobilium ſingulorum te diligenter informes, in- « formationem quam inde feceris, nobis quàm citiùs relaturus, vel ſubſigillo tuo « incluſam miſſurus. Actum Pariſius Dominica poſt feſtum B. Lucæ Euangeliſtæ « anno D. 1302. «

Porro è Francia profecti fuerant 35. Epiſcopi, 4. Archiepiſcopi, ſex Abbates, « & die feſto omnium Sanctorum Romæ fuerunt non obſtante Regis Interdicto. «

Idem Rex auditis ijs quæ Romæ geſta fuerant, propoſita in Conſiſtorio &

Digitized by Google

deliberata, Prælatos & Barones conuocat, vt quanto citius Pariſiis adſint conſilium ſuum ſuper agendis communicaturi.

» Philippvs D. G. &c. Dilecto & fideli noſtro Epiſcopo Aurelianenſi Sal. &
» Dilectionem. Noua nobis de Romana Curia nouiter aduenerunt, quæ Nos,
» vos & alios Prælatos, Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas, Barones, Nobiles, &
» alios incolas Regni noſtri veſtrum & aliorum Prælatorum, Baronum & alio-
» rum prædictorum & totius Regni eiuſdem honorem & ſtatum non mediocriter,
» nec in paruo tangere dignoſcuntur. Super quibus vobiſcum alijſque Præ-
» latis & Baronibus ſupradictis, deliberare volentes, veſtroque quemadmodum
» & noſtro ſtatui & honori in hac parte, vt expedit, prouidere in præmiſſis, man-
» damus vobis, quatenus ad Nos verſus Pariſius cum qua minori poteritis comiti-
» ua, vt veſtris parcatur expenſis, omnibus alijs poſtpoſitis & remiſſis, viſis præ-
» ſentibus accedatis. Datum apud nouum Mercatum in craſtino S. Andreæ
» Apoſtoli an. 1302.

Interim conabatur Bonifacius Philippo Regi hoſtes vndequaque comparare, item Monachos Ciſtercienſes & alios omnium Ordinum viros aduerſarios ei obijcere, Prælatoſque & Abbates Romam accerſere, vt ſi quid decerneretur in Concilio quod conuocarat, aduerſus Regem, eos in Regno ipſo Franciæ haberet ſibi fauentes. Sed machinis iſtis alias opponebat machinas Philippus: ita turbatio in dies maior ingruebat. Denique Pontifex famoſam illam Bullam, quæ incipit *vnam ſanctam*, emiſit ſub finem huius anni, quâ contendit in Eccleſia duos eſſe gladios, *ſpiritualem* vnum, alterum *temporalem* ſeu materialem: vtrumque in poteſtate eſſe Eccleſiæ, iſtum pro Eccleſia; illum ab Eccleſia exercendum & à Sacerdotibus: & qui temporalis eſt, in manu quidem eſſe Regum, ſed ad nutum Sacerdotis, temporalia ſubeſſe ſpiritualibus. Terrenam poteſtatem à ſpirituali inſtitui es iudicari: ſpiritualem à ſolo Deo. Item & de neceſſitate ſalutis eſſe credere, omnem creaturam humanam ſubeſſe Papæ. Legitur hæc Bulla inter Decretales Extr. de Maioritate & obedient. Eſtque huiuſmodi.

» *Bonifacius... Vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam & ipſam Apoſtolicam* vrgente
» fide credere cogimur & tenere. Noſque hanc firmiter credimus & ſimpliciter
» confitemur, extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum, ſponſo in Can-
» ticis proclamante, *Vna eſt Columba mea, perfecta mea, vna eſt Matri ſuæ, Electa*
» *Genitrici ſuæ:* quæ vnum corpus myſticum repræſentat, cuius caput Chriſtus,
» Chriſti verò Deus. In qua vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Vna nem-
» pe fuit diluuij tempore Arca Noë vnam Eccleſiam præfigurans, quæ in vno cu-
» bito conſummata, vnum Noë videlicet, gubernatorem habuit & rectorem,
» extra quam omnia ſubſiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe delata. Hanc autem
» veneramur & vnicam; dicente Domino in Propheta, *Erue à framea Deus animam*
» *meam & de manu canis vnicam meam.* Pro anima enim, id. pro ſeipſo capite ſimul
» orauit & corpore; quod corpus vnicam ſcilicet Eccleſiam nominauit, propter
» ſponſi fidei Sacramentorum & charitatis Eccleſiæ vnitatem. Hæc eſt tunica
» illa Domini inconſutilis quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit. Igitur Eccleſiæ
» vnius & vnicæ vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum,
» Chriſtus videlicet & Chriſti Vicarius Petrus Petrique ſucceſſor. Dicente Domi-
» no ipſi Petro, *Paſce oues meas*; meas, inquit, & generaliter, non ſingulariter
» has vel illas; per quod commiſiſſe ſibi intelligitur vniuerſas. Siue ergo Græci,
» ſiue alij ſe dicant Petro eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur ne-
» ceſſe ſe de ouibus Chriſti non eſſe, dicente Domino in Ioan. vnum Ouile &
» vnicum eſſe Paſtorem. In hac eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem
» videlicet & temporalem, Euangelicis dictis inſtruimur. Nam dicentibus Apo-
» ſtolis *Ecce gladij duo hic*, in Eccleſia ſcilicet cum Apoſtoli loquerentur, non reſ-
» pondit Dominus nimis eſſe, ſed *ſatis*. Certè qui in poteſtate Petri temporalem
» gladium eſſe negat, malè verbum attendit Domini proferentis *Conuerte gladium*
» *tuum in vaginam.* Vterque ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis ſcilicet gla-
» dius & materialis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercen-
» dus. Ille Sacerdotis, is manu Regum & militum, ſed ad nutum & patientiam
» Sacerdotis. Oportet autem gladium eſſe ſub gladio & temporalem authorita-

Digitized by Google

tem ſpirituali ſubijci poteſtati: nam cum dicat Apoſtolus, *Non eſt poteſtas niſi à Deo*, quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt; non autem ordinata effectu, niſi gladius eſſet ſub gladio & tanquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Nam ſecundum B. Dionyſium lex Diuinitatis eſt, infima per media in ſuprema reduci. Non ergo ſecundum ordinem vniuerſi omnia æquè ac immediatè, ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere poteſtatem, oportet tantò clarius nos fateri, quantò ſpiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione & benedictione & ſanctificatione ex ipſius poteſtatis acceptione, ex ipſarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate teſtante, ſpiritualis poteſtas terrenam inſtituere habet & iudicare ſi bona non fuerit. Sic de Eccleſia & Eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticinium Hieremiæ. *Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes & Regna*, & cætera quæ ſequuntur. Ergo ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali. ſed ſi deuiat ſpiritualis, minor à ſuo ſuperiori; ſi verò ſuprema, à ſolo Deo non ab homine poterit iudicari. Teſtante Apoſtolo, *ſpiritualis homo iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur*. Eſt autem hæc autoritas, etſi data ſit homini & exerceatur per hominem, non humana ſed potius diuina, ore diuino Petro data, ſibique ſuiſque ſucceſſoribus in ipſo quem confeſſus fuit Petra firmata, dicente Domino ipſi Petro *Quodcunque ligaueris, &c.* Quicunque igitur huic poteſtati à Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, niſi duo, ſicut Manichæus, fingat eſſe principia: quod falſum & hæreticum iudicamus, quia teſtante Moyſe non in Principijs, ſed in Principio cœlum Deus creauit & terram. Porro ſub eſſe Rom. Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. Datum Laterani Pontif. noſtri an. 8. 14. Kal. Decemb.

Contra hanc Bullam emiſſum eſt ſcriptum ab Academicis noſtris ſuppreſſo nomine ad tuitionem iurium libertatumque Regis & Regni, quod extat Manuſcriptum in Codice San-Victorino notato hiſce characteribus B. F. 31. editum primo in lucem an. 1614. deinde à Puteanis an. 1655. in Hiſtoria Bonifaciana. Sicque incipit *Rex pacificus Salomon*.

Eodem anno, menſe Iunio electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Petrus de Laignus: quo Rectore in Generali Congregatione apud Mathurinenſes habitâ Stationarij ſeu Librarij Bibliopolæ iuramenta quædam ab Vniuerſitate condita publicè præſtiterunt, vt habetur in libro antiquo Rectorum fol 87. recto his verbis.

Anno Domini 1302. die Veneris ante Decollationem B. Ioannis Baptiſtæ tempore M. Petri de Laignus Rectoris Vniuerſitatis, iurauerunt Stationarij in Generali Congregatione apud S. Mathurinum articulos qui ſequuntur præſentibus M. Richardo de Martigniaco, Fratre Arnoldo de Tholoſa Ordinis Eremitarum S. Auguſtini tunc temporis Regentibus in Theologia, & M. Hugone de Beſuncio, Mag. Allemant & M. Io. de Thelu Doctoribus Decretorum, & quam pluribus alijs Doctoribus & Magiſtris tunc temporis Pariſius Regentibus in qualibet Facultate.

Sequuntur Iuramenta.

VOs Iurabitis quod fideliter & legitimè habebitis libros vænales recipiendo, cuſtodiendo, exponendo & vendendo eoſdem. Item iurabitis quod libros vænales non ſupprimetis aut celabitis, ſed ipſos ſemper loco & tempore opportuno ad vendendum exponetis quando petentur.

Item Iurabitis quod ſi à venditoribus ſuper venditione libri vel librorum vocati fueritis, vel requiſiti æſtimabitis & diceris bona fide mediante ſalario quantum credetis librum vel libros ad vendendum oblatum vel oblatos iuſto & legitimo pretio poſſe vendi, vt pro nobis emere velitis ſi facultas ſe offerret. Item iurabitis quod pretium libri vænalis & nomen illius cuius eſt liber, ſi velit venditor, in aliqua parte libri patente intuenti ponetis.

Anno 1303. cum neque Bonifacius Philippo, nec Philippus Bonifacio de iure ſuo quidquam cedere vellet, concluſa eſt tandem Tragœdiæ cataſtrophe 1303.

his gradibus. 1. voluit Bonifacius intimari Regi duodecim articulos quos Ioanni Cardinali tradiderat, ſuper quibus reſponſum poſtulauit. Primus erat vt Rex reuocaret Interdictum ſeu prohibitionem Prælatis & Magiſtris in Theologia » ſignificatam ne Romam irent, prout fuerant à Bonifacio vocati. 2. Ad denun- » ciandum eidem, quod in quibuſcunque Beneficijs Eccleſiaſticis conferendis va- » cantibus in Curia vel extra Curiam Ro. Pontifex ſummam & potiorem obtinet » poteſtatem: & quod per collationem cuiuſuis Laïci in ipſis vel eorum aliquo » non poteſt alicui ius acquiri ſine authoritate vel conſenſu Sedis Apoſtolicæ ta- » citis vel expreſſis.

» Ad hoc ita Rex reſpondit. Quod collatione Beneficiorum vſus eſt & vtitur » ſicut ad eum pertinet de iure & bona conſuetudine; ſicut S. Ludouicus & » alij prædeceſſores ſui vſi fuerunt, à tempore cuius memoria non exiſtit, nec » circa hoc fecit, nec facere intendit aliquam nouitatem, nec credit quod Papa » ſibi facere velit, qui longum vſum ſuum & prædeceſſorum ſuorum in collatione huiuſmodi nouit pleniſſimè ab experto. Reliquos articulos prætereo qui leguntur apud Odericum Rainaldum 14. vol. Annal. Eccleſ. ad an. 1303. num. 34.

2. Idem Bonifacius eidem Ioanni Cardinali mandauit vt omnes Prælatos & Magiſtros in Theologia, Iure Canonico & Ciuili quod ad Concilium Rom. euocarat, quique nondum paruerant, iuberet intra tres menſes ſe ſiſtere Romæ, ſecus cum ijs actum iri ſeuerè iuxta Canones. Quam Bullam dedit Laterani » Idibus Aprilis. Volumus, inquit, & per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus quate- » nus per te vel alium ſeu alios, in diuerſis dicti Regni Prouincijs, ſiue partibus ex » parte noſtra proponi facias publicæ citationis edictum, vt omnes à nobis, vt » præmittitur, euocati, qui non comparuerunt in termino ſupraſcripto, nec poſt » terminum etiam quamuis diutius expectati infra 3. menſium ſpatium, quod eis » pro peremptorio termino per te vel alium, vel alios præcipimus aſſignari, per » ſe vel procuratores idoneos ad hæc ab eis ſpecialiter conſtitutos cum ſufficien- » ti mandato compareant coram nobis recepturi pro meritis, aut ſuam ſi pote- » runt, innocentiam oſtenſuri, noſtriſque parituri beneplacitis & mandatis.

3. Vt vidit Pontifex non ſibi factum ſatis à Philippo, nec ad articulos propoſitos reſponſum vt volebat, dum Albertum Imperatorem ad ſuas partes adducere conatur, promiſſo ei Regno Gallicano, Regem ipſum Cenſuris Eccleſiaſticis illigari iubet & publicè excommunicari, propterea quod Prælatos ad ſe accedere non ſineret, ſperans ſe Regi excommunicato in Regno etiam proprio plurimos hoſtes conciliaturum. Bulla eſt eiuſmodi, quam ad Ioannem Monachum Cardinalem qui tunc in Francia Legati Apoſtolici vices obibat, tranſmiſit per Nicolaum Benefractum Cardinalis ipſius ſeruum.

Bonifacius Epiſcopus S.S. D. Dilecto filio Ioanni tit. SS. Marcellini & Petri » Preſbyt. Cardin. Sal. & Apoſtol Bened. Per proceſſus noſtros diuerſis præte- » ritis diebus ſolennibus ſecundum morem laudabilem S. R. Eccleſiæ publicè fa- » ctos & præſente copioſâ fidelium multitudine ſolenniter publicatos, inter alia » anathematis & Excommunicationis ſententias continentes, qui in Archiuis » eiuſdem Eccleſiæ conſeruantur, non reuocamus in dubium, ſicut non poteſt » nec debet aliquatenus reuocari, quin magnificus Princeps Philippus Franco- » rum Rex dictis anathematis & excommunicationis ſententiis ſit ligatus, quan- » tumuis regali præfulgeat dignitate, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs » & indulgentijs, & ſub quauis forma vel tenore conceſſis, quod interdici, ſuſ- » pendi, vel excommunicari non poſſit, quæ omnia duximus reuocanda, ad hoc » quod contra huiuſmodi noſtras ſententias & proceſſus per ea nequeat ſe tueri, » quominus includatur in eis, ex eo quod ad Sedem Apoſtolicam venientes & re- » deuntes ab ea fecit, mandauit, ordinauit & ſtatuit multipliciter impediri, & » ſpecialiter nonnullos Eccleſiarum Prælatos & perſonas Eccleſiaſticas Regni ſui » ad noſtram præſentiam venire prohibuit ſub grauibus pœnis & bannis, quos » pro reformatione dicti Regni, vtilitate populi, augmento Catholicæ fidei, con- » ſeruatione Eccleſiaſticæ libertatis, correctione dictorum exceſſuum, ſubſidio » terræ ſanctæ & ex alijs rationabilibus cauſis moti feceramus ad noſtram præſen- » tiam euocari, ſicut penè totus orbis ad eandem Sedem & Beatorum Petri & Pau- » li Apoſtolorum limina confluens affirmauit, & nonnulli Archiepiſcopi & Epiſ-

copi Regni præfati hæc & ijs ſimilia per ſuas nobis litteras intimarunt & per «
Procuratores ſuos ad eorum excuſationem proponi fecerunt, quaſi ex hoc legi- «
timam cauſam haberent, non comparendi in præfixo eis termino coram nobis; «
quamuis nonnulli Archiepiſcopi & Epiſcopi & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ pro- «
pter hoc comparere non obmiſerint coram nobis quaſi obedientiæ filij & zelo «
deuotionis accenſi ad Nos & dictam Eccleſiam matrem ſuam: quas quidem excuſa- «
tiones per Procuratores ipſos propoſitas tanquam friuolas non admiſimus, ſed «
repulimus publicè ac repellimus vt debemus. Vnde ipſum Regem ſic ligatum «
à communione fidelium & Sacramentorum perceptione nunciamus excluſum, «
& per te vel alium ſeu alios præcipimus nunciari. Nam cui Rom. Pontifex Vi- «
carius Ieſu Chriſti, Petrique ſucceſſor non communicat, nullus communicare «
debet, aut ei Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare. Eos verò cuiuſque fuerint «
præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis aut ſtatus, etiam ſi in Archiepiſ- «
copali vel Epiſcopali dignitate præfulgeant, qui eiuſmodi Sacramenta vel ip- «
ſorum aliqua dicto Regi ligato taliter miniſtrare præſumpſerint, aut coram eo «
Miſſam celebrare publicè vel priuatè, excommunicationis ſententia innoda- «
mus, ipſiſque interdicimus Lectionis, prædicationis, adminiſtrationis Sacra- «
mentorum, audiendi Confeſſiones Officium, prædicentes apertè nos grauius «
contra eos ſpiritualiter & temporaliter proceſſuros, prout expedire viderimus: «
præſertim cum Rex ipſe oblatum per te, impendendum ſibi abſolutionis bene- «
ficium iuxta formam Eccleſiæ authoritate noſtra recipere contempſerit: ex quo «
videtur, quod dolentes referimus, in ſua malitiâ induratus. Quare ſibi eadem «
authoritate præcipias & iniungas, vt quidquid fecit, mandauit, ordinauit, & «
ſtatuit ad impedimentum adeuntium ad Dominicam Sedem vel redeuntium ab «
eadem, reuocare procuret & efficaciter corrigat & emendet. Præſentium autem «
litterarum noſtrarum tenorem deducas ad præfati Regis notitiam, & in locis «
de quibus expedire videris, ſeu Prouincijs facias ſolemniter publicari, ne quis «
per ignorantiam de contentis in ipſis litteris ſe valeat excuſare, quod ad eius «
notitiam non peruenerit, quod tam ſolemniter fuerit publicatum. Cæterum «
Fr. Nicolao Ordinis Prædicatorum olim Confeſſori Regis eiuſdem ex parte «
noſtra diſtrictè præcipias, vt infra 3. menſium ſpatium huiuſmodi præceptum «
noſtrum immediatè ſequentium, quod ſibi pro peremptorio termino ſtudeas «
aſſignare, perſonaliter noſtro ſe conſpectui repræſentet, recepturus pro me- «
ritis, aut ſuam ſi poterit innocentiam oſtenſurus, ac pariturus noſtris benepla- «
citis ac mandatis: alioquin contra eum ſpiritualiter & temporaliter prout ex- «
pedire viderimus, procedemus. Datum Laterani Idib. April. Pontificis noſtri «
ann. 9.

Intellexit Rex ſententiam eiuſmodi latam fuiſſe contra ſe Romæ, quæ ne in Franciam ad Legatum Ioannem transferretur, iuſſit omnes vias, portus, adituſque cuſtodiri diligenter, & quoſcunque peregrè accedentes interrogari, vnde & quo, litteraſque, ſi quas rei teſtes deferrent, ad ſe mitti. Vnus inuentus eſt M. Nicolaus natione Normanus, Cardinalis Ioannis ſeruus, Benefractus dictus, iſque Trecis carceri mancipatus eſt: qua de re ſic Ioannes à S. Victore *Rex Francorum agnitâ prætactâ ſentent à contra ipſum latâ à Papa, peiora pertimeſcens præcepit per totum ſuum Regnum paſſus & vias publicas obſeruari & omnes litteras inuentas à tranſeuntibus deferri Pariſius. Timebat enim ne litteræ contra ſe & Regnum ſuum de excommunicatione vel Interdicto iam latæ à Papa Bonifacio ad Legatum Ioannem ad exequendum dicti Papæ mandatum in Franciam deferrentur. Et ob hoc omnes ſollicitè ſcrutabatur tranſeuntes. Tunc itaque captus fuit apud Trecas M. Nicolaus natione Normanus cum litteris Papæ de dicta ſententia exequenda à M. Ioanne Monacho Legato de ſpeciali Papæ mandato. Quibus litteris ablatis à Regis Seruientibus ipſe Nicolaus eſt carceri mancipatus.*

Hæc dum à Papa agerentur, Philippus Comitia trium Ordinum Pariſijs habuit 13. Iunij eiuſdem anni: quibus interfuerunt quamplurimi Magnates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Vniuerſitatis Pariſienſis Doctores in Theologia & Iure Canonico ſelecti, ſeu vt vocant Deputati. Atque ſe inter alios iſti, Ludouicus Ebroicenſis Guido S. Pauli, Ioannes Drocenſis Comites, maximè verò Guillelmus de Pleſſio Miles & iam ante M. Guillel. de Nogareto Miles & Legum

Digitized by Google

Profeſſor Bonifacij Accuſatores præſtiterunt, eumque infinitis criminibus onerarunt, negantes verum eſſe Papam, ſed fraude & dolo malo Sedem Pontificiam occupaſſe aſſeuerantes; ac proinde locum eſſe appellandi ab eo ad Concilium Generale. Horumce Comitiorum mentio fit apud Continuatorem Nangij ad hunc an. his verbis.

Audiens Rex Philippus à pluribus fide dignis ſublimibuſque perſonis Papam Bonifacium deteſtandis infectum criminibus diuerſiſque hæreſibus irretitum, quamuis adhuc de facili Regis obturarent aures, demum tamen in publico Parlamento Pariſius, Prælatis, Baronibus, Capitulis, Conuentibus, Collegiis, Communitatibus, & Vniuerſitatibus villarum Regni ſui, nec non Magiſtris in Theologia & Profeſſoribus Iuris vtriuſque, aliiſque ſapientibus & grauibus perſonis diuerſarum partium & Regnorum præſentibus, importunis Denunciatorum clamoribus & frequentibus pulſatis inſtantiis præcipuè Ludouici Ebroicenſis, Guidonis S. Pauli, ac Ioannis Drocenſis Comitum, qui præſtitis ad ſancta Dei Euangelia ab eis tacta corporaliter iuramentis aſſerebant prædicta ſe credere eſſe vera, & ea legitimè poſſe probari, Regemque tanquam Principem Chriſtianæ fidei defenſorem inſtantiſſimè requirebant, vt pro deliberatione ſuper præmiſſis habendâ Generale conuocare Concilium procuraret. Cum vrgente conſcientiâ vlterius diſſimulare non poſſet, ad Concilium Generale per Sedem Apoſtolicam promouendum, quod in iſto caſu ſummo præeſt Pontifici, deliberatione ſuper hoc, multa tamen maturitate præhabita, Prælatis, Baronibus & aliis ſupradictis, (Abbate Ciſtercij duntaxat excepto) ſibi adhærentibus appellauit, appellationeſque ſuas die Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ in horto Regalis Palatij Pariſius coram omni Clero & populo palam & publicè legi fecit: ad poſtmodum Papæ Boniſacio, per Guillelmum de Nogareto Militem Legumque Profeſſorem Regiis patentibus litteris interinari petens, ab eodem conuocationem Concilij protectioni ſupponens.

Ioannes de S. Victore duo præterea commemorat quæ commemorare omiſit Nangiacæ hiſtoriæ Continuator; nimirum Ioannem Legatum paulo ante quam haberentur Comitia, ad Papam redijſſe, & Bertoldum de S. Dionyſio Sermonem ad Proceres & populum habuiſſe diei congruentem. *Ante feſtum*, inquit, *S. Ioannis Baptiſtæ receſſit de Francia Legatus prædictus Ioannes Monachus in nocte accipiens iter de vrbe Pariſius. Reuertenti Romam citius quam crediḍiſſet prius* (Papa) *vel ei iniunctum fuiſſet, quod putabatur feciſſe ne Papæ indignationem vel Regis odium incurreret, quorum nouerat contentionem fore periculoſam & allaturam damna quamplurima formidabat.* Sed in via ſtetit aliquo tempore, donec de ſtatu & voluntate Papæ erga ſe certo rumore audiret. Sed Prælatis & Principibus Franciæ Pariſius congregatis in die Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ in borto domus Regiæ vulgique multitudine copioſa M. Bertoldus de S. Dionyſio Sermonem fecit in Gallico ipſi diei competentem ſub boc themate. *Erit magnus coram Domino*, Luc. 1. de magnitudine adaptato. Poſt ſermonem recitati ſunt coram omnibus quidam caſus nefarij contra Papam Boniſacium & enormes vt pote de hæreſi, de reuelatione confeſſionis & homicidio manifeſto & de ſimonia. Item per ſigna plura oſtenſum eſt ipſum babere odio Nationem Francorum. Et ob hoc idem Rex Barones & Prælati vulgo ei vnanimiter conſentientes in appellationem ſeu prouocationem contra ipſum qui ſe Papam eſſe dicebat, ad Cardinales vel ad futurum ſummum Pontificem proruperunt.

Extat autem huiuſce Accuſationis & Appellationis ſolennis publicum Inſtrumentum in hiſtoria huiuſce grauiſſimæ litis: quod biſce noſtris Annalibus inſeri neceſſe eſt, propterea quod deliberationis in his Comitijs factæ Pariſienſis Vniuerſitas magna pars fuit; primùm quidem per Deputatos, deinde per litteras publicas, quibus ea quæ in Comitijs acta fuerant, & præſertim Appellationem ad Concilium Generale à Bonifacio, legitimam eſſe pronunciauit, non dubitans Concilium eſſe ſupra Papam. Tale igitur eſt illud inſtrumentum.

Comitia Gallicana de appellatione ad Ge.

In nomine Domini Amen. Anno ejuſdem Domini 1303. Indict. 1. 13. die Menſis Iunij Pontificatus D. Bonifacij Papæ VIII an. 9. tenore præſentis Inſtrumenti nouerint vniuerſi, quod præſentibus Sereniſſimo Principe D. Philippo D.G. Rege Franciæ, Illuſtribus & Reuerendis in Chriſto Patribus Archiepiſcopis & Epiſcopis

Digitized by Google

Epiſcopis ac Religioſis viris, Abbatibus & Prioribus, ac etiam Nobilibus viris, « NERALE
Comitibus, Baronibus & quamplurimis alijs perſonis tam Eccleſiaſticis quam « CONCI-LIVM.
ſecularibus infra ſcriptis, in præſentia noſtrorum Notariorum publicorum ſub- «
ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & requiſitorum, prout in ſubſcrip- «
tionibus infra ſcriptis continetur. Magnifici ac Nobiles viri DD. Ludouicus Re- «
gis Franciæ filius Ebroicenſis, Guido S. Pauli & Ioannes Drocenſis Comires, ac «
Guillelmus de Pleſſiano Dominus Vicenobij miles, moti vt dicebant, feruore «
fidei, ſinceræ deuotionis affectu & zelo charitatis inducti, ſacroſanctæ Rom. «
ac vniuerſali Eccleſiæ matri ſuæ quam ſub dicti D. Bonifacij præſidentia peri- «
culosè deprimi, ac deformationem enormem & iacturam pati dicebant, com- «
patientes ab intimis, ac Chriſtianæ fidei, in qua ſalus animarum conſiſtit, & «
quæ ſuis temporibus, proh dolor! miſerabiliter contabeſcit, & deperit, vt di- «
cebant, periculo condolentes ad ipſius Eccleſiæ & totius Chriſtianitatis ſalubre «
regimen & bonum ſtatum ac reparationem & exalrationem Catholicæ fidei, «
votis, vt dicebant, feruentibus intendentes, maximè cum eidem Eccleſiæ, fi- «
dei fundamento & animarum ſaluti ſummè expediat, vt Dominici gregis ouili «
non niſi verus & legitimus ac verè & legitimè Paſtor præſit, & quod ab eadem «
Eccleſia ſponſa Chriſti, quæ non habet maculam neque rugam, omnis error, «
ſcandalum, iniquitas, & iniuſtitia repellatur, ac toti mundo, quem ex peruerſis «
actibus, deteſtandis operibus, & pernicioſis exemplis dicti D. Bonifacij in guer- «
ris & tenebris manere dicebant, ſalus, pax & tranquillitas diuina fauente mi- «
ſericordia præſtentur contra dictum D. Bonifacium hæreticæ prauitatis & alia «
diuerſa horribilia & deteſtabilia crimina, quibus eum irretitum eſſe dicebant, «
& ſuper eis publicè & notoriè diffamatum præſentibus dicto D. Rege, Archie- «
piſcopis, Epiſcopis & aliis Prælatis ac perſonis Eccleſiaſticis, qui pro ſuis & Ec- «
cleſiarum ſuarum agendis conuenerant, ac Baronibus, Comitibus, & aliis no- «
bilibus, quorum nomina ſunt inferius conſcripta, dixerunt & aſſeruerunt, ac «
dictus Guillelmus propoſuit & obiecit, iurantes ad S. Dei Euangelia facta cor- «
poraliter ſe præmiſſa omnia & ſingula credere eſſe vera & poſſe probari. Adij- «
ciens idem Guill. de Pleſſiano hujuſmodi iuramento, quod præmiſſa credebat «
ſe poſſe probare, & quod hujuſmodi negotium contra dictum D. Bonifacium «
in Generali Concilio, vel alibi, vel quando & coram quibus de iure fuerit fa- «
ciendum, ad finem debitum perſequeretur. Requirentes inſtanter dictum D. «
Regem tanquam fidei pugilem & Eccleſiæ defenſorem, vt pro declaratione ve- «
ritatis huius ad laudem Diuini nominis, angmentum & exaltationem Catho- «
licæ fidei & honorem ac bonum ſtatum Eccleſiæ vniuerſalis & totius populi «
Chriſtiani, conuocationi & congregationi dicti Concilij Generalis, prout ad «
eum pertinet, opem daret & operam efficacem, cum in talibus & ſimilibus om- «
nibus ex feruore fidei & zelo iuſtitiæ directrix ſemper extiterit veritatis Regia «
Domus ſua, quodque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos alios ſupradi- «
ctos inſtanter requireret & inſtarer efficaciter apud eos; ipſique Comites & mi- «
lites requiſierunt etiam inſtanter & pluries Prælatos eoſdem tanquam Eccleſiæ «
filios & columnas, vt modis legitimis iuxta SS. Patrum inſtituta, & Canonicas «
Sanctiones, conuocationi & congregationi dicti Concilij opem darет & ope- «
ram efficaciter vt tenentur. Ijdem verò Prælati, obiectionibus ſupradictis audi- «
tis & pleniùs intellectis, huiuſmodi negotium non ſolum arduum, imò arduiſ- «
ſimum & maturi indigere deliberatione conſilij reputantes, de loco receſſerunt «
eodem. «

Die autem Veneris proximè ſequenti, ſcilicet 14. die ejuſdem menſis Iunij «
præſenti præfato D. Rege, nec non DD. Archiepiſcopis præſentibus ac in præ- «
ſentia noſtrorum Notariorum publicorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & re- «
quiſitorum, prædictus Guillielmus de Pleſſiano miles dixit, propoſuit, obiecit, «
aſſeruit & legit, prout in quadam ſcedula quam tenebat inmanibus, continetur «
plenius, cujus tenor talis eſt. «

Ego Guillelmus de Pleſſeiano miles Dico, propono, & aſſero Bonifacium «
nunc Sedi Apoſtolicæ præſidentem, hæreticum fore perfectum, in hæreſibus, «
factis enormibus & peruerſis, dogmatibus inferius declararis, quæ vera fore & «
me probare poſſe credo, vel quæ ſufficient ex ipſis ad probandum ipſum per- «

ſectum hæreticum, loco & tempore competenti, & coram quibus hoc fieri de iure poterit & debebit; & hoc iure ſuper hæc ſancta Dei Euangelia corporaliter per me tacta.

Crimina Bonifacio Papæ obiecta.

1. Quia non credit immortalitatem ſeu incorruptibilitatem animarum rationalium, ſed credit quod anima rationalis ſimul cum corpore corrumpatur.

2. Item quod non credit fore vitam æternam, nec finaliter refrigerium conſequi poſſe homines, ſed totam ſortem & partem conſolationis & lætitiæ fore in hoc mundo. Et per hoc aſſerit, quod deliciare corpus ſuum quibuſcunque deliciis non eſt peccatum. Et ex abundantia fermenti hujuſmodi ore publicè dicere & prædicare non erubuit, ſe magis velle eſſe canem vel aſinum, ſeu quodcunque animal brutum quàm Gallicum: quod non dixiſſet, ſi crederet Gallicum habere animam, quæ poſſet ęternam beatitudinem promereri, & hoc quamplurimos docuit, qui in mortis articulo recognouerunt.

3. Item quod publica ſuper his fama laborat.

4. Item quod fideliter non credit quod verbis à Chriſto inſtitutis, à fideli & rectè ordinato Preſbytero dictis in forma Eccleſiæ ſuper hoſtiam, ſit ibi Corpus verum. Et hinc eſt quod nullam reuerentiam vel modicam ei facit, cum eleuatur à Sacerdote, nec ei aſſurgit, imò verò tergo aſſiſtit, & magis ſe honorari, & locum vbi ſedet, ornari facit, quàm altare vbi hoſtia conſecratur.

5. Item quod ſuper hæc eſt publicè diffamatus.

6. Item fertur dicere fornicationem non eſſe peccatum, ſicut nec fricationem manuum: & de hoc eſt publica vox & fama.

7. Item dixit ſæpius, quod ad deprimendum Regem & Gallicos, ſi aliter non poſſet fieri, præcipitaret ſe & totum mundum & totam Eccleſiam. Et cum ſibi per aliquos adſtantes dicebatur, quod Deus aduerteret, imò, dicebat, non aduertat Deus. & cum ſibi replicabatur per bonos homines qui audiebant prædicta, quòd non diceret, quia magnum ſcandalum pateretur Eccleſia Dei & omnes Chriſticolæ, reſpondebat, non curo quæcunque veniant ſcandala, dummodo Gallici & eorum ſuperbia deſtruantur, quia neceſſe eſt vt veniant ſcandala.

8. Item quendam librum compoſitum per M. Arnaldum de Villa-noua Medicum, continentem ſiue ſapientem hæreſim, per Epiſcopum Pariſienſem, & per Magiſtros Theologiæ Facultatis Pariſienſis reprobatum, damnatum & combuſtum, & per ipſum Bonifacium publicè in pleno Conſiſtorio Cardinalium ſcilicet reprobatum, condemnatum & combuſtum poſtmodum reſcriptum idem vitium continuans, reuocauit & etiam approbauit.

9. Item vt ſuam damnatiſſimam memoriam perpetuam conſtituat, fecit imagines ſuas argenteas erigi in Eccleſiis, per hoc homines ad idolatrandum inducens.

10. Item habet Dæmonem priuatum cujus conſilio vtitur in omnibus & per omnia. Vnde dixit ſemel quod ſi omnes homines de mundo eſſent ab vna parte & ipſe ab alia, non poſſent eum decipere, nec in iure nec in facto: quod non poſſet fieri, niſi arte Dæmonica vteretur. Et ſuper hoc eſt publicè diffamatus.

11. Item ſortilegus eſt, conſulens Diuinatores & Diuinatrices. Et de hoc eſt publicè diffamatus.

12. Item publicè prædicauit Papam, Rom. non poſſe committere ſimoniam, quod eſt hæreticum dicere. Et hoc crimen eſt tam in veteri Teſtamento, quàm in nouo & in ſacris Generalibus Conciliis reprobatum, vnde publicè per quendam Vſurarium nomine Simonem, de Prælaturis maioribus, Perſonatibus, Dignitatibus, & Beneficiis Eccleſiaſticis, quibus ſpecialiter ordo ſacer & neceſſariò eſt annexus, de abſolutionibus & diſpenſationibus nundinatur, ſicut in foro rerum vænalium de rebus profanis conſueuit nundinare. Et ſecundum hoc laborat publica fama contra ipſum.

13. Item contra ſpeciale legatum Chriſti factum ſuis propriis filiis, dicentis, *pacem relinquo vobis*, veniens toto poſſe pacem impedit inter Chriſtianos, & diſcordias & guerras nititur ſeminare, vnde ſemel cum diceretur coram eo, quod partes quædam volebant certo bono modo inter ſe amicabiliter concordare, ipſe pacem prohibuit, inhibens alteri parti ne concordaret ad pacem:

& cum altera pars humiliter ſupplicaret, quod daret illi parti licentiam concordandi, dixit quod non faceret, etſi Filius Dei, vel Petrus Apoſtolus in terram deſcenderet, & hoc ſibi præciperet, ipſe diceret ei non credam tibi.

14. Item morem gerens perfectorum hæreticorum, qui apud ſe ſolos dicunt fore fidelem Eccleſiam, eos autem qui ſunt veri cultores fidei orthodoxæ, quia ab eorum diſcedunt erroribus, aſſerunt Patarenos; quia Natio Gallicana, natio notoriè Chriſtianiſſima, ſuos in fide errores non ſequitur, omnes & ſingulos reputat & publicat, vt dicitur, Patarenos.

15. Item Sodomitico crimine laborat, tenens Concubinarios ſecum. Et de hoc eſt publicè & vulgatiſſimè diffamatus.

16 Item plurima homicidia Clericorum in præſentia ſua fecit fieri, & mandauit gaudens de morte ipſorum: & ſi in principio non percutiebantur per Miniſtros ſuos mortaliter, totiens iubebat eos percuti, dicendo, *percute, percute Dali Dali*, quod exinde mortui ſunt complures.

17 Item cum quendam nobilem condemnaſſet ad carcerem, inhibuit ne ſibi petenti & pœnitenti, in mortis articulo, Sacramentum pœnitentiæ miniſtraretur, propter quod videtur credere Sacramentum Pœnitentiæ peccantibus non eſſe neceſſarium ad ſalutem.

18. Item compulit Sacerdotes aliquos, vt ſibi reuelarent Confeſſiones hominum, & eas poſtea abſque confitentium voluntate ad eorum confuſionem & verecundiam, vt eos redimere faceret, publicauit: in tantum quod ſemel quendam Epiſcopum de Hiſpania, qui cuidam Cardinali quoddam occultum & enorme crimen confeſſus fuerat in foro pœnitentiæ, publicata confeſſione ſua, quam ſibi ab eodem inuitè & coactè dici fecit, publicè depoſuit propter illud crimen, & poſtea accepta pecunia eum reſtituit. Propter quod in Sacramento pœnitentiæ hæreſi carere non videtur.

19. Item in vigilijs iejunalibus & Quadrageſima non iejunat, ſed carnes indifferenter abſque cauſa comedit, & patitur ſine cauſa ſuos Domeſticos & familiares comedere dicens, non eſſe peccatum in hoc, contra generalem Eccleſiæ ſtatum faciendo, & eundem latenter ſubuertere ſatagendo.

20. Item ſtatum & Ordinem Cardinalium deprimit & depreſſit, & Ordinem Monachorum nigrorum & alborum, fratrum Minorum & Prædicatorum: de quibus dixit multotiens, quod mundus perdebatur per ipſos, & quod falſi hypocritæ erant, & quod nunquam bonum eueniret alicui qui confiteretur ipſis, vel eſſet familiaris ipſorum; vel ipſos in domo ſua teneret. Nec vnquam bonum verbum dixit de aliquo Prælato, vel Religioſo vel Clerico, ſed ſemper conuicia & opprobria mendacioſa, vt famæ eorum detrahat, & vt ipſos redimere faciat, gaudet in accuſationibus eorundem. Et de hoc eſt publica vox & fama.

21. Item fidem nitens deſtruere, ab antiquo concepit odium contra Regem Franciæ in fidei deteſtationem, eo quod ibi eſt & fuit ſplendor fidei, & magnum Chriſtianitatis ſuſtentamentum & exemplar: & antequam ſedem iſtam teneret, reperietur dixiſſe, quod ſi eſſet Papa, potius vellet totam Chriſtianitatem ſubuertere, quin Nationem deſtrueret, quam appellat ſuperbiam Gallicorum.

22. Item diffamatus eſt, quod cum Nuncij Regis Angliæ nomine eiuſdem Regis peterent ſibi dari decimam Regni Angliæ, quod ipſe reſpondit eiſdem, quod non daret eis decimam niſi ex pacto, quod de ipſa guerram facerent contra Regem Franciæ. Et vltra hoc magnas quantitates pecuniæ certis perſonis dediſſe dicitur, vt impedirent, ne pax inter duos Reges fieret. Ipſe etiam pro ſuis vicibus impediuit nuncijs, litteris & alijs quibus potuit modis, etiam datis nummis. Mandaſſe etiam dicitur Friderico qui tenet inſulam Siciliæ, quod ſi vellet perdere Regẽ Carolum & fracta ſibi pace & non ſeruata quam fecerat, & ſe tenere iurauerat, cum eodem vellet ſe mouere contra dictum Regem, & occidere omnes Gallicos; quod ipſe ad hoc faciendum daret ſibi opem, auxilium, conſilium & iuuamen; & quod pro hoc faciendo daret ſibi & concederet dicta Regna. Confirmauit etiam Regem Allemaniæ in futurum Imperatorem & publicè prædicauit, quod hoc faciebat, vt deſtrueret Nationem, quam vocat ſuperbiam Gallicorum, qui dicebant ſe non ſubeſſe alicui temporaliter, dicens quod de hoc mentiebantur per gulam, declarando quod quicumque

etſi Angelus de cœlo deſcendens ſit, dixerit, quod non ſubſint eidem & Regi Allemaniæ, quod Anathema ſit. Et tamen antea ſæpius dixerit publicè (licet Ego proponens non dicam ipſum dixiſſe verum) quod ille erat proditor Domini ſui & quod ipſum proditionaliter interfecerat, & non erat dignus dici & nominari Rex, nec debitè electus, & inter eundem & Regem Franciæ accordata pro bono pacis in quibus ius vtriuſque ſaluaretur, diſſoluit, & ſubito Iuramentorum præſtitorum à Procuratoribus eiuſdem Regis Allemaniæ eiſdem dicitur iniunxiſſe, ne ſeruarent, in hoc bona pacis immutando & zizaniam inter fratres ſeminando.

23. Item diffamatus publicè quod Terra ſancta perdita eſt propter culpam ſuam & peruenit ad inimicos Dei & fidei, & quod ipſe opera data hoc ſuſtinuit & negauit ſubſidium dare Chriſticolis qui eam defendebant & ſubſidium à ſummis Pontificibus conſtitutum & aſſignatum amouit, & theſauros & pecuniam Eccleſiæ quæ mitti ad illos vſus debebat, conuertit, vt patrimonium Ieſu Chriſti conſumeret in perſecutionem Chriſtianorum fidelium & amicorum Eccleſiæ & inde ſuos ditaret parentes.

24. Item Simoniacus eſſe publicè dicitur, imò fons & fundamentum Simoniæ, nedum in Beneficijs conferendis, ſed etiam in Ordinibus tribuendis & diſpenſationibus faciendis omnia Beneficia Eccleſiæ vænalia expoſuit, in plurimos plus offerenti contulit, Eccleſiam & Prælatos Eccleſiæ, ſeruos conſtituit & tailliabiles fecit, non propter bonum fidei, nec ad deprimendum infideles, ſed vt fideles deprimeret, & vt de bonis Eccleſiæ & patrimonio Crucifixi ſuos parentes ditaret, eoſque Marchiones, Comites, Barones præſumpſit facere & fortalitia magna eiſdem conſtruere non expauit, eradicatis & expulſis multis Nobilibus Romanis & alijs.

25. Item publicè dicitur, quod plurima matrimonia legitimè copulata diſſoluit contra præceptum Dominicum in damnum & ſcandalum plurimorum, & Nepotem ſuum coniugatum, ignarum penitus & indignum qui vitam ducebat & ducit notoriè diſſolutam ad Cardinalatus apicem ſublimauit viuente vxore, quam compulit votum emittere caſtitatis, & poſtea dicitur duos ſpurios ex ea genuiſſe. Et de hoc eſt publicè diffamatus.

26. Item diffamatus eſt publicè quod Anteceſſorem ſuum Cœleſtinum, virum ſanctæ memoriæ, ſanctam vitam ducentem, ſibi forte conſcius quod renunciare non potuiſſet, & propter hoc legitimum ad ſedem ipſe Bonifacius non habuiſſet ingreſſum, inhumaniter tractauit & incluſit in carce, & ibi eundem celeriter & occultè morifecit, & de hoc eſt per totum mundum publica vox & fama. Plures & magnos litteratos regularem vitam ducentes qui de hoc, *An ille potuiſſet renunciare inter ſe diſputauerant*, intrudi & mori fecit in carcere.

27. Item quod perſonas Religioſas regularem vitam ducentes ſine cauſâ rationabili in ſcandalum plurimorum ad ſeculum reuocauit.

28. Item diffamatus eſt quia dixit quod in breui faceret omnes Gallicos Martyres vel Apoſtatas.

29. Item publicè diffamatus eſt, quia non quærit ſalutem animarum, ſed perditionem earum.

Quibus ſic propoſitis & perlectis idem Guillelmus proteſtatus fuit, dixit, jurauit, prouocauit, appellauit & ſuppoſuit legendo in ſcriptis per hæc verba,
» *Proteſtor autem ego Guill. de Pleſſeiano miles*, quod prædicta non propono nec dico
» propter odium aliquod ſpeciale ipſius Bonifacij, quia non habeo eum odio, ſed
» ſua maleficia prædicta, nec injuriam, nec infamiam ipſius nec alterius, ſed pro-
» pter zelum fidei & propter deuotionem quam habeo ad ſanctam Dei Eccleſiam
» & ad S. Sedem Romanam dicens quod per ea quæ vidi & à fide dignis audiui de
» factis eiuſdem, & ex veriſimilibus conjecturis & probabilibus præſumptionibus
» collectis ex prædictis & aliis quamplurimis diuerſis articulis ſuo loco & tempore
» declarandis ad ſancta Dei Euangelia tacta manu mea iuro me credere ipſum eſſe
» perfectum hæreticum, & me etiam credere quod de prædictis & aliis talia pro-
» bari poterunt contra eum quæ ſecundum ſtatuta SS. Patrum ſufficient ad eun-
» dem hæreticum judicandum. Iuro etiam me pro viribus contra eundem perſecu-
» turum prædicta in Concilio Generali congregando in loco mihi tuto & ſecuro

ad honorem Dei & exaltationem fidei Chriſtianæ, iure, honore & ſtatu S. Sedis «
Apoſtolicæ in omnibus ſemper ſaluis: propter quæ inſtanter & cum reueren- «
tia requiro vos D. Regem, ad quem ſpectat S. Matris Eccleſiæ fideique Ca- «
tholicæ defenſio, & de hoc eſtis rationem in extremo examine reddituri, & «
vos DD. Prælatos, qui columnæ fidei eſtis, & qui de prædictis ſimul cum aliis «
Reuerendis Patribus S Eccleſiæ Prælatis Catholicis in Generali Concilio con- «
gregandis debetis eſſe Iudices, quatenus procuretis & detis operam efficacem «
vt Generale Concilium in loco congruo & ſecuro & tempore opportuno con- «
gregetur; coram quo prædicta proponi, procedi & probari valeant, vt præmit- «
titur contra eundem Bonifacium, voſque & D. Regem inſtanter requiro, vt eoſ- «
dem Prælatos præſentes & abſentes vbicunque terrarum ad quos ſpectat, requi- «
ratis & efficaciter inducatis, vt laborent viriliter & alios requirant fideliter, quòd «
prædictum Concilium ad prædicta, modo quo præmittitur, congregetur: & «
quia hoc pendente habeo ipſum Bonifacium ſuſpectum probabiliter, ne pro- «
pter prædicta commotus & concitatus contra me adhærenteſque mihi Procura- «
tores & adjutores, amicos & familiares meos, bonaque mea & ipſorum quoquo «
modo procedat, vel procedere hoc pendente attentet; idcirco in his ſcriptis «
coram vobis D. Rege & DD. Prælatis, ac coram vobis publicis tabellionibus «
hîc perſonaliter ad dictum ſacrum conuocandum Generale Concilium & Apo- «
ſtolicum & Catholicum futurum & ad S. Sedem Apoſtolicam, & ad illum & «
illos ad quem & ad quos de iure melius poſſum & debeo, prouoco & appello, «
apoſtolos & litteras teſtimoniales ſemel, ſecundò & tertiò inſtanter per vos «
mihi dari & tradi petens, ſupponens me, adhærentes, fautores, familiares, «
amicos, Procuratores meos & omnes illos, qui in poſterum mihi voluerint ad- «
hærere, bonaque mea & ipſorum ſub protectione & cuſtodia BB. Apoſtolorum «
Petri & Pauli, & dicti ſacri congregandi Concilij & Apoſtolicam & Catholicam «
futuri & S. Sedis Rom. adhærens nihilominus ad cautelam & adhærere volens «
appellationi & appellationibus, proceſſui & proceſſibus ſuper his factis per no- «
bilem virum D. Guill. de Nogareto Militem, in quantum ritè & legitimè factæ «
& facti reperientur, non recedendo ab appellatione præſente. Quibus ſic lectis «
& peractis præfatus D. Rex reſpondit, Prælatos prædictos requiſiuit, prouo-
cauit, appellauit, & requiſitionem & prouocationem & appellationem fecit,
provt infraſcripta ſchedula ibidem eo & Prælatis aliiſque infraſcriptis, præſen-
tibus & audientibus lecta plenius continetur, cuius tenor talis eſt.

Nos Philippvs D. G. Franciæ Rex auditis, intellectis, propoſitis & ob- «
iectis per vos G. de Pleſſeiano Militem & antea per dilectum & fidelem Militem «
noſtrum G. de Nogareto contra Bonifacium nunc Ro. Eccleſiæ regimini Præ- «
ſidentem, licet pudenda Patris cuiuſlibet proprio libenter pallio tegeremus, «
ob feruorem tamen Catholicæ fidei ac deuotionem eximiam, quam ad ſacro- «
ſanctam Ro. & vniuerſalem Eccleſiam Matrem noſtram & omnium fidelium, «
ſponſam Chriſti Progenitorum noſtrorum inhærendo veſtigijs gerimus, qui pro «
exaltatione Eccleſiaſticæ libertatis & fidei proprium ſanguinem fundere minimè «
dubitauerũt, fidei negotio & Eccleſiæ ſtatui cõſuli cupientes, pro vitando diſpen- «
dio ſcandali generalis, præmiſſa nequeuntes vlterius, vrgente conſcientiâ ſub con- «
niuentia vel diſſimulatione tranſire, cum ſuper his & frequentibus & aſſiduis cla- «
moribus per fide dignos & magnæ authoritatis viros ſæpe & ſæpius inculcatis, «
eius opinio vehementer & notabiliter ſit grauata, cum ſuper excidio fidei no- «
ſtræ, & quorumlibet aliorum & præcipuè Regum & Principum Orbis terræ, «
qui ad eius exaltationem & augmentum collatam nobis à Domino ſuſcepiſſe «
cognoſcimus poteſtatem debet negligentia reprobari, veſtris in hac parte re- «
quiſitionibus pro Diuini reuerentia nominis, ſaluis in omnibus ſacroſanctæ Ro. «
Eccleſiæ honore & reuerentia debitis aſſentimus, ac conuocationi & congre- «
gationi dicti Concilij, vt ſuper præmiſſis veritas eluceſcat & omnis error abſce- «
dat, vniuerſalis Eccleſiæ & totius Chriſtianitatis ſtatui ac fidei & terræ ſanctæ «
negotio conſulatur, ac ſcandalis & periculis ingruentibus occurratur, parati «
ſumus, quodque libenter offerimus, quantum ad Nos attinet, opem dare & «
operam efficacem; voſque Archiepiſcopos, Epiſcopos & Prælatos alios hîc «
præſentes tanquam Eccleſiæ filios & columnas fidei ad exaltationem, augmen- «

» tum & conſeruationem ipſius fidei à Domino in partem ſollicitudinis euocatos
» inſtanter requirimus & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, qua-
» tenus huiuſmodi conuocationi & congregationi Concilij, in quo perſonaliter
» intendimus intereſſe, toti, vt condecet, ſtudijs intendatis, ac vijs & modis con-
» gruis efficaciter laboretis. Ne autem dictus Bonifacius, qui animoſè & iniurio-
» ſè contra Nos pluries fuit procedere comminatus, impedire ſatagens, ne ſua,
» ſi qua ſint, in lucem veniant opera tenebrarum, huiuſmodi conuocationi &
» congregationi Concilij directè vel indirectè impedimenta præſtando, vel ali-
» ter quouis modo ſtatus veſter in eo integer exiſtat, contra Nos, ſtatum noſtrum,
» Eccleſias, Prælatos, Barones & alios fideles, vaſallos & ſubditos noſtros, ter-
» ras noſtras vel ipſorum, Regnum noſtrum & ipſius Regni ſtatum in aliquo, ſpi-
» rituali gladio abutendo, de facto procedat, excommunicando, interdicendo,
» ſuſpendendo, vel alio quoquo modo pro Nobis & nobis adhærentibus & ad-
» hærere volentibus, ad prædictum Generale Concilium, quod inſtanter conuo-
» cari petimus, & ad verum legitimum futurum ſummum Pontificem, vel alios
» ad quem vel ad quos fuerit appellandum, prouocamus & appellamus In ſcriptis
» non recedendo ab appellatione per dictum G. de Nogareto interpoſita, cui ex
» tunc adhæſimus ac etiam adhæremus, Apoſtolos teſtimoniales à vobis Prælatis,
» & Notarijs cum inſtantia poſtulantes, ac expreſsè proteſtantes de innouando
» prouocationem & appellationem huiuſmodi, vbi quando & coram quibus no-
» bis viſum fuerit expedire.

Infra ſcripti verò Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates & Priores præmiſſis ſic factis & habitis reſponderunt & proteſtati fuerunt, ac reſponſiones, prouocationes, appellationes, ſuppoſitiones, ac proteſtationes fecerunt, prout in ſcedula quadam ibidem publicè ac ſeriosè perlecta plenius continetur, cuius tenor ſequitur in hæc verba.

» Nos Nicoſienſis, Remenſis, Senonenſis, Narbonenſis, & Turonenſis Ar-
» chiepiſcopi: Laudunenſis, Beluacenſis, Catalaunenſis, Antiſſiodorenſis, Mel-
» denſis, Niuernenſis, Carnotenſis, Aurelianenſis, Ambianenſis, Morinenſis,
» Siluanectenſis, Andegauenſis, Abrincenſis, Conſtantienſis, Ebroïcenſis, Le-
» xouienſis, Sagienſis, Claromontenſis, Lemouicenſis, Anicienſis, Matiſconen-
» ſis, Epiſcopi. Cluniacenſis, Promonſtratenſis, Maioris-Monaſterij, Ciſtercien-
» ſis, S. Dionyſij in Francia, Compendienſis, S. Victoris, S. Genoueſæ Pariſius,
» S Martini Laudunenſis, Figiacenſis, & Belliloci in Lemouicinio Abbates. Fra-
» ter Hugo Viſitator Domorum Ordinis militiæ Templi, ac S. Ioannis Hieroſo-
» lymitani in Francia, S. Martini de Campis Pariſienſis Priores; auditis, quæ
» per vos DD. Comites, & Guillelmi prædicti heri & hodie dicta, propoſita &
» obiecta fuerunt contra D. Bonifacium Papam VIII. huiuſmodi dictis, propo-
» ſitis, affectionibus & iuramentis veſtris, requiſitionibus & alijs legitimis cauſis
» inducti, & quadam quaſi neceſſitate compulſi, attendentes quod in præmiſſis
» negotium fidei, quod eſt Chriſti, Nos qui ad ipſius defenſionem & exaltatio-
» nem fidei & animarum regimen ſumus licet immeriti in partem ſollicitudinis
» euocati, cupientes obuiare periculis quæ imminent, expreſſis, conuocationem
» & congregationem dicti Concilij, præmiſſis & alijs cauſis, vtilem & omnino
» neceſſariam reputantes, vt ipſius D. Bonifacij innocentia clareat, ſicut teſte
» conſcientia exoptamus, aut de impoſitis ſibi per Concilium diſcutiatur, ſtatua-
» tur & fiat quod decernunt Canonicæ ſanctiones, Vobis D. Rex, & vobis DD.
» Comites & G. reſpondemus, quod ſaluis in omnibus ſacroſanctæ Ro. Eccleſiæ
» honore & reuerentia debitis, veſtris in hac parte requiſitionibus ſuper ipſius
» conuocatione Concilij aſſentimus, & parati ſumus conuocationi & congrega-
» tioni dicti Concilij iuxta SS. Patrum inſtituta & Canonicas & legitimas San-
» ctiones opem dare & operam efficaces, non intendentes quoquomodo partem
» in hoc negotio facere, ſeu quibuſcunque partem facientibus adhærere. Verum
» ne dictus D. Bonifacius motus ſeu prouocatus ex ijs, prout timemus ex veriſi-
» milibus coniecturis & comminationibus multis de procedendo contra Nos ab
» eo factis, contra Nos, Eccleſias, Parochias & ſubditos noſtros, quoquo modo
» procedat aut procedi faciat, ſua aut alia authoritate quacunque excommuni-
» cando, ſuſpendendo, interdicendo, deponendo, priuando, vel alio quouis mo-

Digitized by Google

do, quocunque colore quæſito in impedimentum vel perturbationem dicti Concilij & quin in eodem Concilio conſedere, coniudicare & omnia alia facere, quæ ad officium Prælati pertinent, facere valeamus, noſtrique adhærentium vobis & adhærere volentium ſtatus in omnibus ſalui debeant remanere, pro nobis, Eccleſiijs, Parochijs & ſubditis noſtris ac pro nobis adhærentibus ſeu adhærere volentibus in hac parte ad prædictum Concilium congregandum, & ad futurum verum & legitimum ſummum Pontificẽ & ad illum vel illos, ad quem vel quos de iure fuerit appellandum, prouocamus & appellamus in ſcripto & Apoſtolos cum inſtantia petimus; ſupponentes Nos, Eccleſias, Parochos, ſubditos & amicos noſtros & adhærentes, Noſtrorum & ipſorum ſtatum, & iura noſtraque & eorum bona, protectioni diuinæ Concilij prædicti, ac futuri veri & legitimi ſummi Põtificis; ac proteſtantes de innouando appellationem huiuſmodi, vbi, quando, & coram quibus nobis viſum fuerit expedire. ACTVM PARISIVS apud Luparam in camera dicti D. Regis, anno, indictione, menſe, diebus Iouis & Veneris, ac Pontificatu prædictis, præſentibus nobilibus viris DD. Andegauenſi, Bolon. Dampni. Martini & alijs Comitibus ſuperius nominatis, Matthæo de Tria, Petro Domino Chambliaci, P. Domino de Wirmes, Hugone de Bouilla, Militibus, nec non Magiſtris Stephano Archidiacono Brugenſi, Nicol. Archidiacono in Eccleſia Remenſi, G. Theſaurario Andegauenſi. Petro de Bella Pertica, Reginaldo dicto Barbou, & Ioanne de Montegneyo ac nonnullis *alijs tam Clericis, quàm laicis, ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis teſtibus.* Et Ego Euenus Phyli de S. Nicaſio Clericus Coriſopitenſis Diœceſis, Apoſtolicâ publicus authoritate Notarius præmiſſis omnibus & ſingulis duntaxat ſupradicta die Veneris actis, dictis & habitis interfui, & hîc me ſubſcripſi & ſolitum ſignum meum appoſui requiſitus.

Vbi autem Rex tam vnanimem Procerum conſenſum ſuper conuocatione Concilij Generalis agnouit, longè maiorem, magiſque celebrem habere voluit, non modò omnium Regni ſui Prouinciarum, ſed vicinarum etiam Gentium, ad quas extant eius in eam rem litteræ: Imprimis verò Vniuerſitatis & Eccleſiæ Pariſienſis, quas ſciebat magni fore nominis magnæque authoritatis apud omnes. Extat ipſius Vniuerſitatis publicum inſtrumentum, quo ſe adhærere conteſtatur ijs omnibus quæ per Regem & Prælatos in Regia Lupara conſtituta fuerunt, habeturque in Carthophylacio Regio, & legitur in Hiſtoria huiuſce diſſidij excuſâ Pariſijs apud Sebaſtianum & Gabrielem Cramoiſy an. 1655. Cuius Inſtrumenti tranſcriptum ſeu Exemplar ſibi habere voluit Officialis Pariſienſis, eſtque eiuſmodi.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Officialis Curiæ Pariſienſis ſalutem in Domino. Nouerint vniuerſi Nos anno Dom. 1303. die Iouis in feſto tranſlationis B. Martini vidiſſe litteras inferius annotatas, ſigillo verò venerabilium & diſcretorum virorum MM ac ſecularium Vniuerſitatis Pariſ. ſtudentium, vt prima facie apparebat, ſigillatas, tenorem qui ſequitur, continentes.

VNIVERSITAS PARIS. ADHÆRET CONVOCATIONI CONCILII GENERALIS.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino. Ad notitiam ſingulorum volumus peruenire quod nuper nonnullis ex nobis *maiorem partem Facultatum noſtrarum & totius Pariſienſis ſtudij facientibus* pro certis cauſis & negotijs accedentibus ad præſentiam excellentiſſimi Principis D. Philippi D. G. Franciæ Regis illuſtris, ipſo D. Rege ac nonnullis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus & alijs magnæ authoritatis perſonis tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus apud Luparam Pariſ. exiſtentibus recitatum fuit, nobis expoſitum & narratum ibidem, quod die Iouis & die Veneris præcedentibus, ipſis D. Rege, Archiepiſcopis, Epiſcopis & alijs perſonis prædictis præſentibus per quoſdam Comites & alios Nobiles Regni Franciæ contra D. Bonifacium Papam VIII. propoſita & ſignificata fuerunt diuerſa enormia & horribilia ac deteſtabilia crimina, quorum quædam hæreſim ſapiunt manifeſtè, quibus eum irretitum eſſe dicebant & ſuper ijs publicè ac notoriè diffamatum præſtito ibidem ab eiſdem proponentibus ad ſancta Dei Euangelia tacta corporaliter iuramento, quod huiuſmodi propoſita & ſignificata credebant eſſe vera & poſſe pro-

Digitized by Google

» bari in Generali Concilio, vel aliàs, vbi, quando & coram quibus de iure fuerit » faciendum; & per proponentes eoſdem à D. Rege tanquam fidei pugile & Ec- » cleſiæ defenſore, ac Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & per- » ſonis alijs Eccleſiaſticis ſupradictis tanquam Eccleſiæ fideique columnis petitum » fuerat, ac inſtanter & pluries requiſitum, vt pro declaratione veritatis huius, vt » omnis error abſcedat, ac periculis & ſcandalis quæ vniuerſali Eccleſiæ immi- » nent, occurratur, conuocationi & congregationi dicti Concilij Generalis ad » laudem Dei nominis, & exaltationem & augmentum Catholicæ fidei, ac ſalu- » bre regimen & bonum ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ & totius populi Chriſtiani » opem darent & operam efficaces. Quodque idem D. Rex, Archiepiſcopi, Epiſ- » copi, Abbates, Priores & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ ſupradictæ auditis & in- » tellectis pleniùs propoſitis & ſignificatis & requiſitionibus ſupradictis, conſi- » derantes quod in hoc caſu negotium agitur fidei, quod eſt Dei, & quod ad » defenſionem, conſeruationem & exaltationem ipſius fidei ipſe D Rex collatam » ſibi recepit à Domino poteſtatem, ijdemque Prælati ſunt in partem ſollicitudi- » nis euocati, ſuper præmiſſis per dies multos diſcuſſione ac deliberatione præha- » bita diligenti, ex præmiſſis & alijs legitimis cauſis moti conuocationem & con- » gregationem dicti Concilij Generalis vtilem & omnino neceſſariam reputantes, » huiuſmodi conuocationi & congregationi conſenſerant, ac reſponderant quod » conuocationi & congregationi prædictis opem & operam darent efficaciter » vt deberent: & ne dictus D. Bonifacius motus ſeu prouocatus ex ijs, prout ti- » mebant ex veriſimilibus coniecturis & comminationibus multis contra eos, Ec- » cleſias, Parochianos & ſubditos ſuos, quoquo modo procedat, aut procedi faciat, » ſuâ vel aliâ authoritate quacunque excommunicando, ſuſpendendo, interdi- » cendo, deponendo, priuando, aut aliàs quouis modo in impedimentum & per- » turbationem Concilij congregandi, & quin conſedere, coniudicare & alia quæ » ad Officium Prælati pertinent, facere in eodem Concilio poſſent, ſaluique eo- » rum & ſibi adhærentium ſtatus manere deberent, pro ſe, Eccleſijs, Parochianis » & ſubditis ſuis & pro ſibi adhærentibus ſeu adhærere volentibus in hac parte ad » prædictum Concilium congregandum, & ad futurum verum & legitimum ſum- » mum Pontificem, & ad illum vel ad illos, ad quem vel ad quos de iure fuerit » appellandum, prouocarunt & appellarunt inſcriptis & Apoſtolos teſtimoniales » cum inſtantia petierunt ſupponentes ſe, Eccleſias, Parochianos & ſubditos, » ac ſibi adhærentes, ipſorum ſtatus, iura & bona protectioni diuinæ prædicti » Concilij ac futuri veri & legitimi ſummi Pontificis, ac proteſtantes de inno- » uando appellationem huiuſmodi vbi, quando & coram quibus eis viſum fuerit » expedire. Quare pro parte præfati D. Regis petebatur à nobis, vt conuoca- » tioni & congregationi dicti Concilij Generalis aſſentire, ac quantum in nobis » eſt, opem dare & operam curaremus. Nos autem præmiſſis conſiderationibus » & cauſis inducti conuocationem & congregationem ipſius Concilij reputantes » vtilem, neceſſariam & ſalubrem, ac expedientem fidei negotio & Eccleſiæ » ſanctæ Dei, eiuſdem conuocationi & congregationi Concilij aſſentimus, ac » opem & operam libenter dabimus iuxta poſſe, & prouocationi & appellationi » præfati D. Regis adhæremus, quantum de iure poſſumus & debemus, ſecun- » dum Deum & Iuſtitiam, & ſanctæ permittunt Canonicæ ſanctiones, ſupponen- » tes Nos ac nobis adhærentes & adhærere volentes, ſtatum noſtrum & Vniuer- » ſitatem noſtram protectioni diuinæ & prædicti Concilij Generalis, ac futuri » veri & legitimi ſummi Pontificis. In quorum omnium teſtimonium ſigillum no- » ſtræ Vniuerſitatis prædictæ præſentibus litteris duximus apponendum. Datum » die Veneris ante feſtum Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ anno Domini 1303. » Tranſcriptum autem huiuſmodi litterarum fieri fecimus ſub ſigillo Pariſienſis » Curiæ, cuiuſlibet iure ſaluo. Datum anno & die prædictis.

Extat quoque & legitur in eadem Hiſtoria aliud Inſtrumentum Eccleſiæ Pariſienſis iiſdem planè verbis conceptum, quo ſuperius præter initium & finem. Initium quidem tale eſt. *Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Decanus & Capitulum Pariſienſe ſal. in Dom. Ad notitiam ſingulorum velimus peruen re*, &c. finis vero, poſt ea verba, *vbi, quando & coram quibus nobis viſum fuerit expedire*, ſimilis eſt ſuperiori. *In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum*,

apponendum. Tunc ſcilicet ſigillis loco chirographiorum ſeu ſignorum manualium vtebantur, præterquam in inſtrumentis publicis in publicam formam per Notarios redactis. Illa enim Notariorum ſignis muniebantur: vt patet ex collatione inſtrumentorum illius temporis.

Similiter Fratres Prædicatores vrbis Pariſienſis eidem ſententiæ ſubſcripſerunt: atque in eam rem extat quoque publicum inſtrumentum, manu ſeu ſigno Ioannis de Prunino Notarij Apoſtolici munitum; in quo leguntur nomina eorum omnium qui conuocationem Generalis Concilij vtilem & neceſſariam eſſe duxerunt, quique appellationi prædictæ adhæſerunt, ſaluâ ſuis Ordinis obedientiâ reuerentiáque & honore Eccleſiæ Rom. ac fidei Catholicæ veritate. Sic autem illud inſtrumentum incipit. *In nomine Domini Amen. Anno eiuſdem 1303. indictione 1. 26. die menſis Iunij, Pontificatus D. Bonifacij Papæ VIII. an. 9.* « tenore præſentis inſtrumenti publici nouerint vniuerſi, quòd in præſentia mei « Notarij & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum « FF. Reginaldus de Albigniaco locum tenens Prioris vel Superioris Conuentus « FF. Prædicatorum Pariſ. Ioannes de Allodio quondam Cancellarius Pariſienſis, Petrus de Condeto, Nicolaus Confeſſor D. Regis Wibertus eius ſocius, « Ioannes Pariſienſis, Guill. Pariſienſis, Stephanus de Cingiaco eius ſocius, Richardus de S. Dionyſio, *Ioan. de Monte-Lectorici, Durandus de S. Porciano, Bernardus de Cuciaco, &c.* & in fine. Actum Pariſius in Capitulo Domus FF. « Prædicatorum anno, indictione, die, menſe & Pontificatu ſupradictis. Præſentibus nobili & potenti viro D. Mathæo de Tria milite, M. Ioanne de Foreſta « Canonico Bajocenſi, Ioanne de Montigniaco, MM. Thoma de Foreſta & « Drocone de Rimaricomenſi Clericis teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Ioannes de Prunino authoritate ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ Notarius publicus vna cum ſuprascriptis teſtibus, præmiſſis omnibus & ſingulis « præſens interfui, & ea vt ſupra leguntur, fideliter in publicam formam redegi, « meoque ſigno conſueto ſignaui requiſitus & rogatus. Similiter Prior Prouincialis eorundem Prædicatorum in Prouincia Franciæ Regis, Prælatorum, Baronum & Vniuerſitatis Pariſienſis appellationi ad futurum Generale Concilium ſubſcripſit his verbis.

Vniuerſis Prioribus, Supprioribus eorumque Vicariis ac cæteris Fratribus « Ordinis FF. Prædicatorum in Prouincia Franciæ conſtitutis ad quos præſentes « litteræ peruenerint, Fr. Raymundus Fratrum eiuſdem Ordinis in dicta Prouincia « Prior Prouincialis indignus ſalutem & profectum in gratia ſalutari. Sereniſſimus Princeps & amantiſſimus D. Philippus D. G. Francorum Rex illuſtris, « Prælati de Regno Franciæ eiuſdemque Regni Barones, reuerentia S. Matris « Eccleſiæ & fidei Catholicæ veritate ſeruatis, prius deliberatione maturâ di- « geſtis conſiliis & variis tractatibus iteratis ex certis cauſis & propter graues « articulos, qui vobis per alios poterunt plenius explicari, petunt conuocatio- « nem ſacri Concilij Generalis & ad hoc quantum ad eos attinet, laborare in- « tendunt: & ne fortaſſis interim grauamen aliquod per ſummum Pontificem « inferatur eiſdem, ad ipſum ſacrum Concilium ſeu futurum ſummum Ponti- « ficem legitimum ſucceſſorem, ſeu Collegium Cardinalium ad illum vel ad illos, « ad quem vel ad quos de iure ſpectare poterit, pro ſe ſibique adhærentibus ap- « pellarunt, *Vniuerſitate Pariſienſi*, & Collegiis tam Religioſis quàm ſecularibus « dictæ petitioni conſentientibus & adhærentibus appellationi prædictæ. Ego « inſuper Fr. Bernardus Prior Fratrum noſtrorum Pariſienſium eiuſdemque loci « Conuentus hoc ipſum fecimus, ne inter tot & tantos ſingularitas in nobis appa- « reat, vel ne videamur oculis quaſi reciprocis in ſenſu proprio gloriari. Quod « vtique veſtræ diſcretioni ſignificare curaui, vt & vos aperto conſiderationis « oculo ſic agatis, ne indignationem D. noſtri Regis incurrere, nec ab aliquo alio « poſſitis meritò reprehendi. Valete & orate pro me. Datum Pariſius feria 3. « poſt Feſtum Magdalenæ.

Rex itaque in ſententia ſua de appellando ad futurum Generale Concilium confirmatus authoritate & conſenſu tot virorum Illuſtrium Vrbis Pariſienſis, dat ad vniuerſas Regni ſui Vrbes & Eccleſias præſertim Toloſanæ Diœceſeos lit-

Digitized by Google

teras, peritque vt in eandem ſecum & cum illis deſcendant ſententiam. Suntque eiuſmodi.

» PHILIPPVS D. G. Francorum Rex Diſcretis viris Dilectis nobis in Chri-
» ſto Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum Decanis & Capitulis, Priori-
» bus Prædicatorum, Guardianis Minorum Fratrum aliorumque Religioſorum
» Conuentibus, Nobilibus, Conſulibus, Ciuibus, aliiſque perſonis Eccleſiaſti-
» cis & ſecularibus Toloſanæ Ciuitatis & Diœceſis ſalutem & dilectionem in Do-
» mino. Nuper nobis multiſque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Priori-
» bus, Comitibus, Baronibus, aliiſque pluribus perſonis tam Eccleſiaſticis quàm
» ſecularibus præſentibus Pariſius contra Bonifacium nunc Sedi Apoſtolicæ præ-
» ſidentem plura enormia & horribilia crimina, quorum aliqua immanem hære-
» ſim continent manifeſtè, ex parte plurium illuſtrium perſonarum quorundam-
» que Militum feruore dilectionis S. Matris Eccleſiæ ac zelo fidei Catholicæ ac-
» cenſorum ſignificata, dicta, propoſitaque fuerunt, Iuramentaque aſſertiuè
» ſuper ipſis criminibus præſtita ab eiſdem Illuſtribus & nobilibus perſonis &
» proponentibus & ſignificantibus, provt in Inſtrumentis publicis ſuper hæc
» confectis pleniùs continetur: per quos proponentes & ſignificantes ipſa crimi-
» na inſtanter & pluries tam nos quam præfati Prælati requiſiti & adjurati fuimus,
» vt ad honorem Dei, fidei Catholicæ & Eccleſiæ S. Matris ſuper conuocatione
» Generalis Concilij conuocandi, per quos fuerit faciendum, ad veritatem inqui-
» rendam & faciendam ſuper ipſis loco & tempore, & vbi decebit, proponendis
» intenderemus & operam daremus efficacem; quod deliberatione diligenti præ-
» habita neceſſariò debere fieri viſum fuit. Nihilominus ad cautelam & vt poſ-
» ſet malis obuiari, per Nos, ipſos Prælatos, Barones, Nobiles, *Vniuerſitatem*
» *Pariſienſem*, Magiſtros in Theologia, Conuentus Religioſorum & Capitula
» Eccleſiarum appellationes, prouocationes interpoſitæ fuerunt, provt in quibuſ-
» dam inſtrumentorum ſuper hæc confectorum videre poteritis contineri. Quare
» ad vos dilectos & fideles Clericos noſtros Archidiaconum Algiæ in Eccleſia Lexo-
» uienſi, & M. Petrum de Latilliaco Canonicum Pariſienſem & eorum quemlibet
» mittimus pro prædictis vobis aperiendis & clariùs ſignificandis, vos veſtrumque
» ſingulos ex affectu requirentes pro honore Dei, fidei Catholicæ & S. Matris
» Eccleſiæ, quatenus tanquam ipſius Eccleſiæ veri filij, cuius negotium agitur,
» conuocationi Concilij Generalis conſentire, appellationibuſque & prouoca-
» tionibus interpoſitis adhærere velitis, nihilominuſque ad tuitionem veſtram ex-
» preſſiorem, quam ſincero affectu procurare proponimus, de nouo prouocare
» & appellare ſecundum formam & modum quos in præfatis inſtrumentis vide-
» bitis contineri, ac nobis ſuper hoc patentes litteras per ipſos vel eorum alte-
» rum ſigillis veſtris mittite ſigillatas. Actum Pariſius die Iouis poſt Feſtum
» Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ an. D. 1303.

Idem Rex aliis ſuis litteris declarat, ſi fortè Bonifacius ſe & eos qui ſecum conſentiunt, fulminibus ferire velit, ſe futurum Concilium appellare aut alium Pontificem verum & legitimum, atque à Papæ Bonifacij cenſuris & proceſſibus prouocare. In quibus litteris mentionem adhuc facit ſententiæ Vniuerſitatis Pariſienſis & Magiſtrorum in Theologia quos cõſuluerat. Tales autem ſunt.

PHILIPPVS D. G. Francorum Rex vniuerſis præſentes litteras inſpe-
» cturis ſalutem. Etſi Catholicæ fidei & vniuerſalis Eccleſiæ Matris fidelium,
» ſponſæ Chriſti negotium cunctos quos eiuſdem participatio fidei & Religio
» Chriſtiana complectitur, principaliter & immediatè contingat, ac proprium
» intereſſe recipiat ſingulorum, Nos tamen, & alios Reges & Principes orbis
» terræ eò principalius & ampliùs tangit & reſpicit, & ad ipſius promotio-
» nem negotij cum cauſa depoſcit, eo adſtricti tenemur obnoxius, quò ad exalta-
» tionem & augmentum eiuſdem fidei & defenſionem Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ
» libertatis commiſſam ſuſcepiſſe recognoſcimus & fatemur, & traditam diuini-
» tus poteſtatem. Nuper ſiquidem nonnulli Comites, Barones & Milites Regni
» noſtri, fide dignæ quidem & magnæ authoritatis perſonæ, moti, vt dicebant,
» feruore fidei, ſinceræ deuotionis affectu & zelo charitatis inducti, ſacroſanctæ
» Romanæ & vniuerſali Eccleſiæ Matri ſuæ quam ſub præſidentia Bonifacij nunc

eiuſdem Eccleſiæ regimini prȩſidentis miſerabiliter deprimi, ac deformationem «
enormem & jacturam pati dicebant, compatientes ab intimis, ac Chriſtianæ «
fidei, in qua ſalus animarum conſiſtit, & quæ ſuis temporibus, proh dolor! «
contabeſcit & deperit, excidio condolentes, ad ipſius Eccleſiæ & totius «
Chriſtianitatis ſalubre regimen & bonum ſtatum ac reparationem & exalta- «
tionem Catholicæ fidei, votis vt dicebant, feruentibus intendentes, maximè «
cum eidem Eccleſiæ fidei fundameoto & animarum ſaluti ſummè expediat, vt «
Dominici gregis ouili non niſi verus & legitimus, ac verè & legitimè Paſtor «
præſit, & quod ab eadem Eccleſia ſponſa Chriſti, quæ non habet maculam ne- «
que rugam, omnis error, ſcandalum, iniquitas ac iniuſtitia repellatur, ac toti «
mundo quem ex peruerſis actibus, deteſtandis operibus & pernicioſis exemplis «
dicti Bonifacij in guerris & tenebris manere dicebant, ſalus, pax & tranquilli- «
tas diuina fauente miſericordia procurentur, contra dictum Bonifacium hære- «
ticæ prauitatis, & alia diuerſa, enormia, horribilia ac deteſtabilia crimina, «
quibus eum irretitum eſſe dicebant, & ſuper eo publicè ac notoriè diffama- «
tum, nobis ac Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliis Prælatis ac perſonis Eccleſia- «
ſticis, qui pro ſuis & Eccleſiarum ſuarum agendis conuenerunt, ac Baronibus, «
Comitibus & aliis Nobilibus Regni noſtri præſentibus aſſeruerunt, propoſue- «
runt & obiecerunt publicè & patenter præſtitis ab eiſdem Objectoribus, vt «
veſtram in hac parte conſcientiam informarent, noſtrumque ad exauditio- «
nem petitionis ſuæ animum faciliùs inclinarent, ad ſancta Dei Euangelia ta- «
ctâ corporaliter, juramentis, quod huiuſmodi crimina credebant eſſe vera & «
ſe poſſe probare, quodque ipſa in Generali Concilio, vel aliàs vbi & coram «
quibus expedire viderint & iure fuerit faciendum, ad finem debitum proſe- «
quentur. Petentes à nobis tanquam fidei pugili & Eccleſiæ defenſore ac Ar- «
chiepiſcopis & Epiſcopis ſupradictis tanquam Eccleſiæ fideique columnis, vt «
pro declaratione veritatis huiuſmodi, vt omnis error abſcedat, ac periculis & «
ſcandalis quæ vniuerſali Eccleſiæ imminent, occurrarur, conuocationi & con- «
gregationi dicti Concilij Generalis ad laudem diuini nominis, augmentum & «
exaltationem Catholicæ fidei, honorem & booum ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ «
ac totius populi Chriſtiani opem daremus & operam efficaces, cum in talibus «
& ſimilibus caſibus ſemper directrix veritatis extiterit Regia Domus noſtra. «
Nos autem licet pudenda patris proprio libenter pallio tegeremus, ob ſpecia- «
lis tamen deuotionis & dilectionis zelum, quem ad præfatam Eccleſiam, Ma- «
trem fidelium, ſponſam Chriſti, cuius tanquam Chriſtianæ Legis & Catholicæ «
fidei zelatores deuotum Nos filium profitemur & defenſorem recognoſcimus «
ſpecialem, progenitorum noſtrorum inſequendo veſtigia gerimus, præmiſſa «
nequeuntes vrgente conſcientia ſub conniuentia vel diſſimulatione tranſire, «
præſertim cum ſuper excidio fidei, noſtro & aliorum quorumlibet & præcipuè «
Regum & Principum Orbis terræ deberet patientia reprobari, huiuſmodi pro- «
poſitionibus & obiectionibus ac requiſitionibus auditis & plenius intellectis, ac «
ſuper iis cum Prælatis, videlicet Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, «
Vniuerſitate Pariſienſis ſtudij ac Magiſtris in Theologica Facultate & in vtroq; Iure Do- «
ctoribus, Religioſis & aliis Regno noſtro oriundis, ac etiam aliunde, ac in Regno «
ipſo & alibi Prælaturas & beneficia obtinentibus, necnon Baronibus & aliis «
Nobilibus deliberatione & diſcuſſione habita pleniori, conuocationem & con- «
gregationem dicti Concilij ex præmiſſis & aliis iuſtis & legitimis cauſis vtilem & «
ſalubrem expedientem fidei negotijs & Eccleſiæ ſanctæ Dei & omnioo neceſſa- «
riam reputantes, conuocationi & congregationi huiuſmodi faciendæ, vt præ- «
fati Bonifacij innocentia clareat, ſicut teſte conſcientia exoptamus, aut de im- «
poſitis ſibi per Concilium diſcutiatur, ſtatuarur & fiat quod præcipiunt & de- «
cernunt Canonicæ ſanctiones, deliberato conſilio expreſſè conſenſimus & pro- «
pooentibus reſpondimus memoratis, quod eiſdem congregationi & conuo- «
cationi opem libenter & operam, provt ad Nos pertinet, præſtemus. Certis, «
ne idem Bonif. ex iis prouocatus contra Nos, Prælatos, Barooes, & perſonas «
prædictas, Eccleſias, terras, fideles & ſubditos noſtros & eorum aut Nobis «
adhærentes vel adhærere volentes in hac parte procederet, ad prædictum «
Concilium & ad futurum verum & legitimum ſummum Pontificem & ad illum «

» vel ad illos, ad quos de iure fuerit appellandum, ex parte noſtra & ipſorum
» ſub certis formis, prouocationibus & appellationibus interiectis. Nos itaque
» ad petendum prædictum Generale Concilium conuocari & etiam congregari,
» & ad faciendum omnia & ſingula quæ circa hæc fuerint opportuna, dilectos &
» fideles Guillelmum de Chatenayo & Hugonem de Cella milites noſtros Exhi-
» bitores præſentium & vtrumque ipſorum in ſolidum Procuratores noſtros con-
» ſtituimus & Nuncios ſpeciales, dantes eis & alteri ipſorum in ſolidum ſuper præ-
» miſſis omnibus & ſingulis ac ea tangentibus vel dependentibus eiſdem plenam &
» liberam poteſtatem & ſpeciale mandatum, ratum habituri & gratum quidquid
» per eos vel eorum alterum factum, geſtum vel procuratum fuerit in hac parte.
» In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus appo-
» nendum. Datum Pariſius die 1. Iulij, anno Dom. 1303.

Porro quia M. Martinus de Ripa Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis, Doctor Theologus & in Theologica Facultate Regens initio pro Papa ſteterat, & proteſtatus fuerat contra appellantes ab ipſo ad Concilium Generale aut ad alium verum & legitimum Pontificem, vt vidit tam vnanimem conſenſum, in Capitulo Pariſienſi palam & publicè præſente Notario à proteſtationibus ante factis deſtitit, irritaque habuit quæ contra appellantes fecerat & dixerat, ſeque planè cum alijs appellationi prædictæ adhærere profeſſus eſt, vt patet ex hoc Inſtrumento, quod in Cartophylacio Regio ſeruatur, legiturque in eadem Hiſtoria.

Revocatio M. Martini de Ripa Regentis in Theologia.

» In nomine Domini Amen. Nouerint Vniuerſi præſens Inſtrumentum pu-
» blicum inſpecturi, quod anno Dom. 1303. Indict. 1. menſis Iulij die 8. Pontifica-
» tus ſanctiſſimi Patris ac Domini D. Bonifacij diuina prouidentia Papæ VIII.
» an. 9. in mei Yuonis Notarij publici infra ſcripti & teſtium ſubſcriptorum ad
» hoc vocatorum & rogatorum præſentia viris venerabilibus & diſcretis Domi-
» nis & Magiſtris I. Decano. P. Cantore. Philippo Archidiacono, Simone Can-
» cellario. P. Succentore. I. de Gandauo, R. & P. de Lauduno. E. de Gandicuria.
» G. de Pertico. P. de Fayello & Martino de Ripa Canonicis Eccleſiæ Pariſien-
» ſis in Capitulo ipſius Eccleſiæ hora Capituli more ſolito congregatis & Capitu-
» lum facientibus, prædictus M. Martinus de Ripa prædictæ Eccleſiæ Canonicus
» dixit, renunciauit, aſſenſit & adhæſit, voluit & protulit in hunc modum. *Ego*
» *M. Martinus de Ripa Canonicus Pariſienſis actu Regens in Theologica Facultate in*
» *præſentia veſtri Decani & Capituli Pariſienſis*, Tui Tabellionis ſeu Notarij publici
» expreſsè renuncio omnibus proteſtationibus à me factis, cuiuſcunque tenoris
» extiterint, per quas apparere poſſet ſeu aliquibus videri me non velle aſſentire
» & firmiter adhærere prouocationibus & appellationibus à Prælatis Regni
» Franciæ nuper Pariſius congregatis ac Capitulo Pariſienſi interiectis ſeu inter-
» poſitis die feſti natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ nuper præteritâ, præſente Illu-
» ſtriſſimo Domino noſtro Rege publicatis, ac omnibus Inſtrumentis tam publi-
» cis quàm priuatis, ſi quæ ſuper dictis proteſtationibus confecta extiterint, re-
» nuncio, eadem reuoco & pro nullis haberi volo, firmiterque & voluntariè præ-
» miſſis appellationibus & prouocationibus à præfatis Prælatis & Capitulo emiſ-
» ſis ſeu interpoſitis aſſentio & adhæreo; nec eſt intentionis meæ ab eiſdem reſi-
» lire vel eis contraire: & ſuper his volo per te Yuonem de Caſtello Notarium
» publicum fieri inſtrumentum. Actum Pariſius anno, Indictione, menſe, die,
» hora & Pontificatu prædictis, præſentibus M. Hugone de Valliaco & Iacobo
» de Medunta teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis. Et Ego Yuo de Ca-
» ſtello, &c. ſignatum.

Similiter Vniuerſitas Toloſana poſtquam litteras Regias accepit, agnouitque quæ fuerant acta de materia appellationis & criminum Bonifacio obiectorum, adhæſit eidem appellationi & conuocationi Concilij Generalis, & de hac ſua ſententia publicum edidit Inſtrumentum hoc modo.

Instrumentum Vniverſitatis.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scho-
» larium Toloſæ ſtudentium ſalutem in Domino. Ad notitiam ſingulorum volu-
» mus peruenire, quod nuper ex parte Sereniſſimi Principis Cariſſimi Domini
» noſtri Philippi D. G. Regis Franciæ illuſtris nobis extitit intimatum, quod ipſo
» D. Rege ac nonnullis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Co-
» mitibus, Baronibus & alijs magnæ authoritatis perſonis tam Eccleſiaſticis quàm

ſecularibus apud Luparam Pariſius exiſtentibus recitatum fuit, expoſitum & narratum ibidem, quod ipſis D. Rege, Archiepiſcopis, Epiſcopis & alijs perſonis prædictis præſentibus per quoſdam Comites & alios Nobiles Regni Franciæ contra D. Bonifacium Papam VIII. propoſita & ſignificata fuerunt diuerſa enormia, horribilia & deteſtabilia crimina, quorum quædam hæreſim ſapiunt manifeſtè, quibus eum irretitum eſſe dicebant, & ſuper ijs publicè & notoriè diffamatum præſtito ibidem ab eiſdem proponentibus ad ſancta Dei Euangelia tacta corporaliter iuramento, quod huiuſmodi propoſita & ſignificata credebant eſſe vera, & poſſe probari in Generali Concilio, vel aliàs, vbi, quando & coram quibus de iure fuerit faciendum, & per proponentes eoſdem à D. Rege tanquam fidei pugile & fidei defenſore, ac Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus & perſonis alijs Eccleſiaſticis ſupradictis tanquam Eccleſiæ fideique columnis petitum fuerat ac inſtanter & pluries requiſitum, vt pro declaratione veritatis huiuſmodi, vt omnis error abſcedat, ac periculis & ſcandalis quæ vniuerſali Eccleſiæ imminent, occurratur, conuocationi & congregationi dicti Concilij Generalis ad laudem Dei nominis & exaltationem & augmentum Catholicæ fidei ac ſalubre regimen ac bonum ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ & totius populi Chriſtiani opem darent & operam efficaces; quodque idem D. Rex, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ ſupradictæ auditis & intellectis pleniùs propoſitis & ſignificatis & requiſitionibus ſupradictis, conſiderantes quod in hoc caſu negotium fidei agitur, quod eſt Dei, & quod defenſionem, conſeruationem & exaltationem ipſius fidei ipſe D. Rex collectam ſibi recepit à Domino poteſtatem, ijdemque Prælati in partem ſollicitudinis euocati, ſuper præmiſſis per dies multos diſcuſſione & deliberatione præhabita diligente, ex præmiſſis & alijs legitimis cauſis moti conuocationem & congregationem dicti Concilij Generalis vtilem & omnino neceſſariam reputantes, huiuſmodi conuocationi & congregationi prædictis opem & operam darent efficaciter vt deberent. Et ne dictus Bonifacius motus ſeu prouocatus ex ijs, provt timebant ex veriſimilibus coniecturis & comminationibus multis contra eos, Eccleſias, Parochianos & ſubditos ſuos quoquomodo procedat aut procedi faciat, ſua vel alia authoritate quacunque, excommunicando, ſuſpendendo, interdicendo, deponendo, priuando, vel aliàs quouis modo in impedimentum & perturbationem Concilij congregandi, & quin conſedere & coniudicare, & aliæ quæ ad officium Prælati pertinent, facere in eodem Concilio poſſent, saluique eorum & ſibi adhærentium ſtatus manere deberent, pro ſe, Eccleſijs, Parochianis & ſubditis ſuis & pro ſibi adhærentibus & adhærere volentibus in hac parte, ad prædictum Concilium congregandum & ad futurum verum & legitimum ſummum Pontificem, & ad illum ſeu ad illos ad quem vel ad quos de iure fuerit appellandum, prouocauerunt & appellauerunt in ſcriptis & Apoſtolos teſtimoniales cum inſtantia petierunt, ſupponentes ſe, Eccleſiæ, Parochianos & ſubditos ac ſibi adhærentes, ipſorum ſtatus, iura & bona protectioni Diuinæ, prædicti Concilij, ac futuri veri & legitimi ſummi Pontificis, ac proteſtantes de innouando appellationem huiuſmodi, vbi, quando & coram quibus eis viſum fuerit expedire. Quare pro parte præfati D. Regis petebatur à nobis vt conuocationi & congregationi dicti Concilij Generalis aſſentire, ac quantum in nobis eſt, opem dare & operam curaremus. Nos autem præmiſſis conſiderationibus & cauſis inducti conuocationem & congregationem ipſius Concilij reputantes vtilem, neceſſariam & ſalubrem ac expedientem fidei negotio & Eccleſiæ ſanctæ Dei, eidem conuocationi & congregationi Concilij aſſentimus, ac opem & operam libenter dabimus iuxta poſſe, & prouocationi & appellationi præfati D. Regis adhæremus, quantum de iure poſſumus & debemus ſecundum Deum & iuſtitiam & ſanctæ permittunt Canonicæ ſanctiones, ſupponentes nos ac nobis adhærentes & adhærere volentes, ſtatum noſtrum & Vniuerſitatem noſtram protectioni Diuinæ & prædicti Concilij Generalis, ac futuri veri & legitimi Pontificis. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtræ Vniuerſitatis prædictæ præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Toloſæ die Iouis in feſto S. Petri ad vincula anno D. 1303.

Importunum eſſet referre, quàm multæ aliæ Communitates & Vrbes, Collegia & Conuentus Religioſi eidem ſententiæ ſubſcripſerint & adhæſerint. Quod vt intellexit Bonifacius, dici non poteſt quanto furore percitus fuerit, quamque lapidem omnem mouerit, vt conſilia iſta diſturbaret. Imprimis ergo dat Anagniæ quò receſſerat, plures Bullas eadem die nempe 18. Kal. Septemb. quæ eſt Auguſti 15 vnam quâ conſtituit & cauet, qualiter citari debeant illi, qui impediunt ne citationes ad ſe perueniant, Regem Philippum ſubindicans, qui præcluſo in Franciam aditu prohibebat, ne fulmina Romana audirentur. Alteram contra Geraudum Archiepiſcopum Nicoſienſem, quem ingrati animi accuſat, quòd diſſidium ſuo ſuffragio auxiſſet, adito Rege Philippo & in ſua contumacia confirmato, ac proinde ſuſpendit eum ab adminiſtratione Eccleſiæ ſuæ tam in humanis quàm in Diuinis. Tertiam aduerſus Doctores in Theologia & Iure Canonico qui Regi adhæſerant. Item contra Cancellarium Pariſienſem quem à licentijs impertiendis ſuſpendit. Quartam aduerſus Prælatos, quos ſimiliter à conferendis Beneficijs ſuſpendit, eorumque ſibi collationem reſeruat. Quintam aduerſus Regem ipſum. Tres iſtas poſteriores, quia magis ad nos pertinent, referemus. Prior eſt eiuſmodi.

BONIFACIVS CANCELLARIIS ADIMIT LICENTIANDI POTESTATEM.

» Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.
» Sedes Apoſtolica, ſicut totus fere orbis facti euidentia didicit, Regnum Fran-
» corum eiuſque Reges tam antiquis quàm modernis temporibus magnis dotauit
» largitionibus gratiarum & amplis priuilegijs communiuit. Quæ ſi Philippus
» Rex Franciæ in examen debitæ conſiderationis adduceret, dictam Sedem & nos
» quos præcipuè habuit ad ſua beneplacita promptos, liberales in gratijs, & in
» cunctis opportunitatibus gratioſos, contumelijs non conaretur afficere, nec
» iniurijs prouocare; ſed ad Nos & ipſam ex debito gereret affectum deuotionis
» & reuerentiæ ſpecialis. Verum Rex ipſe huiuſmodi Beneficiorum immemor
» & gratiarum oblitus, elatus in ſuperbiam & in reprobum ſenſum datus, contra
» Nos & Sedem eandem tanquam impinguatus recalcitrans, non ſolum ab eiuſ-
» dem Sedis & noſtra ſe deuotione ſubſtraxit, ſed ſe nobis conſtituendo rebel-
» lem, in illam omnium peſſimam ſpeciem ingratitudinis incidit, quâ pro bonis
» mala, pro gratijs contumeliæ ac pro beneficijs maleficia compenſantur. *Quia*
» *verò dictus Rex non ſolum alios de dicto Regno, ſed & Magiſtros & Doctores, Bac-*
» *calarios & Scholares exiſtentes in ſtudijs Regni prædicti ad huiuſmodi rebellionem ſe-*
» *cum trahere ſatagit, & iam eorum aliquos traxit; quos autem trahere non valet, à*
» *Regno eijcit & excludit prædicto*, Nos nolentes, quod ob fauorem vel timorem
» ipſius aliqui à noſtra & eiuſdem Sedis reuerentia deuiantes, & aliàs minus ido-
» nei Cathedram poſſint aſcendere Magiſtralem, *omnes de Regno prædicto poteſta-*
» *tem habentes dandi licentiam, regendi ſeu docendi ac approbandi, volentes huiuſmodi*
» *licentiam obtinere in Theologica Facultate ac Iure Canonico & Ciuili, ab huiuſmodi*
» *poteſtate, donec idem Rex ad noſtra & eiuſdem Sedis mandata cum ſatisfactione debitâ*
» *reuertatur, Apoſtolicâ authoritate ſuſpendimus*; diſtrictius inhibentes eiſdem ne in-
» terim aliquibus dictam licentiam concedere quoquo modo præſumant, ac de-
» cernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc à quoquam ſcienter vel
» ignoranter contigerit attentatum. Nulli ergo hominum, &c. Datum Anagniæ
» 18. Kal. Septemb. Pontific noſtri ân. 9.

Similiter Epiſcopos Galliæ ſuſpendit ab eligendi poteſtate, ſibique vacaturorum Beneficiorum collationem ſeu prouiſionem reſeruat, omnem verò aliam ab ijs faciendam irritam facit, donec Rex culpâ agnitâ ad meliorem ſe frugem receperit.

Bonifacius Epiſcopus S. S. D. Ad perpetuam rei memoriam. Sedes Apoſto-
» lica, ſicut totus ferè orbis facti euidentia didicit, &c vſque ad maleficia com-
» penſantur. Quia verò idem Rex præcipuè Prælatos dicti Regni ad huiuſmodi
» rebellionem & indeuotionem ſecum trahere ſatagit, & iam eorum aliquos tra-
» xit; quos autem trahere non valet, à Regno eijcit & excludit prædicto, Nos
» nolentes quod ob timorem vel fauorem ipſius, vel quacunque alia cauſa in Ec-
» cleſijs Cathedralibus & Regularibus dicti Regni aliqui præficiantur, qui nobis
» & dictæ Sedi fideles, deuoti & aliàs idonei non exiſtant, omnes prouiſiones di-
» ctarum Eccleſiarum, ſi quæ forſan vacant ad præſens, vel cum eas vacare con-

tigerit, diſpoſitioni noſtræ ac dictæ Sedis, donec idem Rex ad noſtra & eiuſ- « dem Sedis mandata cum ſatisfactione debita reuertatur, authoritate Apoſtolicâ « reſeruamus, diſtrictius inhibentes omnibus & ſingulis ad quos in dictis Eccleſijs « Prælatorum electiones, vel ipſarum Electionum confirmationes, aut quæcum- « que diſpoſitiones pertinent earundem, ne contra reſeruationem huiuſmodi « quemquam eligere, ſeu electionem aliquam confirmare, aut aliàs de Eccleſijs « ipſis diſponere quoquo modo præſumant, ac decernentes ex nunc irritum & « inane ſi ſecus ſuper hoc à quoquam ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. « Nulli ergo, &c. Datum Anagniæ 18. Kal. Septemb. Pontific. noſtri anno 9. «

Contra Regem verò aliam Bullam emittit, quâ renarrat quæcunque in Comitijs Luparæis acta fuerant, & quibus criminibus oneratus eſſet, Rege non modò præſente, ſed conniuente & conſentiente: negat verò ſe aut vllum è ſua familia ſuſpectum vnquam fuiſſe de hæreſi: negat ſe inuito Concilium poſſe conuocari: præterea depoſitos nonnullos Franciæ Reges à ſummis Pontificibus commemorat, & ſi Rex non reſipiſcat, ſe contra eum prout viderit expedire, proceſſurum.

Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. « Nuper ad audientiam noſtram vulgatus rumor attulit quod in feſto Natiuitatis « B. Ioannis Baptiſtæ proximè præteriti Philippo Regi Francorum Pariſius in « præſentia multorum in Iardino eiuſdem Regis congregatorum contra nos di- « uerſa crimina denunciata fuerunt, quandoque eidem Regi ſupplicatum extitit, « quod ipſe huiuſmodi denunciationibus aſſentiret, & conſilium ſuper hoc ap- « poneret, dando ad conuocandum ſeu conuocari faciendum Concilium Gene- « rale, opem & operam efficaces; & quod huiuſmodi denunciationi & requiſi- « tioni Rex idem & Prælati qui ibidem erant, aſſenſerant; & ne nos contra ipſos « Regem & Regnum ſuum, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles & alios pro- « cederemus in aliquo, ad ipſum Generale Concilium, aut ad Papam noſtrum « ſucceſſorem legitimum, vel ad S. Romanam Eccleſiam extitit appellatum in « ſcriptis: & quod multi appellationi huiuſmodi adhæſerunt inter Regem, Præ- « latos & adhærentes eoſdem certis confœderationibus & obligationibus factis; « diſtrictè mandato per Regem eundem, quod nullus Nuncios aut litteras noſtras « reciperet, vel nobis in aliquo obediret, ac Stephano de Columna noſtro & Ec- « cleſiæ hoſti in Regno ſuo non ſine incurſu grauium ſententiarum, recepto. Sane « quâ ad hoc ſinceritate mentis Conuenticula huiuſmodi, quâ caritate, quo zelo « proceſſerit, quâ temeritate id auſerit, qui veritatem conſiderant, euidenter « intelligent, & qui ſapiunt, manifeſtè cognoſcent, intueantur blaſphemias, ma- « ledictorum tempus inſpiciant, videant Regij mandata Iuſtitiarij, non negligant, « optamus, colligationem & confœderationem ipſius, receptionem Stephani « prudenter aduertant, & immunitatem Eccleſiæ ſummorumque Pontificum ſta- « tum, niſi ea fatua tamque ſuperba eodem quo proceſſerunt, comprimantur im- « petu, & occidant intus orta. Attendant nihilominus diligenter Nos ſiquidem « os ſuum ponentes in cœlum & lingua eorum tranſeunte ſuper terram, hæreſis « mendacijs mendaciter blaſphemarunt blaſphemijs alijſque confictis, quantum « in eis ſint, criminibus lacrymarum. Sed vbi auditum à ſeculo eſt, quod hæretica « fuerimus labe reſperſi? quis nedum de cognatione noſtra, imò de tota Campa- « nia vnde originem duximus, notatur hoc nomine? Certè heri & nudiuſtertius « apud eundem Regem, *dum eum beneficijs mulcebamus, Catholici fuimus, hodie verò* « *ab ipſo totaliter blaſphemamur.* Sed quæ cauſa tam ſubitæ mutationis? quæ cauſa « inreuerentiæ filialis? verè ſciant cuncti, quod increpationis Iurium, quo pec- « catorum ſuorum purgare nolebamus vulnera, & pœnitentiæ acrimonia, qua « crimina tegerentur purgata, cum ad continuandum armauerunt dolos & ad « falſas infamias prouocarunt. Maior Epiſcopo Mediolanenſi ſumus, & quàm « fuerit clarior Valentinianus Auguſtus, eſt Rex Franciæ minor: ille ſicut humi- « lis & Catholicus Princeps non eruhuit poſtferri ſe Mediolanenſi Epiſcopo, « cum vt homo delinqueret ſummiſſum & neceſſariò ſuſcepturum medicamen- « ta charitatis: hic autem ſicut Sennacherib in ſuperbiam datus, Nos qui cum ſa- « lubrihus corrigebamus monitis, ſpreuit & ſublimauit nos, & poſt tergum noſtrum « caput mouit, ſed paueat quod contra eum Sennacherib dicitur cui exprobraſti, «

Digitized by Google

» quem blaſphemaſti, contra quem exaltaſti vocem & eleuaſti in excelſum oculos
» tuos contra ſanctum Iſraël. Et ecce ſanctus Iſraël, id eſt Dei Vicarius, hic
» & Petri ſucceſſor, cui dictum eſt, *Paſce oues meas, & tu es Petrus & ſuper hanc*
» *Petram ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et*
» *quodcunque ligaueris ſuper terram, ligatum erit & in Cælis; & quodcunque ſolueris ſupra*
» *terram, erit ſolutum & in Cælis*: propter quod qui in naui Petri non eſt, naufra-
» gio peribit, & qui in ea eſt, oportet quod gubernatoris gubernatione ſubſiſtat.
» Cum igitur de calumnia Objectoris propter falſitatem huiuſmodi obiecti crimi-
» nis pateat per conſequens, quòd calumnietur in obiectis aliis debet patere, ma-
» ledictorum penitus conſideretur cauſa tempuſque mandato continuum, quæ
» mandauimus, eum ex legitimis cauſis excommunicatum publicè nuntiari, &
» ex hoc contextu & ſceleritate actuum quis non iure præſumat, cum non cha-
» ritatis ſed ad vindictæ zelum quis non cogitabit ipſum ad tantæ temeritatis au-
» daciam deueniſſe, id præteriti temporis roborat conjectura. Olim itaque dum
» capitula in quibus excedebat, noſtris comprehenſa litteris per dilectum filium
» Iacobum de Normanis Notarium noſtrum tranſmiſimus, ægrè tulit & indigna-
» tus eſt, & in furiam verſus maledicere cœpit, non veritus quod ſcriptum eſt,
» Principi populi tui non maledices. Cum autem Nos ceſſare credidit, paulò
» ante nos in Chriſto Patrem ſanctiſſimum humiliter dixit & ſic nos in ſuis litteris
» appellauit; nunc verò quia vrgente conſcientia ex debito Paſtoralis officij ipſius
» correctionem omittere non valemus, dilatatus, impinguatus, incraſſatus re-
» calcitrauit dilectus & peiora prioribus addidit maledicta, ex quibus eius in iis
» malum conuincimus zelum, & iniquitatis in ipſo fomitem comprobamus & di-
» cere cum Propheta poſſumus, nunquid redditur pro bono malum, quia fode-
» runt foueam animæ meæ, ſed faciente Domino incidit in foueam quam fecit, &
» dolor eius in verticem ipſius aſcendet? hunc eius animum mandati præmiſſi per-
» uerſitas apparebat, directa ſunt enim verba Canonum, eum qui ab Epiſcopo
» ante ſententiæ tempus pro dubia ſuſpicione diſceſſerit, manifeſtam manere cen-
» ſuram, quam Clerici Symmachi PP. qui ab eo etiam de hæreſi accuſato contra
» regulas ante tempus diſceſſerint, incurriſſent, niſi prouidentia Synodi actum
» fuiſſet miſericorditer cum eiſdem, eundem zelum & animum prædicta colliga-
» tio patefecit. Adhæc receptatio Stephani memorata non ſolum malum indi-
» cat zelum, ſed Regem ipſum inimicum detegit, & Principis Apoſtolorum man-
» dati etiam tranſgreſſorem, ait enim de Clemente, ſi inimicus eſt Clemens ali-
» cui pro actibus ſuis, cum illo nolite amici eſſe, ſed auertite vos ab illo, cui ipſum
» ſentitis aduerſum. Si verò quis amicus fuerit iis, quibus ipſe non loquitur, vnus
» ex iis eſt qui exterminare Eccleſiam Dei volunt, qui cum inimicis alicuius ſuas
» amicitias copulant, eius inimici cenſentur, & ideo facilè mentiuntur. Nonne
» Eccleſiæ mutabitur ſtatus & Rom. Pontificum vileſcet authoritas? & ſi talibus
» Regibus & Principibus aliiſque potentibus aperitur via adituſque pandatur?
» confeſtim enim Rom. Pontifex Petri ſucceſſor, qui clara ipſius Petri voce om-
» nibus præeſt, cum circa alicuius Principis vel Potentis volet correctionem in-
» tendere & immittere manus, tunc dicetur Hæreticus, vel notoriè in ſcandala
» criminoſus, vt ſic fugiatur correctio, & ſuprema poteſtas penitus confundatur:
» abſit à ſecta noſtrorum temporum hoc pernicioſum exemplum, abſit à nobis
» tanta vecordia, abſit tam damnabilis negligentia, quod talem errorem ſina-
» mus ſuccreſcere, quin in ipſius ſui ortu ſuccidamus eundem. Nunquid ergo ſupra
» prædictis contra nos petatur à nobis, *ſinè quo congregari non poteſt Concilium Ge-*
» *nerale*, illud in exemplum tam deteſtabile, maximè vt omittamus ad præſens
» de excommunicatione multiplici, qua idem Rex tenetur aſtrictus, calumnia-
» toribus malo, vt ex ſuperioribus patet, præcedenti zelo, aut etiam inimico aut
» ſibi confœderatis, quibus colligatus eſt, etiam concedemus, taliterque dabi-
» mus fomentum huic peſti, nempe quod in aliorum Prælatorum perſona ex præ-
» dictis cauſis ſecundum ſcita Canonum repellere deberemus, illos in noſtra ſine
» alicuius iniuria, ſi nobis & fratribus noſtris videbitur, poterimus meritò refu-
» tare, vt nemò deinceps Rex aut Princeps vel alius Potens Franciæ Regis exem-
» plo contra Rom. Pontificem ſic prorumpat in verba blaſphemiæ, nullus ſic
» eius correctionem euitet. An ſic vt taceamus de Rege Francorum à Zacha-

ria

Digitized by Google

ria Regno priuato, Diuæ recordationis Theodoſius magnus ab Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo extra Eccleſiam factus contra eum exarſit? an Lotharius glorioſus contra Nicolaum Papam ſic erexit calcaneum, aut contra Innocentium Fridericus? an Rex Franciæ maior eſt iis? an nos minores ſumus prædeceſſoribus noſtris? an minus iuſtè procedimus? quippè trium horum non eſt aliquod, ſed ij vt debuerunt, ſuſtinuerunt humiliter: ille autem vt Adonias cum Diis terræ contra Deum Abraham, quia contra Nos vices eius gerentes in terris vehementer, vt ſi, quod abſit, perſtiterit, ruat iuſto iudicio, grauiùs eleuatus eſt. Per hæc autem non credat aliquis, quod contenti ſimus, quin non obſtante huiuſmodi friuolæ appellationis obtentu, quæ ad maiorem vel parem, ſiue mortalem aliquem non potuit interponi, Super prædictis & aliis notabilibus ipſius Regis eiuſque ſequacium exceſſibus, prout expedierit ſuo loco & tempore, niſi ſe corrigant & ſatisfactionem impendant debitam, ne eorum ſanguis de noſtris requiratur manibus, procedamus. Datum Anagniæ 18. Kal. Sept. Pontif. noſtri an. 9.

Extat quoque in Bibliotheca San-Victorina proceſſus quem meditabatur Bonifacius contra Philippum inſtituere, ſi non fuiſſet tam ſubito captus: ſed Guill. de Nogareto clam Anagniam ingreſſus conſilia Pontificis interrupit. Talis autem eſt iſte proceſſus.

Super Petri ſolio excelſo throno Diuina diſpoſitione ſedentes, illius vices gerimus, cui per Patrem, Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Poſtula à me & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Per quod monetur, vt intelligant Reges, diſciplinam apprehendant, erudiantur iudicantes terram, qui ſeruiant Domino in timore & exultent ei cum tremore, ne ſi iraſcatur aliquando, pereant, cum exarſerit ira eius: ideoque magnum iudicamus vt paruum, quia eius Vicarius, apud quem perſonarum acceptio indigoè reperitur; hoc veteris & noui Teſtamenti veritas habet: hoc venerandorum Conciliorum probat authoritas: id ſanctorum Patrum tenet ſententia, id etiam naturalis ratio manifeſtat. Sed licèt tanta poteſtate ſit prædita Petri ſedes, tantaque polleat dignitate, tamen vt pius pater ſeueritatem manſuetudine temperantes ac lenientes æquitate vigorem, non ad confringendum, quamquam iuſtè poſſemus, ferream, ſed ad dirigendum in viam ſalutis directionis virgam impræſentiarum aſſumimus, & correctionis ferulam amplexamur, nouum adhuc nihil prout nunc qui * * * deſpicit excuti facimus, neque ſimpliciter judicantis opera fungimur, quinimo vtentes Denunciatoris officio nullas pœnas Philippo Regi Franciæ imponimus, ſed ei propter exceſſus ſuos iam excommunicato notoriè inflictas potius à iure intimamus. Bonus itaque Medicus ſi quibus eſt vſus medicamenta morbis officiant, ſe de * * vertit, non eis ſtatum duriorem ſubjiciens, ſed leniora, niſi morborum aliud expoſcat acuitas, adminiſtrans; ſic peccatorum eiuſdem ſauciati Regis vulnera prius palpauimus, exac. * lenitatibus mulſimus, ipſumque à pietate patrona non fecimus alienum. Ah proh dolor! nihil fecimus, imò lenimenta huiuſmodi ſemioarium contumaciæ fuerunt & odij, cum erexerunt in ſuperbiam & ad contemptum pertinaciter prouocauerunt. Vnde Nos ad alias non graues tamen medelas conuertimus, vt ſalutem experiatur, vtinam tactus leuiter non confractus ſe corrigat, fructuoſam. Sicut Nabuchodonoſor præ cæteris terræ Rex inclytus, quod optamus, ne obſtinatus in quem transfixit videat, & cogamur ferro abſcindere vulnera, quæ fomentorum medicinam non ſentiunt, pœnitentiam agat, an, quod abſit, in profundum malorum demerſus, ſordidus ſordeſcat amplius & velut Pharao induреſcat. * Oculi ſiquidem dum idem Rex peccaret grauiter in diuerſis articulis in Clerum & Eccleſiam Gallicanos, primi per eiuſdem Regis Nuncios ad Nos miſſos ipſum ſuper his ſalubribus monuimus monitis, & deinde ad eum Dilectum filium Iacobum de Normanis Notarium noſtrum ei noſtras deferentem litteras, in quibus excedebat, capitula continentes tranſmiſimus, quodque imprudenter, quàm infrunito animo & irreuerenti tractauerit, non aduertens, quòd ſecundùm Euangelicam veritatem, *Qui ſpernit miſſum, ſpernit mittentem*, ideo dignus ſententia quam dudum Conſtantinus Papa in Iuſtinum Imperatorem Iuſtiniani filium in ſimili cauſa tulit, qui in vicino erant, manifeſtò cognoſcunt, cum idem patuerit de longinquo: nec con-

» ſiderans quod antiquis eſt ſancitum ſanctis Patribus, promulgatum Canonibus,
» quod ſi quis Romam petentes rebus quas ferunt, ſpoliare præſumpſerit, commu-
» nione careat Chriſtianâ, quodque iſti qui accedunt ad Rom. Pontificis præſen-
» tiam cum rebus ſuis debeant eſſe ſub Apoſtolica protectione ſecuri, & paruipen-
» dens excommunicationis ſententiam, quam inhærentes veſtigiis Rom. Pontifi-
» cum & præcipuè Nicolai IV. P. prædeceſſorum noſtrorum, qui dictorum Cano-
» num authoritate ſuffulti contra talia facientes ad excommunicationem hacte-
» nus proceſſerunt, addito per Nicolaum eundem proceſſibus ipſis, *ſi huiuſmodi*
» *committentes Imperiali aut Regali Dignitate radient.* Nos eiuſdem priuilegio exclu-
» ſo in omnes etiamſi prædicta fulgeant dignitate, qui ad Sedem Apoſtolicam ve-
» nientes vel recedentes ab ea capiunt, ſpoliant, vel detinere præſumunt, aut im-
» pedimentum aliquod exhibent, quominùs ad eandem Sedem liberè cum perſo-
» nis, bonis & rebus ſuis veniant & recedant ab ea in die Cœnæ Domini proximè
» præterito, tali modo declarantes etiam illos qui per ſe vel ſuos Officiales vel Mi-
» niſtros, aut aliis Incolis Imperij, Regnorum ſeu terrarum ſuarum vel tranſeun-
» tibus per ea vndecunque oriundis ad ſedem venientibus memoratam, vel redeun-
» tibus ab eadem, equitaturas limitant, vel ſubtrahunt quæ deferunt ſeu reportant
» pro ſuis opportunitatibus vel expenſis, aut quaſvis alias res & bona, ſiue aperiant
» litteras, vel auferant, ſeu taxent numerum perſonarum, ſeu quantitatem expen-
» ſarum aut euectionum, vel aliàs directè vel indirectè talibus venientibus, impe-
» dimentum vel obſtaculum præſtare præſumùnt, impeditores fore ad dictam ſe-
» dem venientium & redeuntium, & Excommunicamus ✶ ✶ ✶ ſupra dictam,
» adeo noſtris temporibus, ſicut aliàs fecerat notoriè, ſeu Regni fines in tranſgreſ-
» ſores grauiſſimis interminatis pœnis & in Nos iactatis blaſphemiis artæ cuſtodiæ
» deputant, ablatis poſt dictam noſtram ſententiam non ſolum Indigenis, ſed
» etiam ad eandem ſedem per Regnum ipſius aliunde venientibus rebus ſuis vel in-
» iuriosè taxatis, imò autem omnino ſubtractis, ac litteris quas deferunt apertis
» per Cuſtodes paſſuum aut retentis, quod nullus liberè ad dictam ſedem poteſt ac-
» cedere, nec Prælati Franciæ per Nos, vt ſupra dictis Capitulis deliberaremus cum
» eis, ad noſtram præſentiam euocari potuerint; ſicut eorum ✶ ✶ per litteras
» ſuas quas in Archiuio Rom. Eccleſiæ conſeruari facimus. Sic & Nouiomenſem,
» Conſtantienſem & Biternenſem Epiſc. ipſorum nuncios excuſatio eodem impe-
» diēte Rege venire, quo caſu etiamſi Princeps quiſquis fuerit, hoc prohibuerit, illũ
» cenſet Canon communione priuandum. Quis eum liberè ad memoratam ſedem
» proficiſci dicit qui ſic tractatur, & quod retineatur vel Regnum permittatur exire,
» ſub alterius poteſtate conſiſtit? certè nullus, qui ſanè intelligat, & qui ſcripti iuris
» in hoc cognoſcat, habet aliquam veritatem. Sed volentes ſecundũ ſacrorum Do-
» ctrinam Canonum pacis ſeruare vinculum, eum implorare, æquitate & firmitate
» portare, nec ſicut moti ſumus, imò Euangelica dicta penſantes, conati ſumus errã-
» tem ouem tam charam tamq; nobis dilectam, quam propriis humeris, ne periret,
» ad ouile reducere, in vberib' collocare paſcuis & dulcedinis pabulo cõfouere. Nam
» cogitantes ſecundùm Euangelij parobolam quod qui Notarium ſpreuerat, faltẽ
» noſtrum vereretur filium, ad reducendum eum, dilectum filium noſtrum Ioannem
» SS. Marcellini & Petri Preſbyterum Cardinalem de Regno oriundum ipſius, qui
» tanquam amicus ſuus eius zelabatur ſalutem, curauimus deſtinare, offerentem in-
» ter cætera ſibi ex parte noſtra abſolutionem ab excommunicationum ſententiis,
» quibus erat notabiliter irretitus. Verum fruſtra Nos talis cogitatus arripuit, quia
» ſi erga prædictum Notarium, ſe vt præmittitur geſſit, filium noſtrum magis igno-
» miniosè compeſcuit, quia ſicut ipſe nobis Cardinalis reſpondit, oblatam abſolu-
» tionem contempſit, eiq; deputatis cuſtodiis, ne liberè poſſet ire quò vellet, nec re-
» cipere qui venirent ad eum, de Regno ſuo non reuerſurum ſine ſua licentia, & ſic
» quodammodo, vt eiuſd. Card. verbo vtamur, Regio banno ſuppoſitũ pertulit &
» efflauit eundem, & etiam vltra parobolam ipſe tandem nos patremfamilias non
» dimiſit intactũ. Sed iterum lacerauit blaſphemiis & iniuriis laceſſiuit oblitus quod
» legitur, *Honora Patrem tuum & Matrem tuam, vt ſit longæuus ſuper terram*, & quod
» filio ſemper honeſta & ſancta ✶ ✶ Patris videri, & taliter eius non effici caſtiga-
» tor, confœderationibuſq; & collationibus factis cum nonnullis Prælatis, latronib.
» & perſonis aliis Regni ſui pacis vinculũ, quod ſaluũ eſſe totis affectibus nitebamur,

Digitized by Google

rupit, perturbat vnitatem Eccleſiaſticam & inconſutilem Domini tunicam «
* * * * ſcindere non expauit, ac ſuæ appellationi friuolæ contra Nos in- «
terpoſitæ adhęrere perperam coëgit, cogit inuitos & in ruinam ſecum perniciosè «
deducit. Sanè parabolam timeat, ne vinea aliis locetur agricolis, qui ſuis «
temporibus fructus reddant, paueat cenſuram Canonum quæ contra tales dig- «
noſcitur præparata, & ne ex huius ſtricta cuſtodia Cardinalis prædictus Cano- «
nem latæ ſententiæ, qui ad eos per interpretationem trahitur, qui Clericos «
ſine læſione detinens in cuſtodia publica vel priuata, cum non multum aſpectu «
ſeruorum differant, quibus quò voluerit facultas recedendi non datur ** dili- »
genter attendat. Adhæc vt omittamus de dilecto filio I. Abbate Ciſtercienſi «
detento & aliis multis Religioſis maximè Italicis, de eius, quia iuſſio Regia vr- «
gebat, recedentibus Regno, captis de ipſius conniuentia, & aliquo tempo- «
re in Caſtelleto ſeruatis, eo quod adhærere nollent appellationi prædictæ, ac «
de eo quod quondam in perſona Venerabilis Fratris noſtri B. Appamiarum «
Epiſcopi temerariè actum extitit: nuper Nicolaum de Benefracta Capellanum «
Cardinalis jam dicti noſtras ad eum portantem litteras, quibus Regem excom- «
municatum per eundem Cardinalem mandauimus publicè nunciari, capi fecit, «
& repetitum à Cardinali eodem à carcere noluit relaxare, prout idem Cardinalis «
nobis id per proprias litteras notum fecit * * perinde * habere, cum ipſe «
Rex impedimentum præſtiterit, ſicut ſi mandata denunciatio præceſſiſſet. Ste- «
phanum inſuper de Columna noſtrum & Eccleſiæ hoſtem in ſuo Regno recepta- «
uit patenter, non veritus excommunicationis ſententiam, quam poſt Colum- «
nenſium fugam de Tibure promulgauimus publicè, quibuſcunque priuilegiis non «
obſtantibus in omnes etiamſi Imperiali aut Regali præfulgeant dignitate, qui di- «
ctum Stephanum & alios quondam filios Ioannis de Columna & Iacobum Fra- «
trem dicti Ioannis, Ricardum & Petrum de Montenigro dicti Iacobi nepotes «
reciperent, conducerent, receptarent, receptari vel recipi facerent ſeu conduci, «
aut eis vel ipſorum alicui publicè vel occultè auxilium, fauorem, vel conſilium «
exhiberent, quodque contra adiutores, fautores & receptatores prædictorum «
Iacobi & filiorum dicti Ioannis ab olim per noſtras litteras procedi manda- «
uimus, & contra Hæreticos, Receptatores, fautores & adiutores eorum, «
nunquam in iis ſeruit Deo Rex Francorum in timore, aut ei cum tremo- «
re exultat, ne iratus in eum per ſuum Vicarium exardeſcat; nempè tantò «
offendit grauiùs, quantò pernicioſiùs peccat, ſuæ perditionis ad alios exempla «
tranſmittens: heu ipſum conſilia praua commaculant: cum Syrenes * * non «
vſque in exitum dulces damnosè permulcent, Regalem mentem periculosè «
exagitant & decipiunt inceſſanter; non tamen propterea liberare poſſumus nec «
debemus, hominem namque primum à Diaboli peccato non excuſauit ſuggeſtio, «
quoniam Dominici Mandati tranſgreſſor ſoluerit pœnam mortis, & ſilentium «
noſtrum nihil aliud foret niſi delinquendi occaſio & diſſolutio Eccleſiaſticæ diſ- «
ciplinæ. Cum enim notorium etiam facti continuum ſit, quod ipſo faciente & cõtra «
dictam noſtram veniente ſententiam libertas non eſt per Regnum ipſius veniendi «
ad Apoſtolicam Sedem, & quod ſic dictus Nicolaus eſt captus & præfatus Ste- «
phanus eſt receptatus in Regno, noſtræque ſententiæ ſupradictæ latæ ſint, vt «
prædictum, publicè; ſicque Canonum excommunicatio in aperto liquet ex «
præmiſſis. Vt taceamus ad præſens de Cuſtodia jam dicto Cardinali impoſita, «
detentione Abbatis, captione Religioſorum dictorum, & temerariis actibus in «
jam dictum commiſſis Epiſcopum, eundem Regem manifeſtis excommunicatio- «
nibus eſſe ligatum, & per conſequens beneficia Eccleſiaſtica, Perſonatus & dig- «
nitates, ſi eorum aliquo legitimo titulo, quando ad eum collatio pertinet, de iure «
interim non poſſe conferre, imperium ſine Iuriſdictione aliqua per ſe vel alios «
aut communes actus ſeu legitimos exercere, & collationem & exercitium ipſa «
nullius exiſtere firmitatis, ac fideles & vaſſallos ipſius eſſe à fidelitate & etiam ju- «
ramento quibus adſtringuntur eidem homini debito & totius obſequij authorita- «
te Canonum abſolutos. Hoc omnibus iis præcipuè qui de eius ſunt Regno, vel «
in eo moram faciunt nunciantes; cum excommunicatum comitari pœnas huius «
declaramus, & more periti Medici, cùm non profuerunt monita, à leuioribus in- «
cipientes ad SS. PP. ſtatuta tenentes omnes fideles ac vaſſallos, eiuſque juratos à «

„ fidelitate & ſacramento quovſque idem Rex in excommunicatione permanſerit, „ Apoſtolicâ nihilominus authoritate abſoluimus, & ne eidem fidelitatem obſer- „ uent & ſeruiant, modis omnibus & ſub interminatione anathematis, quia magis „ Deo quàm hominibus ſeruire oportet, etiam fidelitatem Chriſtiano Principi Deo „ aduerſanti eiuſq; præcepta calcanti nulla exhibent, authoritate perſoluere pro- „ hibemus. Et quia Rex ipſe aliquos forſan inuenerit, qui Beneficia huius Dei ti- „ more poſtpoſito, ab ipſo reciperent, diſtrictè præcipimus ſub excommunicatio- „ nis, amiſſionis beneficiorum quæ aliàs haberent, & inhabilitatis perpetuæ ad Ec- „ cleſiaſtica Beneficia de cætero obtinenda pœna, quam ipſo facto incurrent ſi „ contrarium agunt, ne ab eo ſic excommunicato manente illa recipiant quoquo „ modo: diſtrictè ſub hujuſmodi à nobis infligendis pœnis inhibentes, Capitulis „ Eccleſiarum, in quibus Beneficia ipſa per Regem excommunicatione durante „ conferuntur eundem, ne eos quibus conceduntur, ab ipſo recipiant vel admit- „ tant. Porro cum ſcriptum ſit, *Diſſolue colligationes impietatum, ſolue faſciculos de-* „ *primentes*, Nos confœderationes prædictas etiam cum quibuſlibet Terræ Regi- „ bus aut Principibus, quod non credimus, initas diſſoluimus, & iuramenta ſi qua „ ſunt præſtita, annullamus; etiam nunciantes & monentes ipſum Regem, vt à fa- „ cie arcus fugiens reſipiſcat, ad obedientiam redeat, & ad Dominum conuertatur, „ ne quod præterire non valebimus, iuſto in eum judicio animaduertere compella- „ mur. Vt autem noſtri proceſſus, quem de conſilio Fratrum noſtrorum facimus ad „ omnium notitiam deducatur, cartas ſiue membranas proceſſum continentes eun- „ dem in Cathedrali Eccleſia Anagn. appendi vel affigi ſeu * * faciemus, „ quod proceſſum noſtrum ſuo quaſi honore præconio & patulo Iudicio publica- „ rent; ita quod idem Rex & alij quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſtea poſ- „ ſint excuſationem prætendere, quod ad eos tales proceſſus non peruenerint, vel „ quod ignorauerint eundem; cum non ſit veriſimile remanere, quoad ipſos inco- „ gnitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Actum Anagniæ „ in aula noſtri Palatij 6. Idus Septemb. Pontificatus noſtri an. 9.

Verum antequam hæc conſilia potuiſſet Pontifex executioni demandare, ecce in patrio ſolo inter affines & cognatos Anagniæ capitur die 7. Septembris quæ eſt vigilia Natiuitatis B. Virginis, à Columnenſibus & à Guillelmo Nogareto, qui per Anagnienſes quoſdam pecunia corruptos aut incautos in Vrbem armatis militibus intromiſſi fuerant. Primum igitur facilem inuenientes ingreſſum, Palatium Papæ obſederunt expeditionis Duce Sciarra Columnenſi, eumque ad deditionem compulerunt. Prius verò pertentauit num quid vellet Sciarra, quidve peteret; at ille, ſe non paſſurum eum viuere, niſi duos Cardinales Fratres ſuos Petrum & Iacobum de Columna in integrum reſtitueret, eorumque Gentiles & affines, Papatui renuntiaret, ſeque deinde ſuo, nempè Sciarræ arbitrio permitteret, ita vt vitæ neciſque poteſtatem haberet. Quibus auditis ferunt ingemuiſſe Papam his verbis. *Heu me! durus eſt hic ſermo.* Cumque nihil proficeret Pontifex precibus ſeque dedere moraretur, Sciarra ruptis oſtiis, & pluribus locis igne ſuppoſito fecit ſibi ad eum aditum. Dici non poteſt quàm multis ille tum injuriis affectus fuerit. Aiunt aliqui Nogaretum ei colaphum impegiſſe. Diſpoliatus eſt, deinde in equum effrenem impoſitus ad caudam verſâ facie, ſicque ad extremum vſque halitum diſcurrere coactus. Fuit etiam Sciarræ in animo eum occidere, eiuſque caput in Franciam ad Regem mittere; ſed prohibitus fuit. Renunciare autem Papatui iuſſus Pontifex, conſtanter renuit aiens *Ecco il collo, Ecco il capo*, ecce collum, ecce caput: ad extremum cuſtodiæ datus Reginaldo de Suppino, triduanâ fame propè necatus eſt. Donec tandem Anagnienſes reſumptis animis & miſeratione moti eum tertio poſt die de cuſtodia liberarunt Romamque deduxerunt, ope & conſilio Mathæi Cardinalis Vrſini. De hac autem Pontificis captiuitate ſic habet Iacobus Cardinalis teſtis oculatus, his verſibus.

Multa facit, multoſque iuuat, multique grauatos
Se reputant. nonus dum ſic elabitur annus,
Heu grauis alluuies, funeſta & morbida, noſtris
Nec ſæclis audita lues prorumpit, & audens

Ingruit. En capitur reſidens ſublimis in altâ
Sede Petri ſummâ Chriſtique Vicarius vrbe.
Vrbe ſua tectiſque ſuis, manibuſque ſuorum
Quáque ſatus, raptus congeſtis vndique gazis.
Qui ſcelerum authores? quæ cauſa eſt? quidue repenſum?
Quid loquimur?
Irruit in ſtolidos plebs docta furentibus armis,
Hos cerebro, quoſdamque manu, quoſdamque reciſis
Naribus euertit, capitur qui maximus horum
Extiterat, ſummuſque Pater iam carcere liber
Protinus hunc ſoluit rediens feſtinus in almam
Vrbem, quippe ſacram, miro circundatus orbe
Vallatuſque armis. O mira potentia tantis
Enodata malis! nunquam ſic glorius armis,
Sic feſtus ſuſceptus eâ Cleroque decorus
Inſignisve fuit.

Romam autem cum perueniſſet, ſtatuiſſetque ex toto orbe Concilium conuocare ad vlciſcendam iniuriam ſibi & Eccleſiæ illatam, maledictis & execrationibus in Philippum iactis incidit in phreneſin & furenti ſimilis deceſſit 5. Id. Octob. quarto & trigeſimo die poſt acceptam illam iniuriam, cui nulla fuit vnquam par, nec Deo auxiliante futura eſt. Atque ita impleta eſt Cœleſtini prædeceſſoris vaticinatio, quem ad Bonifacium hæc verba habuiſſe fierunt. *Aſcendiſti vt vulpes, regnabis vt leo, morieris vt canis.*

De Moribus huiuſce Pontificis nihil dicimus, de quibus non conuenit inter Hiſtoricos. Sufficiat meminiſſe duos præſtantiſſimos Vniuerſitatis Pariſienſis Theologos diſcordiarum iſtarum tempore ſcripſiſſe; alterum pro Bonifacio, nimirum Ægidium Romanum Archiepiſcopum Bituricenſem, licet de Gente Columna oriundus ipſiuſque Philippi præceptor fuiſſet, ſed adigente conſcientia, vt dicebat: alterum pro Philippo, Ioannem ſcilicet Pariſienſem, Dominicanum qui cognomento *Pungens-Aſinum* dicebatur. Adeo verò Regem exarſiſſe in Ægidium, vt nunquam eum ad Cardinalatum promoueri paſſus fuerit, licet poſt Bonifacium Clemens V. ipſi Regi addictus, eum Cardinalem nominaſſet.

Mortuo igitur Bonifacio Cardinales iuſtis peractis Conclaue ingreſſi Fratrem Nicolaum Bocaſium Taruiſinum Ordinis Prædicatorum Epiſcopum & Cardinalem Oſtienſem, humili quidem & obſcuro genere ortum, ſed meritis, pietate & litteris clarum 11. Kal. Nouembris ad Pontificatum promouent. Eum aiunt fuiſſe filium Opilionis, operamque primò pueris inſtituendis nauaſſe apud Venetias: deinde Prædicatorum Ordinem ingreſſum ſummâ cum laude docuiſſe; tum ad Generalatum Ordinis promotum, à Bonifacio Cardinalem factum: demum Bonifacio extincto Pontificem electum Benedicti XI. nomen aſſumpſiſſe. Humilitatem eius vel ex hoc vno intelligimus. Cum mater ad eum viſendum accurriſſet matronali habitu, quæ paupercula erat, filius ſe agnoſcere diſſimulauit, matrem aiens ſe pauperem habere, nec ijs veſtibus indui ſolitam: poſtridie verò illam in pannoſis veſtibus vt ſolebat ingreſſam, ingenti gaudio amplexatus eſt. Ita narrant S. Antoninus, Leander, Krantzius & alij: quod noſtri Hiſtorici referunt de Mauricio Epiſcopo Pariſienſi.

Hoc anno vitâ functus eſt 19 Maij famoſiſſimus Iuo Iuriſconſultus qui in ſanctorum numerum à Clemente VI. relatus eſt: ille an. 1258. natus in pago S. Martini non longè ab vrbe Trecorenſi, Patre Heloro Cancieti militis filio & matre Azone nobilibus parentibus, illius pagi Dominis; vbi 14. ætatis annum attigit, Lutetiam profectus eſt, ibique poſtquam humanioribus litteris ſufficienter inſtructus eſt, ad Theologiam ſe contulit: deinde relictis Pariſienſibus Scholis Aurelianenſes in vtroque Iure frequentauit; quo ſtudiorum curſu abſoluto, *Iuonis Britonis obitus.*

à quodam Archidiacono Redonenſi accerſitus, Iudicis Eccleſiaſtici partes egit. Poſtea à Treconenſi Epiſcopo Officialis conſtitutus eſt: quo munere aliquandiu perfunctus eſt caſtè & integrè. Poſtremo ad Eccleſiam de Lohancto regendam ſe totum applicuit; denique fato functus 19. Maij huius anni in Treconenſi Eccleſia humatus eſt.

Ad hunc annum hæc quæ ſequuntur, leguntur in libro Rectoris de pretio libris vænalibus Librariorum appoſito. *Anno Domini 1303.* die Martis in feſto » B. Matthiæ Apoſtoli *taxata fuerunt exemplaria quæ ſequuntur* Andreæ dicti Ze- » nonis per Magiſtros Vniuerſitatis ad hoc deputatos, videlicet M. Henricum » Amandi & M. Andream de Monte S. Eligij, Magiſtros in Theologia, M. Guill. » de Cornubia Regentem in Medicina, M. Guillel. Britonem cum Procurato- » ribus. Tum ſequitur taxatio librorum.

1304. Anno 1304. vt exitus Bonifacij & promotionis Benedicti Nuncius ad Philippum venit, continuo Rex ad eum dedit Epiſtolam gratulatoriam, perque ſuos Oratores, ſe, Regnum, Eccleſiamque Gallicanam illi commendauit. Oratores autem hos miſit, Bernardum de Mercorio Nobilem, Guill. de Pleſſeiano Militem & M. Petrum de Bella-pertica Eccleſiæ Pariſienſis Decanum, celeberrimum olim Iuris Interpretem in Scholis Aurelianenſibus, qui anno ſequente factus eſt Epiſcopus Autiſſiodorenſis. Hanc verò Regis Epiſtolam Benedicto à Rege obtulerunt.

» Sanctiſſimo Patri in Domino Benedicto diuina prouidentia ſacroſanctæ Rom. » ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici Philippus Dei gratia Francorum Rex » deuota pedum oſcula Beatorum. Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui viſi- » tauit & fecit redemptionem plebis ſuæ & erexit cornu ſalutis in nobis in Domo » Dauid pueri ſui. Qui facit mirabilia magna ſolus, qui cœleſtia pariter & terre- » na ſalubri moderatione erigens ac perpetua ratione gubernans in hac valle mi- » ſeriæ, miſerationes innumeras liberalis in gratijs & in miſericordia copioſus » exercet: ipſe quidem circa Eccleſiam ſuam ſanctam Petri nauiculam, Matrem » fidelium, Chriſti ſponſam, quam à fundationis initio ſplendore virtutum mira- » biliter illuſtrauit, piè ſemper continuans miſerationis affectum & paternæ exe- » quens pietatis officium, licet eam in pelago mundi huius intumeſcentium vn- » darum fluctibus agitari, & procellis concuti patiatur ad tempus, ipſam ſub- » mergi, vel periclitari naufragio non permittat, continuum ſemper impen- » dens in tribulatione ſolatium, in turbatione peccamen, & in aduerſitate ſuc- » curſum, ſicut rerum euentus ac ſuccedentium experimenta temporum manife- » ſtè declarant. Cum enim Eccleſia ipſa diebus nuper præteritis poſt oppreſſiones » & afflictiones multimodas & graues quaſi parturientes anguſtias, quas ex ma- » litia præſidentis in ea mercenarij ſub vmbra paſtorum longo tractu temporis » diſcriminoſi, pertulerat, quàm proſtrata & naufragio proxma videretur pro- » pria virtute deficere, ipſe Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis » ad ipſius ſtatum miſerabilem & lugubrem piè dirigens compaſſionis affectum & » ad reuelationem ipſius ſuæ potentiæ dexteram clementer extendens, ab oppro- » brioſæ captiuitatis ærumnis dignanter eripuit, à deplorandæ viduitatis incom- » modis miſericorditer liberauit, dato ſibi cœlitus noui ſponſi ſolatio Benedicti, » qui vt nomini rem conformet & præteritis futura continuet, opera Deo grata » ſperatur & hominibus placitura facturus. Exultet igitur eadem ſacroſancta » mater Eccleſia & in iubilum ſupernæ laudis aſſurgat tenebrarum ſemota cali- » gine, ſe nouæ lucis radio illuſtratam & abiecto iugo tyrannicæ ſeruitutis, ſta- » tus debiti & priſtinæ libertatis reſumpſiſſe decorem, iocundetur depoſito vi- » dualis deſolationis nubilo lætitiæ nuptialis illuxiſſe ſerenum, nouum adepta » Paſtorem, ſuæ ſterilitatis & opprobrij redemptorem. Exultet præcipuè ſacer » Prædicatorum Ordo ſe talem & tantum filium peperiſſe, alumnum nutriuiſſe » tam inclytum, tam præclarum, quem Patrem Orbis & fidei ſucceſſorem Petri, » Chriſti Vicarium in ſupremo Iuſtitiæ ſedere ſolio gloriatur. Lætetur & iubilet, » quod ex eius horto arbor iſta fructifera prodijt, quæ in Domo Domini feliciter » complantata fructum datura creditur ſuo tempore gratioſum. Lætetur inſuper » totum Orbem ex eius gremio ſuſcepiſſe nouum Patrem pauperum & diſpenſa- » torem prouidum fidelium animarum, qui ſicut multum apud Deum, ſic apud

homines proficit in honore. Lætabundus exultet chorus fidelium, fidei ortho- «
doxæ, cultorumque fides ipſa, quæ ex nefandis Prædeceſſoris actibus, dete- «
ſtandis operibus & perniciofis exemplis obnubilata ſui luminis claritate quæ «
minabatur excidium per ſanctitatis & vitæ merita & virtutum exercitia lauda- «
bilium ſucceſſorum, quibus ab ouili claruiſſe dinoſcitur, reformationis accom- «
modæ incrementa ſalubria ac fulgorem ſolitæ claritatis creditur reſumptura «
lætaturque pacis optatæ dulcedine, quæ per iniquos exceſſus potius quàm pro- «
ceſſus temerarij abuſoris, quaſi extra terminos exulabat. Iſte fidelis Teſtamen- «
ti Dominici executor ad priſtini ſtatus ſolum procurationem totique mundo «
ſpiritualis & temporalis commoda quietis afferre probabiliter exiſtimatur. «
Nos autem pro bonis affectibus exultamus, qui meretricalia deliramenta per- «
peſſi diutius, Patrem ſucceſſiſſe confidimus beniuolum qui Prædeceſſoris er- «
ronea corrigat, malefacta reformet, pacem nutriat, Iuſtitiam foueat & diligat «
æquitatem, in cuius affectione ſincera deuotio filialis, in cuius deuotione «
filiali paterna benignitas conquieſcat. Sed ex eo præcipuè materia nobis gau- «
dij & exultationis accreſcet, quod regiminis noſtri in Apoſtolica Sede verius «
ſedere conſpicimus, bonorum omnium, ſicut fama teſtatur, & publicat, nitore «
conſpicuum, virtutis ſpeculum & ſanctitatis exemplar, virum vtique ſecundum «
cor noſtrum, qui non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei ad Catholicæ fidei & «
Vniuerſalis Eccleſiæ bonum & exaltationis incrementa felicia ac ſtatum pro- «
ſperum & quietum totius populi Chriſtiani, & promotionem felicem negotij «
Terræ ſanctæ ducitur puro zelo. Igitur pro tam dignæ, tam ſalubris & vtilis «
prouiſionis euentu, bonorum omnium largitori ad laudes & gratias in humi- «
litatis ſpiritu aſſurgentes, eius imploramus deuotè clementiam, vt qui vos ad «
regimen Eccleſiæ ſanctæ, ad dandam ſalutis ſcientiam plebi ſuæ, ad ſupernæ «
dignitatis honorem piâ miſeratione prouideat, ſic credita vobis multiplicari ta- «
lenta concedat; ſic in ſanctitate & iuſtitiâ coram ipſo & in viam pacis diri- «
gat greſſus veſtros, quod poſt regiminis præſentis excurſum ad cœleſtis glo- «
riæ ſolium vnâ cum Grege vobis commiſſo clementi pietate perducat iudica- «
turum cum cæteris ſanctis ſuis omnes Orbis terræ finium nationes. Cæterum «
Nos & Regnum, cuius moderamini diſponente Domino præſidemus, & Ec- «
cleſiam Gallicanam Sanctitatis veſtræ fauoribus fiducialiter commendamus, & «
ad exponendum perfectius & plenius exhibendum Beatitudini veſtræ omni- «
modæ reuerentiæ & deuotionis indicia, ecce dilectos & fideles Dominum Mer- «
corij, M Petrum de Bella Perticâ Canonicum Carnotenſem & Guillelmum de «
Pleſſeiano Militem Nuncios noſtros ad Sanctitatis veſtræ præſentiam deſtina- «
uimus, quos benignè recipere ac eorum relatibus paterna clementia audien- «
tiam præbere placidam & fidem non dubiam adhibere dignetur. Datum Pa- «
riſius. «

Ipſe autem Benedictus non expectatâ Regis poſtulatione, vltro libenſque eum à cenſuris quas incurrerat, aut incurriſſe videri poterat, abſoluit, rogauitque Regem vti hancce gratiam cum humilitate & animi debita ſubmiſſione ſuſciperet. Talis autem eſt eius Bulla.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Chariſſimo in Chriſto filio Phi- «
lippo Regi Francorum illuſtri Sal. & Apoſtol. Bened. Quanta nos, fili cariſſi- «
me, ad tui dilectionem ſollicitudo impulerit Paſtoralis Officij, quantáve pater- «
næ pietatis dilectio ad ſalutem tuam ſuper te viſcera manſuetudinis noſtræ com- «
mouerit, abſolutio, quam tibi nuper abſenti & non petenti ab omnibus excom- «
municationum ſententijs, quibus ex quacumque cauſa forſitan tenebaris ad- «
ſtrictus, in tuorum Nunciorum præſentia te in benedictione dulcedinis præue- «
nientes impendimus, manifeſtat. Id ne ſanguis tuus de noſtris requiratur ma- «
nibus feciſſe lætamur, id egiſſe non pœnitet, & quod plus eſt, illud etiam fa- «
cere debebamus. Sumus namque illius Vicarius qui dixit hominem illum qui «
fecit cœnam magnam ſeruo ſuo dixiſſe, *Exi in vias & ſepes & compelle intrare* «
vt impleatur Domus mea. In hoc parabolam illam impleuimus ſecundum quam «
habens centum oues relictis nonaginta nouem in deſerto, vadit ad illam quam «
deuiaſſe putabat, donec inueniat eam & inuentam imponit in humeros ſuos «
gaudens. Nunquid igitur te etiam ſi nolles, non cogemus intrare? Numquid «

» tantam ouem quanta tu es, ſic nobilem, præcipuam & præclaram relinque-
» mus, quin impoſitam noſtris humeris reducamus? Abſit quantum in nobis ſit
» negligentia talis, abſit omiſſio tam damnoſa, nempe ſi corporum Medici quan-
» doque inuitis apponunt medicamenta ſalutis, quantò magis nos qui animarum
» omnium curam diuina diſpoſitione ſuſcepimus, hoc implere tenemur? Porro
» quis ſuperbum Epiſcopum vrbis & orbis de humilitate redarguet? quis ſuper-
» ſtitioſus eius cui, ſicut ſcriptum eſt, ſanctitas ignoſcendi dereliquit gloriam, ſi
» indulget, reprehendet? Quis præterea adeo rigidus tam ſalubrem clemen-
» tiam in ſua contineret ira, vel ſæuitia conderet, certè nullus qui pacem dili-
» gat, qui quietem ſubiectorum deſideret & Eccleſiæ tranquillitatem exquirat.
» Hanc itaque noſtram, imò Dei, cuius in terris legatione fungimur, deuotè,
» velut obedientiæ filius gratiam ſuſcipe humilis, ſicut prudens ex ea efficere,
» nobis Patri tuo crede, & ad obedientiam Matris Eccleſiæ tibi ſalutiferam &
» honorabilem te conuerte firmiſſimè, ſperans quod à te nihil aliud quàm tuam
» ſalutem & Regni tui gloriam affectamus. Conſidera, fili, quod Ioas Rex Iuda
» glorioſus vixit & recta eſt operatus, ●onec conſilio & doctrina Ioiada ſummi
» Sacerdotis eſt vſus, quo ceſſante ignominia affectus eſt, & occiſus gladijs ſer-
» uorum propriorum occubuit. Auſculta ergo Patrem tuum & in eius parabolas
» aures tuas inclina, ſic Deo propitio tuum ſtabilietur regnum & gloriaberis
» in terra ſublimis. Ad hæc Nuncios tuos prædictos læti recepimus & litteras tuas
» libenter vidimus; quas nobis ijdem nuncij ex parte tuæ Celſitudinis præſenta-
» runt. Datum Romæ apud S. Petrum 4. Non April. Pontif. noſtri an. 1.

Similiter aliâ Bullâ eodem anno 3. Id. Maij data abſoluit omnes Prælatos, Clericos, Barones & Nobiles qui à Bonifacio excommunicati fuerant, propterea quod eos qui Romam commeabant, è Regno exire, aut egreſſos in Regnum regredi prohibuerant: eoſque etiam qui in detentione & captione Bonifacij opem præſtiterant & operam, excepto tamen Guillelmo Nogareto quem ſibi ſanctæque Sedi reſeruat.

» Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.
» Sanctæ Matris Eccleſiæ multa benignitas filiorum ſalutem deſiderijs intimis
» vigilanter exquirens, ad ea toto poſſe diligenter intendit, conflat operas & la-
» bores exponit, ex quibus eis proſperitatis & pacis incrementa proueniant; mo-
» leſtis via præcludatur euentibus & noxia ſubtrahantur. Nos autem qui eidem Ec-
» cleſiæ quanquam inſufficientibus meritis diſponente Domino præſidemus, ad
» vnierſas fidelium Nationes tanquam vniuerſalis eorum Pater, paternæ dirigimus
» conſiderationis intuitum, illis quietis & ſalutis commoda quantum Nobis ex
» alto permittitur procurando; ſed ad Regnum Francorum eiuſque Regem & in-
» colas tantò attentiùs aciem conſiderationis extendimus, quantò feruentius ſta-
» tum zelamus proſperum, quietem diligimus ac exaltationem ex intimis appeti-
» mus eorundem. Cum itaque ſicut accepimus, tam Archiepiſcopi & Epiſcopi,
» quàm alij Eccleſiarum ſecularium & Regularium Prælati & alij Clerici & Ec-
» cleſiaſticæ perſonæ, Religioſæ & ſeculares, necnon Barones, Nobiles & alij
» laïci de Regno prædicto Excommunicationum ſententijs olim à Bonifacio Pa-
» pa VIII. & alijs prædeceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus in impedientes eos
» qui ad Sedem accedebant Apoſtolicam, vel recedebant ab ea, ſeu litteras defe-
» rebant ipſorum & ex alijs cauſis in ſuis proceſſibus promulgatis, nec non latis à
» Canone pro eo quod ſe culpabiles reddiderunt in captione eiuſdem Bonifacij
» prædeceſſoris & Nunciorum ipſius & aliorum prædeceſſorum prædictorum te-
» neantur adſtricti, quorum aliqui diuina celebrarunt officia & immiſcuerunt
» ſe illis & receperunt Ordines & Beneficia Eccleſiaſtica ſic ligati, Nos præmiſſa
» omnia paternâ meditatione penſantes ac attendentes vtilitates & commoda
» quæ ex eodem Regno dum in ipſius Eccleſiæ deuotione perſiſtit, Eccleſiæ præ-
» dictæ proueniunt, quodque propter euitandum ſcandalum, præſertim vbi mul-
» titudo delinquit, ſeueritati eſt aliquid detrahendum. Sperantes inſuper quod
» Rex & incolæ memorati tantò Deum & dictam Eccleſiam ſtudebunt peram-
» pliùs & deuotiùs reuereri, quantò eadem Eccleſia miſericordiùs & gratioſiùs
» egerit cum eiſdem, huiuſmodi inducti conſiderationibus Archiepiſcopos, Epiſ-
» copos, Prælatos, Clericos, Perſonas, Barones, Nobiles & laïcos prædictos &
quoſ-

Digitized by Google

cunque & dicto Regno, qui huiuſmodi ſententijs Bonifacij & aliorum Præde- «
ceſſorum prædictorum quomodolibet adſtringuntur, omneſque qui occaſione «
huiuſmodi Captionis præfati B. Prædeceſſoris & Nunciorum prædictorum vel «
facto, opere vel fauore quomodocumque in ſententiam Canonis inciderunt, «
Guillelmo de Nogareto Milite, cuius abſolutionem Nobis & dictæ Sedi Apo- «
ſtolicæ ſpecialiter reſeruamus, duntaxat excepto, à ſententijs prædictis abſolui- «
mus, reſtituendo eos Communioni fidelium & Eccleſiaſticis Sacramentis. Cum «
illis inſuper ex eiſdem, qui prædictis ligati ſententijs Ordines & Beneficia Ec- «
cleſiaſtica receperant, quod in ipſis miniſtrare poſſint Ordinibus & eadem Be- «
neficia retinere, necnon cum eis qui ſic ligati diuina celebrarunt Officia, vel «
immiſcuerunt ſe illis ſuper irregularitate inde contracta, authoritate prædicta «
de miſericordia quæ ſuperexaltatur, iudicio diſpenſamus. Nulli ergo hominum «
liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, reſtitutionis & diſpenſationis infrin- «
gere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſe- «
rit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe «
nouerit incurſurum. Datum Peruſij 3. Id. Maij Pontific. noſtri an. 1. ſub plumbo. «

Idem Pontifex aliâ Bullâ reſtituit Eccleſijs Cathedralibus & Regularibus Ius præſentandi & conferendi Beneficia Eccleſiaſtica quod Bonifacius ſibi reſeruarat, quandiu Philippus contumax eſſet, vultque eadem planè ratione conferri quo ante Bullam & reſeruationem illam conferebantur.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio Phi- «
lippo Franciæ Regi illuſtri Sal. & Apoſtol. Bened. vt eò magis erga Deum & «
Apoſtolicam Sedem Regalis deuotionis excreſcat affectus, quo ſibi gratioſam «
ſedem repererit ſupradictam, votis tuis annuentes, tuas petitiones, quantum «
poſſumus, fauorabiliter exaudimus. Dudum ſiquidem Bonifacius Papa VIII. «
Prædeceſſor noſter certis ex cauſis prouiſionem omnium Cathedralium Eccle- «
ſiarum & Regularium tunc in Regno vacantium, vel quas tunc vacare continge- «
ret, dictæ Sedis diſpoſitioni reſeruare dixit, diſtrictiùs inhibens omnibus ad quos «
ius eligendi & poſtulandi Prælatos in ipſis Eccleſijs, aut confirmandi electiones «
vel admittendi poſtulationes vel aliàs earundem Eccleſiarum prouiſio, vel quæ- «
uis alia diſpoſitio pertineret, in huiuſmodi electionibus, poſtulationibus, confir- «
mationibus, admiſſionibus & prouiſionibus & quibuſcunqne diſpoſitionibus di- «
ctarum Eccleſiarum ſe intromittere, huiuſmodi reſeruatione durante quoquo «
modo præſumerent: ac de cætero decreuit extunc irritum & inane ſi ſecus ſuper «
hoc à quoquam fuerit ſcienter vel ignoranter attentatum. Nos autem Celſitudi- «
nis Regalis obtentu, pro cuius parte ſuper hoc nobis extitit ſupplicatum, reſer- «
uationem, inhibitionem & Decretum huiuſmodi Apoſtolica authoritate reuoca- «
mus, volentes vt prædicti omnes huiuſmodi iure illis competente, cum tempus «
ingruerit, vtantur liberè ſicut prius; & nihilominus prouiſiones & confirmatio- «
nes Electionum factæ poſt reſeruationem, inhibitionem, & Decretum prædictum «
in dictis Eccleſijs, dummodo aliàs Canonicæ fuerint, plenam obtineant firmita- «
tem; nec Electiones, aut poſtulationes factæ poſtmodum in prædictis Eccleſijs ex «
eiſdem reſeruatione, inhibitione ac Decreto, quin debitum ſortiantur effectum, «
poſſint quomodolibet impediri. Datum Viterbij 13. Kal. Maij Pontif. noſtri an. 1. «

Similiter idem Pontifex in gratiam Regis reſtituit Cancellarijs Pariſienſibus & aliarum Vniuerſitatum Regni quæ Appellationi adhæſerant, licentias impertiendi poteſtatem, itemque Magiſtris regendi in Theologia, Iure Canonico & Ciuili: vt patet ex hac Bulla data etiam Viterbij 14. Kal. Maij.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio Philip- « Restitvit Cancellariis Facvltatem licentiandi.
po Regi Francorum illuſtri Sal. & Apoſtol. Bened. Vt eo magis erga Deum & «
Apoſtolicam Sedem Regalis deuotionis excreſcat affectus, quo ſibi gratiorem «
ſedem repererit ſupradictam, votis tuis libenter annuimus, tuaſque petitiones «
cum Deo fauorabiliter exaudimus. *Dudum ſiquidem Bonifacius Papa VIII. Præ-* «
deceſſor noſter certis ex cauſis omnes in Regno tuo poteſtatem habentes licentiandi Mag- «
ſtros aut Doctores in Theologica Facultate, ſeu in Iure Canonico vel Ciuili, ab huiuſmodi «
poteſtate ſuſpendit vſque ad eiuſdem Sedis beneplacitum voluntatis, decernens extunc «
irritum & inane ſi ſecus ſuper hoc à quoquam ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. «
Nos autem Celſitudinis Regalis obtentu pro cuius parte ſuper hoc nobis extitit «

» ſupplicatum, ſuſpenſionem & Decretum huiuſmodi authoritate Apoſtolica re-
» uocamus, volentes vt omnes in eodem Regno poteſtatem huiuſmodi obtinen-
» tes, eâ vtantur liberè ſicut prius. Quod ſi forſan aliquis huiuſmodi ſuſpenſione
» durante in Iure ac Facultate prædictis licentiati fuerint per eoſdem, quod actum
» per eos extitit, in hac parte, ratum nihilominus ſit & firmum, ac ſi eadem ſuſ-
» penſio nullatenus præceſſiſſet. Datum Viterbij 14. Kal. Maij, Pontific. noſtri
» an 1. ſub Bulla plumbea.

Ex hac opinior Bulla Ducheſnius in notis ad Hiſtoriam Abaelardi auguratur Benedictum XI. parem authoritatem ac facultatem Cancellario B. Mariæ conceſſiſſe, quæ longo ante tempore conceſſa fuerat San-genoueſiano, primumque illum eos æquaſſe. Verum ex dictis conſtat Cancellarium B. Mariæ non eſſe poſteriorem San-genoueſiano: Benedictum verò ſolummodo licentiandi poteſtatem reſtituiſſe vtrique, quam Bonifacius ſuſtulerat, aut certè ſuſpenderat.

Denique quia plurimi Prælati & Doctores à Bonifacio vocati ad Synodum Romanam ire detrectauerant, cauſantes prohibitos ſe Regio interdicto, ob idque verebantur ſe cenſuras incurriſſe propter inobedientiam, Benedictus eos in gratiam eiuſdem Regis hac Bullâ abſoluit.

» Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio Philip-
» po Regi Franciæ illuſtri ſal. & Apoſtol. bened. Dudum Bonifacius Papa VIII.
» Prædeceſſor noſter venerabiles fratres noſtros Archiepiſcopos, Epiſcopos, & di-
» lectos filios Electos & Capitula Eccleſiarum Cathedralium Regni Franciæ, ac
» Doctores in Theologia & Magiſtros in Iure Canonico & Ciuili de Regno natos
» eodem ob certas cauſas in litteris ſuis ſuper hoc directis expreſſas ad ſuam præ-
» ſentiam conuocauit, mandans diſtrictè in virtute obedientiæ, vt coram ipſo eis
» ad hoc ſtatuto termino comparerent. Quorum plures, ſicut ex parte tua nobis
» fuit expoſitum, coram Prædeceſſore prædicto non comparuerunt termino præli-
» bato. Nos autem Celſitudinis Regalis obtentu, pro cuius parte Nobis ſuper hoc
» extitit ſupplicatum, prædictis omnibus qui in ijs inobedientes fuerunt vel etiam
» contumaces, remittimus huiuſmodi inobedientiam, contumaciam & contem-
» ptum, vt exinde nullum ipſis poſſit imminere diſpendium, nullumque obſtacu-
» lum interponi. Datum Perufij 3. Id. Maij, Pontific. noſtri an. 1.

Verum hic Pontifex paulo magis quàm forte decuiſſet, Mendicantibus addictus, Bonifacij Conſtitutionem circa Prædicationes, Confeſſionum auditiones & ſepulturas temperauit; habeturque eius Bulla inter Extrauagantes Communes titulo de priuilegijs; & ea cauſa fuit maximorum diſſidiorum, fuiſſetque longè maiorum, niſi eam Clemens V. in Concilio Viennenſi nouâ conſtitutione abrogaſſet, vt ſuo loco referemus. Talis autem eſt.

Constitvtio circa Privilegia Mendicantivm.

» Benedictus.... Inter cunctas ſolicitudines noſtras, quibus nos Paſtorale pre-
» mit officium & debitum Apoſtolicæ ſeruitutis adſtringit, illa debet eſſe præ-
» cipua, vt Gregi Dominico nobis ſupernâ diſpoſitione commiſſo animarum
» cura non deſit, ne illum lupus rapax, antiquus ſerpens humani generis ini-
» micus inuadat, eiuſque ſanguis, de noſtris, quod abſit, clamante Propheta,
» manibus requiratur. Debemus inſuper quantum ex alto permittitur, Pacem
» inſerere, remouere ſcandala, iurgiotum amputare materiam & intelligere
» ſuper egenum & pauperem, quia non in finem obliuio erit pauperis, & pa-
» tientia pauperum non peribit in finem. Sane dudum bonæ memoriæ Boni-
» facius Papa VIII. prædeceſſor noſter quandam ſpecialem inter Prælatos, Re-
» ctores ſeu Sacerdotes & Clericos Parochialium Eccleſiarum ex parte vna, &
» Prædicatorum ac Minorum ordinum Fratres ex altera ſuper faciendarum
» Prædicationum, audiendarum Confeſſionum per eoſdem Fratres, ac de eis re-
» lictis & de funeralibus Canonicæ portionis articulis conſtitutionem edidit,
» certum his modum imponens, prout in eadem Conſtitutione continetur. Sed
» pro ea quam intendebat quiete, turbatio nata eſt, pro concordia ſunt ſuborta
» diſſidia, & pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noſcuntur: ſicque dum
» anſam ſoluiſſe ſe credidit, nodum ligaſſe videtur, & ſeptem vno hydræ am-
» putato capite ſuſcitaſſe. Nec mirum, quia plerumque pariunt nouitates diſ-
» cordiam, præſertim cum ab eo quod diu æquum viſum eſt, per nouam con-
» ſtitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens vel alia cauſa ſub-

eſt. Ideoque cupientes vt ipſi Gregi cura noſtra eò plenior intendatur, quò «
amplior in agro Domini operariorum numerus operatur, ſuper egenum inten- «
dentes & pauperem, ac nouitatem remouentes, per eandem Conſtitutionem «
inductam, Statuimus de Fratrum noſtrorum conſilio, vt Priorum Ordinum «

Circa Prædicatores.

Fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in Eccleſijs ac locis ipſorum quæ impræ- «
ſentiarum habent & in poſterum obtinebunt, ac in plateis communibus ſeu pu- «
blicis liberè abſque Diœceſanorum & aliorum Prælatorum petita licentia va- «
leant Clero & populo prædicare eiſque proponere verbum Dei. Caueant ta- «
men omnino ne horâ in quâ Diœceſani prædicti prædicarent, vel coram ſe fa- «
cerent prædicari, prædicent ijdem Fratres. Putamus etenim dignum vt maiori «
minor & ſuperiori inferior deferat in hac parte; niſi forſan aliud circa hoc fa- «
cerent de voluntate Diœceſanorum ipſorum, *aut in ſtudijs Generalibus prædicarent* «

Nota de Prædicationibus Vniuerſitatis.

diebus illis duntaxat quibus ſermones ad Clerum fieri ſolent & ſolemniter prædicari, «
ſeu mortuorum funeribus, vel eorundem Fratrum feſtis ſpecialibus, ſeu pecu- «
liaribus: quia in his caſibus cum Diœceſanis in Prædicationibus concurrere po- «
terunt. Vbi verò ijdem Diœceſani vocarent generaliter ad ſe Clerum aliqua ra- «
tione, vel vrgente cauſa illum ducerent congregandum, *ea horâ in ſtudijs memo-* «
ratis diebus ſæpedicti Fratres ab huiuſmodi Prædicatione ceſſabunt. In Eccleſijs au- «
tem Parochialibus Fratres ipſi inuitis eorum Rectoribus ſeu Sacerdotibus, niſi «
iuſſi à Superioribus eorundem (hoc eſt Diœceſanis) non audeant prædicare. «

Circa Confeſſiones.

Sed quia multoties propoſitum verbum Dei audientem à peccato non re- «
trahis, idcirco poſt Prædicationem neceſſarium eſt Pœnitentiæ Sacramentum; «
circa quod, niſi articulus neceſſitatis occurrat, Sacerdoti facienda oris Con- «
feſſio, (prout ſcriptum eſt, *Corde ad iuſtitiam creditur, ore autem fit Confeſſio ad* «
ſalutem,) exigitur. Aliàs fruſtra eſſet in Sacramento eodem Sacerdotis, qui in- «
ter lepram & lepram debet diſcernere, miniſterium inſtitutum. Electi igi- «
tur ab eiſdem Fratribus ad audiendum Confeſſiones & Pœnitentias iniungen- «
das liberè authoritate Apoſtolica abſque licentia Diœceſanorum & aliorum «
Prælatorum inferiorum Exemptorum & non Exemptorum quibus ſubſunt, qui «
ad confitendum accedunt, audiant eis peccata ſua confiteri volentes. Non «
Religioſos, qui ſecundum ſtatuta ſuorum Ordinum proprijs Prælatis confiteri «
debent, aut ab eis ne confiteantur alijs, prohibentur, abſoluant, ipſiſque pœ- «
nitentias ſalutares iniungant infra ſibi deſignatos terminos ad huiuſmodi exer- «
cendum Officium conſtitutos. Excommunicationes verò vel alias ſententias «
per Prælatos latas contra hoc, vel in eius fraudem, denunciamus irritas & ina- «
nes; nec Confeſſi ipſis Fratribus peccata illa de quibus confeſſi ſunt eis & ab- «
ſoluti Pœnitentes, de illis Sacerdotibus proprijs teneantur, ſicut etiam non te- «
nentur, iterum confiteri, non obſtante Conſtitutione Generalis Concilij, quæ «
ſano intellectu, ne ſequatur abſurdum quod per Pœnitentiam dimiſſa peccata «
quis confiteri debeat, & quod liberatus debitor adhuc ad ſoluendum rema- «
neat obligatus) intelligenda eſt, vt ex ea patet de illis qui peccata ſua alijs con- «
fiteri neglexerunt. Sed Sacerdotes ipſis taliter confeſſis & abſolutis adſtricti ſint «
miniſtrare Euchariſtiæ & extremæ etiam Vnctionis Sacramentum. Super Con- «
feſſione autem factâ Fratribus memoratis, cum & confitentis ſolius præiudi- «
cio, ſi falſum dicat, agatur in Iudicio animæ ſeu Pœnitentiæ foro, ſtabitur «
ſimplici verbo illius, qui Sacramenta petit prædicta & dicit Fratribus ſe con- «
feſſum. Duos tamen excipimus caſus, ſcilicet ſi Sacerdos aſſerat eum Excom- «
municatum aut notoriè peccatorem. Sed videat ne id dicat mendaciter, aut in «
dolum vel in fraudem; quia ſi hoc egerit, à delicto tali, niſi plenè ſatisfecerit, «
præterquam in morte, abſolui nequeat, nec de illo ad pœnitentiam aliter ad- «
mittatur. «

Vt autem Diœceſanis honor debitus reſeruetur, præcipimus vt Prouinciales «
Priores Prædicatorum, & Miniſtri Minorum Ordinum præfatorum per ſe vel «
alios verbo vel ſcripto eis ſignificent ſe fratres ad huiuſmodi Confeſſionum au- «
diendatum & pœnitentiarum iniungendarum Officium elegiſſe, & non nomi- «
nando aut coram ipſis ſiſtendo eos, nec illorum numerum exprimendo petant «
humiliter à Diœceſanis eiſdem quod ijdem electi fratres de ipſorum beneplacito «
& licentia dictum poſſint in eorum Ciuitatibus & Diœceſibus infra eis determina- «

» tos fines officium exercere. Quod ſi denegent, vel infra triduum non concedant.
» extunc ijdem fratres nihilominus authoritate eadem huiuſmodi officium exe-
» quantur. Datam verò licentiam per Diœceſanorum mortem nolumus termina-
» ri. Per hoc autem non intendimus, quod ſæpè dicti fratres qui ad hoc eligentur
» officium exercendum, plus habeant in audiendis Confeſſionibus & Pœnitentijs
» iniungendis, quàm Parochiales Sacerdotes noſcuntur habere. Sicque de Caſi-
» bus Epiſcopis & Superioribus quos inferius denotamus, ac Sedi Apoſtolicæ re-
» ſeruatis ſe nullatenus intromittant. Obſeruent ergo ſollicitè dicti fratres, ne
» ad Confeſſiones recipiant criminoſos criminibus, pro quibus ſolennis eſt pœni-
» tentia indicenda. Modo eodem Excommunicatos reſpuant & Clericos, qui pro-
» pter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt. Inconueniens enim exiſti-
» mamus, vt à peccato abſoluat, qui pœnitentiam ei debitam imponere, aut
» irregularitatis pœnam peccati ſequelam, vel Excommunicationem quæ infligi-
» tur maximè à Iure, quandoque pro crimine, quive quem ab Eccleſia & per con-
» ſequens à participatione Eccleſiaſticorum Sacramentorum excludit, remoue-
» re non poteſt. Incendiarios eoſque qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis,
» quod ea rationabilis conſuetudo præſcripta Canonicè in Epiſcopatibus aliqui-
» bus reſeruauit Epiſcopis, ſimiliter non admittant. Quam conſuetudinem ex cau-
» ſa quæ iuſtè ad id animum noſtrum mouit, ſolummodo circa voluntariè homici-
» das, falſarios, Eccleſiarum immunitatis & libertatis Eccleſiaſticæ violatores &
» ſortilegos approbamus. Quod ſi forſan antequam ab eo qui poteſtatem habet,
» abſolui poſſint, mors talium confiteri volentium veriſimiliter timeatur, etiam
» in prædictis caſibus ſæpè fati fratres eos confiteri volentes audiant, ipſiſque be-
» neficium abſolutionis impendant, ſed ſubeant iuramentum, quod liberati ſe
» ſuis Epiſcopis & Excommunicatoribus præſentabunt, excommunicantium
» ſuper his pro quibus ab eis excommunicati erant & Epiſcoporum pro peccato
» huiuſmodi parituri mandatis. Verum quia poſt baptiſmum inter cætera ma-
» gis ad ſalutem neceſſaria eſt propoſitio verbi Dei, quo audientes illud quod
» eſt victoria noſtra, inſtruuntur in fide, docentur fugienda fugere & ſectan-
» da ſectari, à quo per peccatum lapſi reſurgunt, Pœnitentiæ Sacramentum
» perficiunt. Grandis nobis ſollicitudo incumbit vt tales ad hæc promouean-
» tur fratres qui oleo dulcedinis verbi eiuſdem noſtros foueant ſubditos, à peccatis
» prohibeant, increpationis vitio peccatorum ſuorum mordeant vulnera, eoſque
» ad illa pœnitentiæ acrimoniâ purgandum & tergendum prouocent & inducant.
» Ad id verò exequendum ſententia Diuinæ legis expoſcitur, deſideratur ordo &
» vitæ integritas etiam poſtulatur. Scriptum eſt enim, Tu ſententiam repuliſti, &
» Ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi, quia labia Sacerdotis cuſto-
» diunt ſcientiam & legem exquirunt ex ore eius; aliàs prout ad eum pertinet,
» inter peccatum & peccatum non poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens Dei
» deberet narrare Iuſtitias & teſtamentum illius aſſumere per os ſuum. Nam cu-
» jus vita deſpicitur, conſequens eſt, vt eius prædicatio contemnatur.
» Quare decernimus vt Priores & Miniſtri Generales & Prouinciales Prædicato-
» rum & Minorum Ordinum præfatorum, vel eorum Vicarij de diſcretorum con-
» ſilio ad tam ſalubre officium fratres Diuina ſcientia doctos, diſcretione vigentes,
» vitâ probatos & expertos moribus (alioquin diſtrictam reddent in futuro exa-
» mine rationem) eligant & aſſumant: ſic enim quod prædicabunt facient, quæ
» arguent, operari ceſſabunt, & in eis ædificabitur populus verbo pariter & exem-
» plo. Cæterum licèt, ſicut prædicitur, de neceſſitate non ſit iterum eadem con-
» fiteri peccata, tamen quia propter erubeſcentiam quæ magna eſt pœnitentiæ
» pars, vt eorundem peccatorum iteretur confeſſio, reputamus ſalubre, diſtrictè
» injungimus, vt fratres ipſi confitentes attentè moneant & in ſuis prædicationibus
» exhortentur, quod ſuis Sacerdotibus ſaltem ſemel confiteantur in anno, aſſeren-
» do id ad animarum profectum proculdubio pertinere.

Circa ſe-pvltvras. » Porrò vt circa ſepulturam apud loca eorundem fratrum eligentium ſepeliri
» & portionem Canonicam de relictis eiſdem fratribus minimè detrahendam, ne-
» queat in poſterum dubitari, iubemus vt corpora defunctorum, qui apud eorun-
» dem fratrum loca elegerint dum viuerent ſepulturam, proceſſionaliter cum cru-
» ce, thuribulo & aqua benedicta cantando ſeu legendo Officium mortuorum vel

Pſalmos & alienas ingredientes Parrochias poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre «
Eccleſias tumulanda. De quibuſcunque verò relictis præfatis in communi, vel «
ſingulis vltimis decedentium voluntatibus, ſiue apud eos ſepeliendi ſint, ſiue «
alibi, nulla per Parochiales Sacerdotes morientium, à qua fratres ipſos liberos «
eſſe volumus, Canonica portio, vel multo minus per Epiſcopos Epiſcopalis «
quarta omnino cum eis tanquam exempti non ſubſint; nec etiam debita iura «
Parochiæ, ſi forſan Cathedralis defunctorum eſſet Parochialis Eccleſia, detra- «
hatur. De funeralibus autem medietatem, ſi commodè diuiſionem recipiant, «
aliàs eiuſdem medietatis æſtimationem ſoluant Parochiali Eccleſiæ & Sacerdo- »
tibus antedictis. Funeralia verò intelliguntur hoc caſu quæ cum funere defe- «
runtur. De Candelis verò quas fratres portant, portio non petatur. Moneant «
autem iidem fratres & pro poſſe inducant confitentes ſibi, vt de propriis bonis ſuis «
Parochialibus Eccleſiis eorumque Sacerdotibus competenter relinquant; & «
quæ eis debent Parochialia iura reddant. Adhoc non murmuret, quæſumus, «
ſecularis Clerus, non gerant moleſtè Prælati quod circa præmiſſa ſic duximus «
prouidendum. Attendant quanta ex his quæ in primis duobus articulis ſtatuta «
ſunt, ſalus animarum proueniat. Aduertant, quanta tolluntur iurgia, & paten- «
ter conſiderent quod eorum onera cum aliis noſtro Beneficio ſalubriter & quaſi «
neceſſario partiuntur. Circa tertium verò articulum diligenter intelligant, quod «
fratres ipſi hoc per Priuilegia Romanorum Pontificum eis benignè conceſſa an- «
te conſtitutionem eandem hactenus habuerunt. Quodque ſuum pauperes nil «
habentes ſinguli in communi ruſtica prædia imò nec vrbana vel mobilia, eorum «
alteri, vel etiam vniuerſi mendicant victum: quærunt veſtitum & eatenus ſuſti- «
nere poſſunt, quatenus vel viuorum pietas, aut morientium charitas eis neceſ- «
ſaria ſubminiſtrat. Quis ergo non miſereatur eorum, qui omnia, voluntatem «
etiam habendi reliquerunt? quis non compatiatur eiſdem operantibus tam «
vtiliter in agro prædicto? certè nullus, niſi qui triturantis bouis os impiè alli- «
gare velit, aut eos ſubtractis alimentis necare. Inopes patrimonij onera ipſa «
non habendi neceſſitate non ſuſtinent & à curialibus res Eccleſiis vel piis locis «
donatas à quartæ præſtatione ſeu lucratiuorum inſcriptionibus lex facit immu- «
nes. Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam. Et legata ad fabricam vel «
pro ornamentis Eccleſiis, aut ad Diuinum cultum perpetuum, ſolutioni non «
ſubjacent Canonicæ portionis. Pauperes autem, vt dictum eſt, ſunt fratres, & «
quod eis relinquitur, aut in ſua alimenta erogant, aut in fabricam, ſiue in cul- «
tum Diuinum & Eccleſiæ ornamenta conuertunt. Propter quod nos qui de- «
bemus intelligere ſuper egenum & pauperem, & non obliuiſci eorum, cum hu- «
manitatis ſit etiam ſecularis Principis proſpicere egenis, & dare operam vt pau- «
peribus alimenta non deſint, non tam piè quàm quodammodo iuſtè in eodem «
articulo egimus, egenos eoſdem, vt præmittitur, reddendo ab onere Canonico «
portionis exemptos. Hac autem dicta Conſtitutione, quæ incipit *Super Cathe-* «
dram quam penitus reuocamus, aliiſque quibuſcunque Conſtitutionibus ſpe- «
cialibus & generalibus Statutis, Priuilegiis, Indulgentiis ſub quacunque forma «
verborum conceſſis; etiamſi de ipſis de verbo ad verbum vel aliquorum nomini- «
bus in noſtris litteris oporteret fieri mentionem, conuentionibus, pactis, jura- «
mentis, ſententiis, conſuetudinibus contrariis nequaquam obſtantibus inuiola- «
biliter obſeruari ſancimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam «
noſtrorum Statuti, denunciationis, exemptionis, præceptorum, approbationis, «
juſſionis, voluntatis, reuocationis & ſanctionis infringere. Si quis autem, &c. «

Eodem anno Nonis Iuliis Peruſij Benedictus ex veneno, vt aiunt, doloſè fi-
cubus ſubmiſſo obijt, ſepultuſque eſt in Templo Dominicanorum, & marmoreo
ſepulchro decoratus. Poſt eius mortem decem menſium & amplius fuit Inter-
pontificium. Itaque de eius ſucceſſore ad annum ſequentem agetur.

Hæresis Ioannis Parisiensis.

Ad hunc annum legitur in Memoriali Hiſtoriarum M. Ioannem Pariſienſem
Ordinis Dominicani, ſubtilem hominem, actu regentem in Scholis Theologicis,
propter nouam quandam propoſitionem *de Corpore Chriſti* in Sacramento Alta-
ris, publicè Scholaſticis traditam & propugnatam, à M. Guillelmo Bauſeti Epiſ-
copo Pariſienſi & Magiſtris in Theologia pluries auditum, demum ab Ægidio
Romano Archiepiſcopo Bituricenſi, Guillelmo Ambianenſi Epiſcopo aduo-

catis Doctoribus Theologis, examinatâ diligentius theſi prohibitum fuiſſe legere & diſputare Pariſiis deinceps. A quorum ſententia cum ille Pontificium forum appellaſſet & ad Curiam Romanam profectus fuiſſet, ibi deceſſit. Is eſt Ioannes qui contra Bonifacium Philippi Regis ſuſceperat defenſionem, quique promotionem Bonifacij ad Pontificatum, & Cœleſtini abrogationem irritas fuiſſe propugnarat. Eum autem tam acrem tamque vehementem aiunt fuiſſe in Diſputationibus, vt Pungens-Aſinum cognominatus fuerit.

Hoc quoque anno Gonſaluus Minoritarum Præpoſitus Generalis datis ad Guardianum Conuentus Pariſienſis litteris, Ioannem Scotum, qui tum ibi degebat, in ſacra Theologia laureari permiſit, & alium quendam, F. Albertum, ſi poſſet id à Cancellario Pariſienſi obtinere, vt ſcribit Petrus Rodulfus. Litteræ tales ſunt.

De Ioan. Scoto. In Chriſto ſibi Chariſſimis Patribus Guillelmo Guardiano Pariſius, vel eius Vicario & Magiſtris Fr. Gondiſaluus gaudens in Domino. Ad expeditionem » Dilecti in Chriſto Patris Ægidij de Legniaco, de quo per litteras veſtras certi- » ficatus exiſto, cum de alio, vt moris eſt, eodem calculo præſentando prouidere » oporteat, & cum ſecundum Statuta Ordinis & ſecundum Statuta veſtri Con- » uentus Baccalaureus eiuſmodi præſentandus ad præſens debeat eſſe de aliqua » Prouincia aliarum à Prouincia Franciæ, Dilectum in Chriſto Patrem Ioannem « Scotum, de cuius vita laudabili, ſcientia excellenti, ingenioque ſubtiliſſimo » aliiſque inſignibus conditionibus ſuis partim experientiâ longâ, partim famâ » quæ vbique diuulgata eſt, informatus ſum ad plenum, dilectioni veſtræ aſſigno » poſt dictum Patrem Ægidium principaliter & ordinariè præſentandum. Injun- » go nihilominus vobis ad meritum ſalutaris obedientiæ, quatenus præſentatio- » nem huiuſmodi cum ſolemnitate ſolita ſine multo diſpendio facere debeatis. » *Si tamen conſtiterit vobis quod D. Cancellarius velit duos ſemel licentiare de noſtris*, » volo & placet mihi, quod F. Albertus Metenſis, ſi ad Conuentum redire po- » terit, cum præfato F. Ioanne debeat expediri. In quo caſu mando & ordino » quod dictus Fr. Albertus Antiquitatis merito prius incipere debeat, dicto Fr. » Ioanne ſub eo poſtmodum incepturo. Valete in Chriſto & orate pro me. Da- » tum in loco Eſculi Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ 14. Kalend. Decembres, » anno 1304.

Igitur Ioannes Duns vulgò Scotus, quem, ſicut Homerum olim ſeptem vrbes, ſibi vindicant Angli, Scoti & Hiberni, Oxonij primùm ſtuduerat, Collegiique Merthonenſis alumnus ſeu Burſarius fuerat, vt teſtatur Lalandus ex inſcriptione quam ait paſſim legi in Codicibus Bibliothecæ Merthonenſis Collegij in eadem Vniuerſitate fundati, quæ talis eſt. *Explicit lectura Doctoris ſubtilis in Vniuerſitate Oxonienſi ſuper libros Sententiarum, ſcilicet Doctoris Ioannis Duns, nati in quadam villa de Emylden vocata Dunſtane (contractè Duns) in Comitatu Northumbriæ pertinente ad Dominium Scholaſticorum de Marton Bauulæ in Oxonio, & quondam dictæ Domus Socij.* Ibi M. Willielmo de Warra ſeu Warrone Præceptore in Theologicis vſus fuerat, quo Lutetiam auocato, ad Cathedram Theologicam ſuffectus aliquandiu docuit; & poſtea veniens ipſemet Pariſios, Baccalaurei primùm, deinde Doctoris Theologici inſignibus decoratus eſt, licèt Oxonienſis jam Doctor eſſet. *Primum autem locum*, inquit Poſſeuinus, *in Schola Pariſienſi aſſecutus Academiam illam multum illuſtrauit Theologiâ Scholaſticâ, multis ſubtilitatibus acutâ.*

Cauſa veniendi Lutetiam hæc fuit, vt Immaculatam Virginis Conceptionem aduerſus Dominicanos, qui eam impugnabant, tueretur, vti iam Oxonij fortiter defenderat. Qua de re Pelbertus Temeſtarius lib. 4. Stell. p. 1. art. 3. » *Aduerſæ partis tutoribus ſe oppoſuit ingenioſiſſimus Doctor: magnum fuit pondus ar-* » *gumentorum, quibus impetebatur*, erantque numero 200. omnia ſine interruptio- » ne, quieto & tranquillo animo attentè audiuit & memoria mirabili ſuo ordine » reſumpſit, ſoluendo intricatas eorundem difficultates & nodoſos ſyllogiſmos ea » facilitate quâ Samſon Dalilæ ligamina in fauorem Philiſtinorum poſita dirum- » pebat. Addidit Scotus multas & fortiſſimas rationes, probans Virginem ſanctiſ- » ſimam ſine Originalis peccati macula conceptam. Actus obſtupefecit ſapien- » tiſſimam illam Vniuerſitatem Pariſienſem, quæ in gratificationem Scotum cele- » berrimo nomine Doctoris Subtilis inſigniuit.

Digitized by Google

Hnnc Actum celeberrimum in cauſa fuiſſe aiunt, cur Vniuerſitas, aut certè Theologica Facultas Decreto cauerit, ne ad vllos Gradus Scholaſticos admitteretur vllus, quin prius iuraret ſe defenſurum eandem opinionem. Decreto additum votum de celebranda quotannis Feſtiuitate Immaculatæ Conceptionis, Reuerendo Epiſcopo Pariſienſi Miſſam celebrante, & vno è Magiſtris Theol. Concionem ſacram habente.

Scripſit quoque Pineda, cum Ioannes ad Diſputationis locum procederet, ad Statuam D. Virginis oraſſe opemque expoſtulaſſe: at illam inclinato capite annuiſſe. Perſeuerante in hunc diem capitis inclinatione. Cæterum de Ioanne iterum ad an. 1308. dicemus.

Extat in libro antiquo Procuratorum Nationis Gallicanæ ſupplicatio M. Guillelmi Britonis tunc Procuratoris de qualitate Intrantium ſeu Electorum Rectoris & Procuratoris, ſub hoc titulo. *Supplicatio M. Guill. Britonis tempore illo Procuratoris Nationis Gallic. ſuper habilitate vel inhabilitate Intrantium tam in eligendo Rectorem quàm Procuratorem*; talis autem eſt.

Memorandum quod an. Dom. 1304. die Veneris poſt B. Lucæ Euangeli- «
Nota de Natione Gallicana.
ſtæ Feſtum Natione Gallicana vocatâ & congregatâ per M. Guill. Britonem «
apud S. Iulianum pauperem ad ordinandum, diſpenſandum & audiendum ſup- «
plicationem propoſitam à prædicto M. Guillelmo tunc temporis Procuratore «
Nationis, quod quotieſcunque perſona vel perſonæ, ſi multæ ſint alicuius Prouin-
ciæ inhabiles, reddantur ſeu reddatur, ira quod prædicta Prouincia non amplius «
perſonas ad eligendum habiles haberet, quod ſequens Prouincia defectum ſupple- «
ret Prouinciæ perſonas habiles non habentis, quod non tamen nomine prædictæ «
intrantis Prouinciæ, ſed ſolum nomine Nationis. Propoſita inſuper de M. «
Yuone Britone qui electionem intrauit prima die legibili ordinariè poſt Feſtum «
B. Dionyſij qualiter intrauerat, vtrum nomine ſuæ Prouinciæ, aut nomine præ- «
cedentis intrauit, reſpondit & deliberauit Natio, quod ei non placebat ſuper «
primo tunc temporis aliquid ordinare. De 2. deliberauit & reſpondit vnanimi- «
ter, quod vt brigæ, querelæ, rancoris & diſcordiæ in Natione non eſſet materia, «
ſed totaliter ſedaretur, electus fuerat in Rectoris electorem, non Turonenſis cu- «
ius extitit Prouinciæ oriundus, ſed ſolum nomine Nationis, &c. «

Ad hunc annum Ioannes de S. Victore refert obitum Simonis Pariſienſis Epiſcopi his verbis. *Simon Pariſienſis Epiſcopus obiit 10. Kal. Iulij apud Gentiliacum & Pariſius in Eccleſia B. Mariæ in Capella* quadam quam ipſe in honore S. Rogoberti Remenſis Archiepiſcopi conſtruxerat, ſepultus eſt. Vacauitque Se- «
des Pariſienſis Eccleſiæ factâ interim contentione inter Archidiaconos Pariſien- «
ſes & Capitulum pro Iuriſdictione. Sed ſedata eſt vſquequo Feria 6. ante Fe- «
ſtum S. Matthæi Apoſtoli, M. Guillelmus de Aurillac Canonicus Pariſienſis «
ſatis concorditer in Epiſcopum Pariſienſem electus eſt, conſecratuſque eſt à «
Stephano Beſquart tunc Archiepiſcopo Senonenſi circa medium Ianuarij in «
Feſto S. Supplicij Senonis cum honore. Epiſcopus Pariſ. 80. «

Eodem quoque anno Philippus Rex inſignem, ſed non incruentam nec ſine magno vitæ diſcrimine Victoriam de Flandris reportat die 18. Aug. quamobrem ille ne tanti beneficij immemor aut parum gratus videretur, centum libras Pariſienſes annui & perpetui reditus B. Mariæ Pariſienſi dat & legat in Caſtris propè Inſulam, vt patet ex hoc eius diplomate.

Philippvs Dei Gratia Francorvm Rex ad perpetuam rei geſtæ «
memoriam. Si Regnum Franciæ quod à priſcis temporibus Diuina ſtabiliuit po- «
tentia, multiſque ditauit beneficiis, & honoribus decorauit, nouiſſimis tempo- «
ribus doli Sathan adinuentor, perſequutor pacis & totius malitiæ ſeminator, «
inuidens, quod Regnum ipſum virtus Diuina ſic vallaſſet per circuitum, in Flan- «
driæ partibus Domino permittente tetigerit, ſubditoſque noſtros partium ea- «
rundem in ſuperbia & abuſione contra nos fecerit nequiter rebellare, ipſoſque «
totius incentor nequitiæ ſic in ſua rebellione firmaſſet, vt cogitantes iniquitates «
peſſimas in corde, tota die nobis conſtituerent prælia, ita vt Eccleſiis & aliis ſa- «
cris locis, villis & aliis Regnicolarum habitationibus incompoſitis, ſummæ «
vaſtationis jacturæ deditis, per eoſdem plures Nobiles & alias perſonas Regni «
eiuſdem, quod grauius eſt homini tam rebellionis mors amara rapuit, nec «

Digitized by Google

» in his auerſus eſſet furor eorum, ſed potius ſemper eorum ſuperbia aſcendiſſet; » tandem immenſa Chriſti pietas ſuæ glorioſæ Matris Mariæ Virginis pijs prouo- » cata precibus, ad Regnum ipſum, cuius regimen nobis miſeratio diuina com- » miſit, cor paternum reflectens, videns inimicorum nequitiam multam nimis, » & cor eorum impœnitens, Nos cum fideli exercitu Gallicano ad faciendam » vindictam in natione illa Flandrenſi contra rebelles ipſos, ſub fortis manus ſuæ » tegumento direxit, Nobiſque menſis Auguſti die 18. videlicet die Martis poſt » feſtum Aſſumptionis, in *loco qui Mons in Pabula* nominatur, contra ipſos ad » Nos in contumaci multitudine venientes ad pugnam conſtanter, placuit Altiſ- » ſimo, poſt longam cum inimicis prædictis dimicationem, eos in ventum ſuperbiæ » altius eleuatos ad ima deijciendo potenter elidere, eoſque cum pluribus ipſorum » Ductoribus & Capitaneis, in mortis laqueum per noſtrum & eiuſdem noſtri » exercitus miniſterium ſub potenti Domini manu deducere & glorioſum de ipſis » nobis præbere triumphum; ſicque mirabilis Deus qui pro nobis voluit operari, » vt meritò dici poſſit illam à Domino & non ab homine victoriam factam eſſe. » Quapropter nos in humilitatis ſpiritu confitentes Domino, eique & ſacratiſſi- » mæ Genitrici illius, deuotæ laudis ſacrificium offerentes, benedicimus ei qui » ſedens ſuper thronum iudicauit iuſtitiam Regni ſui, & vt Dominus, qui tan- » quam vir pugnator deleuit impios, ante faciem noſtram in ſuis laudetur operi- » bus, eiuſque non obliuiſcantur mirabilia & Beatiſſima Virgo Mater eius Maria » de præſtito nobis per eius ſuffragia filij ſui auxilio honoretur. *Nos ad laudem & » gloriam eiuſdem D. noſtri & B. Mariæ Virginis Genitricis eius Eccleſiæ Pariſienſi in » ipſius Virginis honore fundatæ 100. libras Pariſienſes annuos & perpetui reditus ob no- » ſtram & chariſſimæ Conſortis noſtræ Ioannæ Francorum Reginæ & liberorum noſtrorum » ſalutem, pacem & tranquillitatem Regni noſtri, noſtrorumque fidelium ſubjectorum con- » cedimus ab ipſius Eccleſiæ Pariſienſis Decano & Capitulo nomine dictæ Eccleſiæ haben- » das, tenendas, & poſſidendas liberè & pacificè in perpetuum abſque coactione vendendi,* » vel extra manum ſuam ponendi & abſque præſtatione financiæ cuiuſcunque, » capiendaſque in Theſauro noſtro Pariſienſi ſingulis annis die Feſto Dominicæ » Aſcenſionis, donec eas in locis & rebus competentibus dixerimus aſſidendas. » Volentes & ſtatuentes quod duæ partes dictarum 100. librarum inter Canoni- » cos, Vicarios & alios maiori altari deſeruientes ſecundum conſuetudinem Ec- » cleſiæ, terna verò pars inter Capellanos & Clericos Chori, qui in primis Veſ- » peris, Matutinis & Miſſâ ſolenni diei prædictæ intererunt, diſtribuantur: ita » quod in dictis Veſperis terna, in Matutinis alia terna, in Miſſa veró alia terna » pars per modum ſupradictum diuidantur de cætero in futurum. Quod vt ratum » permaneat, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum in » Caſtris propè Inſulam anno Dominicæ Incarn. 1304. menſe Septembri.

Eodem anno orta eſt inter Academicos & Præpoſitum Pariſienſem, qui Re- giorum Priuilegiorum Conſeruator eſſe debuiſſet, grauis & vehemens diſcordia. Cum enim ille Scholarem quendam Vniuerſitatis ſuſpendi patibulo ſtrangulari- que iuſſiſſet ſpretis eiuſdem Vniuerſitatis Priuilegiis & poſthabitâ Scholaris ap- pellatione, querelæ à tota Vniuerſitate delatæ ſunt ad Regem, interimque clauſæ Facultatum omnium Scholæ & ceſſatum ab omni docendi munere, do- nec Edicto Regio iuſſus Præpoſitus Academiæ alumnum ſuum reddere ſepelien- dum honorificè, eumque amplecti & oſculari.

Hiſtoriam hanc breuiter pertexit Ioannes de S. Victore, rei ſi non teſtis ocu- latus, certè propinquus. *Orta eſt*, inquit, *Pariſius diſcordia inter Scholares Vni- uerſitatis & Præpoſitum Pariſienſem propter ſuſpenſionem iniuſtam cuiuſdam Scholaris nimis præcipitanter factam. Ceſſatum eſt à lectionibus in omnibus Facultatibus, vſque- quo ipſe Præpoſitus de præcepto Regis ipſum forefactum ſecundum ipſius Vniuerſitatis li- bitum vel iudicium emendauit. Et hoc fuit circa Feſtum omnium Sanctorum. Die nam- que Martis poſt Feſtum omnium Sanctorum facta eſt reſumptio Lectionum.*

Meyerus lib. 14. Annal. Flandr. Claudius Eſpencæus tractatu de 3. Liliis Franciæ, Nicolaus Gillius & alij Noſtrates Hiſtorici huiuſce diſcordiæ litiſ- que mentionem faciunt: quorum aliqui tradunt tantam Academicos conce- piſſe animis indignationem aduerſus Præpoſitum illum, vt coactus fuerit ex Vrbe excedere, nec prius redierit quàm poſt impetratam à Clemente Pontifice perpetrati

Digitized by Google

perpetrati ſceleris abſolutionem. Gillius quidem ſic habet ad hunc annum. *En celle année s'eſmeut grand' diſſenſion entre les Recteur, Maiſtres & Eſcholiers de l'Vniuerſité de Paris, & le Preuoſt dudit lieu; parce que ledit Preuoſt auoit fait pendre vn Clerc de ladite Vniuerſité nommé Pierre le Iumel. Adonc ceſſa la lecture de toutes Facultez, iuſques à tant que ledit Preuoſt l'amenda, & repara grandement l'offenſe, & entr'autres choſes fut condamné ledit Preuoſt à le dépendre & le baiſer. Et conuint que ledit Preuoſt allaſt en Auignon vers le Pape, pour ſoy faire abſoudre.*

Contemptæ autem appellationis injuriam vltus eſt quoq; Officialis Eccleſiæ Pariſienſis dato ad omnes Parochos huius Vrbis mandato, vt ipſi cum ſuis plebibus conuenirent ad D. Bartholomæi, inde ad ædes Præpoſiti proceſſuri, conjecturique lapides & ipſum execraturi. Legitur hoc Mandatum in membranula quæ ſeruatur in Tabulario Vniuerſitatis. Eſtque huiuſmodi.

Officialis Curiæ Pariſienſis ſede vacante Omnibus Archipreſbyteris, Preſby- «
teris, Curatis, Capellanis, cæteriſque Eccleſiarum Rectoribus, ad quos præ- «
ſentes litteræ peruenerint, ſalutem in Domino. Vobis & veſtrum cuilibet in «
virtute S. obedientiæ & ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis quas in «
vos ferimus, niſi feceritis quod mandamus, quod die craſtina circa horam Primæ «
Dei ſeruitium compleatis, & quod hora Tertiæ præciſè ad Eccleſiam B. Bartho- «
lomæi Pariſ. proceſſionaliter accedentes vnà cum plebibus veſtris cruce & aqua «
benedicta & ſtolis, & exinde ad domum in qua Præpoſitus moratur aut morari «
conſueuit, vnà cum omnibus vos ſequentibus accedatis contra domum dicti Præ- «
poſiti lapides projiciendo dicentes & clamantes, RECEDE RECEDE MALEDICTE «
SATHANA, RECOGNOSCE NEQVITIAM TVAM, DANS HONOREM S. MATRI «
ECCLESIÆ, QVAM QVANTVM IN TE EST, DEHONESTASTI AC ETIAM IN «
SVIS LIBERTATIBVS VVLNERASTI: ALIOQVIN CVM DATHAN ET ABIRON «
QVOS TERRA VIVOS ABSORBVIT, ACCIPIAS PORTIONEM. Datum an. Do- «
mini 1304. die Lunæ ante Natiuitatem B. Mariæ Virginis. «

Cæterum errat Gillius aiens Scholarem illum nomine Petri Iumel appellari conſueuiſſe: nam in Antiquo Codice membranaceo Procuratorum Nationis Gallicanæ vocatur Philippus Barberius, diciturque ſtrangulatus iuſſu Petri Iumel vel Iumiaux, ad cuius cædis expiationem ipſe Præpoſitus iuſſus eſt fundare Capellanias duas 40. libellarum annui & perpetui reditus, ſuaque Præpoſitura diſcedere. Quam in rem legitur in Reg. Nat. Gall. Edictum Philippi poſt tunc titulum.

FVNDATIO 2. CAPELLANIARVM per Præpoſitum Pariſ. pro quodam exceſſu perpetrato in perſonam Philippi Barberij Scholaris Pariſienſis.

PHILIPPVS DEI GRATIA FRANCORVM REX, «
Notum facimus tam præſentibus, quàm futuris, quod cum ratione «
emendæ Dilectis noſtris Vniuerſitati Magiſtrorum & Scholarium Pari- «
ſienſium à Petro le Iumiaux factæ pro quibuſdam exceſſibus in perſonam Phi- «
lippi Barberij de Rotomago quondam Scholaris Pariſienſis ab ipſo Petro, «
tempore quo erat Præpoſitus Pariſ. in præjudicium Vniuerſitatis prædictæ com- «
miſſis 40. libræ Turonenſes annui & perpetui reditus pro fundandis duabus «
Cappellaniis iuxta diſpoſitionem & ordinationem Vniuerſitatis prædictæ, ei- «
dem Vniuerſitati debeant aſſignari, Nos dictas quadraginta libras Turo- «
nenſes annui & perpetui reditus dictæ Vniuerſitati tenore præſentium aſſigna- «
mus percipiendas in Theſauro noſtro Pariſius, donec eas duxerimus alibi aſſi- «
gnandas in Feſto Aſcenſionis Dominicæ annuatim habendas, tenendas & «
poſſidendas à perſonis, in quas prædicta Vniuerſitas ipſas pro dote dictarum «
Cappellaniarum duxerit transferendas in poſterum pacificè & quietè abſque «
coactione vendendi vel extra manum ſuam ponendi aut præſtandi financiam «
pro eiſdem dantes Theſaurariis noſtris modernis Pariſienſibus, & qui pro tem- «
pore fuerint, tenore præſentium in mandatis, vt prædictas 40. libras reditua- «
les perſonis prædictis annis ſingulis termino prædicto abſque alterius expecta- «
tione mandati perſoluant. Quod vt ratum & ſtabile permaneat, in futurum, «

„ præſentibus noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius anno Domini „ 1304. menſe Nouembri.

FVNDATIO COLLEGII NAVARRICI.

EODEM anno Iana Philippi pulchri vxor in partem venire cupiens laudabilis Regum in litteras amoris, & inſignium quorundam virorum qui hoſpitia Muſarum alumnis dicaranr, præſertim M. Roberti de Sorbona, cuius domus exercitio litterarum jam magnopere florebat : Guillelmi de Saona qui *Collegium Theſaurariorum*, an. 1269. fundare cœperat, & Radulphi de Harcuria, qui *Harcurianum* an. 1280. inſtituerat, *Campanum* ſeu *Nauarricum* Burſariis addixir ſeu Scholaribus triplicis generis, Grammaticis 20. Artiſtis 30. & Theologis 20. ſingulis verò Ordinibus ſuum Magiſtrum ſeu Primarium præfici voluit, quartum inſuper Ordinem Capellanorum & Clericorum Diuino Miniſterio addixit. Neque enim initio ſuæ fundationis hoc Collegium, ſicut nec alia huiuſce Academiæ publico litterarum exercitio deſtinatum eſt ; ſed alendis tantummodo & inſtruendis priuatim Burſariis, qui publicas inde Scholas frequentabant & vicum ſtramineum adibant. At proceſſu tandem temporis omnibus patuit, & cum Alumnis domus à publicis Magiſtris Conuictores innumeri & Nobilium Francigenarum filij propè infiniti præclaris Artibus informati ſunt & inſtituti. Hanc itaque Domum Godefridus Bouſſardus, qui Cancellariatum Eccleſiæ Pariſ. & Vniuerſitatis obtinuit an. 1519. rectè vocat *litteratorum Emporium, pudicitiæ Domicilium, orationis ſacrarium, ſanctimoniæ columen, virtutum omnium ſpecimen. Omnium denique bonarum rerum, quæ vniuerſus habet orbis, ſeminarium.* Vnde ſibi gratulatur, quod è patria Cenomana illu[illegible]olescens perueniſſet : ſic enim initio Commentariorum in Pſalmos ait. *Veni adoleſcens natus annos decem & ſeptem Pariſiorum Ciuitatem illam inclytam, toto vitiis & litteris cantatiſſimam orbe. Babylon ipſa eſt vbi primùm de dono tuo, ad inſignem illam tuam Nauarræ Domum deduxiſti, tuam, inquam, domum : quippè quæ ſancta & ſanctè pudica tibi alere non ceſſat nouellas plantationes, quæ faciunt fructum in tempore ſuo, & quæ latiſſimè in orbem diffuſæ orbem totum illuſtrant.* Et Bud. in lib. de ſtudio litterarum. *Nunc porticus duæ Orthodoxæ, Sorbona & Nauarra, & Philoſophiæ Theologicæ tanquam Oracula duo nominatiſſima quà fines cunque patent nominis Chriſtiani.* Illuſtre hoc Collegium ſuum ſibi volumen poſtulat, adeo omni tempore claruit & ingentibus viris abũdauit. Interim inſtrumentũ fundationis tam nobilis, quia nondum, credo, produit in lucem, placet his annalibus inſerere, ne pereat. Tale autẽ eſt.

EN nom du Pere & du Fils, & du S. Eſprit. Nous Iehanne par la Grace de Dieu Royne de France & de Nauarre, & Cõmreſſe Palatine de Champagne & de Brie en ſeine, & bonne memoire Dieu mercy ; Penſant que nulle choſe n'eſt ſi certaine comme la mort, mais nulle Creature mortel ne ſçait quand, ne l'heure qu'elle doit mourir, pource Nous qui deſirons pouruoir au ſalut de noſtre ame auant que l'heure de la mort vienne, des biens temporels que nôtre tres-cher Seigneur Monſeigneur Philippes par la grace de Dieu Roy de France & Nous, Auons enſemble par la voulẽté de Dieu, de qui tout bien de nature, de fortune & de grace viend & deſcend, faiſons & ordenons noſtre Teſtament & noſtre derraine voulenté, en la forme qui s'enſuit. Er pource que iceſt teſtament ou derraine voulenté, puiſſe eſtre accomply ſelon le tres-deſiranr propos que nous auons conceu piteablement, ad ce noſtre tres-cher Seigneur deuant dit, nous a donné 40000. liures Pariſis auecques toute nôtre vaiſſelle d'or & d'argent, tous nos joyaulx, draps, couuertures, courtepointes, & routes choſes qui eſtoient & ſont de noſtre Hoſtel & Chambre, Garde-robe & Chapelle. Et encore pource que ce ne ſouffiroit pas à paracomplir cette derraine voulenté : De l'eſpecial octroy noſtre tres-cher Seigneur deuant dit, & ce voulant & conſentant nôtre tres-cher fiulx aizné Louys qui iura ſur ſaintes Euangiles non venir encontre, ains promit en bonne foy tenir & garder, & faire & pourchaſſer à ſon povoir & accomplir, & mettre à execution cette derraine voulenté. Nous auons pris, prenons, & retenons, & dés maintenant en enſaiſiſſons nos

Executeurs pour ce faire, tous les fruicts, rentes, droits & yſſuës quelles que elles ſoient de noſtre Comté de Champagne & de Brie, à leuer, prendre & exploicter par icex Executeurs ou leur Commandement par rrois ans continuellement enſuiuans, tantoſt ſans nul delay apres noſtre decés. Deſquels biens nous faiſons ainſi, & ordenons noſtre teſtament ou noſtre derraine voulenté.

Premierement, Nous voulons & ordenons que nos Gens qui nous ont ſeruy, ſoient poyez, & pour poyement leur donnons & laiſſons, premierement à Monſeigneur Eſtienne de Compiegne 300. liures.

A Mr. Pierre de Vaux 200. l. à Mr. Henry Vomer 200. l. à Mr. Guillaume de la Motte 200. l. à Mr. Pierre Hodonuille 100. l. à Mr. Eſtienne des Granches 200. l. à Mr. Pierre Dargent 300. l. à Mr. Iehan de Troyes 100. l. à Monſeigneur Girard de la Chapelle 60. l. à Pierre de Vernon 60. l. à Frere Iehan des Granges noſtre Auſmonyer 400. l. en argent ſec, & 60 l. tournois de rente chacun an, à prendre apres noſtre decés, tant comme il viuera, tant ſeulemenr ſur les rentes. Et des rentes de noſtre Preuoſté de Troye, leſquelles 60. l. de rente nous luy aſſeons dés maintenant de l'aſſentement & de l'ottroy de nôtre tres-cher Seig. & de noſtre tres-cher fiulz deſſuſdit. Sur les rentes de la Preuoſté deſſuſdite. A Frere Durant noſtre Confeſſeur 400. l. en argent ſec, & 100. l. tournois de renre à prendre chacun an aprés noſtre decés, tant comme il viuera tant ſeulement, ſur les rentes & yſſuës de noſtre Preuoſté de Prouins; leſquelles 100. l. de renre nous li aſſeons & aſſenons dés maintenant de l'aſſentement & de l'ottroy deſſuſdit ſur les rentes & ſur les yſſuës de ladite Preuoſté. Au compagnon dudit Frere Durant 100. l. à M. Pierre de Cerilly 400. l. à Mr. Climens noſtre Clerc 100. l. à Pierre de Billa 60. l. à Iehan le Briais 150. l. à Nicolas de noſtre Garde-manger 100. l. à Madame Marie de Cheu 500. l. à Madame Agnes d'Angeron 200. l. à Madame Agnes de Braye 200. l. à Marie la Petite 200. l. à Peronnelle de Giry 500. l. à Iacqueline d'Iſſy 300. l. à Beatrix de Villier pour ſon mariage 1000. l. à Philippon ſon frere 300. l. à Agnes la Lauandiere 100 l. à Iehanne la Beguine qui garde lauanie 40. liu. aux hoirs feu Eſtienne de Neuuy 100. l. à Gilles de Sargines noſtre Eſchançon 200. l. à Iehanne de Gennuillier 100. l. à Iehannot le Barillier 100. l. à Robin le Barillier 50. l. à Mr. Engerran de Marigny Chambellan de noſtre Sire le Roy 500. l. à Marotte ſa fille pour ſon mariage 500. l. à Andry Thiart noſtre Pannetier 100. l. à Gilles Porte-chappes 100. l. à Fermaillet ſon compagnon 60. l. à Dreux le Queu 300. l. à Braguaire 400. l. à Iehan Cordelier 200. l. au Cler de la Sauſſere 100. l. à Rogerin noſtre Fruictier 200 l. à Maſſiot du fruict 100. l. à Guillanme le Latinier 200. l. à Guillaume le Mareſchal 200. l. à Nicolas du Char 100. l. à Raoulin de Lauoine 100. l. à Henriet Varlet de la Forge 50. l. à Perrot de la Forge nos enfans 40. l. à Iehan Feſtu noſtre Fourrier 400. l. à Pignagon 100. l. à Iacques de Troye noſtre Fourrier 40 l. & à Perron ſon frere 20. l. aux hoirs Lambert, jadis noſtre Tailleur 300. l. à Iehanon d'Antart varlet de nôtre Chambre 100. l. à Guillot le Borgne 100. l. à Maltaille 100. l. à Colin de la Garderobe 60. l. à Richardin 30. l. à Pied-de-fer 30. l. à Iehannon qui tient noſtre Char 40. l. à Thomas de Beaufoul 60. l. à Iehan de S. Germain 300. l. à Pierrot du Cheſnoy 200. l. à Pierre de Bachambre 100. l. à Pierre de Sargines 100. l. à Pierre Pauerin noſtre Eſpicier 200. l. à Guillaume de Beaufou noſtre Tailleur 100. l. à Gautier Lourier 100. l. à Guillemin Feſtu 50. l. à Adam la Guiete 60. l. à Iehan noſtre Huiſſier 200. l. à Feliſet Huiſſier de noſtre Salle 100. l. à Eurard le Portier 60. l. à Gautier le Roy des Ribaulx 60. l. à Adenet Sommelier de noſtre Chambre aux Deniers 40. l. à Iehan de S. Germain le jeune 100. l. à Geoffroy de S. Gines 100. l. à Wallons 100 l. à Henry de Beauine Sergent d'Armes 100. l. à Gautier de Villiers Sergent d'Armes 100. l. à Geoffroy du Chaſtel neveu l'Aumoſnier 100. l. à Gilles de Pontillans 60. l à Robert de la Couſture 100. l. à Henriet d'Aualon neveu M. Pierre de Cerilly 60. l. à 4. Haſteurs de noſtre Cuiſine à chacun 60. l. à 4. Paiges de noſtre Cuiſine à chacun 40. l. à 4. enfans de noſtre Cuiſine à chacun 30. l. à Iehan Roulle Souffleur 40. l. à Lorin Huiſſier de noſtre Cuiſine 40. l. à Collet le Saulcier 100. l. à Triboulet 400. l. à Thomaſſin Patiſſier 40 l. à Perronelle Lauandiere des Napes 40. l. à Pierre le Clerc Frere Durand 40. l. à Michelet le Clerc l'Aumônier 40. l. à M. Robert le Febure noſtre Phyſi-

cien 500. liures, à M. Iehan Halequin 200. liu. à M. Iehan de Pauilly 100. liures.

Item, Nous laiſſons aux povres valets de Métier de noſtre Hoſtel ſoient de Cuiſine ou d'autres Offices, ou meſmes qui ne ſont pas nommez, en ceſt preſent teſtament ou derraine voulenté 1000. l. *Item*, Aux valets iceux non nommez ou nommez, 2000. l. à diſtribuer par Nos Executeurs ſelon que ils verront que il ſera à faire. *Item*, Nous voulons & ordenons que vn Hoſpital ſoit fait & fondé à Chaſteau-Tierry en l'honneur de Dieu & de ſa chiere Mere, & de Monſieur ſaint Iehan Baptiſte, & Monſieur ſaint Loys, ouquel Hoſpital ſeront povres malades receuz, couchez & leuez, povres paſſans hebergez & hoſtelez, li gieté receüilly & nourry, povres enceintes receuës & gardées tant que ils ſoient purifiées, & que elles ſe puiſſent aider, & conuenablement aller. Et toutes les autres œuures de miſericorde y ſoient auſſi faites & accomplies. Et voulons que vn Preud'homme Preſtre qui ſera appellé Prieur dudit Hoſpital, 4. autres Preſtres & 2. Clercs, qui pourront eſtre ordennez au titre de ceſt Hoſpital, douze Sœurs tant ſeulement y ſoient, qui ſeront en l'habit, & meneront autel vie & ſe gouuerneront à la ſemblance de ceux de la Maiſon-Dieu de Paris. Et pource que ſoient plus certain de l'eſtat de la reigle que ils deuront tenir & garder, Nous leur faiſons laiſſer l'Ordenance de la Fondation & de leur Inſtitution plus plenement, en vnes lettres ſcellées de noſtre Seel, auecques le Seel de noſtre tres-chier Seigneur deuantdit. Pour la fondation duquel Hoſpital Nous leur laiſſons mil liu. de terre à tournois de rente à touſiours, à acquerre des deniers & des fruits deſſuſdits, là où il pourra eſtre fait plus conuenablement. Et feront faire li Executeurs de ceſt teſtament les Meſons, Edifices, & Chapelle le plus conuenablement que il pourra eſtre fait, ſans riens prenre ne retrencher de celle ſomme qu'il conuiendra, pour achetter & acquerre icelles mil liures de terre.

DE COLLEGIO NAVARRICO.

Item, Pourceque ſainte Egliſe qui eſt fondée ſur ferme pierre, laquelle eſt I. C. ſoit cloſe doreſnauant & apoyée plus fermement de ſaiges enſeignemens & Maîtres ou Docteurs : Nous meuë de charité, noſtre Maiſon de Nauarre que nous auons aſſiſe à Paris lez la Porte S. Germain des Prez, auecques toutes les appartenances d'icelle, donnons, laiſſons, ordenons & deputons dés maintenant, pour faire ordenner & eſtablir par nos Executeurs vne maiſon le plus conuenablement que l'en pourra de noſdits biens.

Notandus ord. à Grãmaticis progreditur ad Artiſtas, ab Artiſtis ad Theologos, à Theologis ad Capellanos, habita certè ratione dignitatis, quia Capellani debent eſſe Sacerdotes, de cæteris nihil præcipitur.

En laquelle trois manieres d'Eſcholiers du Royaulme de France puiſſent conuenablement habiter. Si ſeront 20. Eſcholiers enfans en Gramaire, & 30. en Logique & en Philoſophie, & 20. en Theologie, ou en Diuinité. Si aura chacun des Gramairiens par ſepmaine de 7. iours 4. ſols pariſis. Li Arcien ſix ſols pariſis, & li Theologien huit ſols pariſis. Et eſtabliſſons pour l'honneur de Dieu & ſalut de noſtre ame, ces Eſcholiers à touſiours mais en l'Eſtude de Paris. Et voulons, commandons & ordenons, que noſdits biens prins à noſtre part, ſoient acquiſes & achetées deux mil liures de rente à tournois, au plus prés de Paris qu'il pourra eſtre fait prouffitablement. Et voulons, & commandons, & ordennons, que il ait vn Gramairien le meilleur & le plus conuenable que l'on pourra trouuer, pour inſtruire & enſeigner de Gramaire & de mœurs, les enfans Gramairiens. Et pour ſon trauail il prenra double bourſe, en telle maniere que il ſera continuellement auecques eux & de iours & de nuiz, pour eux touſiours enſeigner bien & loyaulment; Et ſera illecques continuelle reſidence. Et ſera tenu de nuncier au Gouuerneur de l'Hoſtel le defaut que il trouueroit en aucun des enfans, ſe ſentoit, que il ne deuſt ou ne peuſt pas prouffiter, ou audit defaut ſe il li ſçauoit, ſi que li lieux ne fuſt pas occupé ſans raiſon. Et ce iura il à l'entrer, & promettra loyaulment par ſa foy.

Li Maiſtre qui lira auſſi illecques aux Arciens, ſera pris le plus conuenable de ſa Faculté ſans acception de perſonne ne de Nation ; & auſſi icel Maiſtre face continuel reſidance, ouecques les enfans pour lire leur aordinaire à heure certaine, & à cours, quand il pourra & voudra, & ait cure & diligence de ſes Eſcholiers, quant à informer eulx en ſcience & en bonnes mœurs, ne ne ſouffre que nul default y ſoit, tant par luy que par les Eſcholiers. Et ſe y ſcet ne appercoit, que il le denunce tantoſt au Gouuerneur de la Maiſon, & ce jurra il à l'entrer & promettra loyaulment, & aura double bourſe.

Vn Preudhomme ſeculier Maiſtre de Diuinité qui lira aux Theologiens & qui aura le gouuernement de tout l'hoſtel pardeſſus tous les autres Eſcholiers & Maiſtres dudit hoſtel. Et pour ſon eſtat tenir plus conuenablement prendra double bourſe des Theologiens. Soit eſleus & eſtablis Gouuerneur par le Dean & la gremeure partie des Maiſtres de la Faculté de Theologie. Leſquels iureront ſur les ſainctes Euangiles à eſtablir ledit Gouuerneur, que par amour ne par hayne, ne par affection d'amy, ne de Nation, fors que purement, parce que ils croyent qu'il ſoit prouffitable, ils ne le receuent, ne eſtabliſſent Gouuerneur. Et ſera tenus iceluy Gouuerneur rendre conte chacuns ans, des biens de l'adminiſtration & de ladite Maiſon au Dean & à la gregnieur partie des Maiſtres deſſuſdits, & voulons auſſi que iceluy Dean & la greigneur partie des Maiſtres reçoiuent ou faſſent receuoir en faiſant le ferment, ſi comme deſſus eſt dit.

Les deux autres Maiſtres pour lire aux Gramairiens & Artiens prendront auſſi & eſliront en ladite Maiſon ou ailleurs toutesfois que meſtier en ſera, Maiſtres ès Arts capables à prouffiter en la Faculté de Theologie & povres hommes teuls, dont y ſoit ſemblant de veoir que ils n'ayent du leur ou de leurs amys, dont ils puiſſent hanter l'eſtude. Et receuront auſſi en ladite, Maiſon les autres Eſcholiers par diligente Examination en faiſant le ferment deſſuſdit.

Et ſera en la voulonté dudit Dean & de la greigneur partie des Maiſtres, de oſter & mettre ledit Gouuerneur, les deux Maiſtres de Grammaire & des Arts, & les autres Eſcholiers, ſe ils voyent que ce ſoit bon. Et voulons que s'aucuns dudit nombre de ces Eſcholiers ou Maiſtres eſtoient Beneficiez, c'eſt aſſauoir li Grammairien de Benefice, qui vauſiſt 30. l. ou plus. Li Artien de Benefice qui vaulſiſt 40. l. ou plus, & le Theologien de Benefice qui vaulſit 60. l. ou plus, tantoſt vn aultre ſoit mis en ſon lieu, & li Beneficié ſe cheuiſſe le mieulx que il pourra du ſien hors de ladite maiſon. Et voulons encore que li Maiſtre de Gramaire & les Eſcholiers ayent leur habitation à part, eſchet pour eulx, dortoüez où ils dorment enſemble, vne ſalle où ils m'enieuſſent & vne cuiſine. Et ainſi commandons nous des Artiens. Pour les Theologiens à decertez voulons nous que ils ayent auſſi conuenable habitation ſelon ce que l'eſtat requiert. Et le Maiſtre Gouuerneur ait ſa chambre par luy, & ſoit faitte vne maiſon eſpecialement pour les malades ou les mal diſpoſez.

Et ait où lieu vne Chapelle commune ou chacun face ſes Oraiſons ſelon ce que ſa deuotion l'enſeignera & où il face priere qui prouffite à l'ame de nous & de nos predeceſſeurs. Et ſeront tenuz li dui Maiſtres de Gramaire & des Arts, & tuit li aultres Eſcholiers de ladite Maiſon, eſtre enſemble à la Chapelle tous les Dimanches & toutes les Feſtes de nuef Leçons, & fere & chanter toutes les Heures Canoniaulx bien & ſolennellement, telles comme à la iournée afferront. C'eſt aſſauoir Matines, Prime, Tierce, Midy, None, Veſpres & Complie. Et voulons que pour chacune heure que ils deffauldront auſdites heures du Dimanche & de nuef Leçons ils perdent ſix deniers. Et pour le deffaut d'vn iour toute leur bourſe de la ſepmaine, ſe ainſi eſt que ils ne ſoient malades, ou mal diſpoſez, ou qu'ils n'y ayent congé du Gouuerneur ou de leur Maiſtre. Et pour ce que memoire ſoit à touſiours de nous en ladite Maiſon, Nous voulons que ils ſoient tenuz faire tous les ans à touſiours en leur Chapelle vng anniuerſaire ſolennel au iour que nous treſpaſſerons de ce ſiecle pour l'ame de nous, de nos tres chers & tres amez pere & mere & de tous nos aultres amys. De Capella.

Et ait deux Preſtres en ladite Maiſon qui y ſeront tenuz à chanter à touſiours mez. Et prendront chacun par ſepmaine bourſe de Theologien. Et y auront deux Clercs qui prendront bourſe de Gramairien & auront leur hoſtel par eux. *Et chanteront ou feront chanter chacun iour illeucques à l'heure de Prime pour l'ame de Nous & de nos amys. Et ſe aucun des Theologiens par deuotion vouloit eſtre Preſtre ou faire ſoy ordener au tiltre de ſa Bourſe*, Nous voulons qu'il demeure en l'Hoſtel tant comme il li plaira, iuſques à tant qu'il ſoit autrement Beneficiez. Et ſe aucuns auſſi des aultres Eſcholiers fuſt Gramairien ou Artien ſe vouloit faire ordener à Preſtre pour ſeruir à la Chapelle dudit hoſtel, Nous voulons que dez ce qu'il ſera ordené à Preſtre, il ait touſiours pour ſon viure bourſe de Theologien & tienne le lieu d'vn des Theologiens. Mais que le nombre n'en ſoit plus

De Capellanis.

Theologi poſſunt eſſe Capellani.

grans, & voulons que nuls des Gramairiens ou Artiens ſe puiſſent faire ordener que iuſques au nombre de trois, & ſoient tenuz pour ce ſeruir à la Chapelle comme li autres Preſtres. Et s'il y a aucune choſe de ſurcroiſt deſdits deux mil liures de rente, ils feronr reſeruez & gardez pour achepter liures de Gramaire, de Logique, de Philoſophie & de Diuinité pour mettre au commun proufit des poures Eſcholiers pour eſtudier chacun endroit ſoy. Et pour ſoutenir les Edifices & pour accroiſtre le nombre des Eſcholiers, ſe le ſurcrois ou temps aduenir pouoit ſouffire. Et ceſte Ordenance, Inſtitution, voulons Nous & commandons eſpecialement eſtre faite & accomplie haſtiuement. Et pour ce que le Gouuerneur, les Maiſtres, les Eſcholiers, les Preſtres & les Clercs de ladite Maiſon ſoient plus certains de l'eſtat & de la reigle que ils deuroient tenir & garder. Nous leur faiſons laiſſer l'Ordenance de leur Fondation & Inſtitution plus pleinement en vnes lettres ſcellées de noſtre ſeel auecques le ſceel de noſtre tres cher Seigneur deuant dit. Et ce nous parauanture à ladite maiſon des Eſcholiers de noſtre terre & de noſtre rente de Champagne & de Brye, aſſeons & aſſenons leſdits 1000. liures de rente à tournois ou partie d'icelles. Et auſſy audit Hoſpital que nous eſtabliſſons eſtre fait & fondé à Chaſteau-Tierry, ſi comme deſſus eſt dit leſdits mil liures de rente à tournois ou partie d'icelles. Nous voulons & commandons que pour chacun 100. l. de rente à tournois que nous aſſenons & aſſenerons à ladite maiſon des Eſcholiers ou audit Hoſpital 1200. liures tournois rabatuës de la ſomme que nous deuons prendre par trois ans aprés noſtre decez des fruits des yſſuës de noſtre terre de Champagne & de Brye, ſi comme deſſus eſt dit. Et voulons que ce que nous aſſerons & aſſignerons à ladite maiſon des Eſcholiers & audit Hoſpital, des rentes deuant dites, le Gouuerneur, les Maiſtres & les Eſcholiers de ladite maiſon, le Prieur, les Freres & les Sœurs dudit Hoſpital & leurs ſucceſſeurs puiſſent tenir à touſiours mez paiſiblement amorty, ſans ce que nous, nos hoirs, ne nos ſucceſſeurs puiſſions pour fornie ne contraindre à mettre le hors de leur main. Et ſe il eſt ainſi que conuiegne achepter leſdits 1000. l. de rente pour ladite maiſon des Eſcholiers, & leſdits 1000. l. de rente, ledit Hoſpital de nos biens que nous prenons à faire noſtre teſtament, Nous voulons & commandons dés maintenant que elles puiſſent eſtre acheptées en nos fiefs ou arrierefiefs de noſtre Comté de Champagne & de Brye, & ledit Gouuerneur, les Maiſtres, & les Eſcholiers de ladite maiſon, & le Prieur, les Freres & les Sœurs dudit Hoſpital & leurs ſucceſſeurs les puiſſent tenir à touſiours mez admorty, ſi comme deſſus eſt dit.

Item, Nous donnons & laiſſons au Chapitre general de Clugny 100. liures tournois. Au Conuent de ce lieu cent ſols de rente pour faire noſtre anniuerſaire chacun an à touſiours. Et ſe o it aſſis au mieulx quelque pourra en aucun certain lieu dont l'en s'auiſera. au Chapirre de Ciſteaux 100. l. & à l'Abbaye de Cleruaux pour achepter rentes à touſiours 200. liures. Et ſi laiſſons au Conuent de ce lieu cent ſols de rente pour cet anniuerſaire, auſſi comme deſſus eſt dit du Conuent de Clugny. Aux Nonnains de l'Abbaye de lez Pontoiſe 300. l. pour achepter rente & noſtre anniuerſaire faire chacun an. A Sœur Blanche de Heu Abbeſſe de ce lieu 100. l. Aux Nonains de l'Abbaye du Lys 300. l. pour achepter rente à noſtre anniuerſaire faire chacun an à touſiours. Aux Nonains de S. Antoine de lez Paris 300. l. pour rente acheter auſſy. Aux Nonains de l'Abbaye de lez Nemours 100. liures pour rente acheter auſſy. Au Chapitre general des Freres Preſcheurs 200. liures. Au Conuent des Freres Preſcheurs de Paris 200. l. Aux Freres Preſcheurs de Troye 200. l. Aux Sœurs de Montargis pour renre acheter, ſi comme deſſus eſt dit 300. liures. Au Chapitre Prouincial des Freres Précheurs en France 100. l. Au Chapitre general des Freres Mineurs 200. liures. Au Chapitre Prouincial des Freres Mineurs en France 100. l. Au Chapitre Prouincial des Freres Mineurs en Touraine 100. l. A celuy d'Aquitaine 100. l. A celuy de Prouence 100. l. Au Conuent des Freres Mineurs de Paris 1000. l. Aux Freres Mineurs de Meaulx 100. l. Aux Freres Mineurs de Prouins 200. l. Aux Freres Mineurs de Troye 200. l. Aux Freres Mineurs de Seſanne 100. l. Aux Freres Mineurs de Bar-ſur-Aube 100. l. Aux Freres Mineurs de Sens 100. l. Aux Freres Mineurs d'Auxerre 100. l. Aux Fretes Mineurs de Verzelay 100. l.

Digitized by Google

Aux Sœurs Mineurs de Prouins 1000. liures, pour acheter rente à faire chacun an doreſnauant noſtre anniuerſaire. Aux Sœurs Mineurs de Long-champ pour acheter rentes auſſi 300.l. Aux Sœurs Mineurs de S. Marcel 300.l. pour rente auſſi acheter. Au Chapitre du Val des Eſcholiers general 60. liures. Au Conuent de Paris d'icelle meſme Ordre 200. l. pour acheter auſſi rente. Aux Freres de S. Auguſtin de Paris 60. l. Aux Freres de S. Mathurin de Paris 60. l. Pariſis pour acheter rente à noſtre anniuerſaire faire ſi comme deſſus eſt dit. A l'Hoſtel-Dieu de Paris 1000. l. pour acheter rentes pour teilles à enſeuelir les povres. Aux bons Enfans & autres povres Eſcholiers eſtudians à Paris 1000. l. par la main de nos Executeurs à departir. Aux Aueugles de Paris 100. l. Aux autres povres Religions de Paris, Beguines, Filles-Dieu, Maiſons Dieu, Maladeries de Paris & de enuiron & aultres Religieux, qui ne ſont pas icy en ceſt Teſtament nommez 2000. l. à diſtribuer par les Executeurs. Aux Freres de l'Iſle de Troye 100. l. pour rentes acheter pour noſtre anniuerſaire faire chacun an, ſi comme il eſt dit deſſus. Au Chapitre general de Chartreuſe 60. l. Au Conuent de celle meſme Ordre de lez Paris 100. l. Aux Nonains de Montmartre 60. l. A Sœur Ade Abbeſſe de ce lieu 60 l. Aux Nonains de la Barre de lez Chaſteau-Tierry 300. l. pour acheter rente pour noſtre anniuerſaire, ſi comme deſſus eſt dit. A Sainct Eſtienne de Troye 200. l. pour rente acheter à faire noſtre anniuerſaire à toûjours, ſi comme eſt dit deſſus. A Sainct Vrbain de Troyes 60. l. pour rente auſſi acheter. A S. Quiriace de Prouins 200. l. pour rente acheter auſſi. A Noſtre-Dame du Val de Prouins 100. liures pour acheter auſſi rente. Au Chapitre de Noſtre-Dame de Vitry pour rente acheter 50. l. Au Chapitre de S. Nicolas de Sezane pour acheter rente 60. l. Au Chapitre de Noſtre-Dame de Vertu pour rente acheter 50. l. Au Chapitre de S. Nicolas du Marceau de Prouins 50. l. pour rente acheter auſſi. A la Maiſon-Dieu de Prouins de lez la Fontaine 100. l. A Povres Abbayes, Maiſons & Religions, Hoſtels Dieu, Maladeries en Brye & en Champagne 10000. l. pour faire données communes en Champagne & en Brye en bonnes villes 1000. l. pour Buriaux & ſouliers à donner en Champagne & en Brye 2000. l. A l'Hoſpital de Ronceaux 500. l. pour departir en noſtre Royaume de Nauarre. A povres Religions, Egliſes, Hoſtels-Dieu, Maladeries & aultres povres perſonnes 2000. liures. A Yſabel noſtre Couſine Royne d'Allemagne 1000. l. A Marguerite noſtre tante Ducheſſe de Lorraine 1000. l. A Sœur Alis de Vienne de l'Ordre des Sœurs Mineurs Mere le Comte de Bourgongne iadis. 100. l.

Item. Nous voulons, commandons & ordenons que toute la ſomme d'argent qui demourra oultre ce que eſt deſſus nommé & ordené ou laiſſé ou donné, ſoit par nos Executeurs departy aux povres Egliſes, Maiſons-Dieu, Maladeries, povres perſonnes honeſtes du Royaume, du Comté de Champagne & de Brye. Et à povres Gentils femmes & autres honneſtes & de bon nom marier ou aſſener en aucun lieu Religieux, ſelon ce que leſdits Executeurs verront que bon ſera, à leur proufit & au ſalut de noſtre ame.

Item. Nous voulons & eſt noſtre entention, que toutes les ſommes de noſtre preſent teſtament telles quelles que elles ſoient, ſe autre mention n'en eſt faite pardeſſus, ſoient entenduës & payées à tournois de la monnoye que courra lors ou Royaume de France. Si voulons, commandons, ordenons & octroyons, que cette Ordenance ne vaut ou puiſſe valoir de droit teſtament, ſe ſe non qu'elle vaille de droit de Codicilles ou de derraine voulenté. De laquelle nous faiſons & eſtabliſſons nos Executeurs noſtre tres-cher Seigneur deuant dit principal honorable pere l'Archeueſque de Sens Religieux, pere l'Abbé de S. Denys, noſtre tres-cher & tres-amé oncle Guy de Chaſtillon Comte de S. Pol & Boureiller de France. M. Martin de Bachambre noſtre Chancelier de Champagne. M. Symon Teſtu Archediacre de Vendoſme en l'Egliſe de Chartres, noſtre Clerc. Religieux homme, Frere Durand noſtre Confeſſeur, Monſeigneur Enguerrand de Marigny, Cheualier & Chambellan dudit noſtre Seigneur le Roy, & Frere Iehan des Granches noſtre Aumoſnier. Lequel ou deux au moins de eulx, ſi li autres ſouffiſent requis n'y puoient ou ne vouloient entendre, pourront mettre à execution toutes les choſes & ſingulieres deſſus nommées. Deſquelles

choſes faire & atomplir & mettre à finable & conuenable Execution, Nous chargeons noſdits Executeurs & chacun de eux, deſquiex Executeurs aucun à noſtre requeſte ont pris le fes de l'execution ſur eulx. Auſquels Executeurs nous donnons plain povoir de corriger & declairer ce qui ſera doubteux & obſcur des choſes deſſuſdites. Et pour ce que les choſes deſſuſdites ſoient plus fermes & plus eſtablies, Nous requerons noſtre tres-cher Seigneur le Roy de France deſſuſdit, Que il toutes les choſes & ſingulieres contenuës en ces deux peaulx gluées enſemble veüille approuuer, octroyer & confermer & à noſdits Executeurs congé donner de acquerir en ſon Royaulme hors de la Comté de Champagne & de Brye 3000. l. de rente à tournois pour l'Hoſpital & la Maiſon des Eſcholiers deſſuſdits là où ils verront que bon ſera ſe il en eſt meſtier. Et requerons auſſi Loys noſtre tres-chier ainzné fils que il toutes les choſes & ſingulieres deſſuſdites veüille, loüe, conſente, conferme & approuue. Et en teſmoing de ce & que il ait fait le ſerment deſſuſdit, mettre ſon ſeel en ceſt preſent Teſtament auec le ſeel de noſtre tres-cher Seigneur deuant dit, & ou le noſtre. En teſmoin de laquelle choſe nous auons fait ſeeller en deux lieux ceſt preſent Teſtament de noſtre ſeel, auec le ſeel dudit noſtre tres-cher Seigneur, & auec le ſeel de noſtre tres-chier ainzné fils deuant dit. Donné au Bois de Vincennes le iour de la feſte de Noſtre-Dame en Mars, l'an de grace 1304.

Et Nous Philippes par la grace de Dieu, Roy de France, à la Requeſte de noſtre tres-chere & amée Compagne deuant dite, voulons, loüons, conſentons, octroyons & approuuons cedit Teſtament & toutes les choſes & ſingulieres deſſuſdites, En la maniere & en la forme que il eſt ordené & deuiſé en ces deux peaulx gluées enſemble. Et permettons enteriner & mettre à execution tout ce qui y eſt contenu. Et voulons, octroyons & dés maintenant commandons que les fruits, rentes & yſſuës de toute la terre de la Comté de Champagne & de Brye, ſoient leuées & exploictées par les Executeurs de ceſt preſent Teſtament ou leur commandement par trois ans continuellement en ſuiuant tantoſt ſans nul delay & ſans nul empeſchement aprés le decez de noſtre tres-chere Compagne deſſuſdite, ſi comme deſſus eſt dit, non contre eſtant en rien ſe ladite Comté nous eſt obligée par quelque droit ou raiſon que ce ſoit. En teſmoing de laquelle choſe nous auons fait mettre noſtre ſeel en deux lieux en ceſt preſent teſtament, auecques le ſeel de Iehanne noſtre chere Compagne. Et le ſeel de Loys noſtre cher ainzné filz deſſuſdit. Donné l'an & iour deſſuſdit.

Et Ie Loys ainznel fils dudit Monſeigneur le Roy & Madame la Royne deuant dit, vueil, loüe, octroye, approuue toutes les choſes & ſingulieres deuant dites. Et les promets à tenir & fermement garder par mon ferment. En teſmoing de laquelle choſe i'ay fait mettre mon ſeel en ceſt preſent teſtament en deux lieux auec le ſeel de mon cher Seigneur & Pere, & le ſeel de ma chere Dame & Mere deuant dits. Donné l'an & le iour deſſus eſcripts.

Additio ad Teſtamentum per eandem Reginam.

EN Nom du Pere, & du Fils, & du S. Eſprit. *Amen.* Nous Iehanne par la grace de Dieu, Royne de France & de Nauarre, & Comteſſe Palatine, de Champagne & de Brye; en noſtre bonne memoire Dieu mercy. En adiouſtant à noſtre preſent teſtament ou derraine voulenté, auquel ce preſent codicille eſt annexé, de l'authorité de noſtre tres-cher Seigneur le Roy, donnée à nous pour ce faire; Ordonnons, voulons & commandons que ſe nos Executeurs leſquels nous auons eſtablis en noſtre teſtament, lequel nous voulons qu'il demeure en ſa vertu, trouuoient que nous feuſſions tenuë à aucune perſonne en aulcunes choſes que nous euſſions euës à domage, à noſtre occaſion à tort auſquelles choſes rendre & reſtablir nous feuſſions tenuë de droit & de raiſon, qu'elles ſoient renduës & reſtablies de nos biens par nos Executeurs contenus oudit noſtre teſtament.

Item. Nous voulons, commandons & ordonnons que les perſonnes des lieux auſquelles nous laiſſons en noſtredit teſtament, rente & deniers pour rente acheter pour faire noſtre anniuerſaire en leurs lieux, ſoient tenuz faire l'anniuerſaire

ſaire en leurs lieux ſoient tenuz faire l'anniuerſaire pour noſtre tres-cher & tres- «
amé Seigneur le Roy de France chacun an aprés ſon decez auecques le noſtre. Et «
voulons en ſur tout que s'il y a aulcune choſe à adiouſter, corriger & amender «
en l'Inſtitution de la Maiſon des Eſcholiers & de l'Hoſpital que nous ordonnons «
& commandons à noſtre teſtament eſtre faits de nos biens, que noſdits Execu- «
teurs y puiſſent adiouſter, corriger & amender ce qui leur ſemblera que bon ſoit «
pour le pourfit de la Maiſon & de l'Hoſpital deſſuſdit, & pour le ſalut de noſtre «
ame. Et voulons & commandons que tout ce que les Executeurs ordonneront, «
adiouſteront, declareront ou corrigeront ſur ce, & ſur toutes les aultres choſes «
contenuës en noſtredit teſtament ou derraine voulenté, de laquelle choſe faire «
nous leur donnons plain povoir, ſoit tenu & accomply & fermement gardé ain- «
ſi comme ſe nous meſmes l'auions fait & ordené. Et requerons noſtre tres-cher «
Seigneur le Roy deſſuſdit, que jaçoit ce qu'ils ſoient tenuz à nous acquiter & «
deliurer de tout ce que nous deuons pour raiſon des deſpens de noſtre Hoſtel & «
d'aultres choſes que nous deuons & auons accruës pour nos neceſſitez durant «
le mariage de luy & de nous, qu'il vueille promettre dés maintenant expreſſe- «
ment à nous en acquitter & deliurer du tout en tout, outre la ſomme qu'il nous «
a donnée & octroyée, & outre ce que nous prenons pour faire noſtre Execu- «
tion, ſi comme il eſt plus plainement contenu en noſtredit teſtament. Et que il «
toutes les choſes deſſuſdites & chacune d'icelles vueille loüer, approuuer & «
confirmer. Ce n'eſt pas noſtre intention que par cette promeſſe que nous re- «
querons que le Roy nous face de nous acquitter de ce que nous deuons pour «
les deſpens de noſtre Hoſtel & pour aultres choſes que nous auons acreuës pour «
nos neceſſitez, Nous, ne nos hoirs ſoient de riens deſchargez de ce que & en «
quoy nous & nos hoirs ſommes tenuz audit noſtre Sire le Roy, pour raiſon des «
fraiz, miſes & deſpens qui y ont eſté faits pour la deſpenſe de noſtre Royaume «
de Nauarre. Et voulons que noſtredit teſtament auquel icy preſent Codicille «
eſt annexé durant & demourant en toutes choſes en ſa force & en ſon povoir, «
ceſt preſent Codicille vaille & ait force & povoir par droit de Codicille ou de «
Teſtament ou de derraine voulentez en la meilleur maniere que il poura & de- «
vra. Et requerons que noſtre cher ainzné fils Loys que il ces choſes vueille «
octroyer, approuuer & confirmer & promettre luy tenir, garder & accomplir «
& faire mettre à Execution. En teſmoing de laquelle choſe nous auons fait met- «
tre noſtre ſeel à ceſt preſent Codicille auec les Sceaux de noſtre tres-cher Sei- «
gneur & noſtre cher fils deſſuſdit. Donné au Bois de Vincennes le douze iour «
de Mars, l'an de grace 1304. «

Et Nous Philippe par la grace de Dieu, Roy de France, à la Requeſte de «
noſtredite chere Compagne voulons, loüons & approuuons ceſt preſent Codi- «
cille & promettons toutes les choſes qui y ſont contenuës faire accomplir & «
acquitter, ainſi comme dit eſt, ladite noſtre Compagne, de ce qu'elle doit pour «
les deſpens de ſon Hoſtel & pour aultres choſes qu'elle a acreuës pour ſes ne- «
ceſſitez durant le mariage de nous & de luy. En teſmoing de laquelle choſe «
nous auons fait mettre noſtre ſeel à ce preſent Codicille, auec le ſeel de ladite «
noſtre chere Compagne, & le ſeel de noſtre cher ainzné fils. Donné l'an & le «
iour deſſuſdit. «

Et ie Loys ainzné fils de noſtredit Sire le Roy ayant authorité & povoir «
de luy de loüer, approuuer & confirmer ces choſes & de iurer à les gar- «
der & accomplir & de non venir encontre toutes les choſes contenuës en «
ceſt preſent Codicille, loüe, approuue & confirme & promets à tenir, garder «
& faire accomplir à noſtre povoir. Et ay fait mettre mon ſeel en ce preſent Co- «
dicille, auec les ſeaulx de mon cher Seigneur & de ma chere Dame deſſuſdits. «
Donné l'an & iour deuant dit. «

Item. PHILIPPVS Dei gratia, Francorum Rex, vniuerſis hæc viſuris ſa- «
lutem. Nouerint vniuerſi quod cum Nos Chariſſimo Ludouico noſtro & Cha- «
riſſimæ conſortis noſtræ Iohannæ Franciæ Reginæ primogenito conſentiendum «
& præſtandi aſſenſum ſuum omnibus ijs quæ in teſtamento, Codicillis & ordina- «
tione ipſius conſortis noſtræ, ſeu in inſtrumentis, ſeu litteris ſuper teſtamento, «
Codicillis & ordinatione huiuſmodi confectis plenius continentur. Quibus præ- «

ſentes noſtræ litteræ ſunt annexæ ac faciendi promiſſiones quaſcumque, præſtandi quoque iuramentum de prædictis omnibus & ſingulis tenendis & ſeruandis, & de non veniendo contra prædicta vel aliqua eorundem, authoritatem plenamque & liberam poteſtatem alias & nunc etiam duximus concedendam, ad ſupplicationem & humilem requiſitionem ipſius primogeniti noſtri.

Item, LVDOVICVS Primogenitus noſter præfatus propter hoc in noſtra præſentia conſtitutus omnia & ſingula in dictis teſtamento, Codicillis & ordinatione ſeu in litteris, aut inſtrumentis prædictis confectis ſuper hoc contenta, viſa & lecta ab eo & plenius attenta, voluit, eiſque omnibus & ſingulis ſuum expreſſè conſenſum præbuit & aſſenſum, eaque omnia & ſingula ſub Iuramento corporaliter ab eo præſtito tactis ſacroſanctis Euangelijs tenere firmiter, ſeruare fideliter & nullo tempore contravenire promiſit. In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum apud Vicennas vltimâ die Martij, an. Domini 1304.

STATVTVM SPECIALE FVNDATIONIS Nauarricæ.

1304. IOHANNA DEI GRATIA FRANCIÆ ET NAVARRÆ REGINA, Campaniæ Briæque Comitiſſa Palatina ad perpetuam rei memoriam. *Spiritus Domini replens orbem terrarum, prouida ſummi Patris cuius ſedes parata eſt in æternum, diſpoſitione* ſtudium Pariſius *decore virtutum & exuberante Gratiarum affluentia ſic ornauit; ſic & ipſe oriens viſitauit, ex alto cuncta proſpiciens, vt in ipſo ſtudio plantauiſſe per ſuæ virtutem dexteræ videatur alterum voluptatis Scholaſticæ Paradiſum; in quo poſiti ſunt Scholares vt illum cuſtodiant, & per laborioſam operationem feruentis ſtudij fructum vitæ producant, ex ligno ſecus decurſus aquarum ſapientiæ ſalutaris plantato.* Ad quam ſapientiam videlicet veri Regis Salomonis in ſancta Eccleſia Catholica Filij Dei typum tenentis. Nos ductæ ſalubri Sabbæ Reginæ & laudabili conſilio dirigentes intimi voti noſtri in eius honore, qui ſapientiam præſtat paruulis de rerum noſtrarum ſubſtantia & bonorum, interueniente Chariſſimi D. noſtri Regis adhoc nobis auctoritatem præſtantis, nec-non Ludouici primogeniti nati noſtri conſenſu, *quandam in dicto ſtudij Padiſo fundare decreuimus Congregationem*, vt ex vinculo Congregationis illius humore per continuam ſtudij diſciplinam quæſito fons exeat aquæ viuæ, quæ velut Euphrates vberrimus filios Deo pariat adoptiuos. Et ſicut alter Iordanis fluuios ad rigandam totius orbis ſuperficiem tam per vitæ mundiciam quàm per veram doctrinam valeat deriuare. *Sicut igitur in domo Domini triplex ſtatus habetur, incipientium videlicet & proficientium ac etiam perfectorum*, ſic in Domo noſtra Nauarræ Pariſius exiſtente præmiſſam Scholarium Congregationem ibidem perpetuò remanendam ordinamus, fundamus & creamus & præcipimus, vt Scholares de Regno Franciæ triplicem ſtatum habeant & in triplici ſtudeant Facultate, 20. videlicet in Grammatica: 30. in Logica & in Philoſophia: ac 20. in Theologia. Quorum ſinguli ſcilicet Grammatici 4. ſolidos Pariſienſes per hebdomadam, Logici ſex ſolidos Pariſ. & Theologi octo ſolidos Pariſ. habeant in futurum, donec ſibi videlicet Grammaticis de Beneficio valoris 30. Logicis valoris 40. & Theologis valoris 60. librarum Pariſienſium vel amplius per quemcunque contigerit prouideri.

GRAMMATICI. Grammatici Doctorem in Grammatica bonæ vitæ & ſufficienter inſtructum in Grammaticalibus; nec non Logici Magiſtrum in Artibus idoneum & expertum habeant, Qui Doctor & Magiſter Scholares ſuos non ſolum in ſcientia, ſed etiam in conuerſatione laudabili, honeſtate vitæ & moribus charitatiuè & fideliter erudiant verbo pariter & exemplo. Ac ipſi videlicet *Doctor Scholaris* Grammatici burſam duplicem per hebdomadam, & Magiſter in Artibus Logici burſam duplicem ſimiliter pro ſalario ſuo percipient & habebunt. Volumus etiam & ordinamus ac ſtatuimus, *quod Decanus & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Theologicæ Facultatis Pariſius actu regentium vel non regentium; ſeu illi quos ipſa Vniuerſitas vel maior pars Vniuerſitatis eligent dictæ domui, cum & quoties opus fuerit de ali-*

ARTISTA.

THEOLOGI.

quo Scholari probo viro, curam & adminiſtrationem Domus & Scholarium prædictorum geſturi, qui duplicem Theologi burſam habeat pro labore, prouideat, quique Rectoris officio fungatur, & ipſe cum dicta Vniuerſitate vel illis quos ad hoc Vniuerſitas ipſa vel maior pars eiuſdem deputauerit de Magiſtro in Grammatica ſufficienter inſtructo pro Grammaticis, & Magiſtro in Artibus pro Logicis & ſtudentibus in Philoſophia prouidebit & recipiet cum eiſdem pueros nec-non Scholares in Theologica Facultate; qui tales Scholares Theologi recipiantur in Domo, qui in Artibus Cathedram meruerint aſcendere Magiſtralem & alias habiles ad perficiendum in ipſa ſcientia. *Et ſint tales tam ipſi quàm alij inferiores Scholares recipiendi, de quibus veriſimiliter præſumatur, quod non habeant vnde per ſe ipſos aut per parentes eorum in ſtudio ſuſtentari valeant, ſed exiſtant pauperes bonæ vitæ.*

Capellæ et Capellanorum inſtitutio.

Et ne ipſi Scholares vagandi cauſam aſſumant, dum ipſi ad Eccleſiam ſuam Parochialem vel aliam, vt audirent ibi Diuinum officium, ſe conferrent, occaſionem quamlibet in hac parte prouideri cupientes auferre, ſtatuimus, præcipimus, *& ordinamus quod in Domo prædicta ſit publica Capella & communis, in qua duo Capellani perpetui per ſeptimanam, vnus poſt alium die qualibet celebrabunt & habebunt duos Clericos ſeruientes in ipſa Capella & cuſtodes eiuſdem. Qui Capellani videlicet ſinguli burſam Theologi, & quilibet Clericus Grammatici burſam habebunt.* Dictique Scholares ibidem tam dicti Chariſſimi Domini noſtri, noſtrumque & Patris noſtri & Matris noſtræ anniuerſarium ſolenniter anno quolibet facient, & alias pro ipſo Domino noſtro, nobis & Prædeceſſoribus noſtris rogabunt: alias vtinam acceptas preces & placabiles Deo fundant. Quos quidem Scholares, Magiſtros, Capellanos, Clericos, Rectorem ac Domum dicti Decanus & Vniuerſitas Magiſtrorum, Scholarium Theologorum Facultatis, vel aliqui ex eiſdem quos ipſe Decanus & Vniuerſitas, ſeu maior pars Vniuerſitatis ad hoc deputauerint, ſemel in anno cum diligentia viſitabunt. Et compotum adminiſtrationis bonorum Domus à Rectore recipient & exigent. Nec non de conuerſatione Scholarium & Magiſtrorum ſuorum ibidem morantium cum ipſo Rectore, aliquibus probis viris de Domo ſolerter inquirent: & ſi ſint aliqui de quibus nulla vel modica ſpes haberi valeret; quod in Facultate ſua poſſent proficere, & de circunſtantijs vniuerſis Domus & Scholarium ſe fideliter informabunt, & ea quæ corrigenda repererint, diligenter corrigent, punient, deponent, mutabunt, & quæ reformatione digna inuenient tam circa Domum quàm perſonas eiuſdem, fideliter reformabunt. Nec tam in receptione Scholarium, Magiſtrorum, Rectoris aut aliarum quarumlibet perſonarum quam in correctione earum ducentur acceptione perſonæ vel patriæ, vel fauore quocunque, ſed Deum habentes ſolum præ oculis iuxta merita cuiuſlibet inſtantis recipi ponderabunt in ipſorum conſcientia. Nec non facta propter quæ aliqui deberent corrigi vel mutari videbunt. Et tunc facient abſque ſcrupulo cuiuſlibet odij quod conſonum fuerit rationi. Et hoc fideliter ſe facturos iurabunt coram Cancellario & Præpoſito Pariſ. qui pro tempore fuerint, & iuramentum quolibet anno renouabunt. Si verò aliqui ex Theolog. Facultatis Scholaribus affectu deuotionis inducti ſe vellent ad Sacerdotium facere promoueri, placet nobis quod ad Burſæ ſuæ titulum iſtud fiat; & quandiu Scholaribus ipſis placuerit, ſic promoti in domo remaneant percepturi Beneficium burſæ ſuæ, donec ſibi aliàs prouiſum fuerit vt eſt dictum. Si etiam aliqui ex alijs Scholaribus inferioribus, dummodo tres in numero non excedant, ſe ſimiliter ad Sacerdotium facere promoueri ad titulum burſæ ſuæ voluerint; placet nobis quod hoc fiat, & promotus ad Sacerdotium burſam Theologorum quæ prima vacauerit, habeat & percipiat, donec ſibi aliàs ſit prouiſum, vt ſuperius eſt expreſſum, cum per hoc non intendamus Theologorum Scholarium numerum quomodolibet augmentare, ſed ſic promotus in cedentis vel decedentis Scholaris Theologi locum ſuccedat. Et promoti ipſi cum alijs Capellanis dictæ Capellæ celebrare & Diuinis vacare Officijs teneantur.

Theologi poſſunt eſſe Capellani.

Statuimus nihilominus & præcipimus quod omnes Scholares feſtiuitatibus ſolennibus & diebus Dominicis ad Capellam conueniant ordinatè ad pulſationem campanæ, Matutinas, Miſſam & alias Canonicas horas dicturi. Quod ſi

aliquis abſens fuerit à Capella poſtquam dictum fuerit *Gloria Patri*, primum, ab Hebdomadæ burſa priuetur. Et ſi plus deliquerit, ſe ab illis quomolibet abſentando, grauius puniatur, dummodo infirmitate detentus vel occupatus alijs negotijs, ad quæ ſe de Magiſtri ſui licentia diuertit, non exiſtat.

Ad cuius Domus fundationem & ordinationem ne ſtudium Scholarium prædictorum labatur, eandem Domum pro ipſis Scholaribus dotamus & ditamus 2000. librarum Turon. annui & perpetui reditus aſſidendi vbi melius & vtilius poterit vel à teſtamenti noſtri Executoribus acquirendi de fructibus & expletis Comitatus Campaniæ & Bryæ tam in præſenti fundatione quàm pro alia dicti teſtamenti noſtri executione complenda per triennium immediate poſt deceſſum noſtrum leuandis, Volentes quod ſi dicta duo millia librarum annui reditus aſſideantur in aliquo certo loco vel pluribus in Regno Franciæ, viginti quatuor millia librarum Turon. aut pro qualibet ſumma 100. librarum, duodecies centum libræ de dictis fructibus & expletis leuandis, vt præmittitur, deducantur, vt ſic deductio talis fiat pro aſſiſiæ quantitate. Quem reditum dicti Scholares percipient & habebunt in futurum pacificè & quietè abſque coactione vendendi vel extra manum ſuam ponendi, & abſque præſtatione financiæ cuiuſcunque.

Si verò ſolutis burſis Capellanorum, Magiſtrorum, Rectorum & Scholarium prædictorum ac expenſis deinceps faciendis pro ſuſtentatione ædificiorum quæ de noſtro ante omnia conſtrui & ædificari & ordinari honorificè volumus & præcipimus aliquid ſupereſſet, ex eo Grammaticæ, Logicæ, Philoſophiæ & Theologiæ libri emantur, qui ad communem vſum Scholarium in domo ponantur. Et aliàs in vſum pauperum Scholarium. Vel ſi forſan ſufficeret in futurum, in augmentum numeri Scholarium conuertatur. Volumus etiam & præcipimus & ordinamus quod ſi ante deceſſum noſtrum ædificia dictæ Domus conſtrui & ordinari propter hoc modo debito non valerent, Executores noſtri de dictis fructibus & expletis aut alijs bonis noſtris ædificia ipſa fieri, conſtrui & ordinari faciant. Ita quod Capella ordinetur in loco congruo, & libri, veſtimenta & ſupellectilia de noſtro emantur.

Grammatici Scholas, aulam & dormitorium, coquinam & alias Officinas per ſe habeant. Et Logici ſimiliter habeant ædificia ſua per ſe. Ac Theologi per ſe ſoli ſecundum eorum cuiuſlibet conditionem & ſtatum. Infirmaria pro Scholaribus infirmis vel malè diſpoſitis ordiuetur. Et Rector ſeu Prouiſor Domus prædictæ habeat ædificium ſuum ſolus. *Et duo Capellani prædicti, ac duo Clerici Capellæ prædictæ ſimiliter ædificium aliquod habeant vt liberius Diuinis obſequijs poſſint aſſiſtere & vacare.* Et ſi fortè in præſcriptis Inſtitutione & ſtatutis aliqua addenda, corrigenda aut etiam declaranda fuerint, volumus & tenore præſentium ordinamus, quod per Executores noſtros addi, corrigi & declarari valeat, prove eiſdem Executoribus dictæ domus vtilitate & commodo, ac animarum dicti Domini noſtri & noſtræ remedio & ſalute videbitur melius expedire. Et illa quæ per eoſdem Executores in præfatis Inſtitutione & ſtatutis addita, correcta, & declarata fuerint, tantam habere volumus & præcipimus roboris firmitatem, ac ſi eſſent in præſentibus ſcripta ſpecialia & expreſſa. In quorum omnium teſtimonium ac munimen præſentibus noſtrum fecimus vna cum ſigillis prædictorum Domini noſtri Regis & Ludouici primogeniti nati noſtri ſigillum apponi. Nos verò Philippus Dei gratia Francorum Rex ad petitionem Chariſſimæ conſortis noſtræ prædictæ, cui authoritatem ex certa ſcentia faciendi omnia præmiſſa & ſingula præſtitimus & prçſtamus, ipſi ordinationẽ & prçſentem dictarum Scholarium fundationem ſeruare & cõpleri facere promittimus bona fide. Tamque laudabile præfatæ Chariſſimæ conſortis noſtræ propoſitum confoueri volentes, præmiſſa omnia concedimus, approbamus & noſtrum eiſdem beniuolum impartimur aſſenſum, concedentes etiam quod dicti Scholares prædictum annuum reditum duorum millium librarum Turon. aſſidendi eiſdem, vel acquirendi pro eis, vt præmittitur, tenere & percipere liberè, pacificè, perpetuò & quietè valeant, abſque coactione vendendi, vel extra manum ſuam ponendi & abſque præſtatione financiæ cuiuſcunque noſtrum fecimus apponi ſigillum. Et ego Ludouicus primogenitus prædictorum D. Regis & D. Reginæ, cuius ordinationi

Digitized by Google

& prædictæ Domus fundationi meum conſenſum præbeo & aſſenſum & per iuramentum meum ad ſancti Dei Euangelia præſtitum præmiſſa omnia & ſingula facere obſeruari & compleri, nec contrauenire ſolemniter promitto. Et ad majorem certitudinem rei huius meum præſentibus ſigillum apponere dignum duxi. Actum apud Boſcum Vincennarum in Feſto Annunciationis Dominicæ anno Domini 1304.

Philippvs Dei Gratia Francorvm Rex, Vniuerſis hæc viſuris „
ſalutem. Nouerint vniuerſi, quod cum Nos chariſſimo Ludouico noſtro & „
chariſſimæ conſortis noſtræ Francorum Reginæ primogenito conſentiendi & „
præſtandi aſſenſum ſuum omnibus his quæ in Ordinatione, Inſtitutione & Fun- „
datione ſuper Teſtamento ipſius conſortis noſtræ confectis plenius continentur, „
Quibus præſentes noſtræ litteræ ſunt annexæ ac faciendi promiſſiones quaſcun- „
que, præſtandi quoque iuramentum de prædictis omnibus & ſingulis tenendis & „
ſeruandis & de non veniendo contra prædicta vel aliqua eorundem, autorita- „
tem plenamque & liberam poteſtatem aliàs & nunc etiam duximus conceden- „
dum ad ſupplicationem & humilem requiſitionem iſtius primogeniti noſtri. Idem „
Ludouicus primogenitus noſter præfatus propter hoc in noſtra præſentia con- „
ſtitutus omnia & ſingula in dictis Ordinatione, Inſtitutione, & Fundatione con- „
tenta, viſa & lecta ab eo & plenius attenta voluit eiſque omnibus & ſingulis „
ſuum expreſsè conſenſum præbuit & aſſenſum. Eaque omnia & ſingula ſub „
iuramento corporaliter ab eo præſtito tactis ſacroſanctis Euangeliis tenere fir- „
miter, ſeruare fideliter & nullo tempore contrauenire promiſit. In cuius rei „
teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum apud „
Vicennam vltima die Martij an. Dom. 1304. „

Cæterum Iana Regina morte præuenta (obiit enim an. 1304 apud Vicennas & in æde Minorum Pariſienſium ſepulta eſt) inceptum perficere non potuit: at abſoluerunt Executores Teſtamentarij, ab ea nuncupati; Et an. 1309. die Sabbati 2. April. M. Simon Feſtu Epiſcopus Meldenſis ex iis vnus primum lapidem iecit in fundamenta Ædiculæ, quæ S. Ludouico poſtea dedicata eſt. In ingreſſu autem ipſius, in Naui ad læuam ita ſcriptum legitur. *Anno Dom.* 1309. Sabbato 12. *April. videlicet Sabbato poſt* Quaſimodo *Reuerendus Pater D. Simon Feſtu Dei gratia Meldenſis Epiſcopus Executor excellentiſſimæ D. Ioannæ Franciæ & Nauarræ Reginæ poſuit & ſituauit primum lapidem in* introitu Eccleſiæ *ſeu Capellæ Congregationis Scholarium de Nauarra, quam dicta Domina in ſua vltima voluntate Pariſius in monte S. Genouefæ inſtituit & ordinauit, præſentibus Milone Cancellario, Guill de Ferrariis Officiali Meldenſi, Radulpho de Prell' Clerico D. Regis, & M. Petro de Valle Reinfredi Latomo ac pluribus aliis.*

Ad dexrram verò leguntur etiamnum hodie hi verſus in Tabula lapidea in honorem Fundatricis paulo poſt facti ſatis infelici venâ, ſed ad commendationem Antiquitatis digni qui hiſce Annalibus inſerantur. Sic ergo ſe habent.

Pro Regno duplici meruit ſatis inclyta dici
Indole præclarâ illuſtris Regina Ioanna
Francorum Domina Regi pulcro ſociata.
Dote Nauarrigenas rexit Gentes alienas,
Nam Henrico verè vnica Regis Nata Nauarræ
Campanæ Comitis, tandem huic ſucceſſit in illis.
Tota Briæ ſtrata, ſimul & Campania lata;
Atque Palatina ſibi tunc, non peregrina.
Geſtu moroſa fuit & vultu ſpecioſa.
Prudens, robuſta, conſtans & prouida, iuſta,
Caſta, fide plena, ſpeque abs pietatis habena,
Compatiens animo, ſuſpirans cordis ab imo,
Pauperibus cunctis dans, doctis atque peritis.
Viribus & totis, Diuinis dedita notis,

Sub pede mundana calcans quaſi ſtercora vana.
Quæ licet exuta membris iam ſit reſoluta
Factaque terra cinis, velut exigit vltima finis,
Terris defuncta viuit per ſecula cuncta.
Hæcce Regina per quam vergente ruina
Creuit Pariſia declinans Philoſophia,
Cuiuis ſunt geſta ſcriptis aureis redigenda.
Nam præ Matronis virtutum dedita donis
Digna Dei thronis Templum hoc ſtatuit Salomonis.
Auſtri Regina Ludouico munera trina
Addens mirifica, nec pridem talia viſa
Quæ redolent planè ſunt. Nam tria lilia verè
Lilia Francorum liliis decorans ferè morum.
Namque & Grammaticos ſtatuens ætate pudicos
Dotat vicenos, binos addendo Magiſtros,
Mores egregios qui ſpargunt ſchemate fultos.
Extrema vt medio melius ſolidetur aſilo
Machina perpetuo quæ duret temporis æuo,
Tricenos Artes hoc addidit ad liberales;
Pro quibus appoſuit Doctorem, qui bene præſit.
Ex hinc & numerum bis Denûm Theologorum,
Dat lumen fidei, ſatius ſplendore diei
Illuſtrans mundum. Nulli eſt id in orbe ſecundum
Datque hic Doctorem, hinc & Prouiſoris honorem.
Præclarum reliquis hoc Templum dum tenet, vt ſcis
Dat Liliis formam, celſam his adhibendo coronam
Quatuor Altari celebrare tot his famulari
Vult hoc in Templo plano, virtute profundo.
Omnibus his victum, veſtitum dans ſatis amplum,
Nam benè ſi penſes, bis mille libras Turonenſes
Cenſûs perpetui anno quolibet accipiendi
Dat, quibus hinc viuant, & in æuum mœnia ſiſtant.
Siſte Domus donec fluctus formica marinos
Ebibat, & totum teſtudo perambulet orbem.
Regi Cælorum grata extitit, & liliorum
Philippo pulchro, donec fuit arta ſepulcro.
Huius facta bona teſtantur Chronica vulga.
Sed ſi alia indocta fuit, aſpice non fuit ipſa.
Annis triginta tribus extat corpore cincta
Vixit cum Rege, Chriſti ſub nobile lege
Viginti adde dies, ter tres, hinc tres quoque menſes
Tranſit ab hoc Regno, deinceps fruitura ſuperno
Anno milleno trecentenoque quaterno
Cara Deo & mundo ſub Aprilis luce ſecunda
AEde Vicenarum lethum guſtauit amarum:
Corpus delatum fuit & tandem tumulatum
Pariſij, medium capiens Chorum in æde Minorum.

Digitized by Google

Fletibus & lachrymis, petimus, ſi flecteris vllis,
Rex Regum Domine, Reginæ Tu miſerere.

Anno 1315. Executores Teſtamentarij prædictæ Reginæ Teſtamentum exponentes quædam immutarunt, quædam addiderunt, vt patet ex hoc inſtrumento.

IN Nomine Domini Amen. Nos Symon miſeratione diuinâ Meldenſis « Epiſcopus, & Ægidius eadem miſeratione Abbas S. Dionyſij in Francia « Executores Teſtamenti claræ memoriæ D. Iohannæ quondam Franciæ & Na- « uarræ Reginæ, Notum facimus Vniuerſis tam præſentibus quàm futuris, quod « cum dicta D. Regina in ſuo Teſtamento ſeu vltima voluntate ordinauerit, crea- « uerit, fundauerit & inſtituerit quandam Domum ſeu Congregationem Scho- « larium in ſtudio Pariſ. ibidem perpetuò remanendam, volueritque & præcepe- « rit vt Scholares ipſi recipiendi de Regno Franciæ triplicem ſtatum habeant & « in triplici ſtudeant Facultate, 20. videlicet in Grammatica : 30. in Logica & « in Philoſophia, ac 20. in Theologia. Quorum ſinguli, ſcilicet Grammatici « 4. ſolidos Pariſ. per hebdomadam, Logici ſex ſolidos Pariſ. ac Theologi octo « ſolidos Pariſ. habeant in futurum, donec ſibi videlicet Grammaticis de Benefi- « cio 30. librarum valoris; Logicis 40. & Theologis valoris 60. librarum Pariſ. per « quemcunque contigerit prouideri. Et quod Grammatici Doctorem in Gram- « matica bonæ vitæ ſufficienter inſtructum in Grammaticalibus, nec non Lo- « gici Magiſtrum in artibus idoneum & expertum habeant, *Qui Doctor & Magi-* « *ſter* Scholares ſuos non ſolum in ſcientia, ſed etiam in conuerſatione laudabili, « honeſtate vitæ & moribus charitatiuè & fideliter erudiant verbo pariter & « exemplo. Volueritque & ordinauerit quod in Domo prædicta ſit publica Ca- « pella & communis, in qua duo Capellani perpetui per ſeptimanam vnus poſt « alium die qualibet celebrabunt; & habebunt duos Clericos ſeruitores in « ipſa Capella & Cuſtodes eiuſdem. Qui Capellani videlicet ſinguli Burſam « Theologi, & quilibet Clericus Grammatici Burſam habebunt. Quodque ſit « in dicta Domo Deputatus aliquis Scholaris probus vir curam & adminiſtratio- « nem Domus & Scholarium prædictorum geſturus, qui duplicem Theologi « Burſam habeat pro labore, qui Prouiſoris officio ſeu Magiſtri fungatur, prout « hæc & alia multa in Ordinatione facta ſuper Inſtitutione dictorum Schola- « rium ſigillis D. Philippi Regis nuper defuncti & dictæ D. Reginæ ac D. Ludo- « uici ipſorum primogeniti, nunc Regis Franciæ ſigillata plenius continentur: « dictaque D. Regina voluerit, ordinauerit, ac etiam præceperit, quod ſi ali- « qua in dictis Ordinatione, Inſtitutione & Fundatione & aliis in ſuis Teſta- « mento & Codicillis contentis eſſent declaranda, augmentanda, ordinanda, & « corrigenda, quod per ſuos Executores vel duos eorum poſſent declarari, aug- « mentari, ordinari, inſtitui & corrigi. Et quod ea quæ per ſuos Executores « eſſent ordinata, correcta, declarata, inſtituta vel augmentata, tantam habeant « & haberent roboris firmitatem, ac ſi eſſent omnia & ſingula in ſuis Teſtamento « & Codicillis contenta, prout hæc in 3. clauſulis in ſuis Teſtamento & Codicillis « contentis plenius continentur, quarum prima talis eſt. «

Auſquels Executeurs Nous donnons plein pouuoir de corriger & de declai- « rer ce qui ſera douteux & obſcur és choſes deſſuſdites. «

2. Clauſula in Codicillis contenta talis eſt. Et voulons en ſur que tout, « que s'il y a aucunes choſes à adjouſter, corriger, ordener & declairer en l'inſti- « tution de la Maiſon des Eſcholiers & de l'Hoſpital, Que nous ordenons & com- « mandons en noſtredit Teſtament eſtre fait de nos biens, Que noſdits Execu- « teurs puiſſent adjouſter, corriger & amender ce qu'il leur ſemblera, que bien « ſoit pour le prouffit de la Maiſon & de l'Hoſpital deſſuſdit, & pour le ſalut de « noſtre ame. Et voulons & commandons que tout ce que leſdits Executeurs « ordonneront, adiouſteront & corrigeront ſur ce, & ſur toutes les autres cho- « ſes contenuës en noſtredit Teſtament, ou derraine voulenté. De laquelle cho- « ſe faire, nous leur donnons plain povoir, ſoit tenu & accomply, & fermement « gardé, ainſi comme ſi nous meſmes l'auons fait & ordenné. «

» Tertia autem clauſula in Inſtitutione & Ordinatione dictorum Scholarium
» contenta talis eſt. Etſi fortè in præſcriptis Inſtitutione & Statutis aliqua ad-
» denda, corrigenda aut etiam declaranda fuerint, volumus & tenore præſen-
» tium ordinamus quod per Executores noſtros addi, corrigi & declarari valeant,
» prout eiſdem Executoribus prædictæ Domus vtilitate & commodo ac animarum
» dicti Domini noſtri & noſtræ remedio & ſalute viderint melius expedire. Et illa
» quæ per eoſdem Executores in præfatis Inſtitutione & Statutis addita, correcta
» & declarata fuerint, tantam habere volumus & præcipimus roboris firmitatem
» etiam, ac ſi eſſent in præſentibus ſcripta ſpecialiter & expreſſa. Et cum nobilis
» & potens Princeps D. Guido Comes S. Pauli & Buticularius Franciæ Coexe-
» cutor noſtri dicti Teſtamenti omnia & ſingula quæ per nos in receptione Magi-
» ſtrorum & Scholarium dictæ Domus, ac quarundam Inſtitutionum, Ordinatio-
» num & declarationum ſuper præmiſſis hactenus per nos facta, rata habuerit at-
» que grata, ac etiam omnia & ſingula quæ per Nos in præmiſſis ordinanda, de-
» claranda, augmentanda & corrigenda voluerit, approbauerit & ratificauerit
» quantum ſua intereſt, prout in ſuis litteris continetur, quarum tenor talis eſt.

» A Tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, Guy de Chaſtillon Comte
» de S. Pol, & Bouteiller de France, Executeur auecques autres du Teſta-
» ment de Dame de bonne memoire, Madame Iehanne, jadis Reyne de France
» & de Nauarre, Salut en noſtre Seigneur. Saichent tuit que Nous entant com-
» me à nous eſt, comme Executeur, voulons, approuuons & ratifions l'Ordon-
» nance & la Declaration que honorable Pere en Ieſus Chriſt, Monſieur Symon,
» par la grace de Dieu Eueſque de Meaux, & Gilles par celle meſme grace Abbé
» de ſaint Denis en France, Executeur auecques Nous dudit Teſtament, ont fai-
» res, tant comme Executeurs en l'Hoſtel des Eſcholiers de ladite Dame fondé
» à Paris, tant en l'Inſtitution des Maiſtres & des Eſcholiers, & des Chapellains
» & Clercs de ladite maiſon. Quant en autres choſes ſelon la teneur des Lettres
» pendens de iceux honorables Peres. Et voulons & approuuons, & ratifions
» tout ce qu'ils voudront ordonner, declairer, adiouſter & corriger dés or en
» droit ou temps à aduenir en l'Ordonnance des choſes contenuës oudit Teſta-
» ment, ſelon ce qui leur ſemblera que bon ſoit à faire. Et l'aurons & auons
» tant comme en nous eſt, ferme & ſtable. En témoin de ce nous auons mis en
» ces preſentes Lettres noſtre Seel. Donné l'an de grace 1315. le Samedy veille
» S. Thomas l'Apoſtre.
» Nos autem Epiſcopus Meldenſis & Abbas ſancti Dionyſij ſupradicti autho-
» ritate & poteſtate nobis per dictam Dominam Reginam conceſſis, de voluntate
» etiam & aſſenſu prædicti D. Comitis ſancti Pauli Coëxecutoris noſtri penſatâ
» vtilitate dictæ Domus conſiderataque intentione dictæ Dominæ Reginæ, de
» bonorum & peritorum virorum conſilio, ſupplicationi humili dictorum Scho-
» larium annuentes, quia nobis humiliter ſupplicarunt quod juramenta præſtita
» & præſtanda de obſeruandis noſtris infraſcriptis Inſtitutionibus vel Statutis non
» præjudicent, eorum iuramento vel iuramentis Vniuerſitatis Pariſienſis, vel
» alicui Facultati eiuſdem præſtitis vel præſtandis, ſed ſalua penitus remaneant,
» & illæſa vna cum ſupradictis ordinamus & ſtatuimus, quod in dicta Domo po-
» natur quidam idoneus Grammaticus bonæ vitæ, qui Submagiſter vocabitur
» ad inſtruendum juniores in primitiuis ſcientiæ Grammaticæ. Qui quidem Sub-
» magiſter burſam vnius Scholaris in Artibus habebit.
» Statuimus etiam quod ibidem ponatur vnus Magiſter in Theologia idoneus
» pro Scholaribus Theologiæ in Facultate Theol. inſtruendis. Qui Magiſter in
» Theologia 20 ſolidos Pariſ. habebit qualibet ſeptimana, & tenebitur legere in
» Domo prædicta.
» Statuimus etiam quod Magiſter & Scholares ſcientiæ Grammaticæ tres Be-
» neficiarios habeant, qui eligentur & ponentur ibi per Prouiſorem dictæ Domus
» & per Magiſtrum in Grammatica. Magiſter veró & Scholares ſcientiæ Logicæ
» ſex, qui ſimiliter ponentur per Prouiſorem prædictum & Magiſtrum in Artibus.
» Magiſter autem & Scholares in Theologia ſex, qui ſimiliter ponentur per Magi-
» ſtrum in Theol. & Prouiſorem prædictum.

De Capellanis.

Ad augmentationem verò Officij, ſeu cultus Diuini ſtatuimus & ordinamus, quod vna cum duobus Clericis & duobus Capellanis in dicta Capella dictæ Domus per dictam Dominam Reginam inſtitutis, alij duo Capellani & alij duo Clerici inſtituantur. Quorum quilibet burſam habeat ſicut habent alij Capellani & Clerici per dictam D. Reginam, *vt prædicitur, inſtituti.* Qui quidem 4. Capellani & 4. Clerici infra propriſium dictæ Domus in Domibus pro ipſis ordinatis vel ordinandis & non alibi morari tenebuntur & ſuam facere manſionem, *vt promptius & magis competenter dictæ Capellæ deſeruire valeant*, & diuina Officia melius exercere. Si verò dictam Domum habitare noluerint & ad Miſſas & horas diei & noctis continuam facere reſidentiam vt decebit, à burſis dictæ Domus ſint priuati. Et per alios idoneos Magiſter in Theologia & Prouiſor dictæ Domus, Capellæ competenter faciant deſeruiri, quandiu ipſos à Capella & Domo contigerit abſentari, ne dicta Capella à ſuis obſequijs quomolibet defraudetur. Præfati verò 4. Capellani & 4. Clerici ſingulis diebus feſtiuis & non feſtiuis Matutinas, Veſperas & alias horas Canonicas in dicta Capella quæ ad honorem B. Ludouici Confeſſoris eſt fundata, cantare & duas Miſſas celebrare diebus ſingulis tenebuntur, videlicet diebus Dominicis & feſtiuis quibus non legitur in Scholis vnam Miſſam, ſtatim poſt Primam: & aliam ſtatim poſt Tertiam. Ad quas Miſſas, Horas, Matutinas & Veſperas tenebuntur dicti Capellani & Clerici intereſſe *in Superlicijs ſuis & habebunt Almucias.* Et habebunt Theologi & Artiſtæ, Magiſtri eorum, Prouiſor, nec non Magiſter & Submagiſter in Grammatica Superlicia & Almucias.

Pueri verò in Gammatica, capita nuda. *Et ſi ſine cauſa rationabili defecerint, Capellanus pro quibuſlibet Matutinis, magna Miſſa & Veſperis ſoluet 4. denarios, & pro qualibet* hora aliarum horarum duos denarios.

Clerici verò ad pœnam dimidiam tenebuntur in vtilitatem ſeruientium & præſentium conuertendam.

Scholares verò alij ad Veſperas. Primas videlicet in diebus Sabbati & in Vigilijs feſtorum communium, Matutinas & magnam Miſſam diebus Dominicis & feſtiuis ſub pœna ſex denariorum quilibet tenebitur. Ad Veſperas verò diebus Dominicis & feſtiuis non tenebuntur niſi eis placuerit intereſſe, vt poſſint dicti Scholares Sermonum collationibus eſſe præſentes, ſaluo tamen quod diebus Dominicis mortuorum vigilijs interſint, & in Miſſa in craſtino pro ſalute animæ fuudatricis. Ad quæ non tenebuntur illi quibus incumbet legere vel actus communes Domus & vtilitatem Societatum publicè exercere. Et interſint *in ſuperlicijs & Almucijs*, & Chorum ad Matutinas, ad Miſſam & Veſperas ſupradictas infra primum *Gloria Patri*, intrenr ſub pœna 4 denariorum pro qualibet negligentia vel defectu. Quæ quidem Miſſæ tam de B. Virgine, de rempore & de feſtis quàm pro Defunctis & alijs ſecundum dies & tempora ad vſum Pariſienſis Diœceſis ordinata celebrabuntur, provt vtilius & melius ad honorem Dei, B. Virginis & omnium Sanctorum, necnon ad ſalutem animarum Regis & Reginæ prædictorum & parentum ſuorum fieri poterit & debebit.

De Archivis.

Item ſtatuimus & ordinamus quod in dicta Domo Scholarium, ſeu in Capella, in loco ſecuro ſit quædam Archa in qua ſint tres clauſuræ, & in qualibet clauſura vnum foramen & rres claues. Quarum vnam habeat Magiſter in Theologia: aliam Magiſter in Artibus: & aliam Prouiſor dictæ Domus, in qua Archa reſiduum burſarum quod remanebit propter abſentiam Scholarium à Domo ponetur qualibet ſeptimana, per dicta foramina à Magiſtris cuiuſlibet Facultatis qui iurabunt hæc fideliter ſe facturos. Dicta verò Archa bis in anno aperietur & videbitur quid eſt ibi de reſiduo, videlicet in feſtis Purificationis B. Virginis & in feſto B. Ludouici Confeſſoris: In cuius honore dicta Capella eſt fundata, & erit præſtante Domino dedicata præſentibus Magiſtris & Scholaribus dictæ Domus, vel maiori parte eorundem. Quod reſiduum conuertetur in emptionem librorum & aliorum neceſſariorum dictæ Domus, quantùm ad id extendere ſe poterit facultas.

De redditione rationum.

Prouiſor autem dictæ Domus ſemel in anno in craſtino B. Ludouici reddet computum de expenſis, miſijs ac receptis per ipſum factis præſentibus Gubernatoribus dictæ Domus vel mandato eorundem, qui hîc inferius nominabun-

» tur præſente etiam Magiſtro in Theolog. vocato ad hæc. Et præſente aliquo
» de Camera Compotorum Regis Pariſ. Quem Magiſtri dictæ Cameræ deputa-
» bunt ad requiſitionem Magiſtri in Theolog. dictæ Domus, qui propter hoc
» ipſos adire tenebitur, in dicta Camera in vigilia dicti feſti vel ante. Qui depu-
» tatus pro labore ſuo audiendo, videndo & examinando dictum Compotum ha-
» bebit 40. ſolidos Pariſ. de Reditibus dictæ Domus; & bona fide promittet
» in dicta Camera præſente dicto Magiſtro in Theologia, ſe habere fideliter in
» præmiſſis: & quod ſecretum dictæ Domus non reuelabit cuiquam. Illud verò
» quod erit reſiduum de dictis Reditibus, ſeu aliunde, in augmentationem Redi-
» tuum dictæ Domus conuertetur.

VNDE ORTI DEBENT ASSVMI.

» Magiſtri autem ſupradicti, Prouiſor, Capellani & Clerici de terra Campa-
» niæ vel de Prouincia Senonenſi aſſumantur, ſi reperiantur idonei. Si verò ibi-
» dem Magiſter in Theol. idoneus non inueniatur, de loco propinquiori dictarum
» Terræ & Prouinciæ, de Natione Gallicana aſſumetur. Et ſimiliter alij Magiſtri
» aſſumentur eodem modo.

» Scholares autem tam in Grammatica & Logica quàm in Theologia de ter-
» ris infra ſcriptis aſſumentur. Videlicet de terra Campaniæ quæ fuit dictæ D.
» Reginæ fundatricis, de cuius terræ bonis dicta Domus Scholarium eſt fundata,
» quindecim Scholares aſſumentur, videlicet 4. in Grammatica, 7. in Artibus &
» 4. in Theologia. De Prouincia verò Senonenſi extra terram Campaniæ aſſu-
» mentur 12. Scholares, videlicet 3. in Grammatica; ſex in Artibus, & 3 in Theo-
» logia. De Prouincia autem Remenſi extra terram Campaniæ in & de Regno
» Franciæ exiſtente aſſumentur 10. Scholares: videlicet 3. in Grammatica: 5.
» in Artibus; & 2. in Theologia. De Prouincia autem Rothomagenſi aſſumentur
» 10. videlicet 3. in Grammatica, 3. in Artibus & 4. in Theologia. De Prouincia
» autem Turonenſi aſſumentur vndecim, videlicet 3. in Grammatica, 4. in Ar-
» tibus, & 4. in Theologia. De Prouincia Bituricenſi aſſumentur 6. Scho-
» lares, videlicet 2. in Artibus; duo in Grammatica, & duo in Theologia. De
» Prouincia Lugdunenſi, de terra tamen in & de Regno Franciæ exiſtente aſſu-
» mentur duo Scholares, videlicet vnus in Artibus & alius in Theologia, nec non
» de Prouincia Narbonenſi, de terra tamen in & de Regno Franciæ exiſtente aſ-

NVTRITI IN DOMO CÆTERIS QVOAD OFFICIA PRÆFERVNTVR.

» ſumentur duo, videlicet vnus in Artibus & alius in Theologia. *Præfati verò Do-*
» *ctores in Theologia, Logica, ſeu Artibus & in Grammatica de Nutritis in Domo præ-*
» *dicta, ſi qui fuerint, vel dum fuerint ad hoc ſufficientes & idonei eligantur; & in ea-*
» *dem domo nutriti alijs præferantur.* Cum verò in Facultate Theologiæ locum va-
» care contigerit, ſufficientior de Logicis, ſeu Artiſtis in loco prædicto ponatur:
» ſi ad hoc per Prouiſorem & Magiſtrum in Theolog. idoneus iudicetur. Similiter
» cùm in Logica ſeu Artium Facultate locus vacauerit, in eodem ponatur magis
» ſufficiens de Grammaticis dictæ Domus: ſi reperiatur ſufficiens & idoneus;
» aliàs de locis ſuperius declaratis; & ſic de Gradu in Gradum aſcendent. *Poſt-*
» *quam verò Theologus licentiam in Theol. obtinuerit cum effectu, domum exire ſimpliciter*
» *teneatur & ſibi alibi prouidere. Et iurabit ſe non differre, ſeu prolongare receptionem*
» *ſeu ſuſceptionem Magiſterij prædicti ob cauſam prædictam.*

» Magiſter autem & Submagiſter prædicti, Scholares, etiam Prouiſor, Capel-
» lani & Clerici dictæ Domus, quando locus vacauerit, ponentur per Nos Epiſ-
» copum Meldenſem & Abbatem S. Dionyſij ſupradictos, quandiu Nos vitam
» duxerimus in humanis. Vno tamen noſtrum defuncto ſuccedet in locum eius
» Magiſter in Theolog. dictæ Domus qui pro tempore fuerit, vna cum Epiſcopo
» Meldenſi, vel Abbate S. Dionyſij qui pro tempore fuerint. Nobis autem de medio
» ſublatis ponentur per Epiſcopum Meldenſem, Abbatem S. Dionyſij, Magiſtrum
» in Theolog. dictæ Domus, qui pro tempore fuerint & per Cancellarium Pariſ.
» nec non & per Decanum Communitatis ſeu Congregationis Magiſtrorum
» Theolog. Facultatis, vel per majorem partem eorundem, aliis tamen vocatis &
» abſentibus vel nolentibus intereſſe, hoc ſaluo quod nunquam dicti Magiſtri
» & Scholares, Capellani & Clerici, quando locus vacabit ibidem in abſentia &
» ſine Epiſcopo Meldenſi & Abbate ſancti Dionyſij qui pro tempore fuerint, vel
» ſpeciali mandato ipſorum vel alterius eorundem ponentur ibidem.

» Nos autem Epiſcopus Meldenſis & Abbas ſancti Dionyſij ſupradicti quandiu

vixerimus Gubernatores dictæ Domus vocabimur : & ſimiliter Epiſcopus Meldenſis Abbas ſancti Dionyſij, Magiſter in Theol. dictæ Domus, Cancellarius Pariſ. & Decanus dictæ Facultatis qui pro tempore fuerint, Gubernatores dictæ Domus vocabuntur. Magiſtri verò, Prouiſor & Scholares & alij qui iam per Nos ſunt ibidem inſtituti, remanebunt vſque ad ſua tempora, niſi euidens defectus in ipſis appareat, propter quem ſecundum ordinationem à Domo expelli debeant; ordinatione ſuper numero Scholarium cuiuſlibet Prouinciæ facta, vt prædicitur, vel alia quacunque contraria non obſtante. "

Præterea ſtatuimus & ordinamus ac etiam declaramus, quod omnes Socij de Domo cuiuſcunque Facultatis exiſtant, honeſtè ſe habeant in geſtu & habitu, nullus caligas habeat niſi nigras, nullus ſotulares deferat laqueatos, nullus comam nutriat, nec habeat calamiſtram, nec cucuſam, ſed tonſuram rotundam deferat & coronam ſatis largam. "

Item iurabũt quod ipſi Gubernatoribus dictæ Domus & Magiſtro in Theologia & aliis Superioribus ſuis honorem deferent & ſibi obedient in licitis & honeſtis. "

Item quælibet Societas in qualibet Comeſtione parua vel magna Benedictionem ſolitam facient, & in fine agent gratias, & dicent vnam orationem de Defunctis pro anima fundatricis, Regis Philippi & parentum ſuorum. "

Item quia ex comeſtionibus in Cameris ſæpè grauatur Societas, & Studium multipliciter impeditur, nullus comedat in Camera, niſi infirmus fuerit vel minutus, vel honeſtum hoſpitem habeat extraneum non morantem Pariſius niſi de licentia Magiſtri in Theol. dictæ Domus. Et tunc de clamoribus & altis vocibus abſtineant, ne contingat ſocios à ſuis ſtudiis impediri. Et tunc de communi non habeant niſi panis ſolitam portionem; ſed ſi hoſpes ſuperuenerit, poterit comedere cum ſociis. Ita tamen quod ille qui eum ducet, ſoluet pro eo ſecundum qualitatem Burſæ, ſicque nullo modo grauetur Societas propter ipſum. Sed ſi hoſpes fuerit perſona notabilis, poterit Socius ipſum feſtinare in Camera & ducere ſecum aliquot de Sociis, vt ſibi faciant ſolatium & honorem, qui de pane ſolitam habeant portionem. Si quis verò minutus fuerit, poterit per 3. dies comedere in ſua camera. Et poterit vocare aliquem Socium, vt ſibi ſocietatem faciat, & habebunt ſuam integraliter portionem, ita tamen quod propter eorum ſeruitium non impediatur ſeruitium Sociorum. "

Si quis autem ſine cauſa rationabili in Camera ſua comederit, pro qualibet vice ſoluet 12. denarios qui de Burſa ſequentis Septimanæ deducentur conuertendi in vſum & commodum prædictorum. Sed infirmis non eſt lex poſita. Sed ſi contingat aliquem propter infirmitatem comedere in Camera, fas ſit ſibi ſecum habere vnum ſocium qui ſibi faciet ſolatium & juuamen : & dictus Socius debitam habeat portionem. Quæ autem ſit portio vnius Socij, Diſpenſatoris arbitrio relinquatur. Si autem quis ab extra venerit & ſex diebus comederit, ſoluet Burſam ſimiliter cum exceſſu. Si quinque diebus, Burſam cum medietate exceſſuum. Si 4. Burſam ſine exceſſu. Si 3. vel minus diebus comederit, habebitur ſicut hoſpes. "

Item quilibet Socius habeat ſignum proprium in pannis ſuis lineis vnicum & ab aliis diuerſum, notum famulis qui habent dictos pannos recipere & diſtribuere, vt poſſint ſine errore diſtribuere cuilibet ſuos. *Dicentur etiam qualibet die Dominica* poſt Veſperas & alias horas Canonicas Vigiliæ de Defunctis, & Miſſæ in craſtino, quibus omnes Scholares intereſſe ſimiliter tenebuntur ſub pœna ſuperius declarata. "

Item nullus extraneus recipiatur in Burſa, nec in Domo jaceat vltra ſex dies ſine prædicti Magiſtri in Theol. licentia. "

Tenebitur etiam quilibet Grammaticus, Logicus & Theologus non Sacerdos dicere vel dici facere 4. Pſalteria anno quolibet, vel duo ad minus pro animâ Fundatricis. Et quilibet Sacerdos in ſuis Miſſis de ea orationem facere ſpecialem. "

Item iurabunt quod ſecreta Domus & Sociorum nulli extraneo reuelabunt. "

Item nullus extraneus interſit compotis vel Congregationibus, vel ſpecialibus Tractatibus Sociorum, prænominatis perſonis duntaxat exceptis. Nec coram Extraneis aliquid quod ſpeciale conuitium Sociorum pertineat, proponatur. "

Item nullus Socius in villa jaceat, nec de nocte tardè ad domum veniat ſub "

Digitized by Google

» pœna 2. ſolidorum, niſi cauſam habeat rationabilem, quam dicto Magiſtro in
» Theologia per ſuum juramentum tenebitur fideliter aſſignare.
» Item nullus Socius vas aliquod Communitatis extra Domum mittat, ſine
» eius ad quem Vaſorum cuſtodia pertinuerit, licentia ſpeciali.
» Item vt vagandi tollatur omnis occaſio, à Feſto S. Remigij vſque ad Feſtum
» S. Ioannis Baptiſtæ nullus Scholaris villam exeat ſine cauſa rationabili quam
» Magiſtro in Theol. tenebitur per iuramentum ſuum fideliter aſſignare.
» Item quælibet Societas habebit *Beneficiarios*, vt ſuperius eſt declaratum,
» qui in eodem morentur hoſpitio, ſi poſſit fieri bono modo, & ſimiliter come-
» dent; & beneficia eis communiter diſtribuentur: nec vnus alij præferatur: &
» ſint boni pueri & habiles in vita & moribus & ad proficiendum benè diſpoſiti.
» Et tenebuntur intereſſe Miſſis & Vigiliis ſicut ſocij de Domo, & qui defuerint,
» punientur. Tenebuntur autem Diſpenſatores & famuli omnium Societatum
» per iuramenta ſua, omnia fragmenta de Cameris & Menſis omnibus fideliter
» colligere; & dictis Beneficiariis integraliter conſeruare.
» *Item Magiſter & Submagiſter qui recipientur ad informandum pueros Grammati-*
De Grammaticis. » *corum, iurare tenebuntur, quod dictos pueros inſtruent fideliter in Doctrina & moribus ſine*
» *affectione qualibet perſonarum.* Item quod fidele teſtimonium perhibebunt de
» conditionibus bonis vel malis ſuorum Scholarium & eorum ſufficientia vel in-
» ſufficientia ad audiendum Logicam, quotieſcunque à prædicto Magiſtro in
» Theol. dictæ Domus fuerint requiſiti.
» Item jurabunt quod Burſas Scholarium facient fideliter, & cibos & potus
» eis diſtribuent fideliter, & ſi quid Burſarum reſiduum fuerit, reſeruabunt fide-
» liter conuertendum in eorum commodum ex Prouiſoris Domus conſilio nihil
» ſibi ſimpliciter retinenda.
» Item nullum puerum dimittent ire ſolum, ſed ſi viderint quod habeat neceſ-
» ſitatem exeundi, dabunt ſibi bonum puerum ſocium, non ſuſpectum, nec fre-
» quenter dabunt eundem, ſed mutabunt eos ſæpius, ne conueniant in aliquod
» turpe factum.
» Item quod diligenter audient Lectiones, materias & verſus: & talia ſecun-
» dum ordinationem cuiuſlibet, prout eſt in Scholis Grammaticalibus conſuetum.
» Item non permittent pueros loqui communiter in alio idiomate quàm Latino.
» Item inquirent diligenter quantùm quilibet habeat in Reditibus & Magiſtro
» in Theologia fideliter reuelabunt.
» Item omnes tenebuntur ſcire & dicere horas B. Virg. & vigilias de defunctis.
» Item omnes habebunt habitus videlicet tabaldos, ſeu houſias longas de
» bruneta nigra & colorem prædictum mutare non poterunt, quovſque in Arti-
» bus determinauerint competenter & abſque habitu prædicto, nec ſoli exire
» domum quomodolibet permittantur.
De Artiſtis. » De Artiſtis autem ſtatuimus, ordinamus & declaramus in hunc modum. 1.
» iurabit quilibet quod fideliter dicet quantum habeat de Reditibus ſiue patri-
» monialibus, ſiue Eccleſiaſticis quotienſcunque à prædicto Magiſtro in Theol.
» fuerit requiſitus.
» Item nullus habitum deferat niſi tabaldum, ſeu houſſiam longam de brune-
» ta antequam determinauerit.
» Item & illi qui determinauerint, capam habeant de per ſe vel alio vno & eo-
» dem colore honeſto quandiu fuerint in Artibus ſtudentes, ſeu Logica Facultate.
» Item nullus determinet in Artibus niſi prius audierit per 4. annos, & ſufficiens
» ſecundum Magiſtri conſcientiam iudicetur.
» Item ſi aliquis infra ſeptimum annum à tempore ſuæ receptionis non merea-
» tur in Artibus obtinere licentiam, de rigore exeat à domo. Et burſa priuetur
» perpetuò, niſi ſit propter infirmitatem vel aliud impedimentum legitimum ex-
» cuſatus.
» Item ſi quis præſumpſerit de gratia licentiam obtinere, à domo & burſa ſim-
» pliciter ſit priuatus. Et antequam aliquis in Artibus incipiat, ſtudeat libros Lo-
» gicales & naturales legere laudabiliter, & arguendo & reſpondendo communi-
» ter approbari, niſi domum exire intendat & ad aliam Facultatem ſe transferre.
» Item quia in dicta Domo recipiuntur Scholares ſub titulo paupertatis, vt

Digitized by Google

ſuperfluarum expenſarum amoueatur occaſio, pro determinatione, vel licentia «
nullus Scholaris inuitet vltra ſex, vel octo extraneos ſine dicti Magiſtri licentia «
ſpeciali. «

Item in qualibet quindena in hyeme, in qualibet ſeptimana in æſtate fiat «
communis collatio & diſputatio de aliqua Quæſtione de Grammatica, ſiue Lo- «
gica. Et illi qui fuerint ad reſpondendum habiles, reſpondeant quilibet in ſuo «
ordine, ſicut Magiſter voluerit Quæſtionem aſſignare. Et ille qui reſpondere «
debebit, habeat per duos dies ad minus Quæſtionem, vt ad reſpondendum ma- «
gis prouiſus ſit. Et audiatur pacificè ſine omni proteruia & clamore, & die «
qua in domo diſputabitur, Magiſter in Domo minimè legere teneatur. «

Item nullus Scholaris in Facultate *Artium antequam determinauerit, præſumat* «
per vicos diſcurrere, nec ſolus incedere, ſed habeat honeſtum ſocium & licentiam accipiat «
à ſuo Magiſtro, vt domui nullum ſcandalum oriatur. «

Item nullus Medicinam aut Decretales audiat quandiu burſas perceperit «
antedictas. «

Item quilibet per ſuum iuramentum, pacem & tranquillitatem Domus & «
famam Domus & ſociorum tenebitur obſeruare. «

Item ſi quis verba opprobrioſa vel contumelioſa alij dixerit, punietur in bur- «
ſa. Et ſi aſſuetus fuerit in talibus, grauius puniatur. «

Item nullus in menſa loquatur niſi verba honeſta & ſalutaria & illa ſubmiſsè «
omnibus clamoribus prætermiſſis. «

Item loquatur communiter Latinum vt per aſſuetudinem promptius & ma- «
gis congruè proferant & loquantur. «

Item illi qui fuerint in eadem lectione, lecta lectione conueniant & eam re- «
ferant pacificè, & ille qui eam melius poterit repetere, audiatur. «

Vltra hoc autem tenebitur ſpecialiter Magiſter in Artibus, qui fuerit pro «
tempore, per iuramentum ſuum Scholares ſuos fideliter inſtruere reſpondendo «
ad dubia quæ à ſuis Scholaribus proponentur, diligenter audire lectiones Scho- «
larium ſtudentium in Facultate Artium, & eos fideliter inſtruere in vita pariter «
& doctrina, & diſputationes audire pacificè & reſpondentem dirigere & finita «
diſputatione partem quæ ſanior ſibi videbitur & verior tenere, & ad eam ratio- «
nem vel rationes aliquas aſſignare. Tenebitur etiam aliquâ horâ diei aliquem «
librum Logicalem, Mathematicum vel Grammaticalem in domo legere conti- «
nuè, quem maior pars elegerit ſociorum, & quod docebit omnes fideliter, af- «
fectione cuiuſcunque Nationis vel perſonæ ſimpliciter circunſcriptâ. «

Item iurabit quod fidele teſtimonium perhibebit de vita & moribus & ſuffi- «
cientia ſuorum Scholarium quotienſcunq; à ſuis Superioribus fuerit requiſitus. Et «
ſi quos indiſciplinabiles, vel incorrigibiles, vel non perficientes, quod abſit, re- «
periet, eis ſimiliter reuelabit. «

Item tenebuntur dicti Artiſtæ ſermonibus & Collationibus, quos in vigilijs feſtorum «
in Domo fieri contigerit, intereſſe. «

Item in feſtis S. Nicolai & B. Katherinæ nullum ludum inhoneſtum faciant, «
nec domum exeant, nec Extraneos recipiant nec admittant. «

De Theologis autem ſtatuimus & ordinamus ac etiam declaramus, quod « De Theologis.
primò iurabit quilibet quod dicet fideliter quantum habeat in Reditibus Patri- «
monialibus ſiue Eccleſiaſticis, quotienſcunque à ſuis Gubernatoribus fuerit re- «
quiſitus. «

Item quilibet Theologus ſit ita diligens quod diſponat ſe taliter quod infra «
ſex annos poſſit per Parochias prædicare communiter & infra annum ſeptimum «
incluſiuè ad legendum curſus de Biblia & arguendũ in diſputationibus commu- «
nibus & ad legendum ſententias infra annum decimum, & ſi quis in hoc defecerit, «
Domus beneficio ſit priuatus. Et ſi forte, quod abſit, contigerit quod aliquis ti- «
more amiſſionis Burſarum ſe vellet ingerere ad aliqua præmiſſorum, improui- «
ſus, inſufficiens, vel indignus, non permittentur ad talia propter vitandum Do- «
mus ſcandalum, niſi à magis prouectis Sociis de Domo reputaretur ſufficiens «
& idoneus ad præmiſſa. «

Item poſtquam alicui prouiſum fuerit de competenti Beneficio propter quod «
merito debeat Burſas Domus dimittere, tenebitur per juramentum ſuum «

» infra duos menſes poſtquam percipere inceperit fructus Beneficij, Cameram
» ſimpliciter dimittere & exire, vt ſubrogatus Socius locum habeat; niſi ſuper
» hoc cum eo diſpenſetur de gratia ſpeciali à Gubernatoribus dictæ Domus, vel
» à majori parte eorundem.

» Item à Feſto ſancti Remigij vſque ad Feſtum Pentecoſtes magna comeſtio
» fiet poſt Veſperas, ne Socij à lectionibus impediantur.

» Idem in qualibet comeſtione magna legatur de Biblia, & lector Bibliæ in
» Aula, in Septimana qua legere debuerit in Feſtis de aliquo ſermone prouideat
» ad Feſtum pertinente, quem quandiu dixerit, nullus audeat impedire.

» *Iurabunt etiam quod Statuta Domus, Conſuetudines & Regulas pro poſſe inuiola-*
» *biliter obſeruabunt, & famam, pacem ac honorem dicti Magiſtri in Theol. cuſtodient,*
» *nec contra eum modo quolibet facient, nec machinabunt, niſi euidens defectus appareat*
» *in eodem, & quod ſibi obedient in licitis & honeſtis.*

» Item quod Officia ad quæ eos eligi contigerit, fideliter exercebunt, & bona
» Domus cuſtodient, adminiſtrabunt & procurabunt provt ſua intererit, & pa-
» cem & concordiam cum Sociis inuiolabiliter obſeruabunt.

» *Item in vigiliis Feſtorum ſolemnium immediatè poſt Veſperas tenebitur quilibet*
» *Theologus in ſuo ordine aliquam Collationem de Feſto facere in Eccleſia vel in Capi-*
» *tulo ad quem tenebuntur omnes Scholares & Socij intereſſe.* Ea tamen quæ eis vel aliis
» videantur honeſta & vtilia ſtatuenda, poterunt ea ſtatuere, quæ tamen donec à
» Gubernatoribus approbata fuerint, non habebunt alicuius roboris firmitatem.

» Theologi verò prædicti Scholares habitus, videlicet Tabaldos ſeu Houſſias
» longas haheant, cuiuſcunque coloris voluerint, honeſti tamen ac vnius & eiuſ-
» dem. Et Bacalarij capas rotundas eiuſdem coloris & abſque habitu prædicto
» domum exire non præſumant: quod ſi fecerint, pro qualibet vice de 2. ſolidis
» punientur; niſi fortè ipſos extra villam contigerit equitare.

» Præfati verò Magiſtri & Scholares omnes tenebuntur intereſſe apud S. Dio-
» nyſium die obitus ſeu anniuerſarij Sereniſſimæ memoriæ defuncti Philippi Re-
» gis, vel illa die quâ celebrabitur eius anniuerſarium, & in craſtino B. Andreæ
» Apoſtoli tenebuntur dictum anniuerſarium in ſua Capella Pariſienſi celebrare
» vigilias ante Veſperas die S. Andreæ prædicta ſolenniter decantatas. Et etiam
» dicti Capellani & Clerici cum aliis Magiſtris & Scholaribus in die Anniuerſarij
» prædicta apud S Dionyſium ſimiliter intereſſe, ſimiliter die obitus dictæ D. Re-
» ginæ vel illa die qua celebrabitur eius anniuerſarium in Domo FF. Minorum
» Pariſ. tenebuntur ibidem perſonaliter intereſſe. Et die craſtina in ſua Capella
» Pariſ. dictum Anniuerſarium ſolenniter celebrare. Anniuerſaria verò Patris &
» Matris dictæ D. Reginæ etiam celebrabunt diebus quibus in Eccleſia B. Ste-
» phani Trecenſis conſuetum eſt celebrare.

» Item prædicti Magiſtri & Scholares nec non Capellani & Clerici in 4. Feſtis
» annualibus, & in Feſtis B. Virginis, B. Ioannis Baptiſtæ, B. Nicolai & B. Lu-
» douici, & in 4. anniuerſariis prædictis, videlicet & vigiliis in Feſtis prædictis.
» Inſimul & in eodem loco comedere tenebuntur. Et tunc pro qualibet die &
» vigiliis vltra Burſas ſolitas 60. ſolidos Turon. habebunt in pitanciam conuerten-
» dos. Declaramus inſuper quod præfati Magiſtri, Scholares Capellani & Clerici
» apud S. Dionyſium in vigilia & die Anniuerſarij Regis Philippi & apud Fratres
» Minores Pariſius, in vigilia & die Anniuerſarij dictæ Reginæ Iohannæ in ſuper-
» liciis & almuciis, videlicet illi quorum intereſt deferre almucias vt prædicitur,
» tenebuntur intereſſe. Injungimus etiam prædictis Magiſtris, Scholaribus,
» Capellanis & Clericis quorum intereſt, & provt ad quemlibet pertinuerit, quod
» ipſi habitus ſuos prædictos habeant cum effectu infra Feſtum B. Ioannis Bapti-
» ſtæ ſub juramento præſtito vel præſtando.

Capellani. » Magiſtri verò & Scholares, Capellani & Clerici prædicti in receptione ſua
» ſpecialiter jurabunt ordinationes & Statuta prædicta inuiolabiliter obſeruare.
» Statuta autem in vltima voluntate dictæ D. Reginæ contenta quæ non ſunt
» tenore præſentium correcta, declarata vel mutata, tenere vel inuiolabiliter
» obſeruare promittent, quovſque per Nos aliud fuerit ordinatum. Necnon
» jurabunt iura Domus ſeruare, defendere & pro viribus procurare, & alia quæ
» circa hæc fuerint facienda, antequam de Burſis gaudeant vel recipiantur in

Domo. De pecunia autem quæ de pœnis prædictis habebitur, ordinabunt ſecundum quod de Burſis Scholarium abſentium à villa ſeu à Domo ſuperius extitit ordinatum.

Prouiſor autem ſeu Procurator prædictus de Reditu duarum millium librarum Turon. dictæ domui aſſignato tenebuntur prouidere Capellæ prædictæ de cera, oleo, cordis, veſtimentis Eccleſiaſticis, ſuperliciis & aliis neceſſariis quibuſcunque, nec non domos prædictas & ædificia noſtra pro dictis Scholaribus facere ædificari & reparari, quando & quotiens fuerit opportunum. Et de expenſis & miſiis propter hoc factis in ſuis compotis, annis ſingulis reddere rationem.

De reſiduo verò dictarum duarum millium librarum Turonenſium Burſis prædictis & aliis miſiis & expenſis notorijs perſolutis ementur libri Theologiæ, Philoſophiæ & Grammaticæ vſque ad ſufficientiam Scholarium prædictorum. Quibus ſufficienter *prouiſis ementur Reditus ad augmentationem numeri Scholarium prædictorum.* Et vt melius prædicta in memoriam habeantur, prædictæ Ordinationes & Statuta quater in anno quolibet, videlicet in Vigilia Natiuitatis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes & omnium Sanctorum legentur in Capitulo dictæ Domus, præſentibus Magiſtris, Scholaribus, Capellanis & Clericis ſupradictis. Qui omnes intereſſe perſonaliter tenebuntur. Et qui abſentes fuerint, niſi ex cauſa rationabili ſoluent vnam Burſam pro emenda. *Et tunc fiet ibi Sermo per Magiſtrum in Theolog. Facultate, vel per alium competentem. Quo Sermone finito Forenſes tenebuntur exire, & tunc ſi quæ ſtatuenda fuerint pro Domus vtilitate & Scholarium, ſtatuentur, quæ tamen non habeant roboris firmitatem donec à ſuis Gubernatoribus fuerint approbata. Gubernatores verò per ſe vel per Deputatos ab eiſdem, ſeu à majori parte ipſorum quolibet anno in Feſto B. Ludouici vel circa, dictam Domum & perſonas dictæ Domus viſitabunt & corrigent corrigenda & emendabunt emendanda. Et tunc ſi qui de prædictis Magiſtrit, Scholaribus, Capellanis & Clericis amoti ſeu defuncti vel promoti ad maiora fuerint, loco ipſorum ſecundum Ordinationes prædictas alios ſubrogabunt.*

STATVTA QVOMODO FIERI DEBENT.

Nos autem Epiſcopus & Abbas prædicti retinemus poteſtatem addendi, corrigendi, ordinandi & declarandi circa præmiſſa & quælibet præmiſſorum. Si prout & quando nobis viſum fuerit expedire. Poſthæc verò coram nobis in Capitulo Domus dictorum Scholarium propter hoc ſpecialiter congregati vir Venerabilis & Diſcretus *M. Alanus Gonterij Doctor & Magiſter in Theol. Scholarium dictæ Domus.* Ioannes de Meſſo, M Laurentius de Monteforti, M. Petrus de Compeniez, Gaufridus de Columbariis in Vindociniis, M. Ioannes de Veniartio. Guill. de Corbolio, M. Thomas de Canaberis, M. Petrus de Orgeois, M. Ægidius de Pertico, Ioan. de Logenaco Caſtro, M. Petrus de Villari-Bello, Ioann. de Aſſiaco, Ægidius de Billiaco, Ioh. de Meldis, M. Ioan. Barbe, Henricus de Siluanecto, M. Nicol. de Pauilione, M. Ioan. de Charconillier, omnes prædicti Scholares in Theologia.

Item ſtudentes in Artibus ſeu Artium Facultate, videlicet M. Ioannes de Gendino Magiſter Artiſtarum, Iacobus de Congiaco, Ioan. de Vendayo, Ioan. de Cailliaco, Ioan. de Grauia, Theobaldus de Bannete, Ioan. de Chenengis, Ioan. de Crenayo, Ioan. de Chailliaco, Ioan. de Genucla, Ægid. de Wulcheio, Philipp. de Belloforti, Guido de Diuione, Ioan. De Bolonia de S. Odomaro, Guill. Bernardi, Ægid. de Antiſſiodoro, Ioan. de Reomo, Stephanus Ogerij, Ioan. Gordelli, Albicus de Roiciaco, Ioan. de Vamarcio, Petrus Lyriis, Symon de Compendio, Petrus de Capella Domini Galterij, Ludou. de Moreto, Petrus de S. Yonio, Robinus de Aneto, Ioh. Maillard, Dionyſ. Mahatel, Ægid. de Dulendyo, omnes Scholares in Logica ſeu Artium Facultate.

Nec non in Grammatica Ioannes de Rotuleto Magiſter, M. Ægidius de Moreto Submagiſter in Grammarica, Remigius de Sommavera, Dionyſ. de Canda, Guyotus de Ybernali, Remigius de Corbolio.

Ioan. de Poſterna, Garinus de Aloyaco, Ioan. Olearij, Guido de Noa, Ioan. de Moreto, Petrus de Bello Marchiſeo, Stephanus de Linguonis, Bartholom. de Linguonis, Garnotus de Ferrariis, Garinus de Moreto, Reginaldus de Moreto, Gillotus Artuarij, Simon de Poliaponte, omnes Grammatici.

» Item DD. Guillel. de Atamilliana, Guill. de Athiliaco, Io. Mignon & Io.
» de Maleconeo Capellani dictæ domus.
» Item Guill. de Inſulis, Ioan. de Roauilla, Stephan. Vincentij de Groſſibus
» & Stephan. de Capella Reginæ Clerici Capellæ dictæ Domus. Nec non M.
» Philippus de Valle Prouiſor dictæ domus. Omnia & ſingula ſupradicta eo mo-
» do & provt ſuperius ſunt expreſſa, tactis ſacroſanctis Euangelijs iurauerunt ſe
» inuiolabiliter obſeruare facereque fideliter & implere, aut Domum prædi-
» ctam exire infra 15. dies à data præſentium computandos. Rogantes te Tabellio
» publice, vt tu Nobis de præmiſſis facias publicum Inſtrumentum.
» Acta fuerunt hæc Pariſius in Capitulo Domus prædictorum Scholarium
» præſentibus Religioſo viro Fratre Petro de Scors Monacho S. Dionyſij, DD.
» Gammero de Bleſis & Guillelmo Curato de Domo-Martino in Bria Meldenſis
» Diœceſis dicti Epiſcopi Capellanis. Nec non & Ioanne Gaulant ipſius Epiſ-
» copi Clerico, teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter & rogatis. In quorum om-
» nium præmiſſorum teſtimonium & munimen, Nos Epiſcopus & Abbas prædi-
» cti ſigilla noſtra vna cum ſigno Notarij publici infra ſcripti duximus litteris
» præſentibus apponenda. Approbantes raſuras quæ ſunt in 87. linea, videlicet
» feſtum B. Ioan. Baptiſtæ, ſub Iuriſc. & in 96. linea, videlicet Ioannes de Gein-
» dino. Datum anno Dom. 1315. die 3. menſis Aprilis videlicet die Sabbati poſt
» Dominicam qua cantatur. *Et Iſti S. Dies & ego Guido Geraldi* Clericus publicus,
» authoritate ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ ac ſacri Imperij nomine Notarius in-
» dictione 14. anno prædicto ſecundum morem Gallicanum & dictis die & menſe
» prædictis, præmiſſis omnibus & ſingulis ſupradictis, dum ſic agerentur & fierent,
» præſens interfui vna cum teſtibus ſupradictis. Eaque in hanc publicam formam
» redegi & publicaui & meo ſolito ſigno ſignaui rogatus in teſtimonium præ-
» miſſorum.

Non refero prædicti teſtamenti ſtatutorumque confirmationem Apoſtolicam, quæ an. 1316. à Ioanne XXII. Pontifice facta eſt Auenione: nec alia ſtatuta & reformationes quæ diuerſis temporibus conditæ ſunt: verum hîc omittere non poſſum originem conſuetudinis quæ viget etiamnum hodie, concionem habendi publicam, ſeu ſacrum ſermonem die S. Ludouici, in cuius honorem Ædicula, ſeu Capella dedicata eſt. Legimus enim in Reg. Nationis Anglicanæ, quæ nunc Germanica dicitur, *M. Simonem Doctorem Theologum anno 1364. die vltimâ Iulij ſupplicaſſe Vniuerſitati, vt liceret habere quotannis concionem prædicta die S. Ludouici.*

» *Item vltima die menſis Iulij factâ congregatione Vniuerſitatis ad S. Math. ſuppli-*
» *cauit M. Simon Doctor Theologiæ commorans in Collegio de Nauarra pro ſermone ha-*
» *bendo in eodem Collegio quolibet anno in die B. Ludouici Regis, & conceſſa fuit ſup-*
» *plicatio eius.*
» Nondum tamen facta fuerat Dedicatio publicè & ſolenniter, de qua ſic le-
» gitur in tabula ad dextram Nauis poſita. *An. D. 1373. die Dominica quæ fuit 16.*
» *menſis Octob. indict. 11. fuit hæc Capella dedicata per Reuerendum in Chriſto Patrem D.*
» *Petrum de Villaribus tunc Epiſcopum Niuernenſem in honore S. Trinitatis, victorioſiſ-*
» *ſimæ Crucis Chriſti, glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, B. Ludouici Francorum Regis, B.*
» *Catharinæ virginis totiuſque Curiæ ſupernorum Ciuium. Inſuper quinque Altaria per*
» *eundem conſecrata ſunt, precioſis in eis ſanctorum Reliquijs intercluſis, præſentibus D.*
» *in Chriſto Patre D. Epiſcopo Nannetenſi, Hugone Boileaüe, Sub-Eleemoſynario Regis,*
» *Hugone de Kora, Domino Cameræ Compotorum, Simone Feron Magiſtro Principali*
» (ſeu Magno Magiſtro) *huius Collegij, Michaële de Creneyo Magiſtro Artiſtarum,*
» *Guidone Guerini Magiſtro Grammaticorum cum Theologis, Grammaticis, Capellanis*
» *& Clericis eiuſdem, adſtante multitudine maxima Cleri & populi: occaſione cuius Reue-*
» *rendi in Chriſto Patres, idem D. Petrus Niuernenſis, Ioannes Nannetenſis & Aimeri-*
» *cus Pariſienſis eiuſdem loci Ordinarius Pontifices conceſſerunt quilibet 40 dies Indulgen-*
» *tiæ deuotè ipſam Capellam viſitantibus, verè pœnitentibus & confeſſis.*

Biennio poſt nempe an. 1375. Carolus V. cognomento ſapiens Magiſtro & Scholaribus prædictæ Domus Officium præſentationis B. Mariæ miſit recitandum in Collegio, feſtumque quod an. 1372. in Francia inſtitutum fuerat, celebrari

Digitized by Google

brari imperauit, vt ad illum annum dicetur. De hocce Collegio deqne viris Illuſtribus qui in eo floruerunt, erat animus dicere, ſed M. Ioannes Launoyus eiuſdem Domus alumnus & Doctor celeberrimus, Antiquitatis Eccleſiaſticæ & Academicæ vir ſcientiſſimus, ſi quis vnquam fuit, ſpem facit operis in eam rem ſe digni. Interim Moderatorum, ſeu Magnorum, vt vocant, Magiſtrorum ſeriem qualemcunque contexere potui, præmittere lubet.

1. Anno ergo 1315 primus Domus Archididaſcalus conſtitutus eſt M. Alanus Gonterij.
2. Anno 1336. M. Ioannes le Beau.
3. Anno 1355. M. Nicolaus Oreſmius Caroli V. Præceptor, anno 1360. factus Decanus Rotomagenſis, & ex Decano an. 1377. Epiſcopus Lexouienſis, de quo in Catalogo V. Ill.
4. Anno 1360. Nicolaus Faron Canonicus Pariſienſis.
5. Anno 1370. M. Simon Freron, quo moderante facta eſt Capellæ dedicatio & feſtum Purificationis inſtitutum, Officiumque primùm in Collegio recitatum.
6. Anno 1381. M. Petrus de Alliaco ex famulo Ianitoris gradatim aſcendens, Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. Archiepiſcopus Cameracenſis, demum Cardinalis factus.
7. Anno 1390. videtur ei ſucceſſiſſe M. Ioannes de Cruce.
8. Anno circiter 1400. M. Petrus de Dirreyo qui anno 1410. eiuſdem Domus erat adhuc Gubernator.
9. Anno 1415. M Radulphus de Porta, ad quem extat Nicolai Clemangij Epiſtola, tunc cum M. Reginaldo de Fontanis de Præpoſiturâ Collegij contendentem.
10. Anno circiter 1419. M. Ioannes Pulcri-Patris, quo tempore M. Guill. Eurardi Proprimarius erat Grammaticorum, qui & paulo poſt Primarius fuit.
11. Anno 1440. Nicolaus Eurardus, SS. Geruaſij & Protaſij poſtea Parochus.
12. Anno 1450. M. Petrus de Vaucelles, qui an. 1436. 8. Ian. electus fuerat Nationis Gall. Procurator, quo tempore M. Ægidius de Brena eiuſdem Domus Prouiſor erat & Nationis Gallic. Capellanus.
13. Anno 1458. M. Guillelmus de Caſtro-forti, quo moderante Collegium reformatum eſt à Præſide de Torette, & Conuictores nobiles tum primum accepit, Scholares extraneos & Profeſſores. M. Cantiano Huë Grammaticorum Primario.
14. Anno 1480. M. Ioannes Raulin, qui ad Cluniacenſes ſe contulit.
15. Anno 1490. M. Ludouicus Pinella, ad quem extant quædam Raulini Epiſtolæ, an. 1503. factus Eccleſiæ Pariſienſ. Cancellarius, & an. 1510. Epiſcopus Meldenſis.
16. Anno 1509. M. Petrus de Valle.
17. Anno 1518. M. Cluuerius de Rion.
18. Anno 1525. M. Petrus Loret.
19. Anno 1540. M. Ioannes Gillain.
20. Anno 1548. M. Ioannes Papillon.
21. Anno 1557. M. Ioannes le Pelletier Cenomanenſis, Concilio Tridentino interfuit, fuitque etiam Parochus S. Iacobi de Carnificina.
22. Anno 1583. M. Guillel. Roſe qui Capellam S. Catharinæ tum Licentiatus ornauit, nempe an. 1575. factus poſtea Siluanectenſis Epiſcopus.
23. Anno 1587. M. Ioan. Heruy Parochus S. Ioannis in Grauia.
24. Anno 1590. M. Adrianus d'Amboiſe ex Parocho S. Andreæ de Arcubus factus an. 1604. Trecorenſis Epiſcopus.
25. Anno 1604. M. Carolus Loppe Cenomanenſis, poſt Amboſium S. Andreæ Parochus.
26. Anno 1632. M. Petrus Friſonius Author Galliæ purpuratæ.
27. Anno 1634. M. Nicolaus, Cornet Ambianenſis, ſubtiliſſimi vir ingenij & facilis eloquentiæ.
28. Anno 1643. M. Iacobus Pereyret Claromontenſis, inſignis Theologus memoriæque tenaciſſimæ, omnibus facilis & commodus.

29. Poſt illum iterum, M. Nicolaus Cornet, iſque Coadiutorem ſibi delegit M. Petrum Guiſchard Abrincenſem, qui hocce tempore quo ſcribimus, nempe an. 1667. Collegio feliciter præeſt.

1305. Clem. V. ANno 1305. poſt longum inter-Pontificium menſium decem, dierum octo & viginti, poſt diuturnas Cardinalium contentiones de ſufficiendo Pontifice in locum demortui Benedicti, aliis Italum, aliis Gallum volentibus, ita tandem inter ſe conuenerunt, vt pars Italica tres Gallos offerret, Gallica verò factio è tribus vnum eligeret, ſtaretque ille Pontifex. Factionis Italicæ Principes Mathæus Rubeus, Vrſinus & Franciſcus Caietanus Bonifacij VIII. nepos: Gallicæ Neapoleo, Vrſinus & Nicolaus Pratenſis Epiſcopus Oſtienſis Ordinis Prædicatorum. Illi ergo iſtis trium Gallicorum Archiepiſcoporum Bonifacij memoriæ addictiſſimorum nomina ediderunt. Et ex iis iſti Bertrandum de Gotto vel Gutto Archipræſulem Burdegalenſem elegerunt. Id ante fuerat Regi Philippo per Litteras à Cardinale Pratenſi indicatum fideliter. Quamobrem Rex aliàs ſibi inſenſum Bertrandum ad Oppidum Angelinam in Sanctonibus euocat, monet quæ agerentur, pactoque inito eum ſacramento adegiſſe dicitur, vt quinque Capita ſibi, ſi Pontifex foret, concederet. 1. Amplam veniam capti Bonifacij, læſæque Majeſtatis Pontificiæ. 2. Eandem gratiam omnibus facinoris cooperatoribus. 3. Sacerdotiorum Decimas ad quinque annos. 4. Bonifacianæ memoriæ condemnationem. 5. Petri & Iacobi Columniorum reſtitutionem in integrum. Sextum caput ſe poſtea adjecturum dixit.

His actis per velociſſimum Curſorem Rex Pratenſem rogat, vt Bertrandum eligat. Id fit Nonis Iunij præhabito ab ipſo Cardinale eleganti de Bertrando ſermone: ad quem miſſis de aſſumptione Litteris in Galliam, protinus ille timens factionem Italicam, Cardinales Lugdunum euocauit aſſumpto Clementis V. nomine, & pridie Idus Nouembris die Dominica ante fores S. Iuſti inſignia Pontificia aſſumpſit à Mathæo Rubeo Vrſino ſanctæ Rom. Eccleſiæ Archidiacono, Inaugurationis pompam ſuâ præſentiâ celebrantibus tribus Regibus, Franco, Anglo, Arragone, incredibilique concurſu populi. Sed dum pompa per vrbem ageretur, lapſu muri Pontifex nouus ex equo deturbatur & excuſſo thiarâ gemmam amittit inæſtimabilis pretij. Rex Philippus eius lateri adhærens proximus fuit periculo: at Mathæus Rubeus Vrſinus Cardinalis, Ioannes Britanniæ Dux & Gaillardus de Gutto, Pater Papæ oppreſſi ſuccubuerunt, cumque iis alij innumeri Nobiles & plebeij. Infelix illud augurium fuit tranſlatæ Sedis Pontificiæ in Galliam ſummo Religionis Chriſtianæ diſpendio atque dedecore. Quod malum prædixerat Mathæus, & Nicolao Pratenſi exprobrarat, vt intellexit dolo creatum Pontificem. Exemplum litterarum à Collegio Cardinalium ad nouum Pontificem miſſarum de eius electione tale eſt.

Electio Clem. V. » Sanctiſſimo Patri & Domino D. Bertrando Archiepiſcopo Burdegalenſi, Di-
» uina Prouidentia in Pontificem ſummum electo miſeratione Diuina Epiſcopi,
» Preſbyteri & Diaconi S. Rom. Eccleſiæ Cardinales pedum oſcula Beatorum.
» Recordatus eſt Dominus miſericordiæ ſuæ & plebem ſuam non deſpexit in fi-
» nem, quia dum prolixæ vacationis Romanæ & per conſequens quodammodo
» Vniuerſalis Eccleſiæ reſpexiſſet incommoda, & longa illius ex variis cauſis ſuſ-
» piria cognouiſſet, in tempore accepto exaudiuit eam, in die ſalutis miſertus eſt
» eius. Sanauit quidem, quia commota erat, contritiones ipſius, & vidua per
» Electionem Canonicam generoſo ſponſo oblato ſpecioſa facta eſt, ſicut cra-
» pulatus à vino, à ſomno dormiens excitata ſurrexit; & vbi deſperabat magis,
» vt Lucifer eſt exorta. Vnde ſerenus dies illuxit Nobis & ſancti Spiritus illuſtra-
» tus ardore, populis, qui orbati patre gradiebantur in tenebris tanquam quod-
» dam ſidus apparuit, quod fulgore proprio velut ſtella matutina coruſcans cun-
» ctos fideles irradiat ſuo lumine claritatis. Dudum ſiquidem eadem Rom. Ec-
» cleſia per mortem ſanctæ memoriæ D. Benedicti PP. XI. Paſtoris ſolatio de-
» ſtituta, de vobis ſicut per Electionis ipſius Decretum quod ſanctiſſimæ Pater-
» nitati veſtræ vna cum præſentibus Litteris per pronidos & diſcretos viros Fra-
» trem Guidouem Abbatem Monaſterij Belli-loci Cluniacenſis Ordinis, Verdu-
» nenſis Diœceſis Apoſtolicæ Sedis & M M. Petrum de Montechiello Sacriſtam

Eccleſiæ Narbonenſis noſtris Communibus, ac Andream de Eugubio Cano- «
nicum Catalaunenſem eiuſdem Sedis in Romana Curia obſequiis inſtituentes «
noſtros ad id ſpeciales tranſmittimus Nuncios, liquere poterit, eſt Canonica «
nuper in ſummum Pontificem electio celebrata. Igitur Pater vos ſuppliciter «
exoramus, vt ad locum prædictæ Sedis & ad partes terrarum ipſius exemplo fe- «
licis recordationis Clementis IV. & ſanctæ memoriæ Gregorij X. Romano- «
rum Pontificum accedentes præſentia veſtra ſicut noſter æternus Medicus qui «
præſens jacentem mundum erexit & curauit infirmum, Eccleſiæ laboribus con- «
ſulatis. Fluctuat itaque Petri Nauicula, ſagena rumpitur piſcatoris, pacis ſe- «
renitas in nubilum verſa eſt, ac Eccleſiæ Rom. terras & nonnullas adjacentes «
Prouincias vaſtat bellorum calamitas, & in eis ſagittæ zizaniam ſeminantes «
ardentibus effectæ complentur. Ex quibus rerum, perſonarum & animarum, «
quod grauius eſt, pericula ſubſequuntur. Soldanus inſuper Babylonicus hoſtis «
inſultat, & poſt clades miſerabiliter Chriſti fidelibus partium illarum inflictas «
& Vrbium Chriſtianarum excidia, deteriora minatur, & reſiduum quod ibi «
Chriſtiani poſſident, vt ſingularis ferus exterminare ſatagit & hiatu terribili «
nititur deuorare. Succurrite, inquimus, ſuccurrite Pater, & ſauciatorum vul- «
nera præſentialiter purgate, vino & oleo curata confouete. Non dubium quip- «
pe quod in Sede Petri reſidebitis fortior, lucebitis clarior, in terra eius viuetis «
quietior, & remotis Regibus, Principibus atque populis admirabilior eritis, & «
ipſorum deuotionem & obedientiam plenius acquiretis. In ſua namque domo «
eſt vnuſquiſque planeta poteutior. In Eccleſia propria quieſcit quis dulcius? «
Enſis iuxta capulum minus, eiuſque pars quæ magis diſtat à capulo plus incîdit, «
& viſa frequenter ſpernuntur, ſæpius ac facilius adita veluti quæſita vileſcunt. «
Venite ergo atque noſtris in hac parte votis aſſentiat veſtra benignitas, quam «
denique valere cupimus, iterum ſupplicamus. Vt autem adhibeatur his noſtris «
litteris plena fides, eas ſigillorum noſtrorum munimine roborari fecimus & mu- «
niri. Datum Peruſij anno Dom. 1305. Indictione 3. 6. Iunij. «

Scribunt aliqui Electionem iſtam à Deo deſignatam & conſtitutam longè ante fuiſſe, cum poſt Electionis renunciationem, ſi Mathæo Weſtmonaſterienſi Anglo Scriptori creditur, inuenti ſint verſus diducto puluere litteris aureis & Latinis inſculpti nobiliori portæ Ciuitatis Burdegalenſis, qui per mille annos latuerant.

Dictu qui tranſis & portæ limina tangis,
Altera Roma vale, nomen geris Imperiale.

Sed cum in his inſulſis verſibus, inquit Lurbeus, *aura illa puræ Antiquitatis non ſpiret, quis non videt ab indocto quodam aſſentatore confictos?*

Cæterum eo die, quo Clemens Pontificales ſumpſit infulas, ſex Cardinales creauit, quorum vnus fuit Petrus Abbas ſanctæ Crucis Burdigal. quem Vicecancellarium conſtituit; Archiepiſcopum verò Burdegalenſem, Arnoldum de Cantalupo ſeu Pelegruan nepotem, eundemque S. Rom. Eccleſiæ Camerarium, quem poſtea Cardinalem quoque fecit titulo S. Mariæ in porticu.

Hic autem Pontifex ſtatim initio ſui Pontificatus Archiepiſcopatum Burdegalenſem exemità Primatu Bituricenſi, & controuerſiam Primatus Aquitanici, quæ per multa ſecula durauerat, Bullâ datâ Lugduni 6. Kalendas Decemb. diremit.

Idem Pontifex eodem anno & loco reuocat Bullam Bonifacij quæ ſic incipit, *Clericis Laïcos*, ob mala & ſcandala quorum cauſa fuerat, & alia grauiora quæ iure timeri poterant; atque in eam rem extat eius Decretalis his verbis.

Quoniam ex Conſtitutione Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ «
incipit *Clericis Laïcos*, & ex declaratione, ſeu declarationibus ex illa poſtmo- «
dum ſubſtitutis nonnulla ſcandala, magna pericula & incommoda grauia ſunt «
ſecuta, & ampliora ſequi, niſi celeri remedio ſuccurratur, præſumitur veriſi- «
militer in futurum. Nos de conſilio Fratrum noſtrorum Conſtitutionem & de- «
clarationem, ſeu declarationes prædictas, & quidquid ex eis ſecutum eſt, vel «
ob eas, penitus reuocamus & eas haberi volumus pro infectis, volentes & fir- «
miter ſtatuentes illud contra quoſcunque Laïcos exigentes, ſeu extorquentes «
ab Eccleſijs Eccleſiaſticiſque perſonis tallias, ſeu collectas aut exactiones quaſ- «

Digitized by Google

„ cunque & contra dantes ad id faciendum conſilium, auxilium vel fauorem; nec: „ non & circa præſtandas ſubuentiones Laïcis ab Eccleſiarum Prælatis ac alijs „ viris Eccleſiaſticis, inuiolabiliter obſeruari, quod ſuper his à prædeceſſoribus „ noſtris in Lateranenſi & Generali Concilijs, quæ nos ſub obteſtatione Diuini „ Iudicij præcipimus obſeruari diſtrictè, ſalubriter eſt prouiſum.

Similiter aliam edit ibidem Decretalem quâ declarat Bonifacij conſtitutionem quæ incipit *Vnam ſanctam*, quâ videbatur Rex Franciæ ſubijci Papæ in temporalibus, nihil obeſſe iuribus Regni Gallicani, aut ſi quid obſit, ſe reuocare, atque in eundem planè ſtatum omnia reponere & reſtituere, in quo erant ante prædictam Bonifacij Bullam.

„ Meruit Chariſſimi filij noſtri Philippi Regis Francorum illuſtris ſinceræ af„ fectionis ad nos & Eccleſiam Romanam integritas; & Progenitorum ſuorum „ præclara merita meruerunt. Meruit inſuper Regnicolarum puritas ac deuotio„ nis ſinceritas, vt tam Regem quàm Regnum fauore beneuolo proſequamur. „ Hinc eſt, quod nos Regi & Regno per definitionem & declarationem bonæ „ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit *Vnam ſan*„ *ctam*, nullum volumus vel intendimus præiudicium generari: nec quod per il„ lam Rex, Regnum & Regnicolæ prælibati amplius Eccleſiæ ſint ſubiecti Ro„ manæ, quàm antea exiſtebant: ſed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo „ erant ante definitionem præfatam, tam quantum ad Eccleſiam, quàm etiam „ ad Regem, Regnum & Regnicolas ſuperius nominatos. Datum Lugduni Kal. „ Feb. Pontif. noſtri an. 1.

Eodem anno Philippus Rex edixit mandauitque Præpoſito Pariſienſi & omnibus Præpoſitis futuris, ne deinceps aliud mandatum à Rege expectent, vt iuramentum Vniuerſitati conſuetum præſtent. Illi enim licet Conſeruatores priuilegiorum Regiorum conſtituti, ob rixas & diſſidia occurrentia iurare detrectabant, & modò hoc, modò illud cauſantes differebant. Rex igitur ſic edicit, vt legitur in antiquo Codice membranaceo Nationis Gallicanæ.

Priuilegium Regale de Iuramento Præpoſiti Paris.

„ Philippvs Dei gratia Francotum Rex. Omnibus Præpoſitis qui pro tem„ pore fuerint Pariſius conſtituti ſalutem. Mandamus vobis, quod ſi Nos abſentes „ eſſe contigerit tempore Inſtitutionis veſtræ, Iuramentum quod tenemini facere „ Vniuc·ſitati Magiſtrorum & Scholarium Pariſienſium, Dominica ſcilicet 1. vel 2. „ poſtquam exinde ſubmoniti fueritis ab eiſdem, in vna Eccleſiarum Pariſienſ. „ coram Scholaribus prædictis, provt in ipſorum priuilegio continetur, faciatis „ non expectato Mandato noſtro ſuper hoc ſpeciali & noſtra abſentia non obſtan„ te. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri fecimus impreſſione „ muniri. Actum Pariſius an. Domini 1305. menſe Februarij. Legitur hoc Edi„ ctum in Antiquo libro Procuratorum Nationis Gall. ſub hoc titulo. *Priuilegium Regale de iuramento Præpoſiti ſuper contentis in Priuilegio ſupradicto.* Priuilegium autem quod præmittitur in eodem libro, eſt in eandem rem, hoc eſt in Iuramentum præpoſiti Pariſ. an. 1301. vnde patet illud quod hîc retulimus, malè ad an. 1285. referri.

In eodem libro inter ſtatuta Nationis Gallicanæ legitur iſtud de compenſandis Magiſtris qui Scholas haberent à Natione, nec haberent Determinantium numetum ſoluendo ſufficientem; cui præfigitur hic titulus. *Statutum ſuper recompenſatione in ſoluendis Scholis vbi Magiſter non haberet ſufficientiam Determinantium.* Tale autem eſt ſtatutum.

Statutum Nat. Gall. de Scholis.

Anno Domini 1305. die Martis poſt Iudica me *ſtatuit Natio Gallicana & voluit inuiolabiliter obſeruari apud S. Mathurinum hora 1. in Procuratione M. Geraldi de Lemouicis, quod ſi contingeret aliquem Magiſtrorum non habere ſufficientiam Determinantium pro Scholis ſoluendis, provt mors eſt, in qualibet Natione, pro quolibet Determinante ſibi deficiente de Burſis Determinantium vel de alijs obuentionibus 13. ſolidos habeat cum 4. denarijs de rigore. Et hoc ordinatum fuit nullo reclamante, etſi plus haberet, hoc gratioſum eſſet.*

Vniuerſitas Aurelianenſis.

CLemens V. qui Aureliæ Iuri Ciuili operam dederat, ſtatim poſt inaugurationem, cum Lugduni eſſet, 27. Ian. an. 1305. Vniuerſitatem inibi erexit omnium Pontificum primus, priuilegiiſque decorauit adinſtar Toloſanæ, & Gradus Magiſtrales in vtroque Iure conceſſit, Rectorem creari voluit, qui Princeps eſſet Academiæ, Procuratores Nationum & alios Officiarios, ſtatutorum condendorum poteſtatem fecit, multaque ſtatuit circa immunitates & priuilegia Magiſtrorum & Scholarium, Iuriſdictionem, æſtimationem hoſpitiorum, & alia id genus.

Dico Clementem omnium Pontificum ptimum Vniuerſitatem Aurelianenſem erexiſſe & dotaſſe priuilegijs; quod non ita dictum velim, vt quis credat non fuiſſe ante hæc tempora Aureliæ ſtudiorum exercitationem. Nam Scholam illam & antiquam & celebrem fuiſſe, nemo eſt verſatus in hiſtoria, qui negare poſſit. Floruit illa temporibus Theodulphi Epiſcopi ſub Ludouico Pio; floruit Roberto Rege regnante, vt ad an. 1017. retulimus. Floruit pariter poſt factam an. 1230. à Magiſtris & Scholaribus ex Vniuerſitate Pariſienſi diſceſſionem, qui Aureliæ Iuris vtriuſque ſtudium, non inuidentes Pariſijs Artium Theologiæque Profeſſionem, inſtituerunt potiſſimum, & celeberrimum effecerunt. Atque illuc idcirco ſe contulit Iuo ille Brito Iuriſconſultus clariſſimus & ſanctiſſimus, & Bonifacius VIII. an. 4. ſui Pontificatus Bullam Apoſtolicam cum libro ſexto quem Decretalibus addiderat, ad Doctores & Scholares ſtudij Aurelianenſis deſtinauit. Quam Bullam in Tabulario illius Vniuerſitatis ſeruari ait Sauſſeyius. Ipſe Clemens ijſdem ſtudijs inibi vacauerat Iuniot, qui tranſactæ ibidem memor ætatis priuilegia conceſſit quæ deerant Quam in rem eadem die eodemque loco 4. Bullas emiſiſſe & edidiſſe ferunt. Quarum vna hæc eſt.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. «
Dum perſpicaciter oculos in circuitu leuamus, & gratiarum Dei circa humanæ «
naturæ compaginem diſtributiones inſpicimus diligenter, ſcientiarum fontes «
corpora & animas vtiliorum refectionum poculo ſatiantes, cæteris vidimus «
præferendos. Immenſa enim Conditoris benignitas omnium rudem hominem, «
quem poſt perceptionem mortiferi guſtus ad perfectionem diſcretionis vix edu- «
cere naturalis ratio poterat, ſcientiarum Artiumque decreuit dogmatibus eru- «
diri, per quas dono dato Diuinitus viri efficiuntut illuſtres, litterarum decori, «
ſcientijs & virtutibus præſigniti: quæ ſingula ſic ipſorum conſilijs prouidis & «
conſultâ prouidentiâ diriguntur, quod Orthodoxorum terrenorum incolæ ſub «
rectitudinis obſeruantia glorioſi viuunt & regnant & quietis beatitudine gratu- «
lantur. Tales ſiquidem viros infuſâ eis diuinitus gratiâ liberale ſtudium efficit, «
paruulos ſuauitatis dulcedine lactans, cibans adultos vberius, & prouectos ma- «
ioris vbertatis lactatione fœcundans, dum circa ipſum ſtudioſâ ſedulitate ver- «
ſantur, de his profectò non indignè accipitur, quod refulſit ſol in clypeos au- «
reos, quia ſunt Iuſtitiæ defenſores, facta cauſarum ambigua dirimentes, qui «
ſua defenſione, viribus in rebus publicis ac priuatis lapſa erigunt, fatigata re- «
parant, nec minus humanò generi per ſcientiarum comparationem prouident, «
quàm ſi præliis atque vulneribus patriam parenteſque ſaluarent. Ac Iuſtiniana «
ſanctio non ſolum illos Imperio Militari decorauit, qui gladiis, clypeis & tho- «
racibus muniuntur, ſed & illos qui præſidio glorioſi muniminis laborantium «
ſpem, vitam poſteroſque defendunt, ne potentiorum manus validior afficiat «
humiliores iniuriis, prematque jacturis Iuſtitiæ clypeo non adiutos. Nos itaque «
publicis profectibus ex debito Paſtoralis officij, cui dante Domino præſide- «
mus, efficacibus ſtudiis intendentes, ingenti vtique deſiderio ducimur, & pro- «
penſionis curâ ſollicitudinis excitamur, vt ſtudia litterarum, per quæ ſcientia- «
rum Theſaurus acquiritur, & ad ſpiritualis & temporalis gaudij gloriam perue- «
nitur, & laudum incrementis dirigantur vberius, & propenſius inualeſcant in «
illis potiſſimè locis & partibus, quæ idonea & commoda, & præſertim ex ſolito «
fore noſcuntur ad multiplicanda Doctrinæ ſemina & germina ſalutaria produ- «
cenda. Cum igitur in Aurelianenſi Ciuitate litterarum ſtudium in vtroque «

Digitized by Google

» iure ac præſertim Ciuili laudabiliter viguerit, ab antiquo, & ad præſens Do-
» mino fauente refloreat, *Nos ipſum Aurelianenſe Studium quod nos olim eſſentiam*
» *minoris ſtatus habentes legendi & docendi in legibus ſcientia decorauit*, & ad quod
» ex his & aliis condignis conſiderationibus prærogatiua quadam intuitus noſtræ
» affectionis adducitur, volentes optimis confoue.e fauoribus & præſidiis com-
» munire, vt quantò vtilioribus fuerit directionibus ſtabilitum, tantò commo-
» dius, laudabilius & vberius docentes & ſtudentes ibidem ædificari valeant ad
» profectum, præſentium authoritate concedimus, vt *Doctores & Scholares in dicto*
» *Aurelianenſi Studio nunc & in poſterum immorantes, habeant Vniuerſitatem & Colle-*
» *gium regendum & gubernandum ad modum Vniuerſitatis & Collegij Generalis Studij*
» *Toloſani, dicti quoque Doctores condendi ſeu faciendi Conſtitutiones, Ordinationes &*
» *Statuta prouida & rationi conſona ſuper modo eligendi Rectorem, qui prædictum Col-*
» *legium & Vniuerſitatem regat, &c.* ſimiliter modo & hora legendi, repetendi &
» diſputandi, & ſimiliter ipſorum Doctorum in actu regendi habitum deferendo,
» & qualiter Doctores & Scholares in exequiis defunctorum debeant ſe habere,
» nec non à Baccalariis ſiue lecturis, & de illis etiam qui ex eiſdem Doctoribus
» & Scholaribus, Conſtitutionibus, Statutis & Ordinationibus ipſis rebelles ex-
» titerint, per Societatis ſubſtractionem congruè caſtigandis, liberam habeant
» facultatem. *Et ſi Doctoribus vel Scholaribus ipſis, quod abſit, vel alicui eorum infer.itur*
» *injuria, vtpotè mortis vel membri mutilationis, niſi congruè monitione præmiſsâ infra*
» *Quindenam ſuper hoc fuerit congruè ſatisfactum, liceat Doctoribus vſque ad ſatisfa-*
» *ctionem condignam eorum ſuſpendere lectiones.* Ne autem prædictum Studium, quod
» de bono ſemper in melius dirigi cupimus, ſtultitiæ vel vagationis occaſione
» perturbari contingat, autoritate Apoſtolicâ ſtatuimus, vt nulli Scbolares vel
» eorum familiæ incedant per Vniuerſitatem Aurelianenſem armati, ad quod
» ſeruandum pœnis congruentibus coërceantur; quodque Vniuerſitas prælibata
» Turbatores pacis & ſtudij non defendat. Hi verò qui ſimulauerint ſe Scholares,
» nec tamen Scbolas duxerint frequentandas, neque Doctorem aliquem profi-
» tebuntur, nequaquam Scbolarium gaudeant libertate. Cæterum vt Doctores
» & Scholares prædicti eò libentius valeant intendere ſtudio, docendo vel audien-
» do, cui duxerint inſiſtendum, omnibus Priuilegüs & immunitatibus conceſſis
» Doctoribus & Scholaribus in Toloſano Studio commorantibus gaudeant &
» vtantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſ-
» ſionis, Statuti & Indulgentiæ infringere, vel ei auſu temerario contraîre. Si
» quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei &
» BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni
» 6. Kal. Feb. Pontificatus noſtri an. 1.

Extat alia Bulla de Cancellario quem Scholaſticum vocat, iiſdem planè
» verbis concepta vſque ad illa verba *vt quanto vtilioribus fuerit erectionibus ſtabi-*
» *litum, &c.* tum pergit, *authoritate Apoſtolica* ſtatuimus vt Scholaſticus quilibet
» Aurelianenſis (id. Cancellarius) coram Epiſcopo Aurelian. vel de ipſius Man-
» dato, in Capitulo Aurelianenſi vocatis adhoc & præſentibus pro Vniuerſitate
» Scholarium duobus ſolis Doctoribus in ſua teneatur inſtitutione iurare, quod
» ad regimen Decretorum & Legum bonâ fide, loco & tempore, ſecundum ſta-
» tum præfatæ Ciuitatis, & honorem & honeſtatem & facultatem ipſorum non-
» niſi dignis licentiam largietur, nec admittet indignos perſonarum & Nationum
» acceptatione ſubſtractâ. Ante verò quàm quenquam licentiet, tam ab omni-
» bus Doctoribus vtriuſque Iuris in Ciuitate præſentibus, quàm aliis honeſtis viris
» & litteratis per quos veritas ſciri poſſit, de vita, ſcientia, nec non propoſito
» & ſpe proficiendi & aliis quæ in talibus ſunt requirenda, diligenter inquirat, &
» inquiſitione ſic factâ, quid deceat, quid expediat, det vel neget bonâ fide pe-
» tenti licentiam poſtulatam.

» Doctores autem Decretorum ac Legum quando incipient legere, præ-
» ſtabunt publicè juramentum quod ſuper præmiſſis fideliter teſtimonium per-
» hibebunt. Scholaſticus (id. Cancellarius) iurabit quod conſilia Doctorum ſeu
» diſpoſitiones eorundem in malum ipſorum nullatenus reuelabit. Neque pro
» licentiandis Baccalariis iuramentum vel obedientiam, ſeu aliquam exiget cau-
» tionem, neque aliquod emolumentum ſeu promiſſionem recipiet pro licentia

Digitized by Google

concedenda juramento ſuperius nominato contentus. Cæterum illi qui in Ci- «
uitate præfata examinati & approbati fuerint ac docendi licentiam obtinuerint, «
vt eſt de nunc, ex tunc abſque examinatione vel approbatione aliâ, legendi «
& docendi vbique in Facultate illa, in qua fuerint approbati, plenam & liberam «
habeant facultatem, nec à quoquam valeant prohiberi. Nulli ergo omnino «
hominum, &c. Datum Lugduni 6. Kalend. Feb. Pont. noſt. an. 1. «

Aliis Bullis alia ſtatuit circa Domos & hoſpitia, circa Scholares ab inteſtato decedentes, & circa Cognitores cauſarum & delictorum. Nempè voluit æſtimari hoſpitia certo pretio à quatuor-viris, quorum duo à Doctoribus & Scholaribus, & alij duo à Ciuibus nominentur; & niſi conueniant, quintum à Ciuibus è numero Doctorum eligi; quorum Edicto, ni paruerint cæteri Ciues, permiſit ſuſpendi lectiones.

Item ſi quis Scholaris inteſtatus decederet, voluit eius ſupellectilem & bona per Epiſcopum & è Doctoribus vnum deponi apud Sequeſtrum, donec hæredes admoniti fuerint; iis verò poſt certum temporis ſpatium aut non comparentibus, aut non reſcribentibus, permiſit vendi & pauperibus dari.

Item Epiſcopum Aurelianenſem delictorum Cognitorem conſtituit, prohibuitque etiam in flagranti vt vocant, delicto deprehenſos Doctores, Scholares aut famulos eorum ad Iudicem Regium trahi, niſi ad illum ab Epiſcopo causâ cognitâ remiſſi fuerint.

Item vetuit vllum carceribus mancipari, ſolo nomine æris alieni. Hæc Clemens ſtatuit exhibitis ſibi prius & conſultis Vniuerſitatis Pariſienſis Priuilegiis, in quibus ſupradicta capita continentur, quanquam ipſe profiteatur ſe eadem Aurelianenſi ſtudio Priuilegia indulgere, quæ fuerant ante Toloſano indulta.

Vt autem hanc gratiam ſibi facerent vtilem Aurelianenſes, an. 1308. Toloſanorum Priuilegiorum exemplaria ſibi exſcribi eaque recognoſci curarunt. Quibus muniti fruſtra tentatâ apud Regem eorum confirmatione, qui ſeu quod eiuſmodi Gratijs Pontificijs Regni Iura minui putaret, ſeu quod inde Pariſienſes Scholas graue detrimentum paſſuras eſſe proſpiceret, annuere eatenus recuſarat, conciliatis ſibi nonnullorum Ciuium animis ſub finem an. 1309. apud FF. Prædicatores habuerunt Comitia, eaque ibi promulgare conſtituerunt. Sparſo inde rumore oritur tumultus. Ciues enim ſuas ex hoc libertates, conſuetudines & priuilegia imminui & infringi, aliundeque ſe nullâ cogi ad id ferendum authoritate Regiâ videntes, effractis portis & oſtijs, minis primùm, deinde verberibus & cædibus Doctores & Scholares terruerunt & expulerunt. Protinus inquiritur à Magiſtris in ſeditioſos, deferturque querela ad Senatum Pariſienſem, qui an. 1310. Senatuſconſultum tulit aduerſus Ciues. Hac de re ſic ſcribit Sauſſeyus in vita M. Radulphi Gropparini Epiſcopi Aurelianenſis.

Eodem anno cum eſſent publicanda priuilegia quæ Clemens V. ſummus Pontifex an. ſui Pontificatus primo, qui fuit Chriſti 1304 & 4. qui fuit 1307. Guidone Sueſſionenſi & Radulpho Aurelianenſi tunc Epiſcopis Vniuerſitati Aurelianenſium indulſerat, iuxta ſeditionem in Ciuitate ventum eſt. Hic Clemens V. natione Gallus, prius vocatus Remundus Gothus Archiepiſcopus Burdegalenſis, vtriuſque Iuris callentiſſimus ei dederat operam in eius Scholis, quod teſtatur his verbis. *Nos ipſum Aurelianenſe ſtudium quod Nos olim eſſentiam minoris ſtatus habentes, legendi & docendi in legibus ſcientia decorauit, & ad quod ex his & alijs condignis conſiderationibus prærogatiua quadam intuitus noſtræ affectionis adducitur:* propterea ſummus Pontifex creatus nihil antiquius habuit, quàm vt illud ſtudium priuilegijs quibus poterat, cumularet.

Pacta igitur die quâ eiuſmodi Priuilegia publicè promulgarentur in Eccleſia «
FF. Prædicatorum, vbi tum erat Scholarum locus, effunduntur illuc Ciues, «
multa ſeditionis ora, voceſque quouis modo impeditæ priuilegiorum promul- «
gationem, pars occidendos Clericos vociferantur, pars valuas rumpunt, pars «
ſecuribus intentant columnas Domus exſcindere, in quam Doctores & Schola- «
res conuenerant. Pars inclamant, nunquam Ciuibus cum Scholaribus pacem «
futuram, niſi priuilegijs habitis & habendis renunciarent. Pars etiam miſcere «
cœtus & turbas docti prædicabant nondum præterijſſe 69. plus minus annos, «

Digitized by Google

» quando Deceſſores eorum Clericos interfecerant; amandatos quidem vltra
» mare, ſed initâ pace domum reuocatos, idem nunc faciendum Scholaribus.
» Vidiſſes quaſi amentes lapidum grandinem illinc vibrare, portas Religioſorum
» illinc claudere, hinc ianuas Dormitorij amotis ſeris irrumpere.

» Non tulit patienter hanc ſeditionem Senatus Pariſienſis, ſed Senatuſcon-
» ſulto dato die Lunæ poſt feſtum Annunciationis Dominicæ an. 1310. hanc no-
» xam à Ciuibus præſtari decreuit. Damnati ſunt Ciues in mille libras Pariſienſes;
» & pronunciatum quod duo Procuratores nomine proprio in Senatuſc. deſignati
» nudis pedibus in brahijs & camiſis facerent proceſſionem Dominica poſt feſtum
» Reſurrectionis eundo à loco Halarum per magnum vicum & portam Pariſien-
» ſem ad dictam Eccleſiam FF. Prædicatorum, gerentes ſinguli cereum vnum
» ponderis duarum librarum, quem ſuper altare dictæ Eccleſiæ eſſent oblaturi. Et
» quod omnes alij Ciues tam Procuratores quàm alij Proceſſioni intereſſent in
» habitu decenti, gerentes ſinguli cereum ponderis duarum librarum, offeren-
» dum ſuper idem altare; & tam Procuratores quàm alij flexis genibus coram
» ſex Doctoribus & ſex Scholaribus nomine omnium Conciuium veniam depre-
» carentur, & ſi quod damnum illarum eſſet Religioſis, reſarcirent.

Senatuſconſultum autem illud his verbis incipit: PHILIPVS Dei gratia Francorum Rex, Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus quod in inqueſta ſecundum Arreſtum Curiæ noſtræ facta, &c. hoc verò nunquam fuiſſe executioni demandatum ait Franciſcus Marius in Antiquitatibus Aurelianenſibus. Quippe Doctores tutiori viâ incedendum ſibi putantes Regem adeunt impetrantque randem, quanquam ægrè, priuilegiorum ſuorum confirmationem. Ægrè dico, nam Philippus qui propriâ experientiâ didicerat, à Bonifacio, quàm non eſſet tutum multa licere ſummis Pontificibus in erectionibus & gratijs huiuſmodi, diu diſtulerat & renuerat ea confirmare. Quâ de re ſic legitur in quodam Codice MS. quem inſignis Herouuallius benignè mecum communicauit (cui quidem in dorſo ita eſt, *Extraits des Arreſts & Ordonnances*) fol. 159 verſo, ad an. 1312.

» Item cum D. ſummus Pontifex Vniuerſitati Aurelianenſi plura priuilegia
» conceſſiſſet, in ipſis voluit derogare iuriſdictioni Regis: & ideo ipſe D. Rex
» ipſa priuilegia confirmauit & conceſſit ſpecialiter in quadam clauſula vel in
» quodam articulo in ipſis priuilegijs contento faciente de bonis Inteſtatorum
» ipſius Vniuerſitatis certis modo & forma diſponendis, mentionem, prout in lit-
» tera continetur quæ incipit *Notum* N. menſe Iulij *1312*.

Ibidem tamen notatur noluiſſe Regem confirmare erectionem Vniuerſitatis ſeu Collegij Aurelianenſis, ſed ſolummodo conſenſiſſe, vt ſingulares Magiſtri & Scholares Priuilegiis gauderent abſque Statutorum factione quod maximè notandum.

Item alia ordinatio priorem præcedens, *quâ Rex non vult quod ſtudentes Aurelianenſes habeant Vniuerſitatem, Corpus, ſeu Collegium: ſed vt ſingulares ſint & maneant; & vt ſingulares Priuilegiis ſibi conceſſis vtantur*, Et quia volebant facere Statuta & iuramenta & multa alia Vniuerſitatem denotantia, eis prohibet, vt in dicta Ordinatione continetur, quæ ſic incipit. Cum ex iuſtis, rationabilibus & honeſtis cauſis N. menſe Iulij. Et ad marginem ita legitur ſcriptum. *Quod dicti ſtudentes non habeant Corpus ſeu Collegium vel Vniuerſitatem.*

Ergo aliud eſt gaudere Priuilegiis Vniuerſitatis, & aliud, eſſe Vniuerſitatem. Tale erat Studium Aurelianenſe vt gauderet Priuilegiis quæ à ſummis Pontificibus concedi ſolent Vniuerſitati. Vnde idem Philippus aliis litteris confirmauit plura Statuta facta per D. Papam ſuper licentiis & ſtatu licentiandorum, vt legitur in eodem MS. At non ob id cenſebatur Collegium ſeu Vniuerſitas. Nam Vniuerſitatis eſt per ſe condere ſtatuta, iuramentis adſtringere & iuramenti formulas præſcribere, Iuriſdictionem in ſubditos exercere, & alia id genus: quæ noluerat hactenus Rex Aurelianenſi Studio indulgere. Verum id quoque indulſit, & quod vni ſuæ Vniuerſitati Pariſienſi debebat eſſe proprium, fecit Aurelianenſi commune, quoad Iuris Ciuilis & Canonici profeſſionem. Quanquam ſuis litteris admonet non ideò ſe Iuris Ciuilis Romani profeſſionem publicam fieri concedere, quò ſecundum illud, ius dicatur in Francia

ſpretis

ſpretis Regni conſuetudinibus, ſed vt Scholares inde eruditionem & doctrinam «
percipiant. In ijſdem litteris meminit tumultus Aurelianenſis. «

Philippvs Dei gratia Francorum Rex, &c. Non putet igitur aliquis «
Nos recipere vel Progenitores noſtros recepiſſe conſuetudines quaſlibet ſiue «
leges ex eo quod eas in diuerſis locis & ſtudijs Regni noſtri per Scholaſticos le- «
gi ſinatur; multa namque eruditioni & doctrinæ proficiunt, licet recepta non «
fuerint.... Sanè cum inter Ciues Aurelianenſis Ciuitatis, in qua propter op- «
portunitatem, fertilitatem & amœnitatem loci ſub alis Progenitorum noſtro- «
rum & Noſtris *Liberalium* Artium, præcipuè Iuris Canonici ſtudium & Ciuilis «
noſcitur floruiſſe, & eminentes perſonæ temporibus retroactis qui virtutum & «
ſcientiæ fulgore ſplendentes, fructum multiplicem Deo gratum & hominibus «
ſalubrem per Mundi diuerſa climata reddiderunt, ac inter Doctores, Magi- «
ſtros & Scholares Iuris Canonici & Ciuilis ibi ſtudentes cernimus graue nuper «
ſcandalum fuiſſe ſuſcitatum Vniuerſitatis, prætextu Doctorum ipſorum, Ma- «
giſtrorum & Scholarium nouiter inſtitutæ, videlicet ex eo ſtudium illud nedum «
turbatum & impeditum enormiter, niſi celeriter occurreretur, protſus poſſe, «
quod abſit, in futurum ſine reparatione deſtitui Vniuerſitatem huiuſmodi, quæ «
cauſam huic ſcandalo præſtabat, nec fuerit authoritate noſtra ſubnixa, tolli «
decreuimus. Quod enim in hoc fauore ſtudij fuerat diſpoſitum, manifeſtè «
tendebat ad noxam. *Cæterum vt Doctores*, Magiſtri & *Scholares* libentius ad ſtu- «
dium ipſum declinent & feruentius ibidem ſtudentes proficiant, quanto plus «
honorari ſe ſentient, illud priuilegijs, beneficijs & libertatibus munientes, *Stu-* «
dium Generale præſertim *Iuris Canonici & Ciuilis* fauente Deo perpetuum ibi- «
dem eſſe volumus & Regia authoritate firmamus. *Hoc ſaluo, quod Theologiæ* «
Magiſtri nullatenus creentur ibidem, ne detrahatur priuilegijs Rom. Sedis Studio Pa- «
riſienſi conceſſis. Atque vt conſoletur Ciues, ſi quid ex hac Priuilegiorum con- «
firmatione patiantur incommodi, poſt eorum enarrationem, ſubdit. *Et ſi quod* «
priuilegium forſan à Nobis vel noſtris Progenitoribus ſit prædictis Ciuibus conceſſum, «
quod huic aduerſetur, id propter fauorem ſtudij vtilitatemque publicam ceſſare volu- «
mus in hac parte. Nec Ciues eos pigeat. Ipſa namque *Ciuitas* ex *ſtudio* decora- «
tur, ac ideo propter incrementum honoris & vtilitatis Ciuitatis eiuſdem, quod «
ipſi *Ciues* ex *ſtudio*, ſi bene mentis oculos aperiant, ſentire noſcuntur, patienter «
ferre debeant, ſi forſan videatur eis pauliſper ex talibus ſe grauari. Actum «
apud Abbatiam Regalem B. Mariæ prope Pontiſaram an. Domini 1312. menſe «
Iulij. «

Alijs verò litteris eadem die eodemque loco datis Priuilegia à Pontifice con-
ceſſa confirmauit.

Philippvs Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus vniuerſis, quod «
cum in Aurelianenſi Ciuitate litterarum ſtudium in vtroque Iure ac præſertim «
in Iure Ciuili laudabiliter viguerit ab antiquo & ad præſens Domino fauente «
refloreat, Nos ipſum Aurelianenſe ſtudium ex hoc & alijs condignis conſide- «
rationibus prærogatiuâ gratiæ ſpecialis volumus opportunis confouere fauori- «
bus & ſpecialibus præſidijs communire, vt quanto vtilioribus fuerit directioni- «
bus ſtabilitum, tanto commodius, laudabilius & vberius Docentes, Regentes «
& Studentes ibidem ædificare valeant ad profectum. Cum igitur ſanctiſſimus «
Pater ſummus Pontifex inter cætera ſtatuerit, vt de bonis Doctorum & Scho- «
larium Aureliæ ſtudentium, qui deceſſerint inteſtati, vel rerum ſuarum ordi- «
nationem alijs non commiſerint, taliter diſponatur, non obſtante contrariâ «
conſuetudine vel abuſu; videlicet quod Epiſcopus Aurelianenſis qui pro tem- «
pore fuerit & vnus de Doctoribus recipientes omnia bona defuncti & ea in tuto «
loco & idoneo deponentes ſtatuant certum diem, quo illius obitus in patria ſua «
valeant nunciari, & illi ad quos bonorum ſuorum ſucceſſio erit deuoluta, poſ- «
ſint ad Ciuitatem accedere prælibatam, vel idoneum nuncium deſtinare, & ſi ve- «
nerint vel miſerint, reſtituantur eis bona huiuſmodi cautelâ quæ fuerit adhi- «
benda, ſi verò non comparuerint aliqui, ex tunc dicti Epiſcopus & Doctor bo- «
na ipſa pro defuncti anima prout expedire viderint, erogabunt, niſi forſitan ex «
aliqua iuſta cauſa venire vel mittere nequiuerint ſucceſſores, & tunc in tempus «
congruum erogatio differatur. Cæterum vt præfatum ſtudium in maiori quiete «

» refulgeat, cum vbi regnet quies, ibi ſalus exiſtat, Epiſcopus Aurelianenſis ſic
» delinquentium caſtiget exceſſus, quod Scholarium ſeruetur honeſtas & male-
» ficia non remaneant impunita, innocentes etiam occaſione delinquentium nul-
» latenus capiantur, nec bona eorum detineantur, ſed ſi contra quemquam ſuſ-
» picio fuerit exorta probabilis, is honeſtè detentus præſtitâ idoneâ cautione ceſ-
» ſantibus Carcerariorum exactionibus dimittatur. Quod ſi fortè tale crimen
» commiſerit, quod incarcerari ſit opus, Epiſcopus culpabilem tenebit in carce-
» re, Scholaſticum Aurelianenſem proprium habere carcerem penitus interdicto.
» Nullus quoque Scholaris pro contractu vel debito capiatur, ſed neque Epiſco-
» pus aut Officialis eius, ſiue Scholaſticus à Doctore vel Scholari pœnam pecu-
» niariam exigat pro excommunicationis emenda vel alia qualibet cenſura. Per
» hæc autem quæ præmiſſa ſunt, dictus ſummus Pontifex *ſpecialiter expreſſit ſe non*
» *intendere Iuriſdictioni noſtræ in aliquo derogare, ſed ea in quantum à nobis dependent,*
» *noſtræ approbationis & voluntatis arbitrio reſeruauit.* Nos igitur præmiſſa omnia &
» ſingula, quantum ad authoritatem & Iuriſdictionem Eccleſiaſticam pertinent,
» à quoquam Iuſtitiariorum vel ſubditorum noſtrorum impediri vel infringi quo-
» modolibet inhibemus; quatenus verò Iuriſdictionem ſeu authoritatem noſtram
» Regiam tangunt, ſeu pertinent ad eandem, eadem quantum ad Inteſtatorum
» bona decedentium Scholarium & Doctorum, gratioſè Doctoribus & Schola-
» ribus qui nunc ſunt, vel erunt pro tempore in ſtudio ſupradicto, concedimus
» per manum exercenda, Præpoſiti noſtri Aurelianenſis modo & forma in Epiſ-
» copo Aurelianenſi ſuperius expreſſis, eidem Præpoſito adiungendo cum huiuſ-
» modi Doctore defuncti prædicti, ſtatuentes quantum ad nos pertinet, ne inno-
» centes occaſione culpabilium moleſtentur in perſonis vel bonis. Nec quis
» Doctor vel Scholaris pro debito capiatur vel detineatur in carcere pro cri-
» mine qui cautionem idoneam præſtare paratus exiſtat, nec criminis grauitas
» id expoſcat, ac tunc in carcere qui credat ad ſecuram cuſtodiam, non autem
» ad pœnam, victuſque miniſtrentur capto decente ſecundum qualitatem cri-
» minis & perſonæ. Semper inſuper vbi liquebit de crimine, mitius agatur cum
» Doctore vel Scholari circa pœnam iniungendam, vel emendam, vel mulctam,
» quàm cum alio ageretur, quandiù ſpes de emendatione ſeu correctione perſonæ
» rationabiliter poſſit haberi. Doctores inſuper & Scholares pro talibus detenti,
» fauorabiliter & honeſtè tractentur; ſed quod quiſque percipiat gratiam & ho-
» norem, quibus in quantum fieri poteſt ſine offenſione Iuſtitiæ, volumus affici
» Doctores & Scholares eoſdem. Vt autem præmiſſa rata ſtabilitaque perſeue-
» rent, noſtrum præſentibus apponi iuſſimus ſigillum. Actum in Regali Abba-
» tia B. Mariæ propè Pontiſaram anno Dom. 1312. menſe Iulij.

Ita ergo vtrinque muniti Doctores Aurelianenſes, ſua Priuilegia executioni tradere conantur, ſed fruſtra, reluctantibus ſemper Ciuibus. Recurrunt ad Regem Ludouicum Hutinum, obtinentque ab eo Mandatum (Commiſſionem vocant) ad Balliuum & Præpoſitum Aurelianenſem die 10. Iunij an 1315. datum, quo Senatuſconſultum anno 1310. contra ſex Ciues exequi iubentur. Sed cum neque eo pacto pacem haberent, iuramento ſe ſe adſtringunt, Vniuerſitatem non habituros deinceps nec actum vllum Scholaſticum exercituros. Imo poſt Paſcha anni 1316. Aureliâ relictâ Niuernium ſe conferunt, cumque Ciuibus paciſcuntur die 27. Maij anno 1316. vt refert Chopinus lib. 3. de Domanio, ea lege ne Priuilegis ſuis vterentur. Et Ioannes XXII. Aureliam ob concitatam in Scholares ſeditionem, interdicto ſubiecit.

Verum neque Niuernij diu ſubſtiterunt, pacatiſque rebus Aureliam reuerſi ſunt. De hac & Vniuerſitatis tranſlatione ſic habet Coquillius in Hiſtoria Ducatus Niuernenſis. *Sont enuiron 250. ans, que la ville d'Orleans fut interdite par le Pape Iean XXII. & priuée de l'Vniuerſité à cauſe d'vne ſedition meuë par les Citoyens contre les Eſcholiers, en laquelle vn parent dudit Pape auoit eſté tué.* Les Habitans
» de Neuers receüillirent ladite Vniuerſité & les Suppoſts d'icelle, qui pour quel-
» que temps y demeurerent. Mais comme le peuple de Neuers eſt aſſez mal endu-
» rant, & qu'entre les Eſcholiers ſouuentefois trouuent pluſieurs mal complexion-
» nez, ils n'arreſterent gueres à auoir debat, & à certain iour pluſieurs particu-
» liers Citoyens de Neuers prindrent la Chaize du Docteur en cholere, la por-

terent ſur le Pont & la jetterent en Loire, diſans ces mots : *Que de par le Dia-* «
ble elle retournaſt à Orleans dont elle eſtoit venuë. Pour lequel ſcandale ces parti- «
culiers ſeditieux furent condamnez en groſſes amendes enuers le Roy à cauſe «
de l'infraction de la Sauuegarde du Roy, en laquelle eſtoit l'Vniuerſité, & ne «
fut pas le corps de la Ville condamné ; parceque la Communauté n'y auoit pas «
adheré. Sed tandem Philippus Longus Rex & Ioannes XXII. Pontifex «
Vniuerſitatem ad priſtinam ſedem reduxerunt circa annum 1320. «

Porro hæc Vniuerſitas primùm diuiſa eſt in decem Nationes, quæ tales erant, Francica, Germanica, Lotharingica, Burgundica, Campanica, Normanica, Picardica, Turonica, Aquitanica, Scotica, & earum ſingulæ ſuum habebant Procuratorem, qui cum Rectore Senatum Academicum componebant. Verum anno 1538. regnante Franciſco I. ad IV. ſunt redactæ, Francicam, Germanicam, Picardicam & Normanicam. Francica ſub ſe Burgundicam, Aquitanicam & Turonicam continet. Germanica Lotharingicam. Picardica, Campanicam. Normanica Scoticam. Germanica autem ſecundum locum ſemper obtinuit.

Anno Domini 1306. teſte Lurbeo in Chronico Burdegalenſi, cum Clemens 1306.
apud Burdegalam eſſet, M. Arnoldus Villenouanus inſignis Doctor Medicus & Martinus de Athera Dominicanus eo præſente de quibuſdam grauiſſimis Quæſtionibus contenderunt, de quibus ad an. 1309. amplius dicetur, quo plurimæ huiuſce Arnoldi Theſes damnatæ ſunt vt hæreticæ.

Idem Pontifex hoc Ciuibus ſuis conceſſit, vt etiamſi ſacris interdicti non obtentâ à ſummo Pontificè veniâ, morerentur, ritu tamen Chriſtiano ſepeliri poſſent, ſi in extremo halitu ſigna aliqua Pœnitentiæ edidiſſent.

Eodem anno facta eſt ſolennis tranſlatio Capitis ſancti Ludouici ad Capellam Regiam quam in Vrbe Pariſ. conſtruxerat, qua de re ſic Ioannes à S. Victore
Feria 3. poſt Aſcenſionem factum eſt Pariſius maximum & ſolenniſſimum Feſtum «
à Prælatis Regni & Ciuibus Pariſius : qui cum maximo apparatu & cereis innu- «
merabilibus groſſis Rege præſente & fratribus & Baronibus Regni conduxe- «
runt caput ſancti Ludouici Regis in vaſe pretioſiſſimo collocatum à Monaſterio «
S. Dionyſij in Francia vſque ad Capellam Regis Pariſius. In qua cum cæteris «
Reliquiis repoſitum eſt cum honore ; quam Capellam idem S. Ludouicus con- «
ſtrui fecerat dum regnabat. *Vnam quoque coſtam eiuſdem ſancti dedit Rex Philip-* «
pus IV. Eccleſiæ B. Mariæ Pariſ. dieſque illa tanquam ſolennis & feſtiua habita eſt «
à populo Pariſ. Vrbis, & deinceps ſic fieri Pariſius eſt inſtitutum. Pro dicta autem trans- «
latione procurante Rege à Papa, Cardinalibus & Prælatis data eſt Indul- «
gentia maxima verè pœnitentibus & confeſſis. «

Idem Author ad hunc annum refert obitum M. Petri de Morneio Iuriſperiti eximij, Autiſſiodorenſis Epiſcopi & promotionem M. Petri de Bellapertica Decani Pariſ. in vtroque Iure præcellentis. *Eodem anno*, inquit, *in die Trinitatis obiit Pariſius M. Petrus de Morneio Epiſcopus Autiſſiodorenſis qui primò fuerat Aurelianenſis, Regis Francorum Conſiliarius, vir in multis expertus & in vtroque Iure peritus excellenter. Cuius corpus ſepultum eſt in maiore Eccleſia Autiſſiodorenſi cum honore ; eique poſt aliquot menſes ſucceſſit M. Petrus de Bella pertica Pariſ. Decanus vir etiam in vtroque Iure peritus & Regis Francorum Sigillifer* : ſed tempore breui, circiter vno anno præfuit, vir ſiquidem ſatis fauorabilis omnibus & benignus.

Idem conſequenter commemorat habitas fuiſſe complures Synodos Eccleſiæ Gallic. ad occurrendum grauaminibus quæ à Curia Romana inferebantur. *Tunc in Iulio Prælati Franciæ in pluribus locis fecerunt Concilia ad deliberandum quid poſſent facere ſuper grauaminibus quæ inferebantur à Papa & ſuis, Eccleſiis Gallicanis, Conſilioque Regis & Regalium vſi ſunt in hoc caſu*

Anno eodem 22. Iulij Edicto Regio Iudæi omnes è Galliæ finibus excedere iuſſi ſunt, eorumque bona fiſco addicta : quam quidem expulſionem & bonorum publicationem probro verterunt Philippo maleuoli, quem cum eſſet pecuniis vndequaque corradendis intentiſſimus, quia Bello Flandrenſi vrgebatur, Edictum illud auiditatis explendæ causâ promulgaſſe dicebant : at vera cauſa expulſionis hæc fuit. Quod cum quædam egena mulier veſtem ſuam Iudæo cuidam oppigneraſſet certâ pecuniæ ſummâ, ea lege ſibi reddi pacta eſt, vt Iudæo

traderet Corpus Chriſti, quod ſumptura erat die Feſto Paſchæ. Fecit illa quod
IMPIETAS „ promiſerat. Tum Iudæus nactus pignus illud noſtræ ſalutis. *Es ne*, inquit, *Tu*
IVDAICA. „ *ille Chriſtianorum Deus? Es ne ille Ieſus Chriſtus quem de Virgine natum Chriſtianorum*
„ *veſana credulitas opinatur & credit eſſe Deum! es ne tu ille quem colaphis ceciderunt*
„ *Patres mei*, *Ego te bullientibus aquis committam*, *ſi te Cruci affixerunt*, *Ego aſſan-*
„ *dum dabo. Si vis*, *loquere. Si Deus es*, *qualis eſt potentia tua*, *oſtende*, *& ne igne*
„ *conſumaris*, *te ipſum defende.* Hæc ei alia ſcelerato ore euomens, Corpus Do-
„ mini noſtri Ieſu Chriſti in medium bullientis aquæ jactauit, vbi confeſtim ſpe-
„ cioſus forma præ filiis hominum puer apparuit perambulans ſuper aquas bullien-
„ tes. Quem videns Iudæus, non tanti ſigni nouitate conuerſus ad Dominum, ſed
„ Iudaïco more, vt populus ille teſtificante S. Moyſe, indurato animo ſemper
„ extitit, dura cum ceruice puerum inſtar ſolis rutilantem cum eo inſtrumento
„ ferreo quod in manibus habebat, iteratis vicibus in vrnam bullientem demer-
„ gere tentauit: ſed nec illum quovis modo tangere valebat. Diuina enim Sapien-
„ tia puer Ieſus ſic ducebatur, vt dum Iudæus ille in medio aquæ bullientis ipſum
„ eſſe arbitrabatur, in dextera parte eum eſſe cerneret: ſicque dum in dextera
„ parte ferire volebat, in ſiniſtra bullientis aquæ cernebatur puer. Colluctaba-
„ tur igitur Iudæus cum puerulo, nec in eum præualere poterat. Interim pueri
„ illius Iudæi aſſiſtentes, prodigij nouitate perterriti ad matrem concurrunt di-
„ centes. *En Mater.* Pater noſter puerulum in aquam bullientem demergere ni-
„ titur. Mater illa ad Cameram viri ſui pergit. At pueri alta voce eiulantes, ad
„ publicum percurrunt vicum dicentes & proclamantes *Venite*, *venite*........ fit
„ concurſus populi. Iudæi paſſim & Chriſtiani occurrerunt, multique ex illis vide
„ runt puerum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & Iudæum in profundum vrnæ
„ demergere nitentem. Denunciatum eſt Epiſcopo Pariſienſi inauditum mira-
„ culum, qui cum toto Clero acceſſit ad Iudæi Domum, & in medio bullientis
„ aquæ & olei vidit hoſtiam mundiſſimam ſanam & integram, quam aſſumpſit
„ propriis manibus, & omni cernenti populo in Eccleſiam S. Ioannis de Grauia
„ Pariſius, vbi in eodem die conſecrata fuerat, proceſſionaliter portauit. In qua
„ Eccleſia in memoriale tanti miraculi vſque in hodiernum diem ſeruatur, & ibi
„ qualibet die in honorem ſanctiſſimi Sacramenti altaris Miſſa celebratur. Feria
„ verò 5. in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus, iſtud Sacramentum ſtatuere digna-
„ tus eſt, conuenit populus & Miſſâ ſolenniſſimâ peractâ captus & incarceratus
„ Iudæus fuit, & vxor Iudæi, & pueri confeſſi ſunt, quæ viderunt. Vt & Iudæus
„ ipſe omnia quæ per ipſum facta fuerant & dicta, confeſſus eſt. Mulier ad fidem
„ conuerſa & pueri baptizati ſunt. Ipſi etiam Chriſtiani, qui meruerunt videre
„ ſignum magnum, confeſſi ſunt rei veritatem. Iudæus verò à Deo reprobatus
„ & derelictus in ſua obſtinatione permanens, ad Iudicium per *Præpoſitum Pari-*
„ *ſienſem* ductus eſt, dumque iter ageret, Iudæus Præpoſito Pariſ. voce perturbata
„ dixit, *ſi librum quem poſſideo Talmutz intitulatum hic vnà mecum haberem*, *non eſſet*
„ *in tua poteſtate vt morti me traderes...* Vbi, inquit Præpoſitus, ille liber? deſigna
„ locum & ad illum deſtina pediſſequum. Quo facto vbi pediſſequus librum Tal-
„ multz Iudæo in quadrigâ ligato tradidit, ignis qui ad tractum balliſtæ præpara-
„ tus in combuſtionem Iudæi per lictorem erat, ad Iudæum vſque volauit, cum-
„ que vnà cum libro ſuo Talmutz in fauillam & cinerem in momento & in ictu
„ oculi redegit. Hæc Author Chronici Belgici magni ex alio authore vetuſtiori.

1307. Anno 1307. teſte Ioanne de S. Victore, menſibus Auguſto & Septembri omnes Iudæi exceptis paucis qui baptizari voluerunt, de Regno Franciæ ſunt expulſi; *eorumque bona Rex habuit & fecit colligi per Miniſtros*, *niſi quod cuilibet Iudæo data eſt portio aliqua pecuniæ pro via extra Regnum complenda; quorum multi in itinere mortui ſunt præ laſſitudine vel dolore.*

Anno eodem M. Simon de Guiberuilla Doctor Theologus & Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis nominatur, vt refert Hemeræus, in partitione Præbendarum cum Hugone de Biſuntio, Michaële de Becco Cardinale, Franciſco Nepote Bonifacij VIII. etiam Cardinale, Ioanne Monachi item Cardinale, Radulpho de Roſeto Pœnitentiario, alijſque Canonicis. Interfuitque Statuto Capituli Generalis eiuſdem anni, quo cautum eſt *ne vllus Canonicus deinceps à Capitulis Eccleſiæ Generalibus impunè abſit.*

Eodem anno, teſte Ioanne de S. Victore obijt *M. Bertoldus de S. Dionyſio Epiſcopus Aurelian. vir ſubtilis & in multis ſcientijs expertus & famoſus.* Eique poſtea ſucceſſit M. Nicolaus dictus *Groſſin*, Clericus Regis *multum expertus in Iure.*

Item. *In menſe Octobri deceſſit Epiſcopus Antiſſiod.* M. Petrus de Bella-pertica, cui « poſt vacationem plurium menſium ſucceſſit M. Petrus de Greſſibus Cantor Pa- « riſ. ſed quia non erat Preſbyter ſiuè Sacerdos, tunc ſe fecit ordinari in craſtino « S. Dionyſij apud S. Audoënum. «

Eodem anno Clemens Pontifex teſte Lurbeo ſuburbanum ſuum in Peſſiaca Parœcia prope Burdigalam ſitum, in quo vinea erat optimi vini feraciſſima, in perpetuum legat & relinquit Archiepiſcopis Burdigalenſibus, vocaturque etiam hodie, inquit ille, *Vinea Papæ Clementis.*

Idem cum eſſet Pictauij, aperiri iuſſit ſepulchrum M. Gualteri Brugenſis Minoritæ viri litteratiſſimi, Epiſcopi olim Pictauienſis facti à Nicolao III. ſummo Pontifice, cuius Bulla aurea ſeruatur in Tabulario Pictauienſi, in qua hæc verba leguntur. *Nos autem paterna volentes ſollicitudine præcauere, ne dicta Eccleſia* (Pictauienſis) *diſpendia prolixæ vacationis incurreret, & ad perſonam venerabilis fratris noſtri Gualteri Epiſcopi Pictau. quem odor famæ nobis reddit acceptum, cum habeatur vir vitæ laudabilis, litterarum ſcientiâ præditus, diſcretionis maturitate conſpicuus, præclarus meritis & aliàs in ſpiritualibus & temporalibus circunſpectus, aciem mentis noſtræ conuertimus.* Cum autem eſſet ille Iurium Eccleſiaſticorum defenſor acerrimus, & pro Archiepiſcopo Bituricenſi contra Burdegalenſem de Primatu contendente fortiter ſtetiſſet, vbi Clemens qui ante fuerat Archiepiſcopus Burdegal. factus eſt ſummus Pontifex, eum Epiſcopatu Pictauienſi priuauit, & ad Clauſtrum Minoritarum remiſit, memor iniuriæ quondam acceptæ: nimirum quia à Gualtero Ægidij Bituricenſis mandata exequente ſibi interdictum fuerat titulo Primatis Aquitaniæ, imò & anathemate percuſſus fuerat. Ille ergo priuationem huiuſmodi impatienter ferens, & in ægritudinem lethalem delapſus, appellauit à ſententiâ Clementis ad Iudicium Dei, vel ad futurum Concilium, membranamque appellationis ſibi voluit in manum poni, animam exhalando die 21. Ian. an. 1306. eamq; ſecum tumulari in æde Minorum Pictauienſium. Quò cum veniſſet Clemens & factum intellexiſſet, iuſſit ſecretò ſepulchrum aperiri: & ita conſtitit. Verum Archidiaconus vrbis fruſtra tentauit membraram prædictam extrahere, donec Pontifex virtute obedientiæ mortuo imperauit, vt cederet, pollicitus ſe eam, poſtquam legiſſet, reſtituturum. Tum ille ceſſit, & Pontifex lectam reſtituit.

Rei ſtupendæ hiſtoriam chirographo conſignauit & teſtatus eſt Ioannes Amandi Sacerdos Iuliodunenſis & ſecularis Eccleſiæ S. Crucis Canonicus, cuius tenor ex Originali talis eſt.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Noueritis quod in præſen- « tia venerabilis & diſcreti viri D. Raymundi Archipreſbyteri de Loduno ego « Ioannes Amandi Preſbyter Canonicus ſecularis Eccleſiæ S. Crucis de Loduno « Diœceſis Pictauienſis, fateor & in veritate recognoſco me audiuiſſe à quodam « Scutifero bonæ memoriæ Clementis Papæ V. quod ipſe vidit & præſens fuit, « quando is D. Papa Clemens intempeſtiuæ noctis ſilentio, ſeu de nocte fecit ape- « riri tumulum Fr. Gualteri quondam Epiſcopi Pictauienſis, pro eo quod audiue- « rat dici, quod is frater Gualterus appellauerat ab eodem & quod habebat ap- « pellationem in manu, quam petierat, in manu poſt mortem, tempore quo « viuebat, & quod vidit is Scutifer & præſens fuit, cum de mandato dicti D. Papæ « Clementis V. Archidiaconus deſcendit in dictum tumulum ſic apertum, & in- « uenit appellationem in manu dicti fratris Gualteri, ſed eam non potuit eripere « nec habere de manu tenentis eam, donec de mandato prædicti Domni Papæ, « is Archidiaconus prædicto fratri Gualtero eam ſibi reddere ſub aſſeuerationis « certitudine repromiſit. Quo facto manum laxauit dictus Gualterus & eam Ar- « chidiaconus tradidit Domno Papæ: & cum vellet exire idem Archidiaconus de « tumulo antedicto, non potuit, aſſerens ſe detentum, nec potuit donec appel- « lationem ſibi redderet, & in manu poſuit, vt promiſit. Quâ appellatione reſti- « tutâ, vt promiſerat, de tumulo facile & leuiter exiuit. Hæc in verbo Sacerdotis « aſſero me à Scutifero audiuiſſe, aſſerente mihi per iuramentum ſuum præmiſſa «

„ *omnia eſſe vera. Datum anno 1339.* Pontifex autem agnitâ viri ſanctitate, eius ſe-
„ pulchrum in Baſilica Minorum ornari iuſſit, quod per bella ciuilia dirutum eſt: eius verò loco poſitus lapis ante maius altare Eccleſiæ cum hac Epigraphe. *Hic iacet S. Gualterus.*

Templarii damnantur.

Eodem anno Templarij toto Regno capti & carceri mancipati ſunt ob deteſtanda ſcelera quæ patrare dicebantur; quanquam nonnulli ſcribunt confiɛta fuiſſe, quæcunque illis imponebantur; idque ex Philippi Regis auaritiâ, eorum bona, quæ maxima erant in Gallia, concupiſcentis profluxiſſe: qui quemadmodum anno ſuperiore Iudæos expulerat, vt eorum bona inuaderet, ita & Templarios hoc anno comprehendi iuſſerat, ac criminibus execrandis onerari, vt ſuæ auaritiæ excuſationem velumque prætexeret. Ita *Bocatius in Caſibus virorum Illuſtrium.* Verùm cum non modò in Gallia, ſed & vbique terrarum vbi degebant Templarij, omnibus exoſi eſſent & ſimiliter trucidati fuerint, credibile non eſt id eâ causâ contigiſſe, quam Philippo aſcribunt. Certè in Anglia quoque habito Londini Concilio eodem anno damnati ſunt, & vt ait Leyceſtrenſis, *omnia bona eorum, terræ & tenementa ſaiſita fuerunt in manu Regis.*

Spondanus in Annalibus Eccleſiaſticis ad hunc annum, ait initium mali ab
„ ipſiſmet proceſſiſſe Templarijs hoc modo. Quidam Templarius Prior Montis-
„ falconis in agro Toloſano ob peſſimam vitam & hæreſim Pariſijs à Magiſtro
„ Templi perpetuo carceri addictus ſocium captiuitatis habuerat Noffum quen-
„ dam Patriâ Florentinum, qui propter multa crimina à Prætore Pariſienſi in car-
„ cerem coniectus fuerat. Illi de ſalute propria ſolliciti Miniſtris Regijs deteſtan-
„ da Ordinis flagitia aperiunt. Continuò res ad Regem; à Rege ad Pontificem
„ defertur: à quo obtinet ad veritatem indagandam, vt Templarij toto Regno
„ capiantur. Itaque vnâ die, vnâ litterarum ſignificatione 3. Id. Octob. feriâ
„ ſextâ ad ortum ſolis capiuntur paſſim & carceri mancipantur ſontes & inſontes.
„ Pariſijs amplius quinquaginta, quamuis innocentiam conteſtarentur, palis al-
„ ligati lentoque igne combuſti ſunt. Oſſa cuiuſdam dudum defuncti ſcilicet M.
„ Ioannis de Thuro exhumata atque combuſta. M. Ioannes Mola Burgundus du-
„ ctus ad Pontificem & Regem qui tunc Pictauij erant, cum Guidone fratre Del-
„ phini Viennenſis & Hugone Paraldo aliqua crimina confeſſus amore vitæ, ea-
„ dem Pariſios perductus pernegauit. Itaque damnatus cum Guidone lenti ignis
„ ſupplicium conſtantiſſimè tulit: quod ſpectaculum tantam iniecit omnibus re-
„ ligionem, vt plerique eorum cineres tanquam Martyrum Reliquias collegerint.
„ Et quod mirum eſt, primi illi duo Ordinis Accuſatores, *Prior* ſcilicet & *Noffus*
„ carcere liberati miſerrimè perierunt: alter nempe alia ex cauſa à carnifice ſtran-
„ gulatus, alter proditione occiſus.

Dum ita nonnulli ſupplicium conſtanter ferunt, alij ſeu timore pœnarum, ſeu vrgente conſcientiâ confitentur horrenda crimina, Apoſtaſiæ, Sodomiæ, hæreſis, aliaque eiuſmodi, Pontifex quaſi pacto cum Rege inito per Inquiſitores fidei interrogari eos iubet de certis capitibus, quæ plurimi varijs in locis poſiti confeſſi fuerant: quorum hæc ſunt præcipua.

1. An cum in Ordinem Templariorum cooptati fuerant, Chriſtum, aut Deum, aut Deiparam abiurare moniti fuiſſent & iuſſi prius quàm admitterentur.
2. An Chriſtum vel Ieſum, Crucive ſuffixum verum Deum eſſe vel paſſum pro humano genere redimendo negaſſent aliquando.
3. An fuiſſe pſeudo-Prophetam & pro proprijs ſui ipſius criminibus Crucifixum affirmaſſent.
4. An Ordinis Magiſtrum qui nullis erat ſacris initiatus, crederent per pœnitentiæ Sacramentum, eluere poſſe animæ ſordes & peccata.
5. An quæ occulta habebantur in ſuis legibus, ea orthodoxæ Romanæque Religioni vituperationi eſſent, errorem que fouere putarent.
6. An in Ordinis ingreſſu edocerentur poſſe inter ſe Luxurioſè & Sodomiticè commiſceri, neque vllum ob id perpetrari flagitium.
7. An Ordinis ſui amplitudini etiam contra fa iuſtumque ſtudere iurarent.
8. An ij à quibus cooptabantur in Ordinem, ne ſpem ſalutis ſuæ in Chriſto

repoſitam haberent, ediceret, antequam admitterentur, aut etiam poſtquam nomen dederant.

9 An conſpuiſſent Crucem, Imaginemve Chriſti Dei, aut pedibus proculcaſſent, & die ſancto Veneris vel alio in eam comminxiſſent.

10. An cattum, craniumve aut ſimulachrum quodpiam Diuina veneratione coluiſſent.

11. An quo cingulo interulam carnemve cingebant, eo prius Idolum quodpiam einſmodi tetigiſſent.

12. An tirones libidinosè, atque aliâ quàm decent parte, deoſculati eſſent.

13. An Sacerdotes dum rem diuinam facerent, ſacra Conſecrationis verba omiſiſſent.

14. An pro nefario ſcelere haberent hæc & alia ſimilia committere.

Hinc datis ad omnes Principes Chriſtianos litteris Pontificijs & Regijs, ſimiliter vbique Templarij capti & damnati ſunt. Denique eorum Ordo extinctus eſt. Geſtabant autem albas Chlamydes & rubricatas cruces pro Militiæ ſuæ Inſignibus. De ijſdem ſic ſcribit Ioannes de S. Victore propinquus illorum temporum, ſi non ea vidit.

In craſtino, inquit, *Feriæ VI. 3. Id. accidit caſus mirabilis ab antiquis temporibus inauditus.* M. ſcilicet Tranſmarinus Templi de Pictauia vbi diu fuerat, in «
Francia venerat. Papa autem & Cardinalibus hoc iam dudum tractantibus & «
ordinantibus & Regi Francorum executionem tradentibus captus eſt Pariſius «
apud Templum & omnes Templarij Regni Franciæ ex improuiſo capti fuerunt «
eadem die & diuerſis carceribus mancipati, ex quo mirati ſunt vniuerſi, Curia «
Ro. hoc ordinante, Rege præcipiente, D. Guillelmo de Longareto Milite & «
Reginaldo de Roys exequentibus. In domibus autem eorum ex parte Regis po- «
ſiti ſunt Cuſtodes, qui ei & Papæ tempore & loco de bonis eorum mobilibus & «
immobilibus redderent rationem. Cauſa autem captionis eorum fuit neceſſaria «
vitij hæreſeos, blaſphemiæ & contemptus Chriſti ac fidei Chriſtianæ & Sodo- «
miæ impoſitio, quod fuit ſcitum diu ante per aliquos magnos Ordinis ſui & per «
quoſdam nobiles & ignobiles qui Templarij fuerant, vt putatur. Quos dictus «
Guill. de Longareto captos in diuerſis partibus Regni Franciæ fecit ad teſtifi- «
candum adduci, & Corbolij in carcere reſeruatos diu & ſecretiſſimè cuſtodiri, «
cuius cuſtodiæ Præceptor & diſpoſitor erat frater Imbertus Prædicator & Re- «
gis Confeſſor. Hi ſe opponebant viriliter & audacitet ad probandum crimina «
prætacta eſſe in eis etiam ex eorum confeſſione communi, & detenti fuerunt «
Corbolij vſquequo Magiſter & alij capti fuerunt & dicta crimina ſaltem pro «
parte recognouerunt. In craſtino captionis eorum die ſcilicet Sabbati congre- «
gatione facta in Capitulo Eccleſiæ B. Mariæ Pariſienſis *Magiſtrorum Vniuerſita-* «
tis & Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ dictus Guill. de Longareto cum Præpoſito Pariſ. «
& quibuſdam alij Regis Miniſtris, ipſe D. Guill. cui principaliter commiſſum «
erat negotium, totum factum retulit & quinque caſus enormiſſimos in quibus «
accuſabantur, narrauit: videlicet quomodo in ſua profeſſione facta *ſemper de* «
nocte Chriſtum abnegabant & eius imaginem conſpuebant & conculcabant & caput quod- «
dam cum inclinatione & reuerentia adorabant. Receptorem ſuum in 3. locis oſcu- «
labantur. Sacerdotibus Ordinis præcipiebatur ne in hora conſecrationis Cor- «
poris Chriſti in Miſſa ſua verba conſecrationis proferrent & ne cum Mulieribus «
coïrent, ſed ad inuicem hoc facerent, & alter alteri non negaret. Item die Do- «
minica ſequenti Idus Octobris publicus ſermo factus eſt in Viridario Regis, vbi «
primo à fratribus, poſtea à Regis Miniſtris cauſa captionis eorum intimata eſt, «
& prædicti caſus facti ne populus ſcandalizaretur de eorum ſubita captione. «
Erant quippe potentiſſimi diuitijs & honore. In quo ſermone fuerunt Populus «
& Clerus omnium Parochialium Eccleſiarum Pariſ. Poſtea *Congregatione Gene-* «
rali omnium Magiſtrorum & Scholarium cuiuſque Facultatis facta apud Templum, «
Magiſter Tranſmarinus adductus & Quidam alij coràm omnibus confeſſi ſunt «
quoſdam articulorum productorum, & dixerunt aliqui eorum quod credebant «
hunc modum Profeſſionis ſuæ maledictæ cepiſſe, iam erant 40. anni & amplius, & «
fuerat occultatum. Item in alia Congregatione *coram Vniuerſitate Magiſter & alij* «
plures totum ſimpliciter ſunt confeſſi & Magiſter pro toto Ordine. Item Elec- «

» moſynarius Regis & Theſaurarius Templi Pariſ. hoc etiam recognouerunt.
» Vnde poſiti ſunt in carceribus ſequeſtratim. Quidam in ipſo Templo, vt ſama
» proferebat plures mortuos fuiſſe præ inedia vel cordis triſtitia vel ex deſperato
» ſuſpendio periiſſe. Alij apud Luparam ducti fuerunt : alij alibi, ſecundum Regis
» imperium & Miniſtrorum Regalium voluntatem. Poſtea Magiſter Tranſmari-
» nus & tres alij magni viri quondam ducti ſunt apud Corbolium & ibidem in
» ipſa Domo Regia in carcere ſigillatim ſeruati. Eleemoſynarius autem Regis &
» Magiſtri quidam locorum Franciæ apud Morerum ſunt ducti ; & alij ad alia
» loca deſtinati, donec ſecundum Iudicium Rom. Curiæ expedirentur. Diceba-
» tur autem quod Papa audita captione Templariorum per totum Regnum, pri-
» mùm turbatus eſt, quia Rex videbatur nimis feſtinanter & quaſi præcipitanter
» hoc egiſſe. Ob hoc ei primo impetu diſplicebat ; ſed poſtea placuit & captio-
» nem approbauit, ita tamen quod Rex abſque iudicio Papæ & Rom. Curiæ exe-
» cutioni non præſumeret demandare, & ob hoc Rex in ſuis Parlamentis Meledu-
» ni & alibi de hoc ſollicitè tractabat cum Principibus & Prælatis.

Interim quoque Rex ſedulò & inſtantèr vrgebat Pontificem, vt in vitam moreſque Bonifacij inquiri curaret : idque ſe facturum promiſit Clemens Pictauij in Conſiſtorio, cum primum Auenionem perueniſſet, denunciaturumque vt qui eius crimina noſſent, reuelaturi intra certum tempus accederent, quò cum iret Raynaldus de Suppino Eques, captus eſt à nonnullis armatis hominibus, & ne Auenionem perueniret prohibentibus, qui nempè ſciebant ipſum maximè oneraturum Bonifacij memoriam. Dura medius fidius erat iſta Papæ conditio, quippe qui ad lacerandam prædeceſſoris ſui famam vrgeretur à Guillelmo de Nogarero & alijs qui comparauerant in eundem multa crimina in perpetuum Sedis Rom. dedecus, pudoremque Chriſtianæ Religionis. Tandem Papa teſte Ioanne Villano Hiſtorico Italico, de conſilio Cardinalis de Prato promiſit ſe, quia res eſſet magni momenti, Concilium Viennæ indicturum & in eo rem iſtam agitaturum.

STATVTVM FACVLT. ARTIVM DE EXAMINE S. GENOVEFÆ.

Eodem anno factum eſt à præclara Facultate Artium Statutum de *Examinatoribus & examinandis in S. Genouefa*, quod legitur in libro Antiquo Procuratorum Nat. Gall.

„ In nomine Domini Amen. Datum per copiam. Vniuerſis præſentes Litte-
„ ras inſpecturis omnes & ſinguli Magiſtri in Artium Facultate actu Regentes Pa-
„ riſius ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam vt alibi ſcribitur, nouis mor-
„ bis noua conuenit antidota præparari : nam experientia multorum multos cogit
„ multas inuenire Medicinas. Cum ergo clamor frequens & aſſiduus ad nos per-
„ uenerit, quod quamplurimi exceſſus & abuſus varijs modis committi ſolent cir-
„ ca noſtrum examen S. Genouefæ, per quos tam examinis prædicti, quàm no-
„ ſtræ Facultatis apud plures fama non modicum denigratur. Hinc eſt quod nos
„ dictorum examinis & Facultatis quibus tenemur ex debito famam illæſam con-
„ ſeruare, nec non indemnitatibus ibidem licentiam eorum ſuccurrere cupientes,
„ ad reprimendum huiuſmodi tam peſtiferos conſuetos abuſus circa prædictum
„ noſtrum examen Statuenda duximus infraſcripta. Primò quidem quod Exami-
„ natores ad examinandum ibidem anno quolibet deputati, antequam in dicto
„ officio aliqualiter ſe immiſceat, iacens in præſentia Facultatis, quod à licen-
„ tiandis, vel ab aliquo nomine ipſorum, & pro ipſis nihil petent vel recipient,
„ petierunt vel receperunt, peti ſeu recipi fecerunt vel facient per alium directè
„ vel indirectè. Videlicet pro prandio, pœnâ, labare, examine aut quocun-
„ que alio modo dictum examen tangente, fraude ſeu gloſſa quacunque re-
„ mota.
„ Item quod in vno menſe non examinabunt niſi ſexdecim Scholares tantùm,
„ videlicet in qualibet auditione octo, ſcilicet tres Gallicos aut Gallicatos, duos
„ Picardos aut Picardatos, duos Normanos aut Normanatos, vnum Anglicum,
„ aut etiam Anglicatum.
„ Item iurabunt Licentiandi ibidem ſimiliter in præſentia Facultatis antequam
„ examen ſubeant, quod nihil dederunt, promiſerunt, dari ſeu promitti fece-
„ runt, nec dabunt in futurum quidcunque Cancellario, Subcancellario, Exa-
„ minatoribus, Clericis, vel familiaribus, Clerico vel familiari, vel cuicunque

alteri

alteri pro ipſis, ſeu altero ipſorum pro quacunque cauſa licentiam ſui Baccalarij vel Baccalariorum ſuorum tangente. Et nos illud ſtatuentes ex nunc habere volumus pro iurato.

Item licentiandi iurabunt, quod Magiſtrum ſuæ Nationis Regentem, vel alterius Nationis ſi ſint poſiti ſub altera eligent ſecundum libitum ſuæ voluntatis, nec propter metum, preces, exhortationem, ſeu quamuis aliam inductionem Cancellarij, Subcancellarij, Examinatorum, vel cuiuſcunque alterius illum Magiſtrum quem eligere propoſuerunt, non mutabunt.

Item iurabunt prædicti licentiandi, quod ſi ab eis vel aliquo ipſorum vel altero pro ipſis, ipſis ſcientibus peteretur pecunia ab aliquo, vel per aliquem ſuperius prohibitum, videlicet Cancellarium, Subcancellarium, Examinatores, eorum familiares, ſeu alterius familiarem, ſeu alterum pro ipſis, aut altero ipſorum, hoc Rectori & Procuratori Nationis ſuæ dicent infra 15. dies poſtquam fuerit petita. Qui quidem Rector & Procurator per ſua iuramenta Facultati quantocyus poterunt, reuelabunt. Si quis autem contra præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorum auſu temerario itare præſumpſerit, à noſtro conſortio ex nunc pro tunc & ex tunc pro nunc nouerit ſe priuatum. Datum apud S. Mathurinum Pariſius in noſtræ Congregatione Facultatis nobis ad ſtatuendum vocatis anno Domini 1307. 16. die menſis Martij. In quorum teſtimonium ſigilla noſtrarum 4. Nationum præſentibus duximus apponenda. Acta fuit hæc copia anno ſuperius expreſſo Indictione 6. 22. die menſis Martij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac D. Benedicti Diuina Prouidentia Papa XII. anno 4.

Anno 1308. Clemens V. Pontifex ſedere cœpit Auenione, in loco Italis & 1308.
Gallis ſatis commodo: ibique ſeptuaginta & amplius annis Pontifices ſederunt magno Reipub. Chriſtianæ detrimento. Hoc verò anno iſte Pontifex auditis Vniuerſitatis Pariſienſis expoſtulationibus, quod abſentes à Beneficijs ſuis, eorum reditibus priuarentur, non obſtante ſtudiorum cauſa, à Prælatis & Laïcis, quodque contra Priuilegia ſua extra muros Pariſienſes traherentur, mandauit Epiſcopis ipſius Vninerſitatis Conſeruatoribus, Beluacenſi, Meldenſi & Siluanectenſi, vt cauerent ne Magiſtri Scholareſue reditibus & fructibus Beneficiorum ſuorum priuarentur, aut aliò litis cauſâ euocarentur.

Bulla ſeruatur in Archiuis, habeturque apud Renatum Choppinum lib. 2. de ſacra Policeia tit. 4.

BVLLA CLEMENTIS AD CONSERVATORES VNIVERSITATIS.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus Beluacenſi, Meldenſi ac Siluanectenſi Epiſcopis ſal. & Apoſt. bened. Sanè Dilectorum filiorum vniuerſorum Magiſtrorum, Doctorum & Scholarium Studij Pariſienſis conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi aliarumque Eccleſiarum Prælati & Clerici, nec non Milites ac Laïci partium diuerſarum occuparunt Caſtra, villas & alia loca, terras, poſſeſſiones, iura & Iuriſdictiones, nec non fructus & reditus ſuorum Beneficiorum, &c. Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, vel vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis Conſeruatores & Iudices præfatis Magiſtris, Doctoribus & Scholaribus etiam in Ciuitate Pariſienſi de prædictis & alijs perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione qnoruncunque bonorum, necnon de quibuſlibet moleſtijs, iniurijs atque damnis præſentibus & futuris in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem ſummariè & de plano: in alijs verò prvt qualitas eorum exigerit, Iuſtitiæ complementum.... non obſtantibus tam Felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. Conſtitutionibus, in quibus cauetur, ne aliquis extra ſuam Ciuitatem & Diœceſim niſi in certis caſibus & in illis vltra dietam à fine ſuæ Diœceſis ad Iudicium euocetur: ſeu ne Iudices & Conſeruatores à ſede prædicta deputati fuerint contra quoſcunque procedere, ſeu alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine Diœceſis eorundem trahere præſumant, dummodo quandiu regimini vniuerſalis Eccleſiæ Nos præeſſe contigerit, vltra ſex; & poſtquam nos contigerit de medio ſubmoueri, vltra quatuor dietas aliquis authoritate præſentium non trahatur: de quo & alijs quæ Iudicialem exigunt indaginem, Conſeruatores ſe nullatenus intromittant. Quàm alijs Con-

» ſtitutionibus à Prædeceſſoribus noſtris, tam Iudicibus Delegatis & Conſeruato-
» ribus, quàm perſonis vltra certum numerum ad Iudicium non vocandis, aut
» alijs Edictis quæ veſtræ poſſent Iuriſdictioni quomodolibet obuiare..... Datum
» Auenione 5. Id. Octob. Pontif. noſtri an. 1.

Eodem anno ipſa Vniuerſitas Præpoſitum Pariſienſem Iuramentum præſtare detrectantem & moras varias trahentem adigit tandem ad illud præſtandum: eiuſque rei extat inſtrumentum in Tabulario communi ipſius Vniuerſitatis notato hiſce Elementis. A. 6. F. à Notario publico confectum.

IVRAMENTVM PRÆPOSITI PARIS.

» In Nomine Domini. *Amen.* Anno eiuſdem 1308. Indictione 7. 10. die menſis
» Octobris. Pontificatus S. Patris & D. noſtri D. Clementis diuina prouidentia
» Papæ V. an. 4. Congregatis vt moris eſt, venerabilibus & diſcretis viris Theo-
» logorum, Decretorum, Medicinæ & Artium Facultatum Magiſtris Pariſienſi-
» bus, necnon Magiſtris, Baccalaureis & Scholaribus prædictarum Facultatum,
» ac omnibus de Vniuerſitate Pariſienſi, qui voluerunt & potuerunt intereſſe in
» Vniuerſitate prædictâ, ad quam proximâ die erat vocatus Conuentus & citatus,
» vt dicitur, ex parte venerabilis & diſcreti viri *M. Vincentij de Freyaco tunc Recto-*
» *ris Vniuerſitatis Pariſ.* prædictæ, ac nomine ipſius Vniuerſitatis prædictæ, au-
» thoritate & virtute priuilegiorum Vniuerſitati Magiſtrorum & Scholarium Pa-
» riſienſium à Sede Apoſtolica & inclytis Regibus Franciæ conceſſorum proui-
» dus vir Petrus le Feron Præpoſitus Pariſienſis, vt ſecundum priuilegia dictæ
» Vniuerſitatis, ad quæ Præpoſitus Pariſienſis de nouo creatus, & in ſuæ Præpo-
» ſituræ creatione in Præpoſitum Pariſienſem certa die dictæ Vniuerſitati ad præ-
» ſtandum iuramentum de priuilegijs dictæ Vniuerſitati conceſſis fideliter obſer-
» uandis eſt adſtrictus, prout in ipſis priuilegijs plenius dicitur contineri; idcirco
» in præſentia mei publici Notarij & Vniuerſitatis prædictæ inter cætera vir ve-
» nerabilis & diſcretus Rector prædictus propoſuit & dixit præſente ipſo Præpo-
» ſito, quod Præpoſitus Pariſienſis, quicunque pro tempore fuerit, in prima ſuî
» creatione in Præpoſitum Pariſienſem debet & tenetur de obſeruandis ſtatutis
» & libertatibus Vniuerſitatis Pariſienſis certâ die in ipſis Priuilegijs contenta &
» loco à dictâ Vniuerſitate eidem Præpoſito aſſignando præſtare iuramentum.
» Et quia dictus Præpoſitus ſuper hoc ſufficienter monitus, vt præmiſſa faceret,
» non fecit, nec ad dictam diem ſibi præfixam comparuit, ſed ſe malitioſè ab-
» ſentauerat, & hoc facere diſtulerat, vt aſſerebat Rector Vniuerſitatis nomi-
» ne ſupradictæ. Quare aſſerebat ipſum Præpoſitum tanquam inobedientem &
» priuilegiorum dictæ Vniuerſitatis contemptorem fore grauiter puniendum. His
» & alijs pluribus propoſitis & dictis poſt nonnullas ſufficientes & legitimas ex-
» cuſationes dicti Præpoſiti & ſuper hoc ab Vniuerſitate admiſſas, finaliter idem
» Præpoſitus more prædeceſſorum ſuorum Præpoſitorum Pariſienſium ad ſanctos
» & ſanctas Dei præſtitit publicè iuramentum, quod non ſe abſentauerat in frau-
» dem aliquam vel malitiam, ſeu detrimentum, præiudicium vel læſionem pri-
» uilegiorum quoruncunque Vniuerſitatis prædictæ, ſed ex neceſſariâ, iuſtâ &
» ſufficiente causâ, vt dicebat, volens & conſentiens quod per abſentationem
» huiuſmodi aliqua læſio, præjudicium, derogatio, infractio quomodolibet non
» euenirent eiſdem, imò voluit quod Vniuerſitatis prædictæ Priuilegia maneant pe-
» nitus integra & illæſa & in ſui roboris firmitate. Actum in Congregatione præ-
» dicta apud S. Bernardum Pariſienſem præſentibus diſcretis viris MM. Alano
» Gonterij Canonico Eccleſiæ S. Quintini in Viromandia, Iuone dicto des Cor-
» delles Regente Pariſius in Artibus & Petro de Pariſius, Benedicto de S. Ger-
» uaſio Auditoribus Cauſarum in Caſtelleto Pariſienſi, Guillelmo Comitis, Guil-
» lelmo Doctore dicto Chapianſec, Ioanne Pagam Clericis dicti Præpoſiti &
» numeroſa multitudine tam Magiſtrorum quàm Baccalariorum, Clericorum,
» Scholarium Vniuerſitatis prædictæ teſtibus ad præmiſſa. *Et ego Quenus de Phily*
» *de S. Nicaſio* Clericus Coriſopitenſis Diœceſis Apoſtolica publicus authoritate
» Notarius præmiſſis omnibus & ſingulis actis & dictis in Congregatione prædicta
» præſens interfui & exinde præſens Inſtrumentum *ſcribi feci, publicaui & ſolito*
» *meo ſigno ſignaui rogatus hic me ſubſcribens.*

» Ille autem Petrus le Feron ſucceſſit in Præpoſitura Pariſienſi Guillelmo Gor-
» mont de quo in Inſtrumento 14. Iulij eiuſdem anni infra.

Eodem anno M. Ioannes de Thelu Decretorum Doctor & Canonicus ſancti Quintini Viromanduenſis in Picardia Diœceſis Nouiomenſis legauit Vniuerſitati Pariſienſi ex bonis ſuis certam pecuniæ ſummam in fundationem Capellaniæ perpetuæ & ſuſtentationem Capellani, qui ab Vniuerſitate præſentaretur & nominaretur Epiſcopo Pariſienſi, ſcilicet per antiquiores Regentes tunc Pariſiis exiſtentes, vnum in Theologia, duos in Decretis, vnum in Medicina, nec non per Rectorem & 4. Procuratores 4. Nationum; additâ tamen hac clauſulâ, vt iſti quinque in ea præſentatione & nominatione vnum tantum ſuffragium ferent: ſic enim habetur in Teſtamenti tabulis, *ad quam Capellaniam Pariſius deſeruiendam præſentetur perpetuò Capellanus Reuerendo in Chriſto Patri D. Epiſcopo Pariſ. per Antiquiores qui pro tempore erunt actu Regentes & Pariſius præſentes, videlicet vnum in Theologia, duos in Decretis & vnum in Medicina: nec non per Rectorem Vniuerſitatis & 4. Procuratores 4. Nationum: ita tamen quod voces illorum quinque, ſcilicet Rectoris & Procuratorum prædictorum non faciant niſi vnam.* Atque ſub hac lege Teſtamentum iſtud ab Vniuerſitate & ab ipſo Rectore & Procuratoribus admiſſum & receptum eſt. CAPELLANIA M. IOAN. DE THELV.

Quia verò prædictus M. Ioannes de Thelu pecuniam tantummodo legauerat, eius Executores Teſtamentarij eam Vniuerſitati tradiderunt in emptionem cuiuſdam fundi in agro Triſſiaco ſuper Beraudam propè Monſterolium dictum *Faut-yonne* Diœceſis Senonenſis: quem fundum M. Iacobus de Friac Rector Vniuerſitatis Pariſienſis cum quibuſdam aliis Deputatis emit à Domicella Agnete de Capella vidua Guillelmi de la Foreſt & eius filio Ioanne: vt conſtat ex hoc publico Inſtrumento.

A TOVS cels qui ces preſentes Lettres verront; Guillaume Gormont « Cheualier du Roy & Garde de la Preuoſté de Paris, Salut. Sçauoir faiſons, Que pardeuant Anſel de Taille-fontaine & Nicolas Dufruit, Clercs & « Notaires Iurez du Roy noſtre Sire, eſtablis en ſon Chaſtelet de Paris, en lieu « de Nous commis & enuoyez pour oïr, & nous fiablement rapporter ce qui « s'enſuit, en adiouſtant à eux foy planiere en ce cas, & en greigneur, Fut pre- « ſente Damoiſelle Agnes de la Chapelle, femme veuue de feu Guillaume de « la Foreſt jadis Eſcuyer; laquelle pour ſoy acquitter de pluſieurs debtes enquoy « elle eſtoit tenuë enuers pluſors perſonnes, qui ſur ycelles l'approchoient de « iour en iour, & pour ſon grand proufit cler & euident, ſi comme elle diſoit, de « ſa bonne volenté & certaine ſcience, ſans force, fraude ou erreur vendit, re- « cognut & confeſſa en la preſence des Iurez deſſuſdits, elle auoir vendu, & par « nom ou titre de pure, ſimple, perpetuelle & irreuocable vente, ottroye, « ceſſe, quittie, delaiſſie & tranſporte à touſiours dés ors endroit, & par ces Let- « tres *à honorables hommes & diſcrets, les Maiſtres & Eſcholiers de l'Vniuerſité de Paris*, pour eulx, pour leurs ſucceſſeurs Maiſtres & Eſcoliers Clercs eſtudians en « icelle, & pour ceulx vn ou pluſieurs, qui de eulx auront cauſe en cette partie, « les Terres, Iardins, Prés, menus Cens, hommes & femmes de ſerue condi- « tion, Iuſtice, haute, moyenne & baſſe, vſage, tous les droits & actions à ce « appartenans, que ladite vendereſſe ſe diſoit auoir de ſon propre heritage & tous « admortis, aſſis à Perrone & finagie de Triſſy ſur Berande de lez Monſtreuïl, ou « Faut-Yonne, dont mention eſt cy-deſſoz plus à plain faite. C'eſt à ſçauoir 52. « arpens ou enuiron de terrres arables en pluſieurs pieces. Derechief 8. arpens ou « enuiron de Iardins: Derechief huit arpens ou enuiron de Bois: Derechief ar- « pent & demy ou enuiron de Pré, aſſis au deſſous du Pont de Marolles: Dere- « chief douze ſols & ſept deniers ou enuiron des menus Cens, portans les ventes « pris ſeur pluſieurs heritages aſſis au terroüer ou finaige deſſuſdits: Derechief « dix que hommes que fames de la condition & Seigneurie des liex & Iuſtices par « ces Lettres vendus; Laquelle condition eſt telle que ils ſont ſers tailliables, « haut & bas à voulenté & deformatiage euls & leur poſterité; Deſquiex dix « ſers que hommes, que fames, que les noms, que declaration s'enſuit. C'eſt « à ſçauoir Gillon fille de feu Thomas le Bordier, & les ſix enfans de elle de- « mourant à Marolles. Iacquin le Bordier frere de ladite Gillon demourant à « Prouins. Perrin le Bordier leur frere demourant à Rampillon en Brie, & «

» Perette fille de la niepce deſdits Bordiers demourant à Marolles. Derechief
» haulte & moyenne & baſſe Iuſtice és liex & perſonnes de condition deſſus ven-
» dus. Derechief l'vſage pour beſtes de paſturage de Marolles auec tous les
» droits & actions, reelles, perſonelles & mixtes, directes, teües, expreſſes, vti-
» les & quelconques autres que elle auoit, pouoit & entendoit à auoir par droit
» de heritaige, doüaire, donation faite pour noces ou entre vifs, ou pour cauſe de
» mort ou auſtrement, comment que ce fuſt & peuſt on pourroit eſtre, toutes ex-
» ceptions & reſeruations ceſſans es choſes deſſuſdites venduës & à cauſe d'icelles
» pour le prix, c'eſt à ſçauoir de 330. liures tournois, forte monnoye que ladite ven-
» dereſſe en confeſſa auoir eu & receu deſdits Achapteurs par les mains de honora-
» bles hommes & diſcrets M. Iacques de Freuc Recteur à preſent de ladite Vniuer-
» ſité, M. Nicole d'Eſparnoy Maiſtre en Theologie, M. Robert de Granches
» Docteur en Decrets. M. Antoine des Alex Docteur en Medecine, en 384. de-
» niers d'or de Florence, de pois, bons & loyaux, chacun d'icels deniers d'or com-
» pté pour 14. ſouls Pariſis ben comptez & nombrez auant la confection de ces
» preſentes lettres, dont elle ſe tint à bien payée à la preſence des Iurez cy-deſſuſ-
» dits: & dudit prix, quitta & quitte *clam* & abſolument à touſiours des ors en
» droit leſdits Achepteurs, leurs ſucceſſeurs & tous autres à qui quittance en de-
» uroit ou pourroit appartenir, & en ſoy demettant des choſes deſſus venduës &
» de leur droits naiſt en lieu de elle, leſdits Recteur & autres trois Maiſtres deſſus
» nommez à ce, & à autres choſes cy dedans écrites, faire, Deputez par ladite
» Vniuerſité és noms deſdits achapteurs, & pour eux, pour leurs ſucceſſeurs &
» ayans cauſe de els. Et ce fait, Iean de la Foreſt Eſcuyer fils deſdits Guillaume, &
» Damoiſelle aagié, & vſans par ſoy ſeul, & por le tout de tous ſes droits, comme
» pere de famille franche, perſonne en Iugement & hors, ſi comme il afferma
» par ſon ſerement pour ce fait aux ſaincts Euangiles de noſtre Seigneur, ouquel
» ſe defaut de aage y auoit, ſans malice le ſuppléoit, ſi comme de premiere face
» apparoiſt perſonnellement eſtably en la preſence deſdits Iurez de ſa bonne vou-
» lenté & certaine ſcience, ſans force, fraude ou erreur. Mes à la requeſte de
» ladite Damoiſelle à la Sengle & ſeule caution, ſi comme il diſoit, oüye ladite
» vente & bien entenduë, heuë ſur ce bonne deliberation & auis auec pluſieurs
» de ſes amis ſaiges & expers en tiex choſes, icelle vente & tout ce qui c'en eſt
» enſuiuy, & pourroit enſuiure, voult, loüa, gréa, conſenty & accepta en la
» preſence des Iurez deſſuſdits, & encore voult, loë, grée, conſent & accepte à
» touſiours dés ors en droit & par la teneur de ces lettres. Promettant la vendereſſe
» & Iean de la Foreſt ſon fils, deſſuſdits par leurs feremens pour ce faits ſolennel-
» lement aux SS. Euangiles de Dieu, en la preſence deſd. Iurés, leurs mains deſtres
» miſes ſur le Liuré, & par la foy de leur corps donné corporellement és mains de
» iceux Iurez, garantir, deliurer & défendre conjointement & chacun par ſoy, prin-
» cipalement pour le tout, ſans faire diuiſion l'vn de l'autre & chacun mielx appa-
» riſſant enuers tous & contre tous, à leurs couz, perils & dépens en jugemét & hors
« toutesfois que meſtier & requis en feront du Porteur de ces lettres, ou de leur
» tranſcript ſous ſcecl authentique ſelon les vz & les couſtumes de France auſdits
» Achapteurs, à leurs ſucceſſeurs & à ceulx de qui eulx auront cauſe les choſes
» & leurs droits deſſus venduz & tous admortiz de tous troubles, nouuelletez,
» empeſchemens & euictions quelconques, & baillier leur bon & ſouffiſant
» amortiſſement ſeur ycelx & toutes les choſes cy-deſſus, & deſſous eſcriptes, te-
» nir, garder, faire enteriner & accomplir realement & de fair & en bonne foy
» auſdits Achapteurs, à leurs ſucceſſeurs & à ceulx qui de euls auront cauſe, & non
» venir & faire contre ycelles par euls ne par aultres vn ou pluſieurs en tout ne en
» partie pour cauſe on ochoiſon de deception d'oultre la moitié de iuſte prix,
» ou aultre mendre de mal, de fraude, d'engin, d'erreur, ne par quelconque aul-
» tre cauſe, voie ou raiſon de droit ou de fait que ce ſoit. Et rendre, payer & re-
» ſtablir ſans aucun defaut & à plain auſdit Achapteur, à leurs ſucceſſeurs & à
» ceulx qui de euls auront cauſe, ou au porteur de ces lettres, ou de leur tranſ-
» crit, tons couſts, domages, miſſions, deſpens, iournées, ſalaires & intereſts que
» iceulx Achapteurs, leurs Succeſſeurs ou ayans cauſe de euls, ou ledit Porteur
» feroient, auroient, encouroient & pourroient auoir, faire, ſouſtenir & encour-

re en aucune maniere par defaut ou demeure de la garantie & dudit amortiſſe- «
ment & des accompliſſemens & obſeruations des aultres choſes cy-deſſus & deſ- «
ſous eſcriptes, & de cheſcune d'icelles. Deſquiex cous, domages, miſſions, deſ- «
pens, iournée, ſalaire, & intereſts deſſuſdits ſe aucuns en y auoit, ils voudrent «
& accorderent expreſſement que ledit Porteur ſoit creu par ſon ſimple ſerement «
ſans charge d'aultre preuue faire & ſans taxation autre de Iuge ſeur yceulx de- «
mander, requiere ne auoir, & yceulx ainſi eſclaircis par ledit Porteur eſtre «
leuës, executées & exploitées par voye de execution comme noſtre Senrence «
paſſée en choſe iugiée ou Arreſt de Parlement & non ſuiuis par voye d'action, «
nonobſtant droit ou ſtyle, eſtabliſſement, Couſtume du Païs, ou aultre choſe «
à ce contraire ou preiudicial en tout ou en partie. Et pource que plus euidem- «
menr appert que pour cauſe de quelconque deception leſdirs mere & fils ne en- «
tendenr faire ne venir contre cette preſente vente, de leur propre mouuement «
donnerent & donnenr & par nom ou riltre de pure, ſimple, perpetuelle & irre- «
uocable donation faire enrre vifs, octroyent, ceſſenr, quitrenr, laiſſent & tranſ- «
portent à rouſiours dés ors en droit & par ces lettres auſdits Maiſtres & Eſcholiers «
de ladire Vniuerſiré pour euls, pour leurs ſucceſſeurs perpétuellement en ycelle «
& pour ceulx qui de euls auront cauſe vn ou pluſieurs portans ces lettres ou leur «
tranſcript tout ce que les choſes & leurs drois deſſus venduz valent outre ledit «
prix pour le temps preſent & pourroient valoir pour le temps à venir pour Dieu «
& en pure aumoſne. Et voudrenr & accorderenr que cette preſente donation «
valle ou tiegne par droit ou maniere de donation irreuocable faite entre vifs & «
autrement, ſi comme mielx valoir pourra & deuroit de droit, vs, ſtyle, eſtabliſ- «
ſement & couſtume de Païs, pour la caution deſquelles choſes deſſuſdites chaſ- «
cune & dependances de ycelles, les deſſus nommez Damoiſelle & Iean de la «
Foreſt ſon fils, obligierenr & obligent par ces lettres conjointement & cheſcun «
de euls par ſoy principalement & par le tout ſans faire diuiſion l'vn de l'autre, «
& chaſcun miex appariſſant ſans aucune exception de droit ou de fait auſdits «
Maiſtres & Eſcholiers, pour euls & pour leurs ſucceſſeurs & pour cels qui de «
eulx auront cauſe, & audit Porteur de ces lettres ou de leur tranſcript tous les «
biens deſdites Damoiſelle & de ſon fils & de leurs hoirs, meubles & immeubles, «
preſens & auenir, leſquiex ils ſouſmirent du tout à la Iuriſdiction & contrainte «
de Nous & de Nos ſucceſſeurs Preuoſts de Paris & de tous aultres Iuſticiers que «
le Porteur deſſuſdit voudra eſlire pour ce que dit eſt, entetinier. Renonçans «
en ce fait expreſſement & de certaine ſcience par leurſdits ſeremens & foy en la «
preſence des Iurez deſſuſdits, à l'exception de deception d'oultre la moitié de «
iuſte prix, & dudit prix non eu, non receu en ladire pecune, & d'iceulx 384. de- «
niers d'ot de Florence non comptez, non nombrez & ou prix de 14. ſouls Pariſis «
cheſcune piece d'iceulx deniers d'or, à ce que l'en puiſt dire que en eſperance «
d'auoir ledit prix en ladite pecune en la valeur ou l'extimation dont mention eſt «
deſſus faire & non mie pour ce que payé ayt eſté leſdits Damoiſelle & ſon fils «
ayenr fait les confeſſions, & voulu, accordé, promis & enconuenancié & fait «
les aultres choſes deſſuſdites à conuention de lieu & de Iuge, à condition ſans «
cauſe & de non iuſte cauſe, à action en fait à malice de deſpeüille, à benefice de «
meneur aage, de reſtitution de deſpoüilliez, & en enterim au Benefice de l'E- «
piſtre *Diuadrian* & du Droict, diſanr que quant tuit li Debteurs ſont preſens & «
ſoluables, l'en ne puet ſuiure cheſcun que pour ſa portion du deu, à tous priui- «
lieges & graces, franchiſes, libertez, eſtats, diſpenſations, abſolutions & aul- «
tres Benefices donniez ou à donner de noſtre S. Pere le Pape, du Roy noſtre «
Sire, & de quelconque aultre Prelat, Prince ou Cour, de propre mouuement «
& aultrement par impetration ſous quelconque aultre fourme de paroles pour «
cauſes des guerres du Roy noſtre Sire, & par quelconque aultre cauſe commu- «
ne ou priuée, que ce ſoit au benefice de la Croix prinſe ou à prendre pour le «
ſaint Voyage d'outremer, ou d'aultre Hoſt ou Cheuaucherie, à la copie de ces «
lettres pour dire ou venir contre la reneur, fait & execution de ces lettres à tous «
vſages, ſtyles, eſtabliſſemens & couſtumes de Païs & de lieux generals & locaux: «
& generalement à toutes manieres de aultres exceptions de Droict & de fait, «

» qui valoir & aidier leur pourroit contre ce que dit eſt. Et au Droict diſant Ge-
» neral, renonciation non valoir. Et meſmement & ſans preiudice de l'eſpecial
» & general renonciation deſſus faite ladite Damoiſelle au benefice du Senatuſ-
» conſult Velleien, de Douere & de quelconque aultre inrroduit en faueur des
» fames. Et ledit Iean ſon fils ſemblablement au benefice de la nouuelle Conſti-
» tution des pleges. Et finalement dirent & affermerent leſdits Damoiſelle & Iean
» ſon fils par leurs ſeremens & foy en la preſence des Iurez deſſuſdits que au iour
» & heure de ceſte preſente vente & donation ladite Damoiſelle eſtoit vraye Da-
» me & poſſeſſereſſe ſeule & pour le tout des choſes & de leurs droits deſſus ven-
» dus & donnez & que elle ne yceluy Iean ſon fils ne autres vn ou pluſieurs pour
» els, ne en leurs noms, ne auoient fait ne fait faire, ne auoient eu, ne ont, ne au-
» ront agreable autre vente, don, octroy, ceſſion, tranſport, quittance aliena-
» tion ne contract aucun que ces preſentes vente & donation, ne autre choſe faite
» pourquoy aucun preiudice ſoit fait ou puiſſe ou doie auenir à ces preſens Trait-
» tez en tout ne en partie. Et prierent & requirent auſdits Iurez que ſeur les cho-
» ſes deſſuſdits ils confeiſſent, donnaſſent, baillaſſent & deliuraſſent auſdits Mai-
» ſtres & Eſcholiers pour euls, leurs ſucceſſeurs, & pour ceulx qui de euls auront
» cauſe les meilleures lettres de recognoiſſance obligatoires que ils pourroient
» faire & ditter ſous le ſeel de la Preuoſté de Paris à la ſeurté d'iceulx Maiſtres &
» Eſcholiers & de ceulx qui de euls auront cauſe. A laquelle priere & requeſte
» leſdits Iurez ont confect les preſentes lettres, ſi comme ils nous rapporterent &
» tout ce que deſſus ainſi auoir eſté fait en leur preſence & aſſeurerent à viue vois
» & en concorde; à la relation deſquiex & en teſmoing de ce Nous auons mis à ces
» lettres le ſeel de la Preuoſté de Paris, l'an de grace 1308. le Samedy 14. Iuin.

Huiuſce fundationis meminit Robertus Gouletus in ſuo Compendio. *Alia inſuper eſt Capellania*, inquit, *fundata per quendam Doctorem in Decretis in altari Capellæ noſtræ Dominæ in Eccleſia Parochiali S. Andreæ de Arcubus, & fundatio ipſius Capellaniæ primò eſt in vna domo ſita prope S. Nicolaum du Chardonnet, & reſiduum fundationis eſt ſuper terras & quædam Dominia ſita prope.* Monſtreüil Faut-Yonne.

Eodem anno obijt M. Petrus de Bella-pertica natione Gallus, de partibus Borbonenſibus de Caſtro Bellæ-perticæ ſuper fluuium Aligerim, mediocris generis & ſtatus parentibus ortus, Decanus olim Eccleſiæ Pariſienſis, tunc autem Epiſcopus Autiſſiodorenſis & Cancellarius Regni. Vir peritiſſimus, præſertim in Iure Ciuili, in quo citra montes Pater habebatur Peritorum. Huius enim labor & peritia fuit verſari in dubiorum obſcuritatũque Iuris Ciuilis elucidatione, vt patet in libro appellationis huius, Gloſſarium, videlicet ſuper libro Codicis & quam plurimorum aliorum Scriptorum ſuorum, ſecundum quæ in ſtudijs Generalibus Regni & potiſſimè apud Aureliam informantur, qui erudiri cupiunt perfectè. Habuit Præceptorem, famoſiſſimum illum Magiſtrum D. Iacobum de Rauigneio, qui ſimiliter ſcripſit ſuper Digeſto veteri: quem Magiſtrum ſedulò ſecutus, ſimilis eidem in Magiſterio eſt effectus. Ita legitur in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium. Fundauit 4. præbendas in Eccleſia villæ nouæ prope Bellam-perticam pro remedio animæ ſuæ. Iacet autem Autiſſiodori prope Aquilam in choro Eccleſiæ Cathedralis, in qua fuerat Decanus cum hoc Epitaphio.

Hac iacet in Cella Petrus cognomine Bella
Pertica, perlucidus verbis, factis quoque fidus,
Mitis, veridicus, prudens, humiliſque pudicus,
Legalis, planus, velut alter Iuſtinianus,
Summus Doctorum, certiſſima regula morum,
Pariſinorum Decanus Canonicorum;
Antiſſiodoricâ digna ſumpta ſibi ſede
Tempora poſt media clarus ſucceſſit ab æde
Annis ſub mille ter ccc. ſeptem ſimul ille

Sulpicij feſto migrauit ab orbe moleſto
Det ſibi ſolamen ſpiritus almus. Amen.

Illi in Epiſcopatu & io Cancellaria Regni ſucceſſit Petrus de Greſſio natione Gallus patria Vaſtinenſis, in vtroque Iure peritus. Porro Epitaphium indicat obijſſe an. 1307. quanquam Hiſtorici vulgò ad hunc annum mortem eius referaot.

Eodem anno, vt notat Hemeræus, M. Simon de Guiberuilla Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis electus eſt in Decanum die Martis poſt feſtum B. Nicolai Hyemalis per ceſſionem Rogerij de Herminiaco. Ei in Cancellariatu ſucceſſit M. Franciſcus Caracciolus Neapolitanus vulgò Caraſoli. De ipſius autem in Decanum aſſumptione extat hoc Ioſtrumentum in Chartulario Pariſienſi his verbis.

Reuerendo in Chriſto Patri ac D.D.G. Dei gratia Pariſ. Epiſcopo Capitu- «
lum eiuſdem Eccleſiæ ſal. cum reuerentia & hooore. Nouerit veſtra Paternitas «
Reuerenda, quod vacante Decanatu Eccleſiæ Pariſ. per reſignationem venera- «
bilis viri & diſcreti Rogeri de Armigniaco quondam Decani dictæ Eccleſiæ in «
manibus Domini noſtri Pontificis D. Clementis Papæ V. liberè facta & eius «
Electione nobis à dicto ſummo Pontifice authoritate Sedis Apoſtolicæ remiſſa. «
Nos venerabilem & diſcretum virum M. Simonem de Guiberuilla virum prouidum ſacræ «
paginæ Doctorem in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum hac die Martis præ- «
ſeotis in mane hora Capituli ad prouidendum dictæ Eccleſiæ de Decano aſſi- «
gnata Congregatis in Capitulo ad ſonum Campanæ Canonicis ipſius Eccleſiæ «
qui voluerunt, debuerũt & potuerunt commodè intereſſe per viam compromiſ- «
ſi concorditer in Decanum eiuſdem Eccleſiæ elegiſſe. Qui Electioni huiuſmodi «
conſenſit cum proteſtatione tamen, ſi ſibi dictus Decanatus deberetur de iure & «
non aliter; ita quod ſi contingeret dictam ſuam electionem quoquo modo im- «
pediri, ita quod dictum Decanatum pacificè habere nequeat, noo intendit of- «
ficio Cancellarij Eccleſiæ Pariſ. Eccleſiæ reounciaſſe nec renunciat, immò ius «
quod habet & habebat in dicto Officio, penès ſe retinuit & retinere intendit. «
Cuius ſiquidem inſtallatio & loci aſſignatio ad vos dinoſcuntur pertinere. «
Quam ſiquidem Electionem vobis tenore præſentium ioſinuamus, Paternita- «
tem veſtram rogantes quatenus ad prædictam Eccleſiam Pariſ. accedere digne- «
mini prædictis inſtallatione & aſſignatione & alijs quæ in hoc debent & con- «
ſueuerunt fieri, faciendis, aut ſi placet, detis per veſtras patentes litteras pote- «
ſtatem plenariam alicui ſeu aliquibus Canonicis Eccleſiæ Pariſ. ad præmiſſa & «
hæc tangentia facienda, & ea quæ io his neceſſaria fuerint aut etiam opportuna. «
In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtri Capituli præſentibus litteris fecimus «
apponi. Datum & actum in pleno noſtro Capitulo An. Domini 1308. die Martis «
poſt Hiemale feſtum S. Nicolai. «

Hoc anno habita ſunt & à Papa & à Rege plurima Comitia & Colloquia de Templariorum negotio, vt teſtatur Ioannes de S. Victore ſic ſcribens. *De Templariis.*

Cum Pa- «
pa Pictauij diu cum Ro. Curia reſediſſet, Rex ſe mouit de Fraocia vt eum viſi- «
taret, & cum eo & Cardinalibus loqueretur de multis, præcipuè de negotio «
Templariorum, fecitque Parlamentum Nobilium & Ignobilium de cunctis Re- «
gni ſui Caſtellanijs & vrbibus Turonis congregari cooſilium habiturus ante- «
quam ad Papam accederet, quid de Templarijs fieri ſecundum eorum confeſ- «
ſionem debebat. Dieſque aſſignata eſt omnibus qui fuerant inuitati menſe pro- «
ximè futuro poſt diem Paſchæ. Intendebat enim Rex ſapienter agere, & ideo «
volebat hominum cuiuſcunque conditionis Regni ſui habere Iudicium vel aſ- «
ſenſum, ne poſſet in aliquo reprehendi. Vnde proponebat non ſolum reportare «
ſecum deliberatiuum Iudicium Nobilium & Litteratorum, ſed & Ciuium & Laï- «
corum qui perſonaliter illic comparentes ferè omnes dixerunt communiter eos «
eſſe merito reos mortis. *Pariſienſis etiam Vniuerſitas, præcipuè Magiſtri in Theolo-* «
gia requiſiti expreſſè ſuam dare ſententiam vel Cenſuram & mittere Confeſſionem Ma- «
giſtri Templi & quorundam aliorum Magnorum, Sabbato poſt Aſcenſionem Domini fa- «
cta Congregatione Generali per manum Tabellionis ſcriptam dictam Confeſſionem Regi «
mandauerunt & copiam litterarum Magiſtri Templi, quibus omnibus ſuis fratribus «

Digitized by Google

» *intimabat quod hæc & hæc fuerat confeſſus, & quod idem confiterentur omnes velut ab* » *antiquo decepti errore.* Mandauerunt Regi ſtandum eſſe Romanæ Curiæ cenſuræ » quæ ſpecialiter habet de rebus vniuerſorum, actibus & hæreſibus ſeu criminibus » enormibus iudicare. Tunc Rex iuit Pictauim fratrum ac filiorum Conſiliario- » rum diſcretorum comitiua munitus; fuitque ibi prætactum negotium factis alle- » gationibus & rationibus pro parte Papæ & Reſponſionibus, Rationibuſque & re- » plicationibus multis vtrimque coram Cardinalibus Cleroque & cæteris qui ad- » erant moroſè diſcuſſum, tandemque conuentum eſt inter eos quod Rex bona » eorum omnia leuaret ſeu leuari faceret fideliter per Miniſtros & ſeruaret ea, vſ- » quequo Papa cum ipſo Rege deliberaſſet quid agi expediret ſecundum punitio- » nẽ Corporum & Rex non faceret ſine Papa. Corpora tamen eorum ex tunc ſer- » uari faceret ſicut fecerat & de prouentibus Domorum Templi ſuſtentari vſque » ad Concilium Generale futurum. Corpora tamen eorum extunc ponebat Pa- » pa in manu ſua. Illuc quoque antequam Rex in Franciam remeaſſet, ducti fue- » runt Magiſter Tranſmarinus Templi & plures alij qui voluntatem Papæ & Re- » gis audierunt: ſed poſt breue tempus ſunt ad priſtinas priſiones reducti vſque » ad Concilium Generale quod tunc ordinatum eſt fore Viennæ poſt duos annos » in Octauis omnium Sanctorum. Et extunc inuitari cœpit à Papa quantum ad » remotiores partes Orbis in quibus Chriſtianitas viget. Poſtea longa mora con- » tracta Pictaui & eundo ac redeundo, Rex & ſui in Franciam redierunt. Papa » quoque circa Auguſtum Concilio Generali ordinato & quibuſdam alijs nego- » tijs cum Rege Francorum & alijs expeditis, aliquibuſque delatis vel ſuſpenſis de » Pictaui receſſit, Curiaque ſoluta & Cardinalibus pluribus licentiatis & aliquot » ſecum ductis in Vaſconiam iuit, habitans ſatis prope Burdegalam Vrbem & » Cardinales qui ſecum erant in loca vicina vel propinqua ſuam habitationem » fecerunt.

Eodem anno obijt Coloniæ celeberrimus ille Ioannes Duns, alias Scotus Or- dinis FF. Minorum, de cuius morte alij alia. De eo nos in Catalogo.

1309. Anno 1309. Collegium Baïocenſe fundatum eſt à M. Guillelmo Boneto Epiſcopo Baïocenſi, inſtituti que ſunt ibidem 12. Burſarij; quorum ſex è Diœ- ceſi Cenomanenſi, vnde ipſe Bonetus oriundus erat, aſſumi voluit: ſex verò ex Andegauenſi, quia Andegaui litteris imbutus fuerat & ad Eccleſiaſtica munera promotus. Nomen verò Collegio indidit Epiſcopatus Baïocenſis, quem tene- bat. Eodem autem anno interijt Andegaui, cui in Epiſcopatu ſucceſſit Guil- lelmus de Trie frater Mathæi Franciæ Equitum Tribuni. Ad hunc annum re- fert Ioan. de S. Victore, M Petrum de Greſſibus olim Cantorem Eccleſiæ Pa- » riſienſis fuiſſe à Guillelmo Pariſienſi Epiſcopo conſecratum in Sacerdotem. *M.* » *Petrus de Greſſibus quondam Cantor Pariſienſis vir nobilis genere & in vtroque Iure pe-* » *ritus frater* ſcilicet, Ioannis de Greſſibus militis, Franciæ Mareſcalli, Campaniæ- » que Briæque Cancellarius & Nauarræ in feſto S. Thomæ Apoſtoli à Guillelmo » Pariſ. Epiſcopo fuit Sacerdos apud montem Leuthericum & poſtea Dominica, » 1. feria Ianuarij, videlicet in vigilia Epiphaniæ *cum honore Pariſius eſt in Epiſcopum Antiſſiodorenſem conſecratus; illaque die fecit conuiuium & ſolemne apud FF. Minores.*

Eodem anno, vt ſcribunt Hiſtorici noſtri, Philippus Rex impatiens moræ, quam afferebat Clemens Pontifex ad damnandam aut abſoluendam Bonifacij memoriam, Oratores ad eum miſit Auenionem, vti admonerent eum de pro- miſſis apud Pictauium datis. Itaque Pontifex emiſſis publicis programmatis denunciauit omnibus volentibus ad accuſationem vel defenſionem Bonifacij aliquid dicere & proponere, vt ſeſe Auenione ad mediam Quadrageſimam ſi- ſterent, vltra quam nemo amplius ea de re audiendus foret. Intra illud ergo tempus accedens Nogaretus cum magno Theologorum, quos Rex miſerat, numero, contra defunctum renouauit eaſdem accuſationes & criminationes. Item ex omnibus locis confluxere innumeri Doctores ad defenſionem, quos in- ter M. Guillelmus Longus Decretorum Doctor, M. Ioannes de Murro & Gen- tilis de Monte-floris Doctores Theologi Bonifacium ab omni hæreſis ſuſpicione vindicarunt. Qualis autem fuerit diſputationis euentus, dicemus alio loco.

Eodem anno M. Arnoldus Villanouanus à Iacobo Rege Arragonum Aue- nionem iuit ad Clementem, vt de Hieroſolymitano Regno cum eo ageret. Is

Arnoldus

Digitized by Google

Arnoldus fuit natione Catalanus, ſeu vt quidam ſcribunt, *Prouincialis*, profeſſione Medicus, eiuſque artis peritiſſimus habitus: item & Theologus famoſiſſimus; ſed qui iogenio nimis fidens multos errores contra Religionem Chriſtianam ſparſit paſſim, præſertim verò Pariſijs & in Aragonia. Sacra Theologiæ Pariſienſis Facultas aduerſus eum decreuit, vt ſcribunt Villan. lib. 9. c. 3. Antoninus tit. 21. c. 2. quamobrem ſibi timens fugit in Siciliam. Ex multis autem eius libris quindecim præcipuos errores in Arragonia condemnarunt F. Ioannes de Leugero Ordinis Prædicatorum Inquiſit[illegible] & Gaufredus de Crudillis Eccleſiæ Tarraconenſis Vicarius. In ſumma, Humanitatem Chriſti æquabat in omnibus diuinitati, Religioſæ vitæ profeſſores, omnemque Philoſophiam damnabat, opera miſericordiæ & medicinæ acceptiora dicebat eſſe Deo, quàm ſacrificium altaris. Sed præſtat Errorum eius ſpecialem Catalogum referre, prout legitur in Directorio Inquiſitorum.

Errores M. Arnoldi Villanovani.

1. Error, quod Natura humana à Deo aſſumpta, eſt æqualis Deo in omni- «
bus bonis ſuis: & quod tam alta ſit humanitas in Chriſto, quàm Deitas & tan- «
tùm poſſit. «

2. Quod quàm citò anima Chriſti fuit voita Diuinitati, ſtatim ipſa anima «
ſciuit omnia, quæ Deitas ſcit: quia aliàs, vt dicebat, non fuiſſet cum ea vna «
perſona: præcipuè, quia ſcire eſt circunſtantia pertinens ad ſuppoſitum indiui- «
duale & non ad Naturam. «

3. Quod Diabolus ingenioſè fecit totum populum Chriſtianum deuiare à ve- «
ritate D.N.I.C. ſicque duxit & euacuauit populum Chriſtianum, quod non dimi- «
ſit in eo niſi pellem, id. apparentiam cultus Eccleſiaſtici, quem fecit ex vſu: & fides «
quam habet eſt talis, qualis eſt fides Dęmonũ. Et quod totus populus Chriſtianus «
ducitur in Infernum: & quod Chriſtiani per ſingulos ſtatus palam vitâ & moribus «
& affectibus ipſum abnegauerunt: & quod in toto Corpore Chriſti Collegij vſque «
ad verticem à plantâ pedis non ſolum viuit, ſed regnat & imperat talis apoſtaſia. «

4. Error eſt, quod omnes Clauſtrales ſunt extra Charitatem & damnantur: «
& quod omnes Religioſi falſificant Doctrinam Chriſti. «

5. Error, quod malè fecerunt Doct. Theologi, qui aliquid de Philoſophia poſue- «
runt in ſuis operibus ſtudium Philoſophiæ & Philoſophiã totaliter condẽnando. «

6. Error, quod reuelatio faſta Cyrillo eſt pretioſior cunctis ſcripturis ſacris. «

7. Error, quod opus miſericordiæ & medicinæ plus placet Deo, quàm ſacrifi- «
cium altaris. «

8. Quod ſtabiliens Capellanias, vel faciens celebrari Miſſas poſt mortem, «
non facit opus Charitatis, nec ex hoc meretur æternam vitam. «

9. Error, quod qui in vita ſua ſcit multitudinem Iodigentiũ & maximè Amicorũ «
Dei & congregat & retinet ſuperflua ad ſtabiliendũ Capellanias & ad perpetuan- «
dum miſſas poſt mortem, quod certũ eſt, quod talis cadit in ęternã damnationem. «

10. Error, quod in ſacrificio altaris Sacerdos offerens vel offerri faciens nihil «
Deo de ſuo offert, neque etiam voluntatem. «

11. Error, quod in Eleemoſyna magis repræſentatur Paſſio Chriſti quàm in «
Sacrificio altaris. «

12. Error, quod in Sacrificio Miſſæ non laudatur Deus opere, ſed ſolum ore. «

13. Error, quod in conſultationibus Papalibus non eſt ſcientia niſi operum hu- «
manorum. «

14. Error, quod nunquam Deus comminatus eſt condemnationem æternam «
peccantibus, ſed malum exemplum præbentibus. «

15. Error & falſitas quod anno ab Incarnatione Domini 1335. eſſet mundi finis «
totaliter & ex toto. «

Extat eiuſdem Arnoldi Dialogus de rebus Eccleſiaſticis cum Friderico & Ia- «
cobo Regibus Hiſpaniæ & Siciliæ. «

Statuta Collegij Cluniacenſis.

Circa hæc tempora Henricus de Fauterijs Abbas Cluniacenſis, qui ad regimen Ordinis acceſſit anno præterito rexitque per anoos vndecim, donec renunciatus eſt Epiſcopus S. Flori in Aruernia, ſtatutum quoddam ſeu Ordinationẽ edidit de proſpero ſtatu ſtudentiũ Pariſijs in Collegio Cluniacenſi, quod an. 1269.

fundatum ab Yuone Vergiaco fuiſſe retulimus. In quo quidem ſtatuto multa habentur notatu digniſſima ad commendationem litterarum & Academiæ Pariſienſis. Et ſic ſe habet.

» Salutis author volens omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis ſui-
» que ſanctiſſimi nominis venire, ſicut pro manifeſtatione rerum corporalium & ter-
» reſtrium à principio lucem corporalẽ fecit, ſic miranda ſuæ bonitatis ſuperabun-
» dantia pro notificatione ſpiritualium & cœleſtium quandam lucem ſpiritualem
» creauit, ſcilicet ſacræ ſcripturæ inextinguibile lumen, *quæ*, iuxta Salomonis teſti-
» monium, *eſt Candor lucis æternæ*, in credendis, ſperandis & diligendis mentes homi-
» num illuminans oſtendenſque ſuis Diſcipulis & Auditoribus omnem veritatẽ ne-
» ceſſariam ad ſalutem & ſpeculũ ſine macula. Sacra enim Scriptura velut ſpeculũ
» noſtris interioribus faciebus & mentibus opponitur, vt ſi quæ in eis fœda fuerint,
» videantur. *Hæc tanquam Doctrix diſciplinæ Dei docet Deum timere*, ſeipſum propter
» Deũ abnegare, mundum & ea quæ in eo ſunt, contemnere, cœleſtia appetere, mala
» vitare, & perſeueranter bona ſalutaria operari. *Hæc eſt illa lex Diuina in qua eſt &*
» *lacteus potus*, quo tenera fidelium nutriatur infantia, *& ſolidus cibus*, quo robuſta
» perfectorũ iuuentus ſanctæ virtutis ſpiritualia accipiat incrementa. *Hæc eſt lex per-*
« *fecta*, quæ ad ſalutem conſulit vniuerſis, quos D. N. I. C. ſaluare dignatur. *Hæc*
» *eſt lex continens*, quod omni ætati congruit, quod omni profeſſioni conuenit. In ea
» audimus præcepta quæ faciamus, & in ea cognoſcimus præmia quæ ſperemus.

» Ad tantæ igitur lucis totam Eccleſiam illuſtrantis claritatem in toto noſtro Or-
» dine & alibi diffundendam, legiſque huius tam ſacræ, tam ſalutiferæ fructum
» efficacius conſeruandum & peramplius dilatandum.

» Nos Frater Henricus miſeratione diuina Cluniacenſis Eccleſiæ Miniſter hu-
» milis de Conſilio Maiorum Conuentus noſtri Cluniacenſis & plurium de noſtro
» Ordine diſcretorum Statuta prædeceſſorum noſtrorum ſuper proſperitate &
» promotione ſtudij Theologiæ in Domo noſtra Pariſius edita cum infraſcriptis
» additionibus approbantes & innouantes ſtatuimus & adijcimus ad ſtatum proſ-
» perum dicti ſtudij & ſtudentium, quæ ſequuntur.

» Imprimis omnes & ſingulos Priores & Decanos noſtri Ordinis penſiones in di-
» cta Domo noſtra pro ſtudentibus ibidem debentes, obſecrantes in Domino ex-
» hortamur, quatenus in Domo noſtra ordinata & fundata principaliter ad audien-
» dam Theologicam Facultatem, ſapientiam tam ſupremam & difficilem, tam
» profundam & inueſtigabilem mittant ad proficiendum & ſtudendum docibiles
» aptos mente & ingenio *& potiſſimè in Grammaticalibus ad minus ſufficienter funda-*
» *tos*. Præcipientes in virtute obedientiæ *Priori Scholarium dictæ* Domus noſtræ vel
» alij vice noſtra & ſuceeſſorum noſtrorum ad hoc agendum deputando, quod nul-
» lum pro Penſionario & ſtudente ibidem amodò recipiant, niſi ſufficienti exami-
» natione recipiendorum per nos factâ, aut per ipſum Priorem Scholarium, ſeu per
» alium loco noſtri ad faciendam examinationem huiuſmodi deputandum. Quibus
» Priori & Deputando à nobis & Succeſſoribus noſtris præcipimus in virtute obe-
» dientiæ, quod ei actu Examinationis huiuſmodi in ſinceritate animi faciendo af-
» fectionibus inordinatis ſemotis, nemini deferentes, docibiles, idoneos ac ſufficien-
» tes tantummodo recipiant, alios minus idoneos & inſufficientes repellendo & ad
» propria loca, vnde venerant, remittendo. Et niſi mittentes tales loco ſic repul-
» ſorum & remiſſorum infra menſem à tempore remiſſionis numerandum habiles
» & idoneos miſerint, in Nobis & ſucceſſoribus noſtris per Priorem noſtrum Scho-
» larium & per Deputandum ſignificari præcipimus, & maturè, vt in huiuſmodi ad
» commodum & promotionem ſtudij æquitatis & Iuſtitiæ remedium apponamus.

Statutum circa Scholaris in Philoſophia ſtudentes.

» Item quia in rebus ordo eſt maximum bonum, & vbi non eſt ordinis bonum,
» erroris & horroris malum exiſtit, ſtatuentes præcipimus quod Scholares & ſtu-
» dentes in dicta Domo noſtra libros audibiles audiant ordinatè, vt potè diſpoſiti
» ad Logicam audiendam, quæ eſt modus ſciendi ad omnium Artium & ſcientia-
» rum principia viam habens. Primo ſummulas in Domo: deinde veterem Logi-
» cam & poſtea nouam Logicam in Domo vel extra audiant: vt ſic imbuti in Lo-
» gica competenter, libros naturales & Philoſophiæ audire & facilius intelligere
» poſſint: cuiuſmodi Logicalium & librorum naturalium Philoſophiæque audi-
» tionem eiſdem concedimus in fauorem ſacræ ſcripturæ, vt videlicet efficacius &

facilius capiant & intelligant librum ſententiarum, in quo profunda myſteria «
totius ſacræ paginæ côntinentur. «

Similiter de audientibus Theologiam, ſtatuimus quod libros Bibliæ audiant «
ordinatè. Diſpoſitis verò & habilibus ad Logicalia audienda, de quorum diſ- «
poſitione & habilitate diligenter attendenda & iudicanda Prioris & Supprioris «
dictæ Domus noſtræ & trium diſcretorum ſtudij conſcientiam onerantes pro «
Logicalibus audiendis ſpatium biennij & pro libris naturalibus & Philoſophicis «
ſpatium biennij concedimus. Nolentes huiuſmodi ſpatium temporis præfixum «
ampliari ſine noſtra & ſucceſſorum noſtrorum licentia ſpeciali petita debitè & «
obtenta. Ordinantes etiam quod in Logicalibus & Philoſophicis modo præſcri- «
pto ſtudentes, horis quibus poterunt, lectiones Magiſtri actu Regentis in dicta «
Domo noſtra, lectioneſque Bibliæ & Baccalariorum ibidem legentium audiant «
interdum & honorificent eoſdem ſuper quo ſuperiorum loci & ipſorum Schola- «
rium conſcientias oneramus. «

Circa Theologos.

Item ad habendum experimentum qualiter proficiant ſtudentes, & ad exer- «
citationem ingenij & intellectus eorundem ſtatuimus, quod omnes & ſinguli «
Bibliam audientes poſtquam biennij ſpatio eam audierint, ſermones & colla- «
tiones ſecundum ordinem faciant diebus & temporibus hactenus conſuetis. «
Propter verò bonum Prouiſionis & ſtudij debiti in ſermonibus & collationibus «
huiuſmodi faciendis, Prior vel Supprior dictæ Domus noſtræ rogando, aut ſi ſit «
opus, præcipiendo & iniungendo prædicare debentes excitent & cohortentur «
per quindecim dies ante. Recuſantes autem vel inobedientes in opere tam ſa- «
lubri per Superiores loci in Capitulo vel alibi regulariter puniantur. Et quia fa- «
bricando fabri ſimus, redditque & facit vſus hominem ad quælibet promptio- «
rem, ordinantes ſtatuimus quod poſt Paſcha de quindena in quindenam fratres «
& ſtudentes in Gallico prædicent, vt in huiuſmodi vſu & opere exercitati poſſint «
per ordinem & alibi promptius in Gallico proponere verbum Dei. «

Item quia docet Apoſtolus Petrus quod vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, «
in alterutrum adminiſtret, ſitque ſapientia communicando largior quæ retinen- «
do minoratur & redundantior eſt largiendo ſcientia, quæ dum plus confertur, «
plus abundat, ſtatuimus quod magis ſciens minus ſcientem charitatiuè infor- «
met, vnuſquiſque eligendus aliquem librum de Logica vel Philoſophia alijs le- «
gat iuxta ordinationem Prioris & Supprioris ac aliorum prædictorum conſcien- «
tias oneramus, præcipientes in virtute obedientiæ aptis & ſufficientibus ad le- «
gendum fratribus & conſocijs quatinus in exercitio huiuſmodi lecturæ horis «
certis & dicto modo faciendæ ſe exhibeant promptos, obedientes & benignos. «

Fructus Collationis.

Item propter exercitium collationis & diſputationis fructum (melius enim «
eſt conferre quàm legere, quia quod obſcurum eſt aut dubium, citius declaratur «
& percipitur conferendo) ſtatuimus quod ſemel in hebdomada ſi fieri poſſit, vel «
ſaltem in quindena ſemel horis certis per Priorem & Suppriorem dictæ domus de «
conſilio tamen prænominatorum determinandis diſputationes Quæſtionum Lo- «
gicalium, Philoſophiæ & Theologiæ alternatim ſint inter fratres ſtudentes, in «
quibus diſputationibus & collationibus notificandis opportunè per aliquem «
ſtudentium verbis contentioſis & indecentibus propulſatis veritas amicabiliter «
inquiratur. Inquiſitores nempe veritatis non contentioſos ſed benignos & pacifi- «
cos decet, & vt dicti ſtudentes ad repetendum ſtudioſius lectiones auditas exci- «
tentur, ſtatuimus quod horâ potationis ſerotinæ quæ apud eos *Collatio* nuncupa- «
tur, ad quam horam omnes conuenire pręcipimus, *Præſidens* in Conuentu vel de- «
putandus per Priorem delectionibus ſingulorum ſtudentiũ ſingulis diebus petat. «

Item quod teſte B. Iſidoro, *ſumma virtus Monachorum humilitas eſt*, quæ debet «
maximè in perſonis ſcientibus efflorere iuxta verbum ſapientis dicentis quod, vbi «
eſt humilitas, ibi eſt ſapientia, propter bonum obedientiæ meritum augentis & «
opus Religioſorum laudabilius reddentis aſtringentiſque fratres & Monachos «
omnia etiam bona agere de conſenſu & diſpoſitione Patris ſpiritualis, quia quod «
ſine Patris ſpiritualis & ſuperioris Prælati fit voluntate, vanæ gloriæ attribuitur, «
non mercedi, ſtatuentes inhibemus in virtute obedientiæ ne apti & ſufficientes «
ad legendum ſolenniter aliquem librum Bibliæ, cuiuſmodi lectura *in Studio Pa-* «
riſienſi Curſus communiter appellatur, & præſertim librum ſententiarum præſumant «

Digitized by Google

» legere ſine noſtra & ſucceſſorum noſtrorum licentia ſpeciali petita debitè &
» obtenta.

Circa Doctoratum.

» Item ad compeſcendos propriæ excellentiæ & honoris ſeculi appetitus ſeruos
» Chriſti & præcipuè Religioſosqui abrenunciationem ſeculi promiſerunt, monet
» & inducit ſententia B. Ioannis Chryſoſtomi dicentis *Deſiderans Primatum in ter-*
» *ra inueniet confuſionem in Cœlo*, nec inter ſeruos Chriſti computabitur qui de Prima-
» tu rractauerit nulluſque eorum feſtinet quomodo alijs maior appareat, ſed quo-
» modo omnibus inferior videatur. Vt ergo nemo fratrum noſtrorum *Pariſius in*
» *Theologia ſtudentium* aſſumat ſibi honorem niſi vocatus & electus ab illo qui eſt
» Vicarius Dei & eius Prælatus, ſtatuentes in virtute obedientiæ & ſub pœnâ ex-
» communicationis, quam ipſo facto incurrant contrarium attentantes, inhibe-
» mus, *ne Magiſter actu Regens in Theologia in Domo noſtra Pariſius*, *aut aliquis alius de*
» *Ordine cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtat*, ad licentiam obtinendam ſeu ad ſta-
» tum honoris Magiſterij Theologicæ Facultatis, requirentis vtique hominem in
» ſcientiâ perfectum, in morum honeſtate præclarum & in eloquentia expeditum
» ac gratum de cætero præſentare aliquem Baccalarium D. Cancellario B. Mariæ
» Pariſienſis. Nullus etiam Baccalarius præſentationis de ſe factæ conſentire aut
» licentiam huiuſmodi acceptare ſeu preces ſecularium ad hoc impetrare præſu-
» mat, niſi nobis & ſucceſſoribus noſtris ſuper hoc facto debitè conſultis, & ſine
» noſtri & ſucceſſorum noſtrorum conſilij deliberatione maturâ. Si verò duo
» Baccalarij præſentandi & promouendi ad dicti Magiſterij honorem ſimul & in
» eodem tempore concurrerint, licet ſecundum morem Studij Pariſienſ. antiquior
» in Lectura ſententiarum primò ſit præſentandus, præpoſitionem tamen vnius
» eorundem ad huiuſmodi Magiſterij honorem nobis & ſucceſſoribus noſtris re-
» ſeruamus.

» Item dicit B. Benedictus in Regula, quod *obedientia quæ Maioribus impendi-*
» *tur*, *Deo exhibetur*, *propter bonum obedientiæ quæ eſt ſalus omnium fidelium*, *genitrix*
» *omnium virtutum & inuentrix Regni Cœlorum*, inter ſtudentes laudabilius promo-
» uendum præcipimus, quod omnes & ſinguli tam Baccalarij quàm alij ſtudentes
» Priori & Suppriori dictæ Domus noſtræ, ſeu eorum vices gerentibus obediant
» humiliter & deuotè. Inobedientes autem volumus & præcipimus per dictos Su-
» periores extra Capitulum vel in Capitulo, quod ſaltem ſemel in hebdomada
» per Priorem aut Suppriorem loci teneri ſtatuimus, regulari diſciplina puniri. Si
» verò, quod abſit, in crimen inobedientiæ & rebellionis ſæpius præſertim in ca-
» ſu correctionis aliquis eſſet deprehenſus, Priori dicti loci per præſens ſtatutum
» damus authoritatem huiuſmodi inobedientes & rebelles, quos extunc iure Pen-
» ſionis priuamus, de ſtudio & dicto loco amouendi, & ad loca vnde penſiones ha-
» beant, pro manſionarijs mittendi. Omnibus & ſingulis Prioribus & Decanis
» noſtri Ordinis penſiones debentibus, præcipiendo mandantes, quatenus in hu-
» iuſmodi miſſione, Priori dictæ Domus tanquam nobis obediant, miſſoſque per
» litteras dicti Prioris recipiant, & vt prius tractent, fraterna in Domino charita-
» te, & id idem fieri volumus de non proficientibus in moribus & ſcientia, de quo-
» rum conuerſatione miſerabili infamia & ſcandala orirentur; ad quæ adiudican-
» da & diſcernenda Prioris, Supprioris & trium diſcretiorum loci conſcientias
» oneramus.

» Item quia iuxta verbum Senecæ, turpis eſt lectura quæ per negligentiam fit,
» quæ tantò eſt reprehenſibilior, quantò res amiſſa magis eſt vtilior & neceſſa-
» ria, ſtatuenres præcipimus libros communes dictæ Domus per Suppriorem lo-
» ci, aut per vnum Scholarium idoneum à Priore & Suppriore deputandum tu-
» tè, diligenter & fideliter cuſtodiri diſtribuique ſine acceprione perſonarum per
» Suppriorem ſtudentibus ſecundum facultates & ſcientias quas actualiter au-
» diunt, videlicet Theologiam audientibus libros Theologicos & Logicam au-
» dientibus Logicales, recipientes verò libros huiuſmodi nomina ſeu titulos li-
» brorum, annum, diem receptionis & nomen recipientis in ſcedula in communi
» Regiſtro redigenda ſcribant. Singulis autem annis ad diem Cinerum vocatis om-
» nibus ſtudentibus in Domo per Priorem vel Suppriorem certum Inuentarium
» de libris huiuſmodi fiat, & in loco communi; in quibus loco & die, anno quoli-
» bet diſtributio dictorum librorum fiat modo & forma ſuperius annotatis.

Digitized by Google

Item quia anima ſedendo & quieſcendo efficitur prudens, ſtatuimus quod dicti ſtudentes horis opportunis & conſuetis ad ſtudendum ſint & ſedeant ſolitarij in cellis & ſtudiis eorundem pro fructu ſtudij & doctrinæ efficacius acquirendæ, in Clauſtro aliiſque locis dictis horis colloquia quæcunque & collationes verborum ad inuicem præcipuè taliter prolatorum quæ ſtudentes impedire ſeu turbare valeant, euitando. *Interdicentes eiſdem omnino Ciuitatis Pariſienſis frequentiam vagoſque diſcurſus per eandem*, proſecutiones cauſarum quarumcunque, nulluſque in Ciuitate comedat niſi cum perſonis Ordinis noſtri & cum venerabilibus perſonis ſtudij, & tunc de licentia Superioris obtenta. Nullus etiam extra domum niſi pro lectionibus & ſermonibus audiendis horis determinatis & ſine licentia vadat, Baccalariis duntaxat exceptis. Quando autem oportebit aliquos per Ciuitatem ire pro aliquibus agendis, bini tunc Socij ſimul honeſtè & maturè incedant, & Iuueni habenti agere in Ciuitate Socius maturus iungatur eidem. Nemo verò dictorum ſtudentium extra domum pernoctare præſumat, ſine notitia & licentia Superioris; ad cuius licentiæ conceſſionem euidens vtilitas, vel vrgens neceſſitas ipſius Superioris conſcientiam inducat.

Item vt congruè fundati diſpoſiti in morum honeſtate & diſcretionis bonitate ad perfectionem ſcientiæ ſtatumque Magiſterij aſſequendum ſine debito non fraudentur, affectantes noſtrum Ordinem perſonis ſolennibus præcipuè theſauro Sapientiæ incomparabili refertis decorari, ſtatuimus inhibentes omnibus & ſingulis Prioribus & Decanis noſtri Ordinis, ne Scholares locorum ſibi commiſſorum penſiones habentes in dicta Domo Pariſienſi ad proficiendum planè & ad fructum ſcientiæ Theologiæ adipiſcendum diſpoſitos & fundatos à dicta domo remouere etiam iuxta conſuetudinem antiquam, finito quinquennio, penſioneſque talium aliis dare & aſſignare præſumant, ſine noſtra & ſucceſſorum noſtrorum ſpeciali licentia. Audientes verò Bibliam indiſpoſitoſque ad perfectionem in Facultate Theologica conſequendam poſt completum quinquennium poſſunt & poterunt, ſi velint reuocare ad eorum loca & clauſtra, pro aliis Fratribus prædicationum & ſermonum inſtantia & exemplorum honeſtate ſalubriter informandis: loco quorum propter Ordinis honorem & Sacræ Scripturæ fauorem alios docibiles & idoneos affectibus cognationis, affinitatis & Nationis à cordibus mittentium penitus excluſis, penſiones in dicta Domo debentes opportuno tempore mittere teneantur. Etſi, quod abſit, contingeret aliquem de dictis Prioribus & Decanis non mittere annis ſingulis *Penſionarios & Scholares vt tenentur*, nihilominus in fauorem ſtudij & ſcientiæ, cuius augmentum cupientes, eius detrimentum reddimus propter prouiſionem & munitionem etiam victualium, quæ fit annuatim pro omnibus & ſingulis Scholaribus in communi, ac propter hoc quod dicti Scholares non ſunt in culpa in hoc caſu ſubmittere omittens, cum ob culpam huiuſmodi obmiſſionis & negligentiæ in bono tam ſalutari dignum ſit quod pœna ſuum teneat actorem, præcipimus diſtrictius à dictis Prioribus & Decanis obmittentibus mittere Scholares, ſummam integram penſionis in pecunia dictis Scholaribus aut Procuratori eorundem, ac ſi Scholaris inibi fuiſſet præſens & reſidens ſine defectu & quovis obſtaculo perſolui. Inſuper infra duos menſes id nobis & ſucceſſoribus noſtris per Priorem & Suppriorem loci ſignificari debitè præcipimus, vt in hoc per nos opportunum remedium apponatur. Præterea notam reprehenſibilis parcitatis & cupiditatis, quæ omnium malorum radix eſt, eradicari volentes, vniuerſis & ſingulis Prioribus & Decanis prædictis ſub pœna amiſſionis Iuris penſiones dandi inhibemus, ne Prioribus aut Beneficium competens habentibus has penſiones concedere à modo & aſſignare præſumant, Priori Scholarium noſtrorum Pariſius, præcipientes in virtute obedientiæ, quatenus nullum Priorem aut Beneficium competens habentem ad penſiones huiuſmodi Monachis ſimplicibus ſolitas dari de cætero admittant, quinimo repellant. Denique ſtatuentes inhibemus, quod nullus Prior aut Beneficiatus, ſeu Iura aliamque Facultatem diſtinctam à Logica, Philoſophia & Theologia audire intendens in dicta Domo noſtra Scholarium Pariſius commoretur aut recipiatur ibidem ſine noſtra aut ſucceſſorum noſtrorum licentia ſpeciali.

CIRCA PENSIONES.

» Item quia habitis vitæ neceſſariis inceperunt Amatores Sapientiæ vacare
» ſtudio & acquiſitioni ſcientiæ & doctrinæ ordinanres ſtatuimus quod Penſiona-
» rij de nouo mitendi ad dictam Domum noſtram Pariſius veniant muniti inte-
» grâ penſione, aliàs minimè recipiantur, etiamſi idonei fuerint & fundati. Quod
» & ſtatuimus de aliis jamdudum receptis & ſtudentibus, in fine anni cuiuſlibet
» vel in principio accedentibus ad loca & domos vnde habent penſiones. Obſe-
» cramus autem in Domino dictos Priores & Decanos, ſeu loca eorundem tenen-
» tes quatenus in promptâ traditione & ſolutione penſionis ſe ſe exhibeant propi-
» tios & benignos. Denique vt dicti Scholarij diſpendioſâ multipliciter ſolutio-
» nis penſionum tarditate ſublatâ, bono prouiſionis neceſſariæ & commodo mu-
» nitionis vtilis opportuno tempore faciendæ valeant congaudere, præcipientes
» diſtrictè ordinamus quod omnes & ſinguli Priores & Decani penſiones debentes
» annis ſingulis in Capitulo Cluniacenſi Generali, vel ad tardius in Feſto Natiui-
» tatis B. Ioannis Baptiſtæ Suppriori dictæ Domus, Procuratori aut certo man-
» dato dictorum Scholarium ſoluant integras penſiones. Exhortantes verò dicto-
» rum Priorum & Decanorum fraternæ dilectionis affectum monemus eoſdem
» per præſens Staturum, quatenùs dictis Scholaribus Penſiones ſoluere Pariſius
» ſtudeant ſine difficultatis obſtaculo modo & forma præſcriptis. In quo ſi, quod
» abſit, negligentes eſſent, damus in præſenti Statuto Priori vel Suppriori dicto-
» rum Scholarium plenam poteſtatem negligentes & recuſantes ſoluere vice &
» authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam compellendi ad ſatisfaciendum
» de integris penſionibus debitis, expenſis ob defectum huiuſmodi factis.
» Ad faciendas autem tempore accepto munitiones & prouiſiones pro anno &
» ad miniſtrandum Conuentui noſtro Scholarium Pariſius victui neceſſaria; ſta-
» tuimus quod annis ſingulis termino conuenienti Prior vel Supprior de conſilio
» trium diſcretiorum Domus eligant & conſtituant duos fratres de ipſis idoneos
» & expertos in agibilibus & ad profectum ſcientiæ minus aptos pro munitioni-
» bus & prouiſionibus tempore magis expedienti ac pro officio & miniſterio Pro-
» curationis annuæ debitè faciendis: quibus eligendis & inſtituendis præcipimus
» vt in hoc caſu & in aliis verbis Priori & Suppriori obediant tanquam nobis. Et
» quia merces laborantibus debetur, volumus quod dicti Procuratores in bona
» diligentia ſecundum durationem penſionum communitati ſtudentium ſeruientes
» ſtipendium ſeu ſalarium hactenus conſuetum habeant pro labore.
» Cæterum quia decet magiſque expedit vt dicti Scholares noſtri ſtudeant &
» proficiant dum ſtudium Pariſienſe viget, videlicet in certis menſibus anni, in
» quibus Doctores, Magiſtri & Baccalarij legendo, diſputando, determinando
» ſibi & aliis proficiunt, quàm in certis Septimanis, in quibus certis ex cauſis,
» præſertim propter calores æſtiuales ab actibus Scholaſticis ceſſant & vacant,
» ordinantes ſtatuimus, quod iuxta antiquum morem in Feſto B. Bartholomæi
» à modo & non antea incipiant penſiones. In quo Feſto ſeu termino præcipimus
» penſionarios de nouo mitti & recipi de cætero & non ante; & alios iam receptos
» *ad dictam domum noſtram Pariſius* pro ſtudendo reuerti niſi pro toto anno ſuffice-
» rent penſiones. Verum de longo penſiones habentibus, vtpote de Imperio,
» de vltra Sagonem, de Pictauia & de Aruernia pio compatientes affectu concedi-
» mus gratioſè, quod in caſu vbi haberent vnde ad loca à quibus penſionarij
» exiſtunt, accedere poſſent, citra dictum Feſtum B. Bartholomæi in dicta Do-
» mo noſtra faciant reſidentiam: quorum quemlibet tribus ſolidis & ſex Denariis
» Pariſienſibus tantùm in hebdomada qualibet miniſtrandis eiſdem reſidentibus in
» Domo per Deputatum ſeu Deputatos ad prouiſiones faciendas, contentos eſſe
» volumus vſque ad initium penſionum.
» Præterea quia Fratres dictante Regula omnia ſibi neceſſaria debent à Patre
» Monaſterij ſperare & habere, exhortantes omnes Priores & Decanos prædi-
» ctos ordinamus quod in caſu vbi propter rerum cariſtiam & temporis impor-
» tunitatem victus neceſſaria dictis Scholaribus deficerent quod in tali neceſſitate
» ſuis penſionariis viſcera charitatis pio fraternitatis aperientes affectu, eoſdem
» in locis ſuis recipiant benignè, niſi in domo dicta Scholarium propter fauorem
» ſtudij tunc temporis voluerint eiſdem gratioſa liberalitate exhibere affectum
» charitatis conſimilis vel maioris.

Inſuper ſtatuimus quod nullus recipiatur ibidem niſi ponat integram pen. «
ſionem, nec aliquis particulariter teneat vel habeat Cleticum aut Seruientem «
ad expenſas Commuuitatis, niſi ſummam 12. librarum Pariſienſium ſoluat annua- «
tim. De Cameris autem Domus ordinantes ſtatuimus, quod Conuenrus ante «
omnia habeat neceſſarias Cameras ad comedendum & alia loca opporruna ad «
reponendum & cuſtodiendum bona & victualia Conuentus. De reliquarum «
verò Camerarum & aliorum locorum diſpoſitione & ordinatione Prioris, Sup- «
prioris & trium diſcretiorum ſtudij conſcientias oneramus. «

Si quis verò de noſtris Fratribus & Scholaribus in dicta Domo noſtra deceſ- «
ſerit, obſecrantes in Domino omnes & ſingulos ibidem ſtudentes exhortamur «
quatenus decedenti & defuncto fratri in Suffragiis ſpiritualibus, Pſalmodiis, «
Orationibus & Miſſis in noſtro Ordine conſuetis fieri præ compaſſionis affectu «
benignaque fraternitate aſſiſtant, vt ſic in tempore vrgentioris neceſſitatis fra- «
ter quem manus Dei viuentis tangit, à ſuis Fratribus miſericorditer adiuuetur. «
Res autem & bona omnia eiuſdem ſtatuimus quod ad manus Prioris & Supprio- «
ris dictæ Domus noſtræ vel Priore abſente ad manus Supprioris & duorum diſ- «
cretorum Domus & Seniorum deueniant, ab eiſdem fideliter obſeruanda & per «
eoſdem diſponenda vice & authoritate noſtra per hunc modum. Imprimis fa- «
cta plena & integra reſtirutione librorum locis & perſonis receptorum precario «
vel ex accommodato ab ipſo defuncto dum viueret, volumus quod de pecunia «
ſi fuerit, vel libris & aliis rebus inuentis ſi quæ debebat, ſoluantur. Funeralia «
& opportuna pro Eccleſiaſtica ſepultura iuxta conditionem & ſtatum defuncti «
per dictas perſonas emantur. Quibus peractis ſi fuerint aliqui libri remanentes «
exceptis Decretalibus & Decretis noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum diſpoſitioni «
reſeruandis, eos volumus ad communem vſum Conuentus Scholarium dictæ «
Domus noſtræ perpetuò remanere. Veſtes autem & alia huiuſmodi bona reli- «
qua inter Fratres ſtudentes egentes ſemotis fauoribus & affectibus inordinatis «
per ſuperius nominatas perſonas quarum ſuper hoc conſcientias oneramus, iuſtè «
& fideliter diuidantur vel pauperibus erogenrur pro remedio animæ dece- «
dentis. «

Item iuxta antiquum Statutum præcipimus quod nullus Scholaris de Ordine «
noſtro extra dictam domum noſtram quæ Domus *Scholarium Cluniacenſium* com- «
muniter Pariſius appellatur, ſtudere & morari præſumat ſine noſtra & ſucceſſo- «
rum noſttorum licentia ſpeciali, Statutum antiquum in noſtro Ordine innouan «
tes inhibemus, ne aliqui Priores Ordinis noſtri aliquibus Monachis, Manſionariis «
eorum ſeu morantibus apud ipſos, qui tamen noſtri & Eccleſiæ noſtræ Clunia- «
cenſi obedientes exiſtant & profeſſi licentiam ſtudendi alicubi in aliqua Faculta- «
te dare & concedere præſumant ſine noſtra & ſucceſſorum noſtrorum licentia «
ſpeciali. «

Item iuxta antiquum Starutum in noſtro Ordine præcipimus, quod nullus de «
Ordine ſtudeat amodo in Iure Canonico niſi in altero de locis infraſcriptis, vi- «
delicet *Aurelianis, Toloſæ, in Monte-peſſulano & Auinione*, & tunc non niſi de «
noſtra & ſucceſſorum noſtrorum licentia ſpeciali, vt eſt dictum, Ordinantes «
quod ſtudentes in dicta Facultate ſi ſit poſſibile, inſimul commorentur non «
diuiſim vel ſaltem in hoſpitiis contiguis & vicinis. «

Iſtis temporibus florebat quoque maximè Vniuerſitas Oxonienſis ad quam ex omnibus mundi partibus concurrebant præſertim Minoritæ, vt teſtatur Wadinghus in Annalibus Minorum ad hunc annum. Ea propter Clemens Pontifex eis ad Amplitudinem ſui Conuentus Domum Fratrum de Pœnitentia Ieſu Chriſti, quorum Ordo fuerat antiquatus in Concilio Lugdunenſi, indulſit: quorum multi tranſibant ad Minores. In hanc rem extat Bulla data Auinione 6. Kalend. Iunij. VNIVERSITAS OXONIENSIS.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Guardiano & Fratribus «
Ordinis Minorum de Oxone Lincoln. Diœc. S. & Ap. ben. Exhibita nobis ex «
parte veſtra petitio continebat, quod propter arctitudinem loci veſtri de Oxone, «
vos & Fratres alij inibi *ad Generale ſtudium* de diuerſis mundi partibus in magna «
multitudine confluentes defectus multiplices & incommoditates varias ſuſtine- «
tis. Cum itaque locus Fratrum de Pœnitentia Ieſu Chriſti eiuſdem loci de «

» Oxone eidem loco veſtro contiguus, à dictis Fratribus ſit in breui, vt credi-
» tur, relinquendus in diſpoſitione Sedis Apoſtolicæ iuxta tenorem conſtitutio-
» nis à GREGORIO Papa X. prædeceſſore noſtro in Generali Concilio Lug-
» dunenſi edita remanſurus, ex parte veſtra nobis humiliter extitit ſupplicatum,
» vt locum ipſum pro ampliatione dicti loci veſtri vobis condere dignaremur.
» Nos igitur veſtris & Dilecti filij Nobilis viri Ioannis de Britannia Comitis Ri-
» chiemundiæ nobis ſuper hoc cum inſtantia ſupplicantis precibus inclinati locum
» prædictum cedentibus vel decedentibus Fratribus ſupradictis, aut illum quomo-
» dolibet dimittentibus vobis de ſpeciali gratia concedimus & donamus. Nulli
» ergo horum, &c. Datum Auenione 6. Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri,
» anno 4.

Eodem anno obiit M. Stephanus Becardus Doctor Iuris Canonici; quæ Doctrina tunc plurimum vigebat, maximéque commendabatur à ſummis Pontificibus, propter Decretales quas condebant, quaſque doceri & obſeruari volebant. Ille anno 1292. electus Senonenſis Archiepiſcopus Romam propter interueniens litigium profectus fuerat, bienniumque commoratus ibi tandem à Cæleſtino confirmatus ad Eccleſiam ſuam rediit an. 1294. ante cuius altare maius jacet cum hoc Epitaphio.

» Hic jacet bonæ memoriæ Stephanus Becardi de Penulo, Nobilis Genere,
» Doctor in Decretis, juſtè Philoſophus, Archiepiſcopus Senonenſis Eccleſiæ,
» qui rexit eam annis 16. menſibus 8. diebus 3. acquiſiuit eidem Eccleſiæ multa ad
» perpetuitatem vſque ad valorem 500. librarum Turon. annui reditus, deditque
» ei veſtimenta ſua rubra cum pulpito & calice argenteis deauratis, ac mille libras
» pro vitrariis & naui faciendis cum aliis bonis. Obiit autem menſe Martio 4.
» Kalend. April. cuius anima requieſcat in pace. Amen. Orate pro eo.

Eodem anno in Comitiis San-Iulianenſibus Facultatis Artium Bidelli priuati ſunt vnâ Burſâ eo quod cum Deputati *fuerunt ad Regales, nullus eorum potuit haberi, & ſic fuerunt negotia Vniuerſitatis dimiſſa & perdita.* Ita legitur in libro Rectoris, tunc Rectore M. Stephano de Pariſius.

1310. Anno 1310. celebre & ſolenne ſtatutum factum eſt pertinens ad Iuriſdictionem Rectoris, vetitumque ne quis ad Rectorem & Procuratores Vniuerſitatis citaretur niſi bis, præterquam in cauſis famam tangentibus, in quibus quater citari poterat: neue Aduocati ſeu cauſarum Patroni ad orandas eiuſmodi cauſas admitterentur, ſed tantummodo ad conſilium ſubminiſtrandum: voluit enim Vniuerſitas vt abſque ſtrepitu forenſi tam actor quàm reus per ſe cauſas ſuas agerent, at non prohibuit patronos conſuli & aduocari ad conſilium. Statutum autem iſtud legitur in libris Gallicanæ & Picardicæ Nationum, ſub hoc titulo *Statutum Vniuerſitatis quod coram Rectore & Procuratoribus vel Deputatis Vniuerſitatis nullus citetur niſi bis, niſi in cauſis famam tangentibus, in quibus quater citandus eſt, & quod Aduocati non admittantur.*

STATVTVM DE IVRISDICTIONE RECTORIS.

» Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Schola-
» rium Pariſius ſtudentium in eo qui eſt vera ſalus. Quoniam anima ſedendo &
» quieſcendo fit ſapiens & prudens, opportunum eſt atque expedit dantes operam
» ſcientiæ ac Sapientiæ ab occupationibus exterioribus omnibus, ſimulque appe-
» titus ſenſualis paſſionibus, quemadmodum naturæ congruit humanæ, ſe di-
» uertere ac penitus relegare. Sic quod præparationibus debitis aptati ſcientiæ
» Sapientiæque ſublimes delectabileſque margaritas venari poterunt ac etiam
» adipiſci. Sane ergò conſiderantes ac decernentes *in cauſis coram nobis & Re-*
» *ctore noſtræ Vniuerſitatis ventilandis* ex numero quaternario citationum dilato-
» riarum à nonnullis vſitatarum temporibus, nec non ex aduocantibus hinc inde
» ſeu pro vtraque parte *coram Nobis & Rectore prædicto exiſtentibus*, nos noſtroſ-
» que Scholares à ſtudio ſcientiæ ac Sapientiæ multifariè diſtrahi ac impediri,
» cupientes omnes radices mortiferas obſtantes ac tardantes nos noſtroſque Scho-
» lares conſequi fortunium ſublime penitus eneruare, ordinamus & ſtatuimus
» perpetuò in noſtra Vniuerſitate obſeruandum, quod quicunque *coram nobis aut*
» *Rectore* præfato citatus in ſecundâ citatione ad tardius perſonaliter ſi poſſit, aut
» aliàs per Procuratorem, qui de cauſa legitima eius abſentiæ doceat, teneatur
» comparere, alioquin ipſum volumus reputari contumacem, & in illâ cauſâ

amplius

amplius non audiri. Etſi in primâ die, ſeu ad primam citationem citatus perſo- «
naliter aut per Procuratorem non comparuerit, volumus & ſtatuimus quod in «
ſecundâ citatione ipſe aut eius Procurator nomine eius antequam admittatur, «
per ſuum juramentum ſe purget quod primâ die maliciosè, ſeu vt is differretur, «
ſe non abſentauit: quod ſi facere renuerit, ipſum tanquam contumacem in illâ «
causâ volumus & decreuimus de cætero non admitti. *Verum in magnis cauſis quæ* «
ſtatum, honorem aut priuationem hominis tangunt, volumus ſolemnitatem conſuetam «
de quater citando antequam aliquis reputetur contumax, firmiter obſeruari. Amplius «
ordinamus & ſtatuimus, quod in Curia noſtra & Rectoris tam Actor quàm «
Reus, dum tamen habeat peritiam loquendi aliqualem, tam agendo quàm de- «
fendendo proprio ore loquatur, aduocatione aliis penitus interdictâ. Conſiliarij «
tamen ipſi, dummodo eos malitiosè ſeu ad fraudem non capiant vel adducant, «
minimè ſunt interdicti. Si quis autem hanc ordinationem noſtram præſumpſerit «
infringere aut ei auſu temerario cõtraîre, à noſtro conſortio ac noſtris priuilegiis «
& auxiliis ſe nouerit alienum. In cuius rei teſtimonium ſigillum Vniuerſitatis præ- «
dictæ præſentibus duximus apponendum. Datum in Congregatione Generali «
apud S. Mathurinum an. Dom. 1310. die Veneris poſt Feſtum B. Martini Hyemalis. «

Ex hocce ſtatuto patet Vniuerſitatem conquerentium cauſas & Expoſtulationes cognouiſſe & in Comitiis Generalibus, vt adhuc fieri ſolet, vbi juxta veterem formulam, locus eſt *ſupplicationibus & injuriis*; & in priuatis Comitiis apud Rectorem & Procuratores ſeu Deputatos Vniuerſitatis, qui conſilium ipſius conſtituunt. Itaque Duplicis Curiæ hic mentio fit, *Vniuerſitatis & Rectoriæ.* Curiam Vniuerſitatis tenuit ipſa Vniuerſitas in Comitiis Generalibus, ſed non ſtatam nec ordinariam, Rectoriam & ordinariam Rector cum Procuratoribus tenebat ab antiquo, & tenuit vſque ad annum circiter 1600. quo ex Reformatione Thuana adiuncti ſunt Decani. Verum eſt tamen aliam fuiſſe Curiam Vniuerſitatis, quæ dicebatur *Deputatorum*, conſtantem ex Rectore, Decanis & Procuratoribus, eamque de iiſdem cauſis iudicaſſe de quibus Vniuerſitas. Sed nec illa vnquam fuit ſtata nec ordinaria.

Eodem anno combuſti ſunt Pariſiis quinquaginta quatuor Templarij ex Decreto Concilij Prouincialis Senonenſis: Et paulo poſt alij condemnati in Siluanectenſi & Pontiſarenſi Synodis, vt legitur in Chronico Rothomagenſi. *Hoc anno factis proceſſibus per Archiepiſcopum Senonenſem cum ſuis Suffraganeis in ſuo Prouinciali Concilio ob hoc de Mandato Apoſtolico concurrente contra Templarios fuerunt publicè condemnati Pariſius 54. ex eis, fueruntque relicti Curiæ ſeculari & combuſti. Et paulo poſt in Concilio Prouinciali apud Siluanectum Remenſis Archiepiſcopus & apud Pontiſaram Rothomagenſis Archiepiſcopus in Concilio Templarios condemnarunt: & poſtmodum Magiſter Senior dicti Ordinis Templariorum ſolus cum Socio ſuo condemnatus extitit Pariſius & ambo combuſti in parua Inſula ante Auguſtinos Pariſius.* Tunc erat Archiepiepiſcopus Senonenſis Philippus de Marigny Frater Enguerrani Comitis de Longa-villa.

Eodem anno conatus eſt Pontifex Clemens diſſidentes inter ſe Minores in gratiam ſocietatemque reducere. Vna enim pars quæ *Spiritualium* dicebatur, quæque rigorosè paupertatem Chriſti amplectebatur, ab altera quæ *de Communitate* appellabatur, ſeceſſerat, & alteram altera hæreſeos inſimulabat. magni vtrinque viri, ſed ſecta *Spiritualium* quæ à Doctrina Petri Ioannis Oliui ſumpſerat exordium, minor & infirmior erat altera, eamque ob rem pœnè oriens obruta eſt; veruntamen vires acquiſiuit eundo, in Tuſcia præſertim & Prouincia Gallicana. Quod diſſidium ne totum euerteret Ordinem, Raymundus Villanouanus, de quo ſupra, tantum effecit, vt Clemens vtramque partem audiret, & quæcunque in Ordine corrigenda eſſent, ſibi iuſſerit exponi. Alexander de Alexandria Lombardus Sacræ Theologiæ Magiſter, Ordinis Generalis Miniſter *Communitatem* acriter tuebatur. Vbertinus de Caſali *Spirituales*, & Doctrinam Petri Ioannis Oliui non minus ſegniter defendebat. Conſtituti à Pontifice Iudices, qui doctrinam illam examinarent. Interim verò Vbertinum & alios Spiritualium fautores, dum diſcuſſio fieret, exemit à Iuriſdictione Miniſtrorum & Prælatorum ſuorum, ne quid ab iis paterentur incommodi. At in Etruria Fratres *Spirituales* ab Ordine recedentes proprium ſibi conſtituunt Miniſtrum Generalem & alios inferiores

Prælatos. Hinc malum recrudeſcit ex ſchiſmate jam aperto De quo infra dicetur.

Contra Exemptiones Monachorum.

QVia verò multi cauſam mali iſtius dicebant eſſe *Exemptiones varias*, quas Minoritæ & alij ex indulgentia S. Sedis habebant, hinc factum vt Clemens ſibi voluerit de hac materia Tractatus edi nonnullos à viris Doctis, vt in proximo Viennenſi Concilio, ad cuius celebrationem à Philippo Rege inſtantiſſimè vrgebatur, res iſta in diſceptationem poneretur. Itaque Durandus Mimatenſis Epiſcopus inter Doctos Doctiſſimus tunc habitus, Tractatum edit ſatis amplum, in quo quid de Exemptionibus, Priuilegiis & Priuilegiatis ſentiret, expoſuit. Tractatus autem hæc tria fuerunt præcipua capita.

1. Quod reuocari debeant Priuilegia & Exemptiones quæ Vniuerſalis Eccleſiæ Conſtitutionibus aduerſantur: quod quidem tùm aliorum, tum maximè Rom. Pontificum authoritate confirmat.

2. Quod nec Priuilegia, nec exemptiones vniuerſalis Eccleſiæ Canonibus oppoſitæ concedi debeant, aut poſſint, niſi communis vtilitas & neceſſitas ſumma id poſtulent: idque etiam Romanorum Pontificum authoritate confirmat.

3. Quod priuilegia atque exemptiones huiuſmodi perturbent Eccleſias, ſcandala pariant, Vniuerſali Eccleſiæ nihil afferant boni, & ipſiſmet Regularibus multa & grauia damna importent.

Hunc autem Tractatum Philippus Probus anno 1545. edi in lucem curauit, & Paulo III. Cardinalibus, Epiſcopis cæteriſque Tridentinam Synodum habituris dedicauit; in partis autem primæ titulo 5. Durandus *de Exemptionibus* diſputationem inſtituit hoc modo.

» De Exemptionibus autem ex qua cauſa conceſſæ fuerint & continuò concedantur, & quis fructus modernis temporibus ſubſequatur ex eis, haberet Domini noſtri Papæ ſanctitas prouidere. Magna namque authoritas iſta in Dei Eccleſia eſt habenda. Etſi nonnulli ex Prædeceſſoribus & Majoribus noſtris fecerunt aliqua, quæ illorum tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea vertuntur in errorem & ſuperſtitionem, vt ſine tarditate aliqua & cum magna authoritate à poſteris deſtruantur. 63. diſt. 5. verum. Vnde Ezechias diſſipauit Excelſa & contriuit ſtatuas & ſuccidit lucos confregitque ſerpentem æneum à Moyſe iuſſu Dei factum, ne ſerpentina morte populus interiret. Et laudatur dictus Ezechias deſtruxiſſe quod tendebat ad perniciem, quod iubente Deo fecerat ille. Numero. 21. 4. Reg. 18. cap. *Non enim debet irreprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque variantur humana, præſertim cum vrget neceſſitas vel euidens vtilitas id expoſcit.* Cum ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauerit in nouo, ſicut habetur ex Concilio Generali Extr. de Conſang. & affin. non debet 29. diſt. c. 1. & 2. 4. diſt. erit 32. q. 4. *quis ignoret* & c. *obijciuntur* 33. qu. 7. occidit. extr. de tranſact. c. fin. & ſentent. Excommun. *ſuper eo.*

» Ex quibus infertur, quod ſi maius damnum & maius inconueniens ſubſequatur ex dictis diſpenſationibus & dictis exemptionibus quàm vtilitas, quod haberent per eiuſdem ſummi Pontificis prouidentiam reuocari, quod facilè poteſt oſtendi iuribus & rationibus ſupradictis. Quod autem ad faciendam dictam reuocationem exemptionum D. Papa de facili debeat eſſe inclinatus, poſſunt & debent eum mouere non ſolum prædicta, ſed etiam multa alia.

» Primum eſt Generalis Ordinatio vniuerſalis Eccleſiæ procedens ex Deo, ab Apoſtolis, SS. Patribus, Generalibus Concilijs & Rom. Pontificibus comprobata & obſeruata: ſecundum quam eis Religio Chriſtiana & generaliter omnia Monaſteria & loca Religioſa, Abbates, Abbatiſſæ, Monachi, Moniales, & omnes alij Religioſi & perſonæ Eccleſiaſticæ immediatè ſubſunt gubernationi & curæ Epiſcoporum in Ciuitatibus & Diœceſibus eorundem tanquam Superiorum ſuorum, Apoſtolorum ſucceſſorum & poteſtatem habentium. Vnde cum D. Papa tantam & talem obſeruationem mutare non debeat, nec forte valeat, ergo nec generales Exemptiones, priuilegia, libertates, & immunitates derogatiuas & præiudicatiuas honori, poteſtati, ſtatui, ordinationi & ordini dictorum Epiſcoporum & Ordinariorum contra prædictam Generalem Ordi-

nationem ſic paſſim concedere non debet, nec etiam forſitan valet, provt & infra ſcriptis iuribus comprobatur. Quod autem Generalis Ordinatio Eccleſiæ procedat à Deo & attendenda ſit, probatur authoritate Gregorij 89. diſt. ad hoc & 16. quæſt. 1. ad hoc. Nam vt ibidem dicitur, *ad hoc diſpenſationis prouiſio Gradus diuerſos & Ordines diſpoſuit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potentibus exhiberent, & potentiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret. Et ex diuerſitate connexio & rectè Officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim Vniuerſitas aliâ poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo conſeruaret. Quia verò quæque Creatura in vna eademque qualitate gubernari vel viuere non poteſt, Cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit: quia dum ſunt Angeli, ſunt Archangeli, & liquet quia non ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine differunt alter ab altero.* In quo quidem C. dicit Gloſſa 89. diſt. quod dicta prælatio durabit vſque in diem Iudicij, quod probat authoritate Apoſtoli dicentis 1. Corinth. 15. Dum mundus iſte durabit, homines præſunt hominibus, Dæmones Dæmonibus, Angeli Angelis. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit dicta prælatio non tamen ordo vel maioritas de Pœn. diſt. 4. in Domo. Et dicta diuerſitas Ordinum Eccleſiaſticorum prælationis eſt propter concordiam humani generis inſtituta, ſicut Leo Papa ait 45. diſt. licet 2. Et ne Schiſma fieret in Eccleſia Dei, ſicut probat Hieronymus ad Euandrum Epiſcopum 93. diſtinct. legimus. Et idem probat ad Nepotianum ſcribens 95. diſt. Eſto ſubiectus Pontifici tuo, & ipſum quaſi animæ parentem ama. Idem etiam probat dictus Gregorius in dicto C. *Ad hoc locorum Gradus rationis ordo diſtinxit & Iudicia eſſe conſtituit, vt nec Præpoſiti in opprimendo ſubiectos ſe fruſtra valeant occupare, nec ſubiectis iterum contra ſuos Præpoſitos effrænata ſit reſultandi licentia.* Non eſt ergo dicta diſtinctio graduum & prælationis contemnenda, ſicut dicit Ioan. Chryſoſt. 11. quæſt. 3. Nemo contemnat. Nam à Deo eſt principaliter conſtituta in veteri Teſtamento per Moyſen, qui ex præcepto Domini Aaron in ſummum Pontificem, filios verò eius vnxit in minores Sacerdotes Exod. 31. c. In nouo autem Teſtamento dicta diſtinctio graduum & maiorum & minorum Sacerdotum diſcretio ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores Sacerdotes & 72. Diſcipulos quaſi minores Sacerdotes inſtituit, Petrum verò quaſi in ſummum Sacerdotem elegit. Apoſtoli autem in ſingulis Ciuitatibus Epiſcopos ordinauerunt 21. diſtinct. §. 1. Et ligandi atque ſoluendi poteſtatem tam Petrus quàm Apoſtoli à Chriſto receperunt. Primò tamen Petrus, ſicut Anacletus Papa ait, hanc ligandi & ſoluendi ſupra terram poteſtatem accepit à Domino, primuſque ad fidem populum virtute ſuæ Prædicationis adduxit Actuum 4. Rom. 10. Cæteri verò Apoſtoli cum eodem Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt à Chriſto ipſumque Petrum Principem eorum eſſe voluerunt. Ipſis verò Apoſtolis decedentibus, in loco eorum ſucceſſerunt Epiſcopi, quos qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui autem ſpernit, Deum à quo miſſi ſunt, & cuius funguntur legatione, ſpernit, & ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam & operarios paucos, rogauerunt Dominum meſſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam, vnde ab eiſdem Apoſtolis electi ſunt 72. Diſcipuli, quorum typum gerunt Preſbyteri, atque in eorum loco ſunt in Eccleſia conſtituti, ſecundum Anacletum 21. diſt. in Nono. & concordat cum dicto Anacleto Cyprianus Pap. 24. q. 1. loquitur: vnde dicitur per eundem, loquitur Dominus ad Petrum *Ego dico tibi, quia tu es Petrus & ſupra hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Super vnum ædificat Eccleſiam. Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat, *Sicut me miſit Pater, & Ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum,* tamen vt veritatem manifeſtaret vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant vtique cæteri Apoſtoli, quod Petrus fuerat, pari conſortio prædici & honoris & poteſtatis, ſed ab vnitate exordium proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna monſtraretur; & ita ſubijcit in eodem C. dictus Cyprianus, Epiſcopatus vnus eſt, cuius in ſolidum pars tenetur, vbi dicit gloſſ. quod idem ius reſidet apud quemlibet Epiſcoporum. Tamen reuera quilibet habet ſeparatum & ſpeciale ius ſcilicet in Ciuitate & Diœceſi ſibi com-

» miſſa ff. quemadm. ſeruit. amitt. l. aquam. Non quod ſigula iura à quolibet in
» ſolidum teneantur ff. de verbor. oblig. l. 2 ff. de ſeruit. l. viæ concordat ad præ-
» miſſa Auguſtin. exponens illud Ioannis 20. & Matth 16. Quodcunque ligaueris
» ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Quia dicit quod ſuper hoc non eſt dictum
» tantùm Petro ſed Eccleſiæ 24. qu. 1. quodcunque & Cap. ſequentibus & præ-
» cedentibus. Idem & Auguſtin. ait de Paulo, quod Paulus Petrum reprehendit,
» quod non auderet, niſi ſe non imparem ſciret 2. quæſt. 7. Paulus cum quatuor ſe-
» quentibus. Ad idem concordat Gregorius Ioanni Epiſcopo Syracuſano ſcri-
» bens 22. diſtinct. de Conſtantinopolitana. Vbi dicit, quod ſi qua culpa in Epiſ-
» copis inuenitur, ratione Eccleſiæ ſubiecti ſunt: cum verò culpa non exigit om-
» nes ſecundum qualitatem humanitatis æquales. Facit ad idem 68. diſtinct.
» Quorum vices. vbi dicit Vrbanus Papa, quorum vices in Eccleſiâ Epiſcopi ha-
» bent, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, S. Auguſtinus oſtendit inquirens.
» Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, Patres miſſi ſunt Apoſtoli. Pro Apoſtolis
» namque filij nati ſunt & conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt
» per totum mundum, vnde nati ſunt, Patres ipſa Eccleſia illos appellat, ipſa
» namque illos genuit. Et ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum. Non te ergo pu-
» tes deſertam; quia non vides Paulum, quia non vides Petrum, quia non vides
» illos per quos nata es: de prole tua decernitur tibi Paternitas. Pro patribus tuis
» nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Ad idem 25.
» diſt. Ecce in fine 2. q. 7. accuſatio. in fin. 3. q. 1. nulli in fin. 1. q. 1. omnes 2. q. 5. habet
» in fin. Matth. 10. Luc. 9. Apoſtolus etiam legens de dictis Epiſcopis & Ordinarijs
» dicit. Epheſ. 4. *Quoſdam dedit Apoſtolos, Quoſdam autem Prophetas, alios verò Euan-*
» *geliſtas, alios Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij id eſt ædifica-*
» *tionem Corporis Chriſti*; ſecundum etiam prædictum Apoſtolum, Ro. 13. *Omnis anima*
» *ſublimioribus poteſtatibus debet eſſe ſubiecta, quia non eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ au-*
» *tem à Deo ſunt, ordinata ſunt: itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.*
» *Qui autem reſiſtunt ipſi, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Patet itaque quod dicta
» Generalis ordinatio prælationis à Deo in veteri Teſtamento & à Chriſto, in
» nouo proceſſit. Et quod inde Epiſcopi poteſtatem ſuam acceperunt, quam
» Apoſtoli habebant, & quod dicta ordinatio non eſt contemnenda nec inter-
» dicenda, probat Auguſtinus per dicta Baſilij 11. diſt. Eccleſias. Beatus verò Ber-
» nardus in libro de conſideratione ad Eugenium Papam ſuper hoc ſcribit dicens,
» Nec vilem reputes formam hanc, ſcilicet Eccleſiaſtici Ordinis quæ in terris eſt;
» exemplar enim habet è cœlo iuxta illud Apoc. 21. vidi Ciuitatem ſanctam Hie-
» ruſalem deſcendentem de cœlo, à Deo paratam. Quod idem Bernardus per ſi-
» militudinem Eccleſiæ militantis ad Eccleſiam triumphantem aſſerit eſſe dictum:
» quia ſicut illic Seraphim, Cherubim ac cæteri quique vſque ad Angelos & Ar-
» changelos ordinantur, perordinantur ſub vno capite, ſic & Eccleſiæ gradus:
» non igitur paruipendenda nec interdicenda eſt dicta ordinatio quæ Deum ha-
» bet authorem. Sanè quod iuxta dictam Ordinationem diuinam & generalem
» vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopis tanquam Ordinarijs & poteſtatem Apoſtolorum
» in eorum Ciuitatibus & Diœceſibus habentibus ſubditi debeant, omnia Mona-
» ſteria & loca religioſa habere, probatur 16. qu. 1. Omnes Baſilicæ. Vnde con-
» ſtitutio Aurelianenſis Concilij ponitur ſecundum quod omnes Baſilicæ quæ per
» diuerſa loca conſtructa ſunt vel quotidie conſtruuntur, in Epiſcopi poteſtate
» conſiſtere debent, in cuius territorio poſitæ ſunt. Ad idem 18. qu. 2. Monaſteria.
» Quod eſt eiuſdem Concilij Aurelianenſis, in quo dicitur quod Monaſteria &
» Monachorum diſciplina ad eum pertineant Epiſcopum in cuius territorio ſunt
» conſtituta. Ad idem eadem Quæſtio Cognouimus, vbi dicit Gregorius quod
» Monaſteria ſeruorum Dei vel fœminarum ſint ſub cura Epiſcopi loci, ſub cuius
» moderamine degunt: quia valde eſſet indecens vt eo obmiſſo alius quilibet ſe
» illorum cauſis admiſceat. Sed ille eorum ritus competenti regularique modera-
» mine diſponere, qui pro commiſſis animabus eorum compellitur reddere ratio-
» nem. Ad idem de Inſtitu. cum veniſſent. Primum reſpon. vbi dicit Innocentius
» quod ad Epiſcopum talia de Iure communi pertinent. Ad idem de Religion.
» Domi. de Synodochijs. Vbi dicitur quod ſecundum dicta Eugenij Papæ Syno-
» dochia & alia ſimilia loca per ſolicitudinem Epiſcoporum, in quorum Diœceſi

Digitized by Google

exiſtunt, ad eandem vtilitatem quibus conſtituta ſunt, ordinentur. Concordat «
ad idem 16. quæſt. 5. Si quis Epiſcoporum in fin. vbi dicitur per Nicolaum Pa- «
pam quod gubernatio omnis Eccleſiæ ad eum Epiſcopum pertinet, in cuius «
Ciuitatis territorio eſt conſtructa. Et idem conſtitutum eſt in 4. conſtitut. Tho. «
per Gregor. eadem quæſt. poſſeſſio & Ca. Lator. Ad idem concordat Grego- «
rius in Regiſtro 61. diſt. Obitum circa finem, dum dicitur, Monaſteria autem ſi «
quæ ſunt in ipſius, ſcilicet Panormitani Epiſcopi, conſtituta Parochia in tua «
iura, & loquitur Viſitatori deputato ſede vacante, diſpoſitioneque etiam con- «
cedimus, quo vſque illis propitius Epiſcopus fuerit ordinatus. Ad idem 12. q. 1. «
quoniam ad Heliam. vbi conſimile dicitur per Gregorium. Ad idem 10. quæſt. 1. «
quod eſt Concilij Ilerdenſis, & Cap. 2. quod eſt Concilij Toloſani c. 20. & c. 3. «
quod eſt ſecundi Concilij Cabillonenſis & c. 3. quod eſt Leonis 4 & c. 5. quod «
eſt Concilij Antiocheni. c. 7. quod. eſt IV. Concilij Toloſani & cap. 7. quod eſt «
Concilij Aurelianenſis. Ad idem eadem cauſâ & qu. 2. Epiſcopus hanc, quod «
eſt ex Concilio Martini Papæ ſcilicet Bracarenſi. Ad idem 16. q. 1. *Qui verè,* «
quod eſt in Cap. Concilij Calcedonenſis, vbi dicitur, *quod qui verè & purè ſoli-* «
tariam vitam eligunt, digni ſunt conuenienti honore. Eos verò qui per ſingulas Ciuita- »
tes, ſeu poſſeſſiones in Monaſterijs ſunt, placet nobis Epiſcopo eſſe ſubditos, & quieti «
operam dare atque obſeruare ieiunia & orationes in locis, quibus ſemel ſe Deo denoue- «
runt, permanentes: & neque communicare Eccleſiaſticas neque ſeculares aliquas attre- «
ctare actiones, propria Monaſteria relinquentes; niſi forte iubeantur propter inſtantes «
neceſſitates ab ipſius Ciuitatis Epiſcopo: & neminem ſeruorum ſuſcipi in Monaſterium, «
vt ſit cum eis Monachus, niſi cum Domini proprij licentia: prætereuntem verò hæc de- «
creuimus extra communionem eſſe ne nomen Domini blaſphemetur. Conuenit ergo Ciui- «
tatis Epiſcopo curam & ſollicitudinem neceſſariam Monaſterijs exhibere. Concordat «
etiam cum dicto Concilio Calcedon. ea cauſa q. 2. cap. 3. vbi dicitur & ſtatuitur «
quatenus Eccleſiæ quotumcunque Monachotum in ſingulis Parochiis ſitæ Epi- «
ſcoporum, vt decet, diuinitus ſubdantur regimini, eiſque debita obſequia ex- «
hibeant 17. q. 2. Eleutherius quod eſt Gelaſij Papæ & C. ſeruitium quod eſt «
Vrbani Papæ, vbi dicitur, *quod Monaſteria & eorum Eccleſiæ exhibeant Epiſcopis ſer-* «
uitia conſueta. Ad idem eadem quæſtione viſitandi, vbi dicit Gregorius *viſitan-* «
di exhortandique gratia ad Monaſterium quoties placuerit ab Antiſtite Ciuitatis «
accedatur: ſed ſic charitatis officium illic impleat Epiſcopus, in grauamen ali- «
quod Monaſterium non incurrat. Concord. ead. quæ. non ſemel, quod eſt Con- «
cilij Aurelianenſis, vbi dicitur, *quod non ſemel ſed ſæpius in anno Epiſcopi viſitent* «
Monaſteria Monachorum, & ſi aliquid corrigendum fuerit, corrigant. Concordat ead. «
quæ. percuſſit, & cap. dudum, quæ ſunt Gregorij, in quibus ſimiliter probatur «
quod pertinent dicta *Monaſteria & loca Religioſa ad Curam Epiſcoporum.* Ad idem «
9. q. 3. Oroſius, vbi dicitur quod in Monaſterijs ſunt per Epiſcopos Oeconomi «
conſtituendi. Ad idem 18. q. 2. Quidam, quod eſt Concilij Calcedon. vbi di- «
citur quod *Monaſteria ſine aſſenſu Epiſcoporum non ædificentur, & quod ſint in pote-* «
ſtate eorum, in quorum Ciuitatibus vel Diœceſibus exiſtunt. Idem dicitur in 5. CC. «
ſequentibus: quorum primum eiuſdem Concilij, ſecundum Concilij Carthagi- «
nenſis, & tria ſequentia Concilij Agathenſis. Ad idem 17. q. 4. in venditioni- «
bus, quod eſt Concilij Agathenſis, vbi dicitur quod Abbates nihil alienare poſ- «
ſint ſine licentia Epiſcoporum in quorum ſunt Ciuitatibus vel Diœceſibus Mo- «
naſteria conſtructa. Et concordat 12. q. 2. Abbatibus, quod eſt Concilij Au- «
relian. ad idem Extra. de Religioſis Domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiecti in ru- «
bro & in nigro. Et 2. diſt. de his. vbi dicitur, quod ratione ſubjectionis debent «
ſe in officio Cathedralibus Eccleſiis conformare. Et eſt dictum aſſumptum ex 11. «
Concil. Toletano cap. 3. Ad idem 6 q. 3. cap. 1. & 11. quicunque ad hoc quod «
Abbates, & Moniales & alij Religioſi dictis Epiſcopis, in quorum degunt Ci- «
uitatibus vel Diœceſibus ſunt ſubjecti, patet non ſolum ex præmiſſis, verum «
etiam ex pluribus aliis. Vnde in Concilio Aurelian. cap. 15. poſito 18. quæ. 2. «
Abbates pro humilitate Religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant, & ſi «
quid extra regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigantur, qui ſemel in anno, in «
loco vbi Epiſcopus elegerit, acceptâ vocatione conueniant. Ad idem eadem «

Digitized by Google

» Quæſtione, ſi quis Abbas, quod eſt Concilij Tiburt. vbi dicitur, *Quod ſi quis*
» *Abbas cautus, in regimine humilis, caſtus, miſericors, diſcretus, ſobriuſque non fuerit,*
» *& Diuina præcepta verbis & exemplis non oſtenderit, ab Epiſcopo, in cuius territorio*
» *conſiſtit, & à vicinis Abbatibus & à cæteris Deum timentibus à ſuo coërceatur honore:*
» *etiamſi omnis congregatio vitiis conſentiens ſuis eum Abbatem habere voluerit.* Ad
» idem de Maio. & obedien. quod ſuper his, vbi dicitur quod dicti Abbates ad
» Synodos Epiſcopales venire tenentur. Paſchalis etiam Papa ſcribit 4. 18. q. 2.
» Abbatibus, quod Abbatibus qui neque ſub Epiſcopo neque ſub Metropolitano,
» neque ſub Primate, neque ſub Patriarcha ſunt, nullus prorſus Epiſcoporum
» Epiſcopalia quælibet adminiſtret. Cum enim ſe nulli Epiſcopo ſubeſſe profi-
» teantur, conſequens eſt, vt nullus Epiſcoporum quæ ſua ſunt, eis tanquam ex-
» teris largiatur. De Abbatiſſis autem & Religioſis fœminis, quin etiam Epiſco-
» pis ſubjiciantur, dubium non exiſtat. Nam & alij qui eiſdem præponendi ſunt,
» debent per ipſos Epiſcopos comprobari, ſicut habetur ex Concilio Carthagin.
» 18. q. 2. Qui Religioſis. Per ipſorum etiam prouidentiam agendum eſt ne ſimul
» cum Monachis commorentur, nec confabulentur; & ne propria receptacula
» habeant c 18. q. 3. Definimus, cum duobus capitibus ſequentibus & c. perniciosum.
» Per Epiſcopos etiam comqueritur Monaſteria fœminarum Religioſarum ſecun-
» dum Gregorium ead. Quæſtione *cognouimus*, & earum Monaſteria nimium fre-
» quentantes per Epiſcopos puniantur, ſicut habetur in Concilio Lateranenſi
» poſito extra. de vita & honeſtate Clericorum Monaſteria; dictæ enim Moniales
» tanquam ſubiectæ eis per Epiſcopos benedicantur: de pœni. & re noua. & 20.
» q. 1. Iuuenculas & ab eis Epiſcopis per manuum injectiones in Clericos abſol-
» uuntur: & votum caſtitatis infringentes, matrimonium contrahentes ad ipſum
» per Epiſcopum redire coguntur, 27. q. 1. de viduis, & de inceſſu. ſuſpectæ co-
» ram Epiſcopo ſuo ſe purgare coguntur: ſicut habetur in Concilio Meldenſi po-
» ſito extra de purgatio. Canonica *Moniales.* De Monachis verò & aliis Religio-
» ſis, quod dictis Epiſcopis ſubiecti ſunt, patet non ſolum ex præmiſſis, verum
» etiam ex pluribus aliis latè & diffusè poſitis infra in titul. 53. 2. partis huius Tra-
» ctatus, in quo plenè actum eſt de ſtatu, conditione & officio eorundem. Et
» certum eſt, ſicut habetur ex Concilio Pariſienſi 93. diſt. nulla quod non ſunt
» habendi vt Clerici, ſed tanquam acephali, ſi ſub nullius Epiſcopi diſciplina &
» prouidentia gubernentur.

Papa non poteſt dare Exemptiones nec debet.

» Porro quod D. Papa non poſſit nec debeat nouas leges vel noua jura con-
» cedere, vel Priuilegia, Libertates, Immunitates, Exemptiones concedere ſu-
» per his, & contra ea quæ apertè Dominus vel eius Apoſtoli & eos ſequen-
» tes SS. Patres ſententialiter aliquid definierunt, ſed potius quod prædicatum eſt,
» vſque ad animam & ſanguinem confirmare debeat, quia aliter errare probaretur.
» Et quod contra ſtatuta Patrum aliquid concedere vel mutare; nec ratione ſedis
» poſſit authoritas, niſi alia quæ ad perpetuum ſunt ordinata, vtilitatem mutare:
» & quod non teneatur 4. Concilia, ſcilicet Nicænum, Conſtantinopolita-
» num, Epheſinum & Calcedonenſe. Sicut 4 Euangeliſtarum librum ſuſcipere &
» tenere: quæ quatuor Concilia vniuerſalia fuerunt ſeptem vicibus celebrata, nec
» non & alia Concilia generalia, planè probatum eſt ſupra in hoc titulo & in præ-
» cedenti per Iura & Concilia poſita 25. qu. 1. & 2. ferè per totum & 16. diſt. ſicut
» S. Euangelij & C. ſecundum & 16. diſt. quoniam & C. ſancta. Octo vniuerſa.
» Concilia & C. ſexta & per alia plura iura. Cum itaque pateat ex præmiſſis, quod
» Epiſcopi poteſtatem & honorem ſuum receperunt à Deo, à quo ordo prælatio-
» nis inſtitutus eſt, & à quo Epiſcopi in loco Apoſtolorum conſtituti ſunt in ſin-
» gulis Ciuitatibus & Diœceſibus: & quòd ſecundum generalem ordinationem
» vniuerſalis Eccleſiæ à Deo procedentem & ab eius Apoſtolis, SS. Patribus, ge-
» neralibus & ſpiritualibus Concilijs & Romanis Pontificibus approbatam, omnis
» Religio Chriſtiana & generaliter omnia Monaſteria & loca Religioſa, Abbates
» & Abbatiſſæ, Monachi, Moniales & aliæ Religioſæ & Eccleſiaſticæ perſonæ
» ſubſunt gubernationi & curæ Epiſcoporum ſuorum concludat dictus D. noſter
» Papa ſi contra prædicta in derogatione diminutione honoris & poteſtatis
» Epiſcopalis prædictas libertates & immunitates & exemptiones locis & perſonis
» Religioſis Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum & alijs locis & perſonis

Eccleſiaſticis concedere paſſim & abſque cauſa neceſſitatis vel euidentis vtilita- «
tis poteſt & debet. «

NON EXPEDIT ECCLESIÆ ET RELIGIONI.

2. Oſtenditur ſuppoſito quod licet D. Papa ſupradictas exemptiones, li- «
bertates & immunitates concedere poſſit, non tamen expedit ſibi, nec vniuer- «
ſali Eccleſiæ, nec ſtatui religionis, nec perſonis Religioſorum eas concedi pro- «
pter plura mala, ſcandala & diſpendia quæ proueniunt ex eiſdem. Quod D. «
Papæ non expediat nec eum deceat concedere ſupradicta, patet ex multis quæ «
in præſenti titulo dicta ſunt. Nam Gregorius Papa in perſonam ſuam & ſuc- «
ceſſorum ſuorum ſcribit 25. q. 2. ſi ea deſtruerem quæ Anteceſſores noſtri ſta- «
tuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer teſtante veritatis «
voce, quæ ait Matthæi 12. Omne Regnum in ſeipſum diuiſum non ſtabit, & omnis «
ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa deſtruetur. Item Leo Papa priuilegia Eccleſia- «
rum & Monaſteriorum SS. Patrum authoritate inſtituta nullâ poſſunt authori- «
tate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere auxiliante Chriſto, fideliter «
exequendo neceſſe eſt huius ſanctæ Sedis Pontifices perſeuerantem exhibere «
famulatum. Diſpenſatio enim nobis credita eſt & ad noſtrum reatum tendit, ſi «
paternarum Sanctionum regulæ nobis conſentientibus vel negligentibus vio- «
lentur. Ea cau. & q. priuilegia. Ex quibus patet quod ſi concedat, ad eius rea- «
tum pertinet, niſi cauſa legitima ſubſit, & quod non conſtructor & diuiſor eſt «
Regni Eccleſiaſtici & vnitatis Eccleſiæ quæ diuiſionem non capit 14. qu. 1. «
loquitur & C. ſciſma. memor namque eſſe debet D. Papa verbi Apoſtoli qui ait «
1. Corinth. 6. cap. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. *Quod autem* «

NON EXPEDIUNT EXEMPTIONES ECCLESIÆ.

non expediat vniuerſali Eccleſiæ dictas exemptiones, libertates, & immunitates con- «
cedi, patet: quia per ipſas Ordo vniuerſalis deſtruitur & confunditur & ſtatus «
prælationis paruipenditur & vilificatur, & Epiſcopatus qui vnus eſt, ſcinditur «
& diuiditur, contra illud Cypriani 24. qu. 1. loquitur. Et Hieronymus ea quæ. «
Quoniam cum ſequentibus. Vnde poſſunt Prælati dicere illud Eſaïæ Prophetæ «
de Exemptis Prædictis & Eccleſiaſticis Beneficijs per ipſos Epiſcopos & alios «
eis dudum collatis, enutritis & exaltatis, filios enutriui & exaltaui eos: ipſi au- «
tem ſpreuerunt me. Eſaïæ 1. & illud, Impinguatus, incraſſatus, dilatatus, & re- «
calcitrauit. Nonne conſtat, quod per prædictas exemptiones tolluntur obe- «
dientia & reuerentia, quas deberent dicti exempti ſuis Prælatis & Ordinarijs ex- «
hibere? Cuius in ipſis Superioribus debeat eſſe præcipiendi authoritas & in ipſis «
neceſſitas obſequendi. Quanto Gradus Epiſcopalis celſior, tantò fortius obe- «
diendum eidem, cum in poteſtatibus etiam huius ſeculi maior poteſtas minori «
ad obediendum præferatur, ſicut Auguſtinus ait in 2. lib. Confeſſ. & 8. diſt. quæ «
contra & concordat 21. diſt. §. in his omnibus, cum capitibus ſequentibus. Eſt «
nempe iuſtum quod inferior obediat Ordinario ſuo in licitis & honeſtis, cum «
ſumma laus ſit obtemperare Præpoſitis, & quidquid ab eis vtiliter imperatum «
fuerit, cum obedientia adimplere, ſicut Gregorius ait 24. q. 1. ſententia. Quid «
enim dictâ obedientiâ fructuoſius, cum ſola ſit quæ fidei meritum poſſidet, ſine «
qua quiſque infidelitate conuincitur, etiamſi fidelis eſſe videatur, ſicut idem «
Gregorius in 25. lib. Moral. & 8. qu. 1. ſciendum ait. Nam per ipſam obedien- «
tiam in præſenti meremur gratiam, & qui ſuis Epiſcopis non obediunt, indu- «
bitanter reprobi & rei exiſtunt, ſicut adeo donum ſummi muneris conſequun- «
tur qui libenter eidem obediunt q. 1. diſt. nulla C. illi & C. ſi inimicus. Propter «
dictam obedientiam etiam bonum ab ipſis Religioſis & alijs eſſet omittendum, «
ne Eccleſia ex ipſorum exemptionibus ſcandalizari haberet, ſicut Gregorius ait «
11. q. 3. quid ergo. Nec pro aliquo temporali commodo deberent dicti Religio- «
ſi vel alij incurrere notam inobedientiæ: cum ipſa obedientia melior ſit quàm «
victima. De Maio. & obed. illud. Nam Religioſi ſuis Prælatis inobedientes ſunt «
de Monaſterio expellendi. De Maio. & obed. quod ſuper his. Cum habenti- «
bus Iuriſdictionem ſpiritualem & etiam temporalem debeant eſſe ſubiecti eiſque «
obedire eodem titul. ſolitæ. Aqua ſiquidem obedientia ſuo Epiſcopo exhibenda, «
etiam Snbdiaconus Papa & Princeps non abſoluitur. Cum quibus Religioſis «
quicunque minimus vult ab ea abſolui. de Maior. & obedient. per tuas, & cap. «
omnis, ne forte inimici ſuggeſtione mille nocendi & cap 16. q. 2. viſis. effician- «
tur ſimiles Chriſto, qui non ſolum Deo Patri obediens vſque ad mortem extitit, «

» verum etiam Ioſeph Patri putatiuo eiuſdem, ſicut habetur Lucæ 2. ſecundum
» autem Leonem Papam, vbi eſt incolumitas obedientiæ, ibi eſt ſana Doctrinæ
» forma. 61. diſt. miramur. Et cum ab hominibus de Diœceſi ſit Epiſcopis obe-
» diendum in omnibus quæ ad diuini cultus Officium & ad Eccleſiaſticam vtili-
» tatem pertinent, & eis reuerentia exhibenda. Sicut Pelagius Papa ait 7. quæſt. 1.
» quia fieri non debent DD. Abbates, Priores & Guardiani moleſti, qui ſe alij
» ſciunt eſſe præpoſitos, Epiſcopos & Ordinarios ſibi eſſe Prælatos. Sed obedien-
» tiam & reuerentiam quas ab alijs exigunt, eiſdem Prælatis impendere, cum me-
» mores eſſe debeant doctrinæ Chriſti, cuius Nos & ipſi ſumus diſcipuli, dicentis
» diſcite à me quia humilis & mitis ſum corde. Matth. 11.
» De reuerentia autem dictis Prælatis & Epiſcopis debita, ſi iuſtum ſit & Ec-
» cleſiæ vniuerſali expediens, quod dictas exemptiones ab eorum ſubditis ſubtra-
» hat, eiſdem penſandum eſt, Diuinum namque præceptum eſſe Decalogi Exo-
» di 20. C. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram:
» quod non ſolum intelligitur de patre & matre carnalibus, verum etiam de pa-
» tre ſpirituali & de matre Eccleſia 30. qu. 3. ita diligere. 95. diſt. Eſto ſubiectus.
» Penſent obſecro exemptionem appetentes & defendere cupientes, ſi audiendus
» eſſet filius & ſi ſapiens putaretur qui vellet eximi ab obedientia & reuerentia
» Patris ſui appetentis, cum ſeruus manumiſſus & etiam libertus ad hoc etiam te-
» neantur, & ſine venia impetrata Patronum in ius vocari non permittantur im-
» punè, etiamſi à corpore vel Collegio, vel Ciuitate, quorum ſingulos in ius vo-
» care poteſt ſeruus manumiſſus, & aduerſus Rempub. vel vniuerſitatem voluit
» experiri ſecundum legem Canonizatam 12. q. 2. ſi ſine venia, cum Cap. præce-
» denti & ſubſequentibus. Verum ſi de aliquibus grauaminibus Luminoſo Ab-
» bati à Caſtorio Ariminenſi Epiſcopo illatis à conſimilibus arguatur, ſeruanda
» eſt ſententia Auguſtini 2. lib. de vnico baptiſmo. dicentis, quod interdum con-
» queritur pater de filio malo, & filius conqueritur de patre duro: vnde ſeruâmus
» honorificentiam patri, quæ debetur à filio, non æquamus patri filium in ho-
» nore, ſed præponimus filium patri in veritate, & ſic tribuimus honorem debi-
» tum, vt non perdat æquitas meritum 2. q. 7. quæritur. Obtentu igitur dictorum
» grauaminum (ſi qua inferantur eidem) non eſſent reuerentia & obedientia Præ-
» latis deneganda. De Appellat. adhoc. Si in vna cauſſa maximè cum appellatio-
» nis remedium ſit conceſſum 7. q. 7. Omnis oppreſſus. Chriſtus verò ait de dictis
» Epiſcopis in perſona Apoſtolorum, quod qui eos ſpernit, Deum à quo miſſi
» ſunt, cuius funguntur legatione, ſpernit, & ipſe indubitanter ſpernitur à Do-
» mino, Matth. 10. & Luc. 10. 20. 1. diſt. in nouo 3. q. 1. omnis 2. q. 7. accuſatio.
» Quam reuerentiam & obedientiam impendent Laïci & Domini Principes tem-
» porales dictis Epiſcopis & Ordinarijs, quibus patenter & notoriè & manifeſtè
» Religioſi de ordine paupertatis & alij frequenter inobedientes & irreuerentes
» exiſtunt. Certè quod ab eis facile agitur, trahitur ab alijs in exemplum. De
» accuſat. qualiter & quando, & hoc tendit ad depreſſionem Eccleſiæ vniuerſalis,
» cum dicta reuerentia & obedientia ab omnibus debeantur eiſdem Epiſcopis &
» Prælatis etiamſi eſſent inutiles, quandiu ab Eccleſia tolerantur. 8. q. 4. nonne
» 16. q. 6 ſi fortaſſis 2. q. 5. habet. 2. qu. 8. Sacerdotes. 96. diſt. in ſcripturis.
» Item per dictas exemptiones impeditur correctio debita exceſſuum iam perti-
» nens ad Epiſcopos, per quos poteſt melius fieri, quam per Abbates, cum ſint
» potentiores communiter quàm Abbates, & debent eſſe peritiores: potiſſimè
» dicta correctio deberet fieri per Epiſcopos quando Religioſi publicè & extra clau-
» ſtra delinquunt, cum vbi malum contingit, ibi mori debeat 2. q. 1. ſi peccauerit
» in fin. Auguſtinus ait ibidem. Et in homilia de pœ. Et idem habetur in Con-
» cilio Varen. cap. 8. poſitos. q. 1. ſi tantum. Certum eſt autem quod dicta corre-
» ctio generaliter pertinet ad Epiſcopum 6. q. 3. ſcitote. potiſſimè in criminalibus.
» de off. ordin. irrefragabilis. Nam Epiſcopus qui crimina non corrigit, non di-
» citur nec reputatur Epiſcopus, ſed canis potius impudicus, ſicut dicit Auguſt.
» 80. diſt. nemo cum capitulis ſequentibus, & ſi culpas ſubditorum impunitas re-
» linquit, grauiter Deum offendit. Sicut Gregorius ait 23. q. 4. ſi is. non enim eſt
» in eo Charitas ſed languor, cum talia non corrigit. Sicut Auguſt. ſuper epiſt.
» Ioannis 23. q. 5. non patet & cap. ſequentibus. Nam per ipſum Epiſcopum qui
medicus

medicus eſt Eccleſiæ vniuerſalis ſibi commiſſæ abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomentorum non recipiunt medicinam 82. diſt. *quia aliquanti.* 16. 4. 1. in Canonibus. Quæ quidem correctio aliquando ab Abbatibus & Prioribus propter aſperitatem linguæ, vel blandimenta, vel timorem aut potentiam ſubditorum periculosè omittitur 50. diſt. ſi quis Diaconus.

Fatendum eſt enim quod dicta Correctio quantum pro vniuſcuiuſque gradu atque perſona ſalua pace Eccleſiæ fieri poteſt, ſicut ait Proſper 24. q. 3. Ecce autem. & 24. q. 3. Eccleſiæ cum aliis ſequentibus. Hæc autem correctio & diſciplina quæ vltrix deberet eſſe malæ vitæ & malorum morũ Religioſorum tollitur prætextu exemprionum prædictarum, ſicut innuit Auguſtinus contra Petilianum 23. q 5. ad finem. Nam Abbates, ſunt deſides & negligentes communirer in diſciplina & correctione. Vnde diſciplinam perdit deſidia cum negligunt corrigere vitia, ſicut ait Calixtus Papa 24. q. 3. juſtum eſt. Ad quam diſciplinam per flagella deducendi ſunt diſcholi, ſcribit Auguſt. ad Donatum 23. q. 3. diſplicet cum cap. ſequenti. Hæc autem Diſciplina propriè pertinet ad Prælatum, ſicut ait idem Auguſtinus in lib. Pſalmorum, & eundem Epiſcopum regentem plebem ſuam, licet vtilis ſit aliis 23. q. 4. duo iſta. Nam ad eos pertinet ſpecialiter illud Euangelicum Math. 18. ſi peccauerit in te frater tuus, etiam 11. q. 1. ſi peccauerit. Eſt enim pater ſpiritualis, à quo debet filius diſciplinari & corrigi 45. diſ. §. Salomon cum capitibus ſequentibus. Prouerbior. 13. & 5. q. 5. non oſculatur ſemper filium cum præcedenti & ſequenti capitulis.

Quam correctionem & diſciplinam deberet exercere in Religioſis & aliis. Nam in 8 Synodo continetur, quod ſi quis Monachus, per quem omnes Religioſi intelligi poſſunt, contentiones vel rixas amauerit, vel manifeſtum conuicium intulerit fratri iuxta arbitrium Rectorum modumque peccati diuturna experiecturpœnitentia 9. diſt. ſi quis Monachus.

Item eſt dicta exemptio præjudiciabilis Eccleſiæ vniuerſali, quia exempti non poſſunt iudicari niſi à Papa, qui ab eis multum remotus exiſtit 16. q 1. Frater noſter. Nec per Diœceſanum in locis exemptis eorum negligentiæ ſuppleri poſſunt, de ſupplen. neglig. Prælat. ſicut nec Epiſcopus poſſet eos compellere vt tranſeant ad Diœceſim in qua crimina commiſerunt, vt de priuil. c. volentes. quia nullam poteſtatem valet exercere in eos excommunicando, vt ibidem 18. q. 2. luminoſo. & de maiori. & obed. inter quatuor.

Per dictas exemptiones tollitur ius Ordinariorum qui propriè Diœceſani dicentur. de reſcrip. ad hoc. quorum iuri D. Papa præjudicare non deberet, cum dicatur in Iure quod ad hoc non intendit de Offic. deleg. licet.

Item per eam exemptionem tolluntur bona opera in Religione facilius quàm deberent, quæ eſſent vigilanter facienda 86. diſt. Fratrem 11. q. 3. Exiſtimant. Etiam per exemptionem fouentur in Religione multæ diſſolutiones, partialitates & ſcandala; cum per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerunt, nequiores, & facilitas veniæ incentiuum eis tribuat delinquendi de ſent. excomm. vt famæ 23. q 4. eſt injuſta. Propter eam abutuntur conceſſis eis priuilegiis. Vnde deberent etiam priuari eiſdem 11. q. 3. Priuilegium 25 q. vlt. §. his ita. Abutuntur autem dictis Priuilegiis multipliciter viuendo, eiſdem non ad ſubditorum vtilitatem, ſed ſuam voluntatem & poteſtatem oſtendendam 11. q. 3. Priuilegium. & in injuriâ Ordinariorum, frequenter vtendo eiſdem, & vltra intentionem dantis ampliando eam. de Priuilegiis. ſuarum. & c. Priuilegia. prætendentes quod nemo poteſt iudicare de eiſdem Priuilegiis, niſi Papa de Iudic. cum veniſſent.

Et Priuilegia protectionis dicuntur eſſe exemptionis contra illud, de Priuilegiis. Recepimus, & c. ex parte. Priuilegiumque vnius loci ad alium & capitis ad omnia alia membra extendunt, contra id de Priuil. cum Capitula & C. ex ore. Vnde cum diuerſa ſcandala à dictis abuſibus & exemptionibus & immunitatibus, libertatibus & priuilegiis ſequantur, reuocari deberent. 3. q 6. quippe, maximè propter fauorem totius Eccleſiæ. 22. diſt. reuocantes, & propter atrocitatem criminum & ſcandalorum quæ perpetrantur per eos. de verb. ſig. Abbatem 9. q 3. conqueſtus 13. q. 3. ita nec deberent concedi in injuriam & præiudicium

Digitized by Google

» aliorum. de Priuil. paſtoral. & c. quia intentionis. neque abſque congrua, ſuffi-
» cienti & ratione legitima. de priuil. c. ſanè.
» Et licet fuerunt aliqua priuilegia congrua, nunc tamen ratione diuerſarum
» circunſtantiarum ſunt incongrua : quare tolli deberent ratione circunſtantia-
» rum quæ penſandæ ſunt 23. q. 8. occidit. 85. diſt. non ſatis de pœnit. diſt. 2. §.
» opponitur in fine. 22. q. 4. quis ignoret. C. ſequenti. Nam totus ſtatus Religio-
» nis, qui in ſumma humilitate fundatus extitit, & pro cuius humilitate ſeruanda
» ordinatum fuit, quod Epiſcopis ſubeſſet, ſicur habetur in 25. c Concilij Aure-
» lian. Poſito 18. q. 2. Abbates nunc in tantam elationem, ſuperbiam & arrogan-
» tiam eleuati ſunt, quod non ſolum Abbates & Priores, Guardiani, & alij in ſta-
» tu alicuius adminiſtrationis & prælationis exiſtentes, verumetiam Minores fra-
» tres & perſonæ dictarum Religionum, putant frequenter Epiſcopis, Archie-
» piſcopis & alijs Prælatis ſe quodammodo fore æquales, & debere quibuſcun-
» que alijs perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſiaſtica beneficia obtinentibus anteferri,
» quod eſt contra intentionem eorum à quibus dictæ Religiones fundatæ ſunt;
» provt B. Bernardus ad Eugenium probat in multis capitibus euidenter. Per
» dictas exemptiones, vt in pluribus Monaſteria diſſipantur. Cum dictæ exem-
» ptiones ad onus potius quam ad honorem vel vtilitatem tendere videantur, &
» illa quæ ad perpetuam fuerunt generaliter ſtatuta vtilitatem, & nulla debe-
» rent commutatione variari, quia fuerunt ad bonum commune ſtatuta, ad pri-
» uatum ratione Eccleſiæ trahi per eas videntur commodum, contra id Leonis
» Papæ 25. qu. 1. quæ ad perpetuam contra omnem legem quæ eſt pro commu-
» ni vtilitate condenda. 4. diſt. erit. & contra Doctrinam illam ſecundum quam
» communis vtilitas priuatæ eſt præferenda. 7. q. 1. ſcias. de poſtul. Bonæ. & de
» Regul. licet in opprobrium & ſcandalum vniuerſalis Eccleſiæ, ſicut ſuperius eſt
» probatum. Quod multum penſari deberet à Vicarijs I. C. cum ipſe Chriſtus
» qui eſt Deus, tributum ſoluerit propter ſcandalum euitandum. 11. q. 3. inter ver-
» ba. Et Apoſtoli porius voluerunt abſtinere quàm alios ſcandalizare 28. q. 1. Iam
» nunc 11. qu. 3. inter verba 23. q. 3 §. 1. & ſumptibus recipiendis ſe retrahere, ne
» aliquod offendiculum præſtaret Euangelio Chriſti. de Cenſi. cum Apoſtolus
» grauiter namque peccat, qui alios ſcandalizat. Sicut habetur in Concilio Cabil-
» lon. 10. q. 3. cauendum. 93. diſt. ille. propter ſcandalum inconſueta tolerentur.
» 95. diſt peruenit. & membra ſcandalizantia amputantur 24. q. 3. illud. 28. q. 1.
» vxor. & licita etiam, ſicut eſt ſua repetere, omittuntur 23. q. 3. §. 1. de oper. nun.
» c. 2. ante finem. Et illa quæ pro rigore Religionis ſtatuta ſunt, quandoque pro-
» pter ſcandalum omittuntur. de ſtatu Monachor. ſuper quadam. de renuntia. in
» fine D. pro graui quoque ſcandalo. Ex quibus omnibus conſtat quod quocun-
» que modo prædictæ exemptiones, immunitates, priuilegia, & libertates con-
» trariæ & contraria legibus & iuribus pro communi vtilitate conſtitutis conſide-
» rentur, ſiue quantum ad ſe, ſiue quantum ad concedentes, ſiue quantum ad il-
» los quibus conceduntur, quod reuocari debent cum per eas tollatur ordo vni-
» uerſalis Eccleſiæ ſtatus & gradus & honor & virtus & poteſtas prælationis con-
» ſtitutæ à Deo, quibus omnes religioſæ perſonæ & loca religioſa debent eſſe
» ſubiecta in Ciuitatibus, Diœceſibus ac Prouincijs antedictis, Prælatis, & Archiep.
» commiſſis potiſſimè, cum ex ipſis exemptionibus, immunitatibus, libertatibus &
» priuilegijs, legibus & iuribus communibus contrarijs, nulla vtilitas vniuerſalis
» Eccleſiæ ſubſequatur. Sed eiſdem populo officium & ſtatui religionis & perſonis
» religioſorum & multæ diſcordiæ, ſciſſura, ſciſmata, mala, ſcandala, onera &
» diſpendia proueniunt ex eiſdem, provt in præcedentibus plenius eſt probatum.

Similiter Ægidius Romanus Archiepiſcopus Bituricenſis ex Monacho Auguſtinenſi factus, librum edidit aduerſus exemptos. Et contra vtrumque pro Exemptis, ſcripſit Iacobus Abbas Ciſtercienſis Ordinis, cuius libellum pœnè totum refert Odoricus Raynaldus in Appendice ad tomum 15. Annal. Eccleſ. cuius quidem hoc eſt initium. *Incipit compendium Tractatus fratris Iacobi Abbatis Ciſtercienſis Ordinis Siluanectenſis Diœceſis contra impugnantes Exemptionem, ab eodem editum in Vienna tempore Generalis Concilij.*

» Eodem anno teſte Io. de S. Victore Prælati in ſua quiſque Diœceſi, de mandato Papæ, inquiſierunt in vitam & mores Templariorum.

Digitized by Google

Die Sabbati, quoque inquit, *pridiè Kal. Febr. circa meridianam horam in* 18 Gradu Aquarij facta ſolis particularis Ecclypſis, præſcita & prædicta multis ante diebus *à Quibuſdam Clericis Pariſienſibus in Aſtronomiæ Facultate*, & tempore ſubſequenti circa medium Martij ad auroram apparuit in medio orbis Lunæ crux rubea cum tribus Circulis, quorum maior erat albus, medius rubeus, tertius qui & minor, niger erat, provt videbatur aliquibus qui ſe vidiſſe ſic aſſerebant.

Templarii.

Eodem anno factâ pluribus in locis diligenti de Templarijs inquiſitione plurimi combuſti ſunt, qua de re ſic Ioannes. Eodem anno inter Paſcha & Pentecoſten inquiſitione ſufficienti facta de Templarijs tam ab illis 8. quibus ſpecialiter hoc erat commiſſum, quam à Prælatis Franciæ in locis ſuis (& mille contingentium vt arbitramur, omiſſa ſunt) plurimi Templariorum in diuerſis partibus Regni, ſeu Prouincijs coram Clero & populo in locis publicis velut rei criminum ſupratactorum ab Archiepiſcopis traditi Iuſtitiæ ſeculari; quorum Quidam erant Sacerdotes, ſed ibidem degradati, poſiti ſunt. In numero cæterorum ſunt itaque per manum Iuſtitiæ ſecularis infra breuem moram Pariſius combuſti. Nempe vt ferunt, tunc fuerunt 4. incendio concremati, & ſimiliter alibi multi & meritò provt plenius videbatur. Eorum autem quidam ſunt iterum in carcere detenti quo vſque deliberatio plenior haberetur. Quidam autem veſtibus illius Religionis abiectis & ſecularibus aſſumptis ſunt abſoluti & liberi dimiſſi. Nam illi qui præfatos caſus enormes ſe & de alijs primò confeſſi ſunt & poſtea negauerunt, veluti prolapſi combuſti ſunt. Qui autem nunquam voluerunt fateri, in carceribus detinentur. Qui verò primo confeſſi ſunt & ſemper confitentur pœnitentes & veniam poſtulantes, liberi ſunt dimiſſi.

Ad hunc quoque annum notat Carolus Sauſſeyus in Annalibus Eccleſiæ Aurelianenſis, cum Priuilegia quæ Vniuerſitas Aurelianenſis à Clemente V. obtinuerat, promulgarentur, ortam fuiſſe vehementem ſeditionem à Ciuibus promulgationem eiuſmodi impedire volentibus; at eos Senatus Pariſienſis Decreto fuiſſe damnatos, tunc Aurelianenſem ſedem tenente Radulpho Gropparini, qua de re nos ad an. 1305.

Statuta Collegij S. Nicolai de Lupara.

AD hunc quoque annum legitur in Chartulario Baſilicæ Pariſienſis facta quædam reformatio Collegij S. Nicolai de Lupara, extracta ex ſtatutis ipſius Collegij, in hæc verba.

Prouiſor debet pane, potagio & vino, non aliis vti niſi infirmus, & pitancia communi, & cum Procuratore computare qualibet hebdomada.

Nihil emere, nihil recipere abſque Procuratore.

Obſeruare bonas conſuetudines ſcriptas & non ſcriptas.

Bona Domus extraneis non miniſtrare.

Certa bona eadem erga Scholares æqualiter ſe babere.

Scbolares non diffamare apud Extraneos. Eorum inhoneſtatem Epiſcopo reuelare. Eos cognoſcere, & quod verum eſt, Epiſcopo narrare in Feſto Beati Remigij.

Famulos Collegij Scbolaribus præſentare. Ab eis iuramenta fideliter recipere. Scholares regulare de poſſe ſuo. In Dormitorio & in Refectorio indicere ſilentium. Inobedientes punire & rebelles.

Procuratores extra Domum laborantes recompenſare debitè. Licentiam dare recipiendi Eccleſias aut legata.

Scholares anno quolibet ſuper ſeruandis ſtatutis monere. Aſſignare Scholaribus libros quos audiant & non eſſe perſonarum acceptor. Non retinere apud ſe vltra 9. libras de bonis Domus. Leuia maleficia Scbolarium & familiæ punire. Legere ſtatuta Domus cum recipitur aliquis de nouo, ſemper..... prius reputare & habere 14. libras Pariſ. & non plus niſi propter infirmitatem.

Facere ſeruare ſtatura antiqua & noua. Diuitem vltra 20. libras non recipere. Burſam & habitationem ei qui ſex annis manſit, ſubſtrahere omnino. Pitantiam 3. ſolidorum omnibus in communi daro qualibet die, ſi bona Domus

ſufficiunt. Pitanciam communem negare abſenti qui abſens non eſt cauſa Domus aut ſtudij & decem diebus in anno. Quam vult pitanciam dare propter ſolennitatem dierum & de adminiſtratis Epiſcopo reddere rationem anno quolibet & Clericum habere propter neceſſitatem Domus & proprias. Et ex toto curam Domus & Officij Diuini, redituum, proceſſuum, queſtarum, prædiorum & ædificiorum & ſtudij & Scholarium curam gerere quaſi ſuperintendens in omnibus & momentis ſingulis curam exercere ſpecialem.

Capellanus debet commiſſam ei à Magiſtro curam Parochiæ, Scholarium, Parochianorum, diuini Officij & confratriam fideliter die & nocte exercere. Et habet burſam & cameram 60. ſolid. Pariſienſ.

Clericus antedictus habebat victum, & 40. ſolidos Pariſ. nunc habet plures & victum.

Coquus habet victum & ſalarium ad quod conducitur.

Procuratores debent habere à conſuetudine antiqua, quilibet burſam & 12. ſolidos Pariſ. & mutantur bis in anno.

Duos ſufficit Procuratores eligere ſucceſſores ſibi, facere eos iurare computare cum Prouiſore qualibet ſeptimana. De tempore prædeceſſoris nihil computare, ſed ſolum de tempore ſuo. Sufficienter in computando aduocare Scholares. Errorem Prouiſoris Epiſcopo narrare niſi ſe emendat commonitus. Bona domus non diſſipare, nec bibere aut comedere ex ipſis. Silentium in dormitorio & Refectorio facere cuſtodiri. Et Scholares nouos iurare facere in Capitulo.

Scholares debent recipere Procurationem ſub pœna priuationis ab antiquo ſi eligunt. Non habere vltra 10. libras ad continuandum burſas. Reuelare Magiſtro habentem plus. Et ejiciatur & detur locus alteri. Reuelare Magiſtro arma gerentes per Pariſius. Reuelare eos qui non ſunt veri Scholares & non frequentant Scholas. Nullam conſpirationem contra Magiſtrum, Fratres & alios de Domo facere, facientes, reuelare Magiſtro vt ipſe prouideat. Scholares peruerſæ vitæ & inhoneſtæ conuerſationis reuelare Magiſtro. Procurare Collegio bona quæ poſſunt. Eccleſias & legata non recipere niſi de licentia Magiſtri ſpeciali. Magiſtro reuelare ſi quis aliquid tale recepit. Non impedire quin hæc veniant ad manus Magiſtri. Magiſtrum, Socios & eos de domo non diffamare. Sed inhoneſtos & damnum Domus 1. Magiſtro reuelare; & deinde Epiſcopo ſi Magiſter fuerit negligens in correctione. Reuelare Magiſtro nomina perturbantium ſtudium aliorum.

Audiuiſſe ſummulas ſemel vel eſſe habiles vt audiant. Eſſe fideles in aſſignatione Librorum ſi fuerint ad hoc aſſumpti cum Prouiſore. Audire eos libros qui ſibi fuerint ordinati & non alios. Reuerenter reſpondere Prouiſori de ſua lectione. Non morari in Collegio vltra ſex annos, niſi obtentâ licentiâ in Artibus aut cum diſpenſatione Epiſcopi. Intereſſe qualibet nocte Matutinis aut ſoluere denarium Prouiſori pro Domus & Scholarium vtilitate. Non exire Domum poſt Antiphonam Collegij. Dormitorium claudere ad turnum ſuum & de nocte non aperire. Reuelare diſtractos à ſtudio & vacabundos incuſare. Die legibili non manere ſine cauſa neceſſaria: Tabernam non intrare niſi in peregrinatione & de licentia Magiſtri. Epitogium aut cappam ſemper portare per villam Pariſienſem. Iniuriam, violentiam aut opprobria nulli inferre. In Domo loqui Latinum.

Procurator Generalis & Vniuerſalis de nouo Statuto anno quolibet eligitur per Magiſtrum & Scholares, qui habet per medium 4. libras à Collegio & Magiſtro, & recipit omnia quæ ad Domum pertinent & abſente Magiſtro gerit eius vices omnimodis: & Scholares ei tenentur obedire ſicut Prouiſori ſuo abſente Prouiſore. Et talis non poteſt recuſare onus & honorem Procurationis mediante burſa & 4. libris antedictis.

In Refectorio omnes ſimul comedere Scholares per pœnam exeundi; & ante *le Tu autem* de menſa non ſurgere. Ad gratias inſimul ſurgere. Primus ad ...... Refectorium non ſuperintrare. In Camera niſi propter infirmitates non comedere. Extraneum in Domo non ponere.

In Diuinis in Capella intereſſe aut denarium ſoluere. A Capella tempore Diuinorum non recedere. Officio reuerenter, honeſtè & diligenter intendere.

In Capella & in Refectorio honeſtè ſe habere. Camerarum ſuarum feneſtras Prouiſori quando volet, aperire. *Ad Sermonem Vniuerſitatis* ire diebus Dominicis & Feſtiuis.

Eſſe contenti 4. porcis macris impinguatis de . . . . . eſſe contenti de vino vinearum Domus. Eſſe contenti de bladis Collegij pro pane Domus & de 3. ſolidis pro pitancia omnium in communi pro die. Reuelare Epiſcopo ſtatum Domus quando petet ab eo. Obedire Magiſtro ſub pœna priuationis à Domo. Obedire Procuratori Generali vices Magiſtri gerenti.

Anno 1311. inceptum eſt Concilium Viennenſe, Viennæ Allobrogum, quod 1311.
Clemens V. indixerat, cuique ipſe præfuit. Interfuerunt verò præter Cardinales, Patriarchæ Antiochenus & Alexandrinus, trecenti & amplius Epiſcopi, Abbates atque Prælati magno numero, & ſelecti ex Vniuerſitatibus Doctores Theologi & Iuris Canonici. Cuius Concilij celebrandi tres præcipuæ cauſæ fuerunt, prima Templariorum, altera expeditionis ad Terram ſanctam, tertia reformationis morum Chriſtianorum & diſciplinæ Eccleſiaſticæ. De Templarijs itum eſt in ſententiam M. Guillelmi Durandi Mimatenſis Epiſcopi, illorumque Ordo antiquatus. In eodem Concilio Regula S. Franciſci declarata occaſione illorum, qui *Spirituales* dicebantur. Item reprobati Beguardi & Beguinæ, qui genus quoddam vitæ Monaſticæ ducentes, quoad habitum, conuictum & quandam trium votorum ſpeciem, delicias quærebant ac lauta conuiuia, nec à fœminarum conſortio abſtinebant. Beguinæ tamen quarum author, aut certè præcipua propagatrix fuiſſe dicitur Margareta Porreta religioſam quandam vitam prætexentes nullum votum emittebant, nec bona abdicabant.

Huic quoque Concilio dicitur adfuiſſe Raimundus Lullius Iunior, cuius hortatu ad ſtudiorum ſplendorem maximè verò ad Infidelium & Mahumetanorum conuerſionem, ſtatutum eſt vt in maioribus Academijs Pariſienſi, Oxonienſi, Bononienſi, Salmaticenſi linguæ Hebraïca, Chaldaïca & Arabica publicè docerentur, earumque linguarum libri fideliter in Latinam converterentur. Extat hæc Conſtitutio inter Clementinas lib. 5. cap. 1. de Magiſtris in hæc verba.

CONSTITVTIO CLEMENTIS V. DE LINGVIS ARABICA, CHALDAA, &c.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. «
Inter ſollicitudines noſtris humeris incumbentes perpeti cura reuoluimus, vt «
errantes in viam veritatis inducere, ipſoſque lucrifacere Deo ſuâ nobis coope- «
rante gratiâ valeamus. Hoc eſt quod profectò deſideranter exquirimus: ad id «
noſtræ mentis ſedulò deſtinamus affectum, ac circa illud diligenti ſtudio & ſtu- «
dioſa diligentia vigilamus. Non ambigimus autem, quin ad huiuſmodi no- «
ſtrum deſiderium aſſequendum Diuinorum Eloquiorum ſit expoſitio congrua, «
ipſorum fidelis prædicatio admodum opportuna. Sed nec ignoramus quia «
hæc promi noſcantur inaniter vacuaque redire ſi auribus linguam loquentis «
ignorantium proferantur. Ideoque illius cuius vicem in terris licet immeriti ge- «
rimus, imitantes exemplum, qui ituros per vniuerſum mundum ad Euangeli- «
zandum Apoſtolos in omni linguarum genere fore voluit eruditos viris Catho- «
licis notitiam linguarum habentibus, quibus vtuntur infideles præcipuè, abun- «
dare ſanctam affectamus Eccleſiam, qui infideles ipſos ſciant & valeant ſacris «
inſtitutis inſtruere, Chriſticolarumque Collegio per doctrinam Chriſtianæ fi- «
dei ac ſuſceptionem ſacri baptiſmatis aggregare. Vt igitur peritia linguarum «
huiuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciam obtineri, hoc ſacro ap- «
probante Concilio Scholas in ſubſcriptarum linguarum generibus, vbicunque «
Romanam Curiam reſidere contigerit, necnon in Pariſienſi, Oxonienſi, Bono- «
nienſi & Salamantino ſtudijs prouidimus erigendas. Statuentes vt in quolibet «
locorum ipſorum teneantur viri Catholici ſufficientem habentes Hebraïcæ, «
Arabicæ, Græcæ, Chaldaïcæ linguarum notitiam; duo videlicet vniuſcuiuſ- «
que linguæ periti, qui Scholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum «
fideliter tranſferentes, alios linguas ipſas ſollicitè doceant, earumque peritiam «
ſtudioſa in illos inſtructione transfundant, vt inſtructi & edocti ſufficienter in «
linguis huiuſmodi fructum ſperatum poſſint Deo anthore producere, fidem «
propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. Quibus equidem in Romana «
Curia legentibus per Sedem Apoſtolicam, *in ſtudijs verò Pariſienſibus per Regem* «

» *Franciæ, in Oxonienſi Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, at Walliæ; in Bononienſi Italiæ; » in Salamantino Hiſpaniæ per Prælatos, Monaſteria, Capitula, Conuentus, Collegia » Exempta & non Exempta & Eccleſiarum Rectores in ſtipendijs competentibus & ſum- » ptibus volumus prouideri*: contributionis onere ſingulis iuxta facultatum exigen- » tiam imponendo. Priuilegijs & exemptionibus quibuſcunque contrarijs nequa- » quam obſtantibus: Quibus tamen nolumus quoad alia præiudicium gene- » rari.

Idem Pontifex in eodem Concilio Conſtitutionem edidit circa ſumptus im- modicos quos multi faciebant in conſecutione Magiſterij ſeu Doctoratus. Itaque voluit vt Cancellarius ſeu quiſquis alius licentias impertiri ſolet, prius à Magiſterij ſeu Doctoratus Candidato reciperet iuramentum non vltra ſummam trium millium Turonenſium argenteorum in eam rem impenſorum: quod ni faceret, à collatione Gradus ſeu Magiſterij per ſexmenſes ſuſpendi voluit. Extat ibidem hæc Conſtitutio in hæc verba.

De Sumptibus Actuum Magiſterii.

» Cum ſit nimis abſurdum vt quis cum vanitate & imperitia ad honorem aſcen- » dat peritiæ litterarum; non ſine turbatione miramur *illum apud Scholaſticos inua- » luiſſe abuſum*, quod plerique eorum qui in quauis ſcientiâ ad Doctoratus vel » Magiſterij aſſumuntur honorem, cum ſua ſolenniter *Principia* faciunt, aut ſui » recipiunt inſignia Doctoratus, circa cibos, veſtes, & alia ſic in expenſis exce- » dunt, quod & ipſi tranſeunte expenſarum huiuſmodi vanitate vacui plerumque » remaneant & grauati; & cæteri qui vel nolunt vel nequeunt ſimiles expenſas » ſubire, hac occaſione frequenter à receptione honoris huiuſmodi retrahunt. » Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio prouidere, illis ad quos vbilibet » pertinet honorem tribuere memoratum, diſtrictè præcipimus vt quoſcunque » ab eis de cætero dictum recipientes honorem iuramento prius adſtringant, ne » vltra tria millia Turonenſium argenteorum in ſolennitate circa huiuſmodi Do- » ctoratum aut Magiſterium quomodolibet adhibenda expendant. Ipſos nihilo- » minus niſi forſan notabilis conditionis extiterint, vt infra ſummam prædictam » huiuſmodi moderentur expenſæ, efficaciter exhortantes: ac ſi hoc illorum con- » gruere ſtatui viderint, iuramentum exigentes ab eis, quod certos infra ſummam » præfatam taxandos ab ipſis expenſarum terminos non excedant. Si quis autem » Pontificali etiam dignitate præfulgens non recepto prius iuramento præfato » honorem cuiquam tribuerit ſupradictum, à collatione Magiſterij ſeu Doctora- » tus cuiuſlibet per ſex menſes ſequentes eo ipſo nouerit ſe ſuſpenſum.

In eodem Concilio idem Pontifex nouam Conſtitutionem edidit circa Mendicantes, Dominicanos ſcilicet & Franciſcanos, quâ Bonifacij VIII. circa eandem materiam Decretum inſtaurat, Benedicti verò XI. Conſtitutionem abrogat, quæ in tribus præſertim capitibus conſiſtebat, nempe *in Prædicationibus, Confeſſionibus excipiendis, & ſepulturis*. De hac re ſic Ioannes à S. Victore. *Ibi fuit magna altercatio de Exemptis: quia Prælati petebant quod exempta Collegia tam Religioſa quàm ſecularia eorum regimini ſubderentur, ſed noluit Papa conſentire. Dicitur à pluribus quod pro extorquenda pecunia Concilium fuit factum ibi.* Reuocat autem Clemens Priuilegia, Conſuetudines, ſtatuta, & pacta ſuæ Conſtitutioni contraria; quæ habetur inter Clementinas l. 3. c. 2. eſtque eiuſmodi.

Conſtitutio de Mendicantibus.

» Dudum à Bonifacio Papa VIII. Prædeceſſore noſtro infraſcripta editâ De- » cretali Benedictus Papa XI. Prædeceſſor noſter aliam illius reuocationem pro- » mulgauit; quæ quia, vt probauit effectus, nedum pacis ab Authore ipſius ſpe- » ratæ fructum non attulit, quinimo diſcordiæ pro quâ ſedanda proceſſerat fo- » mentum non modicum miniſtrauit. Nos eam omnino caſſantes aliam à præfa- » to Bonifacio editam ſacro inſtante & approbante Concilio innouamus, ſubij- » cientes tenorem illius qui dignoſcitur eſſe talis.

» Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. » Super Cathedram præeminentiæ Paſtoralis Diuina diſponente Clementia con- » ſtituti, etſi multis & arduis quæ in amplum Rom. Curiæ alueum vndique con- » fluunt quaſi torrens, prægrauemur negociis, curis excitemur innumeris, cogi- » tationibus plurimis diſtrahamur, circa id tamen feruentibus votis intendimus, » vacamus inſtantius, ac operoſæ ſtudium ſollicitudinis impertimur, ne ad Diuini » nominis gloriam, exaltationem Catholicæ fidei & profectum fidelium anima-

rum, præciſis radicitus diſſidiorum vepribus & litigiorum anfractibus omnino ſubductis, inter Eccleſiarum Antiſtites ad curam & regimen gregis Dominici deputatos cæteraſque perſonas, quas Ordo Clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet, inualeſcat concordiæ vnitas, animorum identitas perſeueret. Scimus enim & ex euidentia facti colligimus quod non niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor, nec ignoramus, quod diſſenſiones & ſcandala prauis actibus aditum præparant, rancores & odia ſuſcitant & illicitis moribus anſam præbent. Ab olim ſiquidem inter Prælatos & Rectores ſeu Sacerdotes & Clericos Parochialium Eccleſiarum per diuerſas mundi Prouincias conſtitutos ex vna parte, & Prædicatorum & Minorum Ordinum Fratres ex altera, pacis æmulo ſatore zizaniæ procurante grauis & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata ſuper Prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum Confeſſionibus audiendis, pœnitentiis injungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus, quæ apud Fratrum ipſorum Eccleſias ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam. Nos autem pij Patris more laudabili moleſtè ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactæ conſiderationis examen ac infra pectoris clauſtra ſollicitè reuoluentes quàm ſit plena periculis, quàm onuſta diſpendiis, quámque in Diuinæ Majeſtatis conſpectu reddatur exoſa diſcordia ſupradicta. Et propterea intendentes paternæ ſollicitudinis ſtudio illam prorſus euellere, ac omnimodè ſubmouere, nullis vnquam futuris temporibus fauente Domino ſuſcitandam; grandi quoque deſiderio cupientes vt huiuſmodi negocium quod potiſſimè inſidet cordi noſtro, finem ſalubrem & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudium conſequatur, diligenti cum Fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem Dei & exaltationem Catholicæ fidei quietum ſtatum partium prædictarum, ac ſalutis animarum fidelium incrementum, de ipſorum Fratrum conſilio, authoritate Apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, vt dictorum ordinum Fratres in Eccleſiis & locis eorum ac in plateis communibus liberè valeant Clero & populo prædicare ac proponere verbum Dei horâ illâ duntaxat exceptâ in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolenniter prædicari, in quâ prædicare ceſſabunt, præterquam ſi aliud de Prælatorum ipſorum voluntate præceſſerit ac licentia ſpeciali. *In ſtudijs autem Generalibus, vbi ſermones ad Clerum ex more fieri ſolent, diebus illis quibus prædicari ſolenniter conſueuit ad funera etiam mortuorum, & in Feſtis ſpecialibus ſiuè peculiaribus eorundem Fratrum poſſunt iidem Fratres, & liceat eis liberè prædicare,* niſi fortè hora illa qua ſolet ad Clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Epiſcopus vel Prælatus Superior Clerum ad ſe generaliter conuocaret, aut ex aliqua ratione vel cauſa vrgente Clerum ipſum duceret congregandum. *In Eccleſiis autem Parochialibus Fratres illi nullatenus audeant vel debeant prædicare vel proponere verbum Dei, niſi Fratres prædicti à Parochialibus Sacerdotibus inuitati fuerint vel vocati, & de ipſorum beneplacito & aſſenſu petita licentia fuerit & obtenta, niſi Epiſcopus vel Prælatus Superior per eoſdem Fratres prædicari mandaret, &c.* Totam hanc Conſtitutionem ad ann. 1299. retulimus, neque quicquam addit Clemens: nam Clementina, vt & Bonifaciana his verbis terminatur, *minimè præteriret.*

Priuilegium Regale de excubiis.

Eodem anno Philippus Rex priuilegium Vniuerſitati conceſſit circa excubias, iniunxitque Præfecto vigilum vt priuilegia Vniuerſitatis illibata ſeruaret, nec ea infringi aut violari ſineret vllo pacto. Legitur autem hoc priuilegium in libris antiquis Procuratorum & Rectoris ſub hoc titulo. *Priuilegium Regale quod miles excubiarum iuret ſe ſeruaturum Priuilegia Vniuerſitati conceſſa.*

PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex, Dilecto Simoni de Parrigniaco Militi noſtro Gueti Pariſius ſalutem. Mandamus vobis quatinus priuilegia Magiſtrorum & Scholarium Vniuerſitatis Pariſienſis de quibus per expoſitionem Originalis ipſorum fecerunt vobis fidem, iuretis vos firmiter ſeruaturos, nec facturos aliquid contra ipſa quæ & dum ad veſtri memoriam reducentur. Si verò de huiuſmodi priuilegijs copiam vobis exhibere noluerint, & inde cum Originali collationem fecerint coram vobis eadem iuxta ipſorum formam vobis exhibitam ſeruetis illibatam eiſdem in aliquo nullatenus detrahentes, & abſque contradictione iuretis ſimpliciter, vel ea iuxta tenorem ipſorum quem recepe-

» ritis, ſicut præmittitur, inuiolabiliter ſeruaturos. Datum apud Credulium die
» 23. Aprilis an. 1311.

Eodem anno lis Bonifaciana terminatur, Rex Philippus inſons culpæ declaratur, Nogaretus qui Bonifacium ceperat, ad expeditionem Terræ ſanctæ damnatur; & poſt diligentem Bonifacianæ electionis examinationem, tandem verè fuiſſe Pontifex declaratur. Quæ omnia habentur fusè in hiſtoria huiuſce diſſidij per Fratres Puteanos an 1655. apud Sebaſtianum & Gabrielem Cramoiſy edita, vt autem litis huiuſce deciſio pateret omnibus, hanc edidit Bullam Clemens Pontifex Auenioni 27. April.

Decisio litis Bonifacianæ.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Vniuerſis Chriſti fidelibus præſen-
» tes litteras inſpecturis ſal. & Apoſt. benedictionem Chariſſimo in Chriſto filio
" noſtro Philippo Regi Francorum illuſtri noſtras concedimus litteras, quarum
" tenor ſequitur in hunc modum. Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad
" certitudinem præſentium & memoriam futurorum, Rex gloriæ virtutum D.
" Iesvs Christvs, cui à Patre data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, cœ-
" leſtia pariter & terrena ſalubri moderamine dirigens ac perpetua ratione gu-
" bernans, vt in ſignum ſupernæ potentiæ, qua tanquam Dei virtus & ſapientia
" ſuauiter vniuerſà diſponit, ſuæ ineffabilis oſtenderet opera Maieſtatis, in huius
" orbis orbita diuerſa Regna conſtitui, diuerſorum populorum regimina ſecun-
" dum diuiſiones Linguarum & gentium ſtabiliuit. Inter quos ſicut Iſraëliticus
" populus in ſortem hæreditatis Dominicæ ad Diuina myſteria & beneplacita
" exequenda cœleſtis judicio electionis aſſumptus fuiſſe dignoſcitur; ſicut regnum
" Franciæ in peculiarem populum electum à Domino in executione mandatorum
" cœleſtium ſpecialis honoris & gratiæ titulis inſignitur. Ipſius namque Regni
" Reges à progenie in progenies zelo Catholicæ fidei inardentes ac ſacroſanctam
" Rom. Eccleſiam Matrem fidelium præcipuis venerantes honoribus nunquam ab
" ipſius rectitudine fidei deuiarunt, quin potius pro ipſius conſeruatione fidei &
" Eccleſiæ defenſione prædictæ Reges & incolæ dicti Regni ſe & ſua exponere, ac
" nonnunquam proprium fundere ſanguinem minimè dubitarunt, ſicut & geſto-
" rum antiquitas & ſacrorum authoritas Canonum manifeſtè declarant. Dignè
" igitur ad Regnum ipſum eiuſque Reges & homines aciem paternæ conſideratio-
" nis extendimus multoque deſiderio ducimur & cura ſolicita procuramus, vt
" Reges & populi dicti Regni per ſucceſſus temporum erga Deum & Eccleſiam in
" plenitudine deuotionis & fidei magis ac magis efferueant, in laudabilium ope-
" rum deuotione concreſcant, & per ſemitas mandatorum Domini de bono ſem-
" per in melius incedentes præſeruentur à noxiis, ſalutaria ſpiritualiter & tempo-
" raliter incrementa ſuſcipiant & pacis affluant vbertate. Sanè ex parte chariſſi-
" mi in Chriſto filij noſtri Philippi Regis Francorum Illuſtris fuit expoſitum co-
" ram nobis, quod ſignificantibus olim ſibi frequenter & pluries nonnullis ſubli-
" mibus & magnæ authoritatis perſonis Bonifacium Papam VIII. prædeceſſorem
" noſtrum non per oſtium, ſed aliunde intraſſe in ouile Dominicum, Eccleſiam
" videlicet ſponſam Chriſti, ipſumque fore crimine prauitatis hæreticæ irretitum,
" quibuſdam ex perſonis ipſis ipſum ſuper hoc impetere ſeu denunciare volentibus
" ac requirentibus Regem ipſum tanquam fidei pugilem & Eccleſiæ defenſorem,
" vt cum ex vitioſo & illegitimo ingreſſu, progreſſu damnabili, peruerſis actibus,
" deteſtandis operibus & pernicioſis exemplis dicti Bonifacij ſtatus fidei & Eccle-
" ſiæ miſerabilibus diſpendiis & ærumnis, grauiſque ruinæ periculis ſubjaceret, ac
" vbi de hæreſi agitur, fidei & Eccleſiæ defenſatrix ſemper extiterit inclyta Do-
" mus ſua, pro declaratione veritatis huiuſmodi procuraret Generale Concilium
" conuocari. Rex ipſe qui pudenda patrio libenter pallio contexiſſet, denun-
" ciatorum & objectorum ipſorum frequentibus pulſatus inſtantiis & aſſiduis cla-
" moribus excitatus, eiuſque conſcientia tam per nonnullas ſublimes, graues &
" fide dignas perſonas, videlicet dilectos filios nobiles viros Ludouicum Ebroi-
" cenſem & Guidonem S. Pauli ac quondam Ioannem Drocenſem Comites aſſe-
" rentes præſtitis ad ſancta Dei Euangelia ab eis tacta corporaliter iuramentis, ſe
" præmiſſa credere eſſe vera & ea legitimè poſſe probari, quàm per alias quam-
" plures ſublimes & fide dignas perſonas ſtatus tam Eccleſiaſtici quàm mundani

eundem

eundem Bonifacium diuerſis hæreſum ſpeciebus infectum ac in profundo malo- «
rum poſitum & omnino incorrigibilem affirmantes ſuper iis vt decuit informata «
negotiorum conuocationis huiuſmodi Concilij Generalis pro declaratione ve- «
ritatis, vt videlicet dicti Bonifacij innocentia in hac parte clareſceret, ſicut teſte «
conſcientia exoptabat, aut ipſo Bonifacio, ſi denunciata & objecta contra eum «
forent veritate ſubnixa, tanquam illegitimo prorſus amoto & cunctis errori- «
bus, iniquitatibus & ſpurcitiis à Domo Domini procul pulſis de vero & legiti- «
mo Paſtore prouideretur Eccleſiæ ſanctæ Dei vnà cum Prælatis, Baronibus, «
Collegiis, Vniuerſitatibus, Communitatibus Ciuitatum & aliarum villarum, «
ac Clero & populo Regni ſui, nec non aliis Regibus & Principibus, Prælatis & «
aliis præcellentibus & magnæ authoritatis perſonis ſtatus tam Eccleſiaſtici quàm «
mundani, ac Communitatibus & Vniuerſitatibus Ciuitatum & aliarum villa- «
rum diuerſorum Regnorum & Climatum orbis terræ aliiſque ſibi adhærentibus «
ex feruore fidei & zelo Iuſtitiæ ac pro reformatione ſtatûs Eccleſiæ & generali «
bono totius Reipub. Chriſtianæ aſſumpſit, deliberato conſilio ad laudem Di- «
uini nominis & exaltationem Catholicæ fidei promouendam, ipſiuſque pro- «
motioni conuocationis Concilij Generalis, vt ipſius prouiſione ſalubri memo- »
ratis obiectoribus audientia præberetur, ac ſuper obiectis ſciretur veritas ac «
ſtatueretur & fieret quod Iuſtitia ſuaderet, apud eundem Bonifacium dum vi- «
ueret, per ſolennes Nuncios Regios & poſt eius obitum apud bonæ memoriæ «
Benedictum Papam XI. Præcedeceſſorem noſtrum & eo ſublato de medio «
apud Nos ad Eccleſiæ præfatæ regimen licet inſufficientibus meritis diuina «
diſpoſitione vocatos, dum paulo poſt noſtræ Promotionis auſpicia Lugdu- «
ni nobiſcum pro huiuſmodi & Terræ ſanctæ & alijs negotijs arduis perſonaliter «
conueniſſet, ac Pictauis poſtmodum iteratis inſtantijs, vt videlicet per eundem «
Benedictum Prædeceſſorem noſtrum dum in humanis agebat, & poſt eius de- «
ceſſum per Nos etiam de præfati deliberatione Concilij conuocandi, ſi expe- «
diens videretur, ſuper denunciatis & obiectis huiuſmodi diſcuteretur veritas «
ac decerneretur, ac fieret quod cenſent & ſtatuunt Canonicæ ſanctiones, ope- «
roſis ſtudijs ac ſollicitudinibus inſtitit indefeſſis. «

Quare præfatus Rex nobis humiliter ſupplicauit, vt cum ſicut Denunciato- «
rum & Obiectorum prædictorum habebat aſſertio, ex certis cauſis exhibitionis «
Iuſtitiæ in hac parte moroſa protracto negotio fidei ac eiſdem Denunciatorbus «
& Obiectoribus diſpendioſa foret & periculoſa quamplurimum in negotio me- «
morato, procedere ac exhibere ſuper eo Iuſtitiæ plenitudinem dignaremur. «

Proponebatur autem in contrarium ex parte quorundam ſe offerentium de- «
fenſioni memoriæ & ſtatus Bonifacij memorati dictum Regem ex malignitatis «
& odij fomite potius quàm charitatis aut fidei vel Iuſtitiæ zelo procedere ad «
requiſitiones huiuſmodi faciendas, ipſumque denunciationes & obiectiones & «
aſſertiones prædictas calumnioſè fieri procuraſſe, ac Regem eundem & quoſ- «
dam ex Denunciatoribus & Obiectoribus ſupradictis auſu ſacrilego capi feciſſe «
Bonifacium memoratum, ac Denunciatores & Obiectores & Aſſertores eoſdem «
conſpiratores fuiſſe & eſſe dicti Bonifacij etiam inimicos capitales. Quibus «
præmiſſis & alijs multis rationibus dicebatur dictum Regem ſuper requiſitione «
prædicta nullatenus audiendum, ac Denunciatores & Obiectores prædictos ad «
denunciationes & obiectiones huiuſmodi non fore aliquatenus admittendos. «

Sed reſpondebatur è contra ex parte Regis, Denunciatorum & Obiectorum «
& Aſſertorum ipſorum quod ab ipſo primordio promotionis dicti Bonifacij ad «
ſummi Pontificatus apicem, memorato Regi per nonnullas ſublimes & præ- «
eminentis excellentiæ aliaſque fide dignas perſonas Eccleſiaſticas & munda- «
nas inſinuatum multociens fuerat, & diuerſis ſucceſſiuè temporibus auribus «
Regijs pluries inculcatum, quod præfatus Bonifacius per oſtium non intraſſet, «
quoque vitio labis hæreticæ & alijs nefandis criminibus irretitus ac poſitus in «
profundo malorum omnino incorrigibilis exiſtebat, ipſumque Regem vt tan- «
quam fidei pugil, Eccleſiæque defenſor imminentibus malis & ſcandalis reme- «
dijs occurret opportunis, fuiſſe cum inſtantia requiſitum. Sed Rex ipſe vt filius «
pudoratus, illius quem patris loco habebat, pudenda cernere veritus, auertens «
à prædictis inſinuationibus & denunciationibus aures ſuas, ipſum diutius pro- «

» pter honorem Eccleſiæ tolerauit & venerabatur vt patrem, donec perſonarum
» prædictarum frequentibus & continuatis inſtantijs & demum in publico Parla-
» mento Pariſius præſentibus Prælatis, Baronibus, Capitulis, Conuentibus, &
» Collegijs & Communitatibus & Vniuerſitatibus villarum Regni prædicti op-
» portunè & importunè pulſatus, cum vlterius vrgente conſcientiâ de præmiſſis
» vt præmittitur informata, abſque Dei offenſa diſſimulare non poſſet, nec ſine
» grauibus ſcandalis & periculis tolerare, de Prælatorum & Baronum ac Capitu-
» lorum, Conuentuum, Collegiorum, Communitatum & Vniuerſitatum villa-
» rum Regni præfati, nec non Magiſtrotum in Theologia ac Profeſſorum vtriuſ-
» que Iuris, & aliarum ſapientum & grauium perſonarum diuerſorum Regnorum
» & Partium deliberato conſilio non ex odij fomite, non typo malitiæ, ſed zelo
» fidei neceſſitate cogente promotionem vt prædicitur, aſſumpſit negotij ſupra-
» dicti. Nec præfatum Bonifacium capi, nec aggreſſionem vel inſultum in eum,
» vel eius domum fieri mandauit vel fecit. Sed denunciationes & obiectiones
» prædictas ſibi per Guillelmum de Nogareto Militem & alios Nuncios ſuos ad
» hoc ab eo cum patentibus & expreſſis litteris Regijs deſtinatos duntaxat inſi-
» nuari præcepit, & peti ab eo ſuper ijs Generale Concilium conuocari. Et ſi
» dictus Guillelmus circa perſonam vel domum dicti Bonifacij vel aliàs in com-
» miſſis aliqua commiſit illicita, diſplicuerunt & diſplicent dicto Regi, nec ea
» rata vel grata vnquam habuit, neque habet. Adijciebatur etiam Denunciato-
» res & Obiectores prædictos de hæreſi, illegitimo ingreſſu, & alijs criminibus
» ſupradictis à longè retro lapſis temporibus per nonnullas graues & fide dignas
» perſonas inſtructos & informatos fuiſſe, ipſoſque ad denunciationes & obiectio-
» nes eaſdem apud præfatum Regem, cùm ad prælibatum Bonifacium tunc adi-
» tum commodè habere non poſſent, in publicum deferendas, non ex odio præ-
» concepto, cum tunc ipſos in nullo dictus Bonifacius offendiſſet, non ex fer-
» mento malitiæ, ſed potius ex feruore fidei & zelo Iuſtitiæ proceſſiſſe, & earum
» proſecutioni etiam nunc inſtare parati, eas ſecundum formam iuris legitimè
» proſequi & probare.

» Nos autem cum fratribus noſtris matura & frequenti ſuper hoc delibera-
» tione præhabita conſiderantes attentius & infra clauſtra pectoris meditatione
» ſollicita reuoluentes, quod prætacti negotij proſecutio rigoroſa impeditiua ni-
» mis prædicti negotij Terræ ſanctæ & alijs grauibus onuſta diſpendijs & diuerſis
» vndique plena periculis exiſtebat, ſicut iam facti exordia indicabant, ac volentes
» tot & tantis malis & periculis, ne in ſegetem periculosè ſuccreſcerent, ſed præ-
» ciſis radicibus ſuo præfocarentur in ortu, ex debito Paſtoralis Officij ſolicitiùs
» prouidere, apud eundem Regem pluries diuerſis ſucceſſiuè temporibus atque
» locis duxerimus repetendam, ipſo tamen Rege ad Denunciatorum & Obiecto-
» rum prædictorum inſtantiam requiſitioni prædictæ vt prius nihilominus inſi-
» ſtente. Nos inter tot diuerſa & aduerſa in medio ſupra Iuſtitiæ ſolium conſti-
» tuti in tanto negotio non præcipitanter aut irruptiuè, ſed cum debita cautela
» & maturitate procedere cupientes diuerſos & varios in negotio ipſo per legiti-
» ma interualla dietum & temporum continuatis terminis fecimus Iuſtitia me-
» diante proceſſus. Et ne vel malignis aut falſis delationibus aditum nimis faci-
» lem pandere aut Denunciatoribus & Obiectoribus ſupradictis, ſi ſpiritu Dei
» aguntur, in diſpendium fidei viam præcludere vel negare iuſtitiæ videremur,
» non intendentes tamen Denunciatores & Obiectores prædictos, vel alterum
» eorundem, aut denunciationes vel obiectiones, vel aliqua propoſita per eoſ-
» dem admittere, niſi ſi provt & in quantum contra ſummos Pontifices viuos,
» vel mortuos admittendi forent & etiam admittendi iuxta SS. Patrum Decreta
» & Canonica Inſtituta, de motu & zelo Regis præfati circa requiſitionem hu-
» iuſmodi & Aſſertorum ac Denunciatotum & Obiectorum prædictorum circa
» aſſertiones, denunciationes & obiectiones præmiſſas duximus inquirendum;
» & demum competenti ſuper ijs inquiſitione præhabira comperimus, quod etſi
» etiam Aſſertores, Denunciatores & Obiectores prædictos ad aſſertiones, de-
» nunciationes & Obiectiones eaſdem & dictum Regem, qui ad eorum necnon
» aliarum ſublimium & grauium perſonarum frequentem & ſæpius repetitam
» inſtantiam ad requiſitionem prædictam ab initio præceſſerat, & nunc etiam

procedebat, extra omnem calumniam fuiſſe & eſſe, ac bono, ſincero, & iuſto «
zelo ex feruore Catholicæ fidei proceſſiſſe, de fratrum noſtrorum conſilio au- «
thoritate Apoſtolica pronunciamus, dicimus atque decernimus & tenore præ- «
ſentium declaramus. «

Cæterum Guillelmus de Nogareto præfati Regis miles in noſtra, & fratrum «
noſtrorum præſentia in publico Conſiſtorio perſonaliter conſtitutus in iure «
confeſſus eſt & conſtanter aſſeruit ſe nunquam ex parte dicti Regis ſuper ca- «
ptione, aggreſſione vel inſultu factis in dictum Bonifacium vel domum eiuſ- «
dem habuiſſe mandatum, nec ipſius Regis mandato vel conſcientia porceſſiſſe «
ad ea quæ circa factum captionis, aggreſſionis & inſultus huiuſmodi imponun- «
tur eidem, ſed cum ad notificandum eidem Bonifacio denunciationes & obie- «
ctiones præmiſſas & petendum ab ipſo conuocationem Concilij Generalis fuiſ- «
ſet, vt dicebat, ex parte Regia, ſolummodo deſtinatus, ac propter auſterita- «
tem ipſius Bonifacij ac illatas minas & paratas inſidias eidem Guillelmo ex «
parte ipſius Bonifacij tutus ſibi ad eundem Bonifacium aliter aditus non pate- «
ret, ipſe Guillelmus fidelium & deuotorum Eccleſiæ Comitiuâ vallatus & ful- «
tus auxilio ad domum ipſius Bonifacij quam inhabitabat Anagniæ, armis pro «
ſui tuitione munitus, accedens intrauit ad ipſum, ac aſſertiones, denunciatio- «
nes & obiectiones prædictas eidem inſinuans & exponens petijt ab ipſo ſuper ijs «
Generale Concilium conuocari, quod ante per ſuas litteras publicè diuulgatas «
& valuis Eccleſiarum affixas denegauerat, & tunc etiam concedere noluit legiti- «
mè requiſitus, ſic Iudicij ſubterfugus ſe ipsũ conſtituens in cõtumacia manifeſta, «
nec iniecit aut injici permiſit à quoquam manus violentas in eum, quin potius «
ipſum à manibus illorum qui ſanguinem eius immaniter ſitiebant, eripiens, à «
morte defendit & conſeruauit illæſum. Adiecit inſuper dictus Guillelmus præ- «
fatum Bonifacium poſt appellationes ſeu prouocationes tam ex parte Regis, «
Prælatorum, Baronum, & aliorum prædictorum, quàm præfati Guillelmi ad «
dictum Generale Concilium, quod eidem Bonifacio præerat in hoc caſu, legi- «
timè interiectas, ne quid in præiudicium præfati negotij contra eum per ap- «
pellationes prædictas aſſumpti quomodolibet attentaret, nonnulla grauia eiſ- «
dem ſpretis appellationibus ſeu prouocationibus attentaſſe, ad grauiora de die «
in diem attentanda ſeu peruerſitatis exponendæ conatus, ex quibus non ſolum «
Regis & Regni prædictorum, qui fidei zelatores & Eccleſiæ defenſores eſſe noſ- «
cuntur, irreparabilis & periculoſa turbatio, verum etiam vniuerſalis Eccleſiæ «
diſcriminoſa mutatio & alia infinita pericula & ſcandala in ianuis ſequebantur, «
ſeque & Eccleſiam ſanctam Dei quatenus erat in ſe, proſtrare præcipiti furia «
feſtinabat, niſi ſibi diuinæ prouiſionis auxilio fuiſſet occurſum. Quibus & alijs «
multis rationibus aſſerebat dictus Guillelmus ſe ſincero iuſtoque zelo Dei & fi- «
dei, necnon pro neceſſitate defenſionis Eccleſiæ tunc inſtanti & præcipuè Do- «
mini patriæque ſuorum, videlicet dictorum Regis & Regni quidquid fecerunt «
apud Anagniam ipſe ſequaceſque ſui piè iuſtè licitoque iure feciſſe, nec aliquid «
in hac parte illicitum attentaſſe. Et ſi quid de theſauro Eccleſiæ diſperſum, ra- «
ptum vel deperditum fuerar, aut alia quæuis illicita in prædictis vel circa ea «
quomodolibet perpetrata fuerant vel commiſſa, diſplicuerunt admodum, & «
diſplicebant eiſdem, eiſque inuitis & renitentibus toto poſſe fuerant attentata. «
Propter quod dicto Guillelmo ſequacibuſque prædictis, qui rei licitæ dederunt «
operam & ao perſonæ tuitionem dicti Bonifacij ac conſeruationem theſauri Ec- «
cleſiæ & tollenda ſcandala quandiu moram traxerunt ibidem, quam potuerunt «
diligentiam adhibere curarunt, nihil ad malum vel culpam in præmiſſis, vt dice- «
bat idem Guillelmus, imputari quomodolibet, vel adſcribi poterat, vel debebat. «

Vnde nos de ſæpè fati Regis innocentiâ in hac parte tam per confeſſionem «
& aſſertionem præfati Guillelmi, quàm aliàs ſufficienter inſtructi, pronuncia- «
mus, dicimus atque decernimus, & authoritate prædicta & Fratrum præfatorum «
conſilio, tenore præſentium declaramus Regem ipſum ſuper captione, aggreſ- «
ſione & inſultu prædictis, ac diſperſione & amiſſione theſauri & aliis quæ in «
conflictu vel facto captionis dicti Bonifacij aut aggreſſione vel inſultu prædictis «
ipſi Guillelmo impoſitis quomodolibet contigerunt, innocentem penitus & in- «
culpabilem fuiſſe ac eſſe. «

Digitized by Google

» Quibus pronunciationibus, declarationibus & decretis per nos, vt præmittitur, factis & habitis, cum in negotio memorato vellemus vlterius Iuſtitia mediante procedere, ne cauſa fidei indiſcuſſa diutius remaneret, illi qui defenſioni memoriæ & ſtatus dicti Bonifacij ſe, vt præmittitur, offerebant, negotium defenſionis huiuſmodi in Officij noſtri mera & libera poteſtate ſponte ac liberè dimiſerunt. Ac demum præfatus Rex præmiſſa pericula conſideranter attendens tanquam benedictionis & gratiæ filius, progenitorum ſuorum qui ſe ſemper ipſius Eccleſiæ beneplacitis coaptarunt, veſtigia clara ſequens, pro ſe ac vniuerſis Regnicolis Regni ſui cuiuſcunque ſtatus ac conditionis exiſtant, noſtris in hac parte requiſitionibus de abundantia Regalis clementiæ per effectum operis acquieuit. Præfati quoque Denunciatores & Objectores ad inductionem dicti Regis factam eiſdem ad preces noſtras per nos, vt præmittitur, ipſi Regi porrectas, authoritate noſtra interueniente, noſtris circa id beneplacitis finaliter aſſenſerunt, negotium huiuſmodi & proſecutionem ipſius, noſtræ & Eccleſiæ cognitioni, deciſioni, ordinationi, & diſpoſitioni liberè relinquentes, prout per patentes Regias, ac Denunciatorum, Obiectorum ac aſſertorum prædictorum litteras, quas ad cautelam & memoriam rei geſtæ in ipſius Eccleſiæ Archiuo repoſitas ſeruari fecimus, planè conſtat.

» Nos itaque manſuetudinem Regiam ac expertam in iis deuotionis & reuerentiæ filialis gratitudinem, quas pro tot ac tantis malis & periculis euitandis dicto Regi diuinitus credimus inſpiratas, plenis in Domino laudibus commendantes Regi Cœleſti, in cuius manu corda ſunt Principum, & à quo tantum bonum non ambigimus proceſſiſſe, cùm ab ipſo bona cuncta procedant, laudes & gratias profundæ humilitatis ſpiritu, totoque deuotionis animo exhibemus, ac motum & zelum dicti Regis in hac parte ex feruore fidei, quem Rex ipſe à Progenitoribus ſuis hæreditario quaſi iure traxiſſe dignoſcitur, prodeuntem non immerito approbantes, & ſonoris laudum efferentes præconiis, ac volentes præfato Regi & ſuis aduerſus futura pericula ſic plenè proſpicere, & aliàs in hac parte ad honorem Dei & Eccleſiæ ſic vtiliter & ſalubriter prouidere, quod inclytæ Domus & Regni Franciæ fama celebris, ſuique nominis claritas vbique diuulgata per orbem, nullis obloquentium morſibus, vel vllorum canum latratibus, qui vel ex ignorantia veritatis, aut propriæ malignitatis aſtutia vel inuidiæ ſtimulis concitati malum in bono præſumunt & prædicant, imposterum pateat, ſed in ſui ſplendore luminis ſemper illibata perſiſtat, vitentur jam experta pericula, ac tot & tantis malis & ſcandalis jam præuiſis, quæ ex præteritorum commemoratione, refricatione vel recidiua iteratione quacunque veriſimiliter ſequi poſſent, imposterum via præcludatur omnino, ac charitatis, vnitatis ac pacis fœdera, quæ inter præfatam Eccleſiam, ac Reges & Regnum Franciæ hactenus diuina fauente clementia viguerunt & vigent, in ſui vigoris & roboris firmitate de bono ſemper in melius illibata perpetuis temporibus obſeruentur, omnes ſententias latas ab homine, vel à iure, conſtitutiones, declarationes non incluſas in 6. libro Decretalium, in quantum præiudicant vel poſſent præiudicare, honori, ſtatui, iuribus, & libertatibus dictorum Regis & Regni, Regnicolis, Aſſertoribus, Denunciatoribus, delatoribus, fautoribus, adhærentibus ac valitoribus antedictis, duabus Conſtitutionibus quæ non ſunt incluſæ in eodem libro, quarum vna incipit *Vnam ſanctam*, & alia *Rem non nouam* quas ſecundū moderationes alias per nos factas & non aliter intelligi volumus, & ſecundum moderationē earum eaſdem ipſas volumus in ſuo robore remanere, exceptis, nec non priuilegiorum reuocationes & ſuſpenſiones, ac quoſlibet proceſſus ſuſpēſionum, excommunicationum, interdictorum, priuationum, depoſitionum, & alios quoſcunque proceſſus iuris vel facti, verbo vel litteris, in ſcriptis vel ſine ſcriptis directè vel indirectè, principaliter vel incidenter, implicitè vel explicitè, publicè vel occultè contra dictum Regem, liberos & Fratres ipſius & Regnum Franciæ, ſtatum, iura & libertates eiuſdem pro quibuſcunque factis, cauſis vel occaſionibus, aut exquiſitis coloribus vel figmentis quibuſcunque præteritis temporibus, nec non contra Denunciatores, Obiectores & Aſſertores prædictos, ac Prælatos, Barones & alios incolas & habitatores Regni eiuſdem quibuſcunque temporibus cauſa vel occaſione prædictarum aſſertionum, denunciationum,

Digitized by Google

propoſitionum, objectionum, prouocationum, appellationum, petitionum ſeu «
requiſitionum conuocationis Concilij Generalis, blaſphemiarum, injuriarum «
dictarum vel factarum contra dictum Bonifacium quoquomodo, vel captionis, «
aggreſſionis, vel inuaſionis domus perſonæve ſuæ, diſperſionis & amiſſionis «
theſauri & aliorum quæ in facto Anagniæ vel alibi vbicunque occaſione præ- «
miſſorum quomodolibet contigerunt, vel cauſa ſeu occaſione dicti Regis, aut «
occaſione diſcordiæ quam habuit contra ipſum Regem Bonifacius prædictus, «
ſeu cauſa vel occaſione aliquorum emergentium vel contingentium, ſeu quæ «
contingere potuerunt ex eiſdem, ac etiam contra adiutores, valitores in præ- «
miſſis ſeu ea tangentibus ipſius Regis, vel ſibi quomodolibet adhærentes, vi- «
uos vel mortuos cuiuſcunque Nationis, præeminentiæ, honoris, ordinis, dig- «
nitatis aut ſtatus Eccleſiaſtici vel mundani exiſtant, etiamſi Cardinalatûs, Ar- «
chiepiſcopali, Imperiali vel Regali dignitate præfulgeant, tam per dictum Bo- «
nifacium, quàm per quoſcunque alios in vita vel poſt mortem ipſius authoritate «
ſua, quàm per memoratum Benedictum immediatum ſucceſſorem ſuum, pro «
factis, cauſis vel occaſionibus antedictis factos & habitos à Feſto Sanctorum «
omnium quod fuit anno Natiuitatis Dominicæ 1300. citra, ſi qui ſint vel fue- «
rint, ad cautelam relaxamus, reuocamus, irritamus, annullamus, caſſamus, & «
exnunc nullos, caſſos & irritos nuntiamus ex certa ſcientia de Fratrum no- «
ſtrorum conſilio & de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. Et ſi quævis calum- «
nia, macula ſiue nota ex præmiſſis denunciationibus, objectionibus, aſſertio- «
nibus, aut quibuſcunque contumeliis, blaſphemiis, injuriis, verbis vel factis, «
in ſcripturis priuatis vel famoſis libellis, occultè vel publicè eidem Bonifacio, «
in vita eius vel poſt mortem illatis, aut earum publicatione, aſſumptione vel «
proſecutione aut culpa, offenſa aut injuria qualibet, ſeu infamia juris vel fa- «
cti præfato Regi, poſteritati ſuæ, aſſertoribus & denunciatoribus ac objecto- «
ribus, Prælatis, Baronibus vel aliis indigenis, incolis & habitatoribus dicti «
Regni, nec non adjutoribus, valitoribus & adhærentibus prędictis, aut aliqui- «
bus ex eis aut aliis conſentientibus, mandantibus, vel ratum habentibus, opem, «
conſilium, auxilium, vel fauorem prębentibus, quoquo modo viuis vel mor- «
tuis perſonis infra nominatis exceptis, ex captione, inſultu & aggreſſione præ- «
dictis, aut ex rapina, ſeu perditione theſauri Eccleſiæ, aut ex aliis quibuſcunque «
quæ in conflictu vel facto captionis, inſultus, aggreſſionis prędictorum, vel «
aliàs ipſorum occaſione, vt præmittitur, contigerunt, impingi, imponi vel «
imputari poſſint impoſterum quoquo modo huiuſmodi calumnias, notas, ma- «
culas, injurias, infamiam, actiones, querelas & offenſas, ſi quæ forſan ſint «
vel eſſe poſſint impoſterum, totaliter abolemus & tollimus, & etiam ad cau- «
telam penitus amouemus, & ſententias, emendas, mulctas & pœnas, ſi quæ «
ſint, pro eis impoſitas vel inflictas ab homine vel à iure, & quæ imponi vel «
infligi poſſint in poſterum, etiamſi ſupponerentur vel dicerentur captio præ- «
dicta, vel aliqua de præmiſſis facta nomine dicti Regis, valitorum, adiutorum «
vel adhærentium prædictorum, aut ipſis mandantibus vel procurantibus vel «
ratum habentibus, aut ſub vexillo ſuo, aut inſigniis armorum ſuorum, prorſus «
amouemus & tollimus, & etiam ad cautelam omnino remittimus & quittamus, «
ac Regem ipſum & Regnum prædictum, aſſertores, denunciatores & obiecto- «
res, Prælatos, Barones ac Clerum & populum dicti Regni, necnon valitores «
& adiutores & adhærentes & alios ſupradictos in eum ſtatum in omnibus & per «
omnia, ſi forſan ipſi vel eorum aliqui quomodolibet egeant, perſonis inferius «
nominandis duntaxat exceptis, reponimus, reſtituimus, & plenè reducimus, in «
quo Rex ipſe & alij ſupradicti erant ante omnia ſupradicta iuxta diſtinctiones «
perſonarum, factorum, cauſarum & temporum ſuperius aſſignatas; ita quod «
Rex ipſe, poſteritas ſua & Regnum prædictum, aſſertores, denunciatores, & «
objectores, Barones & alij ſupradicti, aut aliqui, ſeu quiuis ex eis (exceptis «
duntaxat infra nominatis perſonis) ex calumnia, notis, maculis, captione, «
aggreſſione, inſultu, rapina ſeu deperditione theſauri, culpis, injuriis vel of- «
fenſis, blaſphemiis, ſententiis vel proceſſibus, vel quibuſcunque aliis ſupradictis «
deinceps notari vel impeti nequeant, nec ſententiæ aut proceſſus huiuſmodi «
contra ipſos vel quemvis ex eis aliquem poſſint habere vigorem, effectum aut «

» roboris firmitatem. Et quia præteritorum conſideratio circa futura vitanda
» pericula prouidâ circumſpectione nos inſtruit, & reddit, nec immeritò cautio-
» res, nos eorum quæ tantis periculis atque malis cauſam vel occaſionem dediſſe
» noſcuntur, ſic volentes abolere memoriam, quod nullum ex eorum comme-
» moratione, refricatione, iteratione, vel repetitione quacunque recidiui mali
» periculum impoſterum ſequi poſſit, ſententias, Conſtitutiones, Declaratio-
» nes, Priuilegiorum reuocationes, ſuſpenſiones, excommunicationes, inter-
» dicta, priuationes, depoſitiones & proceſſus prædictos de libris Capitularibus &
» Regiſtris Eccleſiæ Rom de Fratrum noſtrorum conſilio omnino tolli & penitus
» mandauimus aboleri, diſtrictius inbibentes, ne quis cuiuſcunque præeminen-
» riæ, dignitatis, Ordinis, conditionis aut ſtatus Eccleſiaſtici, vel mundani
» exiſtat, etiamſi Cardinalatûs, Arcbiepiſcopali vel Epiſcopali dignitate præ-
» fulgeat, ſententias, Conſtitutiones, declarationes, priuilegiorum reuoca-
» tiones, ſuſpenſiones, excommunicationes, Interdicta, priuationes, depoſi-
» tiones & proceſſus prædictos in ſcriptnris publicis vel priuatis, originalibus,
» tranſcriptis copijs vel exemplaribus retinere penes ſe, aut quomodolibet oc-
» cultare, aut alijs communicare vel tradere quoquo modo præſumar, ſed In-
» ſtrumenta, munimenta, litteras, ſcedulas, originalia, copias, exemplaria vel
» membranas & alias quaſcunque ſcripturas publicas vel priuatas, ſententias
» & proceſſus duntaxat continentes prædictos penitus deſtruant & conſumant,
» ac de libris Capitularijs & Regiſtris ſuis prædicta amoueant & tollant omnino:
» alioquin in omnes illos qui noſtris infra 4. menſes poſtquam ad eorum noti-
» tiam peruenerit & tempus lapſum fuerit, infra quod prædicta feciſſe potue-
» rint, in bac parte non paruerint plenè mandatis, vel contra præmiſſa fecerint,
» vel aliquod præmiſſorum, excommunicationis ſententiam promulgamus. A
» qua per neminem niſi per Sedem Apoſtolicam poſſint niſi duntaxat in mortis
» articulo abſolutionis beneficium obtinere, non obſtantibus quibuſcunque pri-
» uilegjs, vel indulgentijs aut litteris Apoſtolicis quibuſuis dignitatibus, perſo-
» nis, Ordinibus aue locis regularibus vel ſecularibus generaliter & ſingulariter
» ſub quacunque verborum forma vel expreſſione conceſſis, quæ nolumus ali-
» quibus in præmiſſis quomodolibet ſuffragari. Eo ſaluo, quod per dictas inqui-
» ſitiones, quas ſuper zelo & motu Regis Denunciatorum & Obiectorum præ-
» dictorum duntaxat fecimus, cognitionem principalis negotij non tangentes,
» nec tangere intendentes, aut per præfatas Pronunciationes, declarationeſue
» exinde ſecutas, aut per aliqua de præmiſſis veritati negocij principalis & pro-
» ſecutioni ex noſtro Officio vel aliàs faciendæ nullum præiudicium generetur.
» Hoc etiam ſaluo quod ſi contingat aliquem vel aliquos qui admitti debeant,
» apparere ad accuſandum, denunciandum vel impetendum ſeu teſtificandum
» ſuper præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum etiam Nobis ex Officio procedenti-
» bus contra Bonifacium memoratum vel memoriam eius, contra illum vel illos
» Officiō noſtro defendentibus vel defendere volentibus qui admitti debeant
» contra dictum Bonifacium vel memoriam ipſius, ſint ſaluæ omnes defenſio-
» nes, & exceptinnes legitimæ tam inimicitiarum quàm aliæ ſi quæ ſint, Regem,
» filios, fratres, Regnum, Denunciatores & Obiectores prædictos non tan-
» gentes.

» Porro dictum Guillelmum de Nogareto, Raynaldum de Suppino milites,
» Tbomam de Motolo, Robertum filium dicti Raynaldi, Petrum de Genezano,
» Stephanum filium eius, Adenulfum & Nicolaum natos quondam Matthiæ,
» Giffredum Buſſa, Orlandum & Petrum de Luparia Ciues Anagnienſes milites,
» Sciaram de Columna, Ioannem filium Landulphi, Goinfredum natum Ioan-
» nis de Secano & Maximum de Trebis, qui captioni dicti Bonifacij ac aggreſſio-
» ni vel inſultui prædictis, rapinæ ſeu deperditioni theſauri prædicti interfuiſſe
» dicuntur, necnon Ciues Anagnienſes ſub generalitate valitorum, adiutorum
» & adhærentium prædictorum, vel aliquarum clauſularum, vel quoruncunque
» verborum ſuperius expreſſorum quantum ad ea quæ circa captionem dicti Bo-
» nifacij, aggreſſionem & inſultum domus ſuæ, ac rapinam & deperditionem
» theſauri dictis Guillelmo Raynaldo & alijs ſupradictis impoſita & alia quæ in
» facto Anagniæ quomodolibet contigerunt, nec intelligimus nec volumus com-

Digitized by Google

prehendi, cum circa prædictos nominatim expreſſos quoad hoc Intendamus, «
per viam aliam condignæ prouiſionis remedium adhibere. Nulli ergo omni- «
no hominum liceat hanc paginam noſtræ Inquiſitionis, pronunciationis, de- «
clarationis, relaxationis, reuocationis, irritationis, annullationis, caſſationis, «
abolitionis, amotionis, remiſſionis, quitationis, repoſitionis, reſtiturionis, «
reductionis, promulgationis, inhibitionis, voluntatis & Conſtitutionis infrin- «
gere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſum- «
pſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius «
ſe nouerit incurſurum. Datum Auenioni 5. Kal. Maij Pontif. noſtri an. 6. «

Et licet dictus Guillelmus de Nogareto ipſius Regis miles à pluribus con- «
tentis in prædictis litteris & eorum effectu, ſpecialiter, vt præmittitur, exclu- «
datur, ſiuè excipiatur, Nos conſiderantes quod licet ipſe aſſerat ex ijs quæ in «
perſona vel erga perſonam dicti Bonifacij Prædeceſſoris noſtri & ingreſſu do- «
mus ſuæ cum multirudine armarorum & occupatione ac rapina theſauri Eccle- «
ſiæ Anagniæ facta fuerunt ſe pluribus rationibus, quas ſe probaturum offe- «
rebat, non teneri, nec propter præmiſſa vel illa, ad quæ idem Benedictus Præ- «
deceſſor noſter ratione præmiſſorum contra eum proceſſit excommunicationis, «
ſeu excommunicationum ſententijs ſe fore ligatum: quia tamen cum inſtanti «
inſtantia humiliter & deuotè à nobis impertiri ſibi ſuper huiuſmodi petijr ab- «
ſolutionis beneficium ad caurelam, offerens ob Diuinam, Eccleſiæ & noſtram «
reuerentiam, pœnitentiam quam ei duxerimus iniungendam ſuper prædictis, «
ſe ad cautelam recepturum ac etiam completurum. Nos volenies ſaluri ſuæ «
animæ prouidere necnon conſideratione ipſius Regis pro ipſo in hac parte «
cum inſtantia ſupplicantis, ipſum ab omnibus ſententijs ſupradictis abſoluimus «
ad cautelam & iniungimus ſibi pœnitentiam ad cautelam. Videlicet quod in «
proximo paſſagio generali transfretet perſonaliter cum equis & armis in ſub- «
ſidium Terræ ſanctæ, ibidem in dictæ terræ ſubſidium perpetuò moraturus, «
niſi à nobis vel ſucceſſoribus noſtris ſuper abbreuiatione temporis gratiam me- «
ruerit obtinere. Volumus etiam quod interim peregrinationes perſonaliter «
faciat infra ſcriptas, videlicet quod viſitet B. Mariæ de valle viridi, de rupe ama «
toria Anicienſ. de Bolonia ſupra Mare, Carnotenſ. S. Ægidij & de monte «
maiori Eccleſias ac limina B. Iacobi Compoſtellani, ipſumque dummodo pœ- «
nitentiam huiuſmodi deuotè ſuſceperit & peregerit cum effectu dum viram «
duxerit in humanis, vel eo mortuu hæres eius, prædictarum relaxationum, re- «
uocationum, irritationum, annullationum, caſſationum, denunciationum, «
abolitionum, amotionum, ſublationum, remiſſionum, quittationum, reſti- «
tutionum, repoſirionum, reductionum, & aliorum omnium & ſingulorum ef- «
fectuum, prouiſionum & ſecuritatum prædictarum ſecundum diſtinctiones «
perſonarum, factorum, cauſarum, & temporum in prædictis noſtris litteris «
comprehenſas, de fratrum noſtrorum conſilio & de plenitudine Apoſtolicæ «
poteſtatis participem efficimus & conſortem, omnes & ſingulos effectus huiuſ- »
modi in eum ſecundum diſtinctiones eaſdem plenariè transfundendo, volentes «
& authoritate prædicta tenore præſentium concedentes, quod ipſe omnibus «
& ſingulis effectibus ſecuritarum & prouiſionum Ipſarum exceptione non ob- «
ſtante prædicta, perpetuò & plenè gaudeat & vtatur, exceptionem eandem «
tollentes & amonentes omnino ac haberi volentes pro non apperita vel adie- «
cta dum tamen pœnitentias ſupradictas vt prædicitur, acceptauerit & pere- «
gerit ipſe vel hæres eius cum effectu. Alioquin ipſum ſi pœnirentias ipſas hu- «
militer acceptare neglexerit, & ipſe vel eius hæres efficaciter adimplere, præ- «
dictarum relaxationum, reuocarionum, irritationum, annullationum, caſſa- «
tionum, denunciationum, abolitionum, amotionum, ſublationum, remiſ «
ſionum, quittationum, reſtitutionum, repoſitionum, reductionum & aliorum «
effectuum, ſecuritarum & prouiſionum ipſarum eo ipſo ipſe & hæres ſuus com- «
modo careant & effectu, ac ipſos quoad captionem, aggreſſionem & inſultum «
prædictos, rapinam ſeu deperditionem Theſauri Eccleſiæ & alia omnia ſeu ſin- «
gula quæ in facto Anagniæ contigiſſe, aut ex eo ſecuta fuiſſe noſcuntur, perin- «
de haberi volumus, authoritate & de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, ac ſi «

» relaxationes, reuocationes, irritationes, annullationes, caſſationes, denun-
» ciationes, abolitiones, amotiones, ſublationes, remiſſiones, quittationes,
» reſtitutiones, repoſitiones, reductiones, & alij prædicti effectus nullatenus
» proceſſiſſent. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Auenioni 5. Kal. Maij,
» Pontific. noſtri an. 6.

In eodem Concilio agitata eſt Quæſtio Minoritarum de qua ſupra; de qua ſic ſcribit Ioannes à S. Victore. *Ibi facta fuit conſtitutio de re Minorum ad ſedandum ſchiſma inter eos ortum. Quidam enim ſeparabant ſe à modo communi viuendi, dicentes ſcilicet quod Regulæ S. Franciſci repugnabat. Cum ſecundum illam paupertas perfecta & victus parcitas voueantur: quibus non concordabat ædificiorum & veſtium pretioſitas & ciborum copia: vnde tales curtos habitus & viles aſſumpſerunt. Alij autem vocabant eos Sarrabaitas* & Excommunicatos, qui tamen à populo dicebantur *ſpirituales*; & tantùm in Prouincia Narbonenſi præualuerunt, quod de Conuentu Narbonenſi & Biterrenſi *alios expulerunt Populo fauente eis. Nec tamen ratione illius Conſtitutionis potuit illud ſchiſma extirpari vſque ad tempus Ioannis Papæ XXI. de quo infra.*

Fundatio Collegij Harcuriani.

Eodem anno tandem abſoluta eſt fundatio Collegij Harcuriani, qnam M. Radulphns de Harcuria ann. 1280. inceperat; abſoluta, inquam, à M. Radulpho fratre (quem aliqui Robertum vocant) Conſtantienſi Epiſcopo, tumque ſtatuta condita numero 84. Scholares in Artibus ſtudentes inſtituti 28. & in Theologia 12. ſed pauperes, & aliunde non habentes vnde ſe in ſtudio Pariſienſi ſuſtentarent; quemadmodum Sorbonicæ & Nauarricæ Domus ſtatutis cauetur. Extant hæ litteræ fundationis.

» Vniuerſis hæc viſuris Radulphus permiſſione diuinâ Conſtantienſis Eccle-
» ſiæ miniſter humilis & Executor teſtamenti ſeu vltimæ voluntatis bonæ me-
» moriæ D. Radulphi de Haricuria quondam Archidiaconi de Conſtantino in
» Eccleſia Conſtantienſi ſalutem in Domino. Cum Nos de bonis executionis
» prædictæ ac nomine executorio tres Domos cum eorum pertinentijs ſituatas
» Pariſius in vico S. Coſmæ verſus portam quæ dicitur porta Inferni. Quæ
» quidem domus, domus Abrincenſis communiter nuncupatur, in perpetuum
» acquiſierimus, ac inſuper 200. libras Turon. amortizatas annui reditus capien-
» das ſupra Præpoſituram Cadomenſem emerimus nomine quo ſupra: proут
» in litteris ſuper præmiſſis confectis plenius continetur. Notum facimus quod
» Nos prædictas domos ducentaſque & quinquaginta libras Turonenſes annui
» reditus damus quantum poſſumus, deputamus, aſſignamus ac ordinamus no-
» mine quo ſupra, ad vſum, victum & ſuſtentationem pauperum Scholarium in
» Artibus & in Theologia ſtudentium ibidem inſtitutorum ac inſtituendorum
» ſecundum formam & ordinationem quæ in ſtatutis à nobis ſuper hoc editis
» plenius continentur. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus
» literis duximus apponendum. Datum in craſtino Natiuitatis beatæ Mariæ
» Virginis. an. 1311. Sequuntur Statuta.

STATVTA

STATVTA
COLLEGII HARCVRIANI.

I.

VNIVERSIS præſentes literas inſpecturis, Radulphus permiſſione diuina Conſtantienſis Eccleſiæ miniſter humilis, ac executor teſtamenti ſeu vltimæ voluntatis bonæ memoriæ Domini Radulphi de Haricuria, quondam Archidiaconi de Conſtantino in Eccleſia Conſtantienſi, Salutem in Domino.

Cum nos quaſdam domos ſituatas Pariſius in vico ſancti Coſmæ verſus portam quæ porta Inferni nuncupatur, ac quingentas libratas Turonenſes annui reditus amortizatas & capiendas ſupra Præpoſituram Cadomenſem ad vſum & ſuſtentationem pauperum Magiſtrorum & Scholarium in Artibus & in Theologia ſtudentium in dictis domibus inſtitutorum & inſtituendorum dederimus, deputauerimus, aſſignauerimus ac ordinauerimus, tam nomine noſtro quam executionis prædictæ.

Nos ad Regimen, vtilitatem & tranquillitatem dictorum ſtudentium ordinauimus omnia quæ ſequuntur.

Imprimis ſtatuimus quod ibi ponantur viginti octo Scholares pauperes ſtudentes in Artibus & in Philoſophia, quorum quatuor de Diœceſi Conſtantienſi, quatuor de Diœceſi Bajocenſi, & quatuor de Diœceſi Ebroïcenſi, & quatuor de Diœceſi Rothomagenſi in Normania duntaxat oriundi In quibus Diœceſibus, idem Dominus Radulphus, pro majori parte bona Eccleſiaſtica quæ percepit tempore quo viuebat, perpetuo aſſignantur, reſiduum de iiſdem Diœceſibus vel aliis & indifferenter de omni natione vndecunque docibiles & idonei poterunt inueniri. Et ordinamus quod quilibet eorundem Scholarium habeat tres ſolidos Pariſienſes qualibet ſeptimana, ſcilicet à Feſto ſancti Michaëlis vſque ad octauas Apoſtolorum Petri & Pauli & vltra, ſi ad hoc ſufficiant facultates.

II.

Item, ſtatuimus quod ibi ponantur ad minus duodecim pauperes ſeu magiſtri ſtudentes ſeu inſtruendi in Theologica Facultate, Quorum erunt perpetuo duo de Diœceſi Conſtantienſi, duo de Diœceſi Bajocenſi, duo de Diœceſi Ebroïcenſi, & duo de Diœceſi Rothomagenſi in Normania oriundi, alij indifferenter vt prius de omni Natione, & ordinamus quod quilibet ipſorum ſcholarium prædictorum habeat quinque ſolidos Pariſienſes pro qualibet ſeptimana.

III.

Item, ſtatuimus quod ſi aliquis dictorum ſtudentium de præfatis Diœceſibus decedat, vel recedat, vel amotus ſit ex cauſa aut vltra tres menſes ſine cauſa legitima ſe à dicta domo abſentauerit, tempore vacationum minimè computato, alius idoneus de Diœceſi vt ſupra de qua erat decedens, recedens vel amotus loco illius per Magiſtrum dictæ domus ſubrogetur, ita quod numerus prædictus Scholarium juxta ordinationem prius factam perpetuo conſeruetur.

IV.

Item ſtatuimus, quod Theologi ſeparatim viuant & cohabitent ab Artiſtis, videlicet in majori domo quæ eſt propinquior Eccleſiæ ſancti Coſmæ, & Artiſtæ in minori domo quæ eſt verſus portam Inferni, nec habeant aliquid commune in cohabitatione excepta Capella, in qua conuenient ad ſeruitium juxta ordinationem à Priore inferius annotato faciendam.

V.

Item ſtatuimus, quod prædictis ſtudentibus tam in Theologia quam in artibus ſeu Philoſophia naturali, cameræ aſſignentur per magiſtrum prout melius viderit expedire.

VI.

Item ſtatuimus, quod tam Theologi quam Artiſtæ ſimul comedant in prandio & in cæna, quilibet in aula ſibi deputata, ſecundum quod in aliis ſcholaribus Pariſienſibus eiuſdem conditionis extitit conſuetum.

VII.

Item ſtatuimus, quod nullus ſtudentium habeat proprium garcionem qui in domo jaceat vel manducet, ſed Theologi communes habeant & Artiſtæ ſimiliter, prout neceſſarium vel expediens videbitur eis & magiſtro dictæ domus.

VIII.

Item ſtatuimus, quod quæcumque perſona Eccleſiaſtica vel ſecularis dederit & aſſignauerit dictæ domui decem libras Turonenſes annui reditus amortizatas pro victu vnius Artiſtæ per totum annum, aut duodecim libras Pariſienſes pro victu vnius Theologi, ius habeat perpetuo & retineat ſibi & eius ſucceſſoribus præſentandi Magiſtro dictæ domus ſcholarem ſeu ſcholares vndecumque fuerint oriundi juxta numerum victus ſeu victuum acquiſitorum & aſſignatorum. Et ſi præſentatus idoneus vita & moribus & habilis ad proficiendum per eundem Magiſtrum inueniatur, tempore recipiatur, ſi vero ſecus fuerit, adhuc eadem perſona alium repræſentet & admittatur ſeu repellatur eo modo quo dictum eſt; ſi vero ſecunda vice repellatur præſentatus, ius præſentandi amittat & tunc Magiſter dictæ domus de perſona idonea prouideat iure illius qui conſtituit victum, iure præſentantis in aliis præſentationibus ſemper ſaluo. Ne tamen Magiſter domus ingerat difficultates vt prouiſio ad manum ipſius perueniat, ſtatuimus quod idem Magiſter habeat eligere de ciuitate vel Diœceſi de qua eſt, rationem originis vel domicilij ille qui conſtituit victum, ſi eſt ibi idoneus, alioquin de ciuitate & Diœceſi contiguis.

IX.

Item ſtatuimus, vt nullus Artiſta admittatur in dicta domo qui habeat duodecim libras Pariſienſes vel vltra in patrimonio ſeu beneficio Eccleſiaſtico annuatim exiſtendo in ſcholis, *nec aliquis Theologus qui habeat triginta libras Pariſienſes vel vltra annui reditus vt ſupra*, niſi legerit ſententias, & tunc non admittatur ſi ſexaginta libras Pariſienſes, vel vltra habeat annui reditus vt ſupra. Sed infra prædictas ſummas redituum poterit *dictus Magiſter ſecundum ſuam conſcientiam diſpenſare pro perſonis duntaxat ad proficiendum bene aptis.*

X.

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis ſcholaris idoneus vndecumque fuerit oriundus, deſideret cum dictis ſcholaribus habitare, recipiatur à nobis, vel à deputato à nobis quamdiu vixerimus. Et poſt deceſſum noſtrum à Magiſtro dictæ domus ſecundum quod loca domus ad hoc ſe potuerint extendere, ponendo burſam ſuam, ac conducendo cameram ſuam, ac emendo tantum de munitionibus, quantum reperietur tempore receptionis ſuæ proportione cuiuſlibet ſcholaris juxta æſtimationem Magiſtri & ſociorum.

XI.

Item ſtatuimus, quod ſi contingat reditus dictæ domus per nos vel alium augmentari vltra victum quadraginta ſcholaribus aſſignatum, dictus Magiſter ſcholares idoneos tam in Artibus quam in Theologia iuxta vires facultatum recipere valeat cuiuſcumque fuerint nationis burſas eiſdem aſſignando, prout eſt pro aliis ſuperius ordinatum. Volumus tamen quod ſi vnus Theologus de nouo inſtituatur, numerus artiſtarum duobus ſcholaribus augeatur.

XII.

Item ſtatuimus, *quod ſi aliquis Artiſtarum legerit in Artibus per triennium exiſtens in domo, vltra ibi non remaneat, ſed alius loco eius ſubrogetur in eadem.*

XIII.

Item, quod præfati ſcholares vtriuſque domus bis in anno ſcilicet prima

ſeptimana Nouembris & conſimili ſeptimana Aprilis ex tunc proximo futuri, *per Magiſtrum & Priorem viſitentur & ſi aliquis ipſorum inhabilis ad proficiendum fuerit propter mores ſuos, ſeu laudabiliter non profecerit, exinde abjiciatur omnino.*

XIV.

Ordinamus inſuper circa prædictorum communitatem ſpecialius & conjunctim; primo circa diuinum officium celebrandum, quod in ſolemnitatibus fiat in Capella dictarum domorum ſolenne ſcilicet ſeruitium videlicet Veſperarum, Matutinarum & Miſſarum.

XV.

Item, quod in omni vigilia Apoſtolorum, ſolemnium Martyrum & Confeſſorum & diebus Sabbati, aduentus Domini, fiat collatio in Capella poſt Veſperas celebratas.

XVI.

Item Preſbyter Hebdomadarius vnam Miſſam cito poſt pulſum ſancti Iacobi celebrabit cum nota die feſto, & in Sabbato de beata Virgine, vel alia die, ſi dies Sabbati fuerit occupata: cæteris autem diebus ſcilicet ſcolaſticis ſine nota, exceptis duntaxat diebus quibus determinabitur nimis mane. tunc enim non tenebitur donec poſt determinationem, celebrare, ſi tunc fieri poſſit competenter.

XVII.

Item quod bis in anno obitus fratris noſtri Radulphi de Harcuria celebretur ibidem die Veneris ante Cineres, & habebunt pro pitantia triginta ſolidos. Et die Veneris poſt Exaltationem ſanctæ Crucis & habebunt pro pitantia viginti ſolidos Pariſienſes. Et percipiet vnus Theologus contra duos Artiſtas in iſta pitantia portionem.

XVIII.

Et ad omnia prædicta tenebuntur omnes tam Theologi quam Artiſtæ perſonaliter intereſſe, ſub pœna vnius denarij, hoc excepto, *quod Artiſtas diebus legibilibus ad Miſſam nolumus obligari.*

XIX.

Secundo circa menſam & conuiuium prædictorum ſtatuimus, quod in egreſſu menſæ in vtraque domo fiat benedictio, videlicet per Preſbyterum Hebdomadarium apud Theologos & per Principalem in ſocietate Artiſtarum & in fine menſæ per eundem Hebdomadarium & per Subpræpoſitum Artiſtarum fiat redditio gratiarum ſecundum formam jam inceptam.

XX.

Item quod in majori comeſtione Theologorum lector leget de Biblia in principio conuiuij & in fine. Et in die feſto reportabit de ſermone, alias de collatione prouidebit. Et in fine menſæ reſumpto Themate dicet Tu autem Domine, &c. aliis vero diebus in parva comeſtione loco orationis dicet idem lector & Principalis Artiſtarum in omni prandio domus ſuæ. Omnis ſpiritus laudet Dominum. Tu autem, &c. Et tunc omnes Theologi ſurgent reddentes gratias ante imaginem Virginis Mariæ & Artiſtæ locis ſuis.

XXI.

Tertio circa victum communitatis Theologorum ſtatuimus quatuor officiales Hebdomadarios puta Preſbyterum, Clericum de Capella, Lectorem, & Præpoſitum ſeu diſpenſatorem.

XXII.

Et erit officium Preſbyteri dicere Veſperas, Matutinas, Miſſas cum benedictione menſæ & redditione gratiarum. Et ad iſtud officium tenebuntur omnes Sacerdotes burſales & non burſales per ordinem vicibus alternatis.

XXIII.

Officium Clerici de Capella erit poſt pulſum prædictum, campanam pro Miſſa pulſare, vinum, aquam & ignem quærere & adferre, & altare prout decet ornare cum auxilio Clerici de domo. In ingreſſu Miſſæ, progreſſu & egreſſu Preſbytero in ſupetlicio miniſtrare. Et diſpenſatorem cum opus fuerit in conuiuio adiuuare, & tenebuntur ad iſtud officium omnes Theologi præter quam Sacerdotes.

XXIV.

Ad officium lectoris quod eſt ſuperius poſitum ſcilicet in menſa legere, ſermonem referre, *omnes ſocios magiſtris in Theologia, ſi qui fuerint & priore exceptis*, tenebuntur, & de iſto officio tranſibunt immediatè ad officium diſpenſandi.

XXV.

Officium Præpoſiti ſeu diſpenſatoris erit, pro pane, carnibus & piſcibus emendis cum Clerico domus ire, vel vnum de ſociis domus pro ſe mittere, qualibet die de miſſis & receptis cum eodem Clerico computare, ſcribere & ſummare & in die Veneris cum Clerico ſocietati de omnibus reddere rationem. Et tenebitur fideliter & æqualiter omnibus ſociis diſtribuere provt melius poterit in cameris & in menſa. Iſtum vero iuuabunt Clericus de Capella, famuli de domo & vnus vel duo ſocij quos vocabit ſi viderit expedire. Inhibemuſque aliis, ne aliquis ſibi vel alij in menſa miniſtrare præſumat ſub pœna ſex denariorum à tranſgreſſoribus perſoluenda, & iſta quatuor Hebdomatica officia à Priore per ordinem aſſignentur. Volumus etiam quod in executione omnium præmiſſorum competens ſilentium idem Prior faciat obſeruari.

XXVI.

Quarto circa vniuerſalem ſtatum vtriuſque domus ſtatuimus, quod quilibet ſociorum amicabiliter & pacificè conuiuat, ita quod vnus non dementiatur alterum injurioſè ſub pœna ſex denariorum, nec opprobrioſè ſibi dicat opprobria ſub pœna duodecim denariorum, nec percutiat aliquem ſeruientium ſub pœna vnius burſæ, nec aliquem ſociorum ſub pœna priuationis à domo.

XXVII.

Item quod nullus verba inhoneſta in menſa nec in Capella proferat, ſub pœna ſex denariorum.

XXVIII.

Item quod nullus de domo bibat in taberna tabernariè ſub pœna ſex denariorum, nec aſſueſcat ſub pœna vnius burſæ, & ſi aſſuefactus fuerit & poſt *monitionem Prioris vel Magiſtri non dimittat, expellatur omnino.*

XXIX.

Item quod omnes à lupanaribus caueant ſub pœna priuationis.

XXX.

Item nullus mulieres, cuiuſcumque conditionis exiſtant, ad domum de nocte adducere præſumat, nec de die, niſi fuerint tales & in tali ſocietate, quod conſtet Priori domus & ſociis inde nullam malam ſuſpicionem orituram, ſub pœna priuationis.

XXXI.

Item omnes in magna comeſtione comedant in aula & Theologi ſimiliter in parua, caſu neceſſitatis tantummodo præcluſo. Et hanc neceſſitatem declaramus in tribus caſibus videlicet in infirmitatis articulo, infirmis enim nullam legem ponimus. Sed volumus eos piè & miſericorditer pertractari, ita quod poſſint in camera comedere, ſocios & alios ad ſe vocare qui eis faciant ſolatium & iuuamen.

XXXII.

Item in minutione in qua minutus cum vno vel duobus ſociis in camera poterit comedere per tres dies.

Item in hoſpitibus ſi ſint tales quod pro ipſis aula debeat prætermitti; de quibus ſic duximus ordinandum, videlicet quod nullus propter famulum aut perſonam vno ſocio communi domus minorem, dimittat aulam, nec propter æquales niſi ſint tot quot ipſos non poſſit ſocietas tunc recipere competenter, ſi autem aliqua vel aliquæ venerabiles perſonæ ſuperuenerint, de quibus domus vel perſona adducens poſſint honorem vel commodum reportare, duci poterunt ad cameram comeſturi. Et poterit ſocius adducens eos, conuocare aliquem vel aliquos ſociorum ad deferendum eiſdem, & habebunt ſocij de domo in omnibus caſibus prædictis ſecundum taxationem diſpenſatoris & coadiutorum ſuorum potus & cibi debitas portiones & reſiduum quod vltra habebit, perſoluat.

Digitized by Google

XXXIII.

Item quicumque adducere propoſuerit plures hoſpites ad prandium vel ad cœnam, hoc diſpenſatori vel clerico domus ſignificet antequam cibaria præparentur. Aliàs nihil habebit pro hoſpitibus, niſi abundanter cibus remaneat poſt completum ſeruitium ſociorum ac famulorum.

XXXIV.

Item recipientes hoſpites in cameris tempeſtiuè ſibi de omnibus prouideant, ne per ipſos in officio famulorum communitatis ſeruitium perturbetur.

XXXV.

Item pro hoſpitibus omnia ſoluant ita quod communitas non lædatur.

XXXVI.

Item eorum fragmenta pro beneficiariis clerico domus reddantur.

XXXVII.

Item nullus hoſpes vltra ſeptem dies maneat in domo abſque licentia Prouiſoris.

XXXVIII.

Item nullus adducat ſæpe ſocios ad potandum ſuper communitatem ſociorum, & ſi hoc fecerit ſecundum arbitrium diſpenſatoris perſoluat.

XXXIX.

Item nullus adducat extraneos ad ſpeciales Congregationes ſociorum pro ſuis neceſſitatibus ordinandis.

XL.

Item nullus deponat immunditiam infra domorum continentiam, niſi in locis ad talia deputatis.

XLI.

Item nullus comedat in villa, niſi cum perſonis & in locis honeſtis.

XLII.

Item ſoli jacentes in villa & præcipuè illi qui iacebunt in domo ſoluant burſam cum exceſſibus, non obſtante, quod ſæpius, vel per totam hebdomadam comederint extra domum, vt à frequentia talium comeſtionum arceantur, ſed ſi quis in parte ſeptimanæ extra villam fuerit, ſoluet prorata pro qua fuit in villa velut hoſpes.

XLIII.

Item pro omni hora prandij, vel cœnæ Clericus domus pulſabit ad campanam parato cibo, & tunc diſpenſator debet venire ad diſpenſandum & iſte cuius intereſt ad menſam benedicendam ſub pœna trium denariorum, & tunc ſtatim facta benedictione ad menſam procedant, nec ille cuius intereſt legere vel Tu autem dicere propter ſuperuenientes tardius dicere. Tu autem dimittat, ne vnius, vel plurium expectatio fiat pluribus oneroſa.

XLIV.

Item qui pulſata campana in domo fuerit & ad menſam non venerit, nihil habeat niſi panem, exceptis tribus caſibus antedictis, ſi autem extra fuerit & venerit cito poſt introitum ad menſam comedat cum aliis. Vel non habeat niſi panem, ſi vero poſt medium comeſtionis venerit, ſufficientem portionem ſibi tribuat diſpenſator, Si vero poſt inceptionem gratiarum, nihil habebit niſi panem hora parui prandij & die ieiunabili. Sed in die non ieiunabili pro magno prandio panem habeat atque vinum. Si cito venerit & non comederit, volumus nihilominus quod rationabilis circa hoc excuſatio admittatur, quæ in ſequentibus caſibus explicatur. Puta ſi veniat de lectionibus vel diſputationibus ſuæ facultatis, ſermonibus vel ordinibus celebratis, vel de extra villam cauſa neceſſitatis non ludi, vel de ſocietatis negotijs pertractandis.

XLV.

Item quod à Feſto omnium Sanctorum die ieiunabili vſque ad quadrageſimam non comedatur in aula, donec omnes lectiones & collatio ſi fuerit, terminentur.

XLVI.

Item quod à Paſchate vſque ad Pentecoſten pro diebus ſcholaſticis ordo conuiuij parui de mane ad veſperam non mutetur.

Digitized by Google

XLVII.

Item nullus in villa iaceat extra domum ſub pœna medietatis burſæ niſi de licentia Prioris, vel poſt factum, coram ipſo ſufficienter ſe excuſet præcipuè nullus ad hoc aſſueſcat ſub pœna priuationis, cæterum ſi poſt inhibitionem id commiſerit, idem expellatur. Idem ſtatuimus de tardè venientibus vel nimis mane à domo recedentibus modo indebito & ſuſpecto.

XLVIII.

Idem exhortandi ſunt ſocij per præſidentes prædictos, vt vadant bini & bini per villam, ne de eis mala ſuſpicio oriatur.

XLIX.

Item quod non portent veſtes notabiles, vel ſotulares deciſos vel laqueatos, ſed honeſtum habeant habitum & decentem.

L.

Item quod ſemel ad minus in hebdomada in vtraque domo diſputetur de quæſtione ad domum & ſocios pertinente.

LI.

Item quilibet iurabit libros domus ſicut ſuos fideliter cuſtodire, nec extra domum alicui commodare.

LIII.

Item quod nullus mittat extra domum vaſa ſocietatis ſine licentia conſeruantis.

LIV.

Item in deliberationibus ſocietatis nullus dicat aliquid niſi à præſidente in congregatione primitus requiſitus. Et tunc dicat pacificè, & tunc nullus verbum ſuum interrumpat.

LV.

Item nullus ſocius de nouo ad domum veniens introïtum faciat nec in camera, nec in aula, nec vinum det vltra vnam chopinam pro quolibet ſocio de pretio mediocri. Si quis tamen vellet liberaliter infra viginti ſolidos dare pro ſcyphis argenteis ad vſum ſocietatis domui acquirendis, hoc cum patientia toleramus.

LVI.

Item accedentes ac recedentes ad domum & à domo vinum minimè propinabunt.

LVII.

Item taxam prædictam emendarum pro Artiſtis intelligimus, volumus ſuper Theologos duplicari cum maioris diſcretionis eſſe debeant, eorum culpa ſecundum hoc eſt amplius punienda.

LVIII.

Item in omnibus pœnis prædictis ad pœnam priuationis comminatis Prouiſor & Prior poterunt priuationem exequi, vel ſecundum eorum prudentiam commutare, ac etiam mitigare, ſed pro vno mitigatio locum non habeat, niſi ſemel: & omnia prædicta pro vtraque domo intelligimus obſeruanda, verum pro Theologis ſic duximus obſeruandum, quod quilibet Bibliam cum ſententijs habeat ſi poterit bono modo.

LIX.

Item quod ſic à principio proficere ſtudeat, quod infra ſeptimum annum incluſiuè habilem ſe reddat ad prædicandum per villam & legendum minores curſus ſuos & ſententias anno decimo conſequenter, aliàs expellatur, niſi cauſa legitima excuſetur quæ ſufficiat Prouiſori & Priori domus.

LX.

Item diſtrictius inhibemus, ne propter hoc aliquis incautè ſe ingerat ad legendum, nec vnquam aliquis de domo legat aut *prædicet, donec per eoſdem Prouiſorem & Priorem cum conſilio duorum vel trium ſeniorum de domo adhoc habilis iudicetur.*

LXI.

Item ſtatuimus, quod alij ſocij de domo, lectoribus de eadem domo deferant diligenter propter Collegij honeſtatem, & in eorum defectibus quos perceperint ipſos amicabiliter aduertere faciant & procurent, idem quæ circa Prædicatorem per Priorem volumus obſeruari; permittimus autem quod huiuſmodi Lectores in principio & fine lecturæ ſuæ, ſi velint, dent ſocietati potum amicabilem, ita tamen quod vltra chopinam vini pro quolibet ſocio non aſcendat.

LXII.

Cæterum pro Artiſtis ſtatuimus, quod quilibet librum de quo audierit, ſibi à principio ordinarij procuret & illum principali domus oſtendat.

LXIII.

Item quod quilibet ſic ſtudeat, quod intra quinquennium à Priore Theologorum & Principali Artiſtarum dignus licentia iudicetur.

LXIV.

Item quod pro determinationibus eorum, licentijs vel principijs non adducant ad domum turbam, nec faciant potationes, vel conuiuia, niſi modica ſi voluerint, & ſecreta cum licentia Prouiſoris.

LXV.

Item nec aliqui de domo vadant de nocte ad choream vel Proceſſionem Nationis.

LXVI.

Item volumus, *quod nullus eorundem inferius vel ſuperius intret examen ſine licentia Prouiſoris, ne per eius repulſam alij ſcandalum patiantur.*

LXVII.

Idem volumus in Theologis in eorum præſentationibus obſeruari.

LXVIII.

Inſuper in domo erunt Officiales alij à prædictis, ſcilicet Prouiſor, Prior, Procuratores & Principalis.

LXIX.

Eligetur vero Prouiſor impoſterum per hunc modum. Theologi octo prædicti de quatuor prædictis Diœceſibus Burſas de bonis dictæ domus recipientes, infra quindecim dies, excepto vacationum tempore, à tempore notitiæ mortis noſtræ ſeu à tempore mortis vel amotionis Magiſtri dictæ domus virum idoneum, diſcretum, & venerabilem, duntaxat de Normania oriundum eligant in Magiſtrum & ipſum præſentent approbandum Cancellario Pariſienſi qui pro tempore fuerit & antiquiori Magiſtro ſæculari in Theologia regenti de natione Normanorum, ſiquis ſit, alioquin alij antiquiori Magiſtro ſæculari in Theologia regenti cuiuſcumque nationis fuerit, ac Rectori Vniuerſitatis, qui pro tempore erit, qui ſi in approbatione præſentati diſcordes fuerint, ſtetur maiori parti eorundem. Si vero in eligendo Magiſtrum vota ſua in duos vel plures diuiſerint, ille præficiatur in Magiſtrum, quem maior pars omnium dictorum duxerit eligendum, dum tamen idoneus reperiatur ab ijs vel à maiori parte eorum quibus fuerit præſentatus, ſi vero plures ſint electi habentes æqualem numerum eligentium, aut nullus reperiatur qui habeat maiorem partem omnium Theologorum, tunc ille accipiatur in Magiſtrum de Normania, quem dicti approbatores aut maior pars eorum magis idoneum reputabunt. Si vero prædicti tres approbatores ſimul intereſſe in præmiſſis non poſſint vel non velint, duo ipſorum ſi concordes fuerint, alioquin ille cum quo Epiſcopus Pariſienſis, ad quem recurrendum erit, aut pro quolibet abſente, vel ſe abſentante, qui pro tempore erit, per ſe vel per alium concordabit, præmiſſa exequatur. De tempore vero vacationum, ſi tunc electionem euenire contingeret, vſque ad Feſtum beati Dionyſij eligere differant, & tunc infra octo dies eligant, prout ſuperius eſt expreſſum.

LXX.

Item ordinamus, quod prædicti tres approbatores dictum Magiſtrum valeant amouere, quoties prouiſioni dictæ domus prædictus videbitur, aut remiſſus aut inutilis.

LXXI.

Item ſtatuimus, quod ſi dicti ſtudentes in Theologia infra tempus eis taxatum Magiſtrum non elegerint, poteſtas eligendi illâ vice ad approbatores deuoluatur, qui de Normania duntaxat eligant, vt ſuperius eſt expreſſum.

LXXII.

Item volumus quod nullus prædictorum Theologorum in prædicta electione expectetur, ſed pro quolibet abſente vnus alius Theologus, ſi in domo de Diœceſi abſentis inuentus fuerit, vel alius ſenior Artiſtarum de eadem Diœceſi aſſumatur, & erit eiuſdem *officium Prouiſoris ſcholares prædictos recipere, corrigere, &*

quando apparebit rationabile, in ſubſidium pauperum aliquid de burſis conuertere ditio-rum. Cauſas dictorum Scholarium & negotiorum vtriuſque domus coram quibuſcunque iudicibus per ſe vel per deputatos ab ipſo fideliter gerere & in cæteris neceſſitatibus eorundem ſollicitè vigilare. Et tenebit idem Prouiſor electus, vel approbatus officium donec ceſſerit, vel deceſſerit, vel rationabiliter deponatur, vel alibi quam Pariſius cauſa moræ contrahendæ duxerit ſe transferre. Vnde circa hæc ſtatuimus, quod quacunque ex cauſa extra Pariſius vltra dimidium annum continuè fuerit, Officium eius vacet, & ad electionem alterius Prouiſoris ſecundum formam jam expreſſam procedatur.

LXXIII.

De Prioris verò electione ſic ſtatuimus, vt vnus de dictis Theologis eiuſdem domus, vel de commorantibus cum iiſdem per dictum Magiſtrum & Theologos ipſius domus, aut maiorem partem ipſorum in eiuſdem domus Priorem in Feſto ſancti Lucæ annis ſingulis aſſumatur & Magiſtro præſentetur, & ſi contingeret eum cedere infra annum, vel decedere, alius loco ipſius pro reſiduo temporis infra quinque dies eligatur, qui de Miſſis, Prædicationibus, ieiuniis, diſputationibus, lectionibus, & collationibus inter ipſos Theologos & Artiſtas faciendis, Feſtis Sanctorum, Seruitiis Mortuorum & conſimilibus ordinet & diſponat. Ad ipſum quoque ſpectabit ſocios in menſa de honeſta vita exhortari, neceſſaria ſociorum in menſa, vel alias cum viderit opportunum, proponere hoc prouiſo quod Congregationes non faciat poſt vinum, deliberationes ſociorum exequi per ſe, vel per illos quorum intererit; ſocios delinquentes cum Prouiſore corrigere, pœnas commiſſas à Theologis exigere & leuare & in diebus ſolemnibus in emendationem victus conuertere ſociorum.

LXXIV.

Item qualibet die Veneris ſummam burſarum Burſalium ſociorum & qualibet die Dominica Procuratorum miſias & receptas in papyro ſcribere, & in fine anni ſuum ſcriptum contra ſcriptum Procuratorum ad computum domus afferre.

LXXV.

Item qualibet Hebdomada domum Artiſtarum viſitare & in vna diſputatione ipſorum præſentialiter intereſſe. Et in manu iſtorum duorum Prouiſoris & Prioris promittet quilibet de vtraque domo obedienriam in licitis & honeſtis à ſuæ receptionis principio exhibere,& habebit dictus Prior in qualibet hebdomado vltra alios viginti denarios pro reuerentia ſtatus ſui.

LXXVI.

Procuratores etiam majores eligentur infra quatuor dies poſtquam nouus Prior erit creatus,& duo magni Procuratores vnus de Theologis & alter de Artiſtis per Magiſtrum & communitatem Theologorum aſſumantur, qui aſſumpti jurabunt coram Magiſtro & Priore ac Theologis dictæ domus, quod fructus, reditus, obuentiones & omnia alia quæ ad eorum ſpectanr Officium, cuſtodient diligenter & fideliter diſpenſabunt & prætermittent inutilia,& vtilia pro viribus procurabunt ac fideliter bis in anno videlicet in menſe Aprilis & Octobris immediatè ſequenti, ſcilicet Procurator Theologorum in Magiſtri & Prioris ac Theologorum dictæ domus præſentia, & Procurator Artiſtarum in Magiſtri Prioris & ſex antiquiorum Artiſtarum præſentia computabunt. Et quod computa ſic facta domus vna cum ſtatu dictæ domus dictus Magiſter prædictis approbatoribus ſummariè ſeu in groſſo tenebitur reporrare, & poterunr iſti ſi benè ſe habuerint, continuari in fine anni ſui & cum prædictis ad eos ſpectabit quod Capellæ veſtimenta & alia bona ſeruabunt, & eidem capellæ de cera & oleo & vtrique domui de neceſſariis prouidebunt, & recipient omnia domus debita & legata, & habebunt iſti ſuper groſſum domus quilibet tertiam partem burſæ de domo ſua pro ipſorum pœna & labore in qualibet Hebdomada capiendam.

LXXVII.

Erunt præter hos duo alij Procuratores in qualibet dictarum domorum, qui eligentur in Feſto beati Ioannis Baptiſtæ, & tenebuntur domos de vinis circa vindemias, & de lignis circa Auguſtum prouidere, ita tamen quod Prior prædictus

ctus aliquos ſocios deputabit cum illis ad emenda prædicta & erunt in ſolidum pericula vinorum emptorum & lucrum ſi quod fuerit in illis ſuper ſocietatem ſimiliter & lignorum.

LXXVIII.

Item ſtatuimus, quod annuatim circa Purificationem fiat collecta ſuper ſocios pro ſoluendis in aula conſumptis, & deperditione vinorum, ſi qua fuerit & renouatione mapparum & talium, ſicut eſt in Sorbona fieri conſuetum & etiam pro locagio famulorum & illam colliget Prior ab vtraque domo & illam tradet Procuratoribus antedictis.

LXXIX.

Item quilibet tenebitur eam ſoluere infra octo dies poſtquam inter ſocios fuerit ordinatum ſub pœna ſubſtractionis burſarum.

Item volumus, quod vina tradantur ad burſam in aula & ad rotulum in camera pro pretio taxationis ſociorum.

Item volumus quod rotulus vniuſcujuſque dolij immediatè, cum exhauſtum fuerit per Clericum domus tradatur in vna domo Priori & in alia Principali qui ipſum colligent Procuratoribus refundendum, lucro tamen ſi quod fuerit penes eorum quemlibet reſeruato, & tenebitur quilibet ſoluere infra octo dies ſicut dictum eſt de collecta, & habebunt iſti duo Procuratores pro labore ſuo quilibet ſextam partem burſæ domus ſuæ qualibet hebdomada capiendam.

LXXX.

Cum prædictis præcipimus quod Principalis domus Artiſtarum à Prouiſore & Priore prædictis ſibi detur annuatim aut à Prouiſore communicato tamen ipſius Prioris conſilio in hac parte. Officium autem ipſius erit in Collegio Artiſtarum præſidere pro ſuo tempore, in diſputationibus, & in menſa diſputationes aſſignare & tenere, ſilentium competens cuſtodire, Prouiſori & Priori ſupra dictis ſtatum ſocietatis & ſociorum referre & burſas in die Veneris ſcribere, ſimiliter miſias & receptas Procuratorum in die Dominica cum Priore & afferre ad computum ſcriptum ſuum, & habebit qualibet hebdomada ſicut Procurator domus ſuæ, & iurabunt iſti omnes Officiales quod officia ſua fideliter exercebunt.

LXXXI.

Item ſtatuimus vt præfati Theologi & Artiſtæ arcam vnam communem habeant, qua litteræ acta & munimenta quælibet ad domos ſpectantia, ac pecunia pro emendis reditibus ſeu libris ordinata & alia grandia fideliter reponantur, & eadem arca tres claues habeat, quarum vnam Magiſter domus, & Prior aliam, & major Procurator Artiſtarum tertiam cuſtodiant & conſeruent. Verum collecta pecunia de reditibus & obuentionibus quibuſcunque dictæ domus in alia arca habente tres claues per Magiſtrum & per dictos Procuratores conſeruetur ſollicitè & ſicut promittitur diſpenſetur.

LXXXII.

Item ſtatuimus, quod de omnibus libris, vtenſilibus aliis quibuſcumque communibus tam Theologis quam Artiſtis fiat inuentorium, quod & ſingulis annis prima ſeptimana quadrageſimæ fiat oſtentio præmiſſorum præſentibus, Magiſtro Priore, Procuratoribus, & Theologis dictæ domus, & fiat comparatio ad inuentorium de dictis rebus factum, & ſi contingat aliquid deficere diligenter requiratur, & ſi quid de nouo fuerit acquiſitum, in inuentorio fideliter reponatur.

LXXXIII.

Item ſtatuimus quod omnia noſtra ſtatuta bis in anno ſcilicet in Feſto omnium Sanctorum, & in Cathedra S. Petri coram omnibus ſociis vtriuſque domus & Priore legantur.

LXXXIV.

Item Prior & Principalis de famulis vtriuſque domus prouidebunt & habebunt ſalarium ſuum quilibet in Officio ſecundum taxationem legitimam eorumdem, & ter in anno in feſto omnium Sanctorum, Natali, & Paſchale fiat per Prouiſorem inqueſta ſuper eos qui de eorum ſufficientia, vel inſufficientia inquiret per ſocios & eos retineri faciat, vel expelli ſecundum quod inuenerit eos dignos.

LXXXV.

Inhibemus autem cuicumque futuro Prouiſori, vel Magiſtro, ne noſtras ordinationes prædictas, vel aliquam earum reuocet, vel immutet, niſi fortè imminente vtilitate totius ſocietatis prædictæ ad requeſtam omnium ſociorum; & hoc fiat duntaxat in medio anni menſe Ianuario, vel Decembri.

XXXVI.

Volumus inſuper tam propter periculum amiſſionis præſentis inſtrumenti, quam propter obſeruationem prædictorum, quod quilibet Officialium ſuperius nominatorum præſentium habeat copiam Litterarum. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Actum in Craſtino Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis. Anno Domini 1311.

Anno ſequente prædicta fundatio comprobata & confirmata eſt à M.
» Guillelmo Bauſeti Epiſcopo Pariſienſi in hunc modum. Vniuerſis præſen-
» tes Litteras inſpecturis, Guillelmus permiſſione diuina Pariſienſis Epiſco-
» pus ſalutem. Deuotionem laudabilem ſanctumque propoſitum Reuerendi
» in Chriſto Patris Domini Radulphi Conſtantienſis Epiſcopi inſtituentis de
» nouo & inſtituere affectantis in breui viginti quatuor, videlicet ſexdecim in
» Artibus & octo in Theologiæ Facultate Scholares in domibus quæ communiter
» Domus Abrincenſes vocantur in vico S. Coſmæ Pariſius prope portam quæ Por-
» ta Inferni vulgariter nuncupatur, ſituatas: quas nomine executorio teſtamenti
» bonæ memoriæ Rodulphi de Haricuria fratris ſui quondam de Conſtantino in
» Eccleſia Conſtanrienſi Archidiaconi acquiſiuit; vt inibi dicti Scholares iuxta
» ordinationes eiuſdem Epiſcopi ſuper hoc editas conuiuant. Ad quorum quidem
» Scholarium conuictum ibidem idem Epiſcopus ducentas libras annui reditus
» amortizatas deputauit, aſſignauit ac etiam ordinauit, ſub certis ordinationibus
» & ſtatutis ſuper hoc editis eodem, quantum in nobis eſt & poſſumus confouere
» volentes. Attendentes inſuper per præmiſſa cultum diuinum, & inde potiſſimè
» fructus Eccleſiæ pullulare quod totis viſceribus peroptamus, cohabitationem
» & conuictum dictorum Scholarium tam electorum quam eligendorum, necnon
» & aliorum ſi quos vltra dictum numerum vlterius eligi continget in dictis do-
» mibus, acquiſitionem dictarum domorum & redituum ac deputationem & aſſi-
» gnationem eorundem ad vſum prædictum, iuxta ordinationes ab ipſo Epiſco-
» po iam factas & in futurum rationabiliter faciendas quantum in nobis eſt &
» poſſumus authoritate ordinaria laudamus, ratificamus, approbamus, ac etiam
» tenore præſentium confirmamus iure noſtro & Eccleſiæ noſtræ Pariſienſis in
» poſterum ſemper ſaluo. In cuius teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus li-
» teris duximus apponendum. Datum anno Domini 1312. die Iouis ante feſtum
» Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ.

At cum non ſatis diſtinctè illis Epiſcopi literis eximerentur Scholares Collegij à frequentandis ſacris Parœciæ SS. Coſmæ & Damiani, M. Marinus de Marigny Prouiſor Domus Harcurianæ obtinuit diploma Pontificium à Clemente V. pro ſacello Collegij quod eſt huiuſmodi. Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro & Collegio Scholarium Domûs de Hari-
» curia Pariſ. ſalutem & Apoſt. bened. Meruit veſtræ deuotionis affectus, quem
» ad nos & Romanam geritis Eccleſiam vt petitionibus veſtris quantum cum Deo
» poſſumus, fauorabiliter annuamus. Veſtris itaque in hac parte ſupplicationibus
» inclinati, in Capella ſeu Oratorio Domus de Haricuria Pariſ. Diuinum Of-
» ficium diurnum pariter & nocturnum cum nota & ſine nota ſingulis diebus ce-
» lebrare & facere celebrari, etiam abſque licentia Epiſcopi Pariſ. qui eſt & erit
» pro tempore petita vel obtenta, (Epiſcopalis & Parochialis Eccleſiæ ac cu-
» iuſlibet alterius iure aliàs in omnibus ſemper ſaluo) vobis authoritate Apoſtolica
» de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
» nam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem
» hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri &
» Pauli Apoſtolorum eius nouerit ſe incurſurum. Datum Auenioni, Kal. Iunij,
» Pontificatus noſtri, anno 9. ſub plumbo in cauda duplici ſerica appenſo.

Anno 1312. ſtatuto generali cautum eſt, ne vllæ litteræ ſigillarentur magno Vniuerſitatis ſigillo, niſi prius per eandem Vniuerſitatem viſæ & approbatæ fuiſſent. Erat autem illud *Sigillum Magnum* planè illud idem, quo nunc vtimur in ſigillandis litteris Magiſterij Artium & Nominationum. Præter quod ſingulis Nationibus ſingulíſque Facultatibus ſua erant ſigilla propria. Item Rector, & Procuratores ſinguli ſua quoque habebant, vt & nunc etiam, propria ſigilla. Itaque illud Magnum commune erat toti Vniuerſitati: ac proinde nonnunquam vocatur in actis, *Sigillum Commune Magnum*. Legitur autem ſtatutum prædictum in libro antiquo Rectoris & in libris Gallicanæ & Picardicæ Nationum ſub hoc titulo. *Statutum Vniuerſitatis quod nulla littera magno ſigillo Vniuerſitatis ſigilletur, niſi prius fuerit lecta in Vniuerſitate, & quod nullus Bedellus ſine Magiſtro portet clauem Archæ vel Cophini ad ſigillandum.* 1312.

Honeſtati noſtræ ac tranquillitati totius ſtudij diligentius attendentes, Nos « omnes & ſinguli Magiſtri quatuor Facultatum Pariſienſis Vniuerſitatis ad Con- « gregationem Generalem vocati per M. Marſilium de Padua tunc noſtræ Vni- « uerſitatis Rectorem & ibidem more ſolito congregati ſtatuimus & decreuimus « inuiolabiliter obſeruari, vt nulla littera cuiuſcunque modi magno Sigillo Vni- « uerſitatis de cætero ſigilletur, niſi prius per Vniuerſitatem viſa & perquiſita « fuerit examine diligenti. Huic adijcientes, vt deinceps clauis Archæ aut Co- « phini, in quo ſigillum ſupradictum ſupradictum reponitur, portata per Ser- « uientem aliquem ſine aliquo Magiſtro ad ſigillandum nullatenus admittatur, « ſed cuiuſlibet Facultatis teneatur vnus Magiſter Conclaui in loco ſigillationis « perſonaliter intereſſe. Datum in Congregatione Generali apud S. Mathuri- « num in feſto B. Gregorij, Anno Domini 1312. « De Sigillatione litterarum.

Tunc autem Arca, ſeu ciſta ſigilli communis ſeruabatur in æde San Genoueſiana, vt alio loco probabitur.

Eodem anno & eadem die prædictâ D. Gregorij Magiſtri 4. Facultatum conuenerunt inter ſe de modo eligendi Rectoris; ſeu potius ſtatutum Simonis de Bria Cardinalis S Ceciliæ circa huiuſmodi electionem, an. 1266 conditum, quod prauâ quadam conſuetudine noonihil immutatum fuerat, in vſum reuocarunt. Legitur autem iſta ſtatuti huiuſmodi inſtauratio in lib. antiquo Procuratoris Gallicanæ Nationis ſub hoc titulo. *Statutum Vniuerſitatis quod Priuilegium Simonis Legati ſuper Electione Rectoris teneatur.*

Quærentes quæ ad pacem ſunt, Nos omnes & ſinguli Magiſtri 4. Faculta- « tum Pariſienſis Vniuerſitatis ad Congregationem Generalem vocati per M. « Marſilium de Padua tunc noſtræ Vniuerſitatis Rectorem & ibidem more ſolito « congregati. Proponente nobis prædicto Rectore, quod nonnullis vicibus in « electione Rectoris ſcandalum & diſcordia ſuſcitatur, pro ingreſſu Rectoris an- « tiqui vocati ad noui Rectoris electionem aliquociens celebrandam iuxta for- « mam ſtatuti & Ordinationis tractæ Vniuerſitati ſuper hoc à felicis memoriæ « Patre Reuerendo D. Simone dudum Sedis Apoſtolicæ Legato in partibus Gal- « licanis, propter hoc quod eandem ordinationem, ſeu ſtatutum videtur in ali- « qua ſui parte quoddam ſtatutum ſeu ordinatio Facultatis Artium limitare, aut « eidem ſuperficie tenus aliqualiter obuiare: in quo cauetur quod nullus Magiſter « ſiue Rector, ſiue alius ad Electores accedere præſumat, niſi maioris Partis Fa- « cultatis Artium interueniente conſenſu. Hinc eſt, ne videamur Statutorum Se- « dis Apoſtolicæ tranſgreſſores, conſuetudines antiquas tenere volentes, immi- « nentibus etiam periculis præcauendo. Et vt ſupradictæ diſcordiæ periculoſæ « non modicùm radix totaliter extirpetur, decreuimus & ordinamus vt deinceps « in omni Rectoris Electione forma eligendi contenta in ſtatuto, ſeu ordinatione « memorati D. Simonis abſque immutatione aliqua inuiolabiliter obſeruetur. Et « ſi quod ſtatutum ſeu Ordinatio Vniuerſitatis aut Facultatis prædictæ in contra- « rium appareret, quod abſit, nullius firmitatis quantum ad hoc cenſemus ea- « dem penitus reputari. Datum in Congregatione Generali apud S. Mathurinum « in feſto B. Gregorij, Anno Domini 1312. « Statutum de Electione Rectoris.

Quod autem in hiſce & ſimilibus Comitijs quæ vocantur Generalia non omnes Incorporati adeſſent, hoc eſt vniuerſim Regentes & non Regentes, ſed ſoli Regentes, niſi ſpecialiter alijâ Rectore vocarentur, patet ex ſtatuto ſequen-

Digitized by Google

ti, quod eodem etiam anno conditum eſt, in hunc finem, ne Bedelli non Iurati in Comitio præſentes eſſent, neve vlli permitterentur intrare niſi Magiſtri actu Regentes, ſic enim legitur in Libro prædicto ſub hoc titulo. *Statutum Vniuerſitatis quod Bedelli non Iurati non intrent loca Congregationum. Nec permittantur intrare niſi actu Regentes niſi per Rectorem ſint vocati.*

STATVTVM ALIVD DE COMITIIS ET QVINAM IIS INTERESSE DEBEANT.

„ Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium æternam in Domino ſalutem. Cum imperante floſenteque nequitia & totum mundum nequiter incendente ſemper noua eminéant ſcandala, & ſemper nouæ maliciæ, fraudes & proditiones inſurgant, magna quidem eſt adhibenda cautela, vt futuris periculis obuiemus provt poſſumus. Hinc eſt quod temporibus retroactis nos in fidelitate perſonarum plurimum confidentes, & de bona fide, vt debet fieri, præſumentes, donec contrarium appareret, in Congregationibus noſtris *plures Seruientes* non Iuratos & alias perſonas extraneas ſub vmbra *principalium Seruientium* Iuratorum noſtrorum aſtare permiſimus, qui potuerunt & poſſent ſecreta noſtra aliis reuelare, & præſertim cum tales perſonæ quæ nec iuramento ſunt adſtrictæ, & quæ huc & illuc diſcurrunt & volunt pluribus complacere, de leui poſſunt ſecreta noſtra pandere, quod eſſe poteſt totius Vniuerſitatis diſpendium, & periculum magnum ſingularum perſonarum. Vnde nos volentes ſuper his adhibere cautelam, die Mercurij poſt Natiuitatem B. Mariæ in Eccleſia ſiue Clauſtro ſancti Mathurini congregati & vocati per *M. Heremigum de Dacia tunc Rectorem Vniuerſitatis noſtræ*, ad ordinandum & diſpenſandum, prædicto *M. Heremigo* hujuſmodi articulum proponente, tandem deliberatione habitâ diligenti in qualibet Facultate ordinauimus & exnunc ordinamus & firmiter ſtabilimus, vt deinceps nullus Seruiens non juratus in Congregatione noſtra, ſiue noſtris Congregationibus in Clauſtro, ſiue loco, vel Eccleſia, vbi Congregationem faciemus, aliquo modo maneat, nec exiſtat. Et amplius ordinauimus & ordinamus & perpetuò ſtabilimus, quod Bedelli noſtri Iurati, ſcilicet 4. Bedelli de Facultate Artium & tres Bedelli principales aliarum trium Facultatum; ſcilicet vnus de Theologia, alius Decretorum & alius Medicinæ, quos ſeptem ſolùm reputamus principales, omnibus aliis exceptis totaliter & excluſis, omnes vel eorum aliqui Deputati januam & oſtia per quæ intrare aliquis ad locum vbi Congregationem fieri contigerit, cuſtodiant & obſeruent diligenter & attentè & nullum intrare vel accedere permittant, *niſi Magiſtros actu Regentes, vel illos qui per Rectorem fuerint euocati*; quod diſtrictè & ſub pœnâ iuramenti ipſorum præcipimus. Circa quæ ſi fuerint negligentes, eos ſecundum quantitatem delicti ſtatuimus puniendos & injungimus inuiolabiliter obſeruari. In cuius rei teſtimonium *ſigillum noſtrum* præſentibus duximus apponendum. Datum die Mercurij prædicta in Congregatione noſtra Generali apud ſanctum Mathurinum anno Domini 1312.

Eodem anno cum conqueſti fuiſſent Magiſtri & Scholares Vniuerſitatis apud Regem Philippum, quod contra ſua Priuilegia nonnulli tributum exigerent ex portatione veſtium, librorum, victualium & aliarum rerum ſibi neceſſariarum, præſertim verò Comes Bolonienſis vectigal, ſeu vt vocant, pedagium quoddam *de Wiſſant* Picardis & Flandris qui Pariſius ad ſtudium Generale veniebant, eorumve Nuncijs, per Exactores ſuos imperaſſet, Rex Edicto vetuit, ne quis deinceps eiuſmodi portoria exigeret, ſed ſineret Scholares liberè & ſecurè ire & redire, reſque ſuas transferre & afferre aut transferri curare. Priuilegium tale legitur in libro antiquo Procuratorum Nationis Gall. Sub hoc titulo. *Priuilegium Regale de Pedagio de Wiſſant.*

PRIVILEGIVM DE PADAGIO.

„ PHILIPPVS D. G. Francorum Rex. Notum facimus Vniuerſis præſentibus & futuris, quod cum Magiſtri & Scholares Pariſienſis Vniuerſitatis grauiter conquererentur, quod dilectus & fidelis noſter R. Comes Boloniæ ſeu Gentes ſuæ extorquebant à Magiſtris & Scholaribus ad ſtudium Pariſ. venientibus, vel inde recedentibus paſſagium apud Wiſſant pro rebus, equis & rebus ſuis aliis, quos & quas pro ſui & ſtudij ſui neceſſitate ſecum habebant & referebant contra Deum & Iuſtitiam in grande præjudicium & injuriam dictorum tranſeuntium, necnon Vniuerſitatis prædictæ, & ideo nobis ſupplicarent pluries clamoribus

repetitis, vt nos, ſub protectione quorum & guardia præfati Magiſtri & Scholares veniendo ad ſtudium prædictum ibidem morando & inde recedendo ſemper exiſtunt, de opportuno remedio ſemper prouideamus eiſdem, memorato Comite in contrarium aſſerente ſe dictum paſſagium iuſtè iureque ſuo recipere, à quibuſlibet perſonis Laïcis, Clericis, Secularibus & Eccleſiaſticis, cuiuſcunque ſtatus, conditionis aut dignitatis exiſtant, & nolentes ſoluere compellit ad ſoluendum, pro rebus quas ſecum habent vel deferunt ſecundum conſuetudinem paſſagij ſupradicti, ſeque eſſe in poſſeſſione iuris eiuſdem, & tam ſe quàm anteceſſores ſuos fuiſſe continuò & notoriè & à tanto tempore, de cuius contrario non exiſtit memoria, & id eſſe ius ſuum hæreditarium manifeſtum. Quare requirebat conſeruari in iure ſuo prædicto & nullam nouitatem in eius præiudicium per Nos fieri ſuper eis. *Nos attendentes labores, vigilias, & ſudores, penurias, tribulationes & ærumnas quas præfati Studioſi ſubeunt pro ſcientiæ margarita quærenda; qualiter etiam amicos, parentes dimittunt, & patrias, fortunas ſuas atque ſubſtantias contemnunt de longinquis partibus venientes, ſitientes ad aquas veniunt, viui fontis fluenta ſumentes, vbique riuos deriuant, ex quibus mundus ſui diuerſis partibus irrigatur; lumen fidei, Patrum traditiones & doctrina S. Matris Eccleſiæ recipiunt ſuſcepti luminis radios enitentes, ex quibus orbis terrarum clarè luceſcit,* mouemur & meritò pro libertate dicti paſſagij, licet præfati Comitis ius lædatur, Studioſis eiuſmodi concedenda prærogatiua quadam ſingulari, *licet eam aliis perſonis alterius conditionis laicis vel Clericis, ſecularibus vel Eccleſiaſticis minimè concedamus.* Et ideo de conſenſu & voluntate præfati Comitis, qui propter honorem Dei & noſtrum voluntati & ordinationi noſtræ ius ſuum licèt clarum, certum & liquidum, ſolum *quoad dictos Studioſos Vniuerſitatis Pariſienſis*, & non quoad alios quoſcunque, ſuppoſuit; Nos præfatis perſonis, *ad ſtudium Pariſienſe venientibus*, vel inde redeuntibus, dicti paſſagij, quatenus per dictum Comitem vel eius nomine leuabatur, libertatem & immunitatem concedimus perpetuò per præſentes. Prohibemus deinceps quidquam ab eis exigi vel leuari pro perſonis, libris, equis, ſeu rebus eorum quibuſl. quas ſecum deferunt, vel habebunt pro ſui neceſſitate vel Studij ſupradicti, ſaluo præfato Comiti & ſucceſſoribus ſuis in perſonis aliis cuiuſcunque ſtatus aut conditionis exiſtant, ac rebus eorum iure ſuo dicti paſſagij, prout hactenus extitit conſuetum. In cuius rei teſtimonium & munimen, noſtrum præſentibus Litteris fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius anno Dom. 1312. menſe Martij.

Eodem anno in Concilio Viennenſi, ſeſſ. 3. quæ habita eſt in feſto S. Ioannis ante Portam Latinam, iuxta ſuffragia Patrum in ſecreto Conſiſtorio pridie lata, decretum eſt contra fratrem Vbertinum de Caſali eiuſque ſequaces: modumque viuendi quem tenebat Ordinis Communitas, quem illi damnabant, licitum eſſe & ſufficientem ad veram Regulæ Franciſcanæ obſeruantiam. Nonnulli quoque Articuli Doctrinæ F. Petri Ioannis damnati ſunt definitione Pontificiâ. Exhortatus verò eſt Clemens Franciſcanos diſſidentes, vt amicè omnia iurgia componerent, ſe ſe alternis amplecterentur, redirentque in mutuam gratiam. Vbertinus de Caſali petiit à Pontifice vt ſibi liceret ſolitariè viuere, nec obtinuit. At alij plurimi neque precibus neque cenſuris Eccleſiaſticis adigi potuerunt ad redeundum in Clauſtra Cœnobialia cum alijs, ſed in ſua contumacia perſiſtentes multa grauia ſcandala excitarunt.

Porro de huiuſce deciſione litis extat conſtitutio inter Clementinas de verborum ſignificatione, quæ ſic incipit *Exiui de Paradiſo*. Hæcque capita complectitur. 1. Minores ex vi ſuæ Profeſſionis non teneri plus cæteris Chriſtianis ad obſeruantiam totius Euangelij. 2. Determinat ea verba quæ vim habent præcepti in Regula Franciſcana. 3. Euacuandam eſſe rerum temporalium ſolicitudinem, quam Nouicij in ſeculo poſſederunt. 4. Agit de pluritate tunicarum reſecanda, de vilitate veſtium ſeruanda, de calceamentis ſine neceſſitate non portandis. 5. Fratres obligari ad ieiunia Eccleſiæ, etiam in Regula non expreſſa. 6. Quæſtus pecuniarios non eſſe licitos, & reprobat recurſus ad amicos ſpirituales in materia pecuniæ citra caſus expreſſos in Regula aut declaratione Nicolai III. nec licere cippos ſeu truncos exponi in Eccleſia pecunijs accipiendis, neque de ijs diſponi aut computum exigi. 7. Minores incapaces

eſſe adeundarum hereditatum. 8. Non licere eis viuere ex annuis reditibus. 9. Neque aſſiſtere ſuis Aduocatis aut Procuratoribus in Curijs, Executores agere teſtamentorum, hortos immodicos aut vineas habere. 10. Nec licere eis habere Cellaria & granaria, vbi ex mendicatione frequenti poſſint nutriri, nec non curioſas aut magnificas Eccleſias, ornamenta, ſeu, vt aiunt, paramenta pretioſa & oblata magni pretij. 11. Fratres ex profeſſione ſuæ regulæ ſpecialiter obligari ad arctos ſeu pauperes vſus, qui in Regula continentur, ſecundum modos in ea præſcriptos. Vltimò determinat de Electione Miniſtrorum Ordinis. Hæc ferè Wadinghus in Annalibus Minorum ad hunc annum.

In eodem Concilio ait Bzouius Clementem iniunxiſſe omnibus Epiſcopis & Vniuerſitatum Moderatoribus, vt libros Arnoldi Villanouani conquirerent ignique traderent. Atque in eam rem laudat ex Regeſto Pontificio Epiſto-
» lam 17. quæ talis eſt, *Dudum quondam M. Arnaldus de Villanoua Clericus Valen-*
» *tinæ Diœceſis Phyſicus noſter, dum adhuc viueret, pluries poſtquam aſſumpti fuimus*
» *ad culmen Apoſtolicæ dignitatis*, nobis dixit oretenus, ſe valde vtilem librum ſu-
» per medicinæ practica compilaſſe, quem nobis frequenter dare promiſit &
» etiam verbo dedit, in nos extunc in quantum potuit eiuſdem libri dominium
» transferendo. Cum igitur M. Arnaldus morte præuentus præfatum librum
» tradere nobis iuxta huiuſmodi promiſſionem nequiuerit, fraternitati veſtræ ac
» veſtrum ſingulis in virtute obedientiæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, qua-
» tenus omnes Electos, Abbates, Priores, & Decanos, moneant quod quicunque
» habet vel habere alium ſcit prædictum librum, reuelari & ad nos tranſmitti cu-
» ret, quod ſub excommunicationis pœnâ fieri iubemus. Datum Viennæ Idibus
» Martijs, an. 7. Hinc Bzouius autumat Pontificem mandaſſe vt prædictus liber igni traderetur, verum nihil ea de re ſupraſcripta Epiſtola; vnde ipſe notatur erroris à Wadingho.

1313. Anno 1313. miſſus à Clemente V. Nicolaus Farinula, vel de Freauuilla titulo S. Euſebij Preſbyter Cardinalis, Patria Rotomagenſis, Profeſſione Dominicanus pro negotio Terræ ſanctæ Indulgenriarum theſaurum reſerauit Pariſijs die Pentecoſtes & ſequentibus, Cruciadamque, vt vocant, per Doctores prædicari iuſſit. Cui ſacræ militiæ complures nomina dederunt, imprimis verò tres Reges qui tunc Lutetiæ erant, Philippus Franciæ, Eduardus Angliæ & Ludouicus Nauarræ; filij quoque ac fratres Regis Philippi, aliiſque innumeri Proceres & Prælati eorum exemplo Crucem de manu Legati ſuſceperunt. Eam in rem permiſit Clemens Regi Decimas redituum Eccleſiaſticorum. Iſte autem Cardinalis Farinula Theologiæ Profeſſor eximius fuerat & Philippo à Confeſſionibus. Obijt Lugduni, anno 1323 ſepultuſque apud FF. Prædicatores.

Eodem anno Pariſijs obijt apud Franciſcanos Gonſaluus, Miniſter Generalis non ſine ſuſpicione acceleratæ à Fratribus mortis, propterea quod eos à laxiori vita ad arctiorem reuocare conabatur. Ille enim Franciſcanos, qui contra Regulam ſuam proprios & annuos reditus comparauerant aut emerant, bonis exuit, & vt loquitur Wadinghus, expropriauit, ſententiamque tulit excommunicationis in eos, qui reditus illos intra certum terminum ſeu ſpatium temporis non abdicarent. De eius ſucceſſore deligendo habita ſunt Ordinis Generalia Comitia in Ciuitate Barcinonenſi menſe Iunio, eique ſuffectus eſt *M. Alexander de Alexandria* Doctor quondam Pariſienſis & vir doctiſſimus, qui paulò ante Communitatem Ordinis contra ſequaces Petri Ioannis Oliui, Vbertinum de Caſale & alios defendendam ſuſceperat. In ijs Comitijs ait Wadinghus ſtatutum fuiſſe, vt ſuppoſito Priuilegio conceſſo Vniuerſitati Toloſanæ de conferendis in omni Facultate Magiſterij Gradibus, ſi abſque ſcandalo & detrimento honoris Religionis aliter fieri non poſſet, propter vſum & concurrentiam aliarum Religionum, conſtituerentur per Miniſtrum Generalem in Conuentu Toloſano Baccalaurei præſentandi & promouendi ad Magiſterium: id verò curaret ille quàm maximè, ne propter multitudinem & inſufficientiam promouendorum huiuſmodi Facultas Theologica & Magiſterium contemptui haberentur.

Eodem anno, aut certè proximè præterito Eduardus II. Anglorum Rex ductâ in vxorem Iſabelle Regis filiâ venit Pariſios, vbi tantâ feſtiuitate plauſuque exceptus fuit, vt nunquam maior fuerit vſquam. Rem ſic deſcribit Ioan-

Digitized by Google

nes de S. Victore. *Sequenti* etiam Pentecoſte venit Pariſius iuuenis Rex Angliæ «
Odardus & Regina ſimul Regis Francorum filia. Non eſt memoria quod vn- «
quam fuerit in Francia tantum feſtum. Omnes enim Duces Francorum, Co- «
mites & Barones affuerunt, qui ornamenta tribus vicibus in die mutauerunt. «
Omnes artifices proceſſionaliter incedebant, & illi de ſingulis Artificijs babe- «
bant diſtincta ornamenta ab alijs. Quidam cum boc Infernum effigiabant: Alij «
Paradiſum: alij Proceſſionem vulpis, in qua ſingula animalia ſingula Officia «
exercebant. Fuit autem tota Ciuitas ſericis pannis & pretioſis lineis cooperta; «
& erant per omnes vicos luminaria infinita. In die igitur Pentecoſtes fecit Rex «
tres filios ſuos milites & multos nobiles cum eiſdem. Illa die fecit Rex pran- «
dium copioſum. Secunda Rex Nauarræ, tertia Rex Angliæ ſolenniſſimum, quod «
fuit factum in Tentorijs, in horto S. Germani de Pratis nobiliſſimè coaptatis. «
Rex autem Francorum omnes Dominas habuit illa die in Lupara. Quarta die «
Ludouicus Ebroïcenſis Comes prandium miniſtrauit, & in craſtino Karolus «
Frater Regis. Illa quarta feria facta fuit Crucis ſignatio in inſula S. Mariæ vbi «
fuit D. Nicolaus S. Euſebij Cardinalis & Prælati plures qui Cruces volentibus «
porrigebant. Igitur Rex Francorum & tres filij eius, Rex Angliæ & omnes noui «
milites & Barones crucem ceperunt, quod videntes eorum vxores omnes in «
craſtinum ſimiliter Crucem ceperunt conditione appoſita, quod ſi viri ea- «
rum minimè transfretarent, vel ſi aliqui eorum antequam iter arriperent, mo- «
rerentur, à voto liberæ eſſent. Quinta feria omnes Artifices & Burgenſes ſe in «
equis & pedites oſtenderunt proceſſionaliter ab inſula S. Mariæ per clauſtra vſ- «
que ad Regis Palatium incedentes; ita quod Rex cum multis Nobilibus eos «
vidit per feneſtras & æſtimati ſunt equites quindecim millia & pedites 30000. «
& ſic hora veſpertina verſus S. Germanum de pratis perrexerunt, quos videns «
Rex Angliæ obſtupuit & omnes ſui. Vix enim credere valeret, quod de vna ſola «
Ciuitate tanta & tam nobiliter potuerit exire multitudo. «

Eodem anno Clemens Pontifex procurante Rege Pbilippo Cœleſtinum Bonifacij prædeceſſorem Cœlitum numero adſcripſit, die 5. Maij, eiuſque Feſtum 19. Maij, quâ die obierat, quotannis celebrari voluit. Rex per Litteras hac de re ſtatim certior factus, earum latorem largiſſimè munerauit, vt legitur in Ratiocinio Cameræ, vt vocant, Computorum. *Niger Nuncius Cardinalis de Pergamo qui attulit Regi noua de Canonizatione ſancti Petri de Morono Papæ Martyris die 15. Maij apud Villars, iuxta Rethe pro 20. Floren. 17. lib. Pariſ. per Regem.* Item. *Bernardus de Coſſanis Domicellus & Fortonus Hoſtiarius Papæ qui attulerunt Regi noua ex parte Papæ de Canonizatione S. Petri de Morono Dominica ante Aſcenſionem apud Petrafontem 80. libr. per Martinum de Eſſartis.* Hæc habenrur ſub hoc titulo. Recepta de Theſauro Regis Pariſius à prima Ian. 1312. vſque ad 1. Iulij 1315. Cap. Dona de eorum Termino: quæ quidem curioſè & diligenter notata & collecta mihi benignè communicauit F. Bonauentura Bauduiſius amicus meus. Et hinc patet quàm cordi eſſet Regi Apotheoſis eiuſmodi; quò manifeſtum foret omnibus non abſre ſuſceptam à ſe cauſam Sanctiſſimi viri, malis artibus de Papatu deiecti. Vnde non veretur Cardinalis noſter M. Petrus de Alliaco lib. 3. de vita Cœleſtini c. 18. eum Martyrem vocare, & Bonifacium, alterum Herodem. Et Spondanus *in Quibuſdam Eccleſijs colitur ſub Officio Pontificis & Martyris ob duriſſima quæ paſſus eſt à Bonifacio.*

Eodem anno fundatum eſt Collegium Prællæo-Laudunæum à Guidone de Lauduno & Radulpbo de Prællis qui ad ſuſtentationem pauperum Scbolarium de Laudunenſi & Sueſſionenſi Diœceſibus oriundorum de ſuo coniunctim contribuerunt, annuente & conſentiente Philippo Rege, cuius in eam rem extat publicum boc diploma.

Philippvs Dei gratia Francorum Rex, Vniuerſis præſentes litteras inſpe- «
cturis ſalutem. Notum facimus quod in noſtra præſentia propter hoc perſona- «
liter conſtituti Dilecti & fideles noſtri Guido de Lauduno Canonicus Laudu- «
nenſis ac Theſaurarius Capellæ noſtræ Pariſienſis & M. Radulpbus de Prællis «
Clericus noſter, *conſiderantes fœcunditatem bonorum & innumerabiles vtilitates ani-* «
marum & corporum quæ Doctrina laudabilis Pariſienſis ſtudij in populis Chriſti fidelium «
diffuſa iam lapſis præbuit temporibus & concedente Domino eſt præbenda in poſterum, «

Fvndatio Collegii Prællæi

« *ac etiam paritura, quodque nihil apud Deum glorioſius quàm vitem ædificare & plantare*
« *in terris, cuius fructus prudenter & fideliter totius Reipub. præeſt regimini, & cum vi-*
« *tam ducit laudabilem in corpore, aliorum etiam animas ad ſalutem* ædificat & ad ſui
« redit gratiam Saluatoris. Attendentes inſuper copioſam largitionem quam fecit
« eis Dñs de bonis ſuis, non ſecundum ipſorum, vt aſſerebant, merita, immò merita
« milleſies excedendo, & quod licet de ipſis bonis adminiſtrationem à Deo habue-
« runt, tamen pro ſuis viribus ad concedentis Dñi beneplacitũ de ipſis bonis diſpo-
« nere & ordinare tenentur, vt cum venerit ipſe Dñs habiturus cum eis rationem
« dicat eis *ſuper pauca fuiſtis fideles, ſupra multa vos conſtituam.* Idcirco ipſi iuxta
« ſuam prædictam conſiderationem dictum *Pariſienſe Studium* augere cupientes,
« pro fundatione perpetua cuiuſdam Domus *Scholarium Pariſius* in vico S. Hilarij
« facienda de bonis ſuis pro fundatione prædicta diſpoſuerunt, ordinauerunt &
« dictæ Domui ac Scholaribus ibidem manentibus & manſuris, capiendis &
« oriundis de Sueſſione & Lauduni Ciuitatibus & Diœceſibus perpetuo & in he-
« reditatem perpetuam dederunt, & ſe dediſſe recognouerunt in modum qui ſe-
« quitur. Videlicet dictus Guido centum libratas terræ ad Pariſien. annui & per-
« petui reditus, quas habet vt dicebat admortiſatas; videlicet 20. libratas ſuper
« Præpoſitura Laudunenſi, & 80. de Criſpeio in Laudunenſio, ac omnes Domos
« ſuas & plateas quas nunc babet, ſeu eſt in poſterum habiturus in prædicto vico
« S. Hilarij, & inter vicum S. Hilarij & vicum Clauſi Brunelli cum omnibus ea-
« rundem. Et præfatus M. Radulpbus ſimiliter ad opus prædictum dedit 200. li-
« bras terræ ad Pariſienſis annui & perpetui reditus capiendas & appreciandas.
« 1. Super Boſcis ſuis de Liſiaco & ſuper Molendino ſuo de Yuerni .:. Quæ omnia
« & ſingula prædicti Guido & Radulphus ptomiſerunt tenere & firmiter obſer-
« uare.... In quorum omnium teſtimonium & munimen præſentibus his noſtrum
« fecimus apponi ſigillum, ſaluo iure noſtro & quolibet alieno. Actum Pariſius an.
Domini 1313. menſe Ianuarij.

Cæterum non diu manſerunt Scholares illi ſeu Burſarij coniuncti: nam an. 1323. Laudunenſes partem illam occuparunt, quæ ad Clauſum Brunellum pertinebat, quæque poſtea Collegij Bellouaci nomen habuit: Prællæi verò ſeu Sueſſionenſes eam partem quæ vicum ſancti Hilarij attingit. An id acciderit viuentibus ipſis Fundatoribus nec ne, minus mihi conſtat. Vnum certò ſcio duos fuiſſe Radulphos de Prællis, priorem, Clericum; & is Fundator fuit Collegij Prællæi; alterum vxoratum, iuniorem & prioris nepotem, Dominum de Liſy, inter quem & Scholares à Patruo Inſtitutos lis interceſſit in Senatu, quæ tandem compoſita eſt an. 1331. vt legitut in quodam MS. veterum Senatuſconſultorum, cuius pro ſua ſingulari humanitate & beneuolentia mihi copiam fecit D. D. Herouval, ſub titulo *cuiuſdam concordiæ factæ inter Radulphum de Prælis Dom. de Liſy & Scholares per defunctum M. Rad. de Prællis Pariſius fundatos.* Item. *Inter Scholares Sueſſionenſes Pariſius fundatos per defunctum M. Radulphum de Prællis & executores dicti defuncti, & Radulphum eius nepotem.*

Item Guido ille alter Fundator vocatur in quibuſdam Litteris eiuſdem Philippi Regis Guido Pictauinus, Decanus Laudunenſis, Clericus & Conſiliarius Regis, quæ non videntur concordare cum illa ſerie Decanorum Laudunenſium quam ediderunt Sammarthani; cum Guidonem Decanum poſt an. 1329. tantummodo faciant. Plura de Collegiis iſtis non referimus, de quibus priuato volumine fuſius dicendum.

LAVDVNENSE.

Collegium verò Laudunæum quo loco hodie ſitum eſt, à M. Gerardo de Monte-Acuto Aduocato Generali in Curia Parlamenti anno 1339. Burſariis ſeu pauperibus Scbolaribus addictum eſt, legatâ in eam rem domo ſuâ quæ *Leonis aurei* ſignum præſeferebat. Itaque prædicti Burſarij mutatâ ſede poſſeſſionem illam nouam adierunt *per traditionem clauium* præſentibus Rectore Vniuerſitatis & Vicario Epiſcopi Laudunenſis, cui non obſtante mutatione loci & nouo M. Gerardi Beneficio polliciti ſunt publicè perpetuam reuerentiam & ſubjectionem.

Huicce Collegio ſucceſſu temporis multi multa legarunt, quorum ſeruantur Archetypa. Vnum prætcrire non poſſum quod mihi venit in manus à D. d'Herouval, eſtque Caroli V. an. 1378.

KAROLVS

Karolvs Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Regalis magnificentia ex tributa ſibi cœlitus gratia cunctis piè poſcentibus liberalis ad ea præſertim quæ Diuini cultus augmentum concernunt, & ſtudij conſpiciunt incrementum, ſe debet munificam exhibere. Ex hoc *etenim cunctorum bonorum largitor placatur, ſcientiæ fructus colligitur, humano generi prouidetur & honor augetur Regiæ Maieſtatis.* Sanè pro parte Collegij Scholarium Laudunenſium in Monte S. Genouefæ Pariſius commorantium ac in Facultatibus Theologiæ, Artium & Medicinæ ſtudentium nobis extitit humiliter ſupplicatum, vt cum ipſi ex dono pridem à defuncta Ada quondam vxore defuncti Ioannis Pulchri olim Speciarij & Burgenſis de partibus Laudun. oriunda ſibi facto ad *opus vnius Capellani Scholaris Diœceſis Laudun.* in dicto Collegio perpetuò habendi & fundandi percipiant & habeant 16. libras & 14. ſolidos Pariſ. annui & perpetui reditus in & ſuper quandam Domum, quæ quondam fuit ipſius Adæ, vocatam Domum *ad Godetum* ſitam Pariſius in terra noſtra iuxta portam Baudoir in paruo vico qui ducit à dicta porta Baudoir ad vetus Cimeterium ſancti Ioannis, collateralem D. Ioannis Carpentarij Faſticerij atque contiguam à parte poſteriori Domui Ioannæ la Cauchoiſe & domui Mahieti de Villaribus, Nos dictum reditum eiſdem admortizare de Regia liberalitate dignemur. Notum igitur facimus Vniuerſis tam præſentibus quàm futuris, quod nos ſedulâ meditatione penſantes, *quantus ſcientiæ fructus ex eiuſdem Collegij ſtudio proceſſerit temporibus retroactis & inceſſanter procedit. Et vt Scholares dicti Collegij de bono procedant in melius, qui vt adipiſci poſſint ſcientiæ margaritam, parentes & larem propriam deſerunt, exules ſunt à patria, noctes tranſeunt inſomnes, parcunt corporalibus alimentis, vt feruentius ſtudeant, & fructum inæſtimabilem colligant ſtudij ex labore, in quorum domo cultus diuinus cotidie celebratur, & ex eorum ſtudio, qui nedum in villa noſtra Pariſienſi, ſed etiam per Regnum noſtrum in diuerſis partibus & per alia multa mundi climata ſunt diſperſi, fides augetur & ſaluti proſpicitur animarum, policia regitur, corporum ſanitas conſeruatur & à noxiis præſeruatur*, ipſorum ſupplicationem ad exauditionis gratiam duximus admittendam, laude dignumque propoſitum dictæ defunctæ Adæ in Domino commendamus dictis ſupplicantibus dictarum 16. lib. & 14. ſolid. Pariſ. reditum annuum atque perpetuum ſuper dictam domum & alia prædicta, vt præmittitur, capiendum, de noſtris autoritate Regia plenitudineque Regiæ poteſtatis & de ſpeciali gratia admortizamus, concedentes eiſdem & eorum ſucceſſuribus & ab eis cauſam in perpetuum habituris, vt ipſi dictum reditum poſſidere perpetuò valeant & tenere valeant, teneantque & poſſideant & ipſo gaudeant, vtantur & diſponant de eodem pacificè & quietè, abſque eo quod ipſum vendere, alienare vel extra manum ſuam ponere deinceps quomodolibet teneantur aut poſſint per quoſcunque quavis occaſione compelli, Ordinationibus, mandatis vel inhibitionibus in contrarium editis vel edendis nonobſtantibus quibuſcunque, ſoluendo tamen nobis propter hoc financiam moderatam. Quocirca Dilectis & fidelibus noſtris Gentibus Compotorum noſtrorum Pariſius, vniuerſiſque & ſingulis Iuſtitiariis & Commiſſariis ad hoc deputatis vel etiam deputandis damus ſerie præſentium in mandatis, quatinus ſupplicantes ſæpè dictos eorumque ſucceſſores & cauſam ab eis habituros, noſtrâ præſenti conceſſione & gratiâ vti & gaudere pacificè faciant & permittant abſque impedimento quocunque. Quod ſi factum vel appoſitum eſſe repererint, reuocent & annullent, & ad ſtatum priſtinum & debitum indilatè reducant. Et vt hæc nequeant obliuione deleri, ſcripti memoriæ commendari, & præſentem paginam noſtri fecimus ſigilli charactere communiri, noſtro in aliis, ac alieno in omnibus iure ſaluo. Actum & datum Pariſius menſe Iulij anno Domini 1378. atque 15. Regni noſtri.

Anno 1314. obijt Clemens V. 12 Kal. Maias apud Rupem-Mauram ſupra 1314.
Rhodanum Diœceſis Nemauſenſis, cum ad Burdegalenſem aërem natiuum captandum, ſtomachi & laterum dolore cruciatus proficiſceretur. Iuſſit moriturus ſibi tumulum fieri in Eccleſia de Vzeſta, ignobili vico prope Caſtellum de Villandraut, vbi ſepulcrum marmoreum & iaſpide atque alebaſtrite lapide variegatum ſtetit teſte Carolo Lurbeo, vſque ad an. 1568. quo bellis Ciuilibus ab Hæreticis dirutum eſt. Erant autem ſepulcro hæc inſculpta verba. *Hic iacet*

» *fœlicis recordationis D. Clemens Papa V. Fundator Eccleſiarum de Vzeſta & de Vin-*
» *hendrando qui obijt apud Rupemmauram Nemauceſis Diœceſis, die 20. April. Pontifi-*
» *catus ſui anno 9.* Portatus verò ad iſtam Eccleſiam B. Mariæ de Vzeſta, anno Domini 1314. 27. Auguſti tunc proxima, & ſepultus, die anno Domini 1359. Eo mortuo Cardinales Carpentoratum ad electionem ſucceſſoris ſecedentes in factiones abierunt & ſedem ſine Pontifice diu reliquerunt, nempe per biennium.

Eodem anno 3. Kal. Decemb. obijt quoque Philippus Rex, violenta morte, cum enim in Silua Vaſtinenſi aprum ardentiùs inſequeretur, equus ita grauiter à Bellua feritur, vt in anteriores pedes cadens in terram, Regem à ſuis longius remotum effuderit, hærentemque altero pede in ſtapeda per longum traxerit ſpatium, lacerauitque adeò, vt tandem ſemianimis inuentus & ad Fontem-Blaudum relatus ſpiritum paulò poſt exhalarit. Ita ſcribit Wadinghus. Notat verò Gaguinus eum morti proximum aduocaſſe filios tres, & ad maiorem natu hæc verba habuiſſe. *Ludouice, regnaui hactenus, plurimis vectigalibus & tributis populum meum vexans: nec mihi ſatis curæ fuit monetam cudere quæ legitimi ponderis eſſet. Eam ob rem multorum in me odia concitaui. Ecce poſt me regnaturus es. Miſerere Patris animæ, & quæ perperam à me geſta ſunt, ipſe emendes. Deo ſatis meo nomine fac: de ijs quæ tibi relinquo; & Hieroſolymitano me voto abſoluas. Vos quoque filij ſeruate ſinceram inter vos charitatem.* Scribit idem Gaguinus tum creditum vulgo mortis eius conſcios fuiſſe Petrum Catalaunenſem Epiſcopum & Radulphum-Praërium in Regio Senatu Aduocatum: at Radulphum innocentem inuentum.

Obijt quoque eodem anno menſe Octobri Romæ Alexander de Alexandria Generalis Miniſter Franciſcanorum, cognominatus *Iunior*, ad diſcrimen Alexandri Alenſis. Poſt cuius mortem vacauit Præfectura anno vno, menſibus octo, ſeu negligentiâ ſeu turbulentiâ, inquit Wadinghus. Vnde occaſionem nacti Fratres illi, qui ſub nomine ſtrictioris obſeruantiæ agebant, quique à Clemente in gremium Religionis cum alijs reducti fuerant, ſpecie declinandæ perſecutionis ſeceſſerunt & peculiaria ſibi Domicilia conſtituerunt, aut Conſodales expulerunt, Guardianos & Cuſtodes præfecerunt, & habitus communis formam mutantes, veſtes ſtrictas, breues & nouitate deformes aſſumpſerunt. Quibus ſe & alij adiunxerunt Doctrinæ Petri Ioannis Oliui ſectatores. Ea diſcordia nata eſt in Prouincia: eiſque fauerunt impensè Ciues Narbonenſes & Biterrenſes. De hoc diſſidio fuſius dicetur ad ſequentes annos.

Eodem anno Electores Francofurtum conuenientes, 10. Kal. Nouemb. renunciarunt Imperatorem Ludouicum Comitem Palatinum Rheni, Bauariæ Ducem: alijs Fridericum Auſtriæ Ducem eligentibus. Sed, vt legitur in Chronico Rothomag. intercedente bello Fridericus capitur, & Ludouicus abſque vlla confirmatione Regnum occupauit.

Eodem anno Ludouicus dictus Hutinus Philippi Primogenitus viuente adhuc Patre indulſit Guillelmo *de la Foreſt* Armigero ſuo, vt bona ſua vendere poſſet quæ habebat apud Triſſiacum ſecus Monſtrolium & in quaſcunque perſonas transferre. Quæ bona vt ante dictum eſt, Vniuerſitas Pariſienſis emit ex legatione pecuniæ à M. Ioanne de Thelu quondam Decretorum Doctoris relictæ: vt referemus ad annum 1348. in hanc autem rem extant prædicti Ludouici litteræ in hunc modum.

» LVDOVICVS Regis Franciæ primogenitus Dei gratia Rex Nauarræ, Cam-
» paniæ, Briæque Comes Palatinus notum facimus Vniuerſis tum præſentibus
» quàm futuris, quod Nos attendentes & conſiderantes grata & accepta ſeruitia
» nobis à Dilecto noſtro Guillelmo de Foreſta Armigero diutius & fideliter im-
» penſa, &c. Actum apud Quarrerias, anno Domini 1314. menſe Octobri.

» Ad hunc annum ſic legitur in libro Rectoris fol. 141. verſo. Anno Dom. 1314.
» die Veneris poſt tranſlationem S. Nicolai menſe Maij, tempore Rectoriæ M.
» Stephani de Pariſius Rectoris Vniuerſitatis iurauit Thomas Stationarius dictus
» de Zenonis apud S. Mathurinum in præſentia Deputatorum videlicet M. Tho-
» mæ Anglici Doctoris in Theologia, M. Hugonis de Maſticone Doctore in De-
» cretis & Magiſtris alijs quamplurimis ibi exiſtentibus, articulos quos tenentur
» iurare Stationarij.

Anno Domini 1314. die Martis ante Feſtum Aſcenſionis D. in Rectoria M. Stephani de Pariſius fuit deliberatum à Facultate Artium apud S. Iulianum pauperem, quod Bedelli punientur quilibet de vna Burſa propter defectum ipſorum, videlicet quando Deputati iuerunt ad Regales, quod nullus eorum potuit haberi: & ſic fuerunt negoria Vniuerſitatis neglecta, dimiſſa & perdita.

Eodem anno Ægidius Aycellinus è Narbonenſi ſede ad Rothomagenſem tranſlatus emptâ ab Abbate San. Genouefiano plateâ quadam in Monte Domum ædificauit, eamque certo Scholarium numero addixit, quæ ſatis diu dicta eſt Aycellinorum Domus; deinde verò Montis-Acuti nomen aſſumpſit, quod erat Gentile Aycellinorum; ſeu quia illam vetuſtate collabentem inſtaurauit an. 1388. Petrus de Montagu Epiſcopus Laudunenſis & Cardinalis tit. S. Marci, Sorbonicæ Domus quondam Prouiſor & S. Martini Campenſis Prior.

Fvndatio Collegii Montis-Acvti.

Annus 1315. primus eſt Regni Ludouici Hutini, qui & omnium Regum primus cœpit ſub nomine Regis Franciæ & Nauarræ regnare, vt legitur in Chronico Rothomagenſi. Is autem Patris & Anteceſſorum ſuorum exempla ſecutus, Priuilegia ab iis Vniuerſitati conceſſa confirmauit, & ſpeciatim ea quæ pertinent ad telonium, portoria, *Nunciorumque Academicorum* in eundo & redeundo ſecuritatem: quale iſtud eſt. 1315.

Privilegivm pro Nvnciis Academicis.

Lvdovicvs Dei gratia Francorum & Nauarræ Rex Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Per Venerabilem Magiſtrorum & Scholarium laudabilis ſtudij Pariſienſis Vniuerſitatem, quæ ab olim ſuos in tantùm fructiferos Doctrinæ ramos per varia mundi climata diffundere conſueuit, Quod hinc Orthodoxæ fidei ſtatus firmus conſeruatur, vitaque hominum lucidius informatur, & mundus etiam ad obediendum Deo & Miniſtris ſuis illuminatur. Attendentes præcipuè noſtrum Franciæ Regnum multis ſcientiarum & virtutum titulis inter cætera decorari, Notum facimus quod Nos Progenitorum noſtrorum Regum Franciæ veſtigiis inhærendo, Vniuerſitatem ipſam & ſingulos eiuſdem benignè proſequi deſiderantes affectibus, necnon fauore placido omnia quæ eiuſdem firmitatem ac proſperitatem reſpicient, nutrire & augere ſincerius intendentes, *concedimus & volumus quod omnes & ſinguli de quacunque regione vel Natione oriundi de einſmodi corpore Vniuerſitatis exiſtentes & eſſe volentes, ad eam accedere, morari, redire, & ſe Nuncios reſque ſuas vbilibet transferre pacificè & liberè abſque vlla inquietatione poſſint*, ſicut eiſdem melius videbitur expedire, dum tamen aliquo zizaniæ modo Regiam offendere Majeſtatem quomodolibet non præſumant, ſed potius ſtudeant ſe noſtram & Regni & fidelium noſtrorum amicitiam confouere. Quod ſi reperirentur, quod abſit, contrarium attentare, intelligimus ipſos fore modo debito puniendos. Ideoque diſtrictè prohibemus noſtris omnibus Iuſticiariis, Miniſtris & ſubditis per præſentes, *ne contra præmiſſa quidquam audeant in prædictæ Vniuerſitatis vel aliquarum perſonarum eiuſdem præiudicium attentare, injurias, moleſtias, violentias quaſcunque inferre, vel in eorum aliquatenus perniciem machinari.* In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum. Actum Pariſius 2. die menſis Iulij anno Domini 1315.

Eodem anno in Comitiis Generalibus apud Mathurinenſes habitis die ſabbati ante Feſtum D. Mathæi ſtatuit Vniuerſitas, vt quiſquis deinceps lite contenderet apud Rectorem & Procuratores ac Deputatos Vniuerſitatis, & ab eorum ſententia appellaret, caueret de pecuniæ ſummâ, quâ ſi à ſententiâ eorum ad ipſam Vniuerſitatem appellans lite caderet, caſurus eſſet. Quod ideo ſtatutum eſt, vt temerè litigantium & appellantium libido coërceretur. Legitur autem in libro Procuratoris Gall. Nationis ſub hoc titulo. *Statutum Vniuerſitatis vt appellantes à Rectore & Procuratoribus quinque ſolidos, & à Deputatis Vniuerſitatis decem illâ die ſoluere teneantur, alioquin appellatio irrita reputetur.* Sic autem habet.

Contra appellantes a Sententia per Rectorem et

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino ſempiternam. Ad perpetuam rei memoriam. Quia nonnulli in cauſis motis coram Rectore & Procuratoribus Vniuerſitatis Pariſienſis prædictæ, ſeu coram Deputatis ab eadem plus fraudibus quàm cauſarum fauoribus innitentes, friuolas ad ipſam Vniuerſitatem inter-

Procvratores lata.

» ponere conſueuerunt appellationes, vt vel ſaltem ipſis mediantibus ius in cauſis
» ipſis omnino pereat, aut ſaltem in prorogationem huiuſmodi friuolarum,
» ipſæ cauſæ provt frequentius accidit, euaneſcant, *Statuimus & ordinamus, vt*
» *quicunque de cætero ab ipſis Rectore & Procuratoribus ad Vniuerſitatem ipſam ex qua-*
» *cunque cauſà coram ipſis motâ appellauerit, primitus & ante omnia cautionem quinque*
» *ſolidorum Pariſienſium D. Rectori qui pro tempore fuerit, præſtet, vt ſi cadat* à cauſa
» ipſâ procedendo in eadem, dicto Rectori ſatisfacere teneatur de eiſdem: alio-
» quin in ipſa cauſa procedat ipſe Rector, provt ſibi viſum fuerit expedire, appel-
» latione huiuſmodi tanquam friuolâ nonobſtante. *Statuimus* inſuper & ordina-
» mus, quod quicunque exnunc in futurum *à Deputatis ab Vniuerſitate* prædictâ in
» aliquâ cauſâ datis ſeu dandis ad ipſam Vniuerſitatem appellauerit, *præſtitâ* eo
» modo quo ſupra ab ipſo appellante *cautione decem ſolidorum Pariſ.* ante omnia in
» manibus ipſius Rectoris, in eius appellatione admittatur, ſeu deferatur eidem
» appellationi. Et ſi contingat dictum appellantem in lite ſuccumbere coram
» Deputatis ſuper eadem ſibi dandis ipſi Rectori de decem ſolidis ſatisfaciat ante-
» dictis. Si quis autem huiuſmodi cautionem modo quo dictum eſt, præſtare re-
» nuerit, procedant ipſe Rector & Deputati in ipſa provt de iure, dicta appella-
» tione tanquam friuola nonobſtante, ad interloquendum vel deficiendum provt
» ſtatus ipſius cauſæ exigit & requirit more ſolito ſummariè & de plano. Quod
» omnibus quorum intereſt, aut intererit, tenore præſentium ſignificamus. Da-
» tum & actum in Congregatione noſtra Generali apud S. Mathurinum anno Do-
» mini 1315. die ſabbati ante Feſtum B. Mathæi Apoſtoli.

Ex hocce ſtatuto intelligimus luce clarius Iuriſdictionem Rectoris & Procuratorum fuiſſe ordinariam, tanquam primæuam & antiquiſſimam, Deputatorum verò Vniuerſitatis fuiſſe extraordinariam: qui quidem Deputati ab ipſâ Vniuerſitate dabantur ad judicandum de certis cauſis, vt diligentius examinarentur. Vnde appellatio à ſententia Rectoris & Procuratorum differebat à ſententiâ latâ per Rectorem & Deputatos. Nam prior quinque tantùm ſolidis multabatur, quia ſcilicet Tribunal iſtud conſtabat ex minori ſeu pauciori numero Iudicum; poſterior verò decem ſolidis, quia plures Iudices dabantur. Porro inter Deputatos Facultatum ſuperiorum erant Decani, aut alij ab ipſis Facultatibus delecti.

Sorbonica institutio.

Eodem anno ait Genebrardus inſtitutum fuiſſe *Actum* illum animoſum toto orbe celeberrimum, qui vulgò *Sorbonicus* dicitur, à M. Franciſco Mayrone Ordinis Minorum, M. Ioannis Duns ſeu Scoti quondam auditore. In cuius rei memoriam etiamnum hodie Franciſcanis prima Diſputatio, *Sorbonica* dicta conceditur. Sunt tamen, & inter alios Petrus Ramus, qui huiuſce Actus famoſi Inſtitutionem poſt Cardinalis Tutavillæi Reformationem, cuidam Franciſcano tribuant. *Franciſcanus Quidam*, inquit Ramus, *ab hinc annos centum poſt Cardinalis Totavillæi Reformationem, clamores Quæſtionarios amplificauit, totumque diem vnum Diſcipulis contra altercantibus reſpondit nullo iudice adhibito præter ſtrepitum pedum & manuum plauſum; quo Quæſtiones altercantium diſceptarentur. Hic Actus* Sorbonica *dicta eſt: atque in memoriam gloriamque robuſti & valentis altercatoris Franciſcanis adhuc prima Sorbonica eſt conceſſa.*

Vtra opininio verior ſit, non diſputo. Fortaſſe Mayronius inſtituit quidem Sorbonicam, ſed non eo rigore, quo poſtea & hodie exercetur; quem, vt facilè eſt inuentis addere, ab alio additum fuiſſe credibile eſt Nam quod ante Reformationem Tutavillæam Diſputatio illa Sorbonica fieret, patet ex Manuſcripto M. Ioannis Breuis-coxæ Gall. *Courte-cuiſſe* qui ſub Carolo VI. in Academia Pariſienſi clareſcebat, imo ſub ipſa Regni eius initia ab anno 1400. Reformatio autem Tutavillæa facta eſt tantum anno 1452. ſic ergo ille. Reſponſio Sorbonica. *In proſpectu diſcretionum veſtrarum de præceptis & etiam ſtatutis æternæ legis locuturus vereor aliquantum dicere vel proferre; vnde pudendam, vel retractandum ſeu reuocandum, vtpote quod ſit contra ſcripturam ſacram, &c. Hac itaque ſimili proteſtatione præmiſſà, implorato primitus Altiſſimi præſidio, Domini inſuper Prioris; Magiſtrorum & Baccalariorum contra me arguere debentium ſupportatione charitatiuâ, necnon aſſiſtentium omnium beniuolo auditorio dubium per D. Priorem mihi propoſitum aggredior.* Hæc videtur fuiſſe Reſpondentis de Sorbonica, præfatiuncula, quæ

Digitized by Google

vulgò *Quanquam* dicitur. Hanc autem obſeruationem fatetur Menagius in Originibus Linguæ Gallicæ ſe debere M. Ioanni Launoyo Doctori Nauarrico, viro Antiquitatis ſcientiſſimo.

Actum huiuſmodi deſcribit Genebrardus & poſt Genebrardum Spondanus hoc modo. Quo ſcilicet, æſtate per ſingulos dies Veneris non impeditos ab hora quinta matutina ad ſeptimam veſpertinam ſine Præſide, ſine ſocio, ſine prandio & paſtu, ſine vllâ emigratione, in eadem perpetuâ corporis ſedis & animi contentione per 14. horas continuas omnibus & ſingulis opponentibus reſpondetur: præcipuè verò Baccalaureis primi & ſecundi ordinis qui ſunt minimum ſexaginta. Facinus inexpertis formidabile: at cuius causâ nemo hactenus in valetudinis diſcrimen venerit, plures melius habuerint. Reſpondens tamen circa meridiem iuſculum ſumit: quo tempore Baccalaureus opponens ſeu diſputans de Quæſtione propoſitâ diſſerit, & difficultatem oratorio prope modo explanat. Poſt Quadrantem verò Reſpondens reſumit argumenta & dubia diſſoluit.

Porro Mayronius ille, ſic dictus à pago Mayronenſi Ebredunenſis Diœceſis, quem Ioannes XXII. in quadam Ep. appellat Franciſcum de Digna, quæ Ciuitas eſt in Delphinatu (vnde conuincuntur erroris, qui eum ſcribunt fuiſſe Scotum) quique vulgò *Doctor Illuminatus* vocabatur, (vt Magiſter eius Ioannes Scotus *Doctor Subtilis*) quaſdam Theſes non ſatis Catholicas emiſiſſe traditur. Nam 1. in dubium viſus eſt reuocare Theſaurum ſatisfactionum Chriſti ſuperaffluentium, ſeu ſuperabundantium & apud Eccleſiam reconditarum. 2. Aiebat Sanguinem Chriſti in triduo Paſſionis, quo fuit à Corpore eiuſdem ſeparatus, non fuiſſe adorandum cultu Latriæ, quoniam hypoſtaticam Verbi vnionem amiſerat. Verum cum omnes ſententias ſuas Eccleſiæ Iudicio ſubmiſerit, Hæreticus dici non poteſt.

Hoc anno aiunt Corrozetus & Molinæus ab Hutino Regiam relictam exercendis cauſarum Iudicijs, tuncque primùm Parlamentum certo loco fixum ſeu vt vocant ſedentarium factum, quod antea ambulatorium erat. Philippus quidem Pulcher inſtituerat anno 1302. duo Parlamenta, hoc eſt duos Conuentus annuatim Lutetiæ haberi voluerat, primum à feſtis Paſchalibus, alterum à feſto omnium Sanctorum, vtrumque verò per duos menſes exerceri, at Hutinus continuum eſſe voluit, eiuſque exercitium perenne. PARLAMENTI PARIS. INSTITVTIO.

Anno 1316. Ludouicus Hutinus moritur apud Vincennas. Frater eius Philippus Comes Pictauienſis Regentis nomen aſſumpſit, donec tandem ex conſenſu Principum, Baronum & Prælatorum Regni Rex appallatur, iſque eſt qui cognomento *Longus* dictus eſt. Quandiu verò Regens fuit, rem fecit orbi Chriſtiano gratiſſimam & vtiliſſimam: cum enim Cardinales in ſua pertinacia permanentes nondum de ſummo vno Pontifice conuenire potuiſſent, quippe alij Italum, alij Aquitanum, alij Gallum volebant, eos ſub ſpecie Conuentus habendi & de Rebus Regni publicis tractandi Lugdunum acciuit, præſtito tamen iuramento ſe eos dimiſſurum, & abire permiſſurum, quando vellent. Verum omnes in Conclaui incluſit in profeſto Apoſtolorum Petri & Pauli, admonuitque non exinde exituros antequam aliquem Pontificem renunciaſſent. Itaque illi volentes nolentes poſt dies 40. poſt multas altercationes, multas quoque Philippi Comitis & Regentis exhortationes 7. Id. Auguſti Pontificem renunciant Iacobum Oſſa, ſiue d'Euſa Gallum Caturcenſem, Cardinalem Aquitanum, Epiſcopum Portuenſem: humili quidem genere ortum, erat enim filius Arnoldi de Oſſa vel d'Euſa Sutoris veteramentarij; at virum prudentem & doctum, paruum corpore, animo magnum, ingenio & arte in rebus perficiendis ſingularem. 1316.

Hunc ferunt non per electoria Cardinalium ſuffragia promotum, ſed ſuffragio proprio ſe Pontificem nominaſſe. Nam cum Cardinales conuenire non poſſent, de hoc conuenerunt, vt is ſtaret Pontifex quem Iacobus Cardinalis nominaſſet. At ille conſilio, vt aiunt, vſus Neapoleonis Cardinalis Vrſini ſemetipſum Pontificem his verbis dixit, *Ego ſum Papa*, & Papa remanſit: imitatus exemplum Mauricij Epiſcopi Pariſienſis, qui diſcordantibus etiam electoribus Canonicis, ſe, quia neminem noſſet qui vellet exequi quæ animo conce-

Digitized by Google

perat, nominauit in Epiſcopum, acceptâ prius à Concanonicis authoritate, quem vellet Pontificem renunciandi.

Ab hoc Pontifice multa extant Vniuerſitati conceſſa Priuilegia. Primo quidem Pontificatus ſui anno ſpeciali Bullâ mandauit & iniunxit omnibus Eccleſiarum Prælatis & Collatoribus Beneficiorum, vt ea Magiſtris Vniuerſitatis Pariſienſis in gratiam & fauorem ſtudiorum concederent & conferrent.

Vniverſitas Pariſienſis a Papa commendatur Prælatis in Beneficiis.

» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Patriarchis,
» Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac Dilectis filijs Electis, Abbatibus, Prioribus, De-
» canis, Archidiaconis, Præpoſitis ac alijs Eccleſiarum Prælatis, nec non Capi-
» tulis, Conuentibus, ſeu Collegijs exemptis & non exemptis ad quos litteræ
» præſentes peruenerint, ſal. & Apoſtol. bened. Noſtis fratres & filij quod illi
» ſint ad Eccleſiaſtica Beneficia iuxta ſacrorum ſcripta Canonum aſſumendi, qui
» morum honeſtate præfulgeant, ignorantiæ nube reſperſos illuſtrare velint &
» valeant lucidæ ſplendore ſcientiæ, incumbentia conferentibus onera exemplis
» laudabilium operum releuent, ac gregem Dominicum ab hoſtili feritate, ſo-
» lertiâ paſtorali præſeruent. Noſtis etiam, cum nullum ferè Orbis angulum la-
» teat, quot & quantos viros luminoſâ ſcientiâ præditos ac honeſtâ conuerſatio-
» ne decoros *Pariſienſe ſtudium* ad illuminationem Gentium diuinitus inſtitutum
» huc vſque produxerit & producere iugiter non deſiſtit, qui ſui fluenta diffun-
» dentes eloquij, vniuerſalem Eccleſiam longè lateque diffuſam multipliciter
» irrigarunt & irrigant, doctrinâ vitæ viuificantes animas ipſas & facientes virtu-
» tibus reſplendere. Digne ergo tales ſunt largifluis ampliandi fauoribus, & dignè
» ſpecialibus gratijs attollendi, vt & præmium labori reſpondeat, & ſtudentium
» numerus ſpe retributionis habendæ concreſcat. Ideoque veſtram Vniuerſita-
» tem monemus, rogamus atque hortamur attentè per Apoſtolica nihilominus
» vobis ſcripta mandantes, quatinus inordinato carnalitatis affectu & acce-
» ptione perſonarum excluſis ad ſolius iudicium rationis veſtros conuertentes af-
» fectus, Magiſtros & Scholares ſtudij antedicti iuxta eorum merita loco & tem-
» pore ſuis velitis oculo benigno reſpicere, eoſque in collationibus Beneficiorum
» ad vos ſpectantium ſic fauorabiliter commendatos habere, quod & congrua
» illorum promotio laudem vobis apud Deum & homines pariat, & Apoſtolicæ
» Sedi, cuius in Beneficijs conferendis authoritas eò plenior eòque liberior, quò
» ſuperior eſſe dignoſcitur, gratum & acceptum. Datum Auenioni, Kalend. Martij, Pontificatus noſtri, anno 1. Ab hoc Pontifice ſumenda origo Rotulorum quos deinceps Vniuerſitas miſit ad Papam, nomina ſuorum ad Beneficia continentes. Qua de re in Diſſertatione. Reuera nullus eſt Pontifex qui Magiſtros Vniuerſitatis Pariſ. impenſius amarit, in eorumque commodum & promotionem plus incubuerit, aut paci & tranquillitati ſtudij prædicti magis ſtuduerit, quæ res excitauit in Magiſtrorum Oxonienſium animis inuidiam: cum enim intellexiſſent eum plurimos è Magiſtris noſtris ad Beneficia & Prælaturas promouiſſe & quotidie promouere, ad ipſum haſce litteras dederunt.

» Sanctiſſimo in Chriſto patri Ioanni diuinâ prouidentia ſacroſanctæ Rom. ac
» vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium
» ſtudij Oxonienſis deuota pedum oſcula Beatorum.... Intelleximus ſi quidem,
» quod nuper ad ſtudium Pariſienſe miſericordes oculos conuertiſtis, & eiuſdem
» ſtudij Doctores tam Philoſophos quàm Theologos ad Eccleſiaſtica Beneficia
» promouiſtis, & alios quidem immenſis honoribus ſublimaſtis, alios verò dedi-
» tis Paſtores & Doctores in opera miniſterij & in ædificationem Corporis Chri-
» ſti & modificationem Sanctorum. Nos autem, Pater ſanctiſſime, diuinâ inſti-
» tutione formati audemus dicere, quod noſtrum *Studium Oxonienſe illo Pariſienſi*
» *ſtudio* quamuis excellenter nobili eſt quidem antiquius tempore, prius origine,
» & prout credimus, non poſterius dignitate. Conſtat namque Albinum Philo-
» loſophum & Doctorem Catholicum natione Anglum famoſiſſimi Principis Ca-
» roli M. Magiſtrum & per eundem Carolum de Anglia acceſſitum fuiſſe Pariſius
» ſtudij fundatorem, quod non Anglicæ, imò Gallicæ atque Romanæ hiſtoriæ conteſtantur. Ita legitur in Apologia Briani Thwyni ſcriptoris Angli pro Academia Oxonienſi contra Cantabrigienſem, ad annum 1322. Et quanquam totam Epiſtolam non refert, ſatis tamen ex illa intelligimus, quàm inuido animo tule-

Antiquitas ſtudii Pariſienſis et Oxonienſis.

rint Oxonienſes noſtrorum Academicorum promotionem. Item ex ea patet; quàm fuerit tum conſtans opinio omnium virorum Doctorum, Academiæ Pariſienſis inſtitutionem Carolo M. deberi operâ Alcuini Magiſtri ſui, vt initio retulimus.

Idem Pontifex hoc anno fundationem Collegij Nauarrici, Executorumque teſtamenti Reginæ Ianæ additionem & expoſitionem ſpeciali Bullâ confirmauit datâ Auenione 8. Id. Feb. qua vetat Doctores Theologos, in Collegio, poſtquam licentiam obtinuerint manere, *Poſtquam verò*, inquit, *Theologus licentiam in Theologia obtinuerit cum effectu, domum exire ſimpliciter teneatur & ſibi alibi prouidere: & iurabit ob cauſam prædictam ſe non differre receptionem ſeu ſuſceptionem Magiſterij prædicti, nec etiam prolongare.*

Idem ſpeciali Bulla confirmauit omnia Priuilegia quæ hactenus Vniuerſitati fuerant à ſummis Pontificibus conceſſa.

Priuilegium omnium Apoſtolicorum Confirmatiuum.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei *Dilectis filijs Vniuerſitati Magiſtrorum & Scholarium Pariſ.* ſal. & Apoſt. bened. Quantò veſtræ venuſtæ fœcunditatis antiquitas cunctorum Studiorum mater exiſtens ſacroſanctæ Eccleſiæ plures & ſalubriores Catholicæ fidei Doctrinas ac totius laudabilis & honorabilis notitiæ claritates noſcitur tribuiſſe, tantò Nos deſideramus intentiùs veſtros ſtudioſos Actus nullius iniuſtæ oppreſſionis occaſione turbari, ſed continuâ iocunditate tranquillitatis gaudere. Eapropter Dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus ſiue per priuilegia, vel alias indulgentias vobis & Vniuerſitati veſtræ conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium Exactionum à Regibus & Principibus ac alijs Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & Vniuerſitati veſtræ indultas, ſicut eas iuſtè ac pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem Vniuerſitati veſtræ authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem, &c. Datum Auenioni 1. die Nouemb. Pontif. noſtri anno 1.

Inſtitutio Notarij publici in Scribam Vniuerſitatis.

EOdem anno conſtituit Vniuerſitas vti deinceps Notario publico pro Scriba in conſcribendis Actis, & litteris expediendis. Cuius inſtitutionis ratio triplex fuit. Prima quidem, quia Acta per Notarium conſcripta & in publicam formam redacta firmiora erant & eſſe debebant, quàm quæ per Scribam conficiebantur. Secunda, quia cum Notarius fixam habeat ſedem Pariſijs, accuratius & diligentiùs acta conficere & ſeruare ſolet, quàm Magiſtri, qui fluunt & refluunt, quique proinde minus ſoliciti ſunt de conſcribendis actis & negotijs expediendis. Tertia, quia neque commodum etiam erat vti Rectoribus in eam rem, propterea quod ſingulis trimeſtribus mutabantur, atque idcirco prius Magiſtratum abdicarant, quàm Vniuerſitatis negotia gerere aut litteris conſignare didiciſſent. Itaque commodior tum eſſe viſus eſt Notarius publicus, quàm vllus Vniuerſitatis Magiſter aut Rector, ad exequendum Scribæ Officium; quippe melius & ſanius & fortius Inſtrumenta publica condit, quàm priuatus Magiſter: & plus habent roboris Acta per Notarium confecta, quàm per Scribam. Tale igitur legitur ſtatutum in libro Procuratorum Nat. Gall. ſub hoc titulo.

Statutum Vniuerſitatis de habendo Notarium publicum.

Inſtitutio Notarii publici pro Scriba Vniuerſitatis.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtroram & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in filio Virginis glorioſæ. Iniuriatur memoriæ frequenter obliuio, & longinquitate fit ſæpè temporis, quod res clara præſentibus redditur obſcura futuris; & ſic interdum reciſa repullulant, ſuſcitantur ſopita, & ſepulta reſurgunt. Vnde aduerſus obliuionis diſpendium & ſcripturæ ſuffragio prudentum cautela non immerito prouidere curauit. *Vt ergo noſtræ Vniuerſitatis negotia futuris temporibus peragenda roboris firmiori*

» *ſanitate vallentur, potiſſimè, quia labilis eſt hominum memoria, vt prædicitur, noſtri-*
» *que Magiſtri fluunt & refluunt continuóque mutantur, Rectorque ſæpiſſimè mutatur:*
» *Ex quibus frequentius euenire contingit quamplurima noſtra negotia tam deliberata*
» *quàm alia ſub obliuionis velamine in graue noſtri præiudicium & grauamen per-*
» *tranſire*, de Notario nobis tam vtili, quàm honeſto, qui in noſtris Congrega-
» tionibus & alijs locis nobis neceſſarijs interſit, ſcribenda conſcribat, & ſi opus
» fuerit, *in publicam formam modo debito reducat*, ex vnanimi conſenſu, prouido &
» deliberato conſilio duximus prouidendum, per cuius manus omnes litteræ ſeu
» ſcripturæ à noſtra Vniuerſitate emanantes, ſiue in ſupplicationibus Magiſtro-
» rum & Scholarium, ſeu alijs, & ſub cuius ſigno priuſquam ad ſigillum valeant
» aut debeant admitti, de noſtra voluntate & ordinatione de cætero tranſibunt.
» Saluo ſibi ſalario competenti in omnibus, præterquàm in ijs quæ propriè ſunt
» Vniuerſitatis noſtræ negotia communia: Pro quibus ſufficienter ordinare in-
» tendimus, ac eidem ſuper his debito modo prouidere.

» Forma verò iuramenti eiuſdem Notarij quod nobis præſtabit in nouitate ſuæ
» Conſtitutionis in Officio, talis eſt quod ipſe Notarius coram Vniuerſitate iura-
» bit ſe Officium commiſſum fideliter exercere; ſecreta Vniuerſitatis noſtræ nemi-
» ni pandere ſeu reuelare. Item ſufficienter *vocatus ex parte Rectoris* tenebitur tam
» in noſtris Congregationibus quàm alibi pro noſtris negotiis fideliter exercendis
» intereſſe. Scribenda ſcribere, & exequenda ſuper ſibi commiſſis exequi diligen-
» ter. Ad quod quidem Officium Notarij pro anno ſaltem proximo intrante in
» Ianuario, vſque iterum redeat ipſe menſis, dilectum & fidelem noſtrum *Radul-*
» *phum Benedicti Notarium publicum duximus eligendum*, ipſumque coram Nobis
» adhoc præſentem, & onus in ſe huiuſmodi ſuſcipientem, iuramento nobis ab
» eodem primitus in forma ſupradicta corporaliter præſtito Pariſius in Capitulo
» ſancti Mathurini in noſtra Congregatione Generali die Sabbati ante Feſtum B.
» Nicolai hyemale anno Domini 1316. locum eidem ſuiſque ſequacibus iuxta Re-
» ctorem ſeu pulpitum ipſius Capituli aſſignantes inueſtiuimus & inueſtimus per
» ſedile præſentialiter de eodem, volentes vt idem ſuique ſequaces velut Magi-
» ſter actu Regens, Priuilegiis, Libertatibus & Immunitatibus noſtris ſeu Vni-
» uerſitatis prælibatæ liberè ac pacificè gaudeant in futurum. Quod omnibus
» quorum intereſt tenore præſentium volumus fieri manifeſtum. In quorum teſti-
» monium præſentes Litteras per eundem Notarium noſtrum confectas noſtræ
» Vniuerſitatis ſigilli munimine fecimus roborari. Datum anno & die Sabbati
» prædictis Pariſius in noſtra Congregatione Generali & Capitulo S. Mathurini
» ſupraſcriptis. Nobis ibidem ſuper his & aliis per M. Petrum Apoſtoli de Pari-
» ſius tunc Rectorem ea die vocatis ſpecialiter & congregatis.

Iſte ergo Radulphus Officium ſuum iniit menſe Ianuario proximo, & in quibuſdam Actis legitur expediſſe Litteras ſigno ſuo & ſigillo Vniuerſitatis munitas. An verò deinceps vſa fuerit Vniuerſitas Notario publico Scribæ loco, an ſcribam ſimul ordinarium habuerit, ita vt Notario vteretur in actis quibuſdam publicis conſcribendis & in publicam formam redigendis, vt firmiora eſſent, ſi quando iis vſus eſſet in cauſis forenſibus; Scriba verò in actis ordinariis inſcribendis, meritò quæri poteſt. Atque vt hæc Quæſtio diſſoluatur, operæ pretium eſt animaduertere in ſtatuto prædicto nihil dici de *Scriba Facultatis Artium*, ſed tantum de Notario ſeu Scriba Vniuerſitatis. Neque enim dubium eſt, quin ab omni æuo vetus Vniuerſitas ex 4. Nationibus compoſita (quæ poſt aggregationem Facultatum ſuperiorum, cœpit Facultas Artium frequentiùs nuncupari) Scribam habuerit: quandoquidem conſtat eam & ſtatuta condidiſſe, & forum ſeu ius exercuiſſe, & Regeſta habuiſſe. Vnde neceſſe eſt fuiſſe aliquem præpoſitum Officio ſcribatus, quiſquis tandem ille fuerit, qui iſta omnia conſcriberet, & in faſtos referret. Neque verò ille Præpoſitus ſeu Scriba, extraneus erat, quemadmodum Notarius, ſed vnus è Magiſtris: imo, vt veriſimile eſt, ipſe Rector, propterea quod cum ſit Magiſtratus communis & publicus, ei fidem derogare non licebat. Sed & ipſe Codicem; ſeu, vt vocant, Regiſtrum habebat proprium, & Facultas etiam ipſa ſuum. Nam in Actis diei 1. April. an. 1271. in quibus 4. Nationes à Rectore conuocatæ prohibent, ne Magiſtri ſui vllam Quæſtionem in ſcholis Philoſophicis agitent purè Theologicam, ſtatutum iſtud volunt inſcribi

Commentariis

Digitized by Google

Commentariis ſeu Regiſtro ſuæ Facultatis. Sic enim in fine legitur. *In cuius rei memoriam hoc idem ſtatutum in Regiſtro noſtræ Facultatis ſub eiſdem verbis ſcribi fecimus ac etiam ordinari.* Vnde liquet Facultatem Artium, quæ tum Facultates alias tres ſibi ſociauerat; proprium habuiſſe Regiſtrum, & in eo ſtatuta ſua ſcribi curaſſe, ac proinde Scribam habuiſſe, ſeu qui Scribæ fungeretur Officio; ſeu fuerit ille proprius ipſi Facultati, ſeu fuerit communis toti Vniuerſitati.

Quod verò prӕterea Rector proprium habuerit librum, ſeu Regiſtrum in quo ſui Magiſtratus acta conſcriberet, patet ex Actis poſtridie S. Firmini anno 1281. in quibus hæc verba leguntur. *Volumus inſuper quod Rector ad hoc adſtringatur, vt Procuratores ſingularum Nationum, aut vices ipſorum gerentes, nec non diem electionis eorundem ſuo Regiſtro inſcribat, ne ex hoc defectus aliquis vt aliàs viſum eſt, in Compoto Generali Rectoris eligatur.* (fortè, oriatur.)

Habebant quoque ſingulæ Nationes, item ſingulæ Facultates libros proprios: vt liquet ex Statuto Vniuerſitatis ſuper Confectione Rotulorum facto, anno 1395. in cuius fine hæc verba extant. *Vt autem hæc noſtra Ordinatio & ſtatutum inuiolabiliter obſeruetur, & ne aliquis eius prӕtendere valeat ignorantiam, volumus vt inſcribatur libris ſingularum Facultatum & Nationum & à ſingulis gradum recipientibus obſeruari iuretur.* Nationum autem Scribas non video alios fuiſſe quàm Procuratores ipſarum, niſi fortè quemadmodum Facultates ſuperiores, nonnunquam vſæ ſint Bedellis pro *Scribis*, vt in libello Roberti Gouleti de Origine Academiæ Pariſienſis anno 1517. edito legitur, quod tamen aſſerere temerarium foret, cum nulla extent eiuſmodi Bedellorum Scribarum exempla. Verum Procuratores acta ſui Magiſtratus conſcribebant, & nonnunquam aut Scribâ Vniuerſitatis, aut Notario publico, ſi res exigebat, publicum confici inſtrumentum, vtebantur. Et talem fuiſſe Gouleti temporibus conſuetudinem liquet ex ipſius ſcriptis. *Vnaquæque Natio*, inquit, *ſimiliter & Facultas in ſua ſuppoſita de concernentibus factum Nationis*, vel *Facultatis Iuriſdictionem habet, atque pro ſuis agendis Scribam ſiue Notarium, ſcilicet in ſuperioribus Facultatibus & Nationibus maiorem Bedellum, niſi de conſenſu Partium, quando in Nationibus pro vno Officio plures ſunt Competitores, alius adducitur. In Facultatis verò Artium actibus & Conuentionibus* Scriba *Vniuerſitatis ſemper habetur. Vnde à Nationis ſententia licet grauato ad ipſam Artium Facultatem appellare, quæ in illo caſu in alijs tribus conſiſtit Nationibus, & à ſententia vnius Facultatis ad ipſam Vniuerſitatem.*

Conſtat igitur ante Inſtitutionem Notarij prædicti in Scribam, fuiſſe in Vniuerſitate Scribam & Regiſtra, vt vocant: quod inſuper patet ex Actorum ante ea tempora conſcriptorum diuerſitate. Nam quæ à Scriba conficiebantur, nullius nomen ſpeciatim præferebant, ſed ſigillis tantùm 4. Nationum, aut ſigillo communi Vniuerſitatis muniebantur pro more veteri; quæ verò à Notario, nomen Notarij cum ſigillo aut ſine ſigillo præferebant. Iam verò vtrum Facultas Artium & Vniuerſitas ſuum ſibi ſeruauerint Scribam, etiam poſt inſtitutum illum Notarium, difficile eſt aſſerere, cum nulla Acta, nulla Inſtrumenta ante annum 1400. Scribæ nomen præferant. Nihilominus tamen ſi rectè attendatur ad ſeriem temporum Actorumque diuerſitatem, fatendum erit prӕter Notarios publicos, quibus certè vſa eſt Vniuerſitas, fuiſſe quoque Scribam ordinarium Facultatis Artium eundemque totius Vniuerſitatis. Etenim patet Notarios non omnibus interfuiſſe Comitijs, nec omnia Statuta, Acta & Inſtrumenta confeciſſe. Vnde conijcitur Vniuerſitatem & Facultatem Artium aduocaſſe Notarios ad conficienda tantùm extraordinaria Inſtrumenta, vt hodie fit etiam num: cuius rei ſignum eſt, quod ipſi hac formula vti ſolent in actorum confectione. *Ego N. vocatus & rogatus præſens adfui*, ſeque inſtrumentis quæ conficiebant, ſubſcribebant. At alia ſunt acta & ſtatuta plurima & longè maiori numero, quàm publica illa Notariorum, in quibus nulla mentio, nulla ſubſcriptio Notarij; quæ certè à Scriba Ordinario conficiebantur. Quis autem fuerit ille Scriba, dubitari poteſt, an aliquis è Decanis aut Procuratoribus, an aliquis Magiſter communiter electus, an Rector. Non è Decanis aut Procuratoribus vnus, quia ſuæ ſinguli Facultati & Nationi addicti erant, ſuſpectique nimis fuiſſent. Reſtat igitur, vt aut Rector, aut è Magiſtris aliquis hoc munere defunctus fuerit. Idque videtur non obſcurè verbis illis, quæ in prædicto Inſtru-

Digitized by Google

mento continentur, ſignificari, *Noſtri Magiſtri fluunt & refluunt continuèque mutantur, Rectorque ſæpiſſimè mutatur.*

Omnino credibile eſt eo quoque munere Rectorem fuiſſe defunctum, Artiumque Facultatis & Vniuerſitatis Scribam egiſſe, aut ſaltem ei rei præfuiſſe, vſumque fuiſſe Amanuenſis manu, ſeu vt obtinuit loquendi vſus, Secretario. Quemadmodum olim Romani Pontifices ante Scribarum inſtitutionem, faſtos ipſi conficiebant, curabantque acta publica iis conſignari per Scribas, ſeu Amanuenſes, qui proprium ipſi deinde Ordinem conſtituerunt.

Verum ſeu Rectores ipſi Codicem communem & Regeſtum publicum habuerint, ſeu Officiarius aliquis communis id muneris geſſerit, ante inſtitutionem Notarij, certum eſt poſt eiuſdem inſtitutionem, præter eum, fuiſſe Scribam ordinarium Vniuerſitatis, vt patet ex ſubſcriptione Litterarum publicarum quæ a Magiſtris Artium aut Officiariis à Rectore expediebantur. Paucas referam. Anno 1351. 8. die Iunij M. Ioannes de Remis Rector, Nicolao de Zelandia Librario Stationario Litteras admiſſionis & protectionis expedit ſubſignatas *P. C. de Duran* cum ſyngrapha.

Anno 1378. M. Ioannes Gorran Rector, Stephano Angeuin Scriptori expedit die 5. Iunij ſubſignatas, ſimiliter manu *I. Gorelli.*

Anno 1383. Thomas de Boncurria Rector vtitur manu *A. Odonis*, qui fortè non Scriba ipſe ſed Gorelli Scribæ adjutor erat.

Anno 1386. M. Ioan. Morame Rector manu & opera ſupradicti *Ioan. Gorelli* vtitur in expeditione Litterarum Ioannis Monachi Pergamenarij & Librarij.

Anno 1387. M. Hugo de Landau Rector, die penultima Nouemb. Litteras expedit Roberto Iacquin Librario ſignatas *Ioan. Socij* cum ſyngrapha. Et ille cum M. Ioanne de Villaribus lite contendit in Curia Parlamentea ann. 1391. menſe Auguſto.

Anno 1388. die 3. Septemb. M. Petrus de Ruella recipit Simonem Saillon Librarium & Ligatorem Librorum, eique Litteras expedit ſignatas *F. Oliuerij* cum ſyngrapha.

Anno 1398. die 1. Iunij M. Ioan. Rouſſelli Rector vtitur opera *M. Ioan. de Rinello* Notarij & Scribæ Vniuerſitatis, qui ſatis diu munus illud geſſit, & vltra an. 1406.

Iſta autem tam crebra Amanuenſium ſeu Scribarum mutatio mihi ſuſpicionem injicit, eorum electionem à Rectoribus tum pependiſſe. Vnde Ludouicus Seruinus Patronus olim Generalis Antiquitatum noſtrarum ſcientiſſimus Scribam vocat, non Vniuerſitatis Scribam, ſed *Rectoris*, quanquam idem Vniuerſitatis quoque Scriba eſſet: quemadmodum Conſeruator Priuilegiorum Apoſtolicorum Electus & Iuratus nominabat ipſe Officiarios, Promotorem, Scribam & Notarios, qui Vniuerſitati præſentati & approbati ipſius Vniuerſitatis munera ſæpe obibant nihilominus: vt ex Hiſtoria patebit.

Ex his ergo liquet præter Notarium illum publicum, cuius operâ vtebatur Vniuerſitas in conſcribendis Actis publicis & authenticis, fuiſſe alium Scribam ordinarium, cuius operâ vteretur in expediendis pro more Litteris conſueris, actis ordinariis, faſtiſque Academicis conſignandis. Quorum ſeriem continuam & Catalogum contexuimus in 3. tom. diſſertat.

Porro inſtitutione illa Notarij publici nullatenus arctatæ fuerunt 4. Nationes Facultatis Artium, quominus & ipſæ Scribam communem haberent, ſi vellent, quemadmodum habebant ante Facultatum ſuperiorum conſociationem, ſicut habuerunt Cancellarium, Syndicum & Quæſtorem ſeu Receptorem communem; imò ad notandam vtriuſque Scribæ diſtinctionem, ſi contingebat eum qui Vniuerſitatis Scriba eſſet, ad Scribatum quoque Facultatis Artium exercendum admitti, diſtinctum eidem iuramentum præſtare tenebatur, vt legitur in antiquo libro Rectoris ſub hoc titulo. 6.

IVRAMENTVM SCRIBÆ VNIVERSITATIS. *Iuramentum ſequens ſolus Scriba Vniuerſitatis debet præſtare ſi contingat eundem Scribam eſſe prædictæ Facultatis Artium.* Iuramentum verò tale ſequitur.

Item quod conſiteris te tenere præfatum ſcribatum Artium Facultatis nudè, purè, ſimpliciter, abſolutè & immediatè à præfata Artium Facultate, nec in eo ius aliquod prætendere prætextu ſcribatus Vniuerſitatis.

Hæcce Iuramenti formula ſupponit, vt liquet, Facultatem Artium proprium

Digitized by Google

habuiſſe Scribam; ipſiuſque ſcribatum ab ipſa omnino dependiſſe: quod aliunde prouenire non poteſt, quàm ex ipſius antiquitate. Vnde fit, vt ipſi Vniuerſitati Rectorem communem, Syndicum, Scribam & Quæſtorem communem ſemper ferè dederit: quod vel ex hoc liquet, quod ipſius Scriba non minus iuraret in ſui Inſtitutione ſe ſeruaturum Leges & Statuta Vniuerſitatis, quàm Artium Facultatis, nec hodie extet alia formula iuramenti, quàm illa vetus quæ in eodem Rectoris libro continetur, quæque talis eſt, ſub hoc titulo. *Iuramenta Scribæ.*

Scriba Facultatis Artium in ſui receptione ſic iurare iubetur.

IVRAMENTVM SCRIBÆ FACVLTATIS ARTIVM.

1. IVrabis quod Priuilegia, Franchiſias, Statuta, Libertates, & laudabiles con- «
ſuetudines Vniuerſitatis Pariſienſis & maximè Facultatis Artium pro poſſe «
inuiolabiliter ſeruabis: quodque Rectori, quatuor Procuratoribus Nationum «
& prædictæ Facultati obedies & ſubditus eris. «
Item quod fideliter Officium ſcribatus præclatæ Facultatis Artium exerce- «
bis conficiendo fidele Regiſtrum de depoſitionibus teſtificantium & eorundem «
Magiſtrorum Collegiorum, Regentium aut aliorum virorum proborum ſimul- «
que de Congregationibus. «
Item quod ſimul pro ſuſceptione depoſitionis huiuſmodi teſtium & pro litteris «
temporis ſtudij præter decem ſolidos Pariſienſes nihil accipies; nec per te, nec «
per Clericum aut alium, Clericos aut alios quovis modo directè aut indirectè, «
publicè vel occultè. «
Item quod Congregationibus tam præfatæ Facultatis Artium quàm Depu- «
tatorum ab eadem intereris perſonaliter, niſi te legitimum excuſet impedimen- «
tum. Quod ſi contingat te impediri legitimè, aliquem mittes, qui prius in «
manibus Rectoris de fidelitate iuramentum præſtiterit. «

Ex iis patet duo illa Officia Notariatus ſcilicet & Scribatus fuiſſe quidem diſtincta, at potuiſſe in vnam conuenire perſonam, ſeu quod idem eſt, Notarium publicum potuiſſe ſimul Scribæ fungi officio: quemadmodum Radulphum illum per annum ſaltem aut biennium functum fuiſſe credibile eſt. At anno 1318. & ſequentibus legimus Acta confecta non per Notarium, ſed per aliquem è Magiſtris: vt ex diuerſitate Actorum deinceps conſtabit. Quia tamen ſatis commodum erat, vt Scriba Notarij Officium exerceret, quia nonnunquam erant in Vniuerſitate aut Facultate Artium, aut in aliqua è Facultatibus & Nationibus inſtrumenta publica conficienda, quæ non poterant confici niſi à Notario, factum eſt ſæpe, vt Magiſtri Vniuerſitatis Notariatus Curiæ Conſeruationis, aut publici Officium ſibi compararent, vt ſic habiliores forent ad ſcribatus munus exercendum. Quod poſt an. 1316. in vſu eſſe cœpit, & deinceps obſeruatum eſt ſatis diu, vt ex Annalibus conſtabit. Sed ex orbita in viam.

Eodem anno pridie Kalend. Iunij Minores in Comitiis Neapolitanis Generalibus elegerunt in Miniſtrum Generalem Ordinis M. Michaëlem Cæſenatem Doctorem Pariſienſem tunc abſentem, qui aſſumpto Generalatu torus ſtatim in reformationem Ordinis incubuit, deditque in eam rem longam Epiſtolam 21. Aug. eiuſdem anni ad vniuerſos Fratres: quâ, vt refert Wadinghus, præſcripſit longitudinem, latitudinem & qualitatem indumentorum; pecuniæ receptionem, niſi in caſibus neceſſitatis imminentis & ſecundum Pontificum declarationem rigoroſè voluit fratribus interdictam. Prohibuit, ne fructus aut hortalitia exteris venderentur: ne ædificia ſumptuoſa aut curioſa fabricarentur: ne Fratres equitarent aut calceati incederent, niſi examinatâ per Diſcretos Conuentuum eorum neceſſitate & conceſsâ in ſcriptis facultate: ne adoleſcentes *ad ſtudia Generalia* tranſmiſſi Equites adirent, ſin aliter, à ſtudio arcerentur, nec à Guardianis reciperentur, & ſi curſu abſoluto ita ingrederentur, ad Lectoris & Prædicatoris Officium nullatenus admittereutur.

Idem Wadinghus ad hunc annum plurimos commemorat ſui Ordinis viros Illuſtres & celebres, imprimis *M. Petrum Aureolum de Verberia*, qui anno ſequente licentiam obtinuit in Theologica Facultate, hoc verò anno legebat publicè Pariſiis. In Tuſcia *M. Michaëlem Cæſenatem*, de quo ſupra, Magiſtrum Pariſienſem, qui tum in ſacros Codices, tum in Magiſtrum Sententiarum multa ſcripſit.

Aſtеſanum de Aſte Galliæ Ciſalpinæ Ciuitate. *Guilelmum Ochamum* Ioannis Scoti quondam diſcipulum ; *Bertrandum de Turre* Miniſtrum Aquitanoiæ, deinde Cardinalem. *Philippum à Caſtellione Aretino* Doctorem Oxonienſem. *Philippum de Florentia* ſeu Vltranenſem, in ſacra Theologia & Philoſophia Magiſtrum. In Anglia *Gualterum Brimblaeum*, ſacræ Theologiæ Doctorem Oxonienſem, acuti & ſublimis ingenij hominem. *Ranulphum Lokeſlium* Oxonienſem quoque Doctorem & Profeſſorem; *Guill. Guinesburgum* Doctorem etiam & Profeſſorem Oxonij 25. ab inſtituto inibi Fratrum Conuentu *Ioannem Vvallium* Lutetiæ Profeſſorem. His addamus M. *Franciſcum Mayronem ſeu Mayronium*, Actus Sorbonici *in Academia Pariſienſi Inſtituterem*, de quo ad annum ſuperiorem. *Ioannem Neapolitanum* aliàs de Neapoli dictum Ordinis Dominicani, quem Dominicus Grauina Neapolitanus ſcribit in eius vita, floruiſſe Pariſiis an. 1315. cum Sorbonicus Actus per Franciſcum de Mayrone introductus eſt, quo etiam tempore M. Franciſcus Caracciolus Neapolitanus, Cancellarius erat Vniuerſitatis & Eccleſiæ Pariſienſis, & F. Landulphus Caracciolus Neapolitanus familiæ San-Franciſcanæ, Scoti quondam Auditor, Cathedram Magiſtralem Pariſiis obtinuit. Tunc quoque florebat *Durandus de S. Porciano* Dominicanus, qui Concilij Viennenſis tempore Licentiatus erat in Theologia. *Ioannes de Lignerius*, Ioannes Canonicus Scoti Diſcipulus. Tunc in Scholis erant acerrimæ Realium & Nominalium concertationes.

Eodem anno exeunte Ioannes Pontifex Bullam dedit, quâ diſſidium Minoritarum quod præſertim in Habitus diſcrimine & qualitate conſiſtebat, compoſuit, aut componere conatus eſt. Illi enim qui de Communitate dicebantur, veſtes portabant laxiores, longiores & meliores ſeu majoris pretij, majoraque Capucia. Spirituales verò, veſtes ſtrictas, viles, curtaſque cum paruis Capuciis contendebant è regula eſſe Franciſcana. Præterea ſibi aduerſantes damnabant in eo quod frumentum haberent in granariis, in cella vinum, id enim germanæ mendicitati eſſe contrarium. Scribit autem Ioannes à S. Victore habuiſſe hanc hæreſim ortum ex Doctrina cuiuſdam Minoris Fratris, qui *Petrus Ioannis* Bituricenſ. Diœceſis dicebatur, qui quandam poſtillam fecit in Apocalypſin in qua pluſquam 60. Hæretici articuli inuenti ſunt. Quid autem ſuper celebri illo diſſidio pronunciarit Pontifex, habemus ex Bulla quæ legitur inter Extrauagantes de verb. ſign. cap. 1. quamque Bzouius ad an. 1321. reponit, Wadinghus ad an. 1317. Nos ad hunc annum, quia data eſt anno 1. Pontificatus Ioannis, Idibus April. ante Paſcha. Incipit autem. *Quorundam exigit, &c.*

1317. Anno 1317. Michaël Cæſenas Generalis Minoritatum Ioannis Pontificis vota explet, & ne Fratribus diſperſis cæteri qui *in Communitate* remanſerant forent offendiculo, circa habitum præſertim & vilitatem tunicarum ſtatuit, atque ad Miniſtrum Prouinciæ, vbi contumaciores erant *Spirituales* ea de reſcripſit. *In Chriſto ſibi chariſſimo Miniſtro Prouinciæ N. Fr. Michaël de Cæſena, &c.* apud Wadinghum.

Eodem anno Ioannes Pontifex Sanctorum numero adſcripſit B. Ludouicum Epiſcopum Toloſanum: cuius extat Bulla Canonizationis data ad vniuerſos Chriſti fideles 7. Idus April. anno Pontificatus primo. Item ad Mariam Reginam Siciliæ, ipſius Ludouici Matrem adhuc ſuperſtitem, & ad Philippum Franciæ Regem.

Eodem anno idem Pontifex, apud quem conqueſta fuerat Vniuerſitas Pariſienſis de Monachis San-Germano Pratenſibus, à quibus Scholares in Foſſis Prati piſcantes malè habiti fuerant, iuſſit inquiri in eos, qui in Scholares aut Magiſtros eiuſdem Vniuerſitatis impetum feciſſent, eoſque à piſcatione arcuiſſent, datis menſe Iunio ad Siluanectenſem & Nouiomenſem Epiſcopos in hanc rem Litteris eiuſmodi.

Contra Monachos San Germano Pratenses.

» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Sil-
» uanectenſi & Nouiomenſi Epiſcopis ſalutem & Apoſt. bened. *Ad fructus vberes*
» *quos Pariſienſe ſtudium velut ager plenus, cui benedixit Dominus in Eccleſia vniuer-*
» *ſali, producit, Apoſtolicæ conſiderationis conuertentes intuitum, ad ipſius tranquillita-*
» *tem & quietem afficimur*, & ne in eius laribus obuerſantes ac de illius libantes
» gratâ dulcedine quibuſuis injuriarum moleſtiis diſtrahantur, optamus. Oblata

ſiquidem nobis pro parte Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium ſtudij antedicti petitio continebat, *quod licet ipſi Pratum quoddam & plateam cum quodam Foßato aqueo ſitum iuxta Monaſterium S. Germani de Pratis Ordinis S. Benedicti propè Pariſius poſſideant, & iam tempore longo poſſederint ex cauſâ legitimâ ſicut ſuâ, illiſque vtantur & fuerint vſi ad libitum ad recreationem habendam, Abbas tamen & Monachi eiuſdem Monaſterij qui fuère pro tempore, habilitati prædictorum Magiſtrorum inuidentes ac cupiditatis oculos injicientes in loca prædicta per ſe ſuoſque ſubiectos & Complices, Magiſtros & Scholares eoſdem in vſu & poſſeſſione prædictis pluries perturbarunt indebitè, eiſque iuxta ſolitum ad loca confluentibus memorata graues iniurias non ſine ſtragibus corporum intulerant*, provt in partibus illis euidentia facti notoria, & factarum propter hoc Vniuerſitati jam dictæ per injuriantes ipſos ſatisfactionum ſeu emendarum pluralitas manifeſtat: nec adhuc huiuſmodi perturbationibus atque moleſtiis eſt finis impoſitus Quinimo dilectus filius Abbas qui nunc præeſt dicto Monaſterio, exceſſibus præteritis non contentus, nuper exceſſus alios cumulauit. Cum etenim nonnulli Magiſtri & Scholares poſſeſſionem & vſum continuando prædictos diebus proximis piſcarentur in Foſſato prædicto, ſicut & aliàs pro voluntate pluries fecerant, Quidam ptæfati Monaſterij ſatellites multis hominibus armatis adhibitis de mandato ſeu conniuentia Abbatis eiuſdem, qui indignationem ex ipſa fortè piſcatione conceperat, ſe conferentes ad loca prædicta poſt piſcantium eorundem abinde diſceſſum, in Scholares alios repertos ibidem furibũdis auſibus ſe injecerunt, quorum aliquibus nedum Clericis, ſed & Sacerdotibus plagis impoſitis nonnullos alios ſpoliarunt, ſpolia hujuſmodi ſecum quò libuit, aſportantes, quæ adhuc detinere præſumunt. Ex quibus in Vniuerſitate prædicta graue generatum eſt ſcandalum turbationis totius ſtudij productiuum. Quia igitur præmiſſa ſi vera ſunt, tantò nimirum diſplicibiliora noſtris accedunt affectibus, quò magis eiuſdem ſtudij tranquillitatem quæ in communis vtilitatis incrementa diffunditur, cupimus obſeruari, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eos vel alterum veſtrum vocatis qui fuerint euocandi, & de præmiſſis omnibus & ſingulis inquiratis, tum exactâ diligentiâ ſummariè & de plano ſine ſtrepitu & figura Iudicij veritatem in eos quos inde culpabiles eſſe reperietis, ad pœnam debitam, provt ad vos poterit pertinere, ſic acriter mediante Iuſtitia proceſſuri, quod & illi ſe commiſiſſe talia doleant, & alij exemplo territi à ſimilibus arceantur. Et nihilominus ſi conſtiterit vobis legitimè de vſu & poſſeſſione prædictis, prædictam Vniuerſitatem, *Magiſtros & Scholares ſtudij antedicti*, provt juſtum fuerit, conſeruetis, protegatis & defendatis in illis, non permittentes eos ſuper illis per quempiam indebitè moleſtari, moleſtatores, injuriatores & contradictores quoſlibet per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Datum Aueniони 17. Kal. Iulij Pontif. noſtri an 2.

Possessio Prati et piscationis antiqua.

Eodem anno idem Pontifex datis ad Abbatem San-Genoveſianum Litteris vetuit, ne vlli præterquam Iurati Comitiis Vniuerſitatis adeſſent: apud eum enim conqueſta fuerat Vniuerſitas, quòd multi ſuis Comitiis intereſſent nullo juramento adſtricti, qui proinde Comitia ipſa & deliberationes Magiſtrorum turbabant, ſeque negotiis ipſius Vniuerſitatis & ſecretis deliberationibus ingerebant. Itaque Pontifex mandauit Abbati San-Genoveſiano, qui tum erat, aut Ioannes de S. Lupo, aut Ioannes de Borreto, vti Cenſuris Eccleſiaſticis eiuſmodi non Iuratos arceret à Comitiis eiuſdem Vniuerſitatis. Bulla eſt eiuſmodi.

Contra turbatores Comitiorum.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Abbati Monaſterij S. Genouefæ Pariſ. Sal. & Apoſtol. bened. Cum Dilectos filios Vniuerſitatem Magiſtrorum & Scholarium Pariſ. portemus ſincerius in viſceribus charitatis, & ad ea paribus ſtudijs intendamus, per quæ ſtatus eorum in tranquillitate ſeruetur, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes & ſingulos ſecretis, ſeu congregationibus dictæ Vniuerſitatis ſe volentes ingerere, niſi Vniuerſitatis ipſius Iurati, ſeu ab ipſâ vocati forſan extiterint, vel eò ex

» dictæ Vniuerſitatis permiſſione proceſſerint, quod ab ingeſtione huiuſmodi pro-
» ceſſus abſtineanr, per te ſeu per alium, ſeu alios per Cenſuram Eccleſiaſticam,
» prout expedire videris, appellatione remotâ compellas, præſentibus poſt quin-
» quennium minimè valituris. Datum Auenione Kalendis Iulij, Pontificatus
» noſtri an. 2.

Idem eadem die Priuilegium Vniuerſitati conceſſit, ſeu potius iam ab alijs Pontificibus conceſſum inſtaurauit & confirmauit, vt Cancellarius Pariſienſis poſſit Scholares abſoluere ſuper manuum iniectione in Clericos. Quod quidem Priuilegium legitur cum alijs plurimis in libro Procuratorum Picardicæ Nationis.

Privilegivm pro Iniectione manvvm in Clericos.
» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Magiſtris & Schola-
» ribus Pariſ. Sal. & Apoſtol. bened. Non decet Nos vobis Apoſtolicum nega-
» re fauorem, quem videmini meritis vindicare, dum dantes operam ſcientiæ
» quæ plurimum Nos delectar, veſtræ nos gratiæ cooptatis, qui aliquando diſ-
» ciplinis Scholaſticis inſudantes, ad ſummum ſumus licet immeriti Magiſterium
» euocati. Hinc eſt quod quieti veſtræ Paternâ volentes ſolicitudine prouidere,
» vobis authoritate præſentium indulgemus, *vt Cancellarius Pariſienſis, qui pro*
» *tempore fuerit, vſque ad decennium Scholaribus qui pro violentâ manuum iniectione in*
» *Clericos intra & extra Ciuitatem Pariſienſem videlicet intra milliare commiſſa excom-*
» *municationis ſententiam incurrentibus, poſſit iuxta formam Eccleſiæ abſolutionis bene-*
» *ficium impertiri*, dummodo paſſis iniuriam ſatisfecerint competenter, & adeo
» non fuerit grauis & enormis exceſſus propter quem ad Sedem Apoſtolicam
» meritò ſint mittendi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ Con-
» ceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-
» tare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli
» Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenione Kal. Iulij, Pontif.
» noſtri an. 2.

Hoc Priuilegium antè conceſſerat Martinus, vt & iſtud de Contributione Ioannes XXI. quo iubentur omnes Iurati Vniuerſitatis contribuere, recuſantes verò cenſuris plectuntur Eccleſiaſticis.

Privilegivm de Contribvtione.
» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Vniuerſitati Magi-
» ſtrorum & Scholarium Pariſ. Sal. & Apoſt. bened. Ad ſtatum Vniuerſitatis
» veſtræ pacificum conſeruandum, opem debetis & operam vigilantibus ſtudijs
» impertiri: tunc enim laudabiliter ſtudendo proficitis & proficiendo ſtudetis,
» cum inter vos inuicem voluntatum viget identitas, regnat pax ſtabilis, & per-
» fecta charitas perſeuerat. Sanè didicimus quod in expenſis neceſſarijs, quas
» pro Vniuerſitatis veſtræ commodis ex iuſtâ & rationabili cauſâ fieri contingit,
» interdum nonnulli ex vobis contribuere pro ſua voluntate recuſant, propter
» quod inter vos materia diſſenſionis & ſcandali crebrius ſuſcitatur. Quia igitur
» in expenſis huiuſmodi ſinguli veſtrum contribuere Iuſtitiâ exigente tenentur,
» & ad veſtram ſpectare dinoſcitur honeſtatem, vt ſuper hoc non ingeratur à
» vobis aliqua difficultas, Vniuerſitatem veſtram rogamus & hortamur attentè
» per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatinus ſinguli veſtrum qui duos
» ſolidos Pariſienſes in communi burſa cum ſocijs in hebdomada ponitis, ſuper
» contributione huiuſmodi facienda ſic promptè ac liberaliter vos geratis, vt
» diſſenſionis materia, quæ poſſet non leuia generare pericula, tollatur omnino,
» voſque poſſitis non immeritò commendari. *Nos autem qui paternæ ſolicitudinis*
» *ſtudio ad ipſius Vniuerſitatis ſtatum pacificum intendimus & tranquillum*, volentes
» huiuſmodi diſpendijs obuiare, Dilectis filijs Abbati & Cancellario Monaſterij
» S. Genouefæ Pariſienſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Or-
» dinis S. Auguſtini per alias noſtras iniungimus litteras, vt omnes tales ex vobis
» ad id monitione præmiſsâ, authoritate noſtra per Cenſuram Eccleſiaſticam
» appellatione remotâ compellant, non obſtante ſi aliquibus à Sede Apoſtolica
» ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per lit-
» teras dictæ Sedis non facientes plenam & expreſſam de Indulto huiuſmodi men-
» tionem. Cæterum illud quod ex huiuſmodi contributione prouenict, per Ab-
» batem & Cancellarium ſupradictos colligi volumus, & collectum *Rectori Vni-*
» *uerſitatis, Decanis Facultatum & Procuratoribus Nationum quatuor integrè reſtitui*

Digitized by Google

per eoſdem in ipſius Vniuerſitatis Archa per Rectorem, Decanos, & Procuratores præ- «
dictos fideliter deponendum & conuertendum per ipſos in ſolutione huiuſmodi «
expenſarum. Datum Auenione Kalend. Iulij, Pontif. noſtri an. 2. «

Mirum alicui videri poſſit, nec immerito, cur idem Priuilegium diuerſis Pontificibus tribuatur, neque ſæpè aliud addant ſucceſſores quàm nomen & diem datæ. Verum id inde accidit, quod cum ſummi Pontifices Vniuerſitati Priuilegia indulgebant, nonnunquam ad certum tantummodo tempus, puta ad quinquennium aut decennium ea valere volebant; quædam verò æterna & in perpetuum valitura emittebant. Igitur tempore Priuilegiorum illorum elapſo mittebantur ab Vniuerſitate Legati ad Papam tunc ſedentem, vt gratiam prorogationis impetrarent. Et hoc anno M. Guillelmus de Hibernia antiquus Rector cum quibuſdam alijs qui ad Curiam Pontificiam miſſi fuerant, retulit octo Priuilegia quæ Maiores noſtri *Temporalia* vocabant; quorum tempus iam elapſum erat, & vt perpetua eſſent, obtinuit. Sunt autem hæc in antiquo libro Rectoris.

Priuilegia confirmata.

Primum, vt *Cancellarius Pariſienſis poſſit abſoluere Scholares pro iniectione manuum in Clericos.* Secundum, vt Vniuerſitas poſſet Magiſtros & Scholares compellere ad contribuendum. Tertium, vt Vniuerſitas cogere poſſet ſibi perſolui debita & expenſas. Quartum erat contra eos qui iniuriam inferebant Magiſtris aut Scholaribus. Quintum, ne Scholares iniuſtè vexarētur & moleſtijs afficerentur. Sextum erat de Conſeruatione Generali, ne vllus Magiſter, aut Scholaris à quoquam iniuſtè vexaretur. Septimum, pertinebat ad conſeruationem generalem omnium Priuilegiorum. Octauum, adhuc aduerſus Turbatores & iniuſtè vexantes. Eorum aliqua iam retulimus: alia in antiquis libris non reperiuntur.

Eodem anno idem Pontifex ſcripſit ad M. Franciſcum Caracciolum Cancellarium Pariſienſem, vt Petro Aureolo Minoritæ licentiam docendi publicè impertiret: quæ Bulla legitur in Reg. Vatic.

De Petro Aureolo licentiando.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Cancellario Pariſienſi «
Sal. & Apoſtol. B. ſicut partim experientiâ, partim fide dignâ relatione didi- «
cimus & te ipſum etiam non latere putamus, Dilectus filius Petrus Aureoli Or- «
dinis Minorum ſic in ſtudia Theologicæ Facultatis diebus inſudauit ac noctibus, «
ſic per continuationem ſtudij & exercitium lectionum profecit laudabiliter in «
eodem, quod dignum ſe reddidit vt credimus ad obtinendam docendi licen- «
tiam in huiuſmodi Facultate. Quia igitur ipſum honeſtate conſpicuum & tan- «
tum theſaurum ſcientiæ Diuinâ ſibi ſuffragante gratiâ aſſecutum, dignum eſt «
vt beneuolentia proſequamur gratioſa, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta «
mandamus, quatenus eidem Petro iuxta morem, qui ſeruari in talibus con- «
ſueuit, licentiam huiuſmodi authoritate noſtra remoto cuiuſlibet tarditatis «
obſtaculo largiaris. Per huiuſmodi verò licentiam eidem Petro dandam de «
noſtro ſpeciali mandato volumus fratribus prædicti vel alterius Ordinis iam «
præſentatis per eundem, vel alium Ordinem, vel in poſterum præſentandis ad «
huiuſmodi licentiam obtinendam aliquod generari præiudicium vel promo- «
tionem eorum quomodolibet retardari. Datum Auenione 2. Id. Iulij an. 2. «

Eodem quoque anno idem Pontifex Conſtitutiones Clementinas à Clemente V. Prædeceſſore ſuo editas promulgauit, & Scholis omnibus ad legendum & obſeruandum propoſuit. Licet enim more prædeceſſorum ſuorum illas Bononienſibus Magiſtris legendas tradat, quia Bononienſis Vniuerſitas Iuris Canonici doctrinâ plurimum ſemper excelluit, tamen in omnibus alijs Academijs & in omni foro Eccleſiaſtico voluit obſeruari. Vt patet ex hac eius Bulla, quæ prœmij locum habet.

Clementinarum editio Bononienſi Academiæ directa.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Doctoribus & Scho- «
laribus Vniuerſis Bononiæ commorantibus, Sal. & Apoſt. bened. Quoniam «
nulla iuris Sanctio quantumcunque perpenſo digeſta conſilio ad humanæ na- «
turæ varietatem & machinationes eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem «
lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingit: eo præſertim quod vix aliquid adeo «
certum clarumque ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus, quibus iura iam «
poſita mederi non poſſint, in dubium reuocetur. Quia etiam ab adoleſcentia «

» viri procliuis ad malum ſenſualitas humana declinat, per quod morum ſubuer-
» ſio in Clero & populo frequenter obrepit, neceſſaria eſt Superioris authoriras,
» vt tam per determinationis opportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites auſe-
» rat, altercationes dirimat & obſcura ſuccidat, quam per Cultoris prouidi ſur-
» culum exrirpet vitia, virtures inſerat, corrigat exceſſus moreſque reformet.
» Hæc ſanè felicis recordationis Clemens Papa V. Prædeceſſor noſter prudenter
» attendens & prouidè cupiens Deformatorum reformationi proſpicere, ſoluere
» difficilia, ac ſanctiones Quæſtionibus & negorijs imminentibus conſonas pro-
» mulgare, dudum nedum in Concilio Viennenſi, quin etiam ante & poſt ipſum
» Concilium Conſtirutiones plurimas edidir, in quibus mulra vtilia ſtaruit atque
» ſalubria, & nonnulla dubia in Iudicijs & extra frequenrata decîdit. Et licet eas
» collectas in vnum volumen & ſub congruis titulis collocatas mittere decreuiſ-
» ſet & dare in commune ſubiectis, aſſidua tamen occupatiò circa magna, ac ſor-
» tis humanæ conditio, quæ ipſum de medio ſuſtulit, in cauſa fuerunt, quare
» ſuum in hac parte propoſitum non impleuit. Nos etiam qui ſicut eidem licet
» immeriti in Apoſtolatus Officio Domino permittente ſucceſſimus, ſic & in af-
» fectus plenitudine in his quæ compendium vniuerſi concernunt, ſucceſſiſſe de-
» bemus tot grandibus agendis & arduis fuimus à noſtræ Promotionis exordio
» circumſepti, quod ram ex hoc quàm ex cauſis rationabilibus alijs quas ſub ſi-
» lentio prouidimus committendas, prædictas vobis communicare Conſtitutio-
» nes fuimus hactenus impediri. Nunc igitur opportunitate captatâ illas vobis
» ſub Bullâ noſtrâ tranſmittimus, Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta man-
» dantes quatenus eas prompto affectu ſuſcipiatis & ſtudio alacri eis ſic vobis ma-
» nifeſtatis & cognitis vſuri de cætero in Iudicijs & in Scholis. Data Auenione
» 8 Kal. Nouemb. Pontif. noſtri an. 8.

Eodem anno Vniuerſitas ipſa ſtatutum ſolemne edidit aduerſus eos qui Pri-
uilegia ipſi à ſummis Pontificibus conceſſa malignè interpretabantur ad dedecus & ruinam ſtudij Pariſienſis, iiſque abutebantur ad euocandas lites & opprimendos extraneos. Legitur in Antiquo libro Rectoris his verbis poſt præmiſſum hunc titulum.

Contra Abuſores.

Statvtvm Vniverſitatis contra Abvſores Privilegiorvm.

» OMnibus bæc viſuris Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtu-
» dentium ſalurem in eo, à quo omnis ſapientia deriuatur. Cum per Abu-
» ſorum verſurias ſub mellis ſpecie perſæpè fellica pocula diffundantur, ex qui-
» bus infamiâ ſuccreſcente mortali tela lerhalia corda pertranſeant innocentum,
» dum tendentes arcum vt ſagittent in obſcuro rectos corde, rectitudinis chorda
» deſit, & læſus aduertere nequeat toxicum apparatum machinantis, & exinde
» juſtorum fama, quibus bi ſe ſimiles effingunt (al. effigiunt) damnosè licet im-
» meritò perit in populo, iuſtum ab iniuſto vix aut raròpermiſſis perpetratoribus
» ſecernere valente. Nec mirum ſub tantæ dictæ Vniuerſitatis Collegio, in quo
» tanta fluit & refluit perſonarum varietas, cum in conſpectu Iudicis cuncta cer-
» nentis ad nutum Iudas ille proditor in duodenario Iuſtorum conſortio, numero
» quidem pauco, virtute licet maximo perſiſtere non expauit. Cuius quidem
» præfatæ diabolicæ fraudis inſania famâ publicâ referente, Nos & noſtri nomi-
» nis famam Pariſius & alibi vociferando denigrare non ceſſat in hunc modum.
» *Ecce Pariſienſis Vniuerſitatis Priuilegiorum abuſio, quibus contra Deum & Iuſtitiam*
» *vexantur Innocentes. Ecce quot Capita mundi conſpicimus excæcata, quibus in oculis*
» *aliorum granum millij latere nequit, & in ſuis proprijs tanti erroris velamina non*
» *aduertunt.* Hæc & ſimilia non ſine cordis amaritudine perſæpè recenſentes,
» licet ipſa mater noſtra tam celebris Vniuerſitas, quanquam famoſa tam in ſe
» quàm etiam in membris ſuis veris & vniuocis, vt ſic dicamus, in ore ſuo ſuper
» bis nullam meruit pati redargutionem: quin potius beatâ & immaculatâ lege
» Domini deambulando eo teſte perſiſtat, Matris ipſius famæ titulum diuino
» præſtante fauore ſanum pro viribus ſeruare cupientes & illæſum & totius mali
» radices euellere penitus in præmiſſis in noſtra quadam Congregatione Gene-
» rali ſuper his inter cætera iam dudum Pariſius apud S. Mathurinum more ſolito
conuocata

conuocata ſtatuendo perpetuo duximus obſeruandum, vt Abuſores ac Impe- «
trantes, & in abuſu eiſdem auxilium præſtantes & fauentes in Curia Conſerua- «
toris Priuilegiorum noſtrorum aliquam litteram citatoriam, vel aliam qualem- «
cunque in cauſâ aliquâ non ſecundum Priuilegiorum noſtrorum tenorem pro- «
ſequentes, imò aliam actionem potius habentes, quàm quæ in ipſis Priuilegijs «
noſtris continetur, à noſtræ Vniuerſitatis Collegio, priuatione publicâ exclu- «
derentur, & in expenſis parti aduerſæ condemnarentur & meritò, quodque «
Conſeruator ipſe ſeu vices eius pro tempore gerens cauſam huius remitteret «
ad Iudicem ſuum ordinarium, ad quem dictæ Cauſæ cognitio de iure pertinere «
poterit & debebit: prout hæc & alia in quibuſdam noſtris litteris ſuper hoc con- «
fectis ſub Sigillo noſtro & ſolenniter per Edicta Generalia publicatis plenius «
continentur, ſperantes ipſo ſtatuto mediante, & vt decuit, obſeruato penitus «
euitaſſe Charybdim, cum tamen per rei euidentiam contrarium ſit manifeſtum. «
Quapropter vt in his & ea tangentibus omnis tollatur erroris materia, & nun- «
quam præſtante Domino recidiua euaneſcat, noſtrorumque Priuilegiorum «
prædictorum tenor & vſus in dicta Curia abſque cuiuſuis ſcrupulo, ſeu calum- «
nia permaneat in futurum, iteratò ſuper hæc & ad hæc ſpecialiter vt moris eſt, «
ad Congregationem Generalem in Capitulo ſupradicto conuocati, ſtatutum «
approbantes antedictum, aliud eidem adijcientes perpetuis temporibus etiam «
obſeruandum. *Quod nullus videlicet Magiſter, aut Scholaris de noſtræ Vniuerſitatis* «
gremio exiſtens, litteras citatorias authoritate conſeruationis prædictæ qualeſcunque, «
occaſione videlicet pedagij, extractionis extra muros Pariſienſes, ſuper Aduocati vel «
Procuratoris patrocinio in dicta Curia vel ſecundum anteacta, aut aliàs quomolibet, «
ex nunc in antea ſub perpetuæ priuationis pœnâ ab noſtra Vniuerſitate memoratâ, li- «
bertatibus & immunitatibus eiuſdem impetrare quoquomodo præſumant, niſi primitus «
& ante omnia ipſius Scholaris, aut Magiſtri petitione coram Nobis lecta, ex- «
poſita per Rectorem qui pro tempore fuerit, & informatione per Nos, ſeu De- «
putatos à nobis ſuper ea ſufficienti præhabitâ, ipſa petitio à Rectore & Deputa- «
tis à nobis ſignetur admiſſa. Quibus ſic deliberatis à nobis, ſtatutis & ordinatis, «
ea per *Radulphum Benedicti* publicum Apoſtolica & Imperiali authoritate & «
Nobis Iuratum Notarium ſcribi mandauimus, noſtroque Sigillo cum ſigno & «
ſubſcriptione eiuſdem ad perpetuam rei memoriam communiri. Datum & «
actum Pariſius in noſtra Congregatione prædicta anno Domini 1317. Indict. 15. «
die Iouis poſt Conuerſionem S. Pauli Apoſtoli 26. menſis Ianu. Pontificatus «
D. Ioannis diuina prouidentia Papæ XXII. anno 1. In cuius rei teſtimonium. «
Sigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum, anno, die & loco «
ſupradictis. «

Legitur idem ſtatutum in libris Picardicæ & Gallicanæ Nationum ſub hoc titulo. *Statutum Vniuerſitatis vt Abuſores in Curia Conſeruatoris priuentur & vlterius pudibundi* (forte melius puniendi) *ſi neceſſe fuerit Ordinario remittantur. Et quod nulli Magiſtri, vel Scholares occaſione Pedagij vel extractionis extra muros, vel Aduocati aut Procuratores Salarij, vel ſecundum anteacta aut aliàs quomodolibet niſi prius expoſita petitione in præſentia Vniuerſitatis audeant impetrare.*

Porrò notandum eſt Radulphum illum Benedicti hiſce Comitijs adfuiſſe, hocque ſtatutum digeſſiſſe, in formam tamen publicam non redegiſſe, ſed ſolummodo ſcripſiſſe & ſigno ſuo tantum inſtar Scribæ cum Sigillo Vniuerſitatis muniuiſſe: nullo tamen pacto *Scribæ* Vniuerſitatis, ſed *Notarij* ſolummodo publici & Iurati nomen aſſumpſiſſe. Atque illud eſt primum quod habeamus inſtrumentum à *Notario Iurato* Vniuerſitatis, poſt eius Inſtitutionem, conſcriptum & ſignatum: quanquam ſi ipſius Inſtitutionis inſtrumentum computetur, illud quod modò retulimus, ſecundum eſſe videbitur.

Ad hunc annum refert Franciſcus Penna in fine Directorij Inquiſitorum Bullã quæ incipit *Glorioſam Eccleſiam* à Ioanne Pontifice emiſſam contra Obtrectatores Franciſcanæ Regulæ, quam Wadinghus ad annum ſequentem refert.

Eodem anno idem Pontifex auditis querelis Vniuerſitatis, quod plurimi ſua Priuilegia infringerent, & multis moleſtijs afficerent, mandauit Epiſcopo Siluanectenſi Conſeruatori, ne pateretur Priuilegia infringi, vtque vexatores & turbatores Vniuerſitatis Cenſuris compeſceret: quam in rem extat hæc Bulla.

BVLLA PONTIFICIA CONTRA MOLESTATORES VNIVERSITATIS.

» IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Sil-
» uanectenſi, Sal. & Apoſt. Bened. Affectum eorum qui honeſtatis cultui in ſtu-
» dio proficiunt Litterarum, beniuolo fauore proſequimur, & vt optatum ſuæ af-
» fectionis in hac parte conſequantur effectum, libenter eis Apoſtolicum, prout
» expedit, auxilium exhibemus, ac in eo ſpecialiter ipſorum ſuper hoc deſideriis
» fauere proponimus, vt eis contra ſuorum moleſtatorum audaciam opportuno
» curemus remedio ſubuenire. *Cum igitur dilecti filij Magiſtri & Scholares Pariſien-*
» *ſes* à nonnullis turbationis eorum auidis moleſtias multiplices, ſicut eorum obla-
» ta continebat petitio, patiantur, Nos ipſorum prouidere quieti & malignan-
» tium maliciis obuiare volentes, eorum precibus inclinati, fraternitati tuæ per
» Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eiſdem Magiſtris & Scholaribus pro no-
» ſtra & Apoſtolicæ Sedis reuerentia opportuni præſidio fauoris aſſiſtens ipſos
» contra indulta Priuilegiorum eis à Sede Apoſtolica conceſſorum non ſinàs ab
» aliquibus indebitè moleſtari, moleſtatores huiuſmodi per Cenſuram Eccleſia-
» ſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus tam felicis recor-
» dationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de aliquo extra ſuam Diœ-
» ceſim ad Iudicium non vocando, quàm de duabus dietis edita in Concilio Ge-
» nerali & aliis contrariis Conſtitutionibus quibuſcunque *circa Conſtituatores & Iu-*
» *dices editis*, vt omnimodo vltra tertiam vel quartam dietam aliquis extra ſuam
» Diœceſim authoritate præſentium ad Iudicium non trahatur; aut ſi aliquibus
» communiter vel diuiſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſ-
» pendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes
» plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem
» præſentibus poſt decennium minimè valituris. Datum Auenione Kalend. Iulij
» Pontif. noſtri an. 2.

» Similiter in eandem rem ſcripſit ad Epiſcopum Pariſienſem. Ioannes Epiſco-
» pus...... Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſ. Sal. & Apoſt Bened. Cum ſicut ex
» parte dilectorum filiorum *Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſ.* fuerit
» nuper expoſitum coram nobis quòd Officialis & Baliuus, qui Priuilegia Vni-
» uerſitati, Magiſtris & Scholaribus ab Apoſtolica Sede conceſſa ſeruare non cu-
» rant & faciunt contra ipſa multotiens & quandoq; ipſa violenter infringunt, Nos
» cupientes vt ipſi à qualibet inquietudine liberi liberius vacare poſſint ſtudio lit-
» terarum, ipſoſque deſiderantes ſeruare in ſtatu proſpero & tranquillo, frater-
» nitatem tuam rogamus, & hortamur attentius, quatenus eadem Priuilegia facias
» dictæ Vniuerſitati per eoſdem Officialem & Baliuum pro noſtra & Apoſtolicæ
» Sedis reuerentia inuiolabiliter obſeruari. Ita quod erga te dictæ Vniuerſitatis
» deuotio plenius augeatur, Noſque obedientiæ tuæ promptitudinem commen-
» dare meritò valeamus. Datum Auenione, Kal. Iulij Pontif. noſtri an. 2.

Idem ad Epiſcopum Siluanectenſem 3. Non. Iulij eiuſdem anni reſcribit in hunc modum.

» IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo
» Siluanectenſi Sal. & Apoſt. Bened. *Ne profectum illorum qui dantes operam ſapien-*
» *tiæ quærunt docendo pariter & diſcendo in agro ſtudij ſcientiæ margaritam, prauorum*
» *contingat actibus impediri*, Apoſtolicum ſuper hoc conuenit præſidium adhiberi.
» Cum igitur ſicut ex parte Vniuerſitatis Dilectorum filiorum Magiſtrorum &
» Scholarium Pariſ. fuerit propoſitũ coram Nobis, quod ipſi à nonnullis qui nomen
» Domini in vanum recipere non formidant ſuper bonis ſuis graues patiantur
» iniurias & iacturas, Nos volentes eorundem Magiſtrorum & Scholarium Pa-
» riſ. prouidere quieti & moleſtantium malicijs obuiare, fraternitati tuæ per Apo-
» ſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictis Magiſtris & Scholaribus defenſionis
» præſidio efficaciter aſſiſtens non permittas eos in perſonis & rebus contra In-
» dulta priuilegia Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus indebitè moleſtari, moleſtato-
» res huiuſmodi per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſ-
» cendo, præſentibus poſt triennium minimè valituris. Datum Auenione 3. Nou.
» Iulij Pontif. noſtri an. 2.

Eodem anno M. Bernardus de Fargiis Clementis V. ſeu nepos, ſeu propinquus ex Aginnenſi ſede tranſlatus ad Rothomagenſem, indeque ad Narbonenſem in vico S. Coſmæ, qui nunc *Cithara* dicitur, Collegium Narbonenſe inſti-

tuit & nouem Scholaribus è Narbonenſi agro oriundis addixit; quibus M. Amblardus Cerene Iuriſconſultus Sacerdotem ſeu Capellanum addidit ad operandum ſacris.

Anno 1318. Vniuerſitas Statutum Generale edidit iuxta Bullam Ioannis XXII. quam ad annum ſuperiorem retulimus, ne vllus intereſſet Comitiis niſi Iuratus, neve Cancellarij vllum ad licentiam admitterent, qui non iuraret ſe omnia Vniuerſitatis ſtatuta fideliter obſeruaturum. Item in eodem ſtatuto continetur clauſula de Concionibus ſeu Sermonibus, qui ſingulis diebus Dominicis & Feſtiuis habebantur ad Magiſtros & Scholares, decretumque vt vel in Collegio Nauarrico vel aliquo alio loco ſpatioſo deinceps haberentur: quo verò in loco antea hi ſacri Sermones haberentur, nihil in eo ſtatuto dicitur; at id tantummodo, nempe Facultatem Theologiæ in ſubitam illam tranſlationem non facilè conſenſiſſe. Legitur autem ſtatutum in Libro Gallicanæ Nationis ſub hoc titulo, *Statutum Vniuerſitatis quod nullus interſit in Congregationibus niſi iurauerit ſeruare Priuilegia, Statuta, Iura, & Conſuetudines laudabiles & non reuelare ſecreta Vniuerſitatis. Et cum hoc, de loco vbi fient Sermones Generales ipſius Vniuerſitatis.* 1318.

STATVTVM DE IVRATIS COMITIORVM GENERALIVM.

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino. Ad extollenda noſtræ Matris præfatæ præconia, & vt ipſa tantò ſolidius in poſterum ſub honeſtatis & vtilitatis adaucto titulo perſeueret, quo cautius eidem extiterit prouiſum, ſuper propoſitis coram Nobis in Congregatione noſtra Generali apud S. Mathurinum Pariſius vt moris eſt nuper facta per venerabilem virum & diſcretum M. Oliuerium Salahadim noſtræ Vniuerſitatis præfatæ tunc Rectorem & exinde ſana deliberatione præuia perpetuis obſeruanda temporibus ſic duximus ſtatuendum. Imprimis ſiquidem iuxta Litterarum Apoſtolicarum tenorem nobis ſuper hoc conceſſarum ſtatuimus, vt nullus Magiſter ex nunc in antea noſtræ Congregationes Vniuerſitatis intret, vel ad eas accedere quomodolibet præſumat, niſi primitus juramentum præſtiterit de Priuilegiis ſeruandis, ſtatutis, juribus, libertatibus & conſuetudinibus laudabilibus hacteus approbatis in eadem & in poſterum approbandis & Vniuerſitatis noſtræ ſecretis reuelandis.

Item quod Cancellarius Pariſienſis, qui pro tempore fuerit, nullum ad licentiam in aliqua Facultate admitttere præſumat, niſi prius ſolenne juramentum præſtiterit & publicè præmiſſa tenere vnà cum cæteris articulis quos jurare ſolent ab eo licentiati & ea inuiolabiliter obſeruare.

SERMONES GENERALES.

Item cum inter cætera per modum expedientis propoſitum fuiſſet tunc & ibidem in deliberatione poſitum per Rectorem noſtrum memoratum de Sermonibus Generalibus faciendis in poſterum diebus Dominicis & Feſtiuis & de loco ad hoc apto ſtatuendo, in quibus Seculares quemadmodum & Religioſi liberè Sermones faciendo proficere poſſint ad Diuini Cultus augmentum, volumus & ordinamus ex nunc quod Sermones Generales fiant diebus Dominicis & Feſtiuis Nauarræ, vel alibi in loco ſpatioſo, Generali & competenti, prout & ibi per tempus proceſſum duxerimus melius ordinandum, in quo Scholares & alij fideles liberè & in nullo per præſens ſtatutum coacti conueniant audituri verbum Dei. Et quod D. Cancellarius Pariſienſis vel aliquis de diebus ipſis ordinabit & diſponet prout ſecundum conſcientiam ſuam ſibi viſum fuerit expedire. Quod tamen huiuſmodi tranſlatio ſubito fieret, ſola Theologiæ Facultas in hoc diſcrepabat. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum & Actum anno Domini 1318. die Veneris poſt Feſtum omnium Sanctorum Pariſius in Congregatione ſupradicta.

Cum autem nonnulli in Theologia Magiſtri, præſertim Religioſi huic ſtatuto parere detrectarent, vt tamen ſenſerunt ſe fore priuandos, niſi jurarent publicè ſicut cæteri Magiſtri, ſtatutorum obſeruationem; reſipuerunt, & quatuor ex illis Regentes, vnus Dominicanus, alter Franciſcanus, tertius Ciſtercienſis, quartus Auguſtinianus in Comitiis Generalibus die Lunæ poſt Feſtum B. Martini hiemalis habitis, ſolemni juramento ſeſe obſtrinxerunt ſeruaturos ſtatuta, Iura, Libertates Academiæ, eaque ſincerâ fide defenſuros. Et in eam rem ſtatutum factum eſt quod legitur in Libro Nationis Gall. ſub hoc titulo. *Statutum Vniuerſitatis quod Religioſi iurent ſicut cæteri Magiſtri ſi velint intrare Congregationes.*

Religioſi etiam iurare coguntur.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholariorum Pariſius ſtudentium Salutem. *Quoniam nulla peior peſtis opinione communi cenſetur, quàm familiaris inimicus*, dignumque ſit vt pares ſint in onere qui pariſicari nituntur in honore, plerique Magiſtri ad actum magiſterij nobiſcum admitti conſueuerunt, & noſtris Congregationibus noſtrorumque Secretorum tractatibus abſque debito nobis præſtito iuramento adeſſe & intereſſe, quibus mediantibus plura nobis diſpendia retroactis temporibus prouenifſe non ambigimus, & plura prouenire poſſent in futurum, ſi lima non præueniret debitæ correctionis. Cupientes igitur huiuſmodi ſolicitius obuiare periculis, iuxta Mandati Apoſtolici tenorem nuper ſuper his nobis directi, omnes & ſingulos huiuſmodi Regentes modo debito nobis nondum Iuratos à noſtris Congregationibus & Secretorum tractatibus ducimus & meritò fore priuandos. De quorum numero venerabiles viri ac Religioſi Fratres, Ioannes de Prato Prædicatorum, Petrus Amoli (fortè Aureoli) Minorum, Ioannes de Dunis Ciſterciensis, & Ioannes Paignote Eremitarum Ordinum exiſtentes fœdus vnitatis ac debitæ conformitatis nobiſcum ſponte & ex certa ſcientia & iure volentes inire, tandem anno Domini 1318. die Lunæ poſt feſtum B. Martini hiemalis coram nobis in noſtra Congregatione Generali Pariſius apud S. Mathurinum tunc factâ, ſupplicauerunt, quatenus ipſos Magiſtros antedictos in Theologica Facultate actu regentes ad debita nobis & Vniuerſitati noſtræ ac ſolita iuramenta præſtanda, & quæ præſtari competunt ioeadem, benignius admittere curaremus. Offerentes ſe paratos ad hæc facienda in continenti cum effectu. Quibus in deliberatione poſitis, de conſenſu præſtando in præmiſſis eorum precibus annuere volentes, ipſos ad Iuramentum huiuſmodi præſtandum decreuimus admittendos, & ipſo iuramento præſtito fore reconciliandos. Comparentibus igitur præfatis Doctoribus cum D. Cancellario Pariſienſi eiuſdem Facultatis Theologicæ tunc Decano, & cum ipſa Facultate prout moris eſt in his apud cæteras Facultates diſcreti viri M. Oliuerij Salahadini tunc Rectoris noſtræ Vniuerſitatis interueniente præſentiâ, manibus eorundem Doctorum pectoribus ſuis appoſitis iuramentum præſtiterunt in verbo Sacerdotis hæc infra ſcripta. *Ad quemcunque ſtatum ipſos & eorum quemlibet deuenire contigerit, ſe perpetuò, irreuocabiliter & inuiolabiliter obſeruaturos, videlicet Priuilegia, ſtatuta, iura, libertates & conſuetudines laudabiles hactenus approbatas & futuris temporibus approbandas, & noſtræ Vniuerſitatis ſecreta penitus & per omnia celare.* Quibus ſic actis Nos in præmiſſorum teſtimonium præſentes litteras noſtræ Vniuerſitatis ſigillo duximus ſigillandas. Datum anno, die & loco ſupradictis ad perpetuam memoriam præmiſſorum.

Eodem anno Frater Ioannes Guido aliàs Guyon Minorita coactus eſt reuocare quoſdam errores Pariſijs in Domo Prædicatorum, quos inconſultò nimis & temerè ſuis in Theſibus propoſuerat; tales autem leguntur in Bibliotheca Patrum.

Errores reuocati.

Iſti ſunt Articuli reuocati anno 1318. 2. Octob. Pariſius per fratrem Ioannem » Guion Ordinis Minorum in Domo Prædicatorum. Primò item, quod generare ſecundum ſuum rationem formalem non ſit in Patre. Secundò item, quod generare realiter elicitum ſit in diuinis. Tertiò item, quod ad generare ſiue elicitum, ſiue inelicitum ſit in filio. Quartò item, quod generare & generari in Diuinis accepta notionaliter ſunt idem inter ſe in Diuinis. Quintò item, quod dicere quod Pater in Diuinis non ſit formaliter generans aliâ generatione quàm illa quâ filius formaliter eſt genitus.

Hoc quoq; anno ſcribit Wadiogus in Annalibus Minorũ Controuerſiam illam inter *Fratres Spirituales* & *Communitatem* Ordinis miſerum & deplorandum ſortitam fuiſſe exitum. Cum enim Pontifex illos cogeret ad horum conſortium, & Michaël de Monaco Inquiſitor ſeuerè contra eos ageret, fugam, quibus licuit, arripuerunt in Trinacriam, quò & alij multi ante confugerant. Ibi conſilio inito ſtatuerunt nihil amplius ſperaodum de Superioribus Ordinis, ſed Miniſtrum ſibi Generalem præfecerunt Henricum de Ceua audacem hominem & erroris renacem. Alij verò qui de *Communitate* dicebantur, varia eis apud Pontificem obiecerunt crimina, & quinque præſertim hæreſes: vt quod duplicem effinxiſſent

Eccleſiam, vnam ſpiritualem, alteram carnalem; huic præeſſe Pontificem & Prælatos, illi ſe ſuoſque ſequaces. 2. Quod cum Donatiſtis docerent Sacerdotes omni Sacramentorum, Iuriſdictionis & Ordinis authoritate priuatos niſi ſecum ſentirent. 3. In nullo caſu abſque mortali peccato licere iurare, qui error erat Vualdenſium. 4. Sacerdotes reliquos mortalis peccati labe inquinatos non poſſe conficere vel conferre Sacramenta. 5. Chriſti Euangelium ad ſua vſque tempora extinctum & ſepultum, ſua verò operâ reuiuiſcere.

Contra hos Ioannes Pontifex Bullam emittit in qua præmiſſis magnis Eccleſiæ & Ordinis Minorum encomiis hæc ſubjungit. *Dudum ſuperſtitioſi & deſcholi homines in Prouincia aduerſus Communitatem* præfati Ordinis inſurgentes & ſe ſolos ſuoſque ſimplices & obſeruantia Regulæ B. Franciſci mirâ vanitate jactantes, reliquam Ordinis multitudinem & tranſgreſſione Regulæ perperam judicando notabant, nonnullos profanæ multitudinis verbis mendacibus & mentitæ ſanctitatis obtentu in ſui erroris deuium adducentes, quorum vipereos partus in ipſo ſui erroris exortu felicis recordationis Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſter, ne in multorum perniciem alerentur, ad veritatis petram allidere cupiens, Generali Miniſtro, qui tunc temporis memorato Ordini præſidebat, diſtrictè præcipiendo mandauit, vt hujuſmodi præſumptores diſciplina debita coërceret, prout in Litteris ipſius prædeceſſoris noſtri pleniùs continetur. Sed eorum peſtilentiſſimas nouitates hoc remedio compreſſas fuiſſe potius, quàm extinctas rediuiuus error enunciat & triſtis experientia manifeſtat. Nuper enim nonnulli factionis ſuperſtites memoratæ, adjunctis ſibi quampluribus de dicta Prouincia Prouinciæ & Prouincia Tuſciæ & aliis diuerſarũ Fratribus Nationum coram piæ memoriæ Clemente Papa V. prædeceſſore noſtro diuerſas regulæ Quæſtiones diuerſaſque contra Vniuerſitatem dicti Ordinis propoſuere querelas, & quas ipſi ſoli ipſorumque complices B. Franciſci regulam & perſpicacius intelligerent & efficacius adimplerent, notam actionis contrariæ in Vniuerſitatem præfati Ordinis impiè detorquebant; qui Clemens prædeceſſor huiuſmodi homines benignitate magis quàm ſeueritate ſatagens emendare, illorum peſtiferos conarus patientiæ virtute tolerans, prædictas quæſtiones atque querelas pluribus Archiepiſcopis, *Epiſcopis & ſacræ Theologiæ Profeſſoribus & aliis viris ſcientiâ prædictis, diſcretione notatis examinandas commiſit & ad ſuam audientiam perferendas*, quibus diligenter cum multa maturitate peractis ſæpe nominatus Clemens prædeceſſor de veritate certior factus, præfatam Religionem ſanctam, & vt eius vtamur ſermonibus, mirè obſeruantiæ Regularis firmiter vndique aſſeruit circumclauſam & quædam quæ circa regulam dubium ſenſum afferre poterant, declarauit, diſtrictè præcipiendo mandans, vt dicti Fratres qui contra Communitatem Ordinis huiuſmodi quæſtiones mouerent, & querelas, ad Conuentus, vnde diſceſſerant reuerterentur, & ſuis Superioribus obedirent humiliter & deuotè, harum quæſtionum & querelarum prætextu ad Romanam Curiam de cætero minimè reuerſuri, & vt ipſius ſalubris ordinatio ad optatum duceretur effectum, Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Ianuenſi, Lucan. & Bononienſi Epiſcopis per Litteras demandauit, vt ipſi vel alter eorum per ſe vel alium, ſeu alios Fratres ipſos de Prouincia Tuſciæ, qui occaſione præfatæ diſſenſionis & adhærentiæ illicita laxatis habenis, quædam loca dicti ordinis in Prouincia Tuſciæ conſtituta occupauerant & occupata temeritate damnabili detinebant, ſuis aliàs obedire Superioribus aſpernantes, compellerent, vt eiſdem locis per eos occupatis omnino dimiſſis, ad ſuorum Superiorum obedienriam qualibet exceptione & occaſione poſthabitis reuerterentur moraturi vbicunque & ſicut iidem Superiores ducerent diſponendum. *Quarum Litterarum authoritate dilectus filius Bernardus Prior Eccleſiæ S. Fidelis juxta Senas, cui præfatus Bononienſis Epiſcopus ſuper hoc commiſerat vices ſuas in ipſos Fratres dicti mandati contemptores, eorum exigente contumacia excommunicationis Sententiam promulgauit, & eos fecit excommunicatos publicè nunciari.* Qui Eccleſiaſtica vincula non verentes, non abſque temeritatis audaciâ, apoſtaſiæ nota mentiſque veſania contra Apoſtolica mandata & dicti Ordinis Inſtituta ſe ad partes Inſulæ Siciliæ tranſtulerunt & ibi ab obedientia & vnitate dicti Ordinis & Prælatorum eius ſe totaliter ſeparantes, quaſi memorati Ordinis B. Franciſci ſtabilem firmamque compaginem reſcindere ſto-

» lida præſumptione valerent, noui Ordinis, imò abominabilis horroris, caſſis
» conatibus moliti ſunt ponere fundamenta, tam deteſtabili turbæ præficientes
» magis idolum quàm prælatum *Henricum de Ceua* dicti Ordinis refugam & apoſta-
» tam fugitiuum: & vt tam fœdo capiti membra cætera reſponderent, Prouincia-
» les, Miniſtros, Cuſtodes præterea, & Guardianos eligere temeritate ſimili præ-
» ſumpſerunt, plurimos ad ipſorum ſectam recipere, Prædicatores & Confeſſo-
» res aſſumere, eoſdem ad huiuſmodi Confeſſionis & Prædicationis Officium
» tranſmittere, loca etiam à locis Patrum ipſius Ordinis ſemota ad habitandum de
» nouo conſtruere, ſeu conſtituta recipere contra Romanorum inſtitata Pontifi-
» cum in animarum ſuarum periculum aliorumque perniciem attentantes, & vt
» ipſorum error veritas, & impietas Religio putaretur, temeritate propria quoſ-
» dam habitus cum paruis capuciis, curtos, ſtrictos, inuſitatos & ſqualidos, ſimu-
» lationis conſcios, irriſionis amicos, ac diſſidij non ignaros, diſcrepantes à com-
» munitate Ordinis ſupradicti aſſumere, & in ſimplicium cordibus vt eoſdem ſe-
» cum in deuium erroris abducerent, ſeminare, dictos habitus fore ſecundum re-
» gulam B. Franciſci & in ipſis ſolum pſeudo-fratribus Ordinem conſtare, for-
» mamque aliorum Fratrum præfatæ Communitatis diuerſis conuiciis lacerare,
» procaci impudentique verſutia præſumpſerunt. Verum quia ſic ſunt caſus men-
» tis vt primò quidem infelix animus per ſuperbiam intumeſcat, & exinde de con-
« tentione in contentionem, de contentione in ſchiſma; de ſchiſmate in hære-
» ſim, de hæreſi in blaſphemias, infelici gradatione, imò præcipiti ruina deſcen-
» dat. Prædicti temeritatis atque impietatis filij, vt habet digna relatio, ad eam
» ſunt mentis inopiam deuoluti, quod aduerſus præclariſſimam & ſaluberrimam
» Chriſtianæ fidei veritatem impiè ſentiunt, Sacramenta Eccleſiæ veneranda
» contemnunt & in glorioſum Eccleſiæ Rom. Primatum cunctis Nationibus per-
» colendum ab ipſo conterendi citius, impetu cæci furoris impingunt, & ne ali-
» quid prædictarum blaſphemiarum tolerabile videatur, aut dubium de plurimis
» eorum erroribus aliquos ne latere, & perinde nocere valeant, præſentibus du-
» ximus annotandos. Refert deinde errores quinque prædictos, & bullam dat Auenione 10. Kalend. Feb. Pontif. an. 2.

Dici non poteſt quàm multa paſſi ſint mala Fratres illi Spirituales, quæ fusè proſequitur Tragœdiæ illius inſpector Aluarus Pelagius. A Pontifice verò citati inter eos nonnulli qui primas partes agebant, Vbertinus de Caſali, Raimundus Gaufredi, Guido de Mirapice, Angelus Clarenus, Gaufredus de Cornone & alij nonnulli petierunt omnes Ordinis reformationem, reclamantibus cæteris de Communitate nihil eſſe in Ordine reformandum, tandem partim conjecti in carcerem, partim exules facti, & aliis pœnis affecti ſunt.

1319. Anno 1319. ait Paulus Æmylius M. Ioannem de Poliaco Doctorem Pariſienſem aſſerentem fratribus Mendicantibus confitendum non eſſe, & qui confiterentur, redeundum illis eſſe ad Parochum ſeu Curionem, à Ioanne Pontifice iuſſum fuiſſe palinodiam canere, Alij verò hoc ad annum 1321. referunt: quo anno prædictus Pontifex aduerſus eum ſententiam tulit, vt nos infra docebimus.

Ab hoc Pontifice, quod Priuilegium conceſſerat olim Vniuerſitati Pariſ. Bonifacius VIII. (quo qui Magiſterij gradum in ea conſecuti fuerant, poterant vbique terrarum abſque vllo examine docere) Eduardus II. Anglorum Rex idem poſtulat Oxonienſi ſuæ Academiæ concedi, moléſtaque fert tam florentem Academiam eo beneficio & priuilegio excludi: itaque rogat vt ad conſeruandam Oxonienſis & Pariſienſis ſtudij ſocietatem mutuam, Magiſtris Oxonienſibus idem concedat, quod Pariſienſibus conceſſerat. Scio quidem Nicolaum III. Priuilegium iſtud aliàs indulſiſſe, an verò Bonifacius illud innouarit, alibi non legi. Vt vt ſit, talis ad eum Eduardi eſt Epiſtola.

EDVARDVS II. AD PAPAM PRO OXONIENSI ACADEMIA.

» Sanctiſſimo in Chriſto Patri Ioanni diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ
» ac Vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici Edvardus eadem gratia Rex Angliæ,
» Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ deuota pedum oſcula Beatorum. *Sanè*
» *intelleximus hanc dudum à felici memoriæ D. Bonifacio Papa prædeceſſore veſtro*
» *Vniuerſitatibus Regni Franciæ gratiam fuiſſe conceſſam, vt omnes qui gradum Magi-*
» *ſtralis honoris in quacunque Facultate aſſecuti fuerint, in iiſdem poſſint vbique terrarum*

lectiones reſumere & eaſdem continuare pro ſuæ libito voluntatis abſque nouæ exami- «
nationis vel approbationis præludijs ſeu debito iterandi principij aut petendæ gratiæ «
cuiuſcunque. Verum quia dubium non eſt ſecundum veterum teſtimonia ſcri- «
ptorum *Gallicanum ſtudium. Ab Anglicanis noſtris originale traxiſſe principium,* «
conſtarque talem Apoſtolicæ diſpenſationis gratiam in Anglicani ſtudij re- «
dundare diſpendium, ſi Vniuerſitas noſtra Oxonienſis cum prædictis Vniuerſi- «
tatibus Regni Franciæ in libertatibus & Scholaſticis actibus non concurrat, «
Sanctitati veſtræ affectuosâ inſtantiâ ſupplicamus, quatenus ad pacem mutuam «
inter viros Scholaſticos nutriendam, Vniuerſitatem prædictam Oxonienſem «
conſimili velitis priuilegio decorare. Nos ſiquidem plurimum gauderemus, ſi «
in noſtri & Vniuerſitatis noſtræ prædictæ fauorem, quod à prouidentia veſtra «
depoſcimus, exaudiretis gratiosè; quia valde nobis moleſtum foret, ſi tanta «
Vniuerſitas aliqua noſtris aduerſa temporibus pateretur, aut ad inſolitam ſer- «
uitutem redigeretur. «

Hæc Edvardus apud Brianum Thvynum in Apologia Oxonienſis Academiæ. Cæterum hoc in eius Epiſtola notandum, quod Vniuerſitatis Pariſienſis originem & inſtitutionem iuxta communem fidem & opinionem, Magiſtris Anglicanis, nempe Alcuino & alijs attribuat.

Ad hunc annum notat Aquilinus c. 5. in Chiromant. Petrum Aponenſem, dictum Conciliatorem floruiſſe, fuiſſe amiciſſimum Iani Pontificis, ſuaſque illi differentias dedicaſſe. *Diu*, inquit, *Pariſius ſtuduit, ibique inſignia Doctoratus accepit. Ibidem Philoſophiam publicè profeſſus eſt vt idem teſtatur in compendio ſuæ Phyſionomiæ.*

Anno 1320. iterum turbatum eſt Regnum & præcipuè Pariſienſis Ciuitas à Paſtorellis, qui cum viderent Principes nimis tepidos & negligentes in expeditione Hieroſolymitana ſuſcipiendâ aduerſus Infideles, ſuaſoribus duobus viris Eccleſiaſticis, vno Monacho Benedictino è Cœnobio eiecto; altero Presbytero ſeculari è Parochia ſuâ pulſo ſe ſe ipſi conſcripſerunt; exiſtimantes ita in Oraculis Diuinis contineri, vt ipſi Ciuitatem Hieroſolymitanam ab Infidelium oppreſſione liberarent. Sed cum incondita illa turba latrocinijs & direptionibus omnia deuaſtaret & depopularetur, à Præfectis Regijs compreſſa eſt & fugata. 1320.

Eodem anno Scholares Pariſienſes, qui perpetuum cum Præpoſito Pariſienſi diſſidium exercebant, audito & detecto facinore Henrici Capparelli Præpoſiti natione Picardi, qui cum in carcere detineret hominem quendam diuitem, & corruptus pecunia eum liberaſſet, eiuſque loco pauperem Innocentem ſuſpendio necauiſſet, adeo in eum inuecti ſunt, adeo inſectati, vt comprehenſus & in vincula ductus Decreto Curiæ Pariſienſis fuerit ipſe furcæ ſupplicio punitus.

Eodem anno Quidam Theologus publicè docuit Pariſijs melius eſſe Clericis proprias vxores ducere, quàm more illius ætatis incontinenter ſe continere: vt ex Trithemio refert Balæus Centuria 1. Ad hunc quoque annum notat Vvadinghus floruiſſe in Schola Pariſienſi Ioannem Canonicum ſeu Canonem, qui & Marbres à quibuſdam cognominatus eſt, Scoti Diſcipulum & æmulatorem. In Academia quoque Oxonienſi Doctoratus lauream aſſecutum, ibidem ſacram Theologiam publicè profeſſum fuiſſe. *In omni*, inquit, *ſcientiarum genere excelluit:* nam Philoſophiæ ſacræ & profanæ, vtriuſque Iuris *& aliarum facultatum erat peritiſſimus.* Plura ſcripſit in Ariſtotelem & Magiſtrum ſententiarum, *quæ Oxonij in Collegio Bailliolenſi & Cantabrigiæ in Collegio Petri aſſeruantur Manuſcripta.* Ait quoque eodem tempore docuiſſe Oxonij Nicolaum Occanum ſeu Ochamum, 18. ibi inter Minoritas Profeſſorem. Item Adamum Goddamum ſacræ Theologiæ Doctorem & Profeſſorem Oxonienſem.

Ad hunc quoque annum referunt Annales Hiberniæ apud Camdenum & Chronica Philippi Flaſburij *erectionem Vniuerſitatis Dublinienſis.* Archiepiſcopo tunc illius vrbis Alexandro Bicknorin. Addit Vvadinghus primum in ea inſtitutum Theologiæ *Magiſtrum Vvillielmum de Hardith Ordinis Prædicatorum.* Secundum in eadem Facultate Henricum Cogrium Ord. Minorum. Tertium Vvillelmum de Rodiard Decanum Dublinienſem, Eccleſiæ Cathedralis S. Patricij

Decanum, in Iure Caoonico primum Lectorem. Quartum Magiſtrum io ſacra Theologia Fr. Edmundum Bernarden aliàs de Kemerdin Minoritam, hocque anno interfuiſſe Comitijs Minorum celebratis Kildariæ in feſto S. Iacobi.

Collegia Anglicana.

Hoc quoque aono Hebraïca lingua primùm doceri cœpit io Academia Oxonienſi à quodam Iudæo ad Religionem Chriſtianam conuerſo, idque iuxta cooſtitutionem Clementis in Concilio Viennenſi editam. Mira etiam inceſſit Anglos hoc ſæculo quemadmodum & noſtros Gallos, fuodandorum Collegiorum, ſeu Hoſpitiorum in Academijs publicis cupiditas ſanctumque propoſitum. Oxonij enim plurima à diuerſis fundata ſunt. *Merthonenſe*, *Regale*, *Reginale* ab Elizabetha Regina Edvardi vxore, quemadmodum noſtrum Nauarricum à Regina Iana Philippi pulchri vxore conditum. Exonienſe; Cantuarienſe cum Aula Coruina, Wichamienſe atque Dunelmenſe Inter cætera verò plurimum extollit Wichamienſe Nicolaus Harsfeldius, in quo ait ſe litteris operam dediſſe, & inter alumnos ſeu Burſarios illius Domus eoutritum, ſumptibus & liberalitate Willielmi Vvicbami, qui ſuas opes omnes io eam rem legauerat Duo verò ille Collegia conſtrui & dotari voluerat: vnum Oxonij, alterum prope Vvintoniam: in quibus ducentos tam alumnos, quàm Sacerdotes qui ſacra peragerent, & Choriſtas ſuis ſumptibus ali curauit. Et cum in Oxonienſi deficeret conſtitutus numerus, non aliunde volebat capi quàm ex Vvintonienſi, atque ita Vvintoniam veluti Coloniam Oxonij eſſe iuſſit. Societas autem illa Oxooienſis ædes illas Vvichamienſes ingreſſa eſt 14. April. ao. 1386. Vvintooienſis verò 28. Martij an. 1393. Vvichamum deinde imitatus eſt Vvillielmus Vvainfletus Epiſcopus Vvintonienſis, qui nobile illud Magdalaneoſe apud Oxoniam poſuit; & Rex Heoricus VI qui vnum apud Etonam, alterum apud Cantabrigiam conſtituit.

Similiter in Academia Cantabrigienſi plurima extructa ſunt. Aula Regia, Eduardi III. Penbrucbenſis à Ioanne Comite Penbruchij, D. Michaëlis Collegium ab Henrico Stantonio Equite & Trinitatis, fuerat ibidem iam antea Vniuerſitatis Aula; ſed cum incendio conflagraſſet, Eliſabetha Gloceſtriæ Comitis filia de integro eam exædificauit, & *Aulam Clariam* appellauit.

Nec præterire fas eſt boc loco inſignem Richardi Angervillij ſeu de Bury Epiſcopi Dunelmeoſis erga litteras & litteratos omnes amorem. Ille enim, vt erat ſingularis & abſolutæ cuiuſdam in omni arte liberali & Philoſophia, præſertim verò in Tbeologia cognitioois, ita bonarum litterarum promouendarum & propagandarum incredibili quodam ſtudio incenſus erat, ſummaq; beneuolentia, omnibus auxilijs & ſubſidijs viros Doctos & litterarum amantes proſequebatur. In librorum optimorum lectione totum ferè tempus triuiſſe videtur. Cumque intelligeret ſine librorum auxilio nemineni fieri poſſe Doctum, multoſque præ tenuitate rei familiaris ab ijs comparandis prohiberi, eorum amplam ſupellectilem Scholaſticis Oxonienſibus ſuppeditauit, & Aulam, quam Dunelmenſe Collegium eſſe putant, in quibus Scholaſtici verſarentur, conſtruxit. Familiaris fuit Petrarchæ. Eduardo III. fuit à Secretis & Caocellarius, Legatus in Gallias miſſus eſt cum Ioanne Cantuarienſi ad pacem inter Reges conciliandam. Hæc ferè Harsfeldius. De eo dicemus alibi, & quæ de Academia Pariſienſi dixerit, alibi referemus.

Eodem anno idem Pontifex Ioanoes Catalogo Sanctorum aſcripſit Thomam Epiſcopum Herefordienſem ab eius tranſitu an. 38. virum genere nobilem, ſed moribus & doctrinâ nobiliorem, Doctorem in Decretis & Magiſtrum in Theologia, miraculorum numero inſignem.

Hiſce temporibus florebant Pariſijs MM. Ioannes de Ligneus, Ioannes de Saxonia, Ioan. de Muris & Io. Buridanus, maximus ille Philoſophus, qui inuenit viam modernorum, inquit Chronicon Belgicum Magnum. Item Ioannes Mandeüil Doctor in Medicina, & miles in Armis, Natione Anglicus, Odericus vir ſanctus, Minorita, Ludolphus Carthuſienſis Prior Argentinenſis, qui vitam I. C. ſcripſit, Commentaria in Pſalmos edidit & alia multa.

Eodem anno Natio Gallicana ſtatutum edidit de taxatione & luſtratione Scholarum ſuarum quod legitur in antiquo libro Procuratorum ſub hoc titulo.

Io. Statutum de taxatione & viſitatione Scholarum in regiſtratione & taxis. Eſt autem eiuſmodi.

Anno Domini 1320. die Lunæ poſt feſtum B. Lucæ Euangeliſtæ tempore Procurationis M. Stephani de Lingonis Procuratoris Nationis ſtatutum fuit per Nationem de Scholis ſoluendis quolibet anno per Procuratorem Nationis in præſentia Nationis ipſius ſpecialiter ad hoc conuocatæ, & quod Scholæ taxentur & regiſtrentur, & quot Determinantes quilibet Magiſter debeat habere ſecundum taxam, & tenebitur quilibet Magiſter per Iuramentum ſuum ſatisfacere Procuratori qui pro tempore fuerit pro quolibet Determinante 13. ſolidos cum 4. denarijs, antequam dictus Determinans ſedeat, & ad hoc erunt aſtricti per iuramentum Magiſtrorum Determinantes. STATVTVM NATIONIS GALL. DE SCHOLIS ET DETERMINANTIBVS.

Aliud eodem anno ab eadem Natione factum eſt, *Quod nullus Magiſter in Natione poſſit habere duo Officia ſimul.* Et tale eſt. *Anno Domini 1320.* die Veneris poſt Pentecoſten fuit ſtatutum & ordinatum in Natione Gall. in tempore Procurationis M. Stephani de Lingonis quod in dicta Natione aliquis Magiſter non haberet ſimul duo Officia.

1321. Anno 1321. Ioannes Pontifex Auenioni ſedens 8. Kal. Aug. examinata diligenter M. Ioannis de Poliaco Doctoris Theologi in Vniuerſitate Pariſienſi Doctrinâ de Sacramento Pœnitentiæ & Confeſſione auriculari, quâ aſſerebat 1. eos qui confeſſi peccata ſua fuiſſent Religioſis, maximè verò Mendicantibus, teneri eadem peccata iterum Parocho ſeu proprio Sacerdoti confiteri. 2. Nec Romanum Pontificem, imò nec Deum ipſum poſſe facere, quin fideles tenerentur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio Sacerdoti confiteri, ſtante ſcilicet Decreto Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. habiti. *Omnis vtriuſque ſexus.* Denique Papam non poſſe dare licentiam generalem audiendi Confeſſiones, imò nec Deum, quin confeſſus teneatur iterum confiteri proprio Sacerdoti ſeu Parocho; his, inquam, examinatis capitibus auditoque ipſo M. Ioanne de Poliaco idem Pontifex propoſitiones huiuſmodi tanquam falſas & erroneas damnauit, iuſſitque vt idem Ioannes contrarium publicè Pariſijs doceret, præteritamque Doctrinam reuocaret & eiuraret. Habetur hæc Pontificis ſententia inter Extrauagantes lib. 5. tit. de Hæreticis cap. 2. Et legitur in Chronico Ioannis à S. Victore, ſicque incipit.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis ac dilectis filijs Electis, ad quos præſentes litteræ peruenerint Sal. & Apoſt. bened. Vas Electionis Doctor eximius & egregius Prædicator, cuius prædicatio mundum docuit vniuerſum, præſumptuoſam illorum audaciam refrenare ſolicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes in errores proprios prolabuntur, non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere, ſalubri doctrinâ ſuggeſſit, & iuxta Sapientis eloquium, *Quiſque ſuæ prudentiæ modum ponat.* Sanè dudum, cum dilectum filium M. Ioanem de Poliaco Sacræ Theologiæ Doctorem certis ex cauſis de fratrum noſtrorum conſilio ad noſtram præſentiam vocauiſſemus, fide digna relatio ad noſtrum perduxit auditum, quod ipſe in quibuſdam articulis tangentibus pœnitentiæ ſacramentum non ſobriè, ſed perperam ſapiebat, infra ſcriptos articulos periculoſos continentes errores docens publicè in eius prædicationibus & in Scholis. Primò ſiquidem aſtruens quod confeſſi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata quæ confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio Sacerdoti. 2. Quod ſtante *Omnis vtriuſque ſexus* Edicto in Concilio Generali Romanus Pontifex non poteſt facere, quod Parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio Sacerdoti confiteri, quem dicit eſſe Parochialem Curatum: imò nec Deus poſſet hoc facere; quia, vt dicebat, implicat contradictionem. 3. Quod Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiendi confeſſiones, imò nec Deus, quin confeſſus habens licentiam teneatur eadem confiteri proprio Sacerdoti, quem dicit eſſe, vt præmittitur, proprium Curatum. Nos igitur ſcire volentes ſi ſuggeſta nobis veritatem haberent, articulorum præmiſſorum copiam eidem M. Ioanni fecimus aſſignari, & ad ſui defenſionem plenam audientiam ſibi præbuimus tam in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia in Conſiſtorio, quam aliàs coram aliquibus ex ipſis fratribus per Nos ad huiuſmodi Officium ERRORES M. IOANNIS DE POLIACO DAMNATI.

» deputatis. Verum licet præfatus Magiſter dictos articulos & contenta in ipſis
» defendere niteretur, aſſerebat tamen ſe paratum credere & tenere in præmiſſis
» & alijs quæ tenenda & credenda eſſe Sedes Apoſtolica definiret. Nos igitur at-
» tendentes quod prædictorum articulorum aſſertio, prædicatio & Doctrina re-
» dundare poterant in multarum perniciem animarum, ipſos per præfatos Ma-
» giſtros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipſi etiam cum dictis
» fratribus noſtris collationem ſolertem & examinationem habuimus ſuper his.
» Per quas quidem collationem & examinationem ſuper his habitas comperi-
» mus præmiſſos articulos doctrinam non ſanam, ſed periculoſam multùm & ve-
» ritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & ſingulos idem M.
» Ioannes veris rationibus ſibi opinioni dudum ſuæ habitæ contrarijs demonſtra-
» tis, in Conſiſtorio reuocauit aſſerens ſe credere eos non veros, ſed ipſorum
» contrarium verum eſſe, & dicens ſe neſcire rationibus ſibi factis in contrarium
» reſpondere. Ideoque ne per aſſertionem, prædicationem & Doctrinam huiuſ-
» modi in errorem, quod abſit, animæ ſimplicium prolabantur, omnes articu-
» los & quemlibet eorum tanquam falſos & erroneos & à doctrina ſacra deuios
» authoritate Apoſtolica condemnamus & reprobamus de fratrum noſtrorum
» conſilio prædictorum, doctrinam contrariam veram & contrariam eſſe Ca-
» tholicam aſſerentes. Scilicet quod illi qui prædictis fratribus confitentur, non
» magis teneantur eadem peccata iterum confiteri, quàm ſi ea aliàs confeſſi fuiſ-
» ſent eorum proprio Sacerdoti iuxta Concilium Generale. Optantes veritatis
» vias notas eſſe cunctis fidelibus & prædictis erroribus præcludere aditum, ne
» ſubintrent errores felicis recordarionis Alexandri IV. & Clementis IV. Ro-
» manorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs innitendo, vniuer-
» ſis & ſingulis diſtrictius inhibemus, ne quiſquam præmiſſos articulos per Nos,
» vt præmittitur, damnatos, & reprobatos & contenta in eis vel aliquo ipſorum
» vt pote à Catholicis mentibus reſpuenda tenere audeat ſeu defenſare quomo-
» libet vel docere. Quocirca Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præci-
» piendo mandamus, quatenus vniuerſis & ſingulis veſtrum in Ciuitatibus &
» Diœceſibus veſtris conuocato Clero & populo communiter omnia præmiſſa
» & ſingula per vos, ſeu alios ſolemniter publicetis. Nos etiam idem M. Ioanni
» mandamus *quod in Scholis & Sermone Pariſius prædictos articulos & contenta in eis*
» *tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo aſſeueratione conſtanti publicè debeat*
» *reuocare*, quod ſe facturum dictus M. Ioannes efficaciter repromiſit. Datum
» Auenione 8. Kal. Aug. Pontif. noſtri an. 5.

Eodem anno Fr. Nicolaus de Amſſiaco Ordinis Prædicatorum Rectori & 4. Procuratoribus Nationum in Comitijs præclaræ Facultatis Artium apud San-Iulianum habitis publicè ſatisfecit, veniamque petiit propter verba quædam iniurioſa in eos prolata non ſatis cautè & prudenter: huiuſque ſatisfactionis ſcedulam Rectori dedit, quâ omnibus conſtaret eum peccauiſſe & peccati veniam poſtulaſſe, qua de re à Radulpho Benedicti Notario Iurato Vniuerſitatis Inſtrumentum confectum eſt & in publicam formam redactum, eſtque huiuſmodi.

EMENDA HONORARIA SEV SATISFACTIO NICOLAI DE AMSSIACO FACTA RECTORI ET FACVLTATI ARTIVM.

» In Dei nomine Amen. Pateat vniuerſis per hoc publicum præſens Inſtru-
» mentum, quod anno Domini 1321. Indictione 4. die Mercurij in Craſtino Na-
» tiuitatis B. Mariæ Virginis nonâ menſis Septemb. circa horam tertiam ipſius
» diei, Pontificatus D. Ioannis Papæ XXII. anno 6. intrante, Pariſius in Eccle-
» ſia B. Iuliani Pauperis coram venerabili viro & diſcreto M. Heruæo de Roka
» tunc Rectore Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium,
» ipſo D. Rectore cum Facultate Artium tunc inibi congregata, in mei Notarij
» publici & teſtium ſubſcriptorum præſentia vit Religioſus Frat. Nicolaus de
» Amſſiaco Ordinis Fratrum Prædicatorum quandam ſcedulam in manu ſua te-
» nens palam & explicitè dictis D Rectore & Facultate id auſcultantibus legit in
» hæc verba. *Coram vobis viris venerabilibus Rectore & Procuratoribus Nationum*
» *proteſtatur Fr. Nicolaus executor defunctæ Agnetis de Gruerus, quod nunquam fuit in-*
» *tentionis eius aliquid dicere aut facere, vel etiam attentare contra libertates venerabilis*
» *Collegij, ac etiam Reuerendæ Vniuerſitatis Pariſienſis. Si enim nunquam fuiſſet Scho-*
» *laris Pariſienſis, reuerentiam tamen dictæ Vniuerſitati omnimodam exhiberet. Et ſi per*

Digitized by Google

errorem quod non credit, aliquid ab ore eius emanaſſet, quod videretur dictæ Vniuerſitatis libertatibus in aliquo derogare, paratus eſt, vt iuſtum videbitur, reuocare. Quibus à dicto Religioſo ſic lectis, dictis & actis petijt præfatus D Rector ſibi ſuper his per me Notarium præſens fieri publicum inſtrumentum, & tenorem dictæ ſcedulæ provt eſt, inſeri in eodem. Acta fuerunt hæc anno die, menſe, indictione, loco & Pontificatu ſupradictis, præſentibus Collino Gallicorum, Thoma Picardorum Bedellis Nationum, Ioanne de Pauillione Sub-Bedello Gallicorum & alijs teſtibus adhæc vocatis & rogatis. Et Ego Radulphus Benedicti Clericus Bathonienſis Diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius, præmiſſa quibus interfui, ſcripſi & in banc publicam formam redegi, meoque ſigno ſignaui rogatus. Ille eſt Radulphus primus Notarins Iuratus Vniuerſitatis, de quo ad annum 1316. diximus.

Hoc anno ſecundum morem Gallicanum ſcilicet die 3. Ianuarij, vel vt aliqui ſcribunt, 6 obijt Philippus Longus Rex apud Longum Campum, eiuſque corpus poſtridie delatum ad ſepulcbra Maiorum. Cor Pariſijs in Eccleſia Minorum, viſcera in Prædicatorum reconditum: Nam vt ſcribit Gaguinus lib. 7. in fine poſt S. Ludouici mortem qui à Mendicantibus litteras didicerat, conſuetudinem fecerant Prædicatores atque Minores cum integra Regum cadauera habere non poſſent, Inteſtinorum ſibi partes ad ſepulturam vindicare. Huic ſucceſſit Carolus IV. cognomine Pulcher.

INITIVM LITIS INTER PAPAM ET IMPERATOREM.

Hoc quoque anno graue diſſidium ortum eſt inter Ioannem XXII. Papam & Ludouicum Bauarum Imperatorem, eo quod iſte à ſummo Pontifice diadema Imperij accipere negligeret, ille verò nonniſi à ſe dari poſſe contenderet hiſce rationibus in ſua Bulla contentis. *Poſteaquam*, inquit, *à deceſſoribus noſtris Res Romana à Græcis* ad Germanos tranſlata Carolo magno in fidem atque tutelam commiſſa eſt, ſummus ille honor Beneficium Pontificis maximi eſſe ſolet. Decretum ſiquidem eſt, vt cum Romani Principes Regem iuſſiſſent, id demum ratum eſſet, ſi Rom. Pontifex Vniuerſi orbis Chriſtiani pater atque Princeps author fieret, nec ante cuiquam Comitiis Cæſareis ſuffragiis Principum deſignato Regi neque adminiſtrandi neque Regij tituli vſurpandi ius eſt, quàm primarius Sacerdos Dei optimi Legatus ſuo nomine faueat & adſpiret: præterea ſumma poteſtas maximum Imperium vbi orbum capite fuerit, penes maximum Pontificem cuius beneficium illud eſt, exiſtit. Itidem vbi ſeptem ſuffragatores Comitiis Cæſareis diſcordes fuerint, neuter Rex eſt, Epiſcopus Rom. ſicut communis omnium mortalium parens faſces Romanos ob diſſenſionem deſtitutos, Rempub. derelictam ſuo arbitrio temperat. Quemadmodum animus imperare, corpus illi cuius beneficio viuit, ſeruire debet: ita omnibus rebus Chriſtianis conſultum eſſe nemo ambigit, vbi fragilia æternis, profana ſacris, corporalia ſpiritalibus ſubdita ſunt atque obtemperant. Quod tum fiet quando Pontifex Max. dignitatem vtramque ſuo arbitratu moderatur, Eccleſiâ dominatur, eius lege atque Imperio omnis poteſtas redigitur, & Imperator religione ſacramenti ei qui terris præſidendo vicem cœleſtis Imperatoris perfungitur, addictus eſt. Haſce ob cauſas, cum poſt fata Imperatoris Hainrici VII. duo Fridericus atque Ludouicus Reges conſalutati fuerint, ambo vtpote conrra auſpicia creati, indigni ſunt ſimmo rerum humanarum faſtigio, Reſpub. in medio derelicta atque dilacerata à Nobis iure noſtro adminiſtratur. Proinde Ludouicus maximo malo ſuo, non minore Eccleſiæ Rom. detrimento, necdum à Nobis dignus qui imperet, iudicatus, ſuâ ſponte Regium nomen, rerum habenas temerè vſurpauit, atque vi in Italia & Germania occupat. Nam Brandeburgenſem Principatum contra leges atque interceſſionem filio ſuo tradidit. In Italia Galencio, eius Fratribus de crimine hæreſeos condemnatis atque renunciatis ſuppetias tulit. Nos igitur juxta munus cœlitus Nobis datum *Ludouico præcipimus*, vt intra menſes octo ſeſe abdicet ab Regio nomine, gubernatione, functionibus publicis, rebus gerendis penitus abſtineat, à ſe hactenus acta reſcindat, nec poſthac niſi iuſſu & mandato noſtro dignitatem reſumat. Quod ſi obtemperare detrectauerit, Patriarchis, Epiſcopis cunctis, Sacerdotibus, Principibus, Ciuitatibus imperamus, vt eundem deſerant ac Nobis parere cogant. Data atque publicata Auenione 8. Id. Octob. anno Dignitatis 5. Chriſti verò

» 1321. Hæc vbi in Germania comperta ſunt, inquit Auentinus l. 7. *Ludouicus*
» *Diuini Humanique Iuris conſultiſſimos quoſque in Italia, Germaniis, Galliis, præ-*
» *cipuè Bononiæ*, atque Lutetiæ Iure vtroque atque ſacris Litteris peritos conſulit.
» Hi omnes reſcripſere acta & dogmata Ioannis aduerſus Cæſarem Chriſtianæ
» ſimplicitati & Diuinæ Philoſophiæ repugnare. Extant huiuſcemodi conſilia
» Theologorum in Bibliothecis, *in membranis ſcripta. Contra 22. Libros quoque edunt.*

Eodem anno M. Petrus Aureolus Natione Picardus de oppido Verberia ad Eſiam fluuium Profeſſione Minorita, cum diu in Pariſienſi Schola ſacras Litteras publicè docuiſſet, ad Archiepiſcopatum Aqnenſem in Gall. Narbonenſi aſſumptus eſt poſt aſſumptionem Petri de Prato Archiepiſcopi ad Cardinalatum, quam in rem extat Ioannis Papæ Bulla data Auenione 7. Kalend. Mart.

Initivm contro-versiæ de Pavper-tate Christi.

Eodem anno vehemens & graue ortum eſt diſſidium inter eundem Pontificem & Franciſcanos hac occaſione. Beguinus Quidam ſeu de Minoritis Spiritualibus, ſeu de alia ſecta captus eſt Narbone ipsâ die Dominicâ Paſſionis & interrogatus de variis hæreſibus ab Archiepiſcopo Bernardo de Fargis & à Ioanne de Belua Inquiſitore hæreticæ prauitatis i n illis partibus, Ordinis Dominicani Profeſſore. Aſſerebat autem Beguinus ille Chriſtum & Apoſtolos pauperem vitam duxiſſe, nihilque habuiſſe aut poſſediſſe iure proprietatis aut dominij in ſpeciali neque in communi: & cum in eum Inquiſitor eſſet ſententiam laturus aduocatis ob id Guardianis, Prioribus & Lectoribus Regularibus, Berengarius, Tuloni Perpinianenſis Minorita in Narbonenſi Cœnobio Theologiæ Lector Beguiui defenſionem ſuſcepit, aſſeruitque non modò non debere carere ſuſpicione hæreſeos, quinimo aſſertionem eius eſſe maximè Catholicam & juxta Decretalem Nicolai III. *Exiit qui ſeminat*. Exardet Inquiſitor. Berengariumque iubet palinodiam cantare. Renuit ille: nec Cenſuris terretur quas Inquiſitor fulminat, quarum appellationem defert ad Sedem Apoſtolicam. Præit Inquiſitor & Pontificis animum occupat, qui accedentem Berengarium & cauſam ſuam vtcunque agentem detineri jubet apud Minoritas prohibetque egredi abſque licentia. Hinc lis tranſit ad Ordinem, grauiſque diſcordia exoritur inter Prædicatores & Franciſcanos: dum illi ſuo Inquiſitori, iſti ſuo Lectori patrocinantur, ſeque mutuò Hæreticos appellant. Placuit Pontifici alios audire & præſertim Vbertinum de Caſale quem nouerat eſſe in ſacris Scripturis verſatiſſimum. Ille eſt Vbertinus, qui Ioan. Petri de Oliua ſectam & ſententiam tuebatur. Dat verò Pontifex curam Neapoleoni Vrſino Diacono Cardinali S. Adriani, vt eius in hac re Sententiam exploret.

Conſultus ergo Vbertinus per litteras ſic reſpondit, vt legitur apud Wa-
» dinghum ad hunc annum. Ad Quæſtionem prædictam non eſt reſpondendum
» ſimpliciter affirmatiuè vel negatiuè; ſed per duplicem diſtinctionem eligenda eſt
» veritas fidei & hæreſis reſpuenda. Et 1. diſtinguendum eſt de Chriſto & Apo-
» ſtolis, quia fuerunt ſub duplici ſtatu: fuerunt enim vniuerſales Prælati Eccleſiæ
» noui Teſtamenti. Et hoc modo quantum ad diſpoſitionis & diſtributionis au-
» thoritatem pro dando pauperibus & Miniſtris Eccleſiæ ſicut de Apoſtolis ſcri-
» bitur, bona habuerunt communia: & negare quod non habuerunt iſto modo,
» eſſet hæreticum & de hoc non currit propriè Quæſtio, quia nullus in iſto ſenſu
» negauit. Ex iſta Prælationis authoritate Chriſtus dicitur loculos habuiſſe. 2.
» Chriſtus & Apoſtoli poſſunt conſiderari vt ſingulares perſonæ, fundamenta
» perfectionis Religioſæ & perfecti mundi contemptores ac gloriam mundi cal-
» cantes, & Chriſti conſilia de ſupererogatione perfectionis in ſeipſis obſeruantes,
» & omnibus volentibus eſſe perfectos, exempla lucida tribuentes. Et ſi quæra-
» tur vtrum iſto modo habuerint, diſtiuguendum eſt de duplici modo habendi.
» Quorum primus ciuilis eſt & mundanus, quem modum habendi leges Impe-
» riales definiunt, duas eius partes oſtendentes, & hæc verba in bonis noſtris
» dicimus eſſe, in quibus habitis exceptionem & defenſionem & in non habitis
» repetitionem habemus. Et ita patet, quod qui habet aliquid, ciuiliter & mun-
» danè poteſt defendere rem ſuam ab inuaſore & repetere à detentore in Iudicio
» ſub Iudice Imperiali. Et iſto modo dicere, quod habuerit Chriſtus & Apoſtoli
» res mundanas, eſt hæreticum, quia contra Euangelium. Nam Chriſtus Rex
» pacificus qui Apoſtolos ſuos fecit filios pacis, ſeparauit ab omni húmano litigio

Digitized by Google

dicens. *Et qui vult tecum in Iudicio contendere & tunicam tuam tollere, præbe ei* «
& pallium. Et qui aufert tibi veſtimentum & tunicam, noli prohibere; & qui aufert «
quæ tua ſunt, ne repetas. In quibus verbis remouet à ſe, quia ipſe fecit, quod do- «
cuit, & ab Apoſtolis, quibus hoc ipſum impoſuit, duplicem partem Iuris Ci- «
uilis & mundani, ſcilicet defenſionem habiti & repetitionem perditi. Et iſte «
modus habendi propriè dicitur habere in re proprietatem & dominium. Et «
quia Chriſtus & Apoſtoli iſto modo nihil habuerunt, idcirco B. Petrus pro ſe «
& pro omnibus Apoſtolis dicit ſicut vorus pauper, *Ecce nos reliquimus omnia &* «
ſecuti ſumus te. Dicere ergo quod Chriſtus & Apoſtoli iſto modo habuerint in «
communi vel in ſpeciali proprietatem & dominium, eſt hæreticum & blaſphe- «
mum. Et hoc modo concedo quod intelligunt Fratres Minores, licet non di- «
ſtinxerint diuerſos modos habendi. Alio modo poſſunt haberi res temporales «
quantum ad ius neceſſarium & commune fraternæ charitatis Et iſto modo «
Chriſtus & Apoſtoli habuerunt bona temporalia Iure naturali, quod ab aliqui- «
bus dicitur ius poli, ad ſuſtentationem neceſſariam repellentes omnia, quæ di- «
uitias ſaperent, vel delicias redolerent, vel mundi pompam nutrirent. Et «
iſto modo habuerunt panes & piſces. Et ſic dicit Apoſtolus, *Habentes alimenta* «
& quibus tegamur, his contenti ſumus. Nec eſt aliqua profeſſio, nec aliquod con- «
ſilium Chriſti, quod prohibeat talem modum habendi, ſcilicet quantum ad «
neceſſarium vſum vitæ: & ideo dicere, quod non habuerint iſto modo, eſſet «
hæreticum: & ſic concedo quod vellent dicere *Fratres Prædicatores.* Hæc Vber- «
tinus. «

Addit Wadinghus lectam fuiſſe hanc ſcedulam in Conſiſtorio Cardinalium coram Summo Pontifice placuiſſeque tum omnibus, etiam partium ſtudioſis: atque idcirco Pontificem eos in pace dimiſiſſe vetuiſſeque ne quid deinceps molirentur, aut dicerent de quæſtione prædicta. Verum pax iſta parum diuturna fuit, adeoque creuit diſcordia, vt Minores animum Pontificis ſibi aliàs addictiſſimi ſibi abalienarint, vt ex ſequentibus annis patebit.

1322. Colleg. Pleſſiaci Fundatio.

Anno *1322.* M. Goffridus du Pleſſis Ioannis XXII. Notarius & Philippi Longi Regis Secretarius Collegium Pleſſiacum dotauit ſufficienti reditu ad alendos 40. pauperes Scholares è 4 hiſce Diœceſibus, Ebroïcenſi, Maclouienſi, Leonenſi & Turonenſi. Factus deinde Monachus Majoris-Monaſterij, Domum ſuam, quam Collegium fecerat, in duas partes teſtamento diuiſam voluit die 14. Aug. 1332 vnamque Scholaribus ſecularibus prædictis addixit quæ Collegij Pleſſiaci nomen aſſumpſit; alteram Scholaribus Regularibus ſui Ordinis & Conuentus, quæ *Maius Monaſterium* dicta eſt, muro inter vtramque interjecto.

Iterum orta quæſtio de paupertate Chriſti.

Eodem anno Controuerſia illa de paupertate Chriſti inter Prædicatores & Minoritas orta anno ſuperiore & prudentia Summi Pontificis ſopita, hoc anno rurſum excitata eſt ſuggeſtione quorundam. Quod malum ne ingraueſceret, propoſitionem Schedæ inſcriptam his verbis, *Vtrum pertinaciter affirmare Dominum Ieſum eiuſque Apoſtolos non habuiſſe bona aliqua in ſpeciali neque in communi foret hæreticum*, diſcutiendam miſit omnibus Academiis, præſertim verò Pariſienſi, genuinumque Decretalis Nicolai *Exiit qui ſeminat*, ſenſum aperiri ſibi voluit. Quam quidem Decretalem Minoritæ pro fundamento accipiebant: quippe cum de regula Minorum ageretur quæ rerum omnium etiam in communi dominium abdicat, ſicut in ſpeciali, de ea deque illius Profeſſoribus ſic locutus
eſt. *Hi ſunt illius ſanctæ Regulæ Profeſſores quæ Euangelico fundatur eloquio*, vitæ «
Chriſti roboratur exemplo, Fundatoris militantis Eccleſiæ Apoſtolorum eius «
ſermonibus actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum & Patrem munda, im- «
maculata Religio quæ deſcendens à Patre luminum per eius Filium exem- «
plariter & verbaliter Apoſtolis tradita & deinde per Spiritum S. B. Fran- «
ciſco & eum ſequentibus inſpirata, totius in ſe quaſi contra ei teſtimo- «
nium Trinitatis ...... porro dicimus quod abdicatio proprietatis huiuſ- «
modi omnium rerum tam in ſpeciali quàm etiam in communi, propter Deum «
meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens ver- «
bo docuit & exemplo firmauit, quamque primi Fundatores militantis Ec- «
cleſiæ provt ab ipſo fonte hauſerant, volentes perfectè viuere, per Doctrinæ «

ac vitę exempla in eos deriuarunt. Quod autem obſtabat propoſitionis pręallatæ determinationi, illud erat vel maximè, quod Nicolaus Pontifex vetuerat ſub excommunicationis pœna, ne quis aliam expoſitionem Bullæ ſuæ afferret quàm litteralem. Hoc verò obſtaculum ſublatum voluit Ioannes hac Conſtitutione quæ legitur inter Extrauagantes Tit. 14. de verb. ſig.

» IOANNES......... Ad perpetuam rei memoriam. Quia nonnunquam
» quod coniectura profuturum credidit, ſubſequens experientia nociuum oſten-
» dit, non debet reprehenſibile iudicari, ſi Canonum conditor Canones à ſe vel
» aliqua in eiſdem contenta Canonibus, reuocare, modificare vel ſuſpendere
» ſtudeat, ſi ea obeſſe potius viderit quàm prodeſſe. Sanè dudum felicis recor-
» dationis Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſter quandam Conſtitutionem de-
» claratoriam quæ incipit *Exiit* ſub regula Dilectorum filiorum Fratrum Ordi-
» nis Minorum quam B. Franciſcus almus Confeſſot inſtiruit, promulgauit ſub
» certis pœnis arctius interdicens ne concordantiæ, contrarietates, ſeu aduerſæ
» opiniones ab ipſius Conſtitutionis Lectoribus ſen Expoſitoribus aliquatenus
» inducantur, nec ſuper ipſa Conſtitutione gloſſæ fiant ab aliquo, niſi forſan
» per quas verbum vel ſenſus ipſius ſeu conſtructio, vel ipſa conſtructio quaſi
» Grammaticaliter ad litteram exponatur, nec intellectus ipſius per legentem
» diſtorqueatur ad aliud quàm Conſtitutionis eiuſdem littera ipſa ſonat. Gloſ-
» ſantes autem in Scriptis Conſtitutionem eandem aliter quàm ſuperius eſt ex-
» preſſum, facientes quoque commenrum, Scripturas ſeu Libros, & ex certâ
» ſcientiâ deliberatè determinantes in Scholis, ſeu prædicantes contra conten-
» ta in Conſtitutione prædicta vel aliqua ſeu aliquod prædictorum, non obſtan-
» tibus aliquibus Priuilegiis ſeu Indulgentiis aut Litteris Apoſtolicis, quibuſcun-
» que perſonis, Dignitatibus, Ordinibus, aut locis Religioſis vel ſecularibus
» generaliter vel ſingulariter ſub quacunque forma vel expreſſione verborum
» conceſſis, quæ noluit aliquibus in prædictis ſuffragari, ipſo facto excommu-
» nicationis ſententiæ voluit ſubiacere. Nos autem attendentes quod argumen-
» tis frequenter & collationibus latens veritas aperitur, quodque ſub ea-
» dem Littera ſæpè latet multiplex intellectus, necnon eſſe difficile volentibus
» Conſtitutionem prædictam perfectè legere ac intelligere, pœnas adiectas in
» Conſtitutione huiuſmodi deuitare, viam veritati aperire volentes, ac periculis
» quæ ex prædictis poſſunt *Litteratæ perſonæ* præcipuè *Scholaſticæ* incurrere, ſalu-
» briter obuiare, præſertim cum de nouo ſuborta ſint aliqua dubia, circa quæ
» poſſet periclitari veritas & ertoribus via pandi, niſi liceret conferre ſuper con-
» tentis in Conſtitutione huiuſmodi & etiam diſputare, prohibitiones & pœnas
» prædictas tam latas quàm comminatas, & earum effectus in Fratrum noſtro-
» rum & multorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & aliorum Prælatorum,
» necnon multorum Profeſſorum vtriuſque Iuris & multorum ſacræ Theologiæ
» Magiſtrorum præſentia, dum Conſiſtorium teneremus, authoritate Apoſto-
» lica duximus vſque ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendendos. Per
» ſuſpenſionem autem huiuſmodi, nequaquam licentiam cuiquam intendimus
» impertiri, quod contra Fratrum regulam prædictorum dogmatizare, ſcribere,
» ſeu determinare, prædicare ſeu præcisè loqui liceat publicè vel occultè: quin-
» imo hoc omnibus & ſingulis authoritate præfata diſtrictius inhibemus. Ne
» autem in poſtetum præmiſſarum prohibitionum & pœnarum ſuſpenſio in du-
» bium reuocari valeat, nec alicui propter defectum probationis impingi quod
» velut tranſgreſſor prohibitionum ipſarum in pœnam ſeu pœnas incident ante-
» dictas. Nos volentes ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, chartas ſeu
» membranas ſuſpenſionum continentes eandem, appendi ſeu affigi in maioris
» Eccleſiæ Auenionenſis oſtiis ſeu ſuperliminaribus faciemus, quæ ſuſpenſionem
» prædictam ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt. Datum
» Auen. 7. Kal. April. Pontif. an. 6.

Hac ergo Cenſurarum ſuſpenſione promulgata cœperunt viri Docti genuinum inquirere ſenſum Conſtitutionis Nicolai prædictæ *Exiit qui ſeminat*, & fortè accidit, vt tunc Minotitæ Comitia Generalia haberent Peruſij, ad quæ conuenerunt ex omnibus locis & Conuentibus Guardiani, Priores & Doctores in Theologia, cæteri de quæſtione propoſita ſententiam ſuam perſcripſe-

runt ; imo & duo Cardinales, Vitalis de Furno & Bertrandus de Turre è Minoribus aſſumpti. In iis ergo Comitiis poſtquam agitata eſt & maturè diſcuſſa propoſitio ſupradicta, publicè has Litteras dederunt ſententiæ ſuæ circa eam ſignificatrices.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis. F. Michaël Ordinis FF. Minorum Generalis Miniſter, Guillielmus Angliæ, Henricus ſuperioris Germaniæ, Arnaldus Aquitaniæ Prouinciales Miniſtri & in ſacra Theologia Magiſtri: necnon Hugo de nouo Caſtro & Guill. Almachiæ S. Theologiæ Doctores. Nicol. Miniſter Franciæ ac Guill. Bloc Baccalaurei in ſacra Pagina & omnes Miniſtri, Cuſtodes, Diſcreti, & Lectores Generalium ſtudiorum apud Peruſium congregati in Capitulo Generali Ordinis prædicti ſalutem & pacem in Domino ſempiternam. *Noueritis quod Nos an. Dom. 1322.* Indict. 5. pridiè Non. Iunij audita & intellecta Quæſtione quadam quæ in Rom. Curia præſentialiter agitatur qua quæritur, Vtrum aſſerere *Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe aliquid in communi ſit hæreticum:* & requiſiti quid de ipſa Quæſtione ſentiremus, hæc in Scriptis ſub noſtris ſigillis & Subſcriptionibus propriis tradere curauimus. Viſis & examinatis dictâ quæſtione cum allegationibus quæ pro & contra fiunt, diligentique & matura deliberatione digeſtis, determinationi S. Rom. Eccleſiæ firmiter & totaliter inhærentes concorditer & vnanimiter dicimus, & fatemur, quod dicere & aſſerere, quod Chriſtus viam perfectionis oſtendens, & Apoſtoli eandem perfectionis viam ſequentes, atque per exemplum in alios volentes perfectè viuere deriuantes, nihil iure proprietatis, dominij, ſeu iuris proprij in communi habuerunt, non eſt hæreticum, ſed ſanum & Catholicum & fidele, maximè cum ſancta Rom. Eccleſia Catholica, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam deuiaſſe aut erraſſe probatur 24. qu. 1. à Recta fide. Et cap. pudenda in fine boc expreſsè dicat, affirmet & determinet manifeſtè. Extrauag. de verb. ſig. cap. *Exiit qui ſeminat* l. 6. §. porro. Sic inquiens, dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali quàm etiam in communi propter Dominum, meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens verbo docuit & exemplo firmauit. Quamque primi Fundatores Militantis Eccleſiæ id. Apoſtoli, prout ab ipſo fonte id. Chriſto hauſerunt & volentes perfectè viuere per doctrinæ ac vitæ ipſorum alueos deriuarunt. Quæ Eccleſiæ determinatio in 6. lib. per ipſam Eccleſiam Catholicam eſt inſerta. Et per aliam Decretalem in Viennenſi Concilio promulgata. & in 7. lib. ſub titul. de verb. ſign. inſerta, & per ipſam Vniuerſalem & Catholicam Eccleſiam eſt approbata, ac nouiſſimè per ſanctiſſimum Patrem & Dominum D. Ioannem Diuina Prouidentia Papam XXII. in quadam ſua declaratione edita ſuper Regulam & ſtatum FF. Minorum quæ incipit *Quorundam exigit*, eſt eadem declaratio plurimum commendata tanquam ſalubriter edita, ſolida, lucida, multaque maturitate digeſta. Et teſtante Canone 19. D. Si Romanorum, id quod dogmate ſano Sedes Apoſtolica comprobauit, ſemper teneri debet acceptum, nec ab ea licet quomodolibet reſilire. 24. qu. 1. *Hæc eſt Fides.* In hujuſmodi autem noſtræ opinionis & communis ac concordis ſententiæ teſtimonium & munitionem, præſentem ſeriem de communi conſenſu omnium noſtrum Sigillis & Subſcriptionibus propriis *Generalis Miniſtri* & nominatorum FF. Magiſtrorum in ſacra pagina, necnon & quatuor Prouincialium Miniſtrorum, Thomæ Prouinciæ Bononienſis, Petri Prouinciæ S. Franciſci, Ferdinandi Prouinciæ Caſtellæ & Simonis Prouinciæ Turoniæ duximus muniendum. Datum Peruſij anno & menſe & die ſuperius annotatis.

Antequam Comitia diſſoluerentur, aliam ediderunt Declarationem prolixiorem, quâ rationes plurimas complexi ſunt, quibus notum eſſe volebant omnibus prææallatam propoſitionem non eſſe hæreticam, ſed ſanam & Catholicam. Quam quidem Declarationem refert Vvadingbus ex Aluaro Pelagio de Planctu Eccleſ. 1. 2. c. 62. eſt autem eiuſmodi.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Fr. Michaël.... vt in præcedenti. *Noueritis* quod Nos anno Domini 1322. Indictione 5 idib. Iulij, in noſtro Generali Capitulo apud Peruſium congregati & requiſiti ſpecialiter quid ſentiremus de Quæſtione ſubſcripta, diligenti prius examinatione & deliberatione maturà

» ſuper ea & ipſam tangentia, collatione præhabita, reſpondemus prout inferius
» immediatè continetur. Dicimus & fatemur concorditer, quod dicere quod
» Chriſtus viam perfectionis oſtendens & Apoſtoli eandem viam perfectionis ſe-
» quentes & per exemplum in alios volentes perfectè viuere deriuantes, nihil iu-
» ris, proprietatis, dominij, ſeu iuris proprij in ſpeciali vel in communi habue-
» rint, non eſt hæreticum, ſed ſanum, Catholicum & fidele. Et quamuis ad hoc
» multas rationes habeamus & quamplurimas authoritates Sanctorum tam Lati-
» norum quàm Græcorum; qui velut duo Cherubin in medio tabernaculi Domi-
» ni alas ſuas extendentes, in hoc puncto coniunguntur; & velut duo Seraphim
» in templo idipſum alter ad alterum clamare non ceſſant, Subſcriptæ tamen ra-
» tiones & authoritates cauſa breuitatis ſufficiant quoad præſens.

» Prima ratio talis eſt. Nulla aſſertio eſt hæretica, quæ fundatur ſuper deter-
» minationem & confirmationem multiplicem ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ: ſed
» aſſerere Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe aliquid nec in communi, nec in
» ſpeciali proprium, vt prædictum eſt, fundatur ſuper determinationem & de-
» clarationem multiplicem ſanctæ Rom. Eccleſiæ. Ergo hæc aſſertio non eſt hæ-
» retica. Maior eſt euidens cuilibet Catholico cui etiam concordant multa C. De-
» cretorum 24. q. 1. à recta, &c. Pudenda in fine. Et Auguſtinus contra Epiſt.
» fundamenti dicens, Euangelio non crederem niſi me authoritas Eccleſiæ com-
» moueret. Minor probatur per Decretalem Exijt de verb. ſig. in 6. lib. §. Porro.
» vbi ſic habetur. *Dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali*
» *quàm etiam in communi propter Deum, meritoria eſt & ſancta. Quam & Chriſtus viam*
» *perfectionis oſtendens verbo docuit & exemplo firmauit, quamque primi fundatores mi-*
» *litantis Eccleſiæ prout ab ipſo fonte hauſerant in volentes perfectè viuere per doctrinæ*
» *& vitæ ipſorum alueos deriuarunt.* Quæ quidem Decretalis per aliam quæ incipit
» *Exiuit de Paradiſo* in Viennenſi Concilio promulgatam & in Conſtitutionibus
» Clementinis ſub tit de verb. ſignif. inſertam, eſt ab ipſa vniuerſali Eccleſia
» comprobata. Et nouiſſimè per ſanctiſſimum Patrem & Dominum noſtrum D.
» Ioannem diuina prouidentia Papam XXII. in quadam ſua declaratione edita per
» eundem ſuper regulam & ſtatum FF. Minorum, quæ incipit *Quorundam*, eſt ap-
» probata & quamplurimum commendata, tanquam ſalubriter edita, ſolida, lu-
» cida, multaque maturitate digeſta. Patet ergo Minor, videlicet quod aſſertio,
» qua dicitur Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe aliquid in ſpeciali vel in com-
» muni vt dictum eſt, fundatur ſuper determinationem communem & confirma-
» tionem multiplicem S. Ro Eccleſiæ. Ergo.

» Secunda ratio. Nulla aſſertio quâ dicitur Chriſtum & Apoſtolos ſeruaſſe al-
» tiſſimam & perfectiſſimam paupertatem, eſt hæretica. Sed aſſerere Chriſtum &
» Apoſtolos nihil habuiſſe in ſpeciali vel in communi proprium, eſt aſſerere ipſos
» ſeruaſſe altiſſimam & perfectiſſimam paupertatem. Ergo hæc aſſertio non eſt
» hæretica. *Probatio Maioris* 1. per rationem. Quia Chriſtus & Apoſtoli fuerunt
» principium & menſura & exemplaria cuiuſlibet perfectionis Euangelicæ: prin-
» cipium autem & menſura & principale exemplar perfectiſſimæ & altiſſimæ per-
» fectionis continet perfectiones omnes, quæ ex illis exemplantur, ſeu etiam
» menſurantur: ergo perfectio paupertatis Euangelicæ, ſicut & aliæ perfectiones
» fuerunt in Chriſto perfectiſſimè & altiſſimè. Patet etiam per authoritates.
» 1. De Chriſto per illud Hieronymi ad Euſtochium dicentis quod Chriſtus pau-
» perrimum & abiectiſſimum ſe oſtendit. Ad idem XII q. 11. gloria, verſa nunc
» vero 35. diſ. Eccleſiæ 12. Clericus in fine. *Probatio Minoris.* Quia perfectiſſima &
» altiſſima paupertas eſt illa, quæ excludit maiorem ſolicitudinem temporalem &
» animam liberiorem facit ab omni affectione rei temporalis. Dicimus autem per
» ſe & eſſentialiter ex intrinſeca ratione ſui, ad differentiam illius ſollicitudinis
» quæ oritur ab extrinſeco & non ab intrinſeco ſtatus paupertatis videlicet ex in-
» firmitate illius, qui ſolicitus eſt circa talia acquirenda & habenda vltra id quod
» neceſſe eſt; vel illius quæ oritur ex defectu charitatis in hominibus, per quam
» conſueuerant Chriſti pauperes ſuſtentare, & eis de quotidianis neceſſarijs pro-
» uidere. Sed paupertas illa qua nihil habetur in ſpeciali ex ſe & eſſentialiter &
» ex intrinſeca ratione ſui magis excludit ſolicitudinem huiuſmodi, quia bona
» temporalia etiam in communi habita mentes poſſidentium illaqueant & afficiunt

aliquo

Digitized by Google

aliquo modo & ſuos poſſeſſores reddunt ſolicitos ad bona talia conſeruanda, defendenda, acquirenda, amplianda: reddunt etiam ſuos Profeſſores timidos & ſolicitos, ne talia bona communia perdantur aut diminuantur; aut ſuper hæc aliqua eis iniuria inferatur. Vnde non omnino ſinunt animum eſſe liberum: ſed reddunt eum quodammodo compeditum. Sicut clarè dicit Auguſtinus. Minimi autem ſunt, qui omnia ſua dimiſerunt & ſecuti ſunt Chriſtum, & quidquid habuerunt, pauperibus diſtribuerunt, vt Deo ſine ſeculari compede expediti ſeruirent & ab oneribus mundi liberati velut pennati ſurſum abeant.

Secunda probatur per determinationem Eccleſiæ & confirmationem in regula S. Franciſci ſic dicentis C. de obſeruantia paupertatis. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos fratres meos hæredes & Reges Regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium. Cui dilectiſſimi fratres totaliter inhærentes nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in perpetuum ſub cœlo habere velitis. Quod autem hic loquatur de paupertate, quæ excludit omnia in proprio & in communi, patet ex verbis, quæ hic exprimuntur, ſi diligenter attendantur: & ex alijs verbis eiuſdem regulæ in alio C. Fratres nihil ſibi approprient. Et ex declarationibus Rom. Pontificum ſæpè ſuperius allegatis. Ad hanc autem probandam minorem eſt authoritas in Collationibus Patrum Collat. 10. c. 11. ſic dicens. Reuera quæ maior aut ſanctior poteſt eſſe paupertas, quàm illius qui nihil ſe præſidij vel iurium cognoſcens habere, de aliena largitate quotidianum poſcit auxilium: & vitam ſuam atque ſubſtantiam ſingulis quibuſque momentis diuina ope intelligens ſuſtentari, verum ſe Mendicum Domini non immeritò profitetur? Confirmatur iſta ratio tota authoritate Euſebij ſuper Mathæum ſic dicentis, *Prohibebat autem eis* (id. Apoſtolis) *Chriſtus aurum & eius poſſeſſionem, præcipiens vt nec peram, nec baculum, nec calceamenta, nec geminas tunicas, imò nec panes, nec argentum portare deberent, qui ad alienas partes debebant tranſmitti, ſic mens experimentum fidei & animoſitatis eorum: ſiquidem habito in mandatis vitam extremæ ducere paupertatis: vt nec de diurno nutrimento curarent, nec binas tunicas poſſiderent, nec vterentur calceamentis, ſicque totum mundum circumirent.* Et ſequitur. *Putabat quidem oportere Conductores Arrabonæ Regni Dei, nec quidquam eorum, quæ Monachales appreciantur condignum exiſtimare datis ſibi cœleſtibus operibus.* Huc vſque Euſebius. Vbi notandum quod per hoc quod dicitur hic Apoſtolos habuiſſe in mandatis *vitam extremæ ducere paupertatis*, confirmat maior rationis prædictæ quæ dicit Apoſtolos altiſſimam & perfectiſſimam ſeruaſſe paupertatem. Per hoc quod dicitur, *Nec quidquam eorum* quæ Monachales appreciantur, eos condignum exiſtimare debere, quia eorum paupertas fuit, quod nihil habebatur in communi: quaſi in hoc conſiſtat perfectiſſima & altiſſima paupertas: per quod confirmatur Minor. Monachales enim dicuntur, qui nihil habent proprij in ſpeciali, habet tamen communitas eorum aliquid proprietatis & dominij in communi 12. q. 11. *quiſquis* 18. q. 11. quam ſit. 19. q. vlt. *Quia ingredientibus.* C. *Prælatum.* C. *Si qua mulier.* Cum l. ſeq. Quod autem eandem paupertatem Chriſtus tenuerit, quam Apoſtolis iniunxit, patet per Hieronymum in Ep. ad Euſtochium dicentem, *Non poterat habere Dominus quod prohibuerat ſeruis dicens, Nolite portare ſacculum neque peram.*

Tertia ratio hæc eſt, Nulla propoſitio debet dici Hæretica, cuius oppoſitum non exprimitur euidenter in ſacra Scriptura, nec ſecundum ſe, nec ſecundum expoſitiones ſanctorum: vel cuius oppoſita ſecundum determinationem ſacroſanctæ Eccleſiæ non apparet euidenter Catholica, vel cuius oppoſita ex aliquo prædictorum euidenter & neceſſario non concluditur. Sed oppoſita huius propoſitionis negatiuæ ſcilicet Chriſtum & Apoſtolos nihil habuiſſe in proprio neque in communi, eo modo quo ſuperius eſt expreſſum, non habetur aliquo trium prædictorum modorum: ergo iſta propoſitio negatiua non eſt hæretica. Maior patet per ſufficientem diuiſionem, nec oportet addere, nec contrahere articulos fidei; quia à ſacra ſcriptura, vel determinatione Eccleſiæ habentur euidenter & expreſſè. Opponitur autem ad quamlibet conditionem, vel membrum euidenter, quia augmentum ſolum probabile vel ſophiſticum, quod videtur ſolum abſtrahi ex altero prædictorum modorum, non conuincit oppo-

» ſitum ſuæ concluſionis hæreticum iudicarit. Minor probatur quantum ad ſin-
» gulas ſui partes. 1. Quia propoſitum illius non exprimitur euidenter in ſacra
» ſcriptura ſecundum ſe accepta: quia ſi ſic hoc præcipuè eſſet per hoc quod di-
» citur de loculis Ioan. 12. & 13. Et per hoc quod dicitur in Actib. 2. & 4. quod
» erant illis cuncta communia. Sed per nullum iſtorum aut per conſilium habe-
» tur propoſitio prædicta euidenter ex ſacra ſcriptura ſecundum ſe ſumpta. Non
» primum, vbi agitur de emptione & venditione, quia emere & vendere non ſo-
» lum ſunt actus habentium in ſe dominium, ſed poſſunt eſſe actus diſpenſatorum
» vel adminiſtratorum nullum habentium in re quæ venditur, vel in pecunia de
» qua emitur, dominium; & ideo per verba talia non habetur determinatè, nec
» per conſequens euidenter altera pars ſcilicet habere dominium. Dicimus ergo
» ad omnes authoritates de talibus actibus mentionem facientes, quod Apoſtoli
» non faciebant hoc vt Domini, ſed vt meri & nudi adminiſtratores talium, &
» pro ſeipſis ſolùm ſimplicem facti vſum habentes. Et eodem modo reſpondemus
» ad inſtantiam de loculis & ad omnes authoritates de hoc loquentes: ſcilicet
» *quòd Apoſtoli habuerunt tantùm vſum pro ſeipſis in loculis, diſpenſationem autem pro
» aliis.* Et ſi legitur aliquid de Chriſto, non eſt veriſimile quod Chriſtus & Apo-
» ſtoli habuerint vel habere voluerint aliquid per modum dominij ſummæ per-
» fectioni ſuæ & profeſſioni repugnantem. Hoc tamen eſſet, ſi per modum do-
» minij vel proprietatis aliquid in loculis habuiſſent. In voto enim profeſſionis
» Apoſtolorum cadebat talis paupertas. Ex quo probatur, quod cum oppo-
» ſita propoſitio affirmatiua ſcilicet quod Chriſtus in communi, non habeatur
» euidenter, nec à ſacra ſcriptura ſecundum ſe accepta, nec vt à ſanctis expoſita,
» nec per determinationem Eccleſiæ, nec in aliquo quod euidenter & neceſſariò
» ſequatur ex eis, quod iſta propoſitio negatiua, ſcilicet quod Chriſtus & Apo-
» ſtoli nihil habuerint nec in proprio nec in communi, modo quo ſupra dictum
» eſt, nullatenus eſt hæretica, ſed fidelis. In cuius rei teſtimonium præſentem
» ſeriem ſigillis & ſubſcriptionibus noſtris propria manu factis duximus munien-
» dam. Datum Peruſij anno, menſe & die ſuperius annotatis.

His actis Minoritæ vbique paſſim hanc ſuam ſententiam tuentur & ab impugnatoribus vindicant: & quia non ignorabant fore vt Ioanni Pontifici diſpliceret, F. Boncotreſium, dictum Bona gratiam Bergomatem, virum non modicæ doctrinæ, audacem & promptum præficiunt eidem tuendæ in Curia Pontificia. Iratus Pontifex, quorundam ſuggeſtione prouocatus renunciat dominio rerum omnium quæ Minoribus conferebantur, quarumque vſu potiebantur: quod quidem dominium, quia penes Minores eſſe non poterat, penes Pontifices & Eccleſiam fuerat, ex declaratione Gregorij IX. Innocentij IV. & aliorum Pontificum conſequentium. In hanc ergo rem edit Auenione duas Bullas; priorem quidem 2. Id. Nouemb. hoc anno quæ ſic incipit, *Cum inter nonnullos:* alteram, vt exiſtimat Vvadinghus eodem quoque anno, *ad Conditorem Canonum.* Priori directè impugnat ſententiam Minoritarum hoc modo.

» IOANNES..... *Cum inter nonnullos viros Scholaſticos ſæpè contingat in dubium
» reuocari* vtrum pertinaciter affirmare Redemptorem noſtrum ac D. I. Chriſtum
» eiuſque Apoſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua, nec in communi etiam hære-
» ticum ſit cenſendum, diuerſa & aduerſa etiam ſentientibus circa illud, Nos huic
» concertationi finem imponere cupientes, aſſertionem huiuſmodi pertinacem,
» cum Scripturæ ſacræ quæ in pleriſque locis ipſos nonnulla habuiſſe aſſerit,
» contradicat expreſsè, ipſamque Scripturam ſacram, per quam vtique fidei
» ortodoxæ probantur articuli, quoad præmiſſa fermentum apertè ſupponat con-
» tinere mendacij, ac per conſequens quantùm in ea eſt, eius in totum fidem
» euacuans, fidem Catholicam reddat, eius probationem adimens, dubiam &
» incertam, deinceps erroneam fore cenſendam & hæreticam, de Fratrum no-
» ſtrorum conſilio hoc perpetuo declaramus edicto. Rurſus in poſterum pertina-
» citer affirmare, quod Redemptori noſtro prædicto eiuſque Apoſtolis, iis quæ
» ipſos habuiſſe Scriptura ſacra teſtatur, nequaquam in ipſis vtendi competierit,
» nec illa vendendi ſeu donandi ius habuerint; aut ex ipſis alia acquirendi, quæ
» tamen ipſos de præmiſſis feciſſe Scriptura ſacra teſtatur, ſeu ipſos potuiſſe facere
» ſupponit expreſsè, cum talis aſſertio ipſorum vſum & geſta euidenter includat,

in præmiſſis non iuſta: quod vtique de vſu, geſtis, ſeu factis Redemptoris noſtri « Dei Filij ſentire nefas eſt, ſacræ Scripturæ contrarium & Doctrinæ Catholicæ « inimicum; aſſertionem ipſam pertinacem de fratrum noſtrorum conſilio dein- « ceps erroneam fore cenſendam merito ac hæreticam declaramus. Nulli ergo « hominum, &c. Datum Auenione 2. Id. Nouem. Pont. noſtri an. 7. «

Hac Conſtitutione & alijs quibuſdam eiuſdem Pontificis exacerbati Minoritæ nihil non moliuntur: ſcribunt, declamant, inuehuntur, in ſacris concionibus & diſputationibus palam & publicè hæreſeos inſimulant prædictas conſtitutiones & declarationes. Graue itaque & pudendum in Eccleſiâ diſſidium oritur: de quo adhuc dicimus ad annos ſequentes. Bullam verò eiuſdem Pontificis quæ incipit *Ad Conditorem Canonum*, de paupertate Minoritarum, quam hoc anno latam vulgò ſcribunt, videre eſt inter Extrauagantes, quâ ſtatuit quod de cætero nullum ius nullumque dominium habeat Eccleſia Rom. in rebus quæ in poſterum conferentur vel offerentur Minoritis.

Ad annum 1323. refert Thomas Waldenus *Ioannem Pariſienſem* Doctorem 1323. Theologum Ordinis Prædicatorum, de quo nos ante diximus, in Theſibus ſuis propoſuiſſe publicè ac propugnaſſe *Panem* in altari manere poſt conſecrationem. Deinde ſcripſiſſe *de verbo impanato* ad Guidonem Papinianum Carmelitam: item de Antichriſto & eius temporibus.

Hoc anno recruduit diſſidium inter Ioannem XXII. & Ludouicum Bauarum Imperatorem. Papa Bello infeliciter geſto, ad fulmina ſe conuertit. Ludouicus auctis animis propter Minoritas ſibi ſuæque cauſæ fauentes, habito conſilio futurum Concilium appellat. Ipſi quoque Minoritæ à ſententia Pontificia anno ſuperiore lata ad Concilium prouocant. Ioannes Iandunus & Marcilius Patauinus Lombardi, ſtudentes tunc Pariſijs Bauarum adeunt, animum obfirmant, & Pontifici nequaquam eſſe ſubiectum prædicant.

Florebat hocce tempore Pariſijs *M. Franciſcus Mayronius de Digna*, olim, vt dictum eſt, Scoti diſcipulus, in Theologia Baccalaureus, Actus Sorbonici inſtitutor: in cuius gratiam ſcripſit Pontifex ad Cancellarium Pariſienſem, vt ei Magiſtralem Lauream impertiret, non obſtantibus ſtudij Pariſienſis ſtatutis. Bulla eſt eiuſmodi.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Cancellario Pariſienſi « Sal. & Apoſt. bened. Viri ſacræ lectionis Studio dediti, ac in lege Domini eru- « diri ſub Religionis habitu Domino militantes, fauoris Apoſtolici gratiam pro- « merentur, & eò benignius decet honeſtis eorum deſiderijs annui, quò ex eorum « profectibus maior poteſt vtilitas prouenire. Cum itaque, ſicut accepimus, *Di-* « *lectus filius Franciſcus de Mayronis de Digna Ordinis* FF. Minorum ſacræ Theolo- « giæ Baccalaureus in prædicta ſcientia adeo laudabiliter profeciſſe noſcatur, « quod dignum ſe reddit ad obtinendum docendi licentiam in eadem, idemque « Franciſcus in Pariſienſi Studio more Baccalaureorum legendo in dicta ſcientia « ſolitum curſum perfecerit in lectura. Nos tum ob hoc, tum obtentu chariſſimi in « Chriſto filij noſtri Roberti Regis Siciliæ nobis ſuper hoc pro eodem humiliter « ſupplicantis, eundem Franciſcum in hac parte fauoribus proſequi cupientes, « Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus eidem Franciſco, « ſi ad hoc eum ſufficientem & idoneum eſſe repereris, Magiſtralem honorem & « docendi licentiam conferas in ſcientia memorata. *Non obſtantibus quibuſcunque* « *Pariſienſis ſtudij ſtatutis & conſuetudinibus vel obſeruationibus ſolennitatum contra-* « *rijs iuramento vel confirmatione Apoſtolica roboratis*, per quæ nullum præſentibus « obſtaculum miniſtretur. Datum Auenione 9. Kal. Iunij, Pontif. noſtri an. 7. «

Eodem anno idem Pontifex Thomam Aquinatem, inſignem olim Academiæ Parif. Magiſtrum & Doctoris Angelici nomine decoratum Cælitum Catalogo adſcripſit, enumeratis hac Bulla eius meritis & virtutibus.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fratribus vni- « BVLLA uerſis Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis filijs Electis Abbati- « CANONI- bus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipreſbyteris alijſque Eccleſia- « ZATIONIS rum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ peruenerint Sal. & Apoſtol. bened. Re- « S.THOMÆ demptionem miſit Dominus populo ſuo, cum Dei Verbum in virginalis vteri « AQVINA- thalamo S. Spiritus cooperatione conceptum caro factum eſt, & habitauit in « TIS.

» nobis, verbo ſuo nos inſtruens, exemplo docens, cœleſtia reſerans, occulta mi-
» rabilia roborans, ac ſacri eloquij teſtimoniis futura eadem eſſe confirmans, tan-
» dem ſe Deo Patri in ara Crucis hoſtiam acceptabilem offerens peccata noſtra
» pio cruore deterſit, deſcendenſque ad inferos & die tertia reſurgens à mortuis,
» & per 40. dies Diſcipulis apparens & loquens de Regno Dei, ipſis cernentibus
» eſt eleuatus in Cœlum, & captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus,
» quibus pateſcere Cœlum innotuit reſeratâ dudum clauſâ in ſe credentibus januâ
» Paradiſi. Patet ergo Cœlum credentibus, patet humilibus, patet etiam iis, qui
» honeſtatis, paupertatis & obedientiæ votis ſe Deo, à quo ſtulti per inobedien-
» tiam diſceſſerunt, voluntaria ſponſione deuouent. Regnum enim Cœlorum
» vim patitur & violenti rapiunt illud, dum propriis ſubactis affectibus violentiâ
» quadam ad ſuperiora conſcendunt. *Hæc igitur* B. Thomas de Aquino Ordinis
» FF. Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Doctor, nobilis quidem genere, ſed no-
» bilior conuerſatione, famâ clarus, vitâ clariſſimus ſedulâ meditatione reuol-
» uens & attentâ deliberatione diſcernens, dum adhuc infra pubertatis annos exi-
» ſteret, ipſius Ordinis Prædicatorum habitum ſuſcepit, in eo, inuito etiam patre
» qui eius felicibus actibus inuidebat, conſtantius manſit, ac in ipſo tandem re-
» gularem profeſſionem emiſit; vbi in breui adeo ſcientiâ, vitâ & moribus pro-
» fecit, vt ætate adhuc Iuuenis ad Sacerdotium promoueretur, *& ad eiuſdem Theo-*
» *logiæ Magiſterium Pariſius, loco vtique celeberrimo aſſumptus, magno inibi ſui ſui-*
» *que Ordinis ac Pariſienſis Studij fauore per multorum annorum curricula cathedram rege-*
» *ret Magiſtralem.* Quippe cum illi vita exiſtentiam, conuerſatio famam, do-
» ctrina pareret opinionem, opera diuulgationem, eademque tam breui confecta
» tempore admirationem meritò exhiberent, vt illud Pſalmiſtæ *rigans montes de*
» *Superioribus ſuis, de fructu operum tuorum ſatiabitur terra*, in eo veriſſimè implere-
» tur. Quod vtique Thema idem Sanctus, dum eſſet in poſt ſuam orationem
» factam Lectione propoſuit, dum propter iuuentam ſuam ſe inhabilem ad Ma-
» giſterium reputans, quid proponeretur in inſtantia, principio hæſitaret. Nam
» primitiuis ſcientiis & diuerſis Philoſophiæ partibus, vt non eſſet ocioſus, ſed
» operaretur terram; necnon in ſacræ Scripturæ pagina tam ſuper nouum quàm
» vetus Teſtamentum ſcripta plurimaque alia Dei opera, in Dei laudem fideique
» dilatationem eruditionemque ſtudentium, clara cum ſciens eſſet, famoſa cum
» cognitus, non abſque ſpeciali Dei infuſione perfecit. Doctrina quippè creden-
» tium facilis & omnino ſcientiæ ſignum eſt poſſe docere. Profecit vtique vir
» peritus à terrenorum ambitione ſemotus & ad Cœleſtium aſſecutionem inten-
» tus perfecto vacans ſtudio intendebat Deo, prætermittebat terrena vt aſſeque-
» retur æterna, permiſcebat Diuina, vt roboraretur in Schola cum ſingulis die-
» bus antequam lecturus aſcenderet in Cathedram, nec diſtraheretur ad alia Miſ-
» ſam vnam celebraret, aliam audiret: in quibus & aliàs in oratione, cum in illa
» foret aſſiduus, lachrymarum effuſionem, mentis ſuæ dulcedinem, deuotionem
» Deo, cui nihil eſt abſconditum reuelabat. Cumque caſtitatis nitore valeret,
» parcimoniâ deuotâ cuſtodiret humilitatem, hanc eandem ſobrietate molitâ nu-
» triebat, adeo vt multi eum in carcere virginitatis manſiſſe incorruptum exiſti-
» marent, quod eiuſdem Sancti Confeſſor Ordinis memorati qui longo tempore
» ipſius confeſſionem audierat, publicè vt ad Nos teſtimonio fide digno peruenit
» coram omnibus die defunctionis eiuſdem aſſeruit dicens, *Ego confeſſionem gene-*
» *ralem iſtius ſancti viri audiui*, de quo teſtificor, quia ita inueni eum purum ſicut
» puerum quinque annorum, quia nunquam ſuæ carnis ſenſit corruptelam. Qui
» præterea vir Dei cibis Religioſorum veſtimentiſq; communibus contentus, con-
» uerſatione mitis, benignitate ſuauis, pietate miſericors, humilitate ſubiectus,
» cæteraque virtutum varietate redimitus honorum ſupercilium, mulierumque
» cautius conſortia aſpernebat, non elatus, non præeminens, nec etiam diſpu-
» tans (quod & interdum diſputandi ſolet eſſe commercium) Iactator effectus,
» vt ampulloſis (etiam ſibi eadem injiceretur ab aliis) in illo Paleſtricæ ſyllogiſa-
» tionis exercitio vteretur. Totus igitur Dei famulus Diuinis operibus intentus,
» aut eruditioni quâ præcellebat, aut prædicationi quâ immotus erat, aut oratio-
» ni, qua deuotus, aut Scripturæ ſacræ profundus ſedulus vacabat, adeo vt præ-
» ter naturalis neceſſitatis aut quietis horas nullum ſibi aut vix temporis ſpatium

Digitized by Google

relinqueret otioſum. Appropinquante autem die quâ de hoc ſeculo migraturus « eſſet ad Dominum, quaque deuicto triumphatoque mundo in perpetuas æter- « nitates recipiendus in patria (nam bonorum glorioſus eſt fructus) cum à felicis « recordationis Gregorio Papa X. prædeceſſore noſtro ad Lugdunenſe Conci « lium diceretur eſſe vocatus de Neapoli veniens, vbi tunc temporis more ſolito « famosè legebat vt Doctor, & per maritima tranſiens ad Monaſterium Foſſæ- « nouæ Ordinis Ciſtercienſis Terracinenſis Diœceſis parumper digreſſurus per « dies aliquot antea ad ipſum vt illuc deferretur, affectuosè expoſtulans perueniſ- « ſet intrans Monaſterium plenus Dei Spiritu hæc verba protuliſſe refertur, *Hæc* « *requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Quod verum eſſe « euentus docuit, & ſacri Corporis ſui illic facta tumulatio manifeſtat. Cœpit enim « illic in infirmitate grauari eadem, viribus paulatim deſtitui, infirmitatem tamen « ipſam, etſi dierum plurium, non impatienter tolerans ſed æquanimiter, totus « vt erat humilis patientiæ ſupportans, quâ ſibimet leniret infirmitatem, Deo « obedientia placeret, Miniſtris de ſe quod non intendebat, aggeneraret reueren- « tiam, imitanda quoque patientiæ exempla præberet; adeo quod eiuſdem Mo- « naſterij Fuſſæ-nouæ Fratres inibi Deo deuotius famulantes hæc in ſancto Viro « Religionis exempla contemplantes illius tunc infirmitatis corporis prompti ob- « ſequiis mancipati, quem vtique tanta refertum patientia fore cernebant. Sin- « guli ligna de ſilua ſingulo quoque illi opportuna voluntariè propriis humeris « deferebant, non exiſtimantes fore conueniens, vt brutorum animalium hu- « meri in portandis eidem rebus accommodis præſtarent obſequia, qui tantarum « virtutum prærogatiua pollebat. «

Cumque in eadem infirmitate de qua obijt, ſanctiſſimi Dei & Domini « noſtri Ieſu Chriſti, Corpus in cibum ſumendum ſibi vt viaticum deferretur, « totus profuſus in lachrymis & dulci amore eiuſdem anima affucta dulcedine « Dei liquefacta, inter cætera multa & decora quæ protulit, hæc vel ſimilia fi- « dei & deuotionis verba toto illius Monaſterij Conuentu, multiſque dictorum « Prædicatorum & Minorum Ordinum aſſiſtentibus fratribus eructaſſe refertur. « *Ego de iſto ſanctiſſimo Corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti, & alijs Sacramentis multa* « *ſcripſi in fide Ieſu Chriſti & S. Ro. Eccl. cuius correctioni cuncta ſubijcio, cuncta* « *ſuppono.* Recepto deinde ab ipſo eodem viuifico Sacramento cunctiſque alijs « Sacramentis Eccleſiæ debita veneratione cum lachrymarum effuſione ſuſce- « ptis, tertio die obdormiuit in Domino cui crediderat, quem amauit & totâ men- « tis affectione dilexit. Fidelis ſeruus & prudens, non pertinax, non proprio « ſenſui aut prudentiæ innitens, & nulla de ſe ſcientiæ ſuæ opinione ſuperbus; « nam qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Vnde ſapienter Doctor « idem atque humiliter, vt præfati ſumus, omnem ſuam verbo vel ſcripto do- « ctrinam ad eiuſdem Eccleſiæ fidei normam fideli deuotione reduxit, quem bre- « ui tempore diffuſum, ſtabilem nouerat & nullis concuſſionum flatibus agitan- « dum, cum poſt veram Deitatis Chriſti recognitionem qua reſpondit, *Tu es* « *Chriſtus Filius Dei viui*, ab ipſo audire meruit, *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram* « *ædificabo Eccleſiam meam.* Et alibi, *Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua.* « Dumque pro Petro Chriſtus rogat, pro eius Eccleſia intercedit. Verum quia « dignum erat & conſonum, vt quem Deus inuentum in ſeculo tantis ſuis donis « gratijſque perfecerat, aſſumptum in cœlis ſanctificatum fore hominibus de- « clararet, multis eundem virum Dei poſt ipſius de hac vita tranſitum, licet & « antea nonnulla feciſſe memoretur, magnifque fecit clarere miraculis, multis « clariſque ſignis glorioſius coruſcare, vt illud Pſalmi meritò de ipſo dicamus, « *Scitote quia mirificauit Dominus ſanctum ſuum*, ſicque vita eius atteſtaretur mira- « culis, vt illius miracula vitæ teſtimonium perhiberent. De quibus pauca de « multis in Dei laudem & Sancti huius commendationem & ædificationem fide- « lium idoneis approbata teſtibus, præſentibus ſubnectemus. «

Poſt ſeptimum namque menſem vel circa à die obitus ipſius S. Thomæ de « MIRACV-LA. Aquino cum corpus eius quod in Capella S. Stephani dicti Monaſterij per « idem tempus ſepultum extiterat, & ad ſepulchrum eiuſdem primum, ſcilicet « iuxta altare maius Eccleſiæ Monaſterij timoris cauſa ſublatum fuerat, ne « corpus ipſum omnino de dicto Monaſterio tolleretur, per tranſlationem de- «

" nuo exhumatum deferre exinde decreuiſſent, in apertura ipſius ſepulchri eiuſ-
" dem Capella S. Stephani tanta fragrantia odoris & ſuauitas emanauit, quod
" totam ipſam Capellam Clauſtrumque ipſius Monaſterij, quod diffuſum eſt,
" mira eadem ſuauitate repleuit, quæ de ipſius corpore, prout ſollicitâ curioſa-
" que Monachorum indagine eſt repertum, mirificè fundebatur. Propter quod
" maiore per Monachos concepta ad ipſum deuotione totus Conuentus proceſ-
" ſionaliter Priore ſupradicti Monaſterij cum quibuſdam ex Monachis paramen-
" mentis indutis, Corpus ipſum ad præfatum primum eius ſepulchrum honori-
" ficè detulerunt. Hanc ſimilem fragrantiam poſt 7. annorum ſpatium *Quidam*
" *ex teſtibus. Quidam verò poſt 14. annorum ſpatium* ſenſiſſe ſe referunt, dum corpus
" ipſum diuerſis ex cauſis per temporum vices ſedulò inſpexiſſent. Quippe odoe
" carnis eius munditiam Dei acceptam exprimebat, orationum eius odoramen-
" ta repræſentabat, famam quoque eius claram diffuſione virtutum & illarum
" aromatum non celabat. *Quidam arte* Chirurgicus, ſed per decennium infirmi-
" tate Podagricus, ita quod ire per ſe vel ambulare nequaquam abſque baculo-
" rum ſuſtentatione, aut aliorum ſuffragio poterat, ſe Deo & B. Thomæ deuo-
" uens, iuxta eius tumulum incumbens oratione factâ ſanus proſilijt, & currens
" ac Deum laudans, quod meritis eius eſſet à tam longo infirmitatis languore cu-
" ratus. *Alter quidam* ex horribili quadam viſione phantaſmatis timiditate per-
" cuſſus, pedibus manibuſque contractus fuit, & ore ac facie diſtortus, ſenſibus
" carens, & omni virtute deſtitutus: ita quod loqui non poterat, ſed mortuo ſi-
" milis videbatur, adeo vt ignem eius membris admotum nullatenus ſentiret,
" portatus ad tumulum illius, poſt morulam liber & ſanus omnino à dicto ſepul-
" chro ſurrexit. *Alius* dum non deuotè de Sancto ſentiret, virtutem Dei in ſan-
" cto, in ſe duplicem eſt expertus; infirmitates, dum contemnit, ſanitatem,
" dum à contemptûs culpâ diſceſſit. Nam cum ſibi deuotionis cauſâ à quodam
" Cappellano plures venerandæ reliquiæ monſtrarentur, ipſe quoque Oſtentor
" pretioſiores adhuc ſe habere Reliquias, videlicet manum F. Thomæ de Aquino
» fateretur, illico hunc deriſoriè de eo truſſantem, cum eas videre non curaret,
» dicens, *Sanctus non eſt, ſed Quidam Ordinis Prædicatorum frater*, tremor apprehen-
» dit, & caput eius ad modum magnæ ciſtæ groſſum & valde ponderoſum ſibi
» eſſe videbatur, ſed infirmitate correptus & pœnitentia, ſimulque de ſua in-
» credulitate dictiſque deplorans dum veniam à Sacerdote petitam obtinuit, re-
» uerenter manum eiuſdem Sancti deoſculans, confeſtim à tremore & inflatio-
» ne capitis liberatus euaſit, ſenſitque progredientem vt retulit ex dicta manu
» maximum ſuauitatis odorem. Qui odor dum ipſius curati capitis perſonæque
» ex tactu manus eiuſdem per magnum tempus inhæreret, multis eundem poſt-
» modum percipientibus, ſciſcitantibuſque quid eſſet hoc ſigno narrare quod
» acciderat, etſi nolens, miraculum cogebatur. *Notarius Quidam* dum ad men-
» ſam ſanus accederet, ſurgens ab illâ, graui ſquinantiæ infirmitate correptus
» eſt duobus diebus, propterea linguam mouere non potuit & loquelam amiſit.
» Cumque multa Medicorum remedia ei adhibita, ne eadem infirmitas in aug-
» mentum procederet, non prodeſſent, imò de illo deſperarent, ad Sanctum con-
» ceptam deuotionem, vt ad tumulum eius deferretur, quam lingua non vale-
» bat manus ſuæ ſcriptura deprompſit. Verum cum illuc repugnante vxore ſua,
» quia mulieribus præfati Monaſterij Eccleſiam ingredi non liceret, nequaquam
» duceretur, ipſe ſic infirmus aduertens infra ſe ipſum, eidem Beato viro, ſe vt
» liberaret, affectus ſuos commendauit. Cœpit & tunc linguam ducere, melio-
» rari & conualere, ac breui temporis interuallo curatus perfectè fuit. *Dum*
» *alius Quidam* per ſeptem hebdomadas & vltra febre quotidianâ, malo heparis
» & ſtomachi affligeretur, quadam die Veneris cum peius haberet, auditis qui-
» buſdam miraculis quæ per virum Dei facta eſſe dicebantur, cum ſe ad ipſum
» deuotiùs die ſequenti Sabbati deferre vxoris ſuæ ſuaſibus eaque præſente de-
» uouiſſet, die Dominica proxima in mane ſe à præfatis infirmitatibus plenè
» reperit liberatum. *Mulier Quædam* cum filium ſuum duorum menſium decum-
» bentem periclitari non immeritò formidaret, pro eo præſertim quod per men-
» ſes quatuor ex ſurditate adeo grauata eſſet, vt decies exclamata vagientem
» etiam puerum vix audiret, viri ſui inductione, qui quidem vna cum illa com-

muni filij ſui periculo condolebat, prædicto viro Dei vt eam ab eadem infir «
mitate eriperet, obnoxius deuouit, emiſſoque voto cum nocte ſecuta dormiſ «
ſet, in craſtino ſe liberatam ſancti meritis reperit, vt optabat. *Puella* gutturis «
ſui fauces ſquinanciæ habens infirmitate conſtrictas in tantum, vt nec quid ſu- «
mere ſolidum aut liquidum valeret, & anhelitus ſibi penitus vt vel reſpirare «
poſſet, intercluderetur, dum deuotè ei beato viro à Matre perſuaſa ſe commen- «
daret, ductaque foret in craſtinum ad dictum Monaſterium Foſſæ Nouæ, «
ſuperpoſitis gutturi ſuo dicti viri ſancti Reliquiis in quadam capſa delatis, con- «
feſtim melioratam ſe ſenſit, panem comedit, perfectéque ſanata rediit. *Qui-* «
dam præfati Monaſterij Foſſæ-Nouæ Conuerſus adeo grauem in brachio dex- «
tro & ſpatula dolorem patiebatur, vt ipſum brachium, quod per trium men- «
ſium cum dimidio ſpatium detulerat, ſuſpenſum ad collum ei eſſet inutile, do- «
lore perpetuo vehementer afflictum; quod cum requiſitum Medicorum reme- «
dium non haberet, & amplius dolore grauaretur, dum dicto Sancto pro ſua «
liberatione ſe quodam emiſſo voto commendaſſet, ſeque ſupra eius tumu- «
lum poſuiſſet, ibidem obdormiuit, ac excitatus deinde à quodam dicti Mona- «
ſterij Monacho, brachio quod linteo prius habebat inuolutum, incumbens, «
collo adhuc dependenti extractum ab eo reperit excitatuſque à ſomno more «
dum ambas manus capiti ſuo, vt ipſum ſcalperet, appoſuiſſet, ſe liberatum «
intellexit, ac ſtantibus quod notum fuerat, miraculum reuelauit. *Infans* «
Quidam 4. annorum tumorem & ruborem in coſtis & crure vſque ad pedem «
patiebatur, adeò afflictus vt nec à Matre ſua vel alio ſine læſione & clamore «
ſuo aliquatenus tangi potuiſſet, mouere ſe non poterat, & per menſem in «
taoto dolore & in anxietate fuit, vt à Medicis ſpes curationis eius ſine inciſio- «
ne pueruli non inueniebatur, illaque ſi fieret, perpetuò eum in perſona fu- «
turum impeditum mœſtis amaritudioe menſibus nunciabat. Deficiente na- «
turæ ſuffragio non immeritò recurſum eſt ad Deum qui glorioſus eſt in ſanctis «
ſuis faciens prodigia. Nam Mater Infantuli quæ ipſum diligebat vt Mater, eum «
B. Thomæ deuotius commendauit, vt à dicta infirmitate ſine inciſione ſuis «
meritis liberaret. Delatus eſt puer ad Monaſterium poſitus ſuper tumulum «
Sancti poſt aliquantulam moram ſanus inde ſurrexit. «

Hæc ſunt igitur teſtimonia tua, Deus, quæ de hoc viro iuſto nobis credi- «
bilia facta ſunt nimis. Nam ſi teſtimonium hominis accipimus, teſtimonium «
Dei maius eſt. Quo animam etiam Cœlum poſſidere iam vidimus, interceſſo- «
rem ipſum expectamus, ac inter Sanctorum agmina quaſi ſtellam matutinam «
cum fidimus eſſe locatum. Vnde fidem tuam in oobis bone Ieſu firmas, ſpem «
erigis, dilectionis charitatem accendis. *Lætetur itaque Mater Eccleſia, exultet* «
Italia, parens Campania iucundetur, Prædicatorum ſacer Ordo iam iubilet, Religioſorum «
deuotio concrepet, Doctorum turba complaudat, animentur ad ſtudia Iuuenes, conuerti «
non torpeant ſenes, delectentur in illis omnes, in humilitate proficiant prouecti, contem- «
plationem non deſerant, Mandata Dei ſeduli exequantur. Nam dedit illi Deus Cor «
ad præcepta & legem vitæ & diſciplinæ, & Sapientia humilitatis exaltauit ca- «
put illius, *in medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus Spiritu ſapientiæ* «
& intellectus, ſtolam gloriæ induit eum. Nam veritas, quæ Chriſtus eſt, ipſa ve- «
ris non fictis Doctoribus pollicetur; *qui elucidant me, vitam æternam habebunt,* «
Quam vis ipſe verus Sol Iuſtitiæ ſtellarum illuſtratione non egeat, nec illarum «
irradiatione, cum illuminatum ab ipſo clareſcat, habitat enim lucem inacceſ- «
ſibilem, qui eſt ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, idcirco tenebris non «
obſcuratur, vt deficiat, aut nebulis obfuſcatur, vt ſuæ claritatis radios non «
diffundat. «

Cæterum quia rationis ordo poſtulat, vt triumphantem in Cœlis Eccleſiam «
deuota in terris militans ſubſequatur, illum præcipua veneratione percolat, «
quem in cœleſtibus agminibus poſitum Deus glorificare cognoſcitur. Nos de «
ſanctitate vitæ ac miraculorum veritate Confeſſoris eiuſdem non ſemel tan- «
tùm, ſed primò & ſecundò, non feſtinè ſed maturè inquirere fecimus, & «
per Nos etiam & Fratres noſtros S. Rom. Eccl. Cardinales Inquiſitionem hu- «
juſmodi exactâ diſcuſſione examinauimus diligenter, vt tantò firmiùs, quantò «
maturiùs, tanto certiùs, quanto diſcuſſiùs inquiſitum, & examinatum exiſteret, «

Digitized by Google

» in ſic arduo difficilique negotio procedere valeremus. Difficilè namque æſti-
» mamus quæ in terra ſunt & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore, quæ
» autem in Cœlis ſunt, quis inueſtigabitur? Cumque per huiuſmodi noſtram &
» eorundem Fratrum noſtrorum examinationem ſolicitam & ſolicitudinem exa-
» minatam vitam eius ſanctam & miracula eius mentis facta, probata eſſe conſti-
» tit, & ſupplicantibus nobis idipſum humiliter & deuotè multis tum Prælatis
» apud Sedem Apoſtolicam exiſtentibus, de dictorum Fratrum noſtrorum con-
» ſilio & aſſenſu authoritate Dei omnipotentis, Patris & Filij & Spiritus ſancti,
» ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ac noſtra, eum Sanctorum Confeſſo-
» rum Catalogo duximus adſcribendum. Ideoque Vniuerſitatem veſtram mone-
» mus & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes,
» quatenus Nonis Martij Feſtum Confeſſoris eiuſdem, deuotè ac ſolenniter cele-
» breris & faciatis à veſtris ſubditis veneratione debita celebrari, vt piâ eius inter-
» ceſſione & hic à noxiis protegi, & in futura ſempiterna gaudia conſequi valeatis.
» Vt autem ad venerabile eius ſepulchrum ardentius & affluentius Chriſtiani po-
» puli confluat multitudo, ac celebris eiuſdem Confeſſoris colatur feſtiuitas,
» Omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui cum reuerentia illuc in eodem fe-
» ſto annuatim acceſſerunt, ipſius ſuffragia petituri, de Omnipotentis Dei miſe-
» ricordia & eorundem BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi,
» vnum annum & quadraginta dies; accedentibus verò annis ſingulis ad prædi-
» ctum ſepulchrum, infra 7. dies feſtum ipſum immediatè ſequentes centum dies
» de iniuncta ſibi pœnitentia relaxamus. Datum Auenioni 15. Kal. Aug. Pontif.
» noſtri an. 7.

Hoc anno Canonicus quidam S. Benedicti actu ſcholaris inteſtatus deceſſit: Canonici verò Eccleſiæ Pariſienſis eius ſupellectilem omnem occuparunt, ius tale ſe habere putantes. Contra Vniuerſitas ex Gregorij IX. Priuilegio conteſtabatur ad ſe pertinere: diem itaque Canonicis dixit apud Conſeruatorem: ſed illi non comparuerunt; atque idcirco ex conſortio Vniuerſitatis reſecati ſunt, donec tandem ſatisfacientes in integrum fuerunt reſtituti: vt dicetur ad an. 1326.

Ad hunc quoque annum legitur ſtatutum quoddam Nationis Gallicanæ *ſuper modum & tempus intrandi & exeundi Miſſam diebus quibus in Natione celebratur*, talis eſt titulus in antiquo libro Procuratorum Nationis Gallicanæ. Statutum verò tale legitur.

STATVTVM NATIONIS GALL. DE MISSIS.

» Anno Domini 1323. die Mercurij poſt Quaſimodo Omnibus Magiſtris Na-
» tionis Gall. Regentibus in Artium Facultate ſufficienter vocatis per Seruientem
» dictæ Nationis apud S. Iulianum pauperem ad ordinandum, diſpenſandum &
» ſtatuendum ſi ſit opus, vt moris eſt. Statutum fuit ibidem per omnes Magiſtros
» dictæ Nationis concorditer nullo reclamante, quod quicunque non venerint
» de cætero ad Miſſam dictæ Nationis antequam finiatur Epiſtola, diebus quibus
» ſoliti ſunt Miſſam celebrare communem, vel etiam receſſerint antequam ſacro-
» ſanctum Corpus Domini fuerit conſecratum, diſtributionibus careant conſue-
» tis, & tantundem teneantur refundere Nationi. Dum tamen prius extiterint
» ſufficienter vocati; alijs ſtatutis ſi qua ſint ſuper his, remanentibus in vigore.

Eodem anno die 23. Iunij electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes de Achies ſeu de Aſſis Baccalaureus Theologus, Societatis Nauarricæ: quo Rectore Vniuerſitas ſtatutum edidit contra Librarios & Stationarios, cuius Autographum ſeruatur in Tabulario communi notatum hiſce elementis & characteribus, D. 18. RR. eſtque eiuſmodi.

DE LIBRARIIS.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis. Vniuerſitas Magiſtrorum & Scho-
» larium Pariſius ſtudentium, ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm per Libra-
» riorum & Stationariorum quàm plurimas verſutias & abuſiones, à multis retro-
» actis temporibus, circa eorum officia Pariſius exercenda negligentia tolerante
» diuturna, freno nondum correctionis adinuento, quo mediante ad ipſius Vni-
» uerſitatis noſtræ matris honorem & commodum regulari poſſent aptiùs & de-
» berent, *infinitis infinita Magiſtris & Scholaribus illata ſint grauamina, ipſaque mater*
» *innumeris hactenus extiterit expoſita diſpendiis, ex illorum multiplici diſtractione qui com-*
» *moda ſibi, non ſe commodis ſtudentium applicabant. Cupientes igitur tam præſentium*
» *quàm futurorum in exercendis officiis prælibatis, opportunum pro viribus adhibendo*
remedium,

remedium, verſutiis obuiare, præſenti ſtatuto ſancimus. In primis, *vt nullus ad præfata officia Pariſius exercenda deinceps admittatur, niſi vir bonæ famæ, ſufficientis literaturæ* quoad Librorum notitiam in valore, & ex proborum & fide dignorum teſtimonio, ſupra infraſcriptis articulis & ſtatutis & aliis aliàs ordinatis tenendis & obſeruandis, ad cautionem præſtandam ſufficiens, *& niſi ſit per Vniuerſitatem ad hoc primitùs admiſſus & iuratus.* Item nullus *Stationarius habeat Clericum ad liberandum exemplar, niſi, priuſquam officium exerceat, ſit coram Vniuerſitate vel ſaltem coram Rectore & quatuor Procuratoribus iuratus fideliter exercere officium ſecundum ordinem Vniuerſitatis;* Et Rector qui pro tempore fuerit, teneatur nomen iurantis, & tempus præſtiti iuramenti reponere in Regiſtro. Item quòd nullus Stationarius exemplar aliquod alienabit, ſine eo quòd prius notificet Vniuerſitati in Congregatione generali, *vt Vniuerſitas ordinet viam per quam ipſe Stationarius à profectu ſuo non impediatur, & Vniuerſitas exemplaris vſu non defraudetur.* Item nullus Stationarius denegabit exemplaria alicui etiam volenti per illud aliud exemplar facere, dum tamen pro eo pignus ſufficiens exponat & ſatisfaciat ſecundum ordinationem Vniuerſitatis. *Item nullus Stationarius alicui carius locet exemplaria quàm taxata fuerint per Vniuerſitatem, nec conditionibus paucioribus quàm per Vniuerſitatem fuerit ordinatum,* niſi pretia vltra hebdomadam tenuerit.

Item ſi pignora obligata Stationario non leuantur infra annum, liceat Stationario poſt annum pignora vendere, per viſum tamen Vniuerſitatis.

Item *nullus Stationarius exemplar locet antequam corrigatur & taxetur per Vniuerſitatem. Item ordinauit Vniuerſitas quòd quilibet Rector faciet proclamari per Scholas, ſi quis inueniat exemplaria corrupta, illa offerat publicè coram Rectore & Procuratoribus, vt exemplaria corrigantur, & Stationarij qui talia locant, iudicio Vniuerſitatis puniantur & Scholaribus emendare cogantur.*

Item quatuor *erunt deputati per Vniuerſitatem annuatim ad taxandum libros, & nulli liceat libros taxare, niſi illis quatuor, vel duobus illorum ad minus præſentibus & taxantibus;* & ſi duo eorum abſentes ſint vel vnus abſens, tantum percipiet quantum alius præſens & taxans, niſi requiſitus ad taxandum venire recuſauerit. Item, ſi contingat dictos taxatores vel eorum aliquos duci ad aliquam taxationem faciendam per aliquem alium de Librariis, tantum percipiet ille ductor quantum vnus taxatorum; & ſi plures fuerint ductores, quantum ad perceptionem ſalarij omnes loco vnius habeantur. Item *nullus Librarius alij Librario vendat librum, niſi prius fuerit per quatuor dies publicè expoſitus venditioni apud Fratres, niſi in præſentia vel de voluntate venditoris,* nec alicui alij abſente venditore, niſi in præſentia duorum teſtium fide dignorum. Item quilibet Librarius requiſitus per venditorem vel per aliquem de Deputatis, *teneatur dicere nomen emptoris & pretium libri, & emptorem oſtendere ſi fuerit requiſitus, & hoc poſt venditionem. Item nullus admittatur ad officium Librarij, niſi habito teſtimonio Deputatorum ſuæ fidelitatis, & data cautione centum Librarum Pariſ. de reſpondendo fideliter de ſibi commiſſis. Item quòd ipſi quatuor Deputati inquirent, ſi aliquis non iuratus vtatur officio Librarij vel Stationarij, & habeant poteſtatem capiendi pignora non iuratorum vtentium officiis prædictis, & ea præſentare coram Vniuerſitate in proxima Congregatione generali.* Et ſi dicti Deputati, in his exequendis, Seruiente indigeant, *quilibet Seruiens Vniuerſitatis iuratus tenebitur per iuramentum ſuum aſtare eis, & officium ſuum gratis & ſine difficultate impendere, ſi fuerit per eorum aliquem requiſitus.* Item, *nullus non iuratus habeat aliquem librum vænalem vltra valorem decem ſolidorum, nec ſub tecto ſedeat. Item quilibet Librarius & Stationarius iurabit, quòd dictas ordinationes, quatenus ad ſe pertinet, obſeruabit, & ſi ſciuerit aliquem de dictis officiis dictæ Vniuerſitatis ordinationi contrauenire, vel aliquem ad inopiam vergere, illud reuelabit vel reuelari faciet Vniuerſitati.* Quibus quidem ſtatutis à nobis ſic ordinatis.

Et demum anno Domini 1323. die Lunæ ante Feſtum Beati Michaëlis Archangeli apud S. Mathurinum, in noſtra Congregatione generali tunc inibi facta, *coram nobis ſingulis, per diſcretum virum Mag. Ioannem de Achyes tunc noſtræ Vniuerſitatis Rectorem vocatis, & perſonaliter comparentibus Stationariis & Li-*

braris infra ſcriptis, videlicet Thoma de Malbodia, Ioanne Britone aliàs de S. Paulo, Thoma Normano, Gaufrido Britone Notario publico, Gaufrido de S. Leodegario, Guillelmo le Grand de vico nucum, Anglico, Stephano dicto Sauuage, Gaufrido Lotharingo, Petro dicto *Bon-enfant*, Thoma de Senonis, Nicolao dicto *petit Clerc*, Ioanne dicto de Guyuendale Anglico Seruiente Vniuerſitatis, Ioanne de Meillac, Petro de Perona, eius vxore, Nicolao de Scotia, Radulpho de Varedis, Guillelmo dicto cum Baculo, Pontio Gilboſo de Noblans, Ioanne Ponchet, Ægidio de Viuars, Ioanne Britone Iuuenis, Ioanne de Remis, Nicolao dicto Challamame, Nicolao de Ybuna, Gaufrido dicto *le Normant*, Margareta vxore cuiuſdam Iacobi de Troancio, & Matthæo de Attrebato, ac Thoma de Wymondlxold Anglico; ſponte & ex certa ſcientia ſufficienti deliberatione præhabita ſuper articulis ſupra ſcriptis, *manibus omnium & ſingulorum eorumdem ad Crucifixum eleuatis, omnia & ſingula in ſupra ſcriptis articulis ſeu ſtatutis noſtris contenta & aliàs facta, iurauerunt inuiolabiter obſeruare ex tunc in futurum, & non contra facere vel venire, aliqua cautela, vel ingenio, per ſe*, vel per alium, vel alios in futurum. Se, & omnia bona ſua mobilia & immobilia, præſentia & futura vbicumque reperientur, prout in litteris Curiæ Pariſienſ. pleniùs contineri dicitur, penitùs obligantes, & quas litteras penes nos reſeruamus ad cautelam. *De quo quidem numero Iuratorum quatuor deputatos, de quibus ſuperius fit mentio, pro anno præſenti eligimus Ioannem de Guyuendale prædictum, Ioannem de S. Paulo, Ioannem Britonem Iuuenis & Petrum dictum de Perona ſupradictos, pro taxandis libris & cæteris ſupradictis, prout eis competit faciendum ordinamus, & reſeruata nobis poteſtate anno reuoluto de quatuor aliis ad hæc deputandis, prout nobis libuerit pro anno exinde ſequenti & ſic deinceps.* Quibus ſic actis, Nos omnes & ſingulos ſupradictos noſtros Iuratos benignè admiſimus ad officia ſupradicta exercenda, volentes ipſos, & eorum quemlibet tanquam fideles noſtros noſtris gaudere priuilegiis, libertatibus & immunitatibus, ſic & prout decet in futurum ipſos ſub protectione noſtra per præſentes reponendo. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum vt ſupra. Anno 1324.

1324. Ad annum 1324. refert Balæus Epiſcopum Pariſienſem de conſenſu Magiſtrorum permiſiſſe impugnationem quorundam articulorum à Thoma Aquinate collectorum. Et Durandum de S. Porciano Dominicanum, deinde Epiſcopum Anicienſem ſcripta Thomæ primùm defendiſſe; poſtea impugnaſſe; at Durandellum Dominicanum contra Durandum ſcripſiſſe & ſic opus ſuum incepiſſe, *Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis, arguam te & ſtatuam contra faciem tuam.* Idem tamen Epiſcopus qui tunc erat *Stephanus de Borreto*, aduocato Concilio Doctorum Pariſienſium, habitaque eorum deliberatione doctrinam eiuſdem Thomæ calumniâ & omni ſuſpicione hæreſeos contra nonnullorum ſententias vindicauit, vt patet ex hoc inſtrumento.

VINDICATVR D. THOMAS.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Stephanus permiſſione diuina Pariſienſis Epiſcopus ſalutem in omnium ſaluatore. Magiſtra rerum experientia certis indicijs euidenter demonſtrat multa quibuſdam temporibus ordinata conſultè, nouis emergentibus cauſis ſuccedentibus temporibus in contrarium debere conſultius immutari. Dudum ſiquidem felicis memoriæ Quidam prædeceſſores noſtri Pariſienſes Epiſcopi quoſdam articulos, ne forſitan malè eos intelligentes caderent in errorem, tanquam erroneos per excommunicationis ſententiam damnarunt & interdixerunt expreſsè, quorum tamen nonnulli Doctrinam eximij Doctoris B. Thomæ de Aquino de Ordine Prædicatorum tangere ab aliquibus aſſeruntur. Quam articulorum condemnationem & ſententiarum promulgationem Venerabiles viri Decanus & Capitulum Eccleſiæ noſtræ Pariſienſis, ſicut veritatis zelatores intimiùs conſiderantes, necnon doctrinæ & famæ B. Thomæ de Aquino de ordine Prædicatorum prædicti iniuſtam denigrationem, veritatis occultationem & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ aliqualem dehonorationem, per venerabiles viros *M. Ambaldum de Cecano Atrebatenſem Archidiaconum, ſacræ Theologiæ Doctorem & D. Petrum de Fayello Pariſienſes Canonicos eorum propter hoc nuntios ad Nos ſpecialiter deſtinatos*, nos requiſierunt nobiſque ſupplicarunt qua-

tinus vocatis omnibus ſactæ Theologiæ Doctoribus & cum eiſdem communicato conſilio & deliberatione habitâ diligenti, & cum alijs qui in talibus poſſunt ſcire veritatem, viam aperiremus per quam in prædictis articulis in quantum doctrinam B. Thomæ prædicti tangere poſſunt, & S. Romæ Eccleſiæ & prædicti Sancti honorem & reuerentiam ſeruaremus. Nos igitur attendentes cum eis quod ſacroſancta Rom. Eccleſia fidelium omnium mater & magiſtra in firmiſſimâ Petri Chriſti Vicarij Confeſſione fundata, ad quam velut ad vniuerſalem Regulam Catholicæ veritatis pertinet approbatio & reprobatio Doctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio tenendorum & confutatio errorum, præfatum Doctorem venerabilem cuius doctrinâ fulget Eccleſia vt Sole Luna, nuper SS. Cathalogo aſcribendum doctrinæ diligenti excuſſione & examinatione præhabitâ ſuper vitâ ipſius & doctrinâ, ipſumque quoad vitam puram ac doctrinam ſalutarem Orbi terræ commendabilem prædicauit, cupientes Glorioſum Deum in ſanctis ſuis apud fidelium deuotionem in terris glorioſius exaltari, ac ſacratiſſimæ matris noſtræ prædictæ deſiderantes veſtigia ſancta pro viribus imitari, dictumque Confeſſorem feliciter in cœlis regnantem apud Terrigenas deuotius & celebrius honorari. Præſertim cum fuerit & ſit vniuerſalis Eccleſiæ lumen præfulgidum, gemma radians Clericorum, flos Doctorum, Vniuerſitatis noſtræ Pariſienſis ſpeculum clariſſimum & inſigne claritate vitæ, famæ & doctrinæ velut ſtella ſplendida & matutina refulgens per venerabiles & dilectos Conſiliarios noſtros fideles *M. Hugonem de Biſuntio Cantorem Pariſienſem, M. Stephanum de Nouavilla, & D Odonem de Senonis Canonicos Pariſienſes* Inquiſitione factâ ſuper dictis articulis apud Doctores Theologicæ Facultatis in eorum Congregatione Generali Regentium & non Regentium, Secularium & Regularium ad hoc ſpecialiter conuocata. Comperto per Dei gratiam dictum Confeſſorem B. Thomam nihil vnquam ſenſiſſe, docuiſſe ſeu ſcripſiſſe quod ſanæ fidei vel bonis moribus aduerſetur, *de conſilio venerabilium virorum Decani & Capituli Pariſienſis & venerabilis Patris D. Guillelmi Dei gratia Archiepiſcopi Viennenſis ſacræ Theologiæ Profeſſoris & aliorum 23. Magiſtrorum in Theologia vna cum Reuerendo Patre prædicto in litteris ſub eorum ſigillis per præfatos Commiſſarios nobis miſſo; nec non & 39. Baccalariorum in Theologia ſuper hoc per litteram eorum proprijs ſubſcriptionibus & ſigillis munitam*, nobis ſuper hoc conſulentium & rogantium humiliter & deuotè & aliorum diſcretorum ſolemni ac maturo conſilio ſuper hoc habito articulorum condemnationem ſupradictam & excommunicationis ſententiam, quantum tangunt vel tangere aſſeruntur doctrinam B. Thomæ prædicti, ex certâ ſcientiâ tenore præſentium totaliter annullamus, ipſos articulos non propter hoc approbando ſeu etiam reprobando, ſed eoſdem diſcuſſioni Scholaſticæ liberè relinquendo. In cuius rei confirmationem & teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum apud Gentiliacum anno Domini 1324. die Iouis ante ſacros Cineres.

Eodem anno ſummus Pontifex Ioannes ſententiam Excommunicationis tulit in Ludouicum Bauarum: at iſte nonnullorum Doctorum conductitiâ doctrinâ & calamo fretus, præſertim verò Ioannis Ianduni Peruſini & Marſilij de Menandrino aliàs Patauini ſeu de Padua, qui ex Academia Pariſ. ad eum conuolarant, vt ſcribit Chriſtianus Maſſæus; item Minoritatum auxilio & fauore confiſus Epiſtolam vulgat, quâ Ioannem vt iniuſtum innocentium perſecutorem, Clauium ſubuerſorem, Canonum violatorem, diſcordiarum ſeminatorem, Imperij deſtructorem, legum præuaricatorem, doctrinæ orthodoxæ de paupertate Chriſti & Apoſtolorum conuulſorem, Sacramentorum profanatorem, Terræ ſanctæ deſertorem, Eccleſiæ temeratorem, denique incorrigibilem & hæreticum notorium declarat. Teſtes ſunt Auentinus lib. 7. & Bzouius ad hunc an. alio vero ſcripto irrita declarans contra ſe facta Iudicia ad futurum Concilium appellauit.

Multi quoque Theologi eandem Quæſtionem agitare cœperunt, an liceret Pontifici prædeceſſorum ſuorum acta, præſertim ea quæ in Concilijs approbata fuerant, reſcindere. Alij Imperatori & Minoritis patrocinabantur: alij Ioanni. Itaque prudenter ille iudicauit ſibi occurrendum eſſe malo, & aduerſus eos qui de ſua authoritate dubitabant, quique Conſtitutiones de paupertate Chriſti &

Apoſtolorum criminabantur, Decretalem edidit quæ habetur inter Extraua-
» gantes, his verbis. Quia quorundam mentes ſic parer mendacij dicitur excæ-
» caſſe, quod noſtris Conſtitutionibus, quarum vna incipit. *Ad Conditorem Cano-*
» *num:* alia verò *Cum inter nonnullos.* Vtique ram cum fratribus noſtris ſanctæ Ro.
» Eccleſiæ Cardinalibus, quàm cum multis Archiepiſcopis & Epiſcopis, alijſque
» Eccleſiarum Prælaris, nec non & compluribus ſacræ Theologiæ Magiſtris ac
» vtriuſque Iuris Profeſſoribus deliberatione præhabirâ diligenti digeſtis, ac de
» præmiſſorum fratrum noſtrorum conſilio promulgaris; non abſque multâ te-
» meritare plectibili niſi ſunt detrahere & niruntur veritatem quam continent,
» per falſas inſanias obfuſcare, &c. Hac aurem vltimâ Conſtitutione promulgatâ,
de ea cœperunr anxiè diſpurare Minoritæ. Alij ſummo Pontifici cedendum putarunt, alij peruicaciores in errore permanſerunr; quorum aliqui capti, & impœnitenres combuſti ſunt teſte Eymerico in Directorio Imò centum & amplius poſt annis adhuc erant, teſte Antonino qui non modò Ioannem ſed ſucceſſores eius, quorquot prædictam Conſtitutionem approbauerant, eſſe dicebant hæreticos. Errores eorum 55. colligit Eymericus, quos in compendium contraxit Spondanus in Annalib. Eccleſ.

His igitur ita geſtis Ioannes dedit ad omnes Academias publicas diplomata, ne deinceps in Scholis de paupertate Chriſti & Apoſtolorum diſpuraretur, vtque Eccleſiaſticæ definitioni ſtaretur. At eodem Anno *Marcilius de Padua* librum edidit de Iuriſdictione Imperiali & Ponrificia, quem inſcripſit *Defenſor Pacis:* in quo contendebat probare Pontificem Imperatori, non Imperatorem Pontifici eſſe ſubiectum, imò Imperatorem poſſe ſuccedere Pontifici & adminiſtrare Eccleſiam ſede vacante. Marcilij ſocius erat, vt dictum eſt, *Iandunus,* ſeu *Ioannes de Ianduno,* & vrerque à Ioanne an 1327. damnatus eſt. Pro Pontifice ſcripſerunt Alexander de S. Elpidio Archiepiſcopus Rauennas, Pelagius Aluarus Minorita; Okamus eriam Doctor Pariſ. & Minorira; qui poſtea ad Imperatorem confugit terrirus fulminibus Apoſtolicis, quod Fratricellos tueri aduerſus Papam contendiſſet.

Eodem anno more Gallicano, vel an. 1325. more Romano nempe 6. Id. Feb. primo Sabbaro Ieiunij quadrageſimalis, idem Pontifex poſtillas quaſdam Petri Ioannis de Serignano Minoritæ in Euangelium Matthæi, Epiſtolas Canonicas & Apocalypſim, damnauit & igni addixir. Cuius errores numero 22. collegit Eymericus in Directorio Inquiſirorum; ex quibus Fratricelli ad ſuæ ſectæ honorem & dignitatem augendam multa ſumebant argumenta.

1325. Anno 1325. Vniuerſiras conqueſta apud Pontificem, quod Officiarij Curiæ Conſeruationis ſalarium exigerent & emendas non legitimas, Conſtirutionem obtinuit, quâ cauit Pontifex ne Officiarij eiuſmodi pro ſalarijs aut emendis reciperent amplius, quàm quod ſolebat dari in Curia ordinaria; Abuſorumque punitionem ad Vniuerſiratem remiſit. Refertur hæc Conſtiturio inrer Priuilegia, legiturque in antiquo libro Rectoris ſub hoc titulo. *Priuilegium perpetuum ſuper Iuramentis Conſeruatoris, Sigilliferi in Curia Conſeruationis & omnium aliorum Officialium in Curia prædicta.* Edictum verò tale eſt.

Conſtitutio Apoſtolica de Salario Officiariorum Curiæ Conſeruatoris.

» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pa-
» riſienſe ſtudium quaſi flumen Dei repletum aquis, ſcientiarum vbertate fœ-
» cundum & velur ad illuminationem Gentium inſtitutum diuinitus, eiuſque fru-
» ctus vberes, quos veluti ager plenus, cui benedixit Dominus, in Eccleſia vni-
» uerſali produxit, meditatione frequenti reuoluentes animo, vt nullis indignis
» laceretur obloquijs, nulliſque detractionum cuniculis impugnetur, ſed vt famæ
» claritate præfulgear, paternæ ſinceritatis deſiderio affectamus. Exhibita ſiqui-
» dem nobis ex parte Dilectorum filiorum Vniuerſitatis Magiſtrorum & Schola-
» rium ſtudij memorari petirionis ſeries continebat, *quod in Curia Conſeruatoris*
» *Priu legiorum Vniuerſitatis eiuſdem à Sede Apoſtolica deputati, nonnunquam etiam ex*
» *conniuentia Iudicum, Aduocatorum & Tabellionum ſeu Notariorum eiuſdem Curiæ*
» *in eiuſdem Vniuerſitatis diſplicentiam graues exceſſus & abuſus enormes ſæpius commit-*
» *tuntur:* ex quibus profectò dictæ Vniuerſitatis quam plurimum famæ detrahitur
» & honori non modicum derogarur: quare pro parte Vniuerſitatis eiuſdem No-
» bis extitit humiliter ſupplicatum, vt prouidere ſuper his paternâ diligentiâ

Digitized by Google

dignaremur. Nos itaque ipſorum in hac parte ſupplicationibus fauorabiliter annuentes, ac volentes ſuper eis congruum remedium adhibere, præſentium authoritate ſtatuimus ac etiam Ordinamus, & inuiolabiliter perpetuis temporibus præcipimus obſeruari, *quod præfati Iudices, Aduocati, Tabelliones vel Notarij ac Sigilliferi, & quicunque Officiales alij Curiæ memoratæ præſentes & poſteri in dictæ Vniuerſitatis præſentia vel aliquorum ex eis, quos eadem Vniuerſitas ad hoc ſpecialiter duxerit deputandos, corporale præſtent tactis ſacroſanctis Euangelijs iuramentum, quod quilibet ſuum Officium, ad quod deputatus fuerit, ſollicitè ac fideliter exercebit, nec priuilegijs præfatæ Vniuerſitatis conceſſis ſcienter per ſe vel per alium ſeu alios abutetur.* Edicto quoque perpetuo prohibemus, ne Conſeruator Priuilegiorum huiuſmodi & Deputati per eum *emolumentum ſigilli*, ſeu emendam dictæ Curiæ alicui de cætero vendant, aut etiam accenſare præſumant, vel pro exactione ſigilli ac emendarum huiuſmodi recipiant vltra id quod in Curia Ordinarij in eiſdem vel ſimilibus Caſibus extitit conſuetum: *quodque Aduocati, Notarij publici, ſeu priuati, alijque Officiales prædictæ Curiæ memoratæ non amplius pro eorum ſalarijs exigant quàm ſolitum extitit in Ordinarij Curia ſupradicti.* Quod ſi ſecus forte præſumpſerint, ipſo facto ſententiam Excommunicationis incurrant, à qua quidem abſolui non valeant, niſi tum demum cum ab eis extorrum, integrè fuerit reſtitutum. Sanè quia non eſt prætermittenda in domeſticis diſciplina, ſed ab eis porius inchoanda, volumus, *quod quicunque Magiſter vel Scholaris Vniuerſitatis eiuſdem* dictorum Priuilegiorum ab ipſa Vniuerſitate forte reperiarur abuſor, liceat ipſi Vniuerſitati ab eorum conſortio priuare illum totaliter vel ad tempus, aut aliàs pœnam condignam infligere provt ipſorum Abuſorum qualitas exceſſus exegerit dictæque Vniuerſitati videbitur expedire, memoratis quibuſdam alijs dictæ Vniuerſitatis priuilegijs in ſuo robore nihilominus duraturis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, Ordinationis, prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenione 11. Kal Iulij, Pontif. noſtri an. 9.

Emolumentum ſigilli.

Inſuper ne quis priuilegium iſtud violare auderet, eius Conſeruatorem eſſe voluit Ægidium de Pontoiſe Abbatem S. Dionyſij his verbis.

Conſeruatio dicti Priuilegii.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Abbati Monaſterij S. Dionyſij prope Pariſius Sal. & Apoſtol. bened. Iniunctum nobis quanquam immeritis Apoſtolicæ dignitatis expoſcit Officium, vt inuigilemus remedijs ſubditorum, quia dum eorum remouemus grauamina, dum ſcandala tollimus, in eorum poſſumus quiete quieſcere & optatæ tranquillitatis gaudium obtinere. *Sanè pro tranquillo & bono ſtatu Dilectorum filiorum Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſienſium contra quoſdam abuſus, qui per Officium Curiæ Conſeruatoris Priuilegiorum Vniuerſitatis eiuſdem à Sede Apoſtolica deputati committi & fieri dicebantur*, ad perpetuam rei memoriam per alias noſtras litteras ſtatuendum duximus, ac etiam ordinandum, quod Officiales ipſi in dictæ Vniuerſitatis præſentia vel aliquorum ex eis quos eadem Vniuerſitas ad hoc ſpecialiter duceret deputandos, corporale præſtarent tactis ſacroſanctis Euangelijs iuramentum, quod quilibet ſuum Officium ad quod deputatus foret, ſollicitè & fideliter exerceret, nec priuilegijs præfatæ Vniuerſitati conceſſis ſcienter per ſe vel per alios abuteretur. Edicto quoq; perpetuo prohibuimus ne Conſeruator Priuilegiorum huiuſmodi & Deputati per eum emolumentum ſigilli, ſeu emendarum dictæ Curiæ alicui de cætero vendere aut etiam accenſare præſumerent, vel pro exactione ſigilli ac emendarum huiuſmodi reciperent vltra id quod in Curia Ordinarij in eiſdem vel ſimilibus caſibus extitit conſuetum, quodque Aduocati, Notarij publici, ſeu priuati, alijque Officiales prædicti tunc memorati non amplius pro eorum ſalarijs exigerent, quàm ſolitum extiterit in Ordinarij Curia ſupradicti. Quod ſi ſecus forte præſumerent, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrerent, à qua quidem abſolui non valerent, niſi tunc demum cum ab eis extortum taliter foret integrè reſtitutum. Sanè quia prætermittenda non eſt in domeſticis diſciplina, ſed ab eis potius inchoanda, volumus, *quod quicunque Magiſter vel Scholaris Vniuerſitatis eiuſdem dictorum Priuilegiorum ab dicta Vniuer-*

» *ſitate forte reperiatur abuſor, liceret ipſi Vniuerſitati ab eorum conſortio priuare illum*
» *totaliter vel ad tempus, vel aliam pœnam condignam infligere, prout ipſorum abuſorum*
» *qualitas exceſſus exigeret, dictæque Vniuerſitati videretur expedire.* Quo circa diſ-
» cretioni tuæ de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per Apoſtolica ſcri-
» pta committimus & mandamus, quatinus ſi dicti Officiales contra huiuſmodi
» Ordinationis, ſtatuti, præcepti ac voluntatis noſtræ tenorem venire temerè
„ forte præſumpſerint, quotieſcunque ab eadem Vniuerſitate vel eorum Procu-
„ ratoribus ſiue Nuncijs ſuper his fuerit requiſitus, exhibeas eis authoritate noſtra
„ ſummariè de plano, ſine ſtrepitu & figura Iudicij, Iuſtitiæ complementum,
„ Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſ-
„ cendo, memoratis & quibuſdam alijs dictæ Vniuerſitatis Priuilegijs in ſuo ro-
„ bore duraturis. Datum Auenioni 11. Kal. Iulij, Pontif. noſtri an. 9. Statutum
Vniuerſitatis de Curia conſeruationis extat infra ad an. 1327.

De modo conferendi Beneficia Vniuerſitatis.

Eodem anno mota eſt Quæſtio de modo conferendi Beneficia, quæ ad Præſentationem Vniuerſitatis pertinebant. Iam quidem aliàs de re eadem orta fuerat diſcordia: nunc verò in hoc erat poſita difficultas, an ſcilicet ius eiuſmodi Decanorum eſſet, Procuratorum & Rectoris, an verò ipſius Vniuerſitatis. Decani quidem ſuperiorum Facultatum exiſtimabant ſuum illud ius eſſe: at contra ab ipſis Facultatibus pronunciatum, nimirum pertinere ad ipſam Vniuerſitatem, non verò ad Officiarios, niſi quatenus ab ipſa delegantur: quæ quidem Vniuerſitas nominauit Deputatos ad conferendam vacantem Capellaniam, Facultates quidem Magiſtrum è ſuis vnum non Decanum, ne ſibi ius illud arrogaret; at Nationes Rectotem & 4. Procuratores delegauerunt: nempe cum Rectore, qui Caput & ſine quo nihil agi poteſt, ſuum ſingulæ Nationes Deputatum, vt ſingulæ Facultates ſuum. Et iſta ratio conferendorum Beneficiorum obſeruata fere eſt vſque annum circiter 1438. quo ſeptenarius Ordo pro numero Otdinum ſiue Corporum Vniuerſitatis introductus & confirmatus eſt. In hanc ergo rem confectum eſt ſequens Inſtrumentum.

» In nomine Dei, *Amen.* Per hoc præſens publicum Inſtrumentum pateat
» Vniuerſis, quod anno eiuſdem 1325. Indictione 8. 26. die menſis Auguſti, Pon-
» tificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac D. D. Ioannis diuina prouidentia Pa-
» pæ XXII. in mei M. Stephani de Lingonis Rectoris Vniuerſitatis Magiſtrorum
» & Scholarium Pariſ. Notarijque publici ac teſtium ſubſcriptorum præſentia,
» in Capitulo B. Mathurini Pariſ. in Generali Congregatione dictæ Vniuerſitatis.
» Quibuſdam factis & negotijs per Nos Rectorem prædictum ibidem propoſitis
» & in deliberatione poſitis. Et inter cætera, videlicet vtrum Collatio Capella-
» niæ quæ nuper fuerat defuncti M. Heruæi de Racha fundatæ ſuper theſauro
» Regio pertinebat ad totam Vniuerſitatem, vel ad Decanos & Rectorem Vni-
» uerſitatis (videtur hic prætermiſſum incuriâ ſcriptoris, *Procuratores*, poſt De-
» canos) Item & vtrum illi qui eſſent deputati ab Vniuerſitate ad litteras conce-
» dendas Scholaribus & audiendas cauſas ipſorum ſignarent litteras ſignis ſuis, &
» tranſirent ſubſignis eorum. Et vtrum Deputati ad hoc qui comparerent, poſ-
» ſent Scholares expedire aliorum abſentia non obſtante. Habitaque delibera-
» tione in qualibet Facultate in dicta Vniuerſitate fuit ibidem ex parte cuiuſlibet
» Facultatis ſuper præmiſſis deliberatio dicta ſeu relata in hunc modum.

» 1. Nos Rectot prædictus deliberationem Facultatis Artium tetulimus in
» hunc modum, videlicet quòd *Vniuerſitas daret Deputatos ad conferandam dictam*
» *Capellaniam ſecundum deliberationem duarum Nationum. Aliæ autem duæ Nationes*
» *deliberauerunt, quod audirentur Decani ad informandum Vniuerſitatem, ſi habeant ius*
» *conferendi dictam Capellaniam*, vel non, ſi vellent: alioquin quod datentur De-
» putati ad conferendum dictam Capellaniam. Item quod tota prædicta Facultas
» deliberauerat, quod Deputati ad litteras concedendas, ſignarent litteras &
» tranſirent ſub ſignis eorum; & quod illi Deputati qui comparerent, tranſirent
» litteras aliorum abſentia non obſtante. Item quod quoad collationem dictæ
» Capellaniæ, Facultas prædicta deputabat Rectorem & Procuratores.

» Deliberationem verò Facultatis Medicinæ retulit Decanus eiuſdem in hunc
» modum, videlicet quòd idem Decanus & Facultas prædicta deputabant loco
» ſui, quoad collationem dictæ Capellaniæ *M. Petrum de Florentia Regentem in*

Digitized by Google

Medicina, & quod Deputati ad Litteras concedendas ſignarent, & tranſirent ſub ſignis eorum. Et quod præſentes expedirent Scholares aliorum abſentiâ non obſtante.

Deliberationem verò Facultatis Decretorum retulit *M. Ioannes de Villa-Roſæ* ſub hac forma. Videlicet quod Facultas deputabat *eundem M. Ioannem* ad conferendam dictam Capellaniam, ſi debeatur Decano, vt ex parte Decani; ſi Vniuerſitati, vt Deputatus ex Facultate prædicta. Item quod Deputati ad Litteras concedendas ſignarent illas ſignis ſuis; & quod præſeotes expedirent Scholares aliorum abſentia oon obſtante.

Deliberationem verò Facultatis Theologiæ retulit *M. Guillelmus de Narbona* actu Regens in Facultate prædicta in hunc modum. Videlicet quod Collatio dictæ Capellaniæ pertinebat ad Vniuerſitatem, & quod ipſa Facultas deputabat ipſum M. Guillelmum ad conferendum dictam Capellaniam. Et quod Deputati ſignarent Litteras; & quod illi Deputati, qui comparerent, expedirent Scholares aliorum abſentia non obſtante. Acta fuerunt hæc in Capitulo B. Mathurini prædicto parum poſt horam tertiam die, Indictiooe, menſe & Pontificatu prædictis, præſeotibus viris venerabilibus & diſcretis MM. Petro de Waſtij Doctore in Theologia, Ioanne Boſtol & Ioanne Violette in Medicina, Ioanne Tricot, Odone de Lanus & Alano de prope Pontiu in Artibus, & pluribus aliis teſtibus ad hoc vocatis & rogatis. In cuius rei teſtimonium ſigillum dictæ Vniuerſitatis vnà cum ſigillo & ſubſcriptione publici Notarij infraſcripti præſentibus eſt appenſum. Datum anno, Indictione, menſe & Pontifice prædictis. Et ego Heruæus de Inſula Clericus Leoneoſis Diœceſis publicus authoritate Imperiali Notarius relationibus prædictarum deliberationum & aliis præmiſſis vnà cum dictis teſtibus præſens interfui, eaque manu propria ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, hicque me ſubſcripſi ſignumque meum vnà cum ſigillo dictæ Vniuerſitatis hîc ſolitum appoſui requiſitus. Inter lineas in illo vocabulo ſcilicet, ſuis, approbo quia feci & mihi conſtat.

Eodem anno Minoritæ Comitia Generalia Lugduni celebrarunt, quæ Michaël Ceſenas Generalis eorum Miniſter Pariſiis indixerat vt haberentur. Verum ait Vvadinghus eum timuiſſe, ne Pontifex apud Carolum Regem efficeret, vti vel gratia vel authoritate cogeret eos reuocare ſententiam quam Peruſij de paupertate Euangelica tulerant. In iis autem Comitiis Gerardus Odonis Pontifici familiaris & Ceſenati infeſtus propoſuit multa, quæ minimè probata ſuot: in primis iſtud, quod cauſa diſcordiæ fuerat; vt è Regula Franciſcana abraderetur præceptum de non recipienda pecunia vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam: vt ſic conſcientiis omnium caueretur, & ſcandala vitarentur, diſſidiorumque materia tolleretur. At Ceſenas & alij Regulam conſtantiſſimè tuendam eſſe ſanxerunt, tuleruntque indignabundè Gerardi conatum.

Eodem anno idem Pontifex Ioannes cauit Bullâ ad Cardinalem Legatum apud Regem Galliarum datâ, quæ inter eius Epiſtolas numero eſt 49. ne occaſione lectionis peregrinarum Linguarum quam Clemens V. in Concilio Viennenſi præceperat, peregrina dogmata inducerentur, mandauitque vt io Magiſtros Pariſienſes Græcam, Arabicam, Chaldaïcam & Hebraïcam Linguas profitentes diligentius inquireret.

Eodem anno die Mercurij ante Feſtum omnium Sanctorum Natio Normanica apud S. Iulianum pauperem congregata S. Romani Feſtum inſtituit, eumque in Patronum aſſumens Kalendario Libri ſui ioſcribi voluit, ita poſtulante M. Hermano Rotomagæo paulo ante, hoc eſt 10. Octob. In Rectorem Vniuerſitatis electo; itaque in eam rem publicum Inſtrumentum confici voluit, in quo hæc habentur inter cætera. Romanalia.

Hinc eſt quod nos omnes & ſinguli *Magiſtri ſupradictæ Nationis Normanorum actu Regentes Pariſius in Artibus* vocati ex parte Procuratoris noſtræ Nationis per Seruientem Iuratum, vt moris eſt, anno Dom. 1325. die Mercurij ante Feſtum omnium Sanctorum apud S. Iulianum pauperem hora primæ ad ordinandum, diſpeoſandum & ſtatuendum, necoon ad audiendum ſupplicationes & Compotum aotiqui Receptoris, conſiderantes & ſupplicationem dicti Rectoris eſſe honeſtam, & ob reuerentiam dicti ſancti fauorabiliter admitten-

» dam ſtatuimus, ac etiam conſenſimus ex vnanimi conſenſu nullo reclamante,
» *quod Feſtum B. Romani antedicti in Kalendario Libri noſtræ Nationis inſcriberetur ac*
» *etiam obſeruaretur; & illa die in noſtra Natione Normanorum Pariſius ab omni actu*
» *legendi publico, tam Curſorio quàm ordinario perpetuis temporibus abſtinere.* In cuius
» rei teſtimonium *Sigillum noſtræ Nationis* præſentibus Litteris eſt appenſum.

Eadem Natio anno 1336. menſe Ian. die Sabbati poſt Feſtum B. Guillelmi Gallicanæ Patroni ſtatuit plurima circa Veſperas & Miſſas B. Virginis, quò ſolennius celebrarentur: item circa ſportulas præſentibus diſtribuendas, & mul-
» ctas abſentibus irrogandas. Statutum autem ſic incipit. *Nouerint vniuerſi*, quod
» ob honorem & reuerentiam B. Mariæ Virginis ſingulis ſeptimanis quibus legi-
» tur, vel non legitur, à Feſto B. Dionyſij vſque ad Feſtum BB. Petri & Pauli
» *Veſperæ die Veneris & Miſſa die Sabbati à tempore à quo non extabat memoria*, à Ma-
» giſtris Nationis Normanorum hactenus conſueuerunt ſolenniter & laudabiliter
» celebrari, & ob hoc Magiſtri, qui tunc pro tempore fuerunt in dicta Natione
» pluribus & præcipuè à bonis commendare meruerunt.

1326. Anno 1326. Canonici Pariſienſes qui ob occupatam cuiuſdam Canonici ſancti Benedicti, qui inteſtatus deceſſerat, ſupellectilem & hæreditatem contra Vniuerſitatis Priuilegia & iura fuerant à Vices-gerente Conſeruatoris excommunicati & à conſortio Vniuerſitatis reſecati, ſatisfactione præmiſſâ reſtituti ſunt in integrum Rectore M. Petro de Dacia, die Dominica in *Lætare* vt legitur in libro Rectoris, his verbis.

CANONICI PARIS. IN INTEGRVM RESTITVTI.

» Anno Domini 1326. die Martis proximâ ante Feſtum B. Thomæ Apoſtoli
» electus fuit M. Petrus de Dacia Canonicus Ripenſis tempore hyemali in Recto-
» rem, in cuius Rectoria licet plura acta ſunt, tamen ob memoriam futurorum
» renouandam iſtud præcipuè eſt inſcriptum Regiſtro Vniuerſitatis & Capitulo
» Pariſienſi, pro eo quod quidam Canonicus ſancti Benedicti Pariſienſis deceſſe-
» rit inteſtatus actu Scholaris & de Choro Eccleſiæ Pariſienſis, qui bona multa
» mobilia poſſidebat, quorum conſeruationem & diſtributionem inter hæredes
» eiuſdem Vniuerſitatis ad ſe pertinere virtute Priuilegij Papæ Gregorij IX. de-
» bere aſſeruit, quia Scholaris, Capitulo talia ſibi accipere, quia de Choro eorun-
» dem & Iuriſdictione, totaliter aſſerente. *Ipſos Canonicos præſentes per dictum*
» *Rectorem Vniuerſitas adeo inſecuta eſt, vt illos primò fecerit excommunicari propter con-*
» *tumaciam comparendi coram Vices-gerente Conſeruatoris Vniuerſitatis. Poſtmodum Iu-*
» *ratos priuauit, non Iuratos perpetuò reſecauit, & omnes prædictos excommunicatos,*
» *priuatos, perjuros, infames & reſecatos pro ſe & ſibi adhærentibus in Capitulis Præ-*
» *dicatorum, Minorum, Auguſtinenſium Fratribus per campanam adhoc ſpecialiter con-*
» *uocatis. Deinde in Eccleſia B. Virginis, in Conſiſtorio D. Epiſcopi Pariſienſis & in*
» *Quadriuio Crucis Hamonis præſentibus FF. Carmelitis idem Rector palam & publicè*
» *denunciauit; & ſic cum Vniuerſitate præmiſſis vrgentibus concordiam ſuper talibus caſi-*
» *bus perpetuam inierunt, quæ jacet in Arca Vniuerſitatis Sigillis Capituli Pariſienſis &*
» *Epiſcopi ſigillata.* Quo completo per dictum Rectorem ſupradicti Canonici
» Pariſienſes fuerunt in Dominica *Lætare*, in Sermone publico quoad omnia in-
» tegraliter reſtituti, priuationibus & reſecationibus factis ibidem in præſentia
» Scholarium & diſruptâ Sententiâ Excommunicationis ſub ſaluo ſigillo ipſis
» Tabellionibus præſentibus aſſignata; quæ vt poſteris noſtris via Priuilegia de-
» fendendi pateat in talibus euidenter, ad perpetuam rei memoriam hic notaui-
» mus ſub anno prædicto & Dominica memorata.

En animum, en vires Academiæ Pariſienſis illis temporibus in tuenda dignitate ſua, Iuribus & Priuilegiis, quorum quia magnam partem amiſerat ſeu incuriâ ſuorum Officiariorum ſeu maliciâ priuatorum, poſtulauit ab Officiali Curiæ Pariſienſis, vti in eorum Detentores fulmina Cenſurarum emitteret, niſi moniti reſtituerent. Et in hanc rem extat ipſius Officialis Monitorium, vt vocant, datum menſe Auguſt. anno 1327. eſtque eiuſmodi in Tabulario Vniuerſitatis.

» Officialis Curiæ Pariſienſis Omnibus Preſbyteris, Capellanis, Vicariis cæte-
» riſque Eccleſiarum Rectoribus, necnon Tabellionibus, Notariis publicis ac
» Seruientibus Vniuerſitatis Pariſ. ad quos ſeu ad quem præſentes Litteræ perue-
» nerint, ſalutem in Domino. Venerandæ diſcretionis vir Rector Vniuerſitatis

prædictæ

Digitized by Google

nomine ipſius Vniuerſitatis & pro ipſa graui nobis conqueſtione monſtrauit, «
quod nonnulli tam Clerici quàm laïci ſuæ ſalutis immemores & Deum præ ocu- «
lis non habentes, aliqua de Priuilegiis dudum eidem Vniuerſitati ab Apoſtolica «
Sede conceſſis acceperunt, habuerunt ſeu detinuerunt, & adhuc detinent ſeu «
detineri faciunt minus iuſtè in animarum ſuarum periculum, ipſius Vniuerſita- «
tis Magiſtrorum ac Scholarium eiuſdem graue diſpendium & ſcandalum pluri- «
morum, ſuper quibus dictus Rector nomine ipſius Vniuerſitatis & pro ipſa no- «
ſtræ prouiſionis remedium implorauit. Quocirca nos volentes eiſdem Vniuerſi «
tati & Rectori, provt tenemur, de remedio quo Iuſtitia ſuadente poſſumus pro «
uidere, vobis & veſtrum cuilibet mandamus, quatenus in Eccleſiis, Scholis & «
Sermonibus & omnibus aliis locis de quibus per eundem Rectorem fueritis re- «
quiſiti, publicè ſub excommunicationis pœna moneatis omnes & ſingulos, qui «
aliqua de dictis Priuilegiis ad ipſam Vniuerſitatem pertinentibus habent, deti- «
nent vel occultant, ſeu detineri faciunt per quemcunque, infra 8. dierum ſpa- «
tium, poſt monitionem huiuſmodi Rectori ipſius Vniuerſitatis reddant & reſti- «
tuant integraliter cum effectu. Verum quia iram Dei ſuper ſe prouocat, quiſ- «
quis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, moneatis inſuper ſub eadem «
pœna omnes & ſingulos ſcientes per quos aliqua de dictis Priuilegiis habeantur, «
ſeu occultentur aut detineantur minus iuſtè, quatenus *præfatæ Vniuerſitatis Re- «
ctori* ipſa Priuilegia eorumque Detentores ſeu occultatores reuelare ſeu etiam «
manifeſtare procurent, ſcituros quod aduerſus omnes & ſingulos de præmiſſis «
culpabiles, ſeu qui huiuſmodi monitioni contumaciter obedire neglexerint, ex- «
communicationis ſententiam proferemus. Datum anno Domini 1317. die Vene- «
ris ante Feſtum B. Laurentij Martyris. «

His ſubjungitur Inſtrumentum quo certior facta eſt Vniuerſitas plurimos eorum qui rei eſſe comperiebantur, operâ M. Guillelmi Langlays fuiſſe excommunicationis vinculo innodatos ex depoſitionibus Teſtium, ſic autem incipit. Cy ſont les noms des perſonnes leſquelles M. Guillaume Langlays a fait ſemondre des Priuileges des Eſcholiers de l'Vniuerſité de Paris, & les noms des Villes où ils demourent. 1. De Flotes, ou Farotes, de Flagy, de Gumery, de Bicheriau & de l'Eſpinay. I. Guillot Bicheriau a eſcommunié aggregié pour ledit M. Guillaume le Prieur de ſaint Iulien le Povre de Paris, Iuge. *Item*, Thibaudin de Launay eſcommunie & aggregie le Chantre de ſaint Honouré de Paris Iuge; & ne fut puis ſa femme ameſſiée qui elle giſoit d'enfant, & que ledit M. Guillaume les fit eſcommunier. *Item*, il fit eſcommunier le Prieur de ſaint Iacques de Troye Iuge. *Item*, Guillaume de Ferotes eſcommunie le Chantre ſaint Honouré de Paris Iuge. *Item*, eſcommunie le Prieur de ſaint Iacques de Troye Iuge, à la requeſte dudit M. Guillaume. *Item*, Perrin Grenier de Ferrotes, eſcommunie le Prieur de ſaint Iacques de Troye Iuge. *Item*, Iehannin Martinot eſcommunie le Prieur de ſaint Iulien le Povre de Paris, Iuge, &c.

Anno 1327. Vniuerſitas Pariſienſis moleſtè ferens Magiſtros & Scholares ſuos abuti priuilegijs, præſertim ijs quæ pertinent ad euocationem cauſarum ſuarum ad Curiam Conſeruationis, quia ſæpè pro rebus & litibus friuolis vocabant Reos ad Curiam iſtam, ſtatuto ſolenni cauit, ne vlli deinceps vocatorias litteras impetrarent, aut ijs vti poſſent priuſquam apud Rectorem & Deputatos cauſam expoſuiſſent, & vocandi facultatem impetraſſent. Præterea quia Rei, quibuſcum agebatur, ſæpè adeſſe non poterant, atque idcirco Procuratores conſtituebant apud Curiam Conſeruationis, declarauit nolle ſe eos juramento adſtringere, cum non eſſent Officiarij Vniuerſitatis, nec Curiæ prædictæ. Sic ſe habet ergo ſtatutum. 1327.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Schola- « STATVTVM DE LITTERIS CITATORIIS.
rium Pariſius ſtudentium ſalutem in filio Virginis Glorioſæ. In mundanis Col- «
legijs tanta diſciplinæ perfectio & regiminis ordinata quietatio nunquam vel «
rarò legitur extitiſſe, quin aliquando proprijs Domeſticorum ſuorum perti- «
nacibus nequitijs fuerit perturbata. Quamuis igitur Vniuerſitas Pariſienſis, ad «
quam de cunctis mundi regionibus illi confluunt, quibus Deus & Natura per- «
fectiones humanas deſiderare conceſſit, cuncta Collegia mundi rectitudine diſ- «

Digitized by Google

» ciplinæ laudabilis, regiminis quæ quiete delectabili præcellat, nec non irriget » & fœcundet: quia tamen in ipſius capacitate largiſſimâ congregantur quamplurimi, quorum conceptus & affectus malignos ipſa Vniuerſitas non poteſt » cognoſcere, nec tenetur, idcirco non eſt reprehenſibilis, ſi in ea, ſicut in Col- » legijs cæteris minoribus inueniantur aliqui delinquentes, *verum ſicut fidelis & » diligentis Agricolæ ſedulitas ab agris fertilibus herbas & ſpinas peruerſas electorum » fructuum deſtructiuas præter eius intentionem naſcentes radicitus euellere tenetur, ſic & » Nos qui quotidie iubente Domino prædicamus Iuſtitiam, malorum punitiones, etſi in- » corrigibiles & inſanabiles inueniantur, totales exterminationes credimus perſuadere, ne » ſuis contagionibus peruerſis ſimplices deprauent & inficiant innocentes, quod tunc rectè » agere credimus, cum viam malorum præcludimus, abuſores corrigimus, obnoxia ſub- » trahimus & ſalubria procuramus.* Sanè cum in Curia Conſeruatoris Priuilegio- » rum noſtrorum tam ſuper participatione quàm ſalario, nec non ante actis, quod » plures abuſus perpetrentur, ſuper quibus dicta Vniuerſitas & perſonæ eiuſdem » multipliciter denigrantur, Nos volentes ſuper his congruum remedium » adhibere, ſtatuimus & ordinamus, quod nullus ſiue ſit Magiſter, ſiue Scholaris » de cætero aliquam litteram Citatoriam tam ſuper participatione quàm ſalario, » aut ſecundum retroacta in dicta Curia Conſeruatoris audeat impetrare, *niſi » prius coram Rectore & Deputatis ab Vniuerſitate* prædicta comparuerit, & cauſam » ſuam oſtenderit; & ſicut de alijs litteris occaſione pedagij ac pettractione extra » muros Pariſienſes, debitum præſtiterit iuramentum. Si quis autem in contrarium » præſumpſerit attentare, dicta Vniuerſitas contra eum procedet ad priuationem » perpetuam vel ad tempus aut ſecundum quod ei videbitur expedire. Inſuper » cum in Priuilegio Apoſtolico teneatur, vt Officiales in Curia dicti Conſerua- » toris in præſentia dictæ Vniuerſitatis ad iuramentum adſtringantur, quod of- » ficium ſuum fideliter exercebunt, decernit ipſa Vniuerſitas quod Procuratores » miſſi à diuerſis Mundi partibus ad defenſionem Citatorum (niſi in dicta Curia » ſolri ſint huiuſmodi officium communiter exercere) non debent adſtringi ad » huiuſmodi iuramenta, cum tales non ſint communes dictæ Curiæ Officiales » nec Procuratores; & ne ob hoc reputentur immeritò eorum Domini contuma- » ces. Data fuerunt hæc in noſtra Congregatione Generali apud S. Mathurinum » facta per venerabilem *& diſcretum virum M. Ioannem Buridan Rectorem Vniuer- » ſitatis* ſupradictæ anno 1327. die Martis in Octaua Purificationis B. Mariæ Vir- » ginis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus » apponendum, anno, die & loco ſupradictis.

Eodem anno Natio Gallicana Statutum condidit circa Scholas legentium extra vicum ſtramineum, quod legitur in libro Procuratorum Nationis Gallic. ſub hoc titulo. *Statutum de modo ſoluendi Scholas vel aulas legentium extra vicum, & quomodo non debent habere vltra duos Determinantes ad plus.* Tale autem eſt.

STATVTVM NAT. GALL. DE SCHOLIS EXTRA VICVM STRAMINEVM.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Nos omnes & ſinguli Magiſtri Na- » tionis Gallic. Pariſius in Artium Facultate ſtudentes ſalutem in Domino ſempi- » ternam. Noueritis quod anno Domini 1327. die Sabbati ante Dominicam, quâ » cantatur *Reminiſcere* tempore Procuratoris M. Nicolai de Villanis Natione » noſtra per Bedellum communem, vt moris eſt, apud S. Iulianum pauperem ad » ſtatuendum ſpecialiter conuocatâ, & eodem anno prædicto pro quibuſdam » aulis extra vicum ſtramineum exiſtentibus, in quibus Magiſtri legerant, ſeu le- » gere conſueuerant, fuiſſet magna pars pecuniæ noſtræ Nationis exceſſiuè con- » ſumpta, vnde Natio plus ſolito videbatur pauperior, Nos igitur de bono commu- » ni totius Nationis curantes, & pecuniam ordinatam ad bonum commune con- » ſeruare, necnon etiam multis, quæ in hoc committi poſſent, fraudibus obuiare » volentes, omnes & ſinguli nullo excepto tanquam expediens ſtatuendum eſſe » duximus in hunc modum, vt de cætero nullus Magiſter legens in Aula ſeu Ca- » mera alicuius Domus extra vicum ſtramineum exiſtentis pro ſolutione dictæ au- » læ vel Cameræ haberet à Natione vltra valorem duorum Determinantium, niſi » Nationi ſufficienter conſtaret, quod in tali loco propter multitudinem Schola- » rium legeret; & quod de habendo Scholas in dicto vico ſtraminum ſibi congruo » diligentiam bonam ac competentem feciſſet.

Extat & aliud eiuſdem Nationis ſtatutum in eodem libro de luſtratione Scho-

larum deque ſumma quam debebant ſoluere Determinantes pro Scholis. Titulus talis præfigitur. *Statutum quomodo quinque Magiſtri de quinque Prouincijs debent viſitare Scholas maiore Bedello Nationis cum eis vocato, & de Regiſtratione earum & de ſumma quam debent Determinantes ſoluere pro Scholis dictæ Nationis.* Tale autem eſt.

ALIVD STATVTVM DE LVSTRATIONE SCHOLARVM VERE REGENTIVM.

Anno Domini 1327. die Sabbati ante Brandones congregata Natione Gall. apud S. Iulianum pauperem hora Primæ, vocatis Magiſtris noſtræ Nationis Gallicanæ per Seruientem principalem vt moris eſt, cogitantes de bono communi noſtræ Nationis prædictæ & pro bono communi duximus ordinandum, ſtatuendum & inuiolabiliter obſeruandum per Nos & Succeſſores noſtros ea quæ ſequuntur. 1. Quod quolibet anno eligentur quinque Magiſtri de quinque Prouincijs conſuetis noſtræ Nationis, qui viſitent Scholas noſtræ Nationis vna cum Seruiente ad ſciendum qui habent Scholas vel habebunt, qui erit Regens & qui non, ad finem quod Scholæ verè Regentium ſoluantur & non aliæ, ne pecunia Nationis diſſipetur. Adijcientes huic ſtatuto ſeu ordinationi noſtræ quod dicti quinque Magiſtri per iuramentum ſuum & ſub omni pœna debent Scholas verè Regentium inregiſtrare & Nationi referre. Fuit etiam ordinatum quod crederetur Seruienti noſtræ Nationis de Nominibus & Scholis verè Regentium. Qui etiam Seruientes ſint aſtricti per iuramentum ſuum prædictis quinque Magiſtris de nominibus & Scholis verè Regentium dicere veritatem, & credetur eiſdem Seruientibus, niſi aliquis Magiſter probare voluerit contrarium. Et idem Magiſter per iuramentum ſuum & ſub pœna priuationis tenebitur infra biduum poſt & immediatè de contrario informare Nationem vel Deputatos à Natione ſi commodè poſſit fieri. 2. Ordinauimus quod eligetur vnus Magiſter actu Regens, qui recipiat à quolibet Magiſtro habente Determinantem vel Determinantes 13. ſolidos & 4. denarios pro quolibet Determinante, & tenebitur quilibet Magiſter per ſuum iuramentum Receptori electo à Natione de ſumma prædicta pro quolibet Determinante infra ſanctum Paſcha ſatisfacere: qui quidem Receptor aſtrictus eſt & erit per ſuum iuramentum ſatisfacere hoſpitibus Scholarum noſtræ Nationis de pecunia ab ipſo recepta ſecundum taxationem Scholarum infra primum diem legibilem poſt Quaſimodo. Et vt iſta firmiter obſeruentur à Nobis & ſucceſſoribus noſtris, præſenti ſcedulæ, ſtatuto, ſeu Ordinationi noſtræ ſigillum noſtræ Nationis duximus apponendum anno, die, loco & hora prædictis.

Eodem anno M. Petrus Paludanus Aquitanicus in ſacra Theologia Doctor libellum ſupplicem porrexit Epiſcopo Pariſienſi nomine Ioannis Haudrici Ciuis Pariſ. ad fundationem duarum Capellaniarum in Capella de Grauia iuxta Procuratorium quod ab ipſo Haudrico habuerat præſentibus F. Geraldo de Domaro Ordinis Prædicatorum, Petro dicto *Malueſtu*, Iacquemardo de Montellis dicti Ioannis Coquinario, & Bricio Maën Clerico Leonenſis Diœc. Notario publico confectum die 1. Iulij, an. 1326. quod Inſtrumentum legitur in Chartulario Eccleſiæ Pariſienſis.

Hiſce temporibus in Scholis Theologicis contentiones erant feruentiſſimæ *de Gratia & libero Arbitrio.* Erant enim qui Gratiæ meritum minuentes Naturæ plus quàm oportebat, tribuebant: ſicque in Pelagianorum errorem prolabi videbantur. Alij contra pro Gratia Dei acerrimè pugnabant, è quorum numero erat M. Thomas Braduardinus Anglus, qui à Raphaële Volaterrano & Ioanne Pico eximiæ eruditionis Scriptoribus annumeratur. Ille autem ab amicis exoratus quæ de ea materia publicis lectionibus tractauerat, tribus libris complexus eſt & primum ſic incipit.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

Magnorum & multorum petitionibus ſtimulatus inceſſanter ſollicitor vt quæ nuper de cauſa Dei contra Pelagium & de virtute cauſarum in caſtris Scholaſticorum ſolicitus militando, voce tranſeunte de improuiſo ea Scripturæ mancipem remanenti. Verum ſunt duo. Sicut Dei amici in cauſa Dei poſtulare me prouocant & confortant; rurſum & amici Pelagij ſuper numerum plures iſtorum me reuocant & deterrent. Etenim quod non niſi tactus dolore cordis intrinſecus refero, ſicut olim contra vnicum Dei Prophetam octingenti & quinquaginta Prophetæ Baal & ſimiles ſunt repetiti, quibus innumerabilis

» populus adhætebat; ita & hodie in hac cauſa. Quot, Domine, hodie cum
» Pelagio pro Arbitrio libero contra gratuitam gratiam pugnant, contra Pau-
» lum pugilem gratiæ ſpiritualem? quot etiam hodie gratiam gratuitam faſti-
» diunt, ſolumque liberum arbitrium ad ſalutem ſufficere ſtomachantur? aut ſi
» gratia vtantur, vel perfunctoriè neceſſariam ſimulant ipſam? ſed ſe iactant ſui
» liberi Arbitrij viribus promereri vt ſint. Salutem nequaquam gratuitam ſed
» venditum videri bonum, quod vel Deus omnipotens: impotentes de ſui po-
» teſtate arbitrij præſumentes, tuæ operationis auxilium in operationibus ſuis
» recuſant, dicentes cum ipſis *Recede à nobis*. Quot inſuper, Domine, ſui liber-
» tatem arbitrij extollentes tuam refugiunt ſeruitutem? vel ſi te coopetari cum
» eis, ſaltem labijs fateantur, cum illis ſuperbis & odibilibus ciuibus tuis quibuſ-
» dam te ſuper eos regnare defugiunt: imò & ſuperbiores Lucifero, æqualitate
» tui nequaquam contenti, ſuper te, Rex Regum, impudentiſſimè geſtiunt ſe
» regnare? Non enim verentur aſſumere ſuam voluntatem in actione & præire
» vt dominam, te ſubſequi ſicut ſeruum: ſe autem vt Reges præire, te tanquam
» ſubditum; & voluntati ſuæ incontingenter facientes, omnino ttibuunt liber-
» tarem in rantum, vt & contra vocem Propheticam à tua ſubiectione exemptio-
» nem prætendant, voluntatem ſuam, liberi arbitrij omnipotentiam & immuni-
» tatem, cum huc aduenerit, in præcipitium relabatur de ſumma altitudine li-
» bertatis, antequam deijcere & nouellæ neceſſitatis irreparabili ſeruituti ſubij-
» cere moliuntur. O Domine Deus meus, non niſi gemebundus recogito quot
» & quanti Iudices errores Pelagianos olim damnatos ac totius Eccleſiæ finibus
» relegatos abſoluere & reconciliare ſolicitè machinantur? Quot turgidi Aduo-
» cati pro eis vociferantut? quot improbabiles Procuratores partem eorum pro-
» curant? quot inſuper duo argumenta artificialia non habentes, ad mortifican-
» tia ſe conuertunt, & vt partem Pelagianorum extollant ſaltem clamoribus,
» horroribus, probris, vitijs, riſu & geſtu partem tuam deprimere adnituntur?
» Porro ſicut antiqui Pelagiani ventoſo nomine ſecularium ſcientiarum in-
» flati, Conſiſtorium Theologicum coutemnentes, Phyſicis argumentis confli-
» gebant; ita & Moderni. Audiui namque quoſdam Aduocatos Pelagij, licet
» multùm prouectos in ſacris apicibus, affirmantes Pelagium nunquam potuiſſe
» conuinci per naturalem & Phyſicam rationem, ſed vix arguebatur vtcunque
» per quaſdam authoritates Eccleſiæ, quas Phyſici reijciebant, quia Satrapis
» non placebant. Quapropter per rationes & authoritates Phyſicas ipſas diſpo-
» ſui refutare. Et quia inſuper Pelagiani communiter tam veteres quàm recen-
» tes, ſcripturas Canonicas & Catholicorum Doctorum ad ſuæ peruerſitatis per-
» niciem peruertere ſatagunt, ipſarum intelligentiam ſolidam elucidandam ſin-
» cerius arbitrabar. Et quia ſimiliter immoderatâ multitudine partem Dei co-
» nantur opprimere, & multâ Teſtium Dei turbâ ipſos reprimere ſtatuebam, ne
» & ipſe contra tot belluas videar ſingulariter bellare, præſertim quas videbam
» in tantis anticipari & ſublimari? Et quis effecerit iſta paucis? quot martyriis,
» quot vulneribus SS. Patres ſiluam Pelagianarum hæreſium ſucciderunt? Et
« quot adhuc propagines venenoſæ de antiquis radicitus multiplicius pullulant
» & ſuccreſcunt? ſicut enim antiquitus, ſic & modò 1. Namque horum Hære-
» ſiarcha Lucifero, nolente Deo ſubeſſe & coeſſe, per Michaëlem dejecto, ſur-
» rexit Caïn exiſtimans peccatorem nequaquam iuſtificari gratis à Deo per gra-
» tiam gratis datam, ſed pet meritum antecedens: quo diuinâ vltione proſtrato
» ſurrexit Nimroth, qui Ioſepho recitante ſuadebat hominibus vt nequaquã Deo
» adſcriberent quod ipſis feliciter eueniret: ſed quod eis hoc virtute propria præ-
» beretur, vt ſpem ſuam in propria virtute reponerent non in Deo. Multitudo
» etiam prona erat, vt eius præceptis obedirent, obſequij graue Deo ſeruitium
» reputantes. Sicque homines à Dei reuocauit timore fecitque elatos ad diui-
» nam iniuriam & contemptum. Attamen ad tyrannidem abducebat eiuſmodi
» præſumptionem ſacrilegam pet Abrahamum Patriarcham tecuſantem, ſut-
» rexerunt illi vaniloqui & magniloqui, arbitrantes labia & ſermones à ſe eſſe,
» quin & Deum hominibus dominari dedignantes. Horum & filij Sadducæi te-
» ſte Ioſepho affirmarunt, *quod vtrumque bonum & malum hominum electioni propo-*
» *natur, vnumquemque ex voluntate propria hoc vel illud eligere ſine Deo:* Quibus pet

Digitized by Google

Prophetam correptis ſurrexerunt quidam Hebræi, Græci & Romani Chriſtia- «
ni, qui dixerunt ſe meritis ſuis fidei gratiam ſuſcepiſſe. Quibus & per Apoſto- «
lum redargutis ſurrexit Pelagius, qui contra Dei gratiam & eius auxilium ſuper- «
ba bella commouit. Quo per Patres Catholicos condemnato Iulianus & Cœle- «
ſtius eandem hæreſim renouarunt, quæ etiam per Patres orthodoxos extincta, à «
Caſſiano iterum ſuſcitata, quam & Proſper caſtigauit. Circa illud tempus cœpit «
eadem hæreſis in Britannia latiſſimè pullulare, propter quam venerabili Beda in «
Eccleſiaſtica Hiſtoria Gentis Anglorum & Henrico Hottindonenſe in Hiſtoria «
Anglorum narrantibus, Germanus Antiſſiodorienſis & Lupus Trecenſis Epi- «
ſcopi, licet Dæmonibus ſæuiſſimam tempeſtatem in mari concitantibus, Ocea- «
num transfretabant, ipſamque arguentibus nedum Vocabilibus rerum & Reali- «
bus, ideſt, periculis ſtrenuè confutarunt. Sed ecce poſt paululum præciſa iam «
hæreſis virgulta peſtifera denuò reuireſcunt, ſicut iidem Hiſtoriographi con- «
ſcripſerunt. Quæ & idem Germanus & Seuerus Turonenſis Epiſcopus in Bri- «
tanniam venientes denuò reſcindere curauerunt. Adhæc ante & poſt volumina «
temporum Scotiani reliquias peſtis huius in terram Sedis Romanæ ſparſas Epi- «
ſtolas ſalutaribus expurgarunt, eodem venerabili Beda teſte. Horum & memi- «
nit S. Proſper. «

Et licet hæc ficus fatua toties ſit præciſa, toties eradicata, combuſta, inci- «
nerata & vſque ad vltimum conculcata tam latè tam densè, adhuc tamen non «
deſinit germinare, & ſuo virore vitioſo, quanto ſubtilius ſolito, tanto pericu- «
loſius propagatur. Zelo igitur zelans pro cauſa Dei manum ſciens in flammam «
mitto. Non enim ignoro quomodo Pelagiani peſtiferi animo æſtuanti tumul- «
tuoſis clamoribus oblatrabunt & dentibus effrenatis chartulam iſtam lacerare «
molientur. Et ij tamen præ cæteris ſolent liberius carpere aliena qui nihil pro- «
prium ediderunt. Sed nonne Ioſepho referente, propter hanc cauſam Chaldæi «
& Meſopotamitæ contra Abraham conſurgebant? Nonne & antiqui veri Pro- «
phetæ propter cauſam Dei à pſeudo-Prophetis quamplurima ſunt perpeſſi? «
Nonne & Quidam indocti Paulum doctiſſimum inſaniæ arguebant eiuſque præ- «
claras Epiſtolas deprauabant? Nonne & Iulianus alumnus Pelagij glorioſiſſimo «
Auguſtino imitatori Apoſtolorum & contra Pelagianos ingratos gratiæ ſtre- «
nuiſſimo defenſori quàm multiplicibus criminationibus obganniuit, ac libros «
eius ſe ventilaturum atque ſuarum ſententiarum impietatem denudaturum & «
confoſſurum jactauit? *Nonne & alij Pelagij defenſores in Gallijs Auguſtino de morte* «
jam ad vitam tranſlato ſcripta eiuſdem reprehendere præſumpſerunt? Nonne & optimam «
Chriſti ac Patrum doctrinam ſanctam ſcribæ multi peſſundabant? Et quis aut qualis «
ego ſum? ſcio quod non ſum melior Patribus noſtris tantis, nec Domino meo «
maior, &c. Credo firmiter & indubitanter æſtimo quod multi promptuli detra- «
ctores me multipliciter accuſabunt, leuiter iudicabunt & præcipitanter forſan «
condemnabunt. Sed nonne Patres noſtri tam veteres quàm recentes, ante «
legem, ſub lege atque gratia, imò & Magiſter & Dominus noſter Ieſus Chri- «
ſtus à ſimilibus ſimilia ſunt perpeſſi? quod non paucæ teſtantur hiſtoriæ & or- «
dinem huius Tragœdiæ tangunt. Et quis ego tantillus, puttidus & vermis, «
vnde tantis & talibus reputarer comparandus? Cur igitur cum eis timeam per- «
peti aut refugiam tribulati, vt ſit ſaltem, licet multùm diſſimiliter & diſtanter, «
veruntamen qui me errare putauerit, hortante quæſo Timotheum Apoſtolo, «
ſuauitate conſiliorum atque etiam conſulto conſimiliter vt aduertat ſeipſum eſſe «
hominem, ſimilem ei, infirmitate circundatum, vanitate ſui multitudine erra- «
bundum caueat ne forſitan ipſe erret: tum ſtatuo quod ſi erro, probabiliter «
erro, quia non ſolus, ſed cum multis & magnis autoritatibus Apoſtolicis, cum «
multis quoque & magnis rationibus probabilibus nec facilè reprobandis. Vnum «
quoque peto humiliter & requiro, vt qui me errare contenderit, rationes & au- «
toritates noſtras contrarias minuentes & iuſtâ ſtaterâ, non fauorabili aut dolo- «
sâ & probationem ſententiarum amplient. Puto ſiquidem confidenter, imò mihi «
videor ſcire, quod pro ſententia partis contrariæ eſſent tot & tam validæ ratio- «
nes & autoritates tam modulatæ, tam conſonæ. At pro ſententiâ partis huius «
tam marcidæ rationes & autoritates tam abſonæ quod hæc ſententia iam olim «
fuiſſet canonizata. *Harum quoque ſententiarum qualitates contrarias videor perſpi-* «

» *cuè dijudicare, quòd quanto nuper ambæ ſententiæ in Conſlatorio Scholaſtico diutinè*
» *vehementius temperabantur & diligentius probabantur, hæc ſemper velut aurum præ-*
» *clarior eſſe, illa velut aurichalcus ſeu ſcoria obſcurari videbatur.*

Hæc & aliquantò plura refert Mathias Flaccus Illyricus lib. 18. Catalogi Teſtium veritatis ex Manuſcripto: quod neſcio an typis mandatum fuerit. Eandem ſententiam videntur acerrimè quoque propugnaſſe Gregorius Ariminenſis, Andræas de Caſtro in 1. Sent. d. 45. & Ioannes Buridanus in 3. Eth.

Errores M. Marsilii. Eodem anno Ioannes Pontifex damnauit M M. Marſilium de Padua ſeu Patauinum & Ioannem Iandunum Ludouici Bauari ſeductores, excommunicationiſque Sententiam in eos promulgauit 10. Kal. Nouemb. Ediderat Marſilius pro Ludouico *Defenſorium Pacis*, in quo non contentus docere Donationem illam Conſtantini tantopere prædicatam, nullam vnquam fuiſſe, fruſtraque ex ea Pontificios argumentum ſumere dominij temporarij in Principes & Reges; quod & alij verè Catholici poſt eum docuerunt, paulo audacius multa ſcripſit contra Primatum Papæ, & falſa etiam ac hæretica nonnulla.

1. Nec Papam nec Miniſtrum vllum Euangelij iure Diuino habere dominium in policia aut Eccleſia; ſed Magiſtratibus hoc eſt Principibus ſubeſſe debere.

2. Principes ſolos ius habere dominij, eoſque Clericis & Papæ præeſſe iure diuino.

3. Epiſcopos & Preſbyteros nec Principatum nec diuitias amplas poſſe poſſidere.

4. Apoſtolos æquales fuiſſe officio & dignitate, pareſque ſimiliter eſſe eorum ſucceſſores.

5. Controuerſiarum de Religione diſceptationem non à Papa ſed à Concilio petendam.

6. Concilij eſſe, non Papæ ritus Eccleſiaſticos præſcribere, Principes aut populum excommunicare. Eiuſdemque non Papæ, viros, pietate conſpicuos in Cælitum catalogum adſcribere. Hæc ille & plura alia, præſertim vt Pontifici gladij poteſtatem adimeret; contra quã ſi ſolùm dixiſſet, plures habuiſſet, etiam Catholicos, Defenſores; nec in hoc ab Academicis noſtris reprehenſus eſt, ſed in 4. capitibus, quorum lata eſt Cenſura à Facultate Theologica anno 1330. quæ extat in l. 1. Regiſtrorum Concluſionum ipſius Facultatis.

1. *Quod*, ex mente Marſilij, *B. Petrus Apoſtolus non plus fuit caput Eccleſiæ quàm quilibet aliorum Apoſtolorum, nec habuit plus autoritatis quàm habuerunt alij Apoſtoli. Et quod Chriſtus nullum caput Eccleſiæ ſuæ nec aliquem ſuum Vicarium in terris conſtituit.*

2. *Quod ad Imperatorem ſpectet corrigere Papam, punire, inſtituere & deſtituere.*

3. *Quod omnes, ſiue ſint Papa, ſiue Archiepiſcopus, ſiue Sacerdos ſimplex quicunque, ſunt æqualis authoritatis & Iuriſdictionis ex Inſtitutione Chriſti; ſed quod vnus habeat plus autoritatis quàm alius, hoc eſt ſecundum quod Imperator conceſſit plus vel minus; & ſicut conceſſit, reuocare poteſt.*

4. *Et vltimò quod Papa vel tota Eccleſia ſimul ſumpta nullum hominem quemcunque ſceleratum poteſt punire punitione coactiua, niſi Imperator daret eis autoritatem, velut ſacræ fidei contrarios, & fidei Catholicæ inimicos hæreticos, ſeu hæreticales & erroneos.*

Quos abominabiles errores nefariæque & hæreticæ ſchiſmaticæque impietatis dogmata eadem Facultas ſanctiſſimi Patris, Vniuerſalis Eccleſiæ Monarchæ juſſis obſequens condemnando deteſtata eſt. Eademque cum accepiſſet Marſilij errores in Linguam Gallicanam ad contumeliam S. Sedis à nonnullis verſos fuiſſe, conata eſt Autorem detegere, vt vel illum Cenſuræ ſuæ mucrone feriret, vel Iudicis ſecularis gladio feriendum denunciaret.

Eodem anno M. Iacobus Fornerius ſeu Furnus cognomento *Nouelli* Doctor Theologus Facultatis Pariſ. promouetur ad Cardinalarum; & Ioanni poſtea ſuccedens Benedicti XII. nomen aſſumpſit.

Eodem anno defuncto Carolo Pulchro Regi ſucceſſit Philippus Valeſius: à quo habuit Vniuerſitas Priuilegiorum ſuorum confirmationem & nouorum

quorundam acceſſionem è ſacris autem Remenſibus reuerſum excepit Vniuerſitas pro more quàm ſincero potuit amoris erga eum ſui argumento. Neque hoc omiſit Æmilius. *Philippus Valeſius*, inquit, *Rex ſalutatur ſacraturque quantâ non alius multis ſeculis celebritate, frequentique Procerum cœtu poſt Remenſia ſacra ad Dionyſij Pariſiorum venit; ac ibi quoque ceremonijs ſolennibus peractis, Sacerdotio Ciuitatis ſacris inſignibus velato* NEC NON LIBERALIVM ARTIVM DOCTORIBVS MVSÆIQVE SCHOLASTICIS AD PORTAS OPERIENTIBVS; *ad hæc Patribus in purpura Decurionibus cum bicolore veſte; nec non Authoribus ſummarum extra portas continentiaque ac ſuburbana ædificia in equis occurrentibus, ipſe Rex cum Regiæ ſtirpis inclytarumque familiarum Proceribus, reliqua etiam Nobilitate, & ipſa maximâ ex parte torquata & ſagulis virgatis auroque intertextis, equiſque magnificentiſſimè inſtratis excultiſque vrbem Regiam ſub ſacra ipſe vmbella intrans excipitur lætis fauſtiſque omnibus, plauſuſque, omni Ordine, omni ætate proſperum felicemque ingreſſum apprecante.*

Anno 1328 Ludouicus Bauarus elatus, vt diximus, Minoritarum fauore Romam ingreſſus, nouiſque de Pontificum creatione & ſeſſione legibus factis die 12. Maij nouum Pontificem creat F. Petrum Rainalucium de Corbaria Minoritam, eique Nicolai V. nomen indidit, poſt conſecrationem eiuſdem à Schiſmaticis & exauctoratis Epiſcopis factam. Qui mox Bauarum in Cæſarem conſecrauit & vnxit, multos ſuæ Gentis Epiſcopos ordinauit, Cardinales creauit, Officia diſtribuit, & in omnibus ſe Pontificem geſſit. Quibus auditis Auenione, Michaël Ceſenas Minoritarum Generalis, Bona-gratia Bergomenſis & Guillelmus Ochamus Minoritæ qui ibi detinebantur à Pontifice, quod nollent Decretis Pontificijs circa paupertatem Euangelicam editis ſubſcribere, clam aufugiunt ad Corbarium & Bauarum, authoreſque ſunt vtrique promulgandæ ſententiæ & ſuſpenſionis in Ioannem tanquam in hæreticum. Eoruudem operâ Pariſijs ad valuas B. Mariæ & ad Prædicatorum Minorumque ædes affixi ſunt libelli contra eundem Pontificem, quibus eum Hæreticum & ab Eccleſia præciſum denunciabant, maximè ob paupertatem Euangelicam ab eo impugnatam. Alias quoque litteras miſit Nicolaus ille Antipapa ad Epiſcopum Pariſienſem & ad Vniuerſitatem, ſed clauſas: quas quoniam ſuſpectas habebant, habitâ deliberatione miſerunt ad Ioannem, expectantes, quid ſuper his agendum foret. Ita refert Spondanus. Illos autem omnes Pontifex Excommunicationis vinculis irretitos denunciauit. Okami Doctrinam Vniuerſitas cenſurâ dignam putauit, vt ſuo loco referemus. 1328.

Cæterum Ceſenas in Comitijs Bononienſibus ſui Ordinis reelectus fuit Miniſter Generalis. At à Ioanne Bertrandus Cardinalis Oſtienſis eiuſdem Ordinis fuit Generalis conſtitutus.

Eodem anno ſolenne Statutum ab Vniuerſitate conditum eſt contra Scholaſticos Scholas Magiſtrorum minus aſſiduè frequentantes, vetitumque ne vllus Magiſter Regens ſuam ſcedulam daret niſi veris & frequentibus in ſua Schola Diſcipulis; hoc eſt ne atteſtaretur in gratiam illius Scholaſtici, niſi quem nouiſſet in audiendo & ſtudendo aſſiduum. Statutum eſt eiuſmodi.

STATVTVM VNIVERSITATIS DE SCHOLARIBVS VERIS ET PRIVILEGIATIS.

Vniuerſis præſentis litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis nos Statuta, Ordinationes ſiue Conſtitutiones feciſſe, conſtituiſſe, ac in modum qui ſequitur, ordinaſſe. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in filio Virginis Glorioſæ. In mundanis Collegijs tanta Diſciplinæ perfectio & regiminis ordinata quietatio nunquam vel rarò legitur extitiſſe, quin aliquando proprijs domeſticorum ſuorum pertinacibus nequitijs fuerit perturbata. *Quamuis igitur Vniuerſitas Pariſienſis, ad quam de cunctis mundi regionibus illi confluunt quibus Deus & natura perfectiones humanas deſiderare conceſſit, cuncta Collegia mundi rectitudine diſciplinæ laudabiliſque regiminis quiete delectabili præcellat, nec non irriget & fœcundet;* Quia tamen in ipſius capacitate largiſſima congregantur quamplurimi, quorum conceptus & affectus malignos non poteſt ipſa Vniuerſitas cognoſcere, nec tenetur, idcirco non eſt reprehenſibilis, ſi in ea, ſicut in Collegijs cæteris alijs minoribus inueniantur aliqui delinquentes. *Igitur ſicut fidelis & diligentis*

» *Agricolæ ſedulitas ab agris fertilibus herbas & ſpinas peruerſas electorum fructuum de-*
» *ſtructiuas præter eius intentionem naſcentes radicitus euellere tenetur, ſic & Nos qui*
» *quotidie perhibente Deo prædicamus malorum punitiones, vt ſi incorrigiles & inſanabiles*
» *inueniantur, totales exterminationes credimus perſuadere, ne ſuis contagionibus peruer-*
» *ſis ſimplices deprauent & inficiant innocentes.* Quod tunc rectè agere credimus, cum
» viam malorum præcludimus, abuſores corrigimus, obnoxia ſubſtrahimus &
» ſalubria procuramus. Sanè cum in Curia Conſeruatoris Priuilegiorum noſtro-
» rum tam per Scholares noſtros, ſi Scholares dici debent, quàm per Officiales &
» Promotores ſiuè Procuratores dictæ Curiæ quamplures abuſus perpetrentur,
» ſuper quibus dicta Vniuerſitas & perſonæ eiuſdem multipliciter denigrantur,
» Nos volentes ſuper hoc congruum remedium adhibere, ſtatuimus & ordina-
» mus, quod quilibet Magiſter noſtræ Vniuerſitatis cuiuſcunque ſit Facultatis,
» teneatur iurare in ſuo principio, ſcilicet quando incipiet eſſe Regens, quod
» tempore quo erit Regens, nulli Scholari præbebit teſtimonium de Schola-
» ritate, nec dictum Scholarem Rectori præſentabit pro habendo quamcunque
» litteram à Conſeruatore ſeu à Rectore, niſi ipſum credat eſſe verum Schola-
» rem & niſi Scholaris prius prædicto Magiſtro cuiuſcunque Facultatis exiſtat,
» iurauerit quod eſt & intendit eſſe verus Scholaris, & tenebitur dictus Scho-
» laris in fine cuiuſlibet menſis accipere ſcedulam de Scholaritate ſua à Magiſtro
» ſub quo erit, & à quo audiet, & illam præſentare Rectori & Deputatis totiens
» quotiens voluerit habere litteras à Rectore vel Conſeruatore, vel aliàs non
» gauderet priuilegijs, & nullo alio modo concederet dictus Rector litteram ei-
» dem Scholari. Et ſi contingat aliquem Scholarem, cuiuſcunque Facultatis ſit,
» procurare litteram citatoriam vel reprimendam, ipſe iurabit coram Deputatis
» & Rectore quod credit ſe habere bonam cauſam ſecundum tenorem Priuile-
» giorum Vniuerſitatis, & verbis Latinis coram Rectore narrabit per ſeipſum me-
» rita cauſæ ſuæ. Etſi poſtquam dictus Scholaris habuerit litteram citatoriam
» ſub quocunque Magiſtro cuiuſcunque Facultatis & ad notitiam dicti Magiſtri
» perueniat, quod ille Scholaris pro quo perhibuit teſtimonium, non amplius
» frequentet Scholas ſuas, dictus Magiſter cuiuſcunque Facultatis ſignificabit
» Rectori, & Rector tenebitur procurare ſuſpenſionem cauſæ dicti Scholaris in
» Curia Conſeruatoris. Et quia, vt prius dictum eſt, non ſolum *per Scholarem, ſed*
» *etiam per Officiales & Procuratores ſiue Promotores dictæ Curiæ quamplures* abuſus
» perpetrantur citando ſeu citare faciendo ex Officio quamplurimos, nullâ prius
» ſuper hoc informatione factâ, aliquando ſub nomine Scholarium, aliquando
» ſub ſuis proprijs nominibus, Ordinamus quod totiens quotiens voluerint fa-
» cere citationes ex Officio, *veniant coram Rectore & Deputatis* & iurent iureiu-
» rando quoad merita Cauſæ ſuæ, ſe habere bonam cauſam. Et quod ſi contingat
» prædictos *Officiales, Procuratores ſiue Promotores* ſuccumbere in cauſa, ipſis ſoluere
» expenſam. In cuius rei teſtimonium Sigillum Vniuerſitatis prædictæ præſen-
» tibus litteris duximus apponendum. Datum & actum apud S. Mathurinum in
» Congregatione noſtra Generali, anno Domini 1328. die Lunæ poſt feſtum
» S. Vincentij.

Eodem anno iuxta Statutum ſupra relatum de litteris Scholaritatis nemini tradendis, qui verus & aſſiduus Scholaris non eſſet, factum eſt Inſtrumentum publicum à Garino de Pymino Notario publico, poſtulante *M. Roberto de Pilmor* tunc Vniuerſitatis Rectore: quo Inſtrumento publico cauetur, ne vllus Magiſter expediat vlli Scholari litteras ſtudij antequam tactis ſacroſanctis Euangelijs iurauerit in præſentia Rectoris & Deputatorum ſe nemini tradi-turum niſi qui Scholam ſuam aſſiduè frequentauerit. Tale autem eſt illud Inſtrumentum.

De litteris Scholaritatis.

» In nomine Domini, Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumen-
» tum cunctis pateat euidenter, quod anno eiuſdem 1328. die 3. menſis Septemb.
» Indictione 11. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri D.
» Ioannis Diuina Prouidentia Papæ XXII. anno 12. in mei Notarij publici &
» Teſtium infra Scriptorum præſentia conſtitutus M. Robertus de Pilmor Rector
» Vniuerſitatis tunc temporis, Magiſtrorum & Scholarium Pariſienſium circa ho-
» ram Tertiæ in Congregatione Generali apud S. Mathurinum Pariſ. tenens in
manu

Digitized by Google

manu ſua quandam ſcedulam legit ibidem quædam ſtatuta in eadem ſcedulâ « contenta coram omnibus ibidem exiſtentibus, cuius quidem ſcedulæ tenor di- « cta ſtatuta continentis ſequitur in hæc verba. *Vt malitiis & fraudibus eorum qui* « *ſub prætextu Scholaritatis, Priuilegiis & Libertatibus Vniuerſitatis fallaciter abutun-* « *tur, via, prout eſt poſſibile, præcludatur*, ſtatuimus quod de cætero nulli Scholari « per Rectorem vel Deputatos qui pro tempore fuerint, Littera aliqua ſub quavis « forma ſignetur, vel concedatur, ſeu aliquatenus admittatur, niſi Magiſter cu- « ius Scholas frequentabit Scholaris, Sacroſanctis Scripturis prius corporaliter « tactis in præſentia Rectoris & Deputatorum qui pro tempore fuerint, iuret « quod credit illum eſſe verum Scholarem, non fictum, volentes quod licet in prin- « cipio cauſæ vel negotij fuerit huiuſmodi præſtitum iuramentum, non tamen « ſufficiat quoad alias Litteras poſtmodum obtinendas: imò pro quacunque « littera in eodem vel alio negotio obtinenda forma prædicta iurabitur per Ma- « giſtrum. Iniungentes nihilominus Rectori & Deputatis qui pro tempore fue- « rint, & eorum ſingulis ſub debito iuramento, ne litteras quibuſuis Scholari- « bus aliter quàm prædictum, ſignent ſeu concedant, vel etiam quovis modo « ſcienter tranſire permittant. Verum ne grauiores perſonas ex hoc nimium fati- « gari contingat, volumus pro Magiſtris in Theologia, Canonica vel Phyſica « Facultate ſufficiat ſemel in anno, maximè circa principium ſtudij in Congre- « gatione Generali præſtare huiuſmodi iuramentum, videlicet quod non perhibe- « bunt pro aliquo teſtimonium quem non credent verum eſſe Scholarem; & ex « tunc ſufficiet Scholari ſcedula ſignata ſigillo Magiſtri ſic iurati continens eum « ſuum eſſe Scholarem. Scholari verò qui litteras obtinere voluerit, coram Re- « ctore & Deputatis perſonaliter comparebit, & verbis Latinis ſeriatim & ſine « interpoſitione verborum Gallicorum negotium ſuum per ſe non per alium ex- « plicabit totaliter. Iniungentes pari modo Rectori & Deputatis, qui pro tem- « pore fuerint & eorum ſingulis, ne quibuſcunque Scholaribus quovis modo « litteras concedant, vel ſignent & tranſire permittant, niſi Scholaris prædicta « ſeruauerit cum effectu. Adjicientes nihilominus quod idem Scholaris perſona- « liter tactis ſacroſanctis Scripturis præſtet corporaliter iuramentum, quod ipſe « verus Scholaris exiſtit. Quâ quidem ſcedula ſic ibidem publicè lectâ & in deli- « beratione poſita, deliberauit Decanus in Medicina qui erat pro tempore pro ſe « & Facultate ſua in hunc modum. Placet nobis, quod iſta ſtatuta ſiue remedia « & ab inde & exinde confirmentur: & eodem modo deliberauerunt Decretiſtæ & « Theologi. Super quibus omnibus præfatus Rector petiit à me publico Notario « ſibi fieri publicum Inſtrumentum. Acta fuerunt hæc Pariſius anno, Indictione, « menſe, die, loco & hora prædictis. Præſentibus ad hæc venerabilibus & diſcre- « tis *M. Petro de Abbatis-villa & Nicolao Cordiſer in Theologia*, Ioanne de Ville- « roſe & Ioan. Depruniaco in Decretis, Ioanne Pipe & Iacobo de Cancaranaua « in Medicina, Ioan. de Diuione ac Henrico de Sandoya in Artibus teſtibus ad « præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. *Et ego Garinus de Pymino Clericus Senonenſ.* « *Diœceſ. publicus authoritate Apoſtolica Notarius vna cum teſtibus ſupradictis*, dum « hæc omnia & ſingula fierent & ordinarentur, præſens interfui, & hoc publicum « Inſtrumentum ſcribi feci & in formam publicam redegi, meque ſubſcripſi & ſi- « gno meo conſueto ſignaui adhæc ſpecialiter requiſitus & rogatus. «

Ex hoc inſtrumento manifeſtiſſimè liquet non omnes Vniuerſitatis delibera- tiones & concluſiones fuiſſe exceptas & conſcriptas à Notariis publicis, ſed eas tantùm quæ in publicam formam erant redigendæ. Etenim Rector ſcedulam legere voluit in qua quædam ſtatuta continebantur jam facta; fuerant ergo illa ab aliquo ſeu Scriba ſeu Scribæ officio fungente conſignata & Rectori tradita, quæ vt firmiori robore munirentur, ea per *Notarium publicum* in formam juri- dicam & magis authenticam redacta ſunt. Quæ omnia indicant præter Nota- rium, fuiſſe in Vniuerſitate Scribam ordinarium qui ſingulis Comitiis & delibe- rationibus intereſſet.

Eodem anno menſe Iunio obiit M. Thomas de Bailly Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis, cuius varij Tractatus de rebus Theologicis ſeruantur in Bibliotheca San-Victorina. Ei ſucceſſit M. Ioannes de Bleſis & præſtitit jura- mentum ſolitum Rectori & Vniuerſitati in Capitulo Pariſienſi, præſente Epiſ.

copo & duobus Magiſtris ab Vniuerſitate delegatis, juxta tenorem Bullæ Gregorianæ quæ incipit *Parens ſcientiarum.*

1329. Anno 1329. vehementes fuerunt in Eccleſia Catholica diſſenſiones vtriuſque Pontificis causâ. Nicolaus quidem ſeu Corbarius præſente Ludouico Bauaro Ioannem publico in Conuentu & eos qui à Ioanne ſtabant, iterum anathemate damnauit. Quinimo referunt Quidam Chronologiſtæ factam fuiſſe Ioannis imaginem de ſtramine; tum Pontificalibus infulis & ornamentis indutam publicè de Gradu Pontificio deiectam & concrematam fuiſſe. Ioannes verò Corbarium, Michaëlem de Ceſena & alios eiuſdem farinæ homines iterum ac tertiò anathemate ferit, comprehendique iuſſit.

Atque vt ab Eccleſia ſchiſma tolleretur citius & facilius, Minoritæ Pariſiis Generale Capitulum indicunt & celebrant: cui præſedit Bertrandus ille Cardinalis Oſtienſis, à Ioanne Vicarius Ordinis conſtitutus. Hæc Comitia vt auerteret & impediret Ceſenas, ſcripſit ad Ioannam Reginam Franciæ ſubmonens ea haberi ſupplantandæ Religionis ſeu Ordinis Franciſcani causâ, intempeſtiuè verò celebrari, quoniam ſecundùm ſancti Franciſci de triennio tantùm in triennium eſſent habenda. Illa protinus ad Ioannem Pontificem dat Ceſenatis gratiâ litteras efficaciſſimas, quibus metum ſuum ſignificabat, ne Religio detrimentum pateretur. Pontifex ad eam confeſtim iſtas.

CONTRA MICHAELEM DE CESENA.

» IOANNES Epiſcopus S. D. Dilectæ filiæ Ioannæ Franciæ Reginæ Illuſtri » Sal. & Apoſt. Bened. Læta manu receptis litteris Regiis nobis per dilectum filium Remigium de ſancta Margareta Ciuem Lugdunenſem nouiſſimè præſen» tatis, ipſarum nobis innotuit ſeries ſincerum affectum quem ad Nos ſtatumque » noſtrum pacificum, ac Fratrum Ordinis Minorum ſtatum proſperum gerit Re» gia Celſitudo. Et quia *Res eſt ſolliciti plena timoris amor*, licet aliàs eundem Or» dinem Regia circunſpectio nobis duxerit commendandum, Noſque intentio» nem noſtram per noſtras ſibi duxerimus litteras explicandam; quia tamen lin» gua tertia contrarium eius quod ſcripſimus, non eſt verita ſeminare, recom» mendationem eiuſdem Ordinis iterat, & de iis quæ profert lingua tertia, an » veritati conſonent, per nos poſtulat edoceri. Profectò filia Cariſſima, reſpon» ſionem quam ſibi ſupra præmiſſis per noſtras fecimus litteras, obliuio de noſtra » memoria non deleuit. Et vt de affectione quam ad eundem Ordinem geri» mus, ſollicitudini Regiæ ſatisfiat, indubiè volumus Excellentiam Regiam iſtud » ſcire, quod ex tunc affectus noſter ad eundem Ordinem auctus eſt merito, non » mutatus. Ex tunc enim non obſtante quod ille Petrus de Corbario reputatione » Frater eiuſdem Ordinis Cathedram B. Petri præſumptuosè nimium tentauit » occupare ſeque ſummum Pontificem à ſuis ſequacibus fecerit nominari, Mi» chaël quoque olim eorum Miniſter nonnullis ſuis ſequacibus à noſtra & Sedis » Apoſtolicæ obedientia ſe velut Schiſmaticum & Hæreticum duxerit ſubſtra» hendum, Miniſtriſque dicti Ordinis & aliis Fratribus Petrus & Michaël ſupra» dicti ſub pœnis grauibus per ſuas litteras duxit injungendum, ne venerabili » Fratri noſtro Bertrando Epiſcopo Tuſculano, quem dicto Ordini quouſque » de Miniſtro ordinatum foret, Vicarium dedimus, in aliquo non parerent, nec » noſtras, ſeu eiuſdem Vicarij Sententias excommunicationis vel alias nullatenus » obſeruarent, ſed Interdicta per nos poſita violarent, Ordo tamen prædictus » generaliter vbique paucis exceptis perſonis vilibus, quæ ferè omnes propter » eorum delicta dudum carceri adiudicati fuerant, vel erant præſentialiter iudi» candi, adeo promptè & plenè noſtris & dicti Vicarij paruere mandatis, ſicut » vnquam ſummo Pontifici vel ſuo vero Miniſtro paruit dictus Ordo. Interdicta » quoque noſtra ſeruauerunt, vbi potuerunt Fratres dicti Ordinis, vbi verò non » potuerunt, fugientes de locis illis, ſe ad loca vbi ſeruare poterant, transtule» runt. Contra fautores quoque Petri & Michaëlis tam Inquiſitores hæreticæ » prauitatis eiuſdem Ordinis, quàm Miniſtri & alij ad quos poterat pertinere, di» uerſos proceſſus fecerunt & ſententias protulerunt, ac in præſenti omnes Miniſtri » & Fratres alij pro Generali Miniſtro opportunè ſpretis mortis periculis, quod » erat incredibile, properant verſus Pariſios greſſus ſuos. Nonne per hæc, Filia » Chariſſima, meruit dictus Ordo, ſed & promeruit merito gratiæ & fauoris aug» mentum? Quod autem de prorogando Capitulo dictæ litteræ continebant, cum

Digitized by Google

ſiam Miniſtri omnes Italiæ & fratres alij pro Generali Capitulo opportunè «
tranſiſſent Alpes, *& verſus Pariſios cum omni feſtinatione dirigerent greſſus ſuos*, «
non potuimus exaudire, pro certo tenentes, cariſſima filia, quod qui tibi ta «
lia ſuaſerunt, aut hæc fecerunt doloſa ſuggeſtione ſeducti, vel quia Ordinem «
non diligunt, vel modum neſciunt diligendi. Expedit equidem Ordini ſupra «
dicto, vt potius regatur per Generalem Miniſtrum qui poſſit loca viſitare, «
provt expediens viderit, quàm per Vicarium, cui hoc forſitan non licebit. Vo- «
lumus autem indubiè filia cariſſima te tenere, quod Generale Capitulum in «
inſtanti feſto Pentecoſtes celebrandum fuit, per præcedens Generale Capitu- «
lum iuxta ſtatuta eiuſdem Ordinis ordinatum, licet enim de triennio in trien- «
nium ſit Generale Capitulum in dicto Ordine celebrandum, hoc locum habet, «
cum ſupereſt Generalis Miniſter. Sed ſi interim morte Generalis Miniſter eſſe «
deſierit, vel aliàs Miniſteriatus Officio ſit priuatus, ſicut fuit præſenti tem- «
pore, in inſtanti feſto Pentecoſtes eſt Generale Capitulum celebrandum. Cæ- «
terum deſideramus filia cariſſima continuè vtriuſque regalis excellentiæ ha- «
beas ſoſpitatem, quam ille dignetur concedere, cui cum voluerit, ſubeſt «
poſſe. Datum Auenioni 3. Non. Maij, Pontif. noſtri an. 13. «

Igitur Pariſijs Capitulum Generale celebrant Minoritæ & Miniſtrum Generalem creant Gerardum Odonis ſeu Othonis Doctorem Pariſienſem, Pontifici Ioanni gratum & familiarem. Ille verò ſtatim de conſenſu vnanimi Prouincialium Miniſtrorum & cæterorum Definitorum Capituli ad tollendas deinceps cauillationes omnes ſophiſticas, Nicolai III. & Ioannis Conſtitutiones de paupertate Euangelica conciliat, & Petrum de Corbaria, Michaëlem de Ceſena, Bona-gratiam, Okamum & Franciſcum Eſculanum Minoritas alioſque aſſeclas publicâ ſententiâ Excommunicationis priuationiſque pœnas tanquam manifeſtos & notorios Apoſtatas incurriſſe pronunciat.

Lis magna inter Eccleſiaſticos Iudicas et Regios.

Hoc anno acta eſt celebris illa cauſa Epiſcoporum & Prætorum Regiorum, ſeu Eccleſiaſticorum & ſecularium Iudicum. Prætores Regij teſte Maſſonio omnem Iuriſdictionem ad Epiſcopos tranſire conquerebantur; Epiſcopi verò à Prætoribus iniuriam ſibi fieri prædicabant, quod Eccleſiaſticam liberratem infringere quantum in ſe erat, non dubitarent. Philippus Rex de hacce contentione cogniturus (nam ante agitabatur in Curia Pariſienſi) Lutetiam eos conuocauit menſe Septembri. Tum Petrus Cunerius ſeu de Cunerijs, (vulgò & corruptè *M. Pierre du Coignet*) ex Ordine Equeſtri Conſiliarius & Aduocatus Catholicus in Senatu Pariſienſi Prætorum cauſam egit acerrimè, aduerſus quem pro Iuriſdictione Eccleſiaſtica egerunt Petrus Rogerij Electus Senonenſis, qui deinde ad Pontificatum maximum promotus eſt & vocatus Clemens VI. & Petrus Bertrandi Æduenſis Epiſcopus, deinde Cardinalis. Primas ſcilicet reſponſiones ad obiecta Cunerij fecit Rogerius, vt ait Spondanus, cæteras Bertrandus. Hi ergo generoſſimi athletæ inquit, in ſuis defenſionibus Reges Francorum fando deuocarunt de cœlo, Carolum M. Ludouicum Pium, Ludouicum IX. cognomento ſanctum, eorumque opem maximâ contentione implorarunt, vt qui in vita Eccleſiam armis protexiſſent, liberalitate cumulaſſent, nunc cœleſtis gloriæ participes deſertam eſſe nollent. Extant vtriuſque Partis argumenta in Bibliotheca Patrum, vbi & legitur Epiſtola Philippi Regis ad Epiſcopum Æduenſem. His verbis

Philippvs Dei gratia Francorum Rex, Dilecto & fideli noſtro Epiſcopo «
Æduenſi Sal. & Dilectionem. Quantò magis ſcientia diuina diuinarumque «
ſcripturarum notitia ac cæterarum virtutum Magiſtra experientia vigent in «
vobis, tantò plenius noſtis quantum & qualiter omnes & ſinguli Clerici & «
Laïci Regni tanquam membra ſimul in vno corpore viuentia ſibi ad inuicem «
tenentur compati mutuumque præſtare conſilium & auxilium temporaliter «
ad defenſionem & cuſtodiam vnitatis & pacis optatæ cunctis mortalibus & «
veræ vnionis, & contraria ſuis quique contenti iuribus, pro viribus propulſan- «
da. Cum igitur ad noſtram ductum fuerit notitiam, quod vos Genteſque & «
Officiales veſtri aſſeritis per Balliuos & Officiarios noſtros & per Barones ali- «
quos Regni noſtri Franciæ vobis ac ſubditis veſtris, dictique Balliui & Officia- «
lès noſtri ac Barones prædicti aſſerunt etiam per vos & Officiales veſtros ac «

per Curiam veſtram, Satellites & Curſores nobis & ipſis noſtriſque & eorum ſubditis quamplura fuiſſe retroactis temporibus illata & in præſenti adhuc inferri hinc inde grauamina.

Extant quædam Clericorum interpretationes aduerſus D. Regis Iuriſdictionem, quas Lucas Dacherius in ſuo 6. tomo Spicilegij p. 492. tranſcripſit ex Manuſcripto D. d'Herouual viri omnibus litteratis notiſſimi. Cæterum Exitus Iudicij hic fuit. Rex ne poſteris exemplum daret de Sacerdotum Priuilegijs aliquid detrahendi, nihil immutandum pronunciauit, *Sequè Iura Eccleſiarum aucta potius quam imminuta eſſe velle.* Monuit tamen Antiſtites vt Eccleſiæ abuſus & exceſſus corrigerent, quò tollerent deinceps querelarum occaſiones.

Hac periculoſâ lite diſceptatâ tanto in odio fuit Petrus de Cunerijs, vt omnium ſibilis exciperetur, atque ad maiorem infamiæ notam, quia Eccleſiam deprimere infra Regiam Iuriſdictionem contenderat, factum eſt ſimulachrum eius ſimum & deforme, inque Chori Cathedralis Eccleſiæ Pariſ. parietem infixum. Quod Scholaſtici prætereuntes ſtylis ſuis ſcriptorijs pugniſque confodere & contundere ſolebant. Et hodie etiamnum Curioſi ſimulacrum illud viſunt, quod ſubter *Inferorum repræſentatione iacet.* Abijtque in prouerbium, vt quem ſciolum & argutulum aut deformem videmus, M. Petrum de Cunerijs, vel corruptè *M. Pierre du Cognet*, vocitemus. Contra verò defenſoribus illis Eccleſiaſticorum Iurium laus immortalis tributa eſt. M. Petrus Bertrandi Cardinalatum tituli S. Clementis adeptus eſt. Doctor erat in Iure Canonico, eamque Facultatem in celeberrimis Francici Regni Academijs profeſſus fuerat, Auenionenſi, Mons-peſſulana, Aurelianenſi & Pariſienſi, vbi Collegium Æduenſe, quod etiam M. Bertrandi dicitur, fundauit: vt ſuo loco dicetur. Petrus Rogerij ad Pontificatum maximum promotus eſt. Philippus denique Valeſius Rex tunc verè *Regis Catholici* nomen obtinuit.

Eodem anno 1329. Natio Picardica Statutum ſolenne edidit de tempore durationis ſuorum Officiariorum, quod legitur in antiquo libro Procuratorum, eſtque eiuſmodi.

STATVTVM NAT. PICARDICÆ DE DVRATIONE OFFICIARIORVM.

» Ad perpetuam rei memoriam. Nos omnes & ſinguli Magiſtri Nationis Pi-
» cardorum Pariſius in Artium Facultate Regentes. Notum facimus vniuerſis
» quod anno 1329. die prima Maij, feſto Apoſtolorum Philippi & Iacobi apud S.
» Mathurinum ad ordinanda quæ ſequuntur, ſpecialiter vocati ac etiam congre-
» gati, penſantes ob plurium ſtatutorum noſtræ Nationis ignorantiam multos
» noſtrum ſæpiſſimè errare, ordinauimus huiuſmodi multitudinem ſtatutorum
» in quadam breui ſumma recolligi, quædam eorum corrigendo, quibuſdam
» addendo & ab alijs ſubſtrahendo. Et 1. vt Magiſtri liberius ſtudio, lectioni-
» bus & diſputationibus & ſine omni inquietatione vacare valeant, quatinus
» Scholares melius proficiant, ſtatuimus, quod ſi per aliquos cuiuſcunque ſtatus
» aut conditionis exiſtant, Magiſtris Regentibus de noſtra Natione contingat
» iniuriam fieri corporalem, quod abſit, tenebuntur omnes Magiſtri & Scho-
» lares emendam condignam fieri tam Nationi quàm Magiſtro, quatinus ſecun-
» dum Deum & Iuſtitiam poterunt, procurare.
» Et ad hæc firmius obſeruanda, volumus omnes Determinaturos, Licentian-
» dos & in Artibus incepturos ſub iuramenti debito obligari, addentes quod ſi
» prædicti Iniuriantes de noſtra Natione fuerint, ex nunc pro tunc, eos à noſtræ
» Nationis conſortio ſe nouerint alienos.
» Item ad omnem diſcordiæ vel fraudis materiam amputandam, ſtatuimus,
» quod nullus Officiariorum noſtræ Nationis cum illo, quod gerit Officio, aliud
» quodcunque ſibi audeat applicare. Et intelligimus per Officiarios, *Procurato-*
» *rem* generalem durantem per menſem ſolum exceptis vacationibus Æſtiuali-
» bus in quibus non innouatur Procurator. 2. *Receptorem* durantem per anni cir-
» culum, eligendum in ſingulis annis in die B. Remigij in vindemijs. 3. *Examina-*
» *tores Licentiandorum in S. Genouefa*, durantes quemlibet per menſem. 4 *Quatuor*
» *Examinatores Determinantium* durantes, quandiu Facultas ordinauerit de ſeden-
» do. 5. *Procuratores feſtorum B. Catharinæ & Nicolai* durantes donec negotium
» huiuſmodi fuerit adimpletum.

Item ſtatuimus quod eo die, quo eligetur Rector & non ante; *Elector dicti* «
Rectoris in noſtra Natione eligetur. «

Item ſtatuimus, quod ad eligendum dictos Officiarios, dictum Rectoris Ele- «
ctorem, Nuncium ad Curiam vel alibi Deputatum ad quodcunque aliud Na- «
tionis negotium, aut ad conferendum Bedelli vel Subbedelli Officium nullus «
niſi continuè Regens fuerit per menſem, aut etiam dato quod eo die Electionis «
vel ante, minus autem quàm per menſem de nouo redierit de Partibus ſuis, niſi «
ante receſſum à ſtudio per menſem etiam continuè Regens extiterit, admitta- «
tur; aut etiam niſi ipſo met die, quo Electionem ſeu collationem prædictas fieri «
contigerit, de nouo inceperit vel ante minus quàm per menſem. In quo caſu ad «
hoc admitti poterit & debebit. «

Volumus quoque *Receptorem* in recompenſationem ſui laboris 40. ſolidos «
Pariſienſes percipere, quos in ſuo Compoto defalcabit. «

Item ſtatuimus quod omnes Magiſtri ad quæcunque Officia ſint electi; iu- «
rent quod ſtabunt in Officio ſuo vſque ad tempus præfixum, niſi causâ legiti- «
mâ interueniente, de qua tenebuntur ſufficienter certificare Nationem, & «
quod omnino ſine fraude & dolo pro omnibus & in omnibus ad ſua Officia per- «
tinentibus ad honorem & vtilitatem Nationis fideliter laborabunt. «

Volumus etiam Receptorem iurare, quod de pecunia Nationi debita nihil «
cedet; ſed nec fideiuſſores aut vadia recipiet: quodque poſt compotum ſuum «
intra octo dies tam pro Scholis quàm pro alijs debitis Nationis ſatisfaciet Cre- «
ditoribus ſecundum ſummam pecuniæ in qua Nationi remanſerit obligatus. «
Volumus inſuper quod in exitu ſui Officij totam pecuniam, aut alia quæcun- «
que, in quibus Nationi tenebitur, reddat Succeſſori in præſentia Nationis. «

Item inhibemus, ne Examinatores Determinantium pauciores quàm 4 vel «
3. ratum habente quarto ſuum Examinationis Officium valeant exercere. «

Item ſtatuimus, quod Quilibet Procurator in ſua Inſtitutione vnam Clauium «
Archæ Nationis retinens, alias duas duobus Magiſtris aliarum Diœceſeon diſtri- «
buat, addentes quod cum oportuerit quacunque de cauſa Archam aperire, di- «
cti Magiſtri perſonaliter intererunt, niſi legitimè impediti. Quo caſu alijs Ma- «
giſtris poterunt committere vices ſuas, qui nec ſigillabunt aliquam litteram niſi «
prius lectam in Natione, nec aliquid aliud fieri permittent, quod prius non fue- «
rit per Nationem ordinatum. «

Item ne Natio noſtra in Scholis & alijs penuriam patiatur, ſtatuimus quod «
pro nullo Scholæ ſoluantur per Nationem, niſi continuè & legitimè Regens «
fuerit à principio magni Ordinarij vſque ad Carnipriuium ad minus, vel alter «
loco ſui, & habeat Scholares continuos & ad proficiendum habiles, ſuper qui- «
bus credendum erit Bedellorum iuramentis etiam niſi Scholas ante principium «
dicti magni Ordinarij retinuerit, & fideiuſſores competentes dederit Procura- «
tori Nationis. «

Volumus inſuper quod Procurator *in Papyro Nationis* dictos Magiſtros, qui «
Scholas dicto modo retinuerint, cum eorum fideiuſſoribus teneatur regiſtrare. «

Dicimus quoque Scholas à Natione ſoluendas illas ſolum, quæ *in vico ſtra-* «
minum, vel prope fuerint ſituatæ & ad nullos alios vſus prætetquam ad actum «
legendi vel diſputandi deputatæ. «

Item ſtatuimus, quod nec Natio, nec Suppoſita eiuſdem poſſint aliquid de «
pecunia Nationis aut de alijs communibus ſubſtrahere, alienare, aut quoquo- «
modo aliàs ordinare, niſi prædictâ Natione ſufficienter vocatâ ad hoc facien- «
dum ſpecialiter & expreſsè, addentes quod nec de huiuſmodi pecunia vel alijs «
communibus in tempore vacationum Æſtiualium, niſi magna & euidens vrgeat «
neceſſitas, quæ poſt Vacationes per Nationem ad hoc vocatam, vel eius ma- «
iorem partem approbetur, aliquis vel aliqui audeat, vel audeant aliquid or- «
dinare. «

Item ſtatuimus quod omnes Magiſtri & Scholares debitores quacunque de «
cauſa noſtræ Nationi, quantum ſecundum Iuſtitiam poterunt, eidem Nationi «
ſatisfacere procurabunt. Et vt hoc firmius obſeruetur, volumus omnes Deter- «
minaturos & Licentiandos, ac etiam in Artibus incepturos ad hoc ſub ſui Iu- «
ramenti debito obligari. Si verò prædicti debitores fuerint iurati noſtri, eos à «

Digitized by Google

noſtro conſortio reſecamus donec prædictæ noſtræ Nationi fuerit plenariè ſatisfactum.

Item ad concordiam inter Bedellos noſtros, vt melius ad honorem & vtilitatem Nationis ſua Officia exerceant, *ſtatuimus quod paruus Bedellus noſter nullam poterit recipere cappam vel epitogium longum abſque conſenſu magni Bedelli à Magiſtro vel Scholare, niſi contingat eadem die duos vel plures dantes dictas Cappas ſuas vel Epitogia Bedellis determinare, licentiari, vel incipere:* quo caſu minor Bedellus ab vno illorum quemcunque habitum quem ille ſibi dare voluerit, liberè recipiet. Et ad hoc firmiter obſeruandum, volumus minorem Bedellum ad ea in ſua Inſtitutione per ſuum adſtringi iuramentum. Tunc etiam iurabit vterque, quod quantum poterit alterius erga Magiſtros ſuos & Scholares, Beneficia, pacem & amicitiam procurabit.

Item quotieſcunque vnus Bedellorum noſtrorum verba contra alterum pronunciauerit contumelioſa, quæ ſapere poſſint iniuriam notabilem, illum qui culpabilis reperietur, in decem ſolidis Pariſienſibus indilatè Nationi perſoluendis ex nunc pro tunc condemnamus. Si verò fuerit iniectio manuum violenta, punitionem volumus noſtro vel noſtrûm maioris partis arbitrio reſeruari.

Cæterum ſtatuimus, quod quotiens aliquis Bedellorum noſtrorum in ſuo ſeruitio negligens, aut in aliquo deficiens inuentus fuerit, totiens 12. denarios Nationi ſoluere teneatur. Et ſi defectus fuerit excellenter notabilis, illum ordinationi Nationis vel maioris partis volumus ſubiacere.

Hæc autem omnia cum alijs noſtris ſtatutis, libertatibus, conſuetudinibus laudabilibus & priuilegijs Nos omnes & ſingulos noſtræ Nationis Magiſtros vel Iuratos ſeruare volumus ſub debito juramenti, nec dictis ordinationibus aliquem cuiuſcunque conditionis exiſtat, occaſione quacunque tacitè vel expreſſè de cætero contraïre.

Statuimus inſuper ad hæc omnia firmius obſeruanda Procuratorem quemlibet per juramentum adſtringi, quatinus prædicta in exitu ſui Officij publicè legat in præſentia Nationis. *Addentes quod ibidem Procurator nouus in ſua Inſtitutione iuret, quod contra inobedientes prædictis, vel quoquo modo aliqua prædictorum infringentes omnibus vijs ſeu modis quibus poterit coram Natione vel quibuſcunqe alijs Iudicibus idoneis bona fide procedet, emendam condignam per dictos delinquentes fieri procurando.* Volumus etiam quod ſinguli qui ſuper prædictis vel eorum aliquo ipſos vel alios quoſcunque tangentibus vel tangente veritati teſtimonium perhibere fuerint à Procuratore requiſiti, fidem eidem coram Natione facere teneantur. Super his tamen retinemus nobis poteſtatem addendi, diminuendi, corrigendi quandocunque omnibus Magiſtris ad hoc ſpecialiter vocatis in noſtra Natione Regentibus videbitur expedire. In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris ſigillum noſtræ Nationis præfatæ duximus apponendum. Datum anno, die & loco ſupradictis.

Similiter in Natione Gallicana Statutum factum circa Scholas Vici & alias priuatas, quia in ijs plurimum pecuniæ impendebatur pro conductione.

De Scholis vici Straminei.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Nos omnes & ſinguli Magiſtri Nationis Gallicanæ Pariſius in Artium Facultate Regentes ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis quod anno Domini 1327. die Sabbati ante Dominicam quâ cantatur *Reminiſcere* tempore Procurationis M. Nicolai de Villanis Natione noſtrâ per Bedellum communem, vt moris eſt apud S. Iulianum pauperem ad ſtatuendum ſpecialiter conuocatâ, cum eodem anno, prædicto *pro quibuſdam Aulis extra vicum ſtramineum* exiſtentibus, in quibus plures Magiſtri legerant ſeu legere conſueuerant, fuiſſet magna pars pecuniæ noſtræ Nationis exceſſiuè conſumpta; vnde Natio grauari plus ſolito videbatur, Nos igitur de bono communi totius Nationis curantes & pecuniam ordinatam ad bonum commune conſeruare, necnon etiam multis quæ in his committi poſſent, fraudibus obuiare volentes, omnes & ſinguli vno tamen reclamante, per modum expedientis ſtatuimus & tanquam expediens ſtatuendum eſſe decreuimus in hunc modum, *vt de cætero nullus Magiſter legens in Aula ſeu Camera alicuius domus extra vicum ſtramineum exiſtentis pro ſolutione dictæ Aulæ vel Cameræ haberet à Natione vltra valorem duorum Determinantium, niſi Nationi ſufficienter conſtaret, quod in tali loco*

propter multitudinem Scholarium legeret & quod de habendo Scholas in vico ſtraminum ſibi congruas diligentiam bonam ac competentem feciſſet. Et quia vnus noſtrum, vt dictum eſt, reclamauerat, dictum Statutum non fuit ſigillatum. Nihilominus tamen die Martis in Vigilia B. Nicolai Hyemalis Natione noſtra apud S. Bernardum per Seruientem Iuratum ſpecialiter vocata ad ordinandum, diſpenſandum & ſtatuendum, dictum ſtatutum de conſenſu omnium nullo penitus diſcordante, actum, approbatum, concordatum extitit & confeſſum. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſenti ſtatuto duximus apponendum. Datum die Martis prædicta, anno Domini 1329.

Huic inſtrumento quod ſeruatur in Archiuo Nationis prædictæ apud Regiam Nauarram, appenſum eſt Sigillum, & hodie tam integrum eſt, ac ſi recenter appenſum fuiſſet; eſtque idem prorſus cum eo quo hodie vtimur. Ex eo porro duo præſertim intelligimus, non licuiſſe cuiquam Magiſtro extra vicum ſtramineum docere publicè abſque licentia Nationis; nec ſtatuta potuiſſe ſigillo communi ipſius Nationis communiri, ſi vel vnus Magiſtrorum obſtaret.

Anno 1330. M. Petrus Rogerij Lemouix, qui cauſam Prælatorum præſente Philippo Valeſio tam acriter defenderat, ex Senonenſi Archiepiſcopo factus eſt 1330.
Rotomagenſis: de quo ſic habet Chronicon Rotomagenſe. *Iſte Petrus fuit famoſiſſimus Magiſter in Theologia & vir magni conſilij: & hunc Papa Ioannes primò Monaſterio Fiſcanenſi in Abbatem: deinde Eccleſiæ Atrebatenſi in Epiſcopum præfecit: qui ſubſequenter ad dictam Senonenſem & deinde ad Rotomagenſem Eccleſias tranſtulit, &c.* tranſlatus eſt autem 19. Kal. Ian. ei verò in ſede Senonenſi ſucceſſit M. Guill. de Broſſia vir nobilis, à ſede Bituricenſi ad illam tranſlatus.

Collegivm Longobardorvm fvndatvr.

Eodem anno M. Andreas Giny ſeu de Florentia Caroli quondam Regis Franciæ Clericus, qui primùm Atrebatenſem, deinde Tornacenſem rexit Eccleſiam; Palatium ſuum Pariſienſe Collegio Longobardorum in monte S Hilarij ſito dicauit. Et tres Nobiles Italos Collegas fundatores ſecum adſciuit: vnum Piſtorienſem; alterum Mutinenſem ſeu Modenenſem; tertium Placentinum; ſtabilitis in perpetuum vndecim Burſarijs. Datique ſunt huic Collegio Protectores *Cancellarius Vniuerſitatis* Pariſienſis & Abbas San-Victorinus. In Dotatorem & Fundatorem huiuſce Collegij hoc extat Epigramma.

Mille Trecentenos ſupra trigeſimus annos,
Dum cœli rapido volueret axe rotam,
Ginius Atrebatum Præſul, cui florida lucem
Ora tuo dederat Nobilis Arne ſinu,
Has Italis ſacras Muſarum condidit ædes
Quas Lombarda nouo nomine turba tenet,
Hic vbi Phœbigenæ conſtant ſua vota Iuuentæ,
Cui tenuis cenſus cludit ad aſtra viam.
Illas longa dies lento ne ſubruat æuo,
Debita neu ſtudijs ſportula deficiat,
Hercle cauere tuum eſt, ſol maxime Gentis Hetruſcæ,
Qui cupidè Muſas, nec minus arma colis
Cuique ſoli Thuſci Francis non Exter alumnus
Montius hæc fidei pignora certa dicat.

Zacharius Montius Nobilis Florentinus Matthæi filius canebat.

Extat hoc anno data Auenioni Bulla ad Hugonem Epiſcopum Pariſienſem, quâ eum à Iuramento Vniuerſitati olim dum in eius Scholis militaret, præſtito abſoluit, ſi nihil aliud contra eandem peccet quàm in delinquentes Scholares exequendo Officium Epiſcopale. Conqueſtus enim fuerat apud Pontificem quòd metu periurij quod ſibi à Rectore impingebatur, non auderet Scholaſticos coërcere, & ſi quos carceribus ſuis manciparet, ſtatim eos Rector aut Facultates repeterent. Talis ergo eſt Bulla.

Lis cum Episcopo Parisiensi.

» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Hugoni Epiſco-
» po Pariſ. Sal. & Apoſt. bened. Ex inſinuatione tua nuper accepimus, *quod tu qui*
» *dudum in Pariſienſi ſtudio Scholaris exiſtens in Iure Canonico ſcientiæ brauium aſſecu-*
» *tus*, quod ſtatuta & priuilegia ac immunitates eiuſdem ſtudij obſeruares & con-
» tra ea non faceres, vel venires, præſtitiſti ſolitum iuramentum: & quod poſt-
» quam Pariſienſis Eccleſiæ regimini faciente Domino præfuiſti, frequenter con-
» tigit & contingit per Scholares Vniuerſitatis eiuſdem ſtudij graues exceſſus &
» culpas committi, quos tranſire non potes ſalua conſcientia abſque animaduer-
» ſione debitâ incorrectos, quodque quando per te vel Officialem tuum iuſtè pro-
» cedi vel animaduerti contingit in Scholares taliter delinquentes, *ſtatim per Re-*
» *ctorem dictæ* Vniuerſitatis, *ſeu per Facultates ſtudentium Malefactores* huiuſmodi
» repetuntur, & niſi ad requiſitionem eorum tales ab examine tuo totaliter re-
» laxentur, *dicti Rector & ſtudentes imponunt*, tibi periurium, aſſerendo te veniſſe &
» feciſſe, ſeu venire & facere contra præſtitum iuramentum, ſicque contingit te
» eſſe perplexum, dum Iuſtitiam ſalua conſcientia, provt ad Officij tui debitum
» ſpectat, nequis omittere, nec eam potes ſine oblocutione & infamatione *dicto-*
» *rum Rectoru & ſtudentium* contra delinquentes huiuſmodi exercere. Quare No-
» bis humiliter ſupplicaſti vt quamuis iuramentum huiuſmodi ſano modo intel-
» lectum debitum tuæ Iuriſdictionis Officium non poſſit nec debeat impedire,
» tamen ad cautelam prouidere tibi ſuper hoc de opportuno remedio dignare-
» mur. Nos igitur tuis ſupplicationibus inclinati te à iuramento prædicto quan-
» tum ad ea quæ ad Epiſcopale noſcuntur officium pertinere, Apoſtolica autho-
» ritate abſoluimus ad cautelam. Volentes quod eiuſdem iuramenti prætextu in
» eiuſdem Epiſcopalis Officij executione non poſſis nec debeas impediri. Nulli
» ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis & voluntatis
» infringere vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præ-
» ſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolo-
» rum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenioni Kalend. Maij, Pontif. noſtri
» anno 14.

Quæ fuerit Epiſcopo cauſa obtinendæ prædictæ Bullæ, intelligimus ex ijs quæ referemus ad annum ſequentem. Nimirum tulerat Epiſcopus ſententiam, ſeu ipſius Officialis in quendam Scholarem ob raptam ab eo mulierem, eumque 400. libris multauerat: Vniuerſitas verò contendit neminem è ſuis poſſe aut debere ab vllo Ordinario mulctari pecuniâ; idque ſuis priuilegijs expreſſè contineri; ac proinde Epiſcopum Pariſienſem qui ſciens & volens contra priuilegia peccauerat, immemor ſacramenti præſtiti & reuerentiæ obedientiæque Rectori præſtandæ ad quemcunque ſtatum perueniret, periurum declararat eumque ſocietate Academica priuauerat. Hanc ob rem ille delatis ad Curiam Romanam querelis & expoſitâ innocentiâ, quod nempe ob executionem Officij Paſtoralis hanc iniuriam ab Vniuerſitate paſſus fuiſſet, à præſtito iuramento abſolutus eſt ad cautelam. Vide infra ad annum ſequentem.

Cæterum hoc anno melior eſſe cœpit Eccleſiæ ſtatus cedente Corbario; quo pacto magna parte ſedatum eſt Schiſma. Conſule annales Minoritarum apud Wadinghum.

1331. Anno 1331. finem accepit lis, quæ inter Vniuerſitatem & Epiſcopum Pariſienſem intercedebat ob multam 400. librarum ab ipſo Epiſcopo dictam & impoſitam Ioanni *le Fourbeur* Clerico Diœceſis Meldenſis, Scholari Academico ob raptum mulieris; hocque modo conſentientibus partibus deciſa, vt media ſummæ pars applicaretur ſuſtentationi pauperum Scholarium de Sorbona, altera Burſariorum Collegij Bonorum Puerorum ad portam S. Victoris. Quam in rem extant duæ Bullæ Pontificiæ & duo inſtrumenta publica, ex quibus quanta eſſet Rectoris & Vniuerſitatis authoritas hiſce temporibus, intelligitur. Prior Bulla eſt eiuſmodi, legiturque in Chartulario Baſilicæ Pariſienſis.

Pax inter Episcopum Paris. et Vniversitatem.

» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam memoriam. Ad
» hoc præcipuè antiquus hoſtis innitirur. Ad hoc frequenter ſuas tendit inſidias,
» ſeque in lucis Angelum transfigurat, vt ſparſis ſeminibus odiorum quietem fi-
» delium inquietet propter quod Chriſti fidelibus & maximè curam gerentibus
» Officij Paſtoralis & dantibus operam pet lectionum exercitium, diuinarum

ſapientiæ

ſapientiæ ſcripturarum eſt ſummopere vigilandum, ne eius decipiantur inſidijs «
& occultis verſutijs offendantur. *Sanè porrectæ nobis venerabilis fratris noſtri Hu-* «
gonis Epiſcopi & dilectorum filiorum Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pari- «
ſienſium petitionis ſeries continebat, quod olim ſuper eo quod Ioannes dictus *le* «
Feurbeur de Roſeto in Bria Clericus Meldenſis Diœceſis ratione raptus cuiuſ- «
dam mulieris ſibi impoſiti captus & in carcere dicti Epiſcopi mancipatus, ac de «
mandato ſui Officialis à Gentibus dicti Epiſcopi & eius nomine 400. libræ Pa- «
riſienſis monetæ tunc currentis habitæ fuerant ab eodem; dictâ Vniuerſitate «
aſſerente *dictum Clericum eſſe Scholarem Pariſienſem* & de Vniuerſitate præfata, & «
quod per Priuilegia dictæ Vniuerſitati conceſſa *nullus Iudex Eccleſiaſticus Ordi-* «
narius vel alius aliquam pecuniariam emendam ab aliquo Scholari dictæ Vniuerſitatis «
pro quocunque delicto poterat exigere, vel habere; dicto Epiſcopo in contrarium al- «
legante. Inter Epiſcopum & Vniuerſitatem prædictos ortâ materiâ Quæſtionis, «
demum dicta Vniuerſitas aſſerens dictum Epiſcopum Iuratum ſuum requiſiuit «
eidem ſub debito præſtiti juramenti, quod dictam pecuniam reſtitueret Vniuer- «
ſitati & Ioanni prædictis, quod dictus Epiſcopus facere recuſauit, plures ra- «
tiones allegando quomodo id facere minimè tenebatur. Propter quæ dicta Vni- «
uerſitas in pluribus locis Pariſius pronunciauit & publicauit per ſuas litteras & «
proceſſus eundem Epiſcopum eſſe periurum eumque iniuſtè priuauit beneficio «
Societatis Vniuerſitatis prædictæ, vt idem Epiſcopus aſſerebat. A quibus pro- «
ceſſibus idem Epiſcopus ad Sedem Apoſtolicam appellauit, Noſque tandem ad «
inſtantiam Procuratoris eiuſdem Epiſcopi dilecto filio noſtro Bertrando S. Ma- «
riæ in Aquiro Diacono Cardinali cauſam huiuſmodi duximus committendam; «
coram quo aliquandiu per Procuratores dictarum partium proceſſum extitit «
in eadem, ac demum de beneplacito noſtro per Procuratores dictarum partium «
habentes ſuper hoc ſufficiens & ſpeciale mandatum Dilectis filijs noſtris Anni- «
baldo tituli S. Laurentij in Lucina ac Petro tituli S. Stephani in Celio monte «
Preſbyteris Cardinalibus quoad hæc interponentibus partes ſuas tractatum ex- «
titit ac etiam ordinatum pro bono pacis & concordiæ partium earundem, quod «
pecunia, cuius occaſione inter Epiſcopum & Vniuerſitatem prædictos erat «
exorta diſcordia memorata, *deberet certo modo Pauperibus Scholaribus Pariſius* «
erogari; eiſdem Procuratoribus nihilominus nobis humiliter ſupplicantibus, vt «
omnes proceſſus hinc inde habitos per Partes eaſdem, & quidquid ex his vel «
ab eis ſecutum eſſet, reuocare & caſſare authoritate Apoſtolica curaremus. «
Nos igitur pro bono pacis & concordiæ quam inter Epiſcopum & Vniuerſita- «
tem præfatos vigere ingiter affectamus, cum ex eorum concordia præfatis «
Epiſcopo, Vniuerſitati & Studentibus magna tranquillitas & per conſequens «
profectus ſcientiæ & doctrinæ ac aliarum incrementa virtutum prouenire noſ- «
cantur, ordinationem huiuſmodi per dictos Procuratores in præſentia dicto- «
rum Annibaldi & Petri Cardinalium prouidè ſuper præmiſſis habitam, ratam & «
gratam habentes eamque authoritate Apoſtolicâ confirmantes, omnes præ- «
dictos proceſſus per dictam Vniuerſitatem vel Rectorem, vel quoſcunque Of- «
ficiales ipſius contra præfatum Epiſcopum ſeu Officiales & quoſcunque ſeu «
quoſcunque familiares ipſius Epiſcopi & maximè ac ſpecialiter *eo quod præfatum* «
Epiſcopum pronunciauerunt & publicauerunt, ac nunciari & publicari fecerunt eſſe per- «
iurum ipſumque beneficio ipſius Vniuerſitatis priuarunt, & quoſcunque alios pro- «
ceſſus per Vniuerſitatem eandem præmiſſorum occaſione vel cauſa factos & «
habitos contra eos; & è conuerſo omnes proceſſus per dictum Epiſcopum & Of- «
ficiales ipſius contra Vniuerſitatem prædictam & ſingulares perſonas ipſius præ- «
miſſorum occaſione vel cauſâ habitos & quæcunque ex eis vel ob eos hinc inde «
ſecuta ſunt, authoritate Apoſtolicâ reuocamus, caſſamus & irritamus omnino «
ac annullamus, eoſque fore decreuimus irritos & inanes, ſaluis tamen modera- «
tionibus infraſcriptis, *videlicet quod per hæc priuilegijs ſeu libertatibus Vniuerſi-* «
tatis eiuſdem, necnon priuilegijs, iuriſdictionibus, libertatibus aut honoribus «
ipſius Epiſcopi ſeu ſuorum ſucceſſorum Epiſcoporum Pariſienſium vllum in po- «
ſterum debeat præiudicium generari. Et quod deinceps neutra partium præ- «
dictarum præmiſſorum occaſione vel cauſa aut ratione proceſſuum ſuper his «
habitorum vel expenſarum hinc inde factarum vel alterius cuiuſlibet intereſſe, «

» vel alia cauſa ſeu ratione quacunque ex præmiſſis exorta in Iudicio vel extra poſ-
» ſit alteram partem ſeu Procuratores ipſius aut aliquos vel aliquem eorundem
» inquietare vel impetere quoquomodo. Volumus etiam quod præfata pecunia
» per dictum Epiſcopum hoc modo *Pauperibus Scholaribus erogetur, videlicet medie-*
» *tas eiuſdem pecuniæ Pauperibus Scholaribus Domus Scholarium de Sorbona*, & reſi-
» dua medietas *Bonis pueris, Pauperibus Scholaribus Domus Scholarium de porta S.*
» *Victoris Pariſ.* debeat aſſignari in vſus eorum neceſſarios conuertenda. Nulli
» ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ratificationis, confirma-
» tionis, reuocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, conſtitutionis &
» voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum
» Auenioni Nonis April. Pontif. noſtri an. 15.

Huiuſce Bullæ executionem demandauit Guillelmo de Trie Archipræſuli Remenſi, Petro de Corpolay Abbati S. Germani Pratenſis & Auberto de Mailly Abbati S. Victoris Pariſienſis: ad quos ſimiliter extat in eodem Chartulario hæc Bulla.

» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri N. Archiepiſcopo
» Remenſi & Dilectis filijs S Germani de Pratis Pariſ. ac S. Victoris Pariſ. Mo-
» naſteriorum Abbatibus Sal. & Apoſt. bened. Ad hoc præcipuè antiquus ho-
» ſtis, &c. vſque ad *conuertenda.* Poſtea ſic pergit. *Quo circa* Diſcretioni veſtræ per
» Apoſtolica ſcripta committimus ac mandamus, quatinus vos vel duo aut vnus
» veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios reuocationem, caſſationem, irritatio-
» tionem, annullationem & Decretum noſtra huiuſmodi vbi & quando expedire
» videritis, authoritate noſtra ſolenniter publicare curetis, dictamque pecuniam
» iuxta modum proximè prædeſtinatum præfatis Scholaribus pauperibus faciatis
» per dictum Epiſcopum integraliter aſſignari. Contradictores authoritate noſtra
» appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtante ſi eiſdem Epiſcopo vel
» Magiſtris & Scholaribus ſeu Vniuerſitati præfatis aut quibuſuis alijs communi-
» ter vel diuiſim ab eadem Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel
» excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam &
» expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem. Datum
» Auenioni Nonis April. Pontif. noſtri an. 15.

Menſe Iulio ſequente facta eſt ab Executoribus pecuniarum huiuſmodi diſtributio vtrique Collegio pauperum Scholarium: quam in rem extant duo inſtrumenta publica Iacobi Fraſſi Notarij publici manu exarata. Prius eſt eiuſmodi.

» In nomine Domini, *Amen.* Anno eiuſdem 1331. Indict. 14. die 17. Iulij Pon-
» tificatus ſanctiſſimi Patris & Domini Ioannis diuina prouidentia Papæ XXII.
» anno 13. *In Domo Scholarium Bonorum puerorum iuxta portam S. Victoris Pariſius,*
» congregatis ibi ad infraſcripta diſcretis viris *MM. Marino de Marigniaco Ca-*
» *nonico Eccleſiæ S. Honorati Pariſ.* Magiſtro ſeu Gubernatore Generali Domus
» & Scholarium prædictorum, ac Theobaldo de Lagijs Diſpenſatore ac Andrea
» de S. Clodoaldo & Hugone de Caſtillione, Amelino Laurentij de Ruterio,
» Ioanne de S. Mederico ac Ioanne Goire Scholaribus dictæ Domus, venerabilis
» & diſcretus vir D. Ioannes Marinus Canonicus Eccleſiæ S. Germani Antiſſio-
» dorenſis Pariſ. Receptor Reuerendi in Chriſto Patris D. Hugonis Dei gratia
» Pariſienſis Epiſcopi, in præſentia etiam venerabilis Patris D. Abbatis Mona-
» ſterij S. Victoris ac mei Notarij & teſtium infraſcriptorum dixit & expoſuit
» Magiſtro & Scholaribus antedictis, qualiter præfatus Sanctiſſimus Pater D.
» noſter ſummus Pontifex de 400. libris Pariſienſibus Florenæ monetæ currentis
» anno Domini 1329. quas ipſe D. Epiſcopus ſeu eius Officialis pro ipſo habuerat,
» ſeu exegerat à Ioanne *le Forbeur* de Roſayo Clerico Meldenſis Diœceſis, ratio-
» ne cuiuſdam emendæ ab ipſo Ioanne ſuis culpis exigentibus leuatæ, *& pro qui-*
» *bus dudum orta fuit diſcordia inter præfatum D. Epiſcopum ex vna parte & Vniuer-*
» *ſitatem Pariſienſem, cuius Vniuerſitatis Scholarem præfatum Ioannem ipſa Vniuerſitas*
» *eſſe dicebat*, ex altera, pro bono pacis & concordiæ ordinauerat in hunc modum,
» videlicet quod medietas ipſarum 400. librarum Scholaribus ſupradictis, & alia
» medietas Scholaribus de Sorbona Pariſius conuertenda in vtilitatem eorum per
» eundem Epiſcopum traderetur; & ideo ipſe D. Receptor nomine & de ſpeciali

mandato præfati D. Pariſienſis Epiſcopi volens Ordinationi prædictæ obedire «
firmiter vt tenetur, medietatem ipſarum 400. librarum eiſdem Magiſtro & «
Scholaribus tradidit & aſſignauit ibidem in pluribus & diuerſis pecuniarum ſum- «
mis, videlicet 55. Regales aureos. Item 5. Pariſienſes aureos. Item 27. Flore- «
nos auri de Florentia. Item 56. Florenos ad agnum, & 12. groſſos Turonenſes «
de S. Ludouico: quas monetas ſic numeratas & traditas ijdem *Vices-Gerens*, Prior, «
Procurator & alij Magiſtri & Scholares prædicti recognoſcentes ſe præfatam «
pecuniam recepiſſe, eoſdem D. Epiſcopum & Receptorem & quoſcunque alios «
Officiales, Procuratores & familiares eiuſdem de omni eo quod ab eis vel eo- «
rum aliquo petere poſſent ratione Ordinationis prædictæ nomine ipſius Domus «
& quod ipſis plenariè quittauerunt. Promittentes per fidem eorum & ipſorum «
quemlibet inibi præſtitam nunquam contra huiuſmodi quittationem per ſe vel «
alios facere vel venire, renunciando omni exceptioni non receptis dictis pecu- «
nijs, quantitatis non factæ, dictæ quittationis & obligationis & omni alij exce- «
ptioni iuris & facti, per quas contra præmiſſa vel præmiſſorum aliquod poſ- «
ſent facere vel venire. Actum vt ſupra præſentibus Religioſis viris DD. Poncio «
Præbendario, Renaudo Subcamerario & Ægidio Sacriſta Monaſterij S. Victoris «
prædicti, D. Ioanne Goteret Cantore *de Linays* Pariſienſis Diœceſis, Bertau- «
do Heron & Nicolao *Belle-maniere* Domicellis ipſius D. Abbatis teſtibus in «
præmiſſis. *Et Ego Iacobus Fraſſus* Clericus Mediolanenſis, publicus Apoſtolica «
& Imperiali authoritate Notarius præmiſſis omnibus & ſingulis ſic factis & actis «
vt prædicitur, præſens fui & rogatus exſcribi feci & in hanc publicam formam «
redegi, ac meo ſigno conſucto vna cum ſigillo ipſius D. Abbatis ſignaui in te- «
ſtimonium præmiſſorum. *Et nos Frater Albertus* humilis Abbas Monaſterij «
S. Victoris Pariſ. quia contentis in huiuſmodi Inſtrumento dum ſic fierent, præ- «
ſens fuimus, ideo hîc ſigillum noſtrum rogati apponi fecimus. «

Poſterius Inſtrumentum ab eodem Fraſſo confectum de altera medietate ſummæ prædictæ ad vtilitatem pauperum Scholarium de Sorbona, tale eſt.

In nomine Domini, *Amen.* Anno eiuſdem 1331 Indict. 14. die Martis 23. «
Iulij, Pontificatus ſanctiſſimi in Christo Patris ac D. Ioannis diuina prouidentia «
Papæ XXII. anno 15. *In Domo Scholarium de Sorbona Pariſius congregatis* inibi «
omnibus Magiſtris & Scholaribus eiuſdem Domus, videlicet *MM. Germano* «
Cellati Doctore in Theologia Vices-gerente Reuerendi Patris D. Dei gratia Rotoma- «
genſis Archiepiſcopi Prouiſoris ipſius Domus, Guillel. *de Sinay* Priore, Roberto de «
Villeta, Ioanne de Louenio Procuratoribus, prout in litteris infraſcripti teno- «
ris plenius continetur, D. Guill. de Menilio, *M. Petro de Croſo*, Bertrando de «
Conſtantia, Hugone Fabri, Helya de Croſo, Ioanne de Axandria, Gerardo «
de Vngulis, Ioan. Waruerué, Petro de Aiſy, Guill. de Yurea, Gonſaluo Petri «
& Firmino de Abbatiſvilla venerabilis vir D. Ioannes Marini Canonicus Ec- «
cleſiæ S. Germani Autiſſiodorenſis Pariſius Receptor Reuerendi in Chriſto «
Patris D. H. Dei gratia Pariſienſis Epiſcopi in præſentia venerabilis Patris D. «
Alberti Abbatis Monaſterij S. Victoris Pariſ. ac mei Notarij & teſtium infra «
ſcriptorum præſentia inibi congregatorum dixit & expoſuit Magiſtris & Scho- «
laribus antedictis, qualiter præfatus Sanctiſſimus Pater Dominus noſter ſum- «
mus Pontifex de 400. libris Pariſienſibus Florenæ monetæ currentis anno Do- «
mini 1329. quas ipſe D. Epiſcopus ſeu eius Officialis pro ipſo habuerat & rece- «
perat de Ioanne *le Forbeur* de Roſayo Clerico Meldenſis Diœceſis ratione cu- «
iuſdam emendæ ab ipſo Ioanne exactæ, exigentibus culpis eius, & de quibus «
fuit dudum exorta diſcordia inter præfatum D. Epiſcopum ex vna parte & Vni- «
uerſitatem & Magiſtros Pariſ. aſſerentes ipſum Ioannem eſſe Scholarem eiuſ- «
dem, & propterea in pecuniaria emenda condemnari non poſſe ex altera, pro «
bono pacis & concordiæ vtriuſque partis, de conſenſu etiam Procuratorum «
ipſarum partium ordinauerat in hunc modum, videlicet *quod medietas ipſarum* «
400. *librarum Scholaribus ſupradictis, & alia medietas Scholaribus Bonorum puero-* «
rum de porta S. Victoris Pariſ. per eundem D. Epiſcopum traderentur: & ideo «
ipſe D. Receptor nomine & de ſpeciali mandato vt dixit, præfati D. Pariſienſis «
Epiſcopi volens Ordinationi prædictæ obedire firmiter vt tenetur, medietatem «
ipſarum 400. librarum eiſdem Magiſtris & Scholaribus numerauit, tradidit & «

» aſſignauit ibidem in monetis infra ſcriptis, videlicet 56. Florenos Regales, » 46. Florenos ad agnum, 28. Florenos de Florentia, 4. Pariſienſes aureos & » 80. Turonenſes groſſos de S. Ludouico: quas monetas ſic numeratas & traditas » idem *Vices-gerens*, Prior, Procuratores & alij Magiſtri & Scholares præfati re- » cognoſcentes ſe præfatam pecuniam recepiſſe, eoſdem D. Epiſcopum, & Re- » ceptorem & quoſcunque alios Officiales, Procuratores & familiares eius de » omni eo quod ab eis vel eorum aliquo petere poſſent ratione ordinationis præ- » dictæ nomine ipſius Domus & pro ipſis plenariè quittauerunt. Promittentes » per fidem eorum, per ipſorum quemlibet inibi præſtitam nunquam contra hu- » iuſmodi quittationem per ſe vel alios facere vel venire. Quod ſi forte aliquo » tempore reperietur quod præfata pecunia alijs deberetur Scholaribus & ipſum » D. Epiſcopum propterea contingeret moleſtari, ipſe *Vices-gerens*, Prior, Pro- » curatores & alij Magiſtri & Scholares promiſerunt per fidem eorum obligando » omnia bona ipſius Domus quæcunque & in quibuſcunque conſiſtant, & ſpe- » cialiter bona illa quæ tenent ſub dominio præfati Epiſcopi Pariſ. præfatam pe- » cuniam cum omnibus damnis, expenſis & intereſſe, quæ & quas ipſum D. Epiſ- » copum, ſeu Receptorem & Officiales prædictos propterea forſitan ſuſtinere » continget, integrè reſtituere præfato D. Epiſcopo ſeu Inſtrumentum huiuſ- » modi deferenti. Renunciando omni exceptioni, non receptis, dictæ pecuniæ » quantitatis & non factæ, dictæ quittationis & obligationis, & omni alij exce- » ptioni Iuris & facti per quas contra præmiſſa vel præmiſſorum aliquod poſſent » facere vel venire. Tenor autem Procuratorij de quo ſupponitur initio, ta- » lis eſt.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Officialis Pariſienſis ſalutem in Do- » mino. Notum facimus quod in præſentia Hugonis & Radulphi de Syzim Cle- » ricorum Curiæ Pariſienſis Notariorum Iuratorum ad hoc à nobis ſpecialiter » deſtinatorum, quibus quoad hoc commiſimus & adhuc tenore præſentium com- » mittimus vices noſtras propter hoc ſpecialiter conſtituti Reuerendus in Chriſto » Pater ac *D. D. Petrus* (Rogerij) Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Rotomagenſis » Archiepiſcopus *Magiſter & Prouiſor Domus Magiſtrorum & Scholarium de Sorbo-* » *na ante Palatium de Termis Par ſius ſita, & Societatis dictorum Domus & Scholarium* » *diſcretos viros ac venerabiles Magiſtros Guillelmum Amydoux & Robertum de Villete* » *Clericos ſocios dictæ Domus* exhibitorum præſentium ſuos fecit, conſtituit & or- » dinauit Procuratores Generales veros & legitimos ac Nuncios ſpeciales & eo- » rum quemlibet in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, & quod » vnus eorum incepit alter proſequi valeat & finire cum effectu in omnibus & ſin- » gulis cauſis & negotijs dictorum Magiſtrorum & Scholarium motis & mouen- » dis tam per ſe quàm contra ſe, contra quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas & » ſeculares coram omnibus Iudicibus Eccleſiaſticis & ſecularibus authoritate » quacunque fungentes & quocunque nomine cenſeantur. Dans & concedens » prædictis Procuratoribus ſuis, ſuo & quo ſupra nomine & eorum cuilibet in ſoli- » dum plenam & liberam poteſtatem & mandatum ſpeciale agendi pro ipſis Do- » mo, Magiſtris & Scholaribus ipſoſque defendendi, Iudicis Officium implorandi, » conueniendi, reconueniendi, excipiendi, replicandi, duplicandi, triplicandi, » litem ſeu lites conteſtandi, iurandi in animas ipſorum de calumnia, de malicia » & de veritate dicenda, ponendi, reſpondendi, teſtes & inſtrumenta in modum » probationis producendi & exhibendi in teſtes & eorum dicta dicendi, expenſas » & principale petendi & recipiendi & ſuper eiſdem iurandi & præſtandi in ani- » mas ipſorum cuiuſlibet alterius generis ſacramentum quod poſtulat ordo Iuris, » ipſos excuſandi, cauſam cauſæ & cauſas ſuæ abſentiæ allegandi, prætendendi, » tranſigendi, componendi, paciſcendi, pacificè compromittendi, compromiſ- » ſum fide & pœna vallandi, Interlocutorum ius & definitas ſententias audiendi, » appellandi, appellationem ſuam proſequendi & eam innouandi, inſinuandi, » apoſtolos petendi, ſuæ abſolutionis beneficium à quocunque Iudice ſi opus fue- » rit, impetrandi, iuramenti deferendi, delatum in ſe ſuſcipiendi & faciendi cau- » tiones ſeu cautionem Iuratorum vel alias idoneas debitè proſequendi & expen- » ſas præſtandi, alium ſeu alios Procuratores, vnum vel plures, ſemel vel pluries » loco ſui ſubſtituendi, eum vel eos reuocandi, quotiens eis vel eorum alteri viſum

fuerit expedire, præſenti tamen Procuratorio in ſuo robore duraturis debita, « credita, Cenſus, reditus, penſiones, legata, eleemoſynas, ac domorum, terra- « rum, vinearum, locagia, penſiones, arreragias dictæ Domus Magiſtrorum & « Scholarium de Sorbona, petendi, leuandi, recipiendi, requirendi tam de tem- « pore præterito quàm deinceps, Domos, terras & vineas & alias quaſcunque « etiam poſſeſſiones locandi ad annuam penſionem, ad vnum annum pluresque, « ad vitam vnius, duorum vel trium dandi & concedendi ac recuſandi, ac litte- « ras ſuper his faciendi & emittendi ſub ſigillo authenrico, & quittandi & litteras « quittationis de his quæ receperint tam coniunctim quàm diuiſim faciendi, dan- « di & emittendi & aliàs ſub quauis forma verborum & pactis & vlterius non pe- « tendi, faciendi homagium de eorum terris & poſſeſſionibus Dominis quibus de « iure præſtare tenebuntur, faciendi ac præſtandi cum iuramento in talibus con- « ſueto fieri & adhibitis ſolennitatibus in talibus adhiberi conſuetis, hoſpites ſuos « Iuſtitiæ & Iuriſdictionis ipſorum requirendi, tenendi, exercendi & generaliter « omnia & ſingula alia faciendi, exercendi & procurandi quæ in præmiſſis & circa « præmiſſa neceſſaria fuerint, & etiam obtinendi, & quæ ipſe Magiſter & Proui- « ſor nomine quo ſupra facere vel facere poſſet & deberet, ſi præſens eſſet, etiamſi « mandatum exigitur ſpeciale, ratum & gratum habens & habiturus nomine quo « ſupra quidquid per dictos Procuratores ſuos & eorum quemlibet in ſolidum » ſubſcriptum aut ſubſcribendum ab ipſis, aut eorum altero actum, geſtum, fa- « ctum, traditum, receptum quittatumve fuerit in præmiſſis & ea tangentibus ſeu « modo quolibet procuratum, promittens ſub hypotheca & obligatione om- « nium bonorum ſuorum dictis Domus Magiſtrorum & Scholarium eiuſdem & « pro ipſis, pro dictis Procuratoribus ſuis ſubſcriptis aut ſubſcribendum ab ipſis, « ſeu eorum altero, ſi opus fuerit, Iudicatum ſolui & Iudicio ſiſti cum ſuis clauſu- « lis opportunis prout prædicti Iurati noſtri, quibus in his & maioribus fidem ple- « nam adhibens nobis retulerit oraculo viuæ vocis. Ad quorum relationem & in « teſtimonium præmiſſorum ſigillum Curiæ Pariſienſis præſentibus litteris duxi- « mus apponendum. Datum anno Domini 1330. die Mercurij poſt Dominicam « qua cantatur *Lætare Ieruſalem*. Acta ſunt hæc vt ſupra præſentibus Religioſis « viris DD. Poncio Præbendario, Renaudo Subcamerario & Ægidio Sacriſta « Monaſterij S. Victoris prædicti, D. Ægidio Curato *de Gentilly* Pariſ. Diœceſis, « Bertrando Heroij & Nicolao *Bellemaniere* Domicellis ipſius D. Abbatis teſtibus « in præmiſſis. *Et Ego Iacobus Fraſſus Clericus* Mediolanenſis publicus Apoſtolica « & Imperiali authoritate Notarius præmiſſis omnibus & ſingulis vt prædicitur, « factis & actis vnà cum præfatis D. Abbate S. Victoris & teſtibus præſens fui & ea « rogatus ſcribi feci, & in hanc publicam formam redegi, & hîc me ſubſcripſi, ac « ſignum meum vnà cum ſigillo ipſius D. Abbatis appoſui conſuetum. *Et nos Fra- « ter Albertus* humilis Abbas Monaſterij S. Victoris, quia contentis in hoc In- « ſtrumento, dum ſic fierent, præſens fuimus, ideo hîc ſigillum noſtrum rogati « apponi fecimus. «

Ad hunc annum legimus in vetuſto Codice Procuratorum Picardicæ Nationis populares Tribus Ambianenſis ſtatuto generali & perpetuo fuiſſe adactos ſoluere burſam priuatam, ad ſolennia S. Firmini, cuius feſtum ab antiquis temporibus Natio celebrabat, vt patet ex hoc inſtrumento confecto menſe Iunio anni prædicti. FIRMINALIA.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis omnes & ſinguli Magiſtri Nationis « Picardorum in Facultate Artium Pariſius actu Regentes ſalutem in Domino « ſempiternam. Deum credimus habere propitium, ſi Sanctos eius, qui in cœle- « ſtibus habitant, deuotè honorare procuramus. Sanè quia die Lunæ ante feſtum « Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ anno currente 1331. ſufficienter vocatis ad ſup- « plicandum, ſtatuendum, ordinandum prout in talibus eſt conſuetum, de man- « dato Procuratoris dictæ noſtræ Nationis in dicta Facultate Artium Regentibus « & comparentibus ipſa die apud S. Mathurinum Pariſius, omnibus illis qui vo- « luerunt, aut commodè potuerunt intereſſe per venerabiles & diſcretos viros « Magiſtros Robertum de Corbeya, Ægydium de Corbeya, ac Ioannem ex Sar- « tis Diœceſis Ambianenſis in dicta Facultate Magiſtros Regentes Nobis fuit « intimatum, quod cum ab antiquo & à tanto tempore, quod hominum memo- «

» ria in contrarium non exiſtit, extiterit obſeruatum & conſuetum, quod in die » Feſti glorioſiſſimi S. Beati Firmini Martyris quolibet anno in honorem Dei & » Sancti ſupradicti MAGISTRI ET SCHOLARES dictæ Diœceſis Pariſius faciunt » vnam Miſſam & fecerunt celebrari; pro qua quidem Miſſa celebranda & ſo- » lemnitate debita dicta die facienda omnes & SINGVLI SCHOLARES dictæ Diœ- » ceſis, Determinaturi, Licentiaturi vel Incepturi in Facultate prædicta ſoluere » tenebantur & tenentur vnam Burſam Receptori dictæ Diœceſis, qualem ſol- » uebant & ſoluunt Receptori totius noſtræ Nationis ſupradictæ. Et quia aliqui » Scholares erant qui fuerant rebelles in ſoluendo Burſam prædictam, ſecundum » quod hactenus extitit fieri conſuetum, nec habebant priuilegia ſeu ſtatuta alia » per quæ poſſent ipſos Scholares ad hæc compellere, niſi duntaxat conſuetudi- » nem ſupradictam, & idcircò Nobis humiliter ſupplicauerunt eiſdem ſuper his » de remedio opportuno prouideri. Nos igitur pium & deuotum ipſorum propo- » ſitum attendentes ac conſiderantes, quod pecunia exinde recipienda in pios & » ſalutiferos vſus, & in augmentum Cultus diuini conuertitur, ipſorum Magiſtro- » rum iuſtis, & deuotis ſupplicationibus inclinati, cupientes conſuetudinem præ- » dictam laudabilem & præſcriptam, & ob reuerentiam Dei Omnipotentis San- » ctique ſupradicti rationabiliter introductam, iurique conſonam, illæſam per- » petuis temporibus inuiolabiliter obſeruari, ſtatuimus in hunc modum; videli- » cet, quod quilibet Scholaris dictæ Diœceſis Ambianenſis de cætero Determi- » naturus vel Licentiaturus, vel Incepturus in Facultate Artium prædicta Procu- » ratori noſtræ Nationis qui erit pro tempore vnà cum alijs iuramentis in talibus » præſtari conſuetis iurare tenebitur, cuius Diœceſis ipſe Scholaris ſic Determi- » naturus, Licentiaturus vel Incepturus exiſtat oriundus. Item iurare tenebitur » quod antequam Determinet, Licentiam recipiat, vel Incipiat in Artibus, ipſe » ſoluere tenebitur Receptori dicti Epiſcopatus Ambianenſis in dicta noſtra Fa- » cultate ſi dictus Scholaris de dicta Diœceſi extiterit, vnam Burſam: item & iu- » rare, quod ſi contingat ipſum Scholarem futuris temporibus Receptorem fore » dicti ſui Epiſcopatus Ambianenſis, ipſe per iuramentum tenebitur reddere bo- » num & fidele computum Magiſtris dicti ſui Epiſcopatus Ambianenſis tunc Re- » gentibus infra 8. dies poſtquam tempus dictæ ſuæ receptionis fuerit expiratum, » & ſatisfacere de pecunia quæ reſtabit ad ſoluendum ex Burſis ſupradictis. Sta- » tuimus inſuper quod anno quolibet in feſto B. Dionyſij, vel die ſequenti fiet » vnus Receptor dictæ Diœceſis per Magiſtros Diœceſis eiuſdem ad hæc ſuffi- » cienter per Bedellum euocatos, qui Receptor durabit vſque ad aliud feſtum » B. Dionyſij inde proximè ſequens anno reuoluto; qui Receptor per 8. dies » poſtquam tempus ipſius expirauerit, de receptis per eum vt præfertur, bonum » & fidele reddet computum Magiſtris dictæ Diœceſis & ſatisfaciet de receptis. » *Item* ſtatuimus quod ad ſupplicationem dicti Receptoris dictæ Diœceſis vel » Magiſtrorum eiuſdem Procurator Nationis noſtræ, qui pro tempore fuerit, re- » belles & ſoluere non volentes dictas Burſas compellet, & compellere tenebitur » ad ſoluendum eaſdem vijs & modis omnibus, quibus melius poterit & debebit. » Et ſi dicti Scholares ipſas Burſas ſoluere noluerint, & rebelles extiterint, contra » ipſos procedere tenebitur tanquam periuros & infames. Noſtræ tamen inten- » tionis exiſtit quod per ſtatuta ſupradicta nolumus nec intendimus ſtatutis & » ordinationibus noſtræ Nationis, aut eorum alteri in aliquo præiudicium gene- » rari: & ſi in aliquo ſtatutis & ordinationibus noſtræ Nationis contradicerent, » volumus ſtatuta ſupradicta vt nunc nullam roboris firmitatem quantum ad hæc » obtinere. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtræ Nationis præſen- » tibus litteris duximus apponendum. Datum anno & die Lunæ ſupradictis, præ- » ſentibus ad hæc MM. Quintino de Curchiaco, Symone de Weclin, Io. de Be- » linghan, Io. Cuſtode, Io. Blondel, Io de Monſtrata, Io. de Martigny, & Io. » de Limoniis & pluribus alijs Magiſtris in dicta Facultate Regentibus.

Porro ſacrum hoc in Sacello Collegij Cardinalitij celebratur, cui omnes Magiſtri illius Tribus intereſſe ſolent.

1331. Eodem anno 1331. Ioannes Pontifex Vniuerſitati Priuilegium ſingulare conceſſit in gratiam ſtudiorum quo Magiſtros & Scholares Beneficiarios exemit per quinquennium à reſidentia perſonali ſine vlla priuatione, detractione, aut im-

minutione fructuum, tale autem eſt iſtud priuilegium.

PRIVILEGIVM DE NON RESIDENDO.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Vniuerſitati Magiſtrorum & Scholarium ſtudij Pariſ. Sal. & Apoſt. bened. Dum *ſolicitæ conſiderationis indagine in mente reuoluimus fructus vberes & palmites pretioſos, quos Pariſienſe Studium præ alijs Orbis Generalibus ſtudijs in prærogatiua ſcientiarum quarumlibet ſingulare vbique diffundit, dignum & rationabile reputamus, vt petitionibus veſtris præſertim in ijs quæ Doctorum & Magiſtrorum ipſius ſtudij commoditatem reſpiciunt, fauorabiliter annuamus.* Hinc eſt quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis authoritate præſentium indulgemus, vt vniuerſi Magiſtri præſentes & futuri in præfato veſtro ſtudio actu ſtudentes huiuſmodi inſiſtendo ſtudio fructus, reditus & prouentus omnium Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum, quæ nunc obtinent & in poſterum obtinebunt, etiamſi dignitates, perſonatus vel Officia exiſtant & curam habeant animarum, dummodo huiuſmodi dignitates in Cathedralibus maiores poſt Epiſcopales, & in Collegiatis Eccleſijs principales, ac huiuſmodi alia Beneficia, Parochiales Eccleſiæ non exiſtant cum ea integritate vſque ad quinquennium percipere liberè valeant, quotidianis diſtriburionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperent, ſi in Eccleſijs ſiue locis in quibus huiuſmodi Beneficia obtinent, vel eos obtinere contigerit in futurum, perſonaliter reſiderent, ac interim ad reſidendum in eis minimè teneantur, neque ad id à quoquam valeant coartari. Non obſtantibus ſi ijdem Magiſtri primam in eiſdem Eccleſijs non fecerint perſonalem reſidentiam conſuetam ſeu quibuſcunque ſtaturis & conſuetudinibus Eccleſiarum ipſarum contrarijs, iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis alia firmitate vallatis; etiamſi de illis ſeruandis & non impetrandis litteris Apoſtolicis contra ea & ipſis litteris non vtendo etiam ab alio vel alijs impetratis, ſeu quocunque modo conceſſis, præfati Magiſtri per ſe vel Procuratores eorum præſtiterint & eos præſtare contigerit, in poſterum forſitan iuramentum; ſeu ſit locorum Ordinarijs à Sede Apoſtolica indultum, vel in poſterum indulgeri contingat, quod Canonicos & perſonas Eccleſiaſticas ſuarum Ciuitatum & Diœceſeon etiam dignitates, perſonatus, vel Officia aut Beneficia alia in eiſdem Eccleſijs obtinentes per ſubſtractionem prouentuum ſuorum Eccleſiaſticorum vel aliàs compellere valeant ad reſidendum perſonaliter in eiſdem; aut ſi eiſdem Ordinarijs & Dilectis filijs Capitulis earundem Eccleſiarum vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ad eadem ſit Sede conceſſum, vel medio tempore concedi contingat, quod Canonicis & perſonis earundem Eccleſiarum etiam Dignitates vel perſonatus, aut Officia ſeu alia Beneficia in dictis Eccleſijs obtinentibus non reſidentibus in eiſdem, vel qui primam in eis reſidenriam non feciſſent, fructus, reditus & prouentus Præbendarum, Dignitatum, Perſonatuum, Officiorum & aliorum Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum miniſtrare in abſentia minimè teneantur, & ad id compelli non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam & de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem; & quibuſlibet alijs priuilegijs, Indulgentijs & litteris Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus haberi debeat in noſtris litteris menrio ſpecialis. Prouiſo quod Beneficia huiuſmodi debitis interim non fraudentut obſequijs, & animarum cura in eis quibus illa forſitan imminet, nullatenus negligatur, ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de Beneficiorum ipſorum prouentibus, neceſſaria congruè miniſtrentur, diligenter exerceatur & deſeruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenioni 4. Non. Nouemb. Pontif. noſtri anno 15.

Huiuſce priuilegij conſeruarionem commiſit idem Pontifex Epiſcopo Siluanectenſi, Abbati S. Genouefæ & Scholaſtico Eccleſiæ Abrincenſis; idque de more: nam quoties Pontifices Vniuerſitati Priuilegium aliquod concede-

bant, nominabant quoque Conſeruatorem eiuſdem è tribus Epiſcopis Beluacenſi, Meldenſi, Siluanectenſi vnum; imu interdum alios, quos apud Regem gratiâ & authoritate valere cognoſcebant.

CONSER-VATIO EIVSDEM PRIVILE-GII.

» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo Silua-
» nectenſi & Dilectis filijs Abbati Monaſterij S. Genouefæ Pariſ. ac Scholaſtico
» Eccleſiæ Abrincenſis Sal. & Apoſtol. bened. Dum ſolicitæ conſiderationis in-
» dagine in mente reuoluimus fructus vberes & palmites pretioſos quos Pariſienſe
» ſtudium præ alijs Orbis Generalibus ſtudijs in prærogatiua ſcientiarum qua-
» rumlibet ſingulari vbique diffundit, dignum & rationabile repntamus, vt pe-
» titionibus dilectorum filiorum Vniuerſiratis Magiſtrorum & Scholarium ſtudij
» Pariſ. antedicti, præſertim in ijs quæ Doctorum & Magiſtrorum ipſius ſtudij
» commoditatem reſpiciunt, fauorabiliter annuamus. Hinc eſt quod Nos ipſo-
» rum Vniuerſitatis ſupplicationibus inclinati, ipſis authoritate litterarum no-
» ſtrarum duximus indulgendum, vt vniuerſi Magiſtri præſentes & futuri in præ-
» fato ſtudio actu ſtudentes huiuſmodi inſiſtendo ſtudio fructus, reditus, & pro-
» uentus omnium Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum quæ tunc obtinebant,
» & in poſterum obtinerent, etiamſi dignitates, perſonatus vel Officia exiſterent
» & curam haberent animarum, dummodo huiuſmodi dignitates in Cathedra-
» libus maiores poſt Epiſcopales, & in Collegiatis Eccleſijs principales, ac huiuſ-
» modi alia Beneficia Parochiales Eccleſiæ non exiſterent, cum ea integrirate vſ-
» que ad quinquennium liberè percipere valerent quotidianis diſtributionibus
» duntaxat exceptis, cum quâ illos perciperent, ſi in Eccleſijs, ſiue locis in qui-
» bus huiuſmodi Beneficia obtinerent, vel ipſos obtinere contingeret in futurum,
» perſonaliter reſiderent, ac interim ad reſidendum in ipſis minimè tenerentur,
» neque ad id à quoquam coartari valerent. Non obſtantibus *ſi dicti Magiſtri pri-*
» *mam in eiſdem Eccleſijs non fecerint perſonalem reſidentiam conſuetam, ſeu quibuſcun-*
» *que ſtatutis & conſuetudinibus ipſarum Eccleſiarum contrarijs, iuramento, confirma-*
» *tione Apoſtolica vel quauis alia firmitate vallatis.* Etiamſi de illis ſeruandis & non
» impetrandis litteris Apoſtolicis contra ea, & ipſis litteris non vtendo etiam ab
» alio vel alijs impetratis, ſeu quocunque modo conceſſis, præfati Magiſtri per
» ſe vel Procuratores eorum præſtiterint, vel eos præſtare contigerit in poſterum
» forſitan iuramentum, ſeu ſi locorum Ordinarijs à Sede Apoſtolica ſit indultum,
» vel in poſterum indulgeri contingat, quod Canonicos & perſonas Eccleſiaſti-
» cas ſuarum Ciuitatum & Diœceſeon, etiam dignitates, perſonatus vel Officia
» aut Beneficia alia in eiſdem Eccleſijs obtinentes per ſubſtractionem prouentuum
» Eccleſiaſticorum, vel aliàs compellere valeant ad reſidendum perſonaliter in
» eiſdem, aut ſi eiſdem Ordinarijs & Dilectis filijs Capitulis earundem Eccleſia-
» rum, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ab eadem ſit Sede conceſſum,
» vel medio tempore concedi contigerit, quod Canonicis & perſonis earundem
» Eccleſiarum, etiam dignitates vel perſonatus, aut Officia, ſeu alia Beneficia in
» eiſdem Eccleſijs obtinentibus non reſidentibus in eiſdem, vel qui primam in illis
» reſidentiam non feciſſent, fructus, reditus & prouentus dignitatum, præben-
» darum, Perſonatuum, Officiorum, & aliorum Beneficiorum ſuorum Eccleſia-
» ſticorum miniſtrare in abſentia minimè teneantur, & ad id compelli non poſ-
» ſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad
» verbum de Indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet alijs priuilegijs, in-
» dulgentijs, & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque
» tenorum exiſtant, per quæ noſtris litteris non expreſſa vel totaliter non inſerta
» effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qui-
» bus quorumque totis tenoribus haberi debeat in dictis noſtris litteris mentio
» ſpecialis. Prouiſo quod beneficia huiuſmodi debitis interim non fraudentur ob-
» ſequijs, & animarum cura in eis in quibus illa forſitan imminet, nullatenus ne-
» gligatur, ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de Beneficiorum ipſo-
» rum prouentibus neceſſaria congruè miniſtrentur, diligenter exerceatur & de-
» ſeruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſto-
» lica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut vnum veſtrum per vos, vel
» alium ſeu alios eiſdem Magiſtris, vel Procuratoribus ſuis eorum nomine facia-
» tis authoritate noſtra prædictos fructus, reditus & prouentus iuxta huiuſmodi
noſtræ

noſtræ conceſſionis tenorem per idem quinquennium integrè miniſtrari. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi eiſdem Ordinarijs & Capitulis, vel quidquid alijs communiter vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem. Contradictores authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Auenione 4. Non. Nouemb. Pontific. noſtri anno 15.

Eodem anno Iana Franciæ Regina, Comitiſſa Atrebatenſis & Burgundiæ Palatina Collegium Burgundicum fundauit & dotauit; eique rei, quia morte præuenta, abſoluere non potuit quod animo conceperat, Petrum Cardinalem S. Clementis & Nicoalum *de Lyra* Minoritam, Doctorem nominatiſſimum & Thomam de Sabaudia Eccleſiæ Pariſienſis Canonicum præfecit. COLLEGIVM BVRGVNDIÆ.

Ad hunc annum narrat Bzouius Ioannem Pontificem Opinionem ſuam de tarda animarum viſione diuina, videlicet quod vſque ad extremum Iudicij diem, quantumuis igne purgatorio expiatæ viſuræ non ſint Deum, pro concione recitaſſe. Eamque fuiſſe ſententiam Minoritarum, quam tamen eorum nullus legitur ſcripto conſignaſſe. Contra verò Pontificem auſum fuiſſe Thomam Valenſem Anglum Ordinis Dominicani Aſſertoribus huiuſmodi doctrinæ imprecari: quamobrem eum à Guillelmo Aſtienſi Minorita hæreticæ prauitatis in Prouincia Auenionenſi comprehendi & in carcerem tradi iuſſum, ob irreuerentiam (hoc enim nomine captum) non propter opinionem communem quam propugnabat. Ait quoque idem Bzouius ad annum 1333. ſubmiſſos fuiſſe ab eodem Pontifice Lutetiam Minoritas qui doctrinam eiuſmodi è ſacris ſuggeſtibus ſpargerent, & Magiſtris Pariſienſibus inſtillarent. Ipſum autem collegiſſe & colligi curaſſe ſcripturas & SS. Patrũ ſententias atque authoritates, quibus ſuam fulciret opinionem, eaſque M. Petro Rogerij de Malo-monte Archiepiſcopo Rotomagenſi miſiſſe, vt eas ſuggereret & explicaret Ianæ Franciæ Reginæ quæ in adminiſtratione Regni plurimum poterat, item eaſdem datis 2. Idus Maij litteris perſcripſiſſe ad Gualterum de Diuione Minoritã prædictæ Reginæ à Confeſſionibus. DE TARDA VISIONE BEATIFICA.

Anno 1332. mota eſt vehementius quæſtio Theologica de viſione beatifica, quæ rurſum Ioanni Papæ moleſtias exhibuit grauiſſimas. Ille enim Auenione publicè cœpit tractare & aſſerere animas à corpore ſeparatas & ab omni peccati macula vel in hac vel in altera vita purgatas, viſione diuinæ eſſentiæ non frui nec fruituras ante extremum Iudicij diem; ſed ſuorum corporum reſurrectionem exſpectare & exſpectaturas, vt ſimul cum ipſis perfectam beatitudinem aſſequantur: ſuamque ſententiam quam anno priore in Concione tantùm & quaſi per tranſennam emiſerat, fulcire cœpit & confirmare conabatur autoritatibus Patrum tam Græcorum, quàm Latinorum; qui idem aſſeruiſſe videbantur, Tertulliani, Lactantij, Victorini, Ambroſij, Auguſtini, Prudentij, Bernardi, Iuſtini, Irenæi & aliorum Doctorum Eccleſiæ. Vnde multorum nouitatem iſtam deteſtantium in ſe conuertit indignationem. Nec tamen prædictam opinionem tueri & ſpargere deſtitit, habuitque ſuffragatores Gerardum Odonis Generalem Minoritarum Miniſtrum & totum ferè Ordinem, vt aliqui ſcribunt, cum quibus Doctoribus, quos ſuis viſionibus à Tandulo quodam Hiberno ſibi factis deceperat, vt ſcribit Maſſæus. Quia verò exiſtimabat ſe ſuam ſententiam facile adſtructurum & ſparſurum ſi Pariſienſem Academiam ſuarum partium haberet, miſit è ſuis Prædicatores duos Lutetiam, vnum Dominicanum, Franciſcanum alterum, qui illam publicè tanquam veram & orthodoxam prædicarent: quam ipſe quoque Gerardus Miniſter Generalis prædicaſſe fertur. 1332. QVÆSTIO DE VISIONE BEATIFICA AGITATVR.

Vt primum eiuſmodi dogma Pariſijs auditum eſt, plurimi Doctores doctrinæ ab omnibus receptæ tenaces, nouitatem iſtam ferre non potuerunt, & qui ſecus docerent & crederent, in concionibus & in ſcriptis tanquam hæreticos damnarunt; nec Pontificis reuerentia prohibuit quominus veritati inſiſterent. Hinc ergo vehemens exſurgit æſtus animorum: in ſacris ſuggeſtibus acres fiunt vtrinque declamationes, & paucæ ad ſalutem animarum vtiles Quæſtiones & conciones. Inter cæteros acrius Pontifici obſtiterunt Thomas-Vallenſis, Dominicanus Anglus, quem ille in carcerem compingi iuſſit. Ioannes Bacontor-

pius, Oſbertus Pyckenham Carmelitæ, Nicolaus *de Lyra* Franciſcanus, Durandus de S. Porciano, Guill. Calthus, Nicolaus Bonetus & alij plurimi: totuſque iſte annus abijt in altercationes huiuſmodi, donec Rex veritus ne variæ iſtæ ſententiæ de Religione, varia quoque ſtudia parerent in Regno, promptum remedium ſibi ſumpſit afferendum.

Ergo ille, vt huic altercationi finem imponeret, Concilium conuocat in Palatium Vincennarum, cum Prælatis Eccleſiaſticis Academicos adhibet, quos ſe præſente iubet materiam iſtam agitare. Ibi ergo contra præfatum errorem factum Vniuerſitatis Decretum, quod Rex tribus exemplaribus contentum & 30. Magiſtrorum chirographis munitum ad Ioannem miſit, rogauitque ne conſcientias hominum turbari ſineret. Valde verò modeſta fuit Doctorum noſtrorum ſententia & cenſura. Quâ imprimis, ne parum reuerenter de Pontifice locuti eſſe viderentur, dicebant Ioannem opinionem illam de tarda viſione beatifica non aſſerendo, ſed ſolummodo recitando potuiſſe. Aſſerebant verò à tempore mortis Chriſti omnes animas fidelium nihil habentes purgabile, vel quæ igne purgatorio fuerant purgatæ, ad viſionem nudam & claram Beatificam, intuitiuam & immediatam diuinæ eſſentiæ & benedictiſſimæ Trinitatis quam Apoſtolus nominat *faciei ad faciem* aſſumptas & aſſumi, ipſaque deitate beatâ perfectè perfrui; & eam viſionem reſumptis corporibus minimè euacuatum iri aliâ ſuccedente, ſed ipſammet in eis perpetuò remanſuram. Cui Determinationi ſubſcripſerunt 30. Doctores tam ſeculares quàm Regulares. Inter cæteros verò *M. Guillelmus Bernardi* Cancellarius Pariſienſis, dictus *Guill. de Narbona* à natali Ciuitate, Petrus de *Palude*, vulgò Paludanus, Patriarcha Hieroſolymitanus, Ordinis Prædicatorum. Petrus Rogerij Archiepiſcopus Rotomagenſis, olim Sorbonæ Prouiſor, Pontifex futurus ſub nomine Clementis VI. Nicolaus de Lyra Ordinis Minorum, de Iudæo factus Chriſtianus. Nicolaus Bonetus Minorita, Nicolaus de Cuſa Prior Generalis Carmelitarum, Petrus de Verberia, Nicolaus de Alexandria Auguſtinianus, Guill. de Herchijs Pœnitentiarius Pariſienſis, alijque eiuſdem Facultatis Doctores ſubſcripſerunt, & ſigillis ſuis Decretum iſtud muniuerunt 2. die Ian. an. 1332. more Gallicano, vel an. 33 incipiente, more Romano.

Hac de re ſic Nicol. Gillius in Chronicis ad annum 1332. *En ce temps pour ce que le Pape Iean auoit preſché en Auignon publiquement que les Ames de ceux qui treſpaſſoient en eſtat de Grace, ne verroient point Dieu iuſques aprés le iour du Iugement, & auoit enuoyé ledit Pape deux Freres, l'vn Preſcheur & l'autre Mineur pour publier ſadite opinion, dont ſourdit grand murmure entre les Clercs de l'Vniuerſité de Paris, la choſe venuë à la connoiſſance du Roy, il fait aſſembler grand nombre de Docteurs Theologiens & autres de ladite Vniuerſité, & par leur opinion fut trouué que le contraire de ce que diſoit ledit Pape, eſtoit vray; & les Opinions deſdits Theologiens feit le Roy rediger par eſcrit & mettre en trois lettres, contenant chacune vne forme, ſcellées de 30. des Sceaux deſdits Docteurs & les enuoya au Pape, & luy manda qu'il corrigeaſt ceux qui erroient au contraire. Et aucun temps aprés ledit Pape trépaſſa en Auignon & luy eſtant malade au lit de la mort, il appella & reuoqua ledit erreur qu'il auoit voulu tenir.*

Mirum eſt plus Regem Vniuerſitati Pariſienſi eiuſque Decreto crediḋiſſe, quàm Papæ eiuſque Doctoribus in negotio fidei, ab eaque non ab eo quid tenendum eſſet, poſtulaſſe. Vnde patet aliud eſſe Papam vt Doctorem malè ſentire; aliud Papam Effatum Catholicum proponendo aberrare. Ecce autem noſtrorum Doctorum Decretum de tarda viſione Beatifica ad Regem directum.

De viſione Beatifica.

» Sereniſſimo Principi ac Domino Philippo Dei gratia, Regi Francorum, » Illuſtri ſui deuoti Capellani eiuſdem miſeratione Petrus Patriarcha Hieroſoly- » mitanus, Petrus Archiepiſcopus Rotomagenſis. Guillelmus Bernardus Cancel- » larius Pariſienſis, Ioan. de Blangiaco Archidiaconus Wulcaſſinus in Eccleſia » Rotomagenſi, Nicolaus *de Lyra* Ordinis FF. Minorum, Ioan. de Mentorio » Ordinis S. Benedicti, Mathæus de Archis, Petrus de Palma Prior Prouincialis » Ordinis FF. Prædicatorum in Francia, Ioannes de Caricampo Ordinis Ciſter- » cienſis, Petrus de Caſa Prior Generalis FF. B. Mariæ de Carmelo, Simon de » Meneſtijs, Guill. de Caſtro Reginaldi Ordinis Prædicatorum, Germanus Celati,

Yacinthus de Gyaco Ordinis Prædicatorum, Guill. de Brena Ordinis Mino «
rum. Guill. Calco Ordinis Prædicatorum, Oliuerius Saladini, Gerardus de «
Pergamo Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Petrus de Verberia Ordinis Wal- «
lis-Scholarium, Nicolaus de Alexandria Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, «
Petrus Herſe Ordinis Carmelitarum, Nicolaus Boneti Ordinis FF. Minorum «
& Durandus de Auriliaco Ordinis FF. Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Ma- «
giſtri cum ſui humillimâ recommendatione per temporalis Regni regimen ſic «
tranſire vt perueniat ad perpetui Regni culmen. «

Placuit Regiæ veſtræ Maieſtati nos Dominica 4. Aduentus Domini in ve- «
ſtro Manerio in Nemore de Vicennis ad ſui præſentiam conuocare noſque re- «
quirere quod vellemus corporale iuramentum præſtare, quod ſuper petendis à «
Nobis de ſtatu animarum ſanctarum à Corporibus exutarum veritatem quam «
ſentiebamus, fideliter & abſque palliatione cuiuſcunque velamine diceremus, «
aſſiſtentibus Regiæ veſtræ Celſitudini excellentibus Principibus DD. Philippo «
Dei gratia Rege Nauarræ, Ioanne primogenito veſtro Normaniæ, Ludouico «
Borbonij Ducibus, Carolo Germano veſtro Alenconij, Guidone Bleſenſium «
Comitibus, ac Reuerendis Patribus DD. Guillelmo Auſcitano Archiepiſcopo, «
Guillelmo Pariſienſi, Andrea Atrebatenſi, Guill. Conuenarum, Petro Rute- «
nenſi, Rogerio Lemouicenſi, Bernardo Anicienſi, Ioanne Niuernenſi Epiſco- «
pis, Guill. Electo Ebroïcenſi, Petro Cluniacenſi, Guidone S. Dionyſij, Petro «
S. Germani de Pratis, Hugone Corbeïenſi Abbatibus, & aliorum tam Cleri- «
corum quàm Baronum & Militum, Conſiliariorum virorum, Religioſorumque «
& ſecularium multitudine copioſa: præfato autem iuramento per nos præſtito «
duæ Nobis fuerunt propoſitæ Quæſtiones. Prima vtrum Animæ ſanctæ in «
cœlo exiſtentes videant diuinam Eſſentiam facie ad faciem ante reſumptionem «
corporum ante Iudicium Generale. Secunda vtrum viſio quam de diuina Eſſen- «
tia nunc habent, renouabitur in die extremi Iudicij alia ſuccedente «

Et quia, Princeps ſereniſſime, Vos vt Dominum noſtrum Cariſſimum Fun- «
datorem & Guardiatorem Pariſienſis Studij & noſtræ ibidem Theologicæ Fa- «
cultatis, Regemque præcellentem revereri tenemur & veſtris iuſſionibus obe- «
dire, attendentes ſpecialiter id quod ab ore veſtro ibidem audiuimus, ſcilicet «
quod nihil in hac materia quærebatis, quod tangere poſſit ſanctiſſimum Patrem «
ac Dominum noſtrum Ioannem dignâ Dei prouidentiâ ſacroſanctæ Rom. ac «
Vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem, cuius ſumus deuoti ſerui & filij, «
quinimo ſicut filius eius deuotiſſimus honorem ſuum in his & alijs zelabatis, *ad-* «
uertenteſque quod multorum fide dignorum relatione audiuimus, quod quidquid in hac «
materia Sanctitas ſua dixit, non aſſerendo ſeu opinando protulerit, ſed ſolum modo re- «
citando. Conſiderанteſque quod iuxta Principis Apoſtolorum doctrinam de ea «
quæ in nobis eſt, fide & ſpe parati eſſe debemus omni poſcenti Nos reddere ra- «
tionem, ſigillatim quod ſentiebamus ſuper petitis reſpondimus. Sed omnes in «
hanc ſententiam conuenimus, quod à tempore mortis Domini noſtri Ieſu Chri- «
ſti, per quem pretium redemptionis humani generis extitit perſolutum, omnes «
animæ SS. Patrum quas ibidem Saluator noſter ad Inferos deſcendens eduxit de «
Limbo, cæterorumque fidelium animæ, quæ de Corporibus exierunt, nihil ha- «
bentes purgabile, vel quæ iam in Purgatorio ſunt purgatæ, ad viſionem nudam «
& claram, beatificam, intuitiuam & immediatam diuinæ Eſſentiæ & benedictiſ- «
ſimæ Trinitatis, *Patris ac Filij & Spiritus ſancti*, quam Apoſtolus 1. ad Corinth. «
13. nominat viſionem *faciei ad faciem*, ſicut aſſumptæ ipſâ deïtate beata perfecti «
fruuntur, & iam quod crediderint videntes, quod ſperauerint, tenentes, non «
in ſpe ſed in re ſunt beatæ; quodque dicta viſio quam nunc habent, reſumptis «
corporibus minimè euacuabitur aliâ ſuccedente, ſed ipſamet in eis, cum ſit ea- «
rum vita æterna, perpetuò remanebit. «

Et quia, Princeps inclyte, poſtmodum in die S. Ioannis Euangeliſtæ Nos «
feciſtis Pariſius congregari & ibidem fuimus veſtro nomine requiſiti, vt illud «
quod dictâ die Dominicâ Aduentus in veſtra præſentia dixeramus, redigeremus «
in ſcriptis, noſtris ibidem ſigillis appenſis, licet ſupplicauiſſemus quod de his «
quæ iam dixeramus, dignaretur veſtra Celſitudo Regia contentari, vel quod «
ſicut quilibet ſigillatim reſponderat, ita & in ſcriptis redigeret ſigillatim, tamen «

» nolentes veſtris Iuſſionibus contraire, præſentes litteras ſub appenſione Sigil-
» lorum noſtrorum in præmiſſorum teſtimonium Regali excellentiæ duximus con-
» cedendas. Et Nos *Guillelmus le Petit*, Henricus de Sonions Miniſter Principalis
» Ordinis FF. Minorum in Francia, Ægidius de Pertico, Ioannes de S. Dionyſio
» Ordinis S. Bened. Guillelmus Haërces Pœnitentiarius Pariſienſis & Robertus
» de Bardis in eadem Facultate Theologica Doctores, qui in dicta Conuocatione
» facta in Nemore Vicennarum præſentes non fuimus ex cauſis legitimis impediti,
» poſtmodum in alijs Congregationibus fuimus requiſiti, præmiſſis Quæſtionibus
» conſimiliter cum præfatis Patribus & Magiſtris per omnia reſpondemus. Et
» idem quod ipſi dixerunt in prædicta materia, credimus, & ſentimus. In cuius
» rei teſtimonium ſigilla noſtra vnà cum ſigillis eorum præſentibus litteris duxi-
» mus apponenda. Datum Pariſius apud S. Mathurinum in noſtra Congregatio-
» ne Generali Magiſtrorum in Theologia, Regentium & non Regentium, 2. die
» Ian. an. Domini 1332.

Hanc celebrem Determinationem, quam debeo M. Ioanni Launoyio Doctori Theologo Regiæ Societatis Nauarricæ, habes lector, latinè verſam apud Nicolaum Coëffeteau in lib. contra *Myſterium iniquitatis D. du Pleſſis*. fol. 1040. edit. Pariſ. eandemque Spondanus ait habuiſſe in manibus.

Rex autem Facultatis Pariſienſis Decretum ad Papam tranſmiſit cum litteris acribus, nempe niſi, quam vulgauerat opinionem de tarda viſione, reuocaret, ſe eum igni traditurum. Dura medius fidius hæc verba Regis ad ſummum Pontificem, quæ M. Petrus de Alliaco in Concilio Eccleſiæ Gallicanæ an. 1406. ſuper ſchiſmate Benedicti congregato die 11. Decemb. non timuit repetere, *Quand l'en traitta*, inquit, *de l'erreur de Iean XXII.* de Viſione Beata, *le Roy qui eſtoit au Bois de Vincennes, enuoya à la Faculté de Theologie, & la Faculté luy enuoya 26. Maiſtres. Et l'appointement qu'ils firent, il l'executa & manda lors audit Iean XXII. qu'il ſe reuoquaſt, ou qu'il le feroit ardre.* Ex MM. Puteanorum.

Acceptis hiſce litteris Pontifex agnitoque Regis animo & Magiſtrorum Pariſienſium Decreto reſcripſit prædictam opinionem non eo ſe animo vulgaſſe, vt tanquam veram exhiberet, ſed quæſtionem tantummodo Theologis agitandam propoſuiſſe, neque ſe vlli parti immobiliter & determinatè adhæſiſſe. Item Gerardus ille Minoritarum Generalis iuſſus eſt palinodiam canere, ni velut hæreticus haberi & comburi mallet, quod Regnum Franciæ Nouitates ferre non poſſet. Tales autem ſunt Pontificis ad Regem litteræ.

» Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Regi Franciæ Illuſtri
» Sal. & Apoſt. bened. litteras Regias ſuper reſponſione certorum Prælatorum
» accepimus.... Adhuc in eiſdem litteris Regijs vidimus contineri, quod à pluri-
» bus dicebatur, quod Nos miſeramus Dilectum filium *Gerardum Othonis Genera-*
» *lem Miniſtrum Fratrum Minorum Pariſius ad docendum & prædicandum, quod animæ*
» *ſeparatæ à corpore & à peccatis purgatæ Diuinam eſſentiam vſque poſt reſurrectio-*
» *nem Corporum non videbant.* Ad quod dicimus & aſſerimus coram Deo, quod
» nunquam hoc cor noſtrum intrauit, nec exiuit ab ore; imò ſupponebamus fir-
» miter, quod inibi latè expoſitâ legatione ſuâ Excellentiæ Regiæ, eiuſque audi-
» to beneplacito an vellet pro eodem negotio aliquos vel aliquem nuncios deſti-
» nare, ſtatim cum Collega ſuo deberet proſequi verſus Angliam & Scotiam
» cœptum iter: ſed ipſis Pariſius ſtantibus Procurator Chariſſimi in Chriſto filij
» noſtri Regis Scotiæ Illuſtris ad eos veniens, eis inſinuare curauit, quod Rex
» Scotiæ non erat in Regno Scotiæ, nec pro eodem aliquis, cum quo poſſet ſuper
» negotio pacis vel alio tractatum habere, ideoque eorum viam ad præſens in-
» fructuoſam & inutilem reputabat. Hoc autem tam ipſi Nuncij noſtri, quam
» Procurator Regis prædicti nobis per ſuas litteras nunciarunt. Nos autem fi-
» dem adhibentes Procuratori prædicto præfatos Nuncios per noſtras litteras du-
» ximus reuocare, hoc adiecto quod Generalis Miniſter ſi pro negotijs ſui Ordi-
» nis habebat in Anglia, vel alibi proficiſci hoc poſſet facere, ad Nos Nuncio alio
» redeunte. Et quia Procuratorem prædictum Regis Scotiæ Pariſius credimus
» adhuc eſſe, Excellentiam Regiam precamur attentè vt cum dicto Procuratore
» ſe informare debeat de præmiſſis, & ſi hæc quæ præmiſimus inuenerit eſſe ve-
» ra, velit Celſitudo Regia Relatoribus talibus minorem in alijs fidem adhibere.

Digitized by Google

Rurſus continebatur...... Datum Auenioni, 6. Id. Martij anno 18.

. Eodem anno obijt M. Hugo de Beſançon Epiſcopus Pariſienſis, die 29. Iulij: eique M. Guillelmus de Chanac nobilis Lemouicenſis, ex Archidiacono Pariſienſi 22. Auguſti à Ioanne Pontifice ſubſtitutus eſt, iſque ſupradictæ Determinationi & Comitijs apud Vincennas ad Quæſtionem illam dirimendam habitis interfuerat.

Eodem anno fundatum eſt Collegium Atrebatenſe ad portam S. Victoris à Priore & Conuentu S. Vedaſti Atrebatenſis, vnde & nomen accepit. Extat huiuſce rei Inſtrumentum in Antiquitatibus Pariſienſibus l. 2.

FVNDATIO COLLEGII ATREBATENSIS

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Prior humilis Monaſterij S. Vedaſti Atrebatenſis totuſque eius loci Conuentus ſalutem in Dom. ſempiternam. Ex parte venerabilis Patris & Domini noſtri D. Nicolai Dei patientia Abbatis Monaſterij prælibati fuit nobis fiducialiter intimatum ſe nonnullas pecuniarum ſummas olim in manibus ipſius, vt Executoris teſtamentorum plurium fidelium Defunctorum relictas in opus pium ſecundum eiuſdem arbitrium conuertendas, nec non alias quas vt deputatas ad faciendas ſuas proprias eleemoſynas elargiri pauperibus ſecundum ipſius voluntatem ſe poſſe dicebat in emptiones quorundam redditnum & terrarum ſitarum in villis ſeu territorijs *le Greunny & de Bouchoire & de la Chauate*, nec non cuiuſdam Domus ſitæ Pariſius in vico Murorum pro vſu & ſuſtentatione pauperum Scholarium oriundorum de Ciuitate vel Diœceſi Atrebatenſi Pariſius in domo prædicta commorantium & ſtudentium in futurum piè & miſericorditer erogaſſe, Nos humiliter requirentis quatenus dictas emptiones & erogationes prout non tangunt, ratificare vellemus. Nos verò etſi per litteras dictarum emptionum non conſtet eas noſtrum Monaſterium tangere, veruntamen requeſtæ dicti venerabilis Patris quantum cum Deo nobis licuerit, annuentes, prædictas emptiones & erogationes pecuniarum quatenus nos tangunt ritéque factæ ſunt, & honeſtè poſſumus, ratificantes adhibemus eiſdem noſtrum conſenſum pariter & aſſenſum. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum anno Domini 1332 22 die menſis Nouemb.

Nicolaus ille Abbas dicebatur cognomento *le Caudrelier* De quo ſic Sammarthani in Abbatibus S. Vedaſti. Nicolaus *le Caudrelier* ab ineunte ætate virtutem vnà cum litteris excoluit, verſatus prudenter in rebus Haſprenſibus, dum eò loci Præpoſitum ageret, difficillimis temporibus ſuum Monaſterium rexit; qui ſummâ in pauperes liberalitate commendatiſſimus, Pariſijs etiam Collegium, quod Atrebatenſe & Vedaſtinum vocant, excitauit, in quo acceptis ſtudioſis hebdomadatarij aliquot nummi numerarentur.

Eodem quoque anno erecta eſt à Ioanne XXII. Vniuerſitas Cadurcenſis, eique attributi Conſeruatores Abbates Marſiliaci & Moiſaci.

Ad annum 1333. refert Wadinghus ex Regeſto Vaticano & Secret. Ioannis Papæ fol. 183. Pontificem ſcripſiſſe ad Cancellarium Pariſienſem, qui tunc erat M. Guill. de Narbona, vt ad dignitatem Magiſtralem admitteret F. Fontanerium Vaſellum Aquitanum Minoritam tunc in ſacra Theologia Baccalaureum, mox Gerardi Odonis Miniſtri Generalis ſucceſſorem futurum, item Archiepiſcopum Rauennatem & S. Rom. Eccleſiæ Cardinalem. 1333.

Idem Pontifex ſentiens ſe morti proximum, ſeque malè audire ob ſuam de viſione Beatifica ſententiam, hanc emiſit Bullam, vt omnibus notum faceret, quo animo Quæſtionem illam agitari voluiſſet.

DECLARAT PAPA ſVAM DE VISIONE BEATIFICA OPINIONEM.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ne ſuper ijs quæ de animabus purgatis, ſeparatis à Corporibus, an citra ſumptionem Corporum diuinam eſſentiam illa viſione quam vocat Apoſtolus facialem, videant eam per Nos, quàm per nonnullos alios in præſentia noſtra recitando & allegando ſacram ſcripturam & originalia dicta ſanctorum vel aliàs ratiocinando ſæpius dicta ſunt aliter, quàm per Nos dicta & intellecta fuerunt, intelligantur & dicantur, auribus valeant fidelium inculcari. Ecce quoad noſtram intentionem, quam cum S. Eccleſia Catholica circa hoc habemus & habuimus, ſerie præſentium, vt ſequitur, declaramus: fatemur ſiquidem & credimus quod animæ purgatæ ſeparatæ à corporibus ſunt in Cœlo Cœlorum & in Paradiſo

» cum Chriſto, conſortio Angelorum congregatæ, & vident Dominum & diui-
» nam eſſentiam facie ad faciem clarè, in quantum ſtatus & conditio patitur ani-
» mæ ſeparatæ. Si verò alia vel aliàs circa materiam huiuſmodi per Nos dicta,
» prædicata ſeu ſcripta fuerint, quoquo modo illa diximus, prædicauimus ſeu
» ſcripſimus, recitando & conferendo dicta ſacræ ſcripturæ & ſanctorum, nolu-
» mus eſſe dicta, prædicata & ſcripta vt de omni alio errore è dicto. Inſuper ſi
» qua alia ſermocinando, conferendo, dogmatizando, docendo, ſeu aliàs quouis
» modo diximus, prædicauimus, vel ſcripſimus circa præmiſſa, vel alia quæ fidem
» concernunt Catholicam, ſacram ſcripturam aut bonos mores, ea in quantum
» ſunt conſona fidei Catholicæ, determinationi Eccleſiæ, ſacræ ſcripturæ ac bo-
» nis moribus approbamus; aliàs autem illa habemus & haberi volumus pro non
» dictis, prædicatis & ſcriptis, eaque reuocamus expreſsè. Ac prædicta omnia &
» alia quæcunque dicta, prædicata, & ſcripta per Nos de quacunque materia,
» vbicunque & inde quocunque loco, aut in quocunque ſtatu, quem habemus
» vel habuimus hactenus, ſubmittimus determinationi Eccleſiæ ac ſucceſſorum
» noſtrorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inten-
» tionis, declarationis, confeſſionis, voluntatis, approbationis, reuocationis &
» ſubmiſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c.
» Datum Auenioni 3. Id. Decemb. Pontific. noſtri anno 19.

Hanc Bullam Villanus Scriptor illius temporis Italico exhibuit idiomate lib. 11. c. 19 & ex eâ patet quantâ cum humilitate tantus Pontifex ſuam priuatam de viſione beatifica ſententiam Eccleſiæ, hoc eſt Concilio Oecumenico & ſucceſſorum ſuorum determinationi ſubmiſerit. Itaque mentitur impudenter Caluinus aiens l. 4. Inſtit. c. 7. §. 28. eum aſſeruiſſe animas eſſe mortales: quanquam enim ille multos habuerit aduerſarios, nullus tamen hanc ei hæreſim obiecit.

De Ianæ Papiſſæ Commento.

Ad hæc tempora referunt aliqui Ianæ Papiſſæ commentum, hac occaſione. Petrus ille Corbarius Antipapa iuuenilibus annis Ianam de Corbaria Mathæi filiam duxerat: at poſtea mundi vanitates aſpernatus ab ea licet repugnante diuorterat, vt Minoritis nomen daret. Vixerant ambo in diuortio per multos annos, ille apud Minoritas magnâ integritatis famâ, iſta in ſeculo: donec ille è Cœnobio extractus eſt à Ludouico Imperatore & ad Pontificatum promotus. Iana verò quæ diuortium ſemper moleſtè tulerat, vt virum vidit è Clauſtris eductum, poſtulauit ſibi licere cum eo verſari coniugiſque legitimæ loco haberi: quod vt facilius impetraret, adijt Epiſcopum Reatenſem, cauſaſque diuortij nullas fuiſſe probauit, & ſe repugnante virum induiſſe cucullum manifeſtè conuicit. Hinc ergo crebri de Iana Papiſſa ſermones, ſparſi præſertim Auenioni in Curia Ioannis, multi ioci fabulæque: cuius rei originem ignorantes poſteri, eam ad annum 848. reiecerunt: cum tamen certum ſit ex omnium Synchronorum Authorum fide ab an. 772. vſque ad an. 882. non plus menſe vacaſſe Sedem Pontificiam: ac proinde nullum fuiſſe tempus, quo illa Sedem occupare potuerit. Hoc tamen Commentum vt aliquid veritatis continere ſuaderent poſteri Authores, illud in Mariani Scoti Fuldenſis Monachi, qui viuebat an. 1085. & Sigeberti Gemblacenſis qui an. 1131. hiſtorijs legi contenderunt. Item in Martini Poloni Archiepiſcopi Coſentini qui circa an. 1276. ſcribebat, annalibus clariſſimè contineri. Verum in veteribus Manuſcriptis horumce Authorum nihil quidquam habetur huius fabulæ. In poſterioribus verò, & in Editis & typis excuſſis libris illa inſerta operi, cùm ad marginem primùm in quibuſdam tantùm ſcripta fuiſſet. Huius verò fabulæ authorem aiunt fuiſſe Rainulphum Hygedenſem Anglum Benedictinum in ſuo Polychronico, quod ſcribebat an. 1343. paulò poſt Ianæ Corbariæ Papiſſæ diuulgatam famam, ſparſoſque iocos, vt Regi ſuo Eduardo III. gratificaretur, quem ſciebat inuito animo Pontifici Gallicano vectigal pendere, & Ludouico Bauaro fauere.

Collegij Turonenſis fundatio.

Eodem anno 1333. Stephanus de Burgolio Patria Andegauenſis, dignitate Archiepiſcopus Turonenſis in vico *Serpente* Collegium Turonenſe inſtituit & fundauit atque ſex Burſarijs pauperibus vnique Primario addixit, Burſarumque collationem ſibi ſuiſque ſucceſſoribus retinuit. Obijt autem ille anno 1336.

1334. Anno 1334. menſe Decembri obijt Ioannes XXII. anno ætatis 90. poſt eius

obitum ſtatim in Cœnobio Dominicanorum Auenionenſium incluſi Cardinales à Comite Moneſio Præſide Prouinciæ pro Roberto Siciliæ Rege, primùm Ioanni Raimundi Frarri Comitis Conuenarum viro prudenti & pio Pontificatum deferunt, ſed ea lege, ne Romam Sedem transferret: quam legem cum ille accipere noluiſſet, exiſtimans iniuriam fieri dignitari ſummi Pontificis, illi ſecrero quodam S. Spiritus ductu eligunt quaſi perfunctoriè omnium Cardinalium infimum & vltimæ promorionis F. Iacobum Furnerium ſeu de Furno, cognomento Nouelli, Monachum Ciſtercienſem, ideoque Cardinalem Album, ſeu Blanco dictum, filium Guillelmi Moliroris in oppido Sauarduno ditionis Fuxenſis ad fluuium Aurigam, Diœceſis Appamienſis. Ille à Iuuenrure Monaſticam vitam profeſſus fuerar, Pariſijs opcram lirteris dederat in Collegio Bernarditarum commorans, vbi laureâ Doctorali in Theologia donarus fir primum Abbas Montis-frigidi eiuſdem Ordinis; rum ad Epiſcopatum Appamienſem & Mirapicenſem, poſt ad Cardinalatum tit. S. Priſcæ à Ioanne promouetur; poſtremò ad Ponrificatum ſupremum caſu & nullo præhabito conſilio extollitur à Cardinalibus 13. Kal. Ian. in Vigilia S. Thomæ Apoſtoli. Infulaſque Pontificias accipit die Dominica ipſis Kalendis Ianuarijs & Benedicti XII. nomen aſſumir. Aiunt eum inopinaram ſui electionem admiratum ironicè dixiſſe *rem præclaram feciſſe Cardinales poſt tot diſſidia, Aſinum in Papam elegiſſe.* Quod aliqui tribuunt eius humilitati, vel quia ſe rebus gerendis minus ſenriebar idoneum.

Ioannis autem Acta compendioſè enarrat Auentinus, ſed parum ei credendũ, quia & manifeſtum ſe præſtat Oſorem Eccleſiæ Carholicæ, & ea ſimilrer quæ narrat, faretur ſe ab authore inimico accepiſſe. *Hunc Ioannem*, inquir, *temerè* «
arque malè de bearitudine arque felicirare humana ſenſiſſe reperio. Nul- «
lam penitus animam mortalium, donec ij reuiuiſcerent, atque immortali «
tate donati poſt excidium demum Orbis forent, cœleſtem in Curiam recipi «
prædicauit. *Legi ego Epiſtolam quæ extat, Theologorum eiuſdem tempeſtatis, maxi-* «
mè Pariſiorum, qui illum Hæreſeos notà inurunt, atque vt reſipiſcat, commonefaciunt. «
Idem inuitis myſtis Epiſcopos impoſuit ſicuti Fuxinenſibus Ioannem Brixinen- «
ſem, deinde & Bambergenſem. Illi vt Symmiſtas placarent, Parochias ipſis «
tributarias fecere, hoſpitalitas tum abolita eſt quod in alimenta pauperum an- «
te diſtributum, in ornamentum, cultum parietum atque pompam verſum eſt. «
Tum priuata ſacrificia, ſacrificularios, Pontifices, ſacrilegia, compilationes, «
peculatus, vt tum autumabant, templorum, ac ſicuti nunc vocant, Incorpo- «
rationes & abſenrias inualuiſſe reperio. Hic etiam alrer & viceſimus omnium «
Pontificum Rom. qui vnquam fuêre, pecunioſiſſimus pauperrarem non ſolum «
à Chriſto ſeruatore noſtro eiuſque Comitibus & Legaris, verum à Philoſophis «
quoque, Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricis alienis à Religione noſtra collauda- «
tam irriſit. Franciſcanos in diem viuentes, oſtiatim victum mendicando quæ- «
rentes, ſuæ opinioni aduerſanres, vr qui Chriſtum & eius Nuncios nihil poſ- «
ſediſſe docebant, impietatis, peſtiferi erroris condemnauit, ex Ciuitate Chri- «
ſtiana exegit, Frarerculos nuncupauit, pleroſque igne concremauir. Sacratas «
fœminas, quas Beguinas nominamus, impieraris poſtulauit, nubere coëgit. «
Quoſdam qui in finibus Bohemiæ atque Auſtriæ ſupremam illam Majeſtatem «
Senis, adoleſcentis, Columbæ imagine, vti adhuc fieri ſolet, pingebant, læſæ «
religionis accerſiuit, antropomorphiras eſſe renunciat, quoſdam ad ignem «
condemnauit. Septimum Iuris Pontificij librum, quem Clemens V. deceſſor «
eius compoſuerat, ſed quod multa quæ ſimplicitati Chriſtianæ, liberrati Reli- «
gionis imponerent, ibi continerentur, publicare ſuperſederat, atque animam «
agens aboleri iuſſerat, edidit: omnia, quæ ibidem ſcripta erant, rara ſore «
conſtituit; quæ à Benedicto, qui Ioanni ſucceſſir, rurſus antiquata ſunt. Hæc «
à Willielmo Occomenſi accepi. Nimirum iſte Bauari partes ſecutus contra Ioannem amarè ſcripſit.

Cæterum Benedictus ſtatim poſt promotionem dedit ad Regem Franciæ alioſque Chriſtianos Reges litteras, ad Religioſos Ordines, ad Vniuerſirarem Pariſienſem, eiuſdem omnes tenoris, qui mos à conſecutis Ponrificibus ſeruatus eſt. Nam vt exemplis conſtabit, illi poſt aſſumptam dignitarem Ponti-

ficiam legatos ad Regem mittere ſolebant, atque ad Vniuerſitatem ipſam Pariſienſem per eos litteras, quibus ſuæ Promotionis rationem modumque ſignificabant, ſuamque gratiam pollicebantur. Sic ergo ille.

AD VNIVERSITATEM.

» Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, *Dilectis filijs Vniuerſitati Magiſtro-*
» *rum & Scholarium Pariſ.* Sal. & Apoſt. Bened. *Altitudo cœleſtis conſilij ſupra cuncta*
» *tenens in excelſis Imperium ſic dat eſſe rebus & diſpenſat ineffabili prouidentia munera*
» *gratiarum, ſic Creaturarum conditiones & ſtatus ordinat*, ac provt vult, variat &
» diſponit, quod ſenſus humanus eius ſecreta conſilia perſcrutari non valens, in
» horum conſideratione potius hebetatur, cum ſint inueſtigabiles viæ Domini &
» ſapientiæ ſuæ magnitudinem humani non capiant intellectus. Facit enim for-
» tem ex debili, balbutientibus eloquium tribuit, & ponit nonnunquam humi-
» les in ſublimi, plenam & perfectam habens ad ſingula, tanquam palma conclu-
» dens omnia, poteſtatem Sanè felicis recordationis Ioanne Papa XXII. Præ-
» deceſſore noſtro nuper, ſicut Domino placuit, ab bac luce ſubtracto, & ad cœ-
» leſtem patriam ab huius mundi miſeria, ſicut piè credimus, euocato, eiuſque
» corpore cum exequiarum ſolemnitate debita tumulato, venerabiles fratres no-
» ſtri Epiſcopi, Preſbyteri & Diaconi Rom. Eccleſiæ Cardinales, de quorum
» numero tunc eramus pro futuri ſubſtitutione Paſtoris conuenientes in vnum
» ſub deliberatione conſilij, quam tanti negotij qualitas exigebat, habito ſuper
» electionis futuri Papæ celebratione tractatu, licet conſentire potuiſſent in alios,
» maiorum meritorum claritate conſpicuos & plurium virtutum titulis inſignitos,
» tandem tamen ad perſonam noſtram dirigentes vnanimiter vota ſua, Nos ad
» ſummi Pontificatus apicem Diuinæ dignationis clementia euocarunt. Nos igi-
» tur noſtrarum inſufficientiam virium, & adminiſtrationis tam arduæ ſarcinam
» tantique oneris grauitatem intentâ conſideratione penſantes intra noſtra præ-
» cordia, quid inter tot diuerſas & varias ſeculi fluctuationes & pugnas agendum,
» quidue tenendum, quidue penſandum exiſteret, animo duximus trepido reuol-
» uendum. Demum verò Spiritus virtute reſumpta, in illo qui aſſurgit in occur-
» ſum timentium & implorantium humiliter nomen ſuum, quique clementer in
» ſemitis ſuis greſſus hominis perficit, inter huiuſmodi cogitationum fremitus
» anchoram ſpei noſtræ fiximus ad ferendum ſub eius fiducia iugum ſeruitutis
» Apoſtolicæ, imbecilles humeros humiliter ſubmittentes, ac ſubſequenter be-
» nedictionis & coronationis ſolemnia & cætera recepimus ſecundum morem
» eiuſdem Rom. Eccleſiæ in perſonis Rom. Pontificum Prædeceſſorum noſtro-
» rum hactenus obſeruatum, anxiato & humiliato ſpiritu Domino ſupplicando,
» vt ipſe qui nos iugum huiuſmodi ſubire conceſſit, ſic ad ipſum portandum de-
» bilitatem noſtram ſuæ virtutis robore fulciat, ſicque illud faciat ſub benignita-
» te portabile, quod ſub illo nos non contingat ex noſtra debilitate deficere, ſed
» ita ſua omnipotentia nobis & gregi Dominico vigilantiæ noſtræ commiſſo
» potius proficere, quod de talento nobis credito dignam valeamus in extremo
» Iudicio reddere rationem. Conſiderantes igitur quod Nos tanquam hominem
» inter mundanos conflictus & turbines conſtitutos, noſtrumque imperfectum
» diligentius attendentes ad deuotionem veſtram Deo gratam noſtræ mentis le-
» uamus oculos & ad veſtrorum orationem de quorum numero fuimus aliquando,
» ſuffragia feruentius aſpiramus. *Eapropter Vniuerſitatem veſtram precamur & obſe-*
» *cramus attentius per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, quatenus pro perſona noſtra*
» *ſtatuque ſalubri & felici vniuerſalis Eccleſiæ orationes deuotas & ſedulas ad ſu-*
» *pernæ Maieſtatis clementiam effundatis, & etiam effundi faciatis in veſtris generalibus*
» *Congregationibus, vt omnipotens Deus, qui humeris noſtris imbecillibus molem impo-*
» *ſuit Apoſtolicæ ſeruitutis, nobis ſuæ omnipotentiæ dexteram porrigat, defectum noſtrum*
» *ſuæ virtutis robore fulciat, vt dum nauigabimus in huius vitæ ſalo, ac tempeſtuoſis*
» *fluctibus & procellis ſciamus & poſſimus diſperſa colligere, fracta connectere, deperdita*
» *reſtaurare, cuſtodire pinguia, manuducere fortia & humilia confouere, aliaſque Sponſæ*
» *noſtræ nobis diuinitus copulatæ, Romanæ præfatæ & generali Eccleſiæ præeſſe pariter*
» *& prodeſſe* Nos enim Vniuerſitatem veſtram deuotæ Charitatis zelantes affectu,
» ipſius ſalutis & proſperitatis cupimus incrementum, cui libenti animo, quatenus
» ſecundum Deum poterimus, provt expedire nouimus, annuemus. Cum autem
» ſicut intelleximus, Portitores huiuſmodi interdum eſſe conſueuerint contra
intentionem

intentionem mittentium exactores, nunc importunæ petitionis inſtantia, nunc " etiam murmurationum ſuſurris, ac detractionum & querelarum comminatio- " nibus exigendo, ſcire vos volumus quod noſtræ intentionis exiſtit, latoreſque " præſentium iurare voluimus, quod ad exigendum vel obtinendum aliquid, ta- " libus inſtantijs, murmurationibus, detractionibus, ſeu comminationibus non " vtantur, nec recipere oblata præſumant. Ideoque vt noſtris in hoc inten- " tioni & beneplacitis concurratis, præfatis eorum abuſionibus, cæteriſque ſimi- " libus, ſi forſan eis, quod non eſſet veriſimile, vti præſumerent, contra proprium " iuramentum, contemptis, animo vos vltra præmiſſa ipſis noſtro miniſtranda " mandato, tribuendo aliquid non grauetis, cum non per extorſiones huiuſmodi, " ſed alia retributione congrua intendamus ipſorum laboribus reſpondere. Da- " tum Auenioni 5. Id. Ianu. Pontif. noſtri an. 1. "

Ad hunc annum legitur in quodam Chartulario quod inſcribitur *de Temporalitatibus*, cuius quidem mihi pro ſua ſingulari beneuolentia copiam fecit D. Herouuallius, quo pacto Eccleſia Pariſienſis ad inaugurationem ſeu vt vocant, benedictionem Nundinarum Indictitiarum procederet : quæ res à propoſito noſtro non omnino abludit. Hic autem titulus præponitur. *Du Landit & de la Proceſſion Noſtre-Dame de Paris.*

Les Religieux de S. Denys diſoient que leur portier nommé Poureulx eſtoit " en poſſeſſion & ſaiſine de povoir venir chacun an le premier iour du Landit ar- " mé auec ſes Gens-darmes à la Proceſſion de Noſtre-Dame de Paris qui y venoit " pour faire la beniſſion & de conduire ladite Proceſſion Et armé dés la pointe " Liſart en la voye qui vient de Clignencourt à S Denys & de Paris à S. Denys en " paſſant par deſſous Mommartre ou lieu ouquel leſdites deux voyes font vne " pointe, entant que ſe ledit portier ne venoit illec, ladite Proceſſion s'en retour- " neroit à Paris & ne ſeroit point faite de beniſſion. Et neantmoins les Sergens " de Chaſtelet auoient prins ledit Portier & ſes Gens & leur auoient commandé " qu'ils ſe rendiſſent en Chaſtelet en les troublant, &c. Le Procureur du Roy " diſant au contraire que le port d'armes appartenoit au Roy & que pour ce que " ledit Portier eſtoit armé, auoit eſté prins & eſtoit le Roy en poſſeſſion & ſaiſine " de le prendre eſdits lieux s'ils eſtoient armez. Par Iugement, enqueſte faite leſ- " dits Religieux furent maintenuz en leurs poſſeſſions. Donné en Parlement le 9. " iour d'Avril l'an 1334. Cuſtos Præpoſituræ Pariſienſis tunc erat Petrus Bela- " gent, vt in eodem Chartulario legitur. "

De Indicto.

Item in alio MS. membranaceo eiuſdem Herouuallij legitur quoddam Regis & Senatus Pariſ. mandatum, quo Rex Abbatem & Domum Cluniacenſem ſitam ad portam S. Germani ſuæ tutelæ ſe commiſiſſe ſignificat, ex veteri Regiſtro Parlamentaeo quod complectitur annos 1328. 1329. 30. 31. 32. & 33.

De Domo Abbatis Cluniacensis.

A tres-honorables & redoutez Seigneurs nos Seigneurs Preſidens pour le " Roy à Paris Simon de Vandouuire, Eſtienne de trois Moulins Huiſſiers du Par- " lement honneur auec reuerence Nos tres-chiers Seigneurs, ſçauoir vous faiſons " que le Dimanche aprés la feſte S. Martin d'Eſté à heure de Tierces ou enuiron " l'an de grace 1334. alames de voſtre commandement *au Recteur & à lad. te Vniuerſité des Eſcholiers de Paris ou Chapitre de S. Mathelin, ou quel Chapitre ledit Recteur & Vniuerſité faiſoient aſſemblée ou Congregation general, lequel commandement* " eſtoit contenu en vne ſcedule ſcellée du petit ſceel de la Chambre du Parlement " & ſignée par M Pierre de Hangeſt, laquelle ſcedule eſt cy-deſſous eſcrite, & " illuec leur ſignifiemmes de par vous, que l'Abbé de Clugny & l'Abbaye auec " toutes les perſonnes de l'Ordre de Clugny & leurs membres, tous leurs familiers, " leurs biens en quelque part qu'ils ſoient dedans le Royaume de France ſont en " l'eſpeci & ſauuegarde du Roy par point de priuilege, & par ce que ledit Abbé eſt " du Conſeil du Roy, & leur defendiſmes de par le Roy & de par vous, que en " quelconque ils ſe pourroient meſfaire enuers le Roy, ils ne feiſſent ne ne deiſ- " ſent, iniure violence, ne nouuelleté nulle aux deſſus nommez en perſonne & en " biens, & ſpecialement en la maiſon dudit Abbé ne en ſes appartenances, laquel- " le maiſon eſt aſſiſe delà la Boucherie S. Germain des Prez, ne ou nouuel batiſ- " ſement que ledit Abbé a fait en ladite maiſon outre la porte aux Cordeliers; & " *derechief deiſmes audit Recteur & Vniuerſité de par vous, que ſe ils vouloient aucune* "

» *choſe demander audit Abbé ou à ſes Gens, vous vous offriez à faire à eux bon & brief*
» *accompliſſement de Iuſtice dudit Abbé & de ſes Gens & ment moins preiſmes & meiſmes*
» *d'abondant ladito maiſon, ſes appartenances en ladite garde du Roy & publiaſmes la-*
» *dito garde audit Recteur & Vniuerſité & aux voiſins d'illuec enuiron: la teneur de la*
» *Cedulle deſſus nommée ſenſuit.* Pierre Hermier, Thomas Choques, Simon de Van-
» douaire, Eſtienne de trois Moulins allez vous quatre, trois, deux ou l'vn de
» vous au Recteur & à la Vniuerſité des Eſcholiers de Paris & leur ſignifiez & in-
» timez de par les Preſidens, que l'Abbé de Clugny & l'Abbaye auec toutes les
» perſonnes de l'Ordre de Clugny & les membres, tous leurs familiers, leurs biens
» en quelque part qu'ils ſoient dedans le Royaume de France ſont en l'eſpect &
» ſauuegarde du Roy par point de priuilege, & par ce que ledit Abbé eſt du Con-
» ſeil du Roy & leur defendez de par le Roy & de par leſdits Preſidens que en quel-
» conque ils ſe pourroient meffaire enuers le Roy, il ne le facent ne dient iniures,
» violence ne nouuelleté nulle aux deſſus nommez en perſonne ne en biens, eſpe-
» cialement en la maiſon dudit Abbé és appartenances d'icelle, laquelle maiſon
» eſt aſſiſe delez la boucherie S. Germain des Prez, ne ou nouuel batiſſement que
» ledit Abbé a fait en ladite maiſon outre la porte aux Cordeliers. Et ſe leſdits
» Recteur & Vniuerſité veulent aucune choſe demander audit Abbé ou à ſes Gens,
» leſdits Preſidens ſe offrent à faire à eulx bon & brief accompliſſement de Iuſtice
» dudit Abbé & de ſes Gens & ment moins d'abondant prenez mettez ladite
» maiſon & ſes appartenances en ladite garde du Roy & la publiez deuant les
» bonnes Gens & voiſins d'illuec enuiron. Et où vous verrez qu'il ſera à faire de
» raiſon. Ces choſes deſſuſdites vous certifions nous eſtre faites par nous en la ma-
» niere qu'il eſt deſſuſdit & deuiſié par ces preſentes lettres ſcellées de nos ſceaulx
» qui furent faites l'an deſſuſdit, le Vendredy 22. iour du mois de Iuillet.

Quid contra hoc egerit Vniuerſitas, infra dicetur; nam Rex agnitâ veritate, nihil iniuriarum aut damni ipſi voluit inferri.

In eodem MS. quod eſt veterum Senatuſconſultorum Pariſ. legitur titulus cuiuſdam concordiæ factæ *inter Radulphum de Praellis D. de Liſy & Scholares per defunctum M. Robertum de Praellis Pariſius fundatos.*

Item. *Inter Scholares Sueſſion.* Pariſius fundatos per defunctum M. Radulphum de Praellis *& executores dicti defuncti & Radulphum eius nepotes.*

Item. Inter Procuratorem Regium, *Magiſtros & Scholares de Sorbona* & Simonem Brinau.

1335. Anno 1335. Benedictus Pontifex exiſtimauit ſibi cogitandum eſſe ſeriò de pace cum Ludouico Bauaro, ſatiuſque fore Imperatorem licet Inuaſorem ſibi & Eccleſiæ Catholicæ demereri, quàm prædeceſſoris ſui veſtigia ſequendo Cenſuris eum efferare. Itaque ad eum Legatos miſit, patrem agens non hoſtem. Sed Fratricellos, quoſdum Cardinalis eſſet, ſcripris exagitauerat, anathemate percuſſit, & Inquiſitores ad Gentem illam ex Italia, vbi plurimum inualuerat, exterminandam excitauit.

Idem Pontifex omnes gratias de Beneficijs à Prædeceſſoribus ſuis conceſſas, quibus nondum ius de pacifica poſſeſſione acquiſitum eſſet, reuocauit. Vacantia Perſonis idoneis, quæ prodeſſe valerent Eccleſiæ, conferenda ſibi reſeruauit, cauitque quàm potuit diligentiſſimè, ne indignis darentur. Neminem è ſuis, vno duntaxat excepto, ad Epiſcopatum promouit, nullum ad Cardinalatum, aiens teſte Alberto Argentinenſi, *ſi mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.* Cumque Doctorum virorum familiaritate nihil haberet antiquius, Gregorium Ariminenſem, Thomam Argenrinenſem & Franciſcum Petrarcham intimos quidem habuit, at ſolâ neceſſitudinis gloriâ illi apud eum potiti ſunt.

STATVTVM NAT. GALL. DE RESVMPTIONE LECTIONVM.

Eodem anno Natio Gallicana ſtatutum promulgauit circa reſumptionem Lectionum, quod legitur in antiquo libro Procuratorum ſub hoc titulo. *Statutum valde vtile de Reſumptione Lectionum, & quantum poſt Reſumptionem debeat legere, & quam Pœnam incurrat niſi faciat, & quomodo ſi non faciat, debeat excuſari.* Tale autem eſt.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis *Nos omnes & ſinguli Magiſtri Natio-*
» *nis* Gallicanæ actu Regentes Pariſius in Artium Facultate ſalutem in Domino

ſempiternam. Notum facimus per præſentes, quod nos conſiderantes vndi- «
que Nationem noſtram multipliciter eſſe lapſam, lapſum eius ex omni parte «
cupientes pro noſtris viribus reparare, vtilitati priuatæ publicam præferentes, «
pro communi vtilitate totius Nationis noſtræ die Martis ante Ramos Palmarum «
per Nicolaum de Cheziaco Bedellum noſtrum de mandato viri venerabilis & «
diſcreti M. Petri de S. Floro tunc temporis noſtræ Nationis Procuratoris hora «
Primæ diſtricte per juramenta apud S. Mathurinum ad ſtatuendum, diſtatuen- «
dum, vel ſtatutum ſeu ſtatuta in noſtra Natione ſuper Regentia Magiſtrorum «
noſtrorum edita deſtruendum, moderandum, confirmandum, declarandum, «
interpretandum, corrigendum, addendum, diminuendum, ordinandum, diſ- «
penſandum, ſupplicationes etiam audiendum, diſtricte vt præmittitur, ibidem «
eſſemus vocati, poſito quod per eundem in deliberatione noſtra an placeret «
nobis ſtatuere ſuper Regentia Magiſtrorum noſtræ Nationis, vel ſtatuta ſeu «
ſtatutum ſi quæ eſſent ſuper eandem facta vel edita, deſtruere, addere, dimi- «
nuere, confirmare vel moderare, declarare, ordinare, vel etiam corrigere ſeu «
ordinare. Quo ſic poſito vel poſitis in deliberatione noſtra, vnanimi conſenſu «
omnium nullo penitus diſcrepante ſeu reclamante primo per viam S. Spiritus «
omnes in vnum conſentientes vel concordantes conceſſimus, voluimus, ac «
etiam deliberauimus in hunc modum, videlicet, quod viros venerabiles & diſ-
cretos Magiſtros *Ioannem Gorre de Prouincia Pariſienſi*, *Lambertum de ſumma vera de Prouincia Senonenſi*, *Richardum de Billiaco de Prouincia Rhemenſi*, *Alanum de Villacollis de Prouincia Turon.* & *Gerardum Lasboegas aliàs de Aluernia de Prouincia Bituricenſi*, iſtos omnes deputauimus, & eis omnibus inſimul commiſimus, ſic quod vno iſtorum contradicente vel reclamante alij omnes nihil facere poſſint, vel etiam ordinare. Damus ac dedimus eiſdem Magiſtris ſuperius nominatis vt præmittitur, vſque ad octo dies ſolummodo computando à die dictæ vocationis plenam, liberam & abſolutam poteſtatem, authoritatem, & mandatum ſpeciale de nouo ſtatuendi ſuper Regentia Magiſtrorum dictæ noſtræ Nationis, vel ſtatutum ſeu ſtatuta, aut clauſulas in eiſdem contentas mentionem generalem, vel ſpecialem de Regentia prædicta facientes deſtruendi penitus & totaliter adnihilandi, approbandi, confirmandi, moderandi, declarandi, corrigendi, addendi, diminuendi, ordinandi, diſpenſandi, & cætera omnia faciendi quæ tota noſtra Natio faceret, ſeu in talibus & ſimilibus facere poſſet, ratum & gratum perpetuò in ſtatutum ſeu in modum ſtatuti irreuocabiliter habentes quidcunque per dictos Magiſtros ſuperius nominatos actum, geſtum fuerit, ſeu etiam ordinatum. Quibus ſic factis ac deliberatis præfati Magiſtri ad hæc ſpecialiter Deputati per prædictum Procuratorem noſtrum pluries & per debita interualla in locis certis ad huiuſmodi negotia vel deliberata fini & executioni demandanda vel terminanda vocati fuiſſent, & poſtmodum inſimul congregati longa & prouida inter eos deliberatione habita ſtatum noſtræ Nationis diutius ruminando & quemlibet articulum verſando velut in ſtatera quæque ſingula ponderantes, de communi conſenſu & voluntate omnium quinque Magiſtrorum ad hoc ſpecialiter deputatorum, & nominibus quibus ſupra nullo penitus diſcrepante ordinauerunt & ſtatuerunt ea quæ ſequuntur.

Videlicet quod quicunque Magiſter noſtræ Nationis ad Actus communes « De Regentibus.
in eadem liberè admittatur, prima die qua reſumet & leget etiam de extra vil- «
lam venerit, dummodo idem Magiſter iuret, quod lectiones ſuas continuabit «
vſque ad menſem poſt, niſi fortè legitimo impedimento fuerit impeditus. Le- «
gitimum impedimentum dicimus, videlicet ſi quis infirmus fuerit corpore vel «
detentus carcere, vel ipſum extra villam exire contigerit, vel in aliquo Princi- «
pium libri ſententiarum, quæ vt plurimum in paruo Ordinario ſolent celebrari «
cauſa proficiendi vt ſupra præſentialiter affuerint, & hoc quater in anno ad «
plus, vel etiam ſi bis in menſe ad plus Determinationibus aut Principijs ſolen- «
nibus in alijs Facultatibus fieri conſuetis cauſâ proficiendi vt ſupra præſentiali- «
ter de quibus fidem faciet, ſi ſuper hoc fuerit requiſitus per Iuramentum vnius & «
alterius qui ipſum viderit ibidem, liceat etiam cuicunque Magiſtro noſtræ Na- «
tionis ſupplicationes intenmere, vel eas concedere, dummodo iuret quod Le- «

» git in eadem die quâ concedit vel interimit, ſi fuerit requiſitus ſecundum for-
» mam ſtatuti Facultatis.

» *Ad Officia verò noſtræ Nationis nec Procurator, nec vllus admittatur, niſi prius per*
» *menſem continuè Regens fuerit*, dum tamen aliquo impedimentorum prædicto-
» rum non fuerit impeditus. De Regentia verò antequam admittatur, fidem.....

Hoc loco lacuna eſt auulſi vnius folij integri, ſeu duarum Paginarum, à pag. ſcilicet 111. vſque ad 113. tum in pag. 113. & deinceps habentur, quæ ſequuntur.

» xerint, *& pœnam obſtinato animo* prælibatam elegerint ſuſtinere quinque alij
» per dictas quinque Prouincias aſſumentur, quibus incumbet neceſſitas contro-
» uerſiam ſuper dicta aſſertione infra biduum ſicut prius ſub pœna conſimili ter-
» minandi, ac interim durante tempore litis coram quinque Deputatis prædictis
» ſuper ſua non citatione Magiſter Electus ad Officium in eodem pacificè rema-
» nebit & ad ipſum ſine contradictionis obſtaculo exequetur. Ac prædictus falſus
» aſſertor plectetur & punietur priuatione & carentia omnium Beneficiorum &
» honorum Nationis prædictæ per annuale ſpacium & in toto anno priuationis
» in cuiuſcunque Officialis electione vocem aliquam non habebit, nec actum re-
» gendi per dictum ſpacium exercebit. Et ne Electionem prædicti Magiſtri callida
» malignantium machinatione contingat aliquatenus impediri, ſuperaddimus
» prælibatis, quod ſi de deputando aliquem Magiſtrum ad prædictam litem diri-
» mendam in aliqua dictarum Prouinciarum contentio oriatur, quod miſſus &
» electus firmiter habeatur à maiori parte Prouinciæ diſcordantis tanquam à tota
» Prouincia & à ſingulis eiuſdem Prouinciæ miſſus & electus firmiter habeatur,
» & dictam litem dirimere valeat vnà cum Deputatis à 4. alijs Prouincijs, quæ
» conſenſerant in mittendo. Et ſi tanta in aliqua dictarum Prouinciarum pullu-
» lauerit controuerſia, quod nec ipſa tota, nec in maiori ſui parte in deputando
» aliquem Magiſtrum conſentire potuerit, à quatuor alijs Prouincijs Deputati
» negotium ad quod aſſumpti fuerint, ſpecialiter terminabunt. Et ſi nedum vna
» Prouincia, verum & quod abſit, duæ vel tres in ſua totalitate Magiſtrorum,
» ſeu in maiori parte eorundem in actu deputandi aliquem nequiuerint concor-
» dare, aliæ Prouinciæ concordes per ſuos Deputatos dirimere poterunt dictam
» litem.

INSTITVTO VICIS TRIBVVM IN ELIGENDO ELECTORI D. RECTORIS.

» Item ſtatuimus quod ex hac hora in antea per quinque Prouincias ſupra-
» dictas aſſumatur & eligatur *vnus Magiſter inter Nos actu Regens alicuius quinque*
» *Prouinciarum prædictarum, ita quod prima vice quâ creabitur nouus Rector Vniuerſi-*
» *tatis, aſſumatur Magiſter prædictus de Prouincia Pariſienſi. Secunda vice de Senonen-*
» *ſi. Tertia vice de Remenſi. Quarta de Turonenſi. Et quinta vice de Bituricenſi: & ſic*
» *deinceps per Ordinem ſupradictum in perpetuum. Qui quidem Magiſter aſſumptus tan-*
» *quam Procurator Nationis noſtræ & nomine ipſius Nationis in electione dicti Rectoris*
» *vocem habeat, qui pro tempore fuerit eligendus, & dictum Rectorem eligendi vnà cum*
» *Procuratoribus aliarum Nationum plenam & liberam poteſtatem.* Ita tamen quod ſi
» de Prouincia, ad quam ſpectabit dictum Magiſtrum aſſumere imminente futuri
» Rectoris facienda electione Procurator publicus & communis noſtræ Nationis
» originem traxerit in dicta Prouincia & de eadem exiſtat, nullus alius Magiſter
» illa vice ad Electionem D. Rectoris celebrandam creabitur, nec ſumetur.

» In Electione verò aliorum Officialium ad quæcunque alia Officia Deputato-
» rum noſtræ Nationis, ſeruabitur mos antiquus: qui quidem mos fuiſſe talis di-
» gnoſcitur, quod quotienſcunque aliquis Officialis eligi debuerat in Natione
» prædicta, quælibet Prouincia de prædictis vnum Magiſtrum deputabat, & quem
» dicti Deputati, vel ipſorum maior pars eligebant, ſtabat in Officio per illius
» temporis ſpatium, ad quod quidem Officium fuerat poſtulatus. Et quod Pro-
» curator, cuius tempus non tranſierat, & cuius Officium non expirauerat, ad-
» ueniente tempore Vacationum ſolemnium, videlicet à feſto Beatorum Petri &
» Pauli vſque ad finem dictarum Vacationum in ſuo Officio remanebat, ac in
» prædicto fine creabatur alius Procurator.

» Annectentes prædictis ſtatutis & addentes vt ipſa irrefragabiliter obſeruen-
» tur: quod Nos omnes qui nunc regimus, ipſa promittimus per fidem & iura-
» mentum à nobis corporaliter præſtandum noſmetipſos inuiolabiliter ſeruaturos,

& quod omnes Baccalarij noſtræ Nationis in Facultate noſtra incepturi in manibus Procuratoris dictæ Nationis illa iurent ſimiliter. Ac ſi qui Magiſtri dictæ Nationis actum regendi dimiſſum ab ipſis reſumere voluerint, antequam proclametur eorum reſumptio, in manibus prædicti Procuratoris iurabunt, quod in aliquam fraudem dictorum ſtatutorum reſumere non intendunt, & quod dicta ſtatuta firmiter obſeruabunt.

Prædicta autem omnia ordinamus, ſtatuimus, facimus, ordinata, ſtatuta & facta confirmamus, & in ſcriptura publica redigimus, & litteris apertis mandamus & promittimus Nos omnes & noſtrum quemlibet, quandiu viſum nobis & Nationi prædictæ fuerit expedire, nos ipſos eadem perenniter ſeruaturos. Nullam tamen neceſſitatem nobis, vel eidem Nationi noſtræ imponentes nec imponere volentes, quod nobis liceat prædictis ſtatutis addere, ſubſtrahere, diminuere, & eadem ſi nobis placuerit, totaliter annullare. Quas additiones, ſubſtractiones, diminutiones & annullationes nunquam poſſe fieri decreuimus, quandiu vna Prouincia de quinque prædictis, vel maior pars eiuſdem conditionis rebellionem obijciet ſeu opponet. In quorum omnium teſtimonium præſentes litteras ſigilli dictæ Nationis appenſione roboramus & eiuſdem ſigilli caractere communimus. Datum anno Domini 1335. die Sabbati ante Aſcenſionem Domini.

Hoc ergo anno inſtitutum fuit in Natione Gallicana, vt ſingulis Comitijs Rectorijs ſingulæ Tribus alternis vicibus Quatuor-virum, ſeu vt vulgò loquimur, *Intrantem* eligerent: quæ conſuetudo hodie etiamnum obſeruatur, hoc eſt anno 1667. quo hæc ſcribimus. Antiquitus verò vel Procurator Nationis, vel alius Magiſter ſubitò electus in Quatuor-virum deſignabatur & nominabatur. At hocce ſtatuto id ſolum relictum eſt Procuratori, vt quoties Tribus ſua Quatuor-virum deſignatura eſt, ſit ipſe Quatuor-vir: quod cum in deſuetudinem abijſſet, M. Iacobus Houllier Stempanus Nationis Procurator Senatuſconſulto & Prætoris Morini Edicto *Intrans* confirmatus eſt anno 1531. elegitque M. Claudium de Mailly Pariſinum, vt ipſe ſcribit ad marginem huius ſtatuti. Et alibi ſic ipſe. *Anno Domini 1530.* (10. Octob.) *Nos Iacobus Houllier Procurator Nat. Gall. data poſtulatione in ſupremo Senatu, vt ex iure ſtatuti, quod* fol. 113. *exſcriptum eſt, nullus alius deſignaretur Rectoriæ Dignitatis Renunciator. Atque Nos obtinuimus, vt retinendo Iuri noſtro D. Morinus Prætor Pariſinus committeretur. Is itaque ex mandato Senatus adfuit, & ita præfuit, vt nihil imminuto ſtatuto Rectoris Elector Procurator diceretur. Quod cum in publicum bonum confectum ſit, id vt ne prætermittatur, quibus occaſio ceſſerit, obteſtor. ſig. Houllier Procurator.*

Hoc anno litem habuit Vniuerſitas cum M. Petro Chaluſio (de Chaſlus) Decretorum Doctore & Abbate Cluniacenſi propterea quod ille in platea quadam quæ erat ipſius Vniuerſitatis, ædificium aliquod ſubgrundiale extruxerat: ſed quia primas in Regni adminiſtratione tenebat, ad Regem ipſum confugit Vniuerſitas, à quo litteras obtinuit quæ ſequuntur. LIS CVM ABBATE CLVNIACENSI.

PHILIPPES par la grace de Dieu, Rois de France: A nos Amez & Feaulx Eſtienne de Villiers & Alexandre de Creuecœur des Gens de nos Requeſtes de noſtre Palais à Paris, ſalut & dilection. De par nos Amez l'Vniuerſité des Maiſtres & Eſcholiers de Paris, Nous a eſté expoſé en complaignant que comme eux & tous les biens communs appartenans au commun de ladite Vniuerſité ſoient & ayent eſté d'ancienneté en l'eſpecial garde Royal, & ſoient & ayent eſté d'ancienneté en poſſeſſion & en ſaiſine paiſible & par bon titre d'vne place ſeant ou territoire de S. Germain des Prez, neantmoins noſtre Amé & feal Conſeiller l'Abbé de Clugny a fait faire vn Edifice ſur ladite place en enfraignant noſtredit Garde ou preiudice deſdits Complaignans en les troublant & empeſchant en leurſdites ſaiſine indeuëment & de nouuel ſi comme ils dient. Et comme ils ayent requis ledit Abbé de remettre à eſtat deu ladite nouuelleté, il leur a reſpondu fierement en ſoy vantant de noſtre puiſſance & de ſes richeſſes, & en déprifant l'honneur & l'eſtat de ladite Vniuerſité par paroles deſordonnées & outrageuſes & a refuſé induëment d'oſter la nouuelleté deſſuſdites. Si comme ils nous ont donné à entendre, dequoy il nous déplaiſt & doit déplaire ſi ainſi eſt. Si nous ont ſupplié humblement que ſur ce Meſſiens re-

» mede conuenable. Pourquoy nous ladite ſupplication ouye & conſiderée, vou-
» lons & vous mandons & commettons que ſans delay toutes fuites & dilations
» arriere miſes, mais au pluſtoſt que ce pourra eſtre fait, appellez leſdites parties
» ſur le lieu contentieux, enqueſtez tantoſt ſommairement & de plain ſans ſtre-
» pit & ſans figure de iugement du droict de l'vne partie & de l'autre ſur les cho-
» ſes deſſuſdites; Et la verité enquiſe, faites tantoſt trauenir & remettre à eſtat
» deu tout ce que vous trouuerez auoir eſté fait & dit par ledit Abbé ſur toutes
» les choſes deſſuſdites induëment & accompliſſement de Iuſtice, tant pour l'vne
» partie que pour l'autre, en telle maniere & ſi brieuement que il ne contraigne
» ladite Vniuerſité plus trauailler, ne enuoyer deuers nous, car il nous en déplai-
» roit ſi le faites en telle maniere que il nous doye déplaire. Et neantmoins nous
» reſcriuez ce que fait en aurez. Car nous leur auons reſpondu & octroyé que
» ainſi le ferons faire, & ainſi le voulons nous, & octroyons de grace eſpecial, ja-
» çoit que en cas ſemblable & entre autres perſonnes ſoit accouſtumé de faire
» autre procez. Et mandons à tous que ſur les choſes deſſuſdites & leurs dépen-
» dances obeïſſent & entendent. Auons donné à Paris le 1. iour d'Aouſt, l'an de
» grace 1335.

1336. Cum verò idem Rex alijs litteris inquirendæ veritatis prouinciam Præpoſito Pariſienſi & M. Philippo Beſcot demandaſſet, nec illi ſuo officio ſatis promptè & fideliter ſatisfeciſſeot, datis ad Alexandrum Creuecœur & ad ipſum Præpoſitum litteris 18. Aug. an. 1336. ſignificauit quàm moram iſtam grauiter & moleſtè ferret; imperauitque denuo vt rem iſtam deciderent.

» PHILIPPES par la grace de Dieu, Rois de France: A nos Amez & Feaulx
» Conſeillers M. Iolain Guenant Clerc, Alexandre Creuecœur & le Preuoſt de
» Paris. Nos amez Maiſtres & Eſcholiers de l'Vniuerſité de Paris nous ont fait
» montrer en complaignant que comme nous euſſiens commis & mandé à toy
» Preuoſt & à noſtre amé Conſeiller M. Philippes dit Beſcot que ſus vn debat meu
» entre ladite Vniuerſité d'vne part, & noſtre amé & feal Conſeiller, l'Abbé de
» Clugny, d'autre, pour raiſon d'vne ſouconde ou Appentis fait par ledit Abbé
» ſus vne place aſſiſe dehors la porte de Paris, par laquelle l'en va de l'Egliſe des
» Freres Mineurs à la Boucherie de S. Germain des Prez d'vne part, laquelle fut
» iadis à l'Eueſque d'Orleans que tient à preſent ledit Abbé & d'vne part à la
» ruë de S. Germain des Prez: laquelle place ladite Vniuerſité dit & afferme luy
» appartenir, ſus le droit deſdites Parties, tant en poſſeſſion qu'en proprieté en-
» queriſſiez la verité & l'enqueſte faite renuoyiſſiez ſans delay encloſes ſous vos
» ſeaux à Nous ou à nos Amez & Feaux, les Gens des Requeſtes de noſtre Hoſtel
» affin que nous en puſſions ordonner ce que il ſeroit à faire de raiſon. Si comme
» ils dient ces choſes eſtre plus à plain contenuës en noſdites lettres, & tu Pre-
» uoſt & M. Philippes deuant dit ayez eſté negligens de proceder oudit ne-
» goce ou grand grief, preiudice & demaige deſdits Complaignans, laquelle cho-
» ſe nous déplaiſt ſe il eſt ainſi. Pourquoy nous vous mandons & commettons à
» trois ou à deux de vous par la teneur de ces preſentes lettres que repris le procez
» fait par toy Preuoſt & ledit M. Philippes ſelon la teneur de nos premieres let-
» tres toutes dilations indeuës miſes arriere, vous procediez auant ou debat de-
» uant dit, & faites ſut ce bon & brief accompliſſement de Iuſtice. Mandons à
» tous nos Iuſticiables que ces choſes deuant dites & és dépendances à vous & à
» trois ou deux de vous obeïſſent & entendent diligemment. Donné à Conflans
» prés de Paris le 18. iour d'Aouſt, l'an de grace 1336.

STATVTVM NAT. GALL DE MISSIS ET VESPERIS.

Anno eodem 1336. Natio Gallicana ſtatutum quod aliàs fecerat de Miſſis & Veſperis inſtaurat & confirmat, additque certos articulos de mulcta deficientium & abſentium, legiturque hoc ſtatutum in antiquo libro Procuratorum illius Nationis ſub hoc titulo. *Confirmatio ſtatuti de Miſſis & Veſperis cum quibuſdam Additionibus de Refuſionibus & Pœnis deficientium in dictis Miſſis & Veſperis.*

» Anno Domini 1336. die Sabbati ante feſtum BB. Ægidij & Lupi Nos omnes
» & ſinguli Magiſtri Nationis Gall. actu Regentes Pariſius præſenrialiter exiſten-
» tes in Eccleſia S. Iuliani pauperis vocati per Nicolaum de Cheziaco Bedellum
» priocipalem prædictæ Nationis de mandato M. Beroardi de Haërmais aliàs de
» Villa-campi tunc temporis Procuratoris dictæ Nationis ad ſtatuendum inter

cætera poſito in deliberatione an placeret ſtatuere ſuper ordinatione Veſperarum & Miſſarum & frequentatione earundem in diebus Veneris & Sabbati, vt aliàs in dicta Natione fuerat conſuetum, de communi conſenſu noſtro, nullo penitus reclamante ad honorem Dei & B Mariæ Virginis, & pro communi vtilitate noſtræ Nationis prædictæ ſtatuenda & ordinanda duximus quæ ſequuntur.

I. Quod fiant Veſperæ in qualibet die Veneris hora Nonæ, & in ſequenti die Sabbati Miſſa hora Primæ. Ita quod ſinguli Magiſtri actu Regentes ibidem intereſſe teneantur in Veſperis, videlicet ſub pœna amiſſionis vnius denarij, niſi venerint *infra Gloria primi Pſalmi*: & in Miſſa ſub pœna amiſſionis duorum denariorum niſi venerint durante Epiſtola, & niſi maneant vſque ad finem Officij in qualibet hora diſtributionibus careant conſuetis: & ſi contingat quod aliqua illarum horarum prædictarum fiat Congregatio Generalis Vniuerſitatis, Facultatis, vel Nationis, ſtatnimus quod continuetur dictum Officium vſque ad alium diem, ſecundum quod videbitur Procuratori dictæ Nationis. Quam quidem pœnam incurrens quilibet refundet Procuratori pro tempore bis ad Congregationem Nationis ſpecialiter vocatus & ibidem per dictum Procuratorem requiſitus, qui ſiue venerit ſiue non, procedetur contra eum ad pœnam prædictam. Qui ſiquidem contumaciter ſeu negligenter prædictam pœnam omni excuſatione poſtpoſita excepris detentione corporis, graui infirmitate, vel carcere, vel exitu extra villam cauſa negociorum propriorum, vel communium Vniuerſitatis, Facultatis vel Nationis expediendorum, & lectura actuali aliqua prædictarum horarum in Vico Straminum refundere recuſauerit, vt præmittitur, ipſum vel ipſos ab omnibus actibus communibus Nationis tenore præſentis ſtatuti ex nunc ſuſpendimus & volumus fore ſuſpenſum vſque ad menſem completum, & in iſto ſtatuto etiam Bedelli dictæ Nationis ſe volunt ligari.

Item confirmamus ſtatutum ab antiquo tempore factum in prædicta Natione de Veſperis & Miſſis in feſtis ſolennibus contra quencunque incidentem ſub pœna in eodem contenta.

Item ſtatuimus quod quilibet Magiſter actu Regens in Veſperis vnum denarium, pro Miſſa duos denarios ſingulis ſeptimanis recipiant. In Veſperis autem ſolennibus 4. denarios, & in Miſſis ſex denarios quolibet modo & forma & ſub pœna ſuperius annotatis recipiat & tantum refundat Procuratori pro tempore requiſitus pro defectibus in eiſdem. Et ſi aliquis receperit diſtributiones in Veſperis vel in Miſſa & non legat per menſem poſt continuè, volumus quod talis ſub pœna prædicta refundere teneatur, niſi fuerit excuſatus aliquo impedimentorum prædictorum.

Item ſtatuimus quod Procurator in noua Creatione ſua iuret ſpecialiter inter alia iuramenta ſua iſtud ſtatutum facere obſeruari, nulli parcendo quocunque modo infulminatione pœnæ in eo contentæ contra quemcunque incidentem. Adiungentes quod ſi aliquis Procurator tempore ſuæ Procurationis negligens fuerit aut remiſſus in huiuſmodi fulminata pœna contra huiuſmodi refundere recuſantes ipſo facto eadem pœna puniatur. Et vt ſtatutum diutius habeat roboris firmitatem, ſtatuimus & volumus, quod quicunque de nouo inceperit in Artibus, *teneatur ſoluere 20. ſolidos Pariſienſes Nationi loco Bejaunij quod in Prouincia ſolui hactenus extitit conſuetum.* Et noui Procuratores etiam decem ſolidos Pariſienſes ſoluere eidem Nationi teneantur. Datum anno, die & loco prædictis his præſentibus Magiſtris. In Prouincia Pariſienſi, M. Ioanne Gorre, In Prouincia Senon. M. Ioan. de Diuione. M. Lamberto de Summa vera in Prouincia Remenſi. M. Richardo de Billiaco in Prouincia Turonenſi. M. Daniele de Doul & M. Alano de Villacollis in Prouincia Bituricenſi, M. Ioanne de Aluernia & M. Ioanne de Mercurio & pluribus alijs. In cuius rei teſtimonium præſenti ſtatuto noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum & actum, vt ſuprà.

Notá de Bejaunio Regentium.

Natio quoque Normanica eodem anno paulo poſt, nempe menſe Ianuario circa rem eandem multa ſtatuit.

Statutum Nationis Normanicæ.

Nouerint Vniuerſi quod ob honorem & reuerentiam B. Mariæ Virginis ſingulis ſeptimanis quibus legitur, vel non legitur, à feſto B. Dionyſij vſque ad

» feſtum BB. Petri & Pauli, Veſpere die veneris & Miſſa die Sabbati à tempore à
» quo non extabat memoria à *Magiſtris Nationis Normanorum* hactenus conſue-
» uerunt ſolenniter & laudabiliter celebrari, & ob hoc Magiſtri qui tunc pro
» tempore fuerunt in dicta Natione à pluribus & præcipuè bonis commendari
» meruerunt.... Nos omnes Magiſtri & ſinguli vt moris eſt, à Procuratore Na-
» tionis vocati & congregati per *Seruientem Iuratum* apud S. Mathurinum hora
» Primæ anno Domini 1336. die Sabbati poſt feſtum S. Guillelmi nullo contra-
» dicente ſtatuimus & ordinamus quæ ſequuntur. *Quod Magiſter Nationis Nor-*
» *manorum actu Regens qui de cætero defecerit in Veſperis die Veneris, pro pœna ſoluat*
» *vnum denarium Pariſienſem, & in Miſſa ad ſolutionem duorum teneatur. Et ſi præſens*
» *interfuerit, totidem recipiat; & ab huiuſmodi pœna nolumus aliquem excuſari, niſi per*
» *aliquam 4. cauſarum quæ ſequuntur*; videlicet per euidentem infirmitatem, aut
» per manifeſtam in Scholis occupationem, aut ſi diſtauerit à villa per leucam,
» aut ſi factis communibus Vniuerſitatis vel Nationis communibus vel proprijs
» extiterit occupatus. Et volumus quod talis iſto vltimo modo impeditus toti-
» dem percipiat, ac ſi eſſet præſens... Volumus inſuper quod in quinque feſtis
» B. Mariæ Virginis, in feſto B. Nicolai & B. Romani & B. Catharinæ quilibet
» duplicem diſtributionem percipiat, ſi præſens fuerit, ſi non, eadem pœna
» puniatur.

» Etiam volumus quod Procurator dictæ Nationis ſi præſens fuerit, duplicem
» percipiat diſtributionem, & ſi deficiat, totidem amittat. De Bedellis autem
» ſtatuimus, ſi ſint præſentes, recipiant vt Magiſtri; ſi verò non, ad ſolutionem
» duplicem teneantur.

» Si verò Magiſter aliquis in aliquo dictorum defectuum repertus fuerit, &
» ſtatim pœnam prætaxatam non exoluerit, volumus quod ex mandato Procu-
» ratoris à Seruiente Iurato Nationis ſemel moneatur, & niſi infra triduum poſt
» monitionem ſibi factam ſatisfecerit, quod ex tunc ſine vlteriori monitione ceſ-
» ſet à lectionibus ſuis, quo vſque ab eodem de pœna ſupradicta fuerit ſatisfactum.
» Si verò in prædictis parere contempſerit vel neglexerit, volumus quod per to-
» tum annum illum, in quo ſic contumax inuentus fuerit, nec eligere poſſit, nec
» eligi ad aliquod Officium Nationis.

» Item ſtatuimus de Officialibus dictæ Nationis; videlicet de Receptore vt 40.
» ſol. annuatim percipiat pro labore. De Examinatoribus autem Determinan-
» tium & *Scriptore* quilibet obtineat 20. ſolidos Pariſienſes.

» Item ſtatuimus quod ſtatutum fabæ perpetuo teneatur modo & forma con-
» tentis in libro noſtræ Nationis... Inſuper ſigillum noſtræ Nationis præſenti-
» bus litteris duximus apponendum.

Videantur ſupra ad annum 1319. Nationis Picardicæ ſtatuta ad eandem rem pertinentia.

Eodem anno Benedictus Pontifex Bernarditarum Pariſienſium Collegium eo ſchemate quo nunc viſitur, ædificare cœpit. Eius verò nepos Ioannes de Buxerijs ſeu de Aruenia, qui adoleſcens in illo Collegio Philoſophiæ & Theologiæ operam dederat, Doctoratuſque lauream conſecutus fuerat, abſoluit tunc Abbas Ciſtercienſis. *Ante fores Eccleſiæ ita legitur in ſcuto. Hæc ſunt arma S. memoriæ D. Benedicti Papæ XII. Ciſtercienſis Ordinis, Cuius eſt præſens ſtudentium Collegium Profeſſorum, qui hanc fundauit Eccleſiam & multis donauit Indulgentijs.*

Constitutio Benedicti de visione Beatifica.

Eodem anno idem Pontifex Ioannis Prædeceſſoris opinionem de viſione Beatifica nondum ab Eccleſia determinatam diligentiſſimè cum Cardinalibus & Epiſcopis ac ſacræ Theologiæ Doctoribus examinauit, Commentariolumque, inquit Spondanus, à ſe ipſo pro perfecta viſione conſcriptum & ab omnibus approbatum, vnà cum Ioannis poſtremâ profeſſione, pro illius à Fratricellorum calumnijs vindicatione publicauit.

Item & conſtitutionem edidit 4. Kal. Feb. qua declarauit animas Sanctorum omnium qui ante Chriſti paſſionem deceſſerunt, item & aliorum qui poſt eandem in fide & gratia Dei obierunt, in quibus nihil purgabile fuit quando deceſſerunt, nec erit quando decedent etiam in futurum, vel qui poſt mortem ſuam purgauerint: itemque animas puerorum baptizatorum ante vſum liberi arbitrij decedentium, mox poſt mortem ſuam, aut poſt purgationem prædictam

etiam

etiam ante corporum reſumptionem & Iudicium Generale, à tempore Aſcenſionis Chriſti, fuiſſe, eſſe & fore in paradiſo cum Chriſto SS. Angelorum conſortio aggregatas, videntes immediatè Diuinam eſſentiam, pariterque animas Damnatorum poſt mortem ad inferos deſcendere, ibique cruciari. Ac nihilominus in die extremi Iudicij omnes homines ante Chriſti tribunal cum corporibus reſumptis comparituros, rationemque de factis proprijs reddituros. Quam definitionem ita deinceps teneri voluit, vt qui contrarium pertinaciter aſſereret, pro hæretico habendus eſſet. Legitur eius conſtitutio in magno Bullario.

Eodem anno aiunt Bononiæ obijſſe celeberrimum illum Iuriſconſultum Cynum ex nobili Sigiſbateorum Gente apud Piſtorienſes oriundum, eximium Iuris Interpretem, Bartoli Præceptorem. Tunc adhuc florebat Ioannes Andreas qui Gloſſam ſcripſit in 6. Decretal. & Clementinas, dictus *Tuba Iuris Canonici*, qui Bononiæ quoque obijt an. 1348. Florere verò incipiebat Baldus de Vbaldis Peruſinus.

Anno 1337. præclata Artium Facultas ſeu potius Regentes ſtatutum ediderunt de Examinatoribus San-Genouefianis in hunc modum. 1337. De Examine S. Genovefæ.

In nomine Domini, *Amen*. Datum per copiam. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Omnes & ſinguli Magiſtri in Artium Facultate actu regentes Pariſius ſalutem in Dom. ſempiternam. Quoniam vt alibi ſcribitur, nouis morbis noua conuenit antidota præparari, nam experientia morborum multos cogit multas inuenire medicinas, &c.

Cum igitur clamor frequens & aſſiduus ad Nos peruenerit, quod quam plurimi exceſſus & abuſus varijs modis committi ſolent circa noſtrum examen S. Genouefæ, per quos tam examinis prædicti quàm noſtræ Facultatis per plures fama non modicum denigratur, hinc eſt quod nos dictorum examinis ac etiam Facultatis quibus tenemur ex debito famam illæſam conſeruare, nec non indemnitatibus ibidem licentiandorum ſuccurrere cupiẽtes ad reprimendum huiuſmodi tam peſtiferos conſuetos abuſus, circa prædictum noſtrum examen ſtatuenda duximus infra ſcripta. 1. quidem quod Examinatores ad examinandum ibidem anno quolibet deputati antequam in dicto officio aliqualiter ſe immiſceant, iurabunt in præſentia Facultatis quod à licentiandis, vel aliquis nomine ipſorum pro ipſis nihil petent vel recipient, petierunt vel receperunt, peti ſeu recipi fecerunt vel facient per alium directè vel indirectè videlicet pro prandio, pœnâ, labore, examine aut quoquam alio niſi modo dictum examen tangente fraude ſeu gloſſâ quacunque remotâ. Item quod in vno menſe non examinabunt, niſi 16. Scholares tantum, videlicet in qualibet auditione octo, ſcilicet tres Gallicos aut Gallicatos, Picardos aut Picardatos duos, Normanos aut Normanatos duos, vnum Anglicum aut etiam Anglicatum. Item iurabunt licentiandi ibidem ſimiliter in præſentia Facultatis antequam examen ſubeant, quod nihil dederunt, promiſerunt, dari ſeu promitti fecerunt, nec dabunt quidcunque Cancellario, Subcancellario, Examinatoribus, dicti Cancellarij Clerico vel alteri ſuo familiari pro auditione, licentiâ, examine, prandio, pœnâ, labore, lectione aſſignanda vel etiam ſeu quacunque alia cauſa eorum licentiam tangente, *niſi duntaxat 4. ſolidos pro ſtraminibus vel herbis quos dare eis duntaxat permittimus ſola vice.* Item iurabunt Magiſtri in ſuâ inceptione quòd & pecunia quam recipient ab ipſis licentiandis, vel licentiatis, ſeu etiam de ſuâ propriâ pecuniâ nihil dabunt nec dari facient Cancellario, Sub-Cancellario, Examinatoribus, Clericis vel familiaribus, Clerico vel familiari, vel cuicunque alteri pro ipſis ſeu altero ipſorum pro quacunque cauſa licentiam ſui Bachelarij vel ſuorum Bachelariorum contingente, & nos illud ſtatuentes ex nunc habere volumus pro iurato. Item licentiandi iurabunt quod magiſtrum ſuæ Nationis regentem, vel alterius Nationis ſi ſint poſiti ſub alterâ, eligent ſecundum libitum ſuæ voluntatis, nec propter metum, preces, exhortationes, ſeu quamuis aliam inductionem Cancellarij, Sub-Cancellarij, Examinatorum, vel cuiuſcunque alterius illum Magiſtrum quem eligere propoſuerant, non mutabunt. Item iurabunt prædicti licentiandi, quod ſi ab eis vel aliquo ipſorum vel altero pro ipſis, ipſis ſcientibus peteretur pecunia ab aliquo vel per aliquem ſuperius prohibitum, videlicet Cancellarium, Sub-Cancellarium, Examinatores eorum,

» familiares, ſeu alterius familiarem, ſeu alterum pro ipſis, aut altero ipſorum, hæc
» Rectori & Procuratori ſuæ Nationis dicent infra 15. dies poſtquam fuerint petita:
» quæ quidem Rector & Procurator per ſua iuramenta Facultati quàm citius po-
» terunt, reuelabunt. Si quis autem contra præmiſſa ſeu aliquod præmiſſorum
» auſu temerario venire præſumpſerit, à noſtro conſortio ex nunc prout tunc &
» ex tunc prout nunc nouerit ſe priuatum. Datum apud S. Math. Par. in noſtræ
» Congreg. Facultatis nobis ad ſtatuendum vocatis, an. 1337. 16. Martij. In quorum
» teſtimonium ſigilla noſtrarum 4. Nation. præſentibus duximus apponenda. Facta
» fuit hæc copia anno ſuperius expreſſo indict. 6. 22. Martij Pontific. Sanctiſſimi in
» Chriſto Patris ac D.D. Bened. diuina prouidentia Papæ XII. an. 4.

Collegium Æduense seu M. Bertrandi. Eodem Anno Petrus Bertrandus ſenior Præſul Æduenſis & poſtea Cardinalis S. Clementis Collegium Æduenſe, ſeu vt vulgò dicitur M. Bertrandi nomine Pariſijs fundat Kalendis Auguſti in ſuo Palatio: reditibus verò auxit an. 1343. in alimentum quindecim Scholarium, partim Theologiæ, partim Iuri Canonico, partim etiam Philoſophiæ ſtudentium, è Diœceſi Viennenſi, aut Anicienſi, aut Claromontenſi. Sacelli altare conſecrauit Petrus Epiſcopus Atrebatenſis prædicti Cardinalis Nepos an. 1341. præſentibus Petro Paludano Patriarcha Hieroſolymitano, Guidone Archipræſule Lugdunenſi & Ioanne de Preſſy Abbate San-Germano-Pratenſi. In Capellæ tabella hæc Inſcriptio legitur.

» Reuerendiſſimus in Chriſto Pater D. Petrus Bertrandi Doctor in vtroque
» Iure, Rector in ſtudijs & Vniuerſitatibus Auenionenſi, Montiſpeſſulana, Au-
» relianenſi & Pariſienſi conſequenter occupatus certis temporibus in Officijs
» Eccleſiaſticis & Secularibus Prælatorum & Principum, Conſiliariuſque Domi-
» ni noſtri Francorum Regis in ſua Curia & magna Camera Parlamenti Pariſius
» & in Conſilio ſuo Secreto vnus de 4. Clericis tunc D. noſtrum Regem ſequen-
» tibus. Cancellarius inclytæ Dominæ noſtræ Ioannæ Burgundiæ, Reginæ
» Franciæ, Comitiſſæ Burgundiæ, Palatinæ, & Atrebatenſis, Clementiaque di-
» uina Niuernenſis & deinde Æduenſis Epiſcopus & demum permiſſione diuina
» tituli S. Clementis Preſbyter Cardinalis.

Multa opera vir ille pius compoſuerat: quæ nondum typis cuſa aſſeruabantur in Collegio: at ea an. 1575. à quibuſdam ſceleſtiſſimis viris furto ablata ſunt: nec impunè. Nam ſuſpendio interijſſe dicuntur. Quam in rem compoſitum eſt eo tempore hocce Epigramma non inelegans.

Donec Palladium Troianâ manſit in Arce,
Non ſunt victrices Pergama paſſa manus.
Hoc vbi nocturno Diomedes abſtulit aſtu,
Concidit heu! Danaum Troia ſuperba dolis.
Quid niſi venturum exſpectes Domus Ædua caſum?
Ædua Palladio, proh dolor! orba tuo.
Cui tot priſcorum pretioſa volumina Patrum
Subripuit vafrâ furcifer arte latro.
Vos ô Purpurei veneranda Oracula Patres,
Quos penes eſt tanti Criminis arbitrium.
Vos pietas, vos Iura rogant, ſuccurrite rebus,
Vt cadat in dirum debita pœna caput.

Obijt Bertrandus an 1349. die 24. Iunij. Eius nepos, Petrus quoque Bertrandus dictus, Cardinalis tit. S. Suſannæ & Epiſcopus Oſtienſis Collegium prædictum longè ornauit, obijtque an. 1361.

Eodem anno Benedictus Pontifex Ordinum Religioſorum reformationi incubuit, Mendicantes repreſſit; præſertim verò Dominicanos, quibus interdixit habere promiſcuè vbique paſſim Conciones ad populum, aut confeſſiones per vicos vrbium & compita excipere ſicut aſſueuerant, cum mendicando victum quærebant. Multas etiam circa Ordinem Canonicorum Regularium conſti-

tutiones, eaſque valde prolixas edidit: ioter quas vnam hoc anno publicauit, ex qua quæ ad ſtudentes in Vniuerſitate Pariſienſi pertinent, referemus.

CONSTITVTIO PRO STVDIIS CANONICORVM REGVLARIVM

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.... Quoniam per exercitium lectionis ſtudentes litterarum ſcientijs imbuuntur, Nos cupientes vt viri Religionis eiuſdem io primitiuis & deinde in diuiois, & Canonici Iuris ſcientijs inſtruantur, ſtatuimus quod in qualibet Eccleſia Cathedrali, Monaſterio, locoue alio Conuentuali, ſeu Collegiato dictæ Religionis, cui ad hoc ſuppetent Facultates, habeatur Magiſter, qui Canonicos doceat infra ſepta locorum in ſcientijs, videlicet Grammatica, Logica & Philoſophia, prouiſo attentius, ne ſeculares inſtrueodi cum ipſis Canonicis docendive in eiſdem Monaſterijs ſiue locis nullatenus admittantur..... Quia verò expedire dignoſcitur, vt ijdem Canonici poſtquam in ſcientijs primitiuis fuerint eruditi, ad ſacræ Theologiæ vel Canonum tranſeant Facultatem, ſtatuimus vt Eccleſia Cathedralis, Monaſterium, Prioratus locuſve alius Religionis eiuſdem cum membris inferius declarandis de quolibet viceoario oumero Canonicorum vnum aptum Canonicum huiuſmodi ſcientijs acquireodis ad Generalia ſeu ſolennia ſtudia mittere, & cuilibet mitteodorum ipſorum teneantur de infraſcripta annua penſione prouidere. *Ad hoc ſtatuimus & etiam ordinamus, quod quilibet ipſius Religionis qui in dicto Pariſienſi, vel in aliquo alio Generali ſtudio per ſex annos in Theologia ſtuduerit, in alijs primitiuis ſcientijs prius ſufficienter inſtructi, & aliàs ſufficienter ad hoc idonei reperti poſſint in ipſo Pariſienſi ſtudio Curſus Bibliæ facere conſuetos. Qui verò per octo annos in Theologia ſtuduerint, librum Sententiarum legere valeant (ſi ad hoc ſufficientes fuerint) in Pariſienſi ſtudio prælibato, & quod in eodem Pariſienſi & alio quocunque Studio in quo ad Magiſterium in Theologia licentia dari poterit, ſeu conſueuerit, cum digni ad hoc reperti extiterint, ad Magiſterium & Doctoratum in Theologia liberè admittantur.* Illi verò Religioois eiuſdem, qui in ipſo Pariſienſi ſtudio vel quouis alio Generali audierint Iura Canonica per ſex annos, de quibus per tres annos ad minus audierint Decretum, dummodo ſufficientes & idonei fueriot, poſſint ad Baccalariatum & Lecturam Iuris Canonici, ſiue Decretorum in eodem Pariſienſi, vel in alio Generali ſtudio in Cappa ipſi Facultati congruenti aſſumi. *Qui verò per quinque annos in Pariſienſi vel in alio Generali ſtudio Iura Canonica, vt Baccalarij legerint, & de hoc primo fidem fecerint per eorum proprium iuramentum & duorum aliorum teſtimonium iurantium ſe credere eos rectè iuraſſe, poſſint ſi voluerint, in Cappa ſimiliter eidem Facultati congruenti ad Magiſterium in Decretis, vel ad Lecturam Decretorum in eodem Pariſienſi ſtudio & quolibet alio Generali ſtudio dilatione & difficultate malicioſâ & impedimento quibuſcunque ſublatis; ſicut ibidem conſueuerunt aſſumi ſicut cæteri Clerici ſeculares & per Cancellarium Eccleſiæ Pariſienſis in Pariſienſi ſtudio, vel per illum ad quem pertinuerit, ad huiuſmodi Magiſterium ſeu Doctoratus honorem promoueantur liberè & etiam admittantur, non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiarum, Monaſteriorum & aliorum locorum Religionis eiuſdem, nec non Pariſienſis & aliorum quoruncunque ſtudiorum contrarijs Iuramentis, confirmationibus Apoſtolicis, & quibuſvis firmitatibus alijs roboratis.* Et illis præſertim quibus io eodem ſtudio Pariſienſi caueri dicitur, quod nullus poſſit legere Curſum Bibliæ, niſi ibidem ſtuduerit decem aoois: quodque nullus Canonicus, vel Religioſus alius legat ibidem Iura Canonica, vel ad Baccalariatus gradum aut Magiſterij hooorem in Iure Canonico permittatur aſſumi: ſeu quod nullus Regularis rubra Cappa Decretum legat, ſeu legere permittatur ibidem, aut nullus ibi legere valeat Iura Canonica, vel ad Baccalariatum aſſumi, ſeu vt Baccalarius Doctor fieri Decretorum, aut ad Lecturam in Decretis aſſumi, ſeu ipſam cootinuare, niſi ibidem vel in aliquo ſtudio Generali audiuerit Iura Caoonica per tres annos, provt ſic vel aliter in ſtatutis ipſius Pariſieoſis ſtudij dicitur contineri, vel de conſuetudiue obſeruari, & alijs conſuetudinibus vel ſtatutis eiuſdem Pariſienſis ſtudij quibuſcunque & ſub quacuoque formâ vel expreſſione verborum in contrarium editis, vel edendis, oec non quibuſlibet priuilegijs vel Indultis Generalibus aut ſpecialibus & litteris Apoſtolicis, cootrarijs Ordinibus, Eccleſijs, Monaſterijs, locis *& Studijs quibuſcunque ſiue Vniuerſitatibus Magiſtrorum & Scholarium eorundem*, ſeu perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus & Regularibus, Exemptis & non Exemptis,

» cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, conditionis aut ſtatus ſub quauis for-
» ma vel expreſſione verborum conceſſis: per quæ præſentibus non expreſſa, vel
» totaliter non inſerta effectus huiuſmodi Staturorum & Ordinationum & ſingulo-
» rum contentorum in eiſdem impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qui-
» bus quorumque totis tenoribus plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum in
» illis vel alijs noſtris litteris non contigerit fieri mentionem, quibus non intendi-
» mus quoad alia derogare ... Datum Auenioni Pontific. noſtri an. 2.

Pro Ciſtercienſibus verò ſtatuit idem Pontifex mittendos ad Litterarum ſtudia è quolibet Monaſterio Religioſos, qui operam darent Philoſophiæ, non verò ſtudijs Iuris Canonici aut Ciuilis.

1338. Anno 1338. Medicinæ Facultas dicitur inſtituiſſe Decanum, quem vocant, oneris, omnium primum M. Hugonem Sapientis. Non quod ante hæc tempora Decanos non haberet, certum eſt enim habuiſſe: ſed quia Decani primitus inſtituti, qui *ætatis* dicebantur, nonnunquam propter ſenectutem & impotentiam virium Facultatis onera ſubire & obire non poterant, ideo opportunè viſum eſt Decanum alium inſtituere negotijs gerendis idoneum. Ille autem initio quotannis eligebatur à 4. Electoribus ſeu Intrantibus 4. Nationum; quemadmodum fieri ſolet in electionibus Rectorum Vniuerſitatis. Porro hanc Decani Onerarij inſtitutionem M. Iacobus Mentelius ſaluberrimæ Facultatis Doctor clariſſimus & amicus meus, qui Decanorum ſuæ Facultatis accuratiſſimum contexuit catalogum, mihi pro ſua ſingulari beneuolentia ſubindicauit.

Eodem anno Benedictus Pontifex M. Ioannem de Blangy ſibi olim in Scholis Pariſienſibus notum eiuſdemque ſecum licentiæ promouit ad Cathedram Autiſſiodorenſem, tranſlato Aimerico Guenan ſeu Guenent patria Turonenſi, ab illa ſede ad Rotomagenſem, propter aſſumptum M. Petrum Rogerij ad Cardinalatum 15. Kal. Ian. ſub titulo SS. Nerei & Aquillei. De illo autem M. Blangerio ſeu de Blangiaco ſic legitur in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium c. 72.

» IOANNES de Blangerijs (al. de Blangy.) 72. Epiſcopus Natione Gal-
» lus, Patria Normanica, famoſus Magiſter in Theologia, ſtudens ac legens Pa-
» riſijs, D. Benedicti Papæ motu proprio in tranſlatione D. Aimerici, pro-
» motus extitit ad Sedem Epiſcopalem Autiſſiodorenſem anno Dom. 1338. me-
» mor enim extitit, quod fuerant ambo contemporanei in ſtudio Pariſienſi in
» dicta ſcientia & in eius Lecturam concurrentes, & etiam Licentiæ & Doctora-
» tus inſimul honorem atque culmen pariter aſſecuti, idcirco de ipſo proprio
» motu prouidit Eccleſiæ Autiſſiodorenſi; in qua tamen parum rexit, ſemper an-
» helans Pariſios reuerti; & ob hoc tempore D. Clementis Papæ VI. ſupradicti,
» Benedicti Papæ XII. ſucceſſoris ceſſit Epiſcopatui ſuo & certa penſione pro
» ipſo ad vitam ordinata à Sede prædicta reuerſus Pariſios pro vita contemplatiua
» ducenda, cum per nauigium veheretur frigora paſſus & rheuma febrem incurrit
» continuam, in qua intrauit Pariſios, & infra paucos dies exſpirauit: & corpus
» eius in Eccleſia Fratrum Carthuſienſium inhumatum eſt tempore Paſchali
» an 1345. menſe Aprili. Sic ſedit circiter ſex annos.

In Gallia Chriſtiana legitur is Blangiacus fuiſſe de Domo Nauarrica.

LEGATI AD TARTAROS MITTVNTVR EX ACADEM. PARIS.

Idem Pontifex ex Academia Pariſienſi, præſertim ex Ordine Minoritarum 3. Legatos euocat & ad Tartaros mittit, *Nicolaum Bonetum* ſacræ Theologiæ Profeſſorem, *Nicolaum Ioannem de Florentia, & Gregorium de Hungaria*: quos
» his verbis alloquitur. *Votis zelantes feruentibus in terris Tartarorum & alijs circum-*
» *poſitis regionibus Orientis, in quibus multorum hominum corda ſic benedictus Dominus,*
» *à quo manant omnium chariſmata gratiarum, illuſtrare dignatus eſt, fugatis errorum te-*
» *nebris in eorum mentibus veræ fidei Catholicæ lumen licet corroborari & dilatari fidem*
» *ipſam, ſine qua non eſt alicui gratia neque ſalus; & attendentes quod diuina Clemen-*
» *tia vobis theſaurum ſcientiæ contulit, voſque multis virtutibus edotauit*, ita quod po-
» teſtis proficere vobis per vitæ meritum, & alijs per doctrinam, vos ad terras &
» partes eaſdem propterea prouidimus deſtinandos, firma ſpe repromiſſa de vo-
» bis fiduciaque concepta, quod cum zelum habere vos aſſeratis ad præmiſſa
» feruidum, per veſtrum & aliorum Catholicorum tam Religioſorum quàm cæ-
» terorum Eccleſiaſticorum virorum miniſterium terris & partibus ſupradictis

vomere ſanctæ prædicationis excultis & imbre diuinæ gratiæ irrigatis, iactoque in eis per manum cœleſtis agricolæ ſalutifero ſemine verbi Dei, fructiferam producent ſegetem, ex qua tandem multiplicata meſſis in horrea Dominica inferetur. Quocirca diſcretionem veſtram monemus & hortamur in Domino, vobiſque in remiſſionem peccaminum diſtrictius iniungimus & mandamus, quatenus vos cum diuino auxilio ad terras & partes conferentes prædictas, tanquam fideles Miniſtri tam per prædicationem verbi Dei quàm alia virtuoſa & exemplaria opera ſicut Dominus vobis miniſtrabit, corroborare in fide orthodoxa credentes, & non credentes ad eam attrahere ac inducere, in luce ſermonis & rectitudine operis taliter ſtudeatis, quod demum commiſſa vobis talenta cum multiplicato fructu poſſitis reddere Domino & tanquam ſerui fideles in retributione Iuſtorum mereamini ſuper multa conſtitui & intrare in gaudium cum gloria talibus repromiſſum. Vt autem Miniſterium huiuſmodi eò plenius, vtilius & fructuoſius valeatis implere, quo maiori fueritis authoritate ſuffulti, proponendi vbi, quando, quoties, ac quibus in eiſdem partibus pro eiuſdem corroboratione & dilatatione fidei expediens videritis, verbum Dei & conſtitutis ibidem, non obſtante ſi aliqui maiori excommunicatione ligati fuerint, in verbo, officio & cibo aliiſque honeſtis & licitis communicandi ſeuerè ipſis partibus, nec non illos qui Sedis Apoſtolicæ Magiſterio non intendunt, quos conuerti ad vnitatem eiuſdem fidei cupimus, ad eam recipiendi, baptizandi & ouili fidelium aggregandi, vt per regenerationis gratiam de longinquo ad ſuum reuertentes authorem liberi efficiantur ex ſeruis, de extraneis prouehantur in filios, ex corruptibili carne nati Dei ſpiritu renaſcantur, & obtineant per gratiam quod non obtinent per naturam. Rurſus & in locis partium prædictarum, in quibus vos hoſpitari vel reſidentiam facere continget, *Miſſas & diuina Officia, ſeruata tamen honeſtate debita celebrandi, ac ibidem fidelium confeſſiones audiendi, & iniungendi eiſdem pœnitentias ſalutares. In Eccleſiarum quoque partium prædictarum dedicationibus & ſanctorum quorum altaria in Eccleſiis ipſis fuerint, feſtiuitatibus, ſeu cum vos continget proponere in ſupradictis partibus verbum Dei, abſentibus tamen Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, omnibus fidelibus tunc ibidem præſentibus & confeſſis, 40. dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxandi, vobis & aliis Ordinis veſtri fratribus in Sacerdotio conſtitutis, qui vobiſcum proficiſcentur ad partes prædictas, ac veſtrum & ipſorum ſingulis plenam concedimus tenore præſentium facultatem.* Præterea volumus & concedimus, quod Fratres eiuſdem Ordinis proficiſcentes vna vobiſcum ad partes eaſdem vel morantes ibidem, qui fuerint ad omnes vel ad aliquos Ordines promouendi, à quibuſuis Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, Catholicis gratiam & Communionem Apoſtolicæ Sedis obtinentibus poſſint rite tamen ad huiuſmodi Ordines ſtatuto à Iure tempore promoueri & alia Eccleſiaſtica recipere ſacramenta. Et vt fructum vberem de veſtris laboribus reportetis & ſentiatis ex eis æternæ ſalutis vobis commoda vberius prouentura, de Omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum authoritate confiſi, vobis & dictis fratribus vobiſcum ad dictas partes proficiſcentibus vt præfertur, & veſtrum ſingulis verè pœnitentibus & confeſſis illam indulgentiam præſentium authoritate concedimus, quam proficiſcentibus in terræ ſanctæ ſubſidium Sedes prædicta concedere conſueuit. Ac nihilominus vt Chriſti fideles quaſi per præmia ſalubriter inuitemus ad merita, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſias & loca Eccleſiaſtica fidelium partium earundem inibi conſtructa vel in poſterum conſtruenda cauſa deuotionis viſitauerint, vel fabricas Eccleſiarum & locorum ipſorum vt Miniſtris & ſeruitoribus fidelibus eorum charitatiua duxerint ſubſidia eroganda, ſingulis diebus quibus id verè pœnitentes & confeſſi fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Et quia vos & fratres alii ad partes prædictas pro ampliatione fidei orthodoxæ proficiſcentes vobiſcum ineundo, morando, & redeundo fidelium charitatiuo noſcimini ſubſidio & ſeuero conductu egere, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui vobis proſecutioni tam pii operis inſtantibus ſubſidium & ſecurum conductum gratis præſtiterint, & circa hoc auxilium & conſilium impenderint opportunum, iuxta quantitatem ſubſidii & deuotionis affectum illius indulgentiæ, quæ vobis &

» eiſdem Fratribus ad dictas partes accedentibus eſt conceſſa, participationem
» concedimus vt eis proficiat ad ſalutem. Vobis inſuper & cuilibet veſtrum au-
» thoritate Apoſtolica concedimus, vt in Ciuitatibus, Caſtris vel villis ſeu locis
» quibuſcunque ad habitandum domos & loca quæcunque pro Fratribus Ordinis
» veſtri de nouo recipere, ſeu hactenus recepta mutare, vel ea permutationis,
» donationis, aut cuiuſuis alterius alienationis titulo in alios transferre; dummo-
» do de his quæ ex cauſa permutationis aut cuiuſuis alterius alienationis prædictæ
» titulos vos contingeret forte recipere in acquiſitione; constructione, vel am-
» pliatione locorum aliorum Deo dicatorum, vtilius in eiſdem partibus expen-
» dantur, & loca ſemel Deo dicata profanis vſibus nullatenus applicentur, in per-
» mutatione & donatione huiuſmodi locorum Diœceſanorum, petita nihilominus
» licentia & obtenta de noſtra & dictæ Sedis ſpeciali licentia, conſtitutionibus
» felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri & aliorum Pon-
» tificum Rom. Prædeceſſ. noſtrorum in contrarium editis, etiamſi de illis plenam
» & expreſſam ac de verbo ad verbum in præſentibus oporteat fieri mentionem,
1339. nequaquam obſtantibus, valeatis. Datum Auenioni, Pontif. anno 41.

Conſeruatio Præfecti Pariſienſis.

Anno 1339. Petrus Belagent Præfecturæ ſeu Præpoſituræ Pariſienſis Cuſtos Vniuerſitati & Scholaribus quibuſdam conſeruationem ſeu protectionem ſuam iuxta Philippi Regis Priuilegium an. 1337. conceſſum, indulſit. Tales autem ſunt eius litteræ.

A tous Iuſticiers auſquiex ces præſentes lettres vendront, ou à leurs Lieuxtenans, Pierre Belagent Garde de la Preuoſté de Paris, ſalut. Sachient tuit que nous auons veu
» *les lettres de noſtre Sire le Roy, contenant cette forme.*
» Philippvs Dei gratia Francorum Rex, Præpoſito Pariſienſi vel eius
» locum tenenti ſalutem. *Cum Nos aliàs ad ſupplicationem Vniuerſitatis Magiſtrorum*
» *& Scholarium Pariſienſium in noſtra ſpeciali guardia & protectione exiſtentium, qui*
» *interdum cum veniunt ad ſtudium, aut quandiu ibidem reſident & morantur, vel vt ad*
» *partes ſuas ipſi Magiſtri ſeu Scholares redeunt, iniuriæ, moleſtiæ, oppreſſiones & vio-*
» *lentiæ nedum in Præpoſitura tua, ſed & in locis alijs inferuntur eiſdem in præiudicium*
» *guardiæ noſtræ, quas proſequi nequeunt extra Pariſius, quin à ſuo ſtudio in Vniuerſi-*
» *tatis prædictæ graue præiudicium diſtrahantur, grauiterque vexentur laboribus & ex-*
» *penſis*, Tibi mandauimus atque commiſimus protectionem ipſorum ac cuſto-
» diam, coërcitionem inſuper ipſorum, qui in protectionis & guardiæ noſtræ
» præiudicium Vniuerſitati, ſeu Magiſtris, aut Scholaribus prædictis inferrent
» violentiam indebitam, iniuriam vel iacturam, ſiue infra Præpoſituræ tuæ fines,
» ſiue in locis alijs quibuſcunque Regni noſtri. Volumus tamen, quod huiuſ-
» modi gratia & Commiſſio ac poteſtas ipſius Commiſſionis prætextu tibi data
» eſſet à data litterarum noſtrarum ſuper hoc confectarum ad quadriennij ſpa-
» tium termino finituro valiturarum. Cuius profecto Quadriennij ſpatium vt
» aſſerunt, & ex inſpectione dictarum litterarum noſtrarum liquidò dignoſcitur
» præterijſſe. Quamobrem iteratis deſiderio Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scho-
» larium Pariſienſium ſibi pro futuro conſimilem gratiam à nobis poſcentium in-
» dulgeri, ſupplicationibus annuentes, tibi dictas protectionem & cuſtodiam eo-
» rundem, ac coërcitionem malefactorum, quos eiſdem Regni noſtri quauis par-
» te violentias & alia indebita detrimenta memorata conſtiterit intuliſſe, com-
» mittimus per præſentes hunc ad terminum duntaxat in ſuo robore duraturas.
» *Sperantes videlicet Vniuerſitatem Magiſtrorum & Scholarium antedictos huiuſmodi*
» *priuilegio ſeu gratiâ nullatenus abuſuros.* Datum apud Vicennas 13. die Martij
» anno Domini 1337. Et pource que *M. Richard de Billy Recteur de l'Vniuerſité de*
» *Paris* Nous a teſmoigné par ſon Signet que Hemonin de Marcey deſſous Luxey,
» de l'Eueſché de Toul Clerc, eſt vrais Eſcholier à Paris en la Faculté des Arts
» ſous diſcret homme M. Iean de Dijon, & il ſe ſoit dolus par deuant Nous que
» Gerard Piédargent, Raoulet Blanchart, Iean Rouge Geuſe & Gerard fils
» defunct Bouffair de Brizoy luy ont fait pluſieurs villenies, domages & iniures
» non deuës, c'eſt à ſçauoir que en requerant pluſieurs de ſes biens, leſquiex ils
» ly detiennent iniurieuſement & les l'y ont deſpoüillez & oſtez à force maulgré
» que ledit Eſcholier en euſt iuſques à la valeuë de 60. liures Pariſis chacun par
» ſoy, & ont mis la main à ly iniurieuſement, & l'euſſent battu & feru vilenement,

ſe il n'y euſt eu aide de bonnes Gens; ont battu & feru vilenement le frere dudit «
Eſcholier en dépit de luy & l'y ont fait & dit pluſieurs autres vilenies à declairer «
en lieu & en temps, leſquelles vilenies il ne voulſiſt pour cent liures Pariſis; la- «
quelle choſe eſt en grand grief & preiudice de noſtre garde & de l Vniuerſité «
deſſuſdites, ſi qu'il nous a monſtré en complaignant & s'offre à prouuer ſi mé- «
tier eſt. *Nous vous mandons & commandons de par le Roy & de par la vertu de ladite* «
Commiſſion, que vous à la Requeſte du Porteur de ces Lettres, leur faciez commande- «
ment de par le Roy, que audit Eſcholier amendent leſdites vilenies & iniures, & que «
ils ly rendent leſdits biens auec tous deſpens; miſes & intereſts qu'il a fait pour les cho- «
ſes deſſuſdites. Et ſe ils ſe veulent oppoſer au contraire, ſi leur donnez iour com- «
petent à Paris par deuant Nous pour venir alleguer cauſe pourquoy ils n'y «
ſoient tenuz auec intimation que viegnent, ou non, nous procedions contre eux, «
ſi comme de reſon ſera. Et le Porteur de ces lettres, gardez & defendez de foire «
de violence ſe métier y eſt. A tant en faites chacun de vous en droit ſoy, que par «
vous n'y ait défaut, & que ledit Eſcholier n'ait cauſe de ſoy complaindre de «
vous, & ce que fait en aurez, Nous reſcriuez ſous vos ſceaux. Donné ſous le «
ſcéel de ladite Preuoſté de Paris, l'an de grace 1339. le Mardy aprés la feſte du S. «
Sacrement. *Collatio* de Chezy. Et au dos, Lettres & Adiournement pour He- «
nonin de Marzy Clerc. Hocce Inſtrumentum mecum communicauit D. d'Herouval, vir de omnibus litteratis meritiſſimus.

STATVTVM FACVLTATIS ARTIVM CONTRA DOCTRINAM OCHAMICAM.

Eodem anno doctrina M. Guillelmi Okami Minoritæ ex Vniuerſitate Pariſienſi ſolenni ſtatuto & edicto Facultatis Artium expulſa eſt. Cum enim nondum omnino inter Doctores diuerſarum partium, quorum alij Fratricellis & Bauaro, alij Pontifici fauebant, contentiones & altercationes conticuiſſent, ne pax Academiæ deinceps turbaretur, vtque omnis Iurgiorum materia tolleretur, interdicto publico cautum eſt, ne quis Ochami doctrinam docere auderet legere, aut de ea diſputare. Quod ſtatutum legitur in antiquo libro Rectoris, his verbis.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis *Omnes & ſinguli Magiſtri 4. Nationum,* «
videlicet *Gallicorum, Picardorum, Normanorum & Anglicorum* ſalutem in Domino «
ſempiternam. A tramite rationis deuiare videtur, nec Deum habere præoculis «
qni quæ ab antiquis ſtatuta ſunt ſuper re licita, nec non rationis conſona, tranſ- «
gredi non veretur, maximè cum ad hoc iuramenti vinculo fuerit obligatus. Cum «
igitur à Prædeceſſoribus noſtris non irrationabiliter motis circa libros apud Nos «
legendos publicè vel occultè certa præceſſerit Ordinatio per Nos iurata obſer- «
uari, & quod aliquos libros per ipſos non admiſſos aut aliàs non conſuetos legere «
non debemus. *At iſtis temporibus nonnulli Doctrinam Guilielmi dicti Ockam,* quamuis «
per ipſos Ordinantes admiſſa non fuerit, vel aliàs conſueta, neque per nos ſeu «
alios ad quos pertineat, examinata; propter quod non eſt ſuſpicione carere, «
dogmatizare præſumpſerunt publicè & occultè ſuper hæc in locis priuatis con- «
uenticula faciendo. Hinc eſt quod Nos noſtræ ſalutis memores, conſiderantes «
Iuramentum quod fecimus de dicta Ordinatione obſeruanda, ſtatuimus, quod «
nullus de cætero prædictam Doctrinam dogmatizare præſumat, audiendo vel «
legendo publicè vel occultè, nec non Conuenticula ſuper dictâ Doctrinâ diſpu- «
tanda faciendo, vel ipſum in lectura vel diſputationibus allegando. Si quis au- «
tem contra præmiſſa vel aliquid præmiſſorum attentare præſumpſerit, ipſum à «
lecturâ per *annum priuamus*, & quod per dictum annum obtinere honorem ſeu «
gradum inter Nos non valebit, nec obtentos actus aliqualiter exercere. Si qui «
autem contra prædicta inuenti pertinaces fuerint, prædictis pœnis perpetuò «
volumus ſubiacere. Inſuper cum Nobis liqueat manifeſtè, quod in dictis Diſpu- «
tationibus exiſtentes propria authoritate arguere præſumunt, minus reuerenter «
ſe habentes ad Magiſtros qui diſputant, tumultum faciendo; adeo & in tantum «
quod Concluſionis diſputandæ non poteſt haberi veritas, nec dictæ diſputatio- «
nes in aliquo ſunt Scholaribus audientibus fructuoſæ, ſtatuimus, *quod nullus* «
Magiſter Bachelarius aut Scholaris ſine permiſſu & licentiâ Magiſtri diſputationes te- «
nentis arguat: quam licentiam ſibi non liceat petere verbaliter, ſed tantummodo ſigno «
reuerenter. Si quis autem Bachelarius & Scholaris contra præmiſſa aliquid at- «
tentauerit, pœnis in prædicto ſtatuto poſitis modo & formâ quibus ſupra, om- «

Digitized by Google

» nino volumus ſubiacere. Si quis autem Magiſter in diſputationibus arguete
» præſumat, niſi requiſitus à Magiſtro Diſputationes tenente, ipſum priuatione
» trium, lectionum decernimus puniendum. Acta ſunt hæc apud S. Iulianum in
» noſtræ Congregatione Facultatis nobis ſpecialiter ad ſtatuendum vocatis, anno
» Domini 1339. Sabbato poſt feſtum B. Mathæi Apoſtoli. In cuius rei teſtimo-
» nium Sigilla 4. Nationum cum ſigneto Rectoris duximus apponenda.

Contra eandem Doctrinam ſtatuit adhuc eadem Facultas anno ſequenti. Item hoc anno ſtatutum aliud edidit de habitu publicorum actuum, vt nullus ſcilicet Magiſter Congregationibus & Actibus Scholaſticis intereſſe auderet, niſi in habitu decenti & Academico, pœnaſque conſtituit parere recuſantibus & contumacibus in hunc modum.

Statutum de habitu decenti.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis *Omnes & ſinguli Magiſtri 4. Nationum,*
» videlicet *Gallicorum*, *Picardorum*, *Normanorum & Anglicorum* Salutem in Domi-
» no ſempiternam. Iuſtum eſſe cenſetur hos qui alijs præſident veluti Deputati
» ad eorum eruditionem, maximè eorum Officium exercendo, ſeu quid commu-
» ne pertractando, aliquali decentiâ habitûs inſigniri. Cum igitur ex rei euiden-
» ria nobis appareat, quod nonnulli Magiſtri Diſputationes & etiam Congrega-
» tiones *in ſuis mantellis*, *Collobijs ſeu tabardis ingredi non abhorrent*, nec non in Diſ-
» putationibus Bachelarij aut Scholares in alio habitu, quàm in Cappa manica-
» ta ad ſedes præſumant accedere.; ex quibus poſſet contra Nos oriri graue ſcan-
» dalum in futurum. Hinc eſt quod Nos ſuper his prouidere cupientes, ſtatui-
» mus *quod de cætero Magiſtri ad diſputationes accedant in habitu decenti*, *videli-*
» *cet Cappâ*, *Epitogio longo*, *vel breui fourato*. Et ſi in alio habitu acceſſerint, voces
» eorum in dictis Congregationibus pro nullis habeantur. Et requiſiti in Con-
» gregationibus Generalibus vel Facultatis *per Rectorem*, aut in Congregatione
» Nationis *per Procuratorem*, qui Rector & Procurator per quemcunque Magi-
» ſtrum in dicta Congregatione exiſtentem requiſiti per ſuum iuramentum eos
» requirere teneantur. In Diſputationibus per Magiſtros Diſputationes tenentes,
» exire non exeant, tribus lectionibus Ordinarijs nouerint ſe priuatos. De Ba-
» chelarijs autem & Scholaribus ſic duximus ordinandum. Quod ſi moniti per
» Magiſtrum diſputantem Diſputationes non exeant, per annum ſit eis omnis
» actus Scholaſticus interdictus. Acta fuerunt hæc apud S. Mathurinum in no-
» ſtræ Congregatione Facultatis nobis ſpecialiter & expreſſè ad ſtatuendum vo-
» catis, anno Domini 1339. die Lunæ poſt feſtum B. Mathæi Apoſtoli. In quorum
» teſtimonium ſigilla noſtra cum ſigillo Rectoris duximus apponenda.

Eodem anno eadem Artium Facultas ſtatuit circa inceptiones Lectionum ſeu profeſſionis Scholaſticæ, vetuitque ne quis inciperet niſi die legibili, hoc eſt niſi die quo apertæ ſunt Scholæ & docendi munus exercetur. Statutum in eam rem tale extat.

Aliud statutum de incipientibus.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis *Omnes & ſinguli Magiſtri 4. Nationum,*
» *videlicet Gallicorum*, *Picardorum*, *Normanorum & Anglicorum actu Regentes Pa-*
» *riſius in Artium Facultate* ſalutem in Domino ſempiternam. Nouerint Vniuerſi
» præſentes paritet & futuri, quod Nobis ex mandato venerabilis & diſcreti viri
» *M. Simonis de Wencleri Nationis Picardiæ tunc temporis Rectoris Vniuerſitatis* Pari-
» ſius congregatis vt moris eſt, poſitoque in deliberatione noſtra per eundem Re-
» ctorem, an placeret ſtatuere quod nullus Bachelarius ſeu Licentiatus in Arti-
» bus Pariſius poſſet incipere per quamcunque viam in Artium Facultate, niſi in
» die quâ in eadem Facultate actu & ordinariè legeretur. Super quibus poſitis in
» noſtra deliberatione per eundem Rectorem vt præmittitur, Nos omnes & ſin-
» guli Magiſtri *antedicti*, *ſeu Nationes præfatam Facultatem conſtituentes* habitâ pri-
» mitus maturâ deliberatione, diligenti perſcrutatione & conſilio peritorum &
» expertorum in factis prædictæ noſtræ Facultatis, vnanimi conſenſu, nullo pe-
» nitus diſcrepante deliberauimus & per modum expedientis pro communi vti-
» litate ac honore dictæ Facultatis ordinauimus, ac etiam ſtatuimus *quod nullus*
» *Bachelarius vel Licentiatus in Artibus Pariſius vllo vnquam tempore futuro in dicta*
» *noſtra Facultate per quemcunque modum incipere præſumat*, *niſi tali die in qua in eadem*
» *Facultate actu & ordinariè legetur*, niſi tamen per eandem Facultatem ad hoc
» ſpecialiter, ſufficienter & expreſſè vocatam cum eo vel cum eis fuerit diſpenſa-
tum.

tum. Quod quidem prius ſtatutum habuimus & habemus gratum, & pro cor- "
recta reputauimus ſimpliciter eius formam, promittendo ipſam quantum de "
Iure poſſumus perpetuò inuiolabiliter obſeruare. Acta ſunt hæc apud S. Ma- "
thurinum in Congregatione noſtræ Facultatis nobis ſufficienter ad ſtatuendum "
vocatis anno Domini 1339. die Mercurij 12. menſis Ianuarij. In quorum omnium "
teſtimonium *Sigilla noſtra vnà cum ſigneto Rectoris* his præſentibus litteris duxi- "
mus apponenda. "

Eodem anno Natio Gallicana per ſuos Decanos Archam ſuam communem aperiri voluit, & Inuentarium, vt vocant, conſcribi eorum, quæ in ea continebantur & tum reperta ſunt. Legitur hocce Inuentarium in libro Procuratorum eiuſdem Nationis ſub hoc titulo. *Inuentarium jocalium exiſtentium in Archa Nationis factum per quinque Magiſtros quinque Prouinciarum ibidem nominatos.*

Anno Natiuitatis Domini 1339. Indictione 7. Pontificatus ſanctiſſimi Patris "
D. Benedicti Papæ XII. an. 5. die Iouis 28. menſis Octob. in die feſti Apoſto- "
lorum Simonis & Iudæ in prima Procuratione *M. Simonis de Pegommeriis de Verona*, de Prouincia Bituricenſi Lombardo fuerunt vocati omnes Magiſtri de "
Natione Gallicana actu Regentes in Facultate Artium & ſpecialiter quinque "
Prouinciarum Nationis prædictæ per Nicolaum de Cheziaco Bedellum prin- "
cipalem & Seruientem prædictæ Nationis de mandato & præcepto prædicti "
M. Simonis Procuratoris pro tunc: ſcilicet *M. Ioannes Gorre* Prouinciæ Pari- "
ſienſis, *Ioannes de Diuione* Prouinciæ Senonenſis. *Richardus de Billiaco* Prouinciæ "
Remenſis. *Alanus de Villacolis* Prouinciæ Turonenſis. *Geraldus de Aluernia* Pro- "
uinciæ Bituricenſis apud S. Bernardum, & inuenta fuerunt in Archa Iocalium "
Nationis prædictæ Pariſ. ea quæ ſequuntur. "

1. Duo Platelli argentei cum Domo ſua ſeu Repoſitorio de corio.
Item Encenſorium argenteum cum cochleari argenteo & Repoſitorio.
Item duo Candelabra argentea cum Repoſitorio.
Item Turibulum argenteum cum Repoſitorio.
Item Calix cum Platena argentei cum Repoſitorio. Et eſt deauratus.
Item duæ Buretæ argenteæ pro aqua & vino cum Repoſitorio.
Item tres baculi Crucis argentei cum ſuo Repoſitorio.
Item nodus Crucis argenteus deauratus cum Repoſitorio.
Item brachium argenteum S. Guillelmi cum Reliquijs & cum anulo argenteo in digito & lapide, ſed in brachio inter cætera deficit vnus lapis, ſed bene habet Repoſitorium.
Item Crux Maior cum Crucifixo argentea deaurata. Et deficit vnus lapis ſub titulo Crucifixi à dextra parte ſupra caput eius. Sed tamen bene habet Repoſitorium & habet multos lapides.
Item alia Crux parua cum Crucifixo argentea & cum pede ſuo argenteo & cum Repoſitorio.
Item Oſculatorium Pacis cum ſmaltis & cum ſuo Repoſitorio.
Item alia cum titulo & Crucifixo argentea & cum pede ſuo & Repoſitorio.
Item Pes magnæ Crucis deauratus cum Imaginibus B. Mariæ & B. Ioannis deauratis.
Item Sol & Luna cum magna Cruce prope Crucifixum.
Item Angelus vnus de argento deauratus cum pede ſuo de argento deaurato cum quadam tabula argentea deaurata, in qua ſunt Reliquiæ de vera Cruce cum ſex groſſis perlis ſiue gemmis & cum duabus catenis & clauibus ad claudendum alas prædicti Angeli & habet Repoſitorium de corio.
Item *Sigillum Nationis cum alio Paruo ſigillo ſeu Contra-ſigillo, Argentea ambo.*
Item paruus aureus Liliatus vndique pro funeribus Magiſtrorum.
Item paramenta pro Sacerdote integra & bona.
Item paramenta pro Diacono integra præterquam deficit manipulus.
Item paramenta Subdiaconi integrè bona.
Item pro funeribus Scholarium.
Item ſex Cappæ ad tenendum Chorum cum Argenterijs integris poſt collum & ante pectus.

Item duo paramenta altaris pulchri. Vnum pro ſuperiori parte altaris, aliud pro inferiori parte cum ſuo frontali, cum Hiſtorijs Paſſionis Chriſti valde pulchro.

Item Piſſida de ebore pro hoſtijs.

Item duæ Cortinæ nouæ de Sindone pro lateribus altaris.

Item magna mappa de ſerico pro altari toto cooperiendo.

Item vnum Corporale cum pharetra ſeu domo ſua de corio.

Item manutergium de ſerico radiatum pro platina Calicis oſtendenda in eadem pharetra repoſitum.

Item ſex almuciæ ad tenendum in Capite.

Item tria ſuppellicia integra & tria fracta ſuppellicia.

Item 4. libri de cantu pro Cappella & duo Quaterni cooperti vitulo.

Item vnum marcapetum debile & vnum bancale paruum.

Inuenta in quodam Cophino in magna Archa die prædicta.

1. Statutum ſuper modo electionis Examinatorum S. Genouefæ.

Item Priuilegium Apoſtolicum, *ne Studentes Pariſius trahantur extra Ciuitatem.*

Item Priuilegium perpetuum Papale ſuper taxatione Domorum.

Item ſtatutum Nationis *de vera Regentia Magiſtrorum.*

Item Priuilegium Apoſtolicum inutile ſuper Excommunicatione, de Iniectione manuum violenta directum M. Laurentio.

Item ſtatutum de Miſſis & Veſperis Nationis. Tranſiuit tempore Procurationis *M. Bernardi de Villa campi.*

Item ſtatutum de legentibus in Aulis extra vicum ſtraminum.

Item Priuilegium Apoſtolicum ſuper taxatione Domorum & Scholarium; Et eſt perpetuum.

Item Priuilegium Apoſtolicum, vt homines S. Germani & S. Marcelli compelluntur iurare, ſicut Ciues Pariſienſes.

Item Priuilegium Apoſtolicum perpetuum ſuper Ordinatione ſtudij Pariſienſis & ſuper Iuramento Cancellarij de nouo creati in ſtudio Pariſienſi, & ſuper ordinatione totius ſtudij.

Item Priuilegium perpetuum Vrbani *ſuper Contributione facienda.*

Item Priuilegium perpetuum Apoſtolicum vt nulli Officiarij Vniuerſitatis poſſint Excommunicari pro factis Vniuerſitatis.

Item Copia Priuilegij *ne Officiales Vniuerſitatis poſſint excommunicari.*

Item 2. Priuilegium perpetuum, vt homines de S. Germano ac de S. Marcello compellantur iurare ſicut Ciues Pariſienſes.

Item ſtatutum Simonis Legati ſuper caſu ſeparationis Nationum.

Item quoddam Inſtrumentum obligatorium *Nationis erga M. Ioannem de Caumizis* pro caſu ſeparationis contra tres Nationes de proſequendo factum & de reddendo expenſas.

Item Inſtrumentum quomodo tres Bedelli trium Nationum requiſiuerunt Procuratorem Nationis vt vniret ſe cum alijs nationibus.

Item *Compromiſſio in D. Simonem tituli S. Ceciliæ Presbyterum Cardinalem.*

Item Compromiſſum ſuper quodam debito cuiuſdam incipientis non licentiati.

Item plures Rotuli ſimul *ligati de Proceſſu contra tres Nationes.* Et obtinuimus.

Item Quidam Rotuli *de Ordinationibus & ſtatutis Nauarræ.*

Item Priuilegium Apoſtolicum temporale de Iniectione manuum violenta Scholarium inter ſe. Et eſt inutile niſi renouetur.

Item Quidam articuli ordinati de modo concedendi per Vniuerſitatem in Curia Conſeruatoris Citationes, monitiones, exhortationes, Protectiones, & alia ſimilia.

Item quædam relaxatio Cardinalis Legati, quoad Nationes.

Item quidam rotulus *de caſu ſeparationis Nationum.*

Item quoddam ſtatutum de Officiarijs Nationis, quomodo tenentur & ſub qua pœna.

Item quidam ſaccus quorundam proceſſuum cuiuſdam litis.

Item duæ litteræ priuatoriæ non ſigillatæ.

Item 4. inſtrumenta ſuper caſu ſeparationis Nationis noſtræ ab alijs.

Eadem Natio apud S. Iulianum declarauit, quomodo Magiſtri ſedere deberent cum intereſſent Miſſis & Veſperis; & quo pacto Determinantes Officium facere tenerentur tempore Quadrageſimali.

Anoo Domioi 1339. die Mercurij ante Purificationem B. Virginis apud S. Iulianum fuit declaratum per Nationem ad hoc vocatam, *quod Magiſtri venientes ad Miſſas & Veſperas ſedeant in Choro*, alioquin reputabuntur non veniſſe, *& diſtributionibus carebunt conſuetis*. Item quod ſufficit, quod Determinantes in Quadrageſima faciant Officium prædictum, & quod in vacarionibus non fiant Miſſæ nec Veſperæ de rigore ſtatuti, noui vel antiqui. Acta fuerunt hæc tempore Procurationis *M. Richardi de Billiaco*, annn & die ſupradictis.

Contributio Generalis.

Eodem anno facta eſt in Vniuerſitate contributio Generalis ad mittendum Nuncios ad Curiam: quam legem cum noluiſſent Theologi ſubire, indicta eſt illis pœna vt parerent; & paruerunt. Natio Germanica M. Laurentium de Suecia exactorem ſuæ contributionis deſtinauit. *Anno Domini 1339. pro contributione facienda ad mittendum Nuncios ad Curiam, conſenſus omnium Magiſtrorum habebatur, Theologis duntaxat exceptis: & quia alij reputabant expediens, vt contributio fieret, deliberatum fuit ad habendam concordiam quòd Magiſtri in Theol. actu Regentes à ſex Lectionibus Ordinarijs priuarentur, niſi in proxima ſequenti Congregatione Generali in propoſito alijs conformarentur.* Facta verò congregatione ſequenti Theologi in Contributionem ſicut alij, conſenſerunt. Quantitas autem Contributinnis prædictæ erat, quod quilibet gaudens Priuilegijs Vniuerſitatis, ſcilicet Magiſtri Regentes & non Regentes, Scholares Seculares & Regulares tam de Domibus Collegiatis quàm alij, exceptis tantùm FF. Mendicantibus, 4 partẽ Burſæ vnius ſeptimanæ perſolueret ſub pœna priuationis, ſi iuratus; ſub pœna reſecationis, ſi Scholaris non iuratus; & ſub pœna amiſſionis Officij, ſi Librarius, Pergamenarius, Illuminator, ſiue *Scriptor*, qui omnes ad contribuendum adſtringebantur ſicut Magiſtri & Scholares. Modus verò recipiendi Contributionem deliberatus per Vniuerſitatem fuit talis, *quod Deputati de qualibet Facultate* vnà cum *Rectore & Procuratoribus ſederent ad S. Mathurinum & ibi reciperent ab omnibus Magiſtris, Scholaribus*, &c. Item deputatus fuit M. Mathias Laurentius de Suecia ex parte Nationis Anglicanæ ad leuandam contributionem prædictam.

Fundatio Collegii de Aue Maria.

Eodem anno Collegium Hubantium, vulgo dictum de *Aue Maria* fundatum eſt in Clauſtro ſeu Burgo Sao-Genoueſiano à M. Ioanne de Hubant Clerico Conſiliario Regis & in Camera Inquiſitionum Præſide, illudque ſex pueris iuoioribus & pauperibus, Magiſtro & Capellano addictum. Quamobrem autem illud de Aue Maria nuncupari voluerit, ipſe in ſuo Teſtamento declarat, nimirum quia pueros D. Virginis obſequijs totos mancipari voluit, ſic enim ille. *Fundo & inſtituo perpetuò ſex pauperes pueros Scholares Pariſ. vnum Capellanum, vnum Magiſtrum pro ipſis Pueris*, qui habitationem ſuam habebunt in Domo in qua nunc inhabito, ſitâ in Clauſtro S. Genoueſæ, in muro cuius ſupra portam ſint imagines B. Virginis, BB. Ioannis Baptiſtæ & Ioan. Euangeliſtæ, & dictorum ſex Puerorum & *Aue Maria* deſuper imagines prædictas litteris aureis ſcriptum.

Item prædicti pueri ponentur in dicta Domo & recipientur de legitimo Matrimonio procreati in pupillari ætate exiſtentes, 8. vel 9. annorum, vel circa, non difformes in aliqua ſui parte, habiles ad docendum, ſufficientes ad onus quod eiſdem imponetur inferius ſupportaodum. Nec vltra feſtum B. Ioannis Baptiſtæ immediatè ſequens, & decimum ſextum ætatis ſuæ annum completum remaoebunt vel morabuntur in dicta Domo, quâ ætate conſueuerunt communiter inclinare ad malum, cum principalis intentio mei fundatoris fuerit prædictos pueros Beatiſſimæ Virgini velle deſeruire, eiſdem Pueris pro titulo *Salutationem Angelicam* aſſignando.

Domum autem illam, quæ fuerat ante M. Petri de Narbona, emerat à Rege; quam ipſe ait fuiſſe quippe *fiſco* addictam *propter forefacturam M. Petri de Narbona*; item à M. Ioanne de Bello-Monte qui ante confiſcationem illam ſeu

vero ſeu ſimulato Contractu ab ipſo Petro emiſſe comperiebatur, vt ſecurior foret emptionis.

Eiuſdem Domus & Collegij præter Magiſtrum & Capellanum, ſupremi ſunt Moderatores Abbas San-Genoueſianus & Nauarricus Archididaſcalus. Extat Inſtrumentum anni 1386. in quo ſic habetur. *Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis* Ioannes permiſſione diuina Abbas Monaſterij S. Genoueſæ Pariſ. ad S. Sedem Apoſtolicam nullo medio pertinentis, *& Petrus de Alliaco actu Regens Pariſius in Facultate Theologiæ & Magiſter Collegij Campaniæ in Dom. ſalutem.*
» Cum tam virtute litterarum Teſtamentariarum defuncti M. Ioannis de Hu-
» banto quondam Clerici D. Regis Præſidentis in ſua Camera Inqueſtarum
» quam aliarum litterarum antiquarum & Inſtrumentorum publicorum ad nos
» ſpectare & pertinere dignoſcatur omnimodè diſpoſitio & regimen Collegij ſiue
» Domus per ipſum M. Ioannem pridem fundati, &c.

Eodem anno inſtituta & fundata eſt Academia Piſana, Benedicto Pontifice approbante, vt ſcribit Volaterranus.

1340. Anno 1340. Natio Picardica ſtatutum edidit de tempore faciendorum ſtatutorum, ſub hoc titulo, vt legitur in Antiquo libro Procuratorum. *Statutum Nationis, quod Natio non poteſt ſtatuere niſi à principio magni Ordinarij vſque ad Paſcha.*

Statutum Nationis Picardicæ.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Omnes & ſinguli Magiſtri Nationis
» Picardorum actu Regentes Pariſius in Artium Facultate ſalutem in Dom. ſem-
» piternam. In pertractandis arduis quilibet ſic vigilare tenetur & talem circa
» hoc diligentiam exhibere, vt per hoc nullum conſequatur incommodum &
» omne ſcandalum euitetur, propter quod fieri debet cum moderamine rationis.
» Et quia ſtatuta noſtræ Nationis non tantum facta, ſed etiam fienda quilibet no-
» ſtræ Nationis gradum in Facultate Artium obtinens iurat inuiolabiliter obſer-
» uare, Attendentes quod per effrenatam multitudinem ſtatutorum quæ fieri
» poſſent, licet per negligentiam aliqui tamen poſſent notam periurij incurrere
» in ſui non modicum ſcandalum & ſuarum graue periculum animarum, vt quan-
» tum poteſt talibus periculis obuietur, circa ſtatuta facienda, de cætero quod
» non immeritò reputamus arduum, ſic duximus ordinandum, vt de cætero nulla
» ſtatuta fiant præterquam cauſa emergente ſufficienti & neceſſaria quæ id requi-
» rat, niſi in feruore ſtudij temporis, quod à principio Magni Ordinarij vſque ad
» feſtum Paſchæ numerari volumus & cenſemus. Quæque facta alio tempore niſi
» cum cauſa vt præmittitur, careant omni robore firmitatis etiam facta cum cauſa
» niſi prædicto temporis feruore per Nationem confirmata fuerint, ſeu etiam ap-
» probata. Acta fuerunt hæc apud S. Iulianum Pauperem Pariſius per modum
» ſtatuti, Nobis ſpecialiter ad ſtatuendum conuocatis. Anno Domini 1340. in
» Vigilia SS. Petri & Pauli Apoſtolorum. In quorum teſtimonium ſigillum noſtræ
» prædictæ Nationis duximus apponendum.

Proviſor Sorbonicus Vniverſitati rationes reddit.

Eodem anno M. Petrus de Croſo Decanus Eccleſiæ Pariſienſis & Prouiſor Sorbonicæ Domus Rectori Vniuerſitatis Decanis & Procuratoribus 4. Nationum accepti expenſique è reditibus Domus rationes reddidiſſe legitur. *Venerabilis vir M. Petrus de Croſo in Theologia Magiſter* Prouiſor *tunc Domus* Magiſtrorum de Sorbona *reddidit compotum pro ſe & pro prædeceſſoribus ſuis; quaſi de quinque annis, de expenſis & omnibus bonis factis & receptis pro prædicta Domo. Recipientes Compotum ab eodem M. Petro fuerunt* MM. Simon de Lombardia, *Subſtitutus D. Rectoris* Ioannis de Bononia, *venerabilis vir* M. Idergen in Theologia, *Quidam* Medicus, Alanus de Villocold, Ioannes Moradas, Grindus Bonifacij, Vlricus de Auguſta *Procuratores 4. Nationum.*

Tunc ergo Rector erat Vniuerſitatis M. Ioannes de Bononia; Ioannes Moradas paulò poſt Rector quoque fuit. Vlricus autem de Auguſta Nationis Anglicanæ tunc Procurator contra Ioannem Papam pro Imperatore, cui erat ab intimis ſecretis, ſcripſit acerrimè. Petrus verò de Croſo Sorbonæ Prouiſor paulò poſt fuit Epiſcopus Autiſſiodorenſis.

Cæterum quod iſte Prouiſor Rectori & ſelectis ſeu Deputatis Vniuerſitatis rationes reddat, tenetur ex ſtatuto an 1266. & ex fundatione; atque in eam rem extat Bulla Clementis IV. quæ talis eſt.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Prouiſori pauperum Magiſtrorum & ipſis Magiſtris in Theologica Facultate ſtudentibus in vico *ad Portas* ante Palatium de Thermis *Pariſius* ſub communi vita degentibus Sal. & Apoſtol. bened. Suadente nobis gratia bonitatis quâ virtutum ſtudijs inſiſtentes ſacræ Paginæ cupitis muniri dogmatibus & in ijs alios erudire, *in vnum conuenientis viuendi commercium & commune vobis habitaculum elegiſtis.* Volentes itaque & ſtatui veſtro Apoſtolicum exhibere fauorem, *Conuictum & Cohabitationem veſtros duximus approbandos*, iure venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Pariſienſis ſemper ſaluo, authoritate præſentium diſtrictius inhibentes, ne quis Domos, poſſeſſiones & alia bona veſtra quæ in præſenti rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, inuadere, diſtrahere vel occupare præſumat, ſeu alijs vſibus applicare. *Nihilominus quoque ſtatuimus & etiam ordinamus*, vt te, fili, *Prouiſore obeunte nullus in locum tuum per fraudis aſtutiam apponatur, niſi quem loci Archidiaconus, Cancellarius Pariſ. ac Magiſtri Pariſius actu Regentes in Theologica Facultate, nec non & Decretiſtarum & Medicorum Decani, Rector Vniuerſitatis Pariſienſis & Procuratores 4. Nationum, communiter vel maior pars eorum duxerint apponendum.*

Item quod Prouiſor in Congregatione veſtra *pauperes Magiſtros & idoneos qui rexerint in Artibus, de quacunque ſint Natione, poſſit admittere, at exinde minus idoneos amouere, prout inſpectis circunſtantijs Vniuerſis viderit expedire.* Qui & de dictorum Magiſtrorum Receptis & expenſis annis ſingulis *Archidiacono, Cancellario & alijs ſupradictis, vel aliquibus ab ipſis, vel à maiori parte ipſorum qui ad hoc extiterint Deputati, teneatur reddere rationem.* Archidiaconus inſuper, Cancellarius & alij memorati, ſeu maior pars eorum *Prouiſorem quem duxerint ſtatuendum, amouere valeant, prout viderint faciendum.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis infringere, nihilominus conſtitutionis, inhibitionis & ordinationis, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Viterbij 10. Kal. April. Pontif. noſtri anno 4.

Hæc Papa ita volenre & poſtulante procul dubio M. Roberto. Atque ex his quatuor collige. 1. Domum iſtam omnino Theologicam eſſe, *Magiſtris in Theologica Facultate ſtudentibus.* 2. Prouiſorem eiuſdem ab Vniuerſitate & ab alijs in ſupradicta Bulla contentis tam poſſe amoueri ſi minus ſit idoneus, quàm admitti. *Prouiſorem quem duxerint ſtatuendum, amouere valeant prout viderint faciendum.* 3. Prouiſorem teneri quotannis redituum Domus ſupradictis Deputatis reddere rationem. *Qui & de dictorum Magiſtrorum Receptis, annis ſingulis teneatur reddere rationem.* 4 Hæc qui infregerint ita volita, poſtulata, ſtatuta, Cenſuris Apoſtolicis ſubiacere. *Nulli ergo omnino hominum*, &c. Vnde conſequens eſt nullum Collegium ipſi Vniuerſitati, Rectori, Decanis & Procuratoribus magis ſubditum eſſe quàm Sorbonicum.

Eodem anno cum Philippus Rex eſſet apud Vicennas, edixit in gratiam Vniuerſitatis Pariſienſis, interdixitque ne cui liceret Magiſtros aut Scholares Lutetiâ aliò litis cauſa euocare, ne ſtudiorum ſuorum curſum interrumpere cogerentur: mandauitque Præpoſito Pariſienſi Priuilegiorum Regiorum Conſeruatori, vt caueret, ne quid contra huiuſmodi Priuilegium ab vllo Iudice peccaretur: vt noſtris adhuc temporibus obſeruari videmus.

Priuilegium Regale Conſeruationis.

Philippvs Dei gratia Francorum Rex, Præpoſito noſtro Pariſienſi, vel eius locum tenenti ſalutem. *Cum Vniuerſitas Magiſtri & Scholares ſtudentes Pariſius in noſtra ſpeciali guardia & protectione exiſtant*, cum veniunt ad ſtudium & ibidem commorantur, vel ad partes ſuas redeunt, frequenter tamen prout accipimus, iniuriæ, moleſtiæ, oppreſſiones & violentiæ nedum in Præpoſitura tua eiſdem, ſed in locis alijs inferuntur in præiudicium guardiæ noſtræ, quas proſequi nequeant extra Pariſienſem Ciuitatem, quin à ſuo ſtudio diſtrahantur, grauiterque vexentur, laboribus & expenſis, ſi ipſos extra ipſam Ciuitatem iniurias huiuſmodi proſequi oporteret. Supplicantes ſibi per Nos de remedio prouideri opportuno. Quare Nos eorum ſupplicationibus fauorabiliter annuentes, idcirco tibi protectionem ipſorum ac cuſtodiam, inſuper coërcionem eorum qui

„ in protectionis & guardiæ noſtræ præiudicium Vniuerſitati ſeu Magiſtris aut „ Scholaribus prædictis inferunt violentiam indebitam, iniuriam vel iacturam, „ ſiue infra Præpoſituræ ruæ fines, ſiue in locis alijs quibuſcunque Regni noſtri, „ tenore præſentium committimus, quod eis concedimus de gratia ſpeciali, priui- „ legijs ſeu conſuetudinibus in contrarium impetratis, aut etiam impetrandis „ non obſtantibus quibuſcunque In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum „ præſentibus eſt appenſum. Datum apud Vicennam vltima die Decemb. „ anni 1340.

Hoc Priuilegium legitur in antiquo libro Procuratorum Nationis Gall. ſub hoc titulo. *Priuilegium Regale ſuper iniurijs & iacturis, cuius executio dirigitur Præpoſito Pariſ.* Legitur & iſtud ibidem menſe Ianuario ſequenti datum ab eodem Rege, quo vetat exigi portoria, aliaque tributa à Scholaribus Pariſ. bona eorum occaſione aut cauſâ belli capi aut prehendi, cauſaſque eorum extra muros Pariſienſes trahi. Cui Priuilegio hic titulus præfixus eſt *Priuilegium Regale, quod Scholares non ſoluant Pedagium, Talliam, Impoſitionem, Conſtumam aut aliam exactionem quacunque de cauſa. Quod non trahantur extra muros Pariſienſes*, & quod eorum bona occaſione guerrarum vel alia quacunque non capiantur, aut quomodolibet arreſtentur. Super quibus Præpoſitus Pariſ. eſt executor.

Alivd Privilegivm Regale.

„ Philippvs Dei gratia Francorum Rex, Notum facimus Vniuerſis tam præ- „ ſentibus quàm futuris, quod cum opus ſit ſingulis Regibus Orthodoxis, eiſque „ cedat ad Gloriam in Regnis ſuis habere viros induſtrios, decoros ſcientia, vir- „ tutibus præſignitos, fortitudine, conſilijs, vt ſingula conſultâ prouidentiâ di- „ rigentes ſub Pacis principeglorioſè regnent, & imperent in ſuæ culmine Ma- „ ieſtatis. *Et Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium velut ferti- „ litatis ager fructus vberes proferens in quo granati ſcientiam colligunt, producat viros „ virtutum varietate fœcandos, quorum glorioſa fœcunditas in alios affluenter effunditur, „ paruos magnificans, rudes erudiens, & debiles efficiens virtuoſos. Horum quidem in de- „ ſiderio miræ bonitatis incorporalem in Pariſienſi ſtudio acquirunt litterarum & dogma- „ tum margaritam* Et quantò maioribus fuerint libertatibus, priuilegijs & fran- „ chiſijs communiti, tantò ad ipſam margaritam incorporalem acquirendam fer- „ uentiùs & propenſiùs pro viribus laborabunt. Horum itaque habita conſide- „ ratione, præfatis Magiſtris & Scholaribus ipſius Vniuerſitatis præſentibus pa- „ riter & futuris, & ad ipſum ſtudium accedentibus, aut ſe ad veniendum ſine „ fraude & actualiter præparantibus ac in ipſo commorantibus aut ad propria re- „ deuntibus concedimus de gratia ſpeciali & certa ſcientia & de noſtræ plenitu- „ dine poteſtatis, ne quiſquam laïcus cuiuſcunque conditionis, vel eminentiæ „ exiſtat, ſiue priuata perſona, Præpoſitus, vel Balliuus præfatos Magiſtros & „ Scholares, aut ad ipſius ſtudium accedentes, vel ſe ad veniendum ſine fraude „ actualiter præparantes, aut ad propria redeuntes, de quorum Scholaritate „ conſtabit per proprium iuramentum in perſona, familia, ſiue rebus occaſione „ pedagij, talliæ, Impoſitionis, Couſtumæ, vel aliorum huiuſmodi perſonalium „ onerum, aut alterius exactionis cuiuſcunque perſonalis inquirant, moleſtent, „ aut aliàs quouismodo extorquere præſumant. Item *quod Magiſtri & Scholares „ Pariſius ſtudentes per quoſcunque Iudices Regni noſtri Seculares extra muros Pariſienſes „ inuiti in cauſa perſonali ad eorum Iudicium vel examen non trahantur, nec citentur, nec „ hoc procurent facere laici Regni noſtri, ſubditi ipſius Regni noſtri.* Item quod bona eorum „ & munitiones de quibus habent & habebunt viuere & ſuſtentari in ipſo ſtudio „ memorato, ſtatu eorum conſiderato, occaſione guerrarum, nec alia occaſio- „ ne quacunque per quoſcunque cuiuſcunque ſtatus, conditionis, eminentiæ exi- „ ſtant, pro nobis aut noſtris ſubditis non capiantur, aut aliàs quomodolibet arre- „ ſtentur. Ad præmiſſa verò diligenter exequenda & ſuper debito terminanda, ne „ Magiſtri & Scholares Vniuerſitatis præfatæ vagandi à ſtudio aſſumant materiam, „ ſed potius in ipſo perſeuerent continuè, nec interruptionem ſtudij occaſione „ præmiſſorum poſſent ſibi aliqualiter vendicare, Dilectum noſtrum Præpoſitum „ Pariſienſem præſentem pariter & futurum, Executorem, Guardiatorem om- „ nium & ſingulorum ſupradictorum per Nos eiſdem Magiſtris & Scholaribus „ dictæ Vniuerſitatis conceſſorum tenore præſentium deputamus. Dantes dicto

Præpoſito præſenti pariter & futuro, ac etiam committentes tenore præſen- «
tium in mandatis, vt præfatos Magiſtros & Scholares noſtris præſentibus gra- «
tijs, priuilegijs, franchiſijs & libertatibus ſupradictis vti faciant & gaudere, Re- «
belles autem ipſos Magiſtros & Scholares dictæ Vniuerſitatis in præfatis noſtris «
gratijs, priuilegijs, franchiſijs & libertatibus ſupradictis impedientes, vt à re- «
bellione & impedimentis huiuſmodi omnino deſiſtant, viriliter compellendo. «
Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, indultis, vel conceſſis vel in poſte- «
rum concedendis quibuſcunque perſonis vel Patriæ non facientibus de verbo «
ad verbum expreſſam huiuſmodi priuilegij mentionem. Saluo in alijs iure no- «
ſtro, & in omnibus quolibet alieno. Quod vt firmum & ſtabile permaneat in «
futurum, noſtrum præſentibus fecimus apponi ſigillum. Datum apud Vicennam «
anno Domini 1340. menſe Ianuarij. ſigil. per D. Regem ad relationem Conſilij «
Clauel, & infra ſine financia. «

Eodem anno Facultas Artium non contenta interdixiſſe lecturâ librorum Ockamicorum, inſuper quoſdam eiuſdem Authoris errores, quoſdam & Nominalium, quorum ille ſuo tempore Princeps fuit, reprobauit, hoc ſtatuto, quod legitur in antiquis libris Procuratorum Natio. Gall. & Picard. in hunc modum & ſub hoc titulo. *Statutum Facultatis de Reprobatione quorundam errorum Ockamicorum.*

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis *Omnes & ſinguli Magiſtri actu Regentes* « REPROBANTVR
Pariſius in Artium Facultate ſalutem in Domino. Erroribus obuiare, quantum « QVIDAM
poteſt vnuſquiſque tenetur, & viam omnino ad eos præcludere, maximè cum « ERRORES
ex his poſſit agnitio veritatis occultari. Verum quia ad noſtram nouiter perue- « OCKAMICI.
nit notitiam, quod nonnulli in noſtra Artium Facultate quorundam aſtutijs «
pernicioſis adhærentes, fundati non ſupra firmam petram, & cupientes plus «
ſapere quàm oporteat, quædam minus ſacra nituntur ſeminare, ex quibus er- «
rores intolerabiles nedum circa Philoſophiam, ſed & circa diuinam ſcripturam «
poſſent contingere in futurum. Hinc eſt, quod huic morbo tam peſtifero re- «
mediare cupientes, eorum fundamenta profana & errores prout potuimus, col- «
legimus ſtatuentes circa illa per hunc modum, videlicet quod nulli Magiſtri «
Baccalarij vel Scholares in Artium Facultate regentes Pariſius audeant aliquam «
propoſitionem famoſam illius Authoris cuius librum legent, dicere ſimpliciter «
eſſe falſam, vel eſſe falſam de virtute ſermonis ſi crediderint quod Autor po- «
ſuerit, & ponendo illam habuerit verum intellectum, ſed vel concedant eam, «
vel ſenſum verum diuidant à ſenſu falſo, quia pari ratione Propoſitiones Bibliæ «
abſoluto ſermone eſſent negandæ: quod eſt periculoſum. Et quia ſermo non «
habet virtutem, niſi ex impoſitione & vſu communi Auctorum vel aliorum, ideo «
talis eſt virtus ſermonis, qualiter eo Authores communiter vtuntur, & qualem «
exigit materia, cum ſermones ſint recipiendi penes materiam ſubiectam. «

Item quod nullus dicat, quod nulla ſit propoſitio diſtinguenda: quoniam «
hoc ducit ad prædictos errores. Quia ſi Diſcipulus vnum Propoſitionis ſenſum «
recipit, & Doctor alium intellexit, Diſcipulus falsò informabitur, donec pro- «
poſitio diſtinguatur. Similiter ſi opponens vnum ſenſum intelligat, & alterum «
reſpondens ſenſum recipiat, diſputatio erit ad nomen tantum, ſi non fiat diſtin- «
ctio. *Item* quod nullus dicat Propoſitionem nullam eſſe concedendam ſi non «
ſit vera in eius ſenſu propoſitio: quia hoc dicere, ducit ad prædictos errores: «
quoniam Biblia & Auctores non ſemper ſermonibus vtuntur ſecundum proprios «
ſenſus eorum, magiſque oportet in affirmando vel negando ſermones, ad ma- «
teriam ſubiectam attendere, quàm ad proprietatem ſermonis attendere: nam nul- «
lam recipere propoſitionem præterquam in ſenſu proprio, non eſt diſputatio «
niſi ſophiſtica. Diſputationes autem Dialecticæ & Doctrinales, quæ ad inquiſi- «
tionem veritatis intendunt, modicam habent in nominibus ſollicitudinem. «

Item quod nullus dicat ſcientiam nullam eſſe de rebus quæ non ſunt ſigna, id «
eſt quæ non ſunt termini vel orationes; quoniam in ſcientijs vtimur terminis «
pro rebus quas portare non poſſumus ad diſputationes. Ideo ſcientiam habe- «
mus de rebus licet mediantibus terminis vel orationibus. *Item* quod nullus aſ- «
ſerat abſque diſtinctione vel expoſitione, quod *Socrates & Plato*, vel Deus & «
Creatura nihil ſunt, quoniam illa verba prima facie malè ſonant. Et quia talis «

Digitized by Google

» propoſitio ſenſum vnum habet falſum, videlicet ſi negatio in hac dictione *Nihil* » implicita intelligeretur eadem, non ſolum ſupra ens ſingulariter, ſed & ſupra en- » tia pluraliter. Si quis autem contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum atten- » tare præſumpſerit, à noſtro conſortio ex nunc prout ex tunc reſecamus & pri- » uamus reſecatum & priuatum haberi volumus, ſaluis in omnibus quæ de doctri- » na Guillelmi dicti Ockam aliàs ſtatuimus, quæ in omnibus & per omnia volu- » mus roboris habere firmitatem. Datum Pariſius ſub Sigillis 4. Nationum, vide- » licet Gallicorum, Picardorum, Normanorum, & Anglicorum *vnacum ſigneto Re-* » *ctoris Vniuerſitatis Pariſ.* anno Domini 1340. die Veneris poſt Natiuitatem » Domini.

Eodem anno M. Guillelmus de Chanaco Epiſcopus Pariſienſis aduocatis Magiſtris in Theologia quoſdam errores ad myſterium Trinitatis pertinentes condemnauit in Octaua Epiphaniæ: qui quidem errores leguntur in Bibliotheca Patrum hoc ordine & his verbis.

ERRORES DAMNATI.

1. Quod Eſſentia diuina in ſe nec ab homine, nec ab Angelo videbitur.

2. Item quod Eſſentia diuina licet ſit eadem in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto vt eſt eſſentia, tamen vt eſt forma, ſiue in ratione formæ, eſt vna in Patre, & Filio, & non vna in Spiritu ſancto.

3. Item quod Spiritus ſanctus prout eſt amor, vel nexus non procedit à Patre, & Filio, ſed tantum à Patre.

4. Item quod multæ fuerunt veritates ab æterno, quæ non erant Deus.

5. Item quod corpora glorificata non erant in cœlo Empyræo cum Angelis, ſed in cœlo chryſtallino, vel aliquo, quod eſt ſupra firmamentum, quod præſumebant dicere in B. Virgine.

6. Item quod primum Nunc & Creatura non eſt Creatio, nec Creatura.

7. Item quod Angelus in primo inſtanti ſuæ Creationis fuit bonus & nunquam malus.

8. Item quod Angelus in eodem Inſtanti poteſt eſſe in diuerſis locis.

9. Item quod qui habebit meliora naturalia, habebit de neceſſitate minorem gratiam & gloriam.

10. Item quod Diabolus nunquam habuit, vnde ſtare poſſet.

11. Et vltimò nec Adam in ſtatu Innocentiæ.

1341. Anno 1341. Vniuerſitas auditis plurimorum Iuuenum, qui vulgò Bejauni appellabantur, querelis, quod recens ad vrbem Pariſienſem & Scholas Academicas accedentes à nonnullis Scholaribus cogerentur pro aduentu ſuo nouo ius Bejaunij ſoluere, nimis graue pauperibus, ſtatuto ſolenni, cauit, ne quid deinceps pro iure conſortij ſeu admiſſionis ad Scholas Pariſienſes exigeretur, neue Bejaunij ius à Tironibus extorqueretur. Legitur autem hoc ſtatutum.

STATVTVM DE BEIAVNIS.

„ Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis *Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium* „ *Pariſius ſtudentium ſalutem in filio Virginis Glorioſæ.* Debitum Iuramenti nos ad- „ ſtringit circa ſtatum noſtri Pariſienſis ſtudij curam adhibere diligentem, per „ quam ad ipſum confluentes imbui valeant ſacro nectare ſcientiæ, quæ quieſ- „ cendo acquiritur, & pacifici maneant & quieti. Et quia plurimorum frequen- „ tiùs querelas accipimus, quòd nonnulli per eorum potentiam bona ſimplicium „ Scholarium occaſione *Bejauniæ* ſuæ rapiunt, vt eis ſatisfiat *de Bejaunia*, quam „ etiam, mala accumulantes, taxare nituntur pro libito voluntatis, & ſic in hoc „ magnam partem ſuæ pecuniæ coacti per raptores huiuſmodi exponunt, de qua „ poſſent diutius in ſtudio ſuſtentari. Hinc eſt quod Nos attendentes ad præ- „ dicta, nec non inſultus, verbera, & alia pericula quæ ſolent exinde venire, quod- „ que etiam per talia plures à noſtro diſtrahuntur ſtudio, quod in noſtri & prælibati ſtudij redundat non modicam læſionem. Huic morbo tam peſtifero mede- „ lam adhibere cupientes, quam poſſumus, vocati ſub debito iuramenti ad Con- „ gregationem Generalem *per venerabilem & Diſcretum virum M. Ioannem de Vene-* „ *ta noſtræ Vniuerſitatis præfatæ tunc Rectorem*, tam Regentium quàm non Regen- „ tium ſpecialiter ad ſtatuendum apud S Mathurinum Pariſius anno Domini 1341. „ die Sabbati poſt Epiphaniam eiuſdem ſtatuendo ſic duximus ordinandum.

„ 1. Quod nullus cuiuſcunque Facultatis exiſtat, à Bejaunis ſeu de nouo ve- „ nientibus ad ſtudium Pariſienſe occaſione Bejauniæ ſuæ pecuniam ſeu quiduis aliud

Digitized by Google

aliud exigat vel recipiat exceptis ſocijs, cum quibus inhabitat, qui *pro Bejania* “
Domus poterunt recipere, dum tamen prædicti Bejani hoc offerant ſpontanea “
voluntate. Etſi qui contrarium fecerint, ſi noſtri Iurati fuerint, ex nunc prout “
ex tunc priuamus. Etſi non iurati fuerint, ipſos reſecamus à noſtro conſortio, “
in his ſcriptis. “

Item quod Bejani ſub pœna priuationis cuiuſlibet honoris in Vniuerſitate poſt- “
modum obtinendi, Procuratoribus & Decanis Facultatum ſecretè denuncient, “
ſi qui eis occaſione prædicta malum inferant ſeu quamuis læſionem verbo aut “
facto, qui quidem Procuratores & Decani per eorum Iuramenta, nomina ſic “
Iniuriantium dicant & reuelent, quàm citius & commodè poterunt in Congre- “
gatione Generali. “

Item Præcipimus dictorum Bejaunorum Principalibus, necnon alijs Iuratis “
noſtris, & per eorum Iuramenta iniungimus, ſi ſciuerint aliquos, qui occaſione “
huius prædictis Bejanis intulerint violentiam verbo vel facto, videlicet eorum “
bona capiendo, ipſorum perſonas inuadendo, verberando aut alias minas in- “
ferendo, verba diffamatoria proferendo, aut damnum aliquod procurando, “
quatenus hoc reuelent prædictis Procuratoribus & Decanis, modo & forma con- “
tentis in articulo præcedente. Eiſdemque noſtris Iuratis, vt ſupra iniungimus, “
vt ſi quis eorum ſoufletus aut familiaris attentauerit in præmiſſis aut aliquo “
præmiſſorum, ſtatim eum de ſuo expellant ſeruitio ſine vlteriori ſpe in poſte- “
rum redeundi. Adijcientes cum prædictis, quod cum Procuratores & Decani “
Vniuerſitati denunciauerint per eorum Bejanorum Principales aut Iuratos ali- “
qua ſibi reuelata, ſi qui Clerici non Iurati, aut laici inuenti fuerint culpabiles, “
ad Officialem mittant Deputatos, qui eidem requirant, quod tales Clericos “
corrigat, prout exiget qualitas delictorum. Et pro Laicis adibunt Pariſienſem “
Præpoſitum conſimiliter requirendo, vt tales Laicos ſecundum ſua demerita “
corrigat, proteſtatione tamen prius facta, quod ad pœnam ſanguinis non in- “
tendunt. Et ne qui prætextu ignorantiæ præſentis noſtri Statuti recuſare ſe va- “
leant, volumus & ordinamus quod anno quolibet ad minus bis, videlicet in fe- “
ſto omnium Sanctorum, & die Dominica ante Carnis-priuium legatur publi- “
cè in ſermone cum Ordinatione iſta quæ incipit, *Prouiſum eſt*. In cuius rei teſti- “
monium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum “
anno Domini 1341. die Iouis ante Ramos Palmarum. “

DECANVS THEOL. RECTORI SATISFACIT.

Hoc eodem anno lis quæ intercedebat inter Facultatem Artium & *M. Simonem de Maneſſijs* Decanum Facultatis Theologicæ, dirempta eſt & compoſita amicè & pacificè apud Mathurinenſes. In hoc autem præcipuè conſiſtebat. Quia iſtis temporibus non ſolebant Vniuerſitatis Proceres, ſeu vt vocant, Deputati, conuenire ſtatis diebus, vt poſſent à Rectore de negotijs occurrentibus commoneri, ad quorum diſceptationem neceſſe eſſet habere Comitia, Rector ſæpè ipſe cum Decano Theol. conferebat: atque ita obſeruari ſolebat ex conſuetudine, non ex lege. Nonnunquam verò ad eundem perſcribebat ſchedulam, diemque notabat, aut ex Artiſtis aliquem mittebat, qui cum eodem ageret. At M. Simon de Maneſſijs Decanus ita monitus parere recuſauerat & Edictum Congregationis Generalis ad ſe à Rectore miſſum ſuæ Facultati intimare & ſignificare neglexerat: eo quod putaret Rectorem debere ipſummet & præſentem ſchedas ſuas Decanis exhibere & afferre. Contra Rector & Facultas Artium, quæ cauſæ Rectoris acceſſerat, contendebant ſatis eſſe mittere ſchedulas per aliquem Magiſtrum in Artibus, aut per Bedellum. Res autem eò proceſſerat, vt præfatus Simon, cæterique eiuſdem Facultatis Magiſtri, qui eius contumaciæ ſubſcripſerant & adhæſerant, è gremio Vniuerſitatis reiecti fuiſſent. A ſententia Rejectionis eiuſmodi prouocarat Simon ad ſummum Pontificem. Pontifex litis diſceptationem remiſit ad Abbates S. Victoris & S. Genoueſæ. Sed tandem conuenientiùs viſum eſt amicâ compoſitione litem decidere. Quam in rem confectum eſt Inſtrumentum publicum ad perpetuam rei memoriam, & ſatisfactionis à Decano factæ argumentum. Legiturque in antiquo libro Rectoris, cui hic titulus præfigitur. *Inſtrumentum Concordiæ cuiuſdam litis motæ inter Rectorem & Decanum Facultatis Theologiæ.* Eſtque eiuſmodi.

In nomine Domini, *Amen*. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cun-

» ctis pateat euidenter, quod anno eiuſdem 1341. Indictione 9. menſis Aprilis,
» die 20. circiter horam Primæ Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domi-
» ni noſtri D. Benedicti diuina prouidentia Papæ XII. anno 7. in mei Heruæi No-
» tarij publici & teſtium ſubſcriptorum præſentia in Capitulo Domus S. Mathu-
» rini præſentibus & conſtitutis *M. Ioanne Moradas Rectore, M. Hugone de Tor-*
» *nodoro Nationis Gallicanæ, M. Petro de Lupi-ſaltu* Nationis Picardiæ, *M. Ioanne*
» *Mauricij* Nationis Normaniæ, *M. Ioanne Scoto* Narionis Anglicanæ Procura-
» toribus, ac de qualibet aliarum Nationum pluribus Magiſtris Facultatis Artium
» in ipſa Facultate Pariſius actu Regentibus prædictam Facultatem facienribus &
» repræſentantibus vocatis more ſolito per ipſum Rectorem & congregatis ſu-
» per facto dudum per ipſam Facultatem Artium, vt dicitur, propoſito contra
» *venerabilem Doctorem M. Simonem de Maneſlijs Decanum & Magiſtrum Regentem in*
» *Facultate Theol. in Vniuerſitate Pariſienſi*, ſcilicet quod M. Simon ad de-
» nunciationem & requiſitionem Rectoris pro tempore recuſauerit, ſeu inde-
» bitè diſtulerit vocare Magiſtros Facultatis Theologiæ ad Congregationem
» Generalem; & quædam alia fecerat, vt dicebatur, *contra Iura & libertates Re-*
» *ctorias & per conſequens Facultatis Artium prædictæ.* Contra etiam Iuramentum
» ab ipſo M. Simone dictæ Facultati Artium olim præſtitum temerè veniendo:
» ſuper quibus lis inter ipſam Facultatem Artium, Rectorem & quoſdam Magi-
» ſtros dictæ Facultatis Artium vigore quarundam appellationum ex parte dicti
» M. Simonis contra ipſos Rectorem, Facultatem Artium & Magiſtros ad Sedem
» Apoſtolicam interiectarum, & per ipſam Sedem admiſſarum & Reſcripti Apo-
» ſtolici ſuper ipſis appellationibus impetrati vertebatur, ſeu verti & moueri ſpe-
» rabatur, ad Rectorem & Facultatem prædictos ſic congregatos, perſonaliter
» acceſſit M. Simon Præfatus vnà cum venerabilibus Doctoribus & Magiſtris
» Bertrando Borelli, vel Sorelli, Guill. de Lumbris, Ioanne de Waruergrua, &
» Ioanne de Oratorio Magiſtris actu Regentibus in Facultate Theologiæ in Vni-
» uerſitate Pariſienſi, dicto M. Simoni aſſiſtentibus, & ipſum comitantibus, &
» proteſtatione per ipſum M. Simonem imprimis factâ, quod ſi per ipſam Facul-
» tatem Artium ſupplicatio inferius deſcripta, quam facturus venerat, non ad-
» mitteretur per viam Iuſtitiæ, ſeu gratiæ, non intendebat appellationibus & cau-
» ſis ipſarum appellationum ſuperius deſcriptarum, per ea quæ erat dicturus, in
» aliquo renunciare, nec recedere ab eiſdem. Sub qua quidem proteſtatione
» *præfatus M. Simon dixit, quod ſibi plurimum diſplicuerat & diſplicebat habere litem*
» *cum dicta Facultate Artium, necnon aliqua perſona eiuſdem; quia à magnis tempori-*
» *bus & per magna tempora fuerat & erat Iuratus dictæ Facultatis Artium, & ipſam*
» *Facultatem dilexerat & diligebat; nec vnquam fuit voluntas ſua aliquid contra ipſam*
» *Facultatem Artium, ſeu Iura eiuſdem & Rectoriæ indebitè attentare, nec contra ali-*
» *quod ſuppoſitum Facultatis eiuſdem*, & ſimiliter emendaret ad ordinationem Fa-
» cultatis prædictæ, vel ſuppoſiti contra quod taliter actum eſſet. *Et ſupplicauit*
» *dictis Rectori, Facultati, & Magiſtris ipſius Facultatis Artium præſentibus, & ipſam*
» *Facultatem, vt præmittitur, facientibus, quatenus placeret eiſdem, ſi iniuſtè eſſet pri-*
» *uatus, facere ſibi Iuſtitiam; & in caſu dubij, facere ſibi gratiam, & ipſum dictæ Fa-*
» *cultati Artium reünire*, offerens ſe idem M. Simon eo euentu appellationibus,
» proceſſibus, Bullis & litteris quibuſcunque per eum, ſeu ex parte ipſius contra
» ipſam Facultatem & quaſcunque perſonas eiuſdem impetratis renunciare om-
» nino. Quâ ſupplicatione ſic factâ præfatus Rector proteſtato per eum nomine
» ſuo & dictæ Facultatis Artium in contrarium, proteſtationibus prædictis dixit
» M. Simoni, quod dicta Facultas Artium ſuper dicta ſupplicatione deliberaret,
» & habitâ deliberatione reſponderet eidem. Videlicet, vt idem Rector aſſeruit,
» ſi dictus M. Simon loqueretur cum Facultate ſua Theologiæ & Magiſtris eiuſ-
» dem, ad finem quod ordinaretur vna bona via, per quam Rector, ſi non inue-
» niret Decanum Facultatis Theologiæ pro tempore ad domum habitationis ſuæ,
» ad ſignificandum ſibi Congregationem Generalem & articulos ſuper quibus
» fieri debet, ad euitandum fatigationem Rectoris, hoc ipſi Decano per ſcedu-
» lam, vel familiæ quam in Domo reperiret, provt poſſet melius fieri, ſignificaret,
» vt lis prædicta ſecurius ſopiretur, & inter ipſas Facultates duas non veniret ſu-
» per hoc controuerſia in futurum. Et ſtatim M. Simon reſpondit, quod ipſe

Digitized by Google

vocauerat dictam Facultatem Theologiæ ſuper hòc, & quod Magiſtri eius venerant & erant congregati in dicta Domo S. Mathurini, & quod libenter loqueretur ſuper hoc cum eiſdem. Et in continenti dictus M. Simon cum præfaris Magiſtris in Theologia ſibi aſſiſtentibus ad dictam Theologiæ Fa-culrarem & Magiſtros eiuſdem exiſtentes in Clauſtro dictæ Domus in loco vbi Normani facere conſueuerunt deliberationes ſuas, quando fit Congregatio Generalis. *Et dicta Facultas Artium remanſit in Capitulo per Nationes more ſolito diuiſa* ad deliberandum ſuper præmiſſis, & poſtea inuicem redeunte & vnita, ac poſtmodum dicta Faculrate & prædicta Facultate Theologiæ habitis prius deliberationibus ſingulariter in eiſdem, videlicet Nationum ipſarum per ſe ſuper præmiſſis & denuo inſimul congregatis, dicta Facultas Theologiæ per venerabilem Doctorem M. Bertrandum Sorelli prædictam ſuam deliberationem pronunciari fecit, & dici & reſponderi nomine Facultatis Theologiæ & ſingulorum Magiſtrorum eiuſdem ſuper viâ prius prætactâ, quòd dicta Facultas Theologiæ ac Magiſtri eiuſdem pro ſe & Facultate ſua prædicta voluerunt & ordinauerunt, ac pro bono pacis volebant, conſentiebanr ac ordinabant, ac futuris remporibus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus obſeruari volebant, ſtatuerunr, & ſtatuebant deliberatione ſuper his habitâ diligenri, quod ſi Rector qui eſt & qui erit pro tempore, acceſſerit bonâ fide, abſque dolo & fraude ad Domum habitationis Decani Facultatis Theolog. Pariſienſis pro tempore, horâ quâ ipſe Decanus in dicta Domo ſuâ perſonaliter non fuerit, & per hoc ipſum Decanum dictus Rector non poterit in ea inuenire, quod ſufficiet Rectori dimitrere vnam ſcedulam ſigillatam in dicta Domo præſentibus illis de familiâ dicti Decani, qui in ipſa Domo reperti fuerint, in quâ ſcedulâ hora quâ Congregario Generalis & articuli ſuper quibus fieri debebit, conrinebunrur. Er ſimiliter in eodem modo voluerunt & ſtatuerunt de Magiſtro in Arribus, qui loco dicti Rectoris ſecundum morem ſolitum ad hoc fuerit deputatus. *Præterea dicta Facultas Artium* deliberationem ſuam ſuper præmiſſis reddidit & reſponderi fecit per M Ioannem Rectorem prædictum in hunc modum; *quod licet dicta Facultas non credat, nec fateatur ſe iniuſtè contra dictum M. Simonem in præteritum aliquatenus proceſſiſſe*, nec ipſa Facultas, quanquam eſt in ſe indubium, quia tamen dubij ſunt euentus Iudiciorum, propter dubium euentum Iudiciotum & litis pendentis ſuper præmiſſis inrer partes prædictas, dictam ſupplicationem dicti M. Simonis & Facultatis Theologiæ prædictæ, *quantum ad partem in quà ſupplicat, de gratia*, admirrebar, & placebat ipſum M. Simonem cum ipſis ad Facultatem Artium prædictam gratioſè reünire, & reüniuerunt & admiſerunt: & volebat & conſentiebat dicta Facultas Artium, quod proceſſus hinc inde habiri ſuper prædictis, ſeu rarione prædictorum tam priuatio, quàm appellationes & proceſſus ipſius Simonis coram DD. Abbatibus S. Genouefæ ac S. Victoris Pariſ. ſeu alijs quibuſcunque cremarentur, & pro nullis perpetuò in quantum prædictas partes tangit, habeantur. Et ſtatim præfatus M. Simon conſenſit, & omnibus ſuis appellationibus, Bullis & litteris alijs & proceſſibus ſuper his pro parte ſua factis renunciauit expreſsè. Super quibus dictus Rector pro ſe & Facultate Artium prædictâ; ac dicti M. Simon & Bertrandus pro ſe & dicta Facultate Theologiæ petierunt à me Notario infra ſcripto ſibi fieri publica Inſtrumenta, vnum & plura conſtituentes inuocando in teſtimonium præmiſſorum. Acta fuerunt in dicta Domo S. Mathurini præmiſſâ, anno, indictione, menſe, die & Pontificatu prædictis, præſentibus venerabilibus & diſcretis viris MM. Guillelmo de Lumbris Canonico Pariſienſi, *Alano de Villa-collis* & *Petro de Lupi-ſaltu Magiſtris* in Artibus, Bernardo Bedello Facultatis Theol. Nicolao de Cheziaco, Iacobo de Pauillione Bedellis Facultatis Artium & pluribus alijs teſtibus ad hoc vocaris ſpecialiter & rogatis. Et Ego Heruæus de Inſula Clericus Leonenſis Diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius præmiſſis omnibus vnà cum dictis teſtibus præſens interfui & ea ſcribi feci, alijs legitimè impeditus, ipſaque publicaui & publicando hæc manu propriâ ſubſcripſi & approbando raſuras & interliniare in fine, quinræ lineæ & principio ſextæ in vocabulis *ad denunciationem & requiſitionem* & *tractatum*, in *vocabulo* & 31. linea inter vocabulum Iudiciorum & vocabulum litis, ſignum meum hîc ſolitum appoſui requiſitus.

Eodem anno Robertus de Plalyaco Epiſcopus Siluanectenſis Conſeruator Priuilegiorum Vniuerſitatis Bullam quandam Benedicti XII. Pontificis publicauit, quâ vetabatur ne Epiſcopi Siluanectenſes, aut eorum vices gerentes vterentur priuilegijs deinceps, quorum erant Conſeruatores vltra formam in eiſdem contentam, vt legitur in libro antiquo Procuratorum Nationis Gallicanæ ſub hoc titulo. *Copia Priuilegij quod Epiſcopus Siluanectenſis ſeu eius vices gerentes non vtantur Priuilegijs, quorum ipſe eſt Conſeruator vltra formam contentam in eiſdem.* Sic autem ſe habet.

BVLLA BENEDICTI CONSERVATOR ABVTATVR PRIVILEGIIS.

» Datum per Copiam. Vniuerſis præſentes litteras Inſpecturis, Robertus
» miſeratione diuina Epiſcopus Siluanectenſis Conſeruator Priuilegiorum Vni-
» uerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius à Sede Apoſtolica indultorum
» ſalutem in Domino. Noueritis nos litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Do-
» mini noſtri D. Benedicti diuina prouidentia Papæ XII. ipſius vera Bulla plum-
» bea cum filo canapis bullatas, ſanas & integras, non abolitas, non cancellatas,
» nec in aliqua ſui parte viciatas, ſed omni ſuſpicione carentes cum ea quâ decuit
» reuerentia recepiſſe, formam, quæ ſequitur, continentes.

» Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo Sil-
» uanectenſi Sal. & Apoſtol. bened. frequenter ex multorum querelis ad Apoſto-
» latus noſtri peruenit auditum, quod nonnulli Epiſcopi Siluanectenſes, qui pro
» tempore fuerunt Conſeruatores quorundam Priuilegiorum conceſſorum per
» dictam Sedem Apoſtolicam *Dilectis filijs Vniuerſis Magiſtris & Scholaribus Pari-*
» *ſienſibus* per eiuſdem Sedis litteras deputati & ſubdelegati ab eis dictorum Pri-
» uilegiorum formam multipliciter excedendo, eoſdem querelantes dictorum
» Priuilegiorum prætextu pluries fatigarunt indebitè laboribus & expenſis eos
» contra Iuſtitiam aggrauando. Nos igitur eadem priuilegia volentes ſic integrè
» præfatis Magiſtris & Scholaribus conſeruari, vt & illis alij non fungantur, &
» quod tam Magiſtri & Scholares prædicti, quàm tu necnon ſucceſſores tui Silua-
» nectenſes Epiſcopi qui erunt pro tempore, & à te & à prædeceſſoribus tuis præ-
» dictis tam ſuper hoc ſubdelegati, ac à te ac à ſucceſſoribus præfatis qui erunt
» pro tempore, ſubdelegandi in poſterum, eorundem priuilegiorum terminos quo-
» uis modo excedere minimè præſumatis, authoritate Apoſtolicâ nonnulla ſuper
» præmiſſis per te ac eoſdem ſucceſſores ac ſubdelegatos & ſubdelegandos dili-
» gentius obſeruanda per noſtras certi tenoris litteras ſtatuenda duximus, &
» etiam ordinanda, provt in præfatis noſtris litteris plenius continetur. Quarum
» litterarum tenorem de verbo ad verbum, vt per eas plenius inſtruaris, præſen-
» tibus inſeri fecimus, qui talis eſt.

» Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam Rei memoriam.
» *Apoſtolicæ Sedis authoritas* cunctis prælata conſueuit fidelibus nedum perſonis,
» ſed etiam negotijs prouidere, provt illorum qualitatibus & circunſtantijs pru-
» denter attentis & rationabiliter noſcitur expedire. Frequenter ſiquidem ex mul-
» torum querelis ad Apoſtolatus noſtri peruenit auditum, quod nonnulli *Epiſcopi*
» *Siluanectenſes, qui fuerunt pro tempore Conſeruatores quorundam Priuilegiorum conceſ-*
» *ſorum per Sedem Apoſtolicam Dilectis filijs vniuerſis Magiſtris & Scholaribus Pari-*
» *ſienſibus per eiuſdem Sedis litteras Deputati & ſubdelegati ab eiſdem dictorum priui-*
» *legiorum formam excedendo multipliciter, eoſdem querelantes dictorum priuilegiorum*
» *prætextu pluries fatigarunt indebitè laboribus & expenſis eos contra iuſtitiam aggrauando.*
» Nos igitur volentes eadem priuilegia ſic integrè præfatis Magiſtris & Scholaribus
» conſeruari, vt & illa alij non infringant, & quod tam Magiſtri & Scholares
» prædicti, quàm venerabilis frater noſter Epiſcopus qui nunc eſt, nec non ſuc-
» ceſſores ſui Epiſcopi Siluanectenſes qui erunt pro tempore, ac ab eodem Epiſ-
» copo & Prædeceſſoribus ſuis prædictis iam ſuper hoc ſubdelegati & ab ipſo Epiſ-
» copo ac eius ſucceſſoribus prædictis qui erunt pro tempore ſubdelegandi in po-
» ſterum, eorundem priuilegiorum terminos quouis modo excedere non præ-
» ſumant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuendum duximus &
» etiam ordinandum, vt idem Epiſcopus qui nunc eſt, ac ſucceſſores, ac delega-
» ti ac ſubdelegandi in poſterum dictorum priuilegiorum nec non & Conſerua-
» toriarum litterarum per eandem Sedem ſuper hoc conceſſarum; quorum priui-
» legiorum & litterarum tenores de verbo ad verbum præſentibus fecimus inſeri,

tenorem & fotmam aliquatenus non excedant; ac eiſdem priuilegijs & litteris nullatenus abutantur. Quod ſi forſan contrarium fecerint, ad reſtitutionem omnium damnorum, intereſſe & expenſarum, quæ propter hoc vexatos huiuſmodi contigerit incurrere Epiſcopum, ſucceſſores, ſubdelegatos & ſubdelegandos præfatos, qui in his culpabiles fuerint, omnino adſtringi volumus & teneri. Volumus etiam & diſtrictè præcipiendo mandamus, vt de cætero cum per Epiſcopum ac ſucceſſores nec non & ſubdelegatos vel ſubdelegandos præfatos ſeu eorum aliquem authoritate ſeu vigore dictorum priuilegiorum & litterarum contra quemcunque procedi contingeret, tenor ſeu tenores illius vel illorum priuilegiorum & litterarum authoritate continget procedere vt præfertur, in prima linea citationis ſeu monitionis cuiuſlibet cauſæ totaliter inſerantur: vt de poteſtate ipſorum Conſeruatorum notitiam habeantij, qui propterea ad ipſorum Conſeruatorum, ſeu ſubdelegatorum vel ſubdelegandorum fuerint præſentiam euocati, Nos quidqnid contra præmiſſa vel eorum aliquid attentare contigerit, omnino decreuimus irritum & inane. Tenores autem dictorum priuilegiorum & litterarum Conſeruatoriarum tales ſunt.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, *Dilectis filijs vniuerſis Magiſtris & Scholaribus Pariſ.* Sal & Apoſt. bened. Vt eo liberius vacare litterarum ſtudio valeatis, quo minus fueritis alijs negocijs occupati, Nos veſtris ſupplicationibus annuentes, authoritate vobis præſentium indulgemus, *vt extra Ciuitatem Pariſienſem ſuper Quæſtionibus intra eam exortis trahi per litteras Apoſtolicas non poſſitis, niſi expreſſam de indulgentia huiuſmodi fecerint mentionem.* Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Dei Omnipotentis & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni Id. Maij, Pontific. noſtri anno 2. *Item.*

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo Siluanectenſi Sal. & Apoſtol. bened. vt eo liberius dilecti filij vniuerſi Magiſtri & Scholares Pariſ. vacare valeant ſtudio litterarum, quo minus fuerint alijs negocijs occupati, Nos eorum ſupplicationibus annuentes per litteras noſtras eis duximus indulgendum, *vt extra Ciuitatem Pariſienſem ſuper Quæſtionibus intra eam exortis trahi per litteras Apoſtolicas, vel legatorum Sedis Apoſtolicæ, iuxta quod alias dignoſcimur indulſiſſe, non poſſint, niſi de Indulgentia huiuſmodi expreſſam fecerint mentionem.* Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenns Magiſtros & Scholares prædictos contra conceſſionis noſtræ tenorem non permittas ab aliquibus ſuper his indebitè moleſtari. Moleſtatores huiuſmodi per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. *Non obſtante ſi aliquibus à Sede Apoſtolica ſit indultum quod excommunicari aut interdici nequeant vel ſuſpendi, ſeu Conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali, dummodo vltra tertiam aut quartam aliquis extra ſuam Diœceſim authoritate præſentium ad Iudicium non trahatur.* Datum Peruſij 2. Kalend. Iunij, Pontific. noſtri anno 9.

Item, Innocentius ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs vninerſis Magiſtris & Scholaribus Pariſ. Sal. & Apoſtol. bened. Volentes vos quietæ libertatis prærogatiua gaudere, *vt nihil alicui pro pedagio euntes Pariſius cauſâ ſtudij aut exinde ad propria redeuntes, ſoluere teneamini, vel ad id compelli ab aliquo valeatis conſuetudine qualibet non obſtante, authoritate vobis præſentium indulgemus.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij Non. Iunij, Pontif. noſtri anno 2.

Item, Innocentius Epiſcopus ſeruns ſeruorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo Siluanectenſi Sal. & Apoſtol. bened. Volentes dilectos filios vniuerſos Magiſtros & Scholares Pariſienſes quietæ libertatis prærogatiua gaudere, *vt nihil alicui pro pedagio euntes Pariſius cauſa ſtudij aut exinde ad propria redeuntes ſoluere teneantur, vel ad id compelli ab aliquo valeant, conſuetudine qualibet non obſtante, per litteras noſtras eis duximus indulgendum.* Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolicæ ſcripta mandamus, quatenus Magiſtros & Scholares prædictos contra con-

„ ceſſionis noſtræ tenorem non permittas ſupra his ab aliquibus indebitè moleſtari. Moleſtatores huiuſmodi per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari aut interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, vel ſuſpendi, qui de Indulto huiuſmodi plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum non fecerint mentionem, ſeu Conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali, dummodo vltra tertiam aut quartam aliquis extra ſuam Diœceſim authoritate præſentium ad Iudicium non trahatur. Datum Peruſij Nonis Iunij, Pontif. noſtri anno 9.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, Ordinationis, voluntatis & Mandati infringere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationem Omoipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auenione 11. Kal. Auguſt. Pootif. noſtri anno 7. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus noſtras præſentes litteras cum præfato tenore ſic inſerto ac omnia alia in eis contenta in Eccleſijs & Scholis Pariſ. & alijs locis de quibus tibi viſum fuerit expedire, per te vel alium, ſeu alios, quando & quoties opportunum fuerit authoritate noſtra ſolenniter publicare procures. Datum Auenione 11. Kal. Aug. Pontif. noſtri anno 7.

„ Quibus litteris Apoſtolicis ſic per nos receptis, viſis & diligenter inſpectis Nos Epiſcopus & Conſeruator præfatus ad perpetuam rei memoriam & certitudinem planiorem de ipſis habendam & faciendam coram quibuſcunque & quotienſcunque opus fuerit in futurum, dictas litteras exhibuimus, monſtrauimus & tradidimus Notarijs publicis infraſcriptis, & eaſdem mandauimus per eoſdem Notarios publicos ad cum inſtantia petiuimus copiari, tranſcribi & in formam publicam redigi, & etiam publicari, ac litterarum prædictarum copiæ tranſcripto ſeu huic publico Inſtrumento noſtrum appoſuimus & apponimus Decretum & authoritatem ſpecialem, ac ipſas fecimus noſtri ſigilli munimine vnà cum ſignis & ſuperſcriptionibus eorundem Notariorum roborari, in teſtimonium omnium præmiſſorum, ad finem quod tantum valeat copia, tranſcriptum ſeu publicum Inſtrumentum, quantum valeret Originale, ſi neceſſe eſſet in futurum & eandem habeat roboris firmitatem. Acta fuerunt hæc in Domo Reuerendi in Chriſto Patris D. Epiſcopi Anicienſis, quam ad præſens inhabitamus, ſita apud S. Germanum de Pratis prope Pariſius, anno Domini 1341. Indictione 10. Menſis Martij die 18. Pontificatus dicti D. Benedicti Papæ XII. anno 8. præſentibus diſcretis viris M. Renero de Siluaneto Magiſtro in Artibus, DD. Ioanne Pauonis, Ioa. Morelli & Io. de Attrebato Preſbyteris Cappellanis noſtris ac pluribus alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Acta fuerunt hæc & per me Tabellionem Infraſcriptum copiata anno Domini 1341. Indictione decima, menſis Martij die 21. Pontificatus D. Benedicti Papæ an. 8. præſentibus diſcretis viris & Magiſtris Nicolao de Hamello, Ioanne Galli, Michaële de Brachia, Petro de Lupi-Saltu, Petro de S. Floro & multis alijs in teſtimonium euocatis. Et Ego Simon dictus Quinimo Clericus Tullenſis Diœceſis publicus Authoritate Imperiali Notarius prædictum libellum prædicta contineotem, nec non copiam inde factam ſigillo D. Epiſcopi Siluanectenſis ſigillatam, & per Thomam Sellarij & Reginaldum Præpoſiti Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarios ſignatam vidi, tenui, legi, & legi audiui de verbo ad verbum: ac etiam dictam iſtam copiam propria manu ſcripſi & publicaui, & de ijſdem cum dicto Thoma Collationem feci diligentem in Clauſtro S. Mathurini Pariſius, *dictis Magiſtris 4. Facultatum præſentibus ad requeſtam M. Ioannis de Veneta Vniuerſitatis prædictæ tunc Rectoris*, & ideo hîc me ſubſcripſi, & meum ſignum appoſui conſuetum in teſtimonium veritatis omnium præmiſſorum.

Hic Robertus Epiſcopus ſucceſſit Stephano de Villaribus in Epiſcopatu Siluanectenſi, ſucceſſorem verò habuit M. Petrum de Cros Doctorem Theologum Pariſienſem Diœceſis Lemouicenſis, Decanum Eccleſiæ Pariſienſis, Sorbonæ Prouiſorem anno 1340. qui demum Archiepiſcopus Bituricenſis factus eſt & poſtremo Cardinalis.

Ex his autem patet hiſce temporibus & Reges & Pontifices ſummâ votorum & animorum conſenſione concurriſſe ad ſecuritatem tranquillitatemque ſtudij Pariſienſis, dum vetabant Magiſtros & Scholares trahi extra muros Pariſienſes litium cauſâ, & ab ijs vectigal vllum exigi aut ex rebus quæ ad ipſos pertinebant. Quorum duorum priuilegiorum prius conſiderans Rebuffus, nempe Regium datum apud Vicennas menſe Ianu. anni 1340. ſubdit. *Propter hoc Priuilegium Pariſius ſtudentes trahunt alios intra Reſſortum etiam Scholares coram Conſeruatoribus Pariſienſibus, & interim pendente proceſſu, qui eſt in Curia Parlamenti inter Pariſienſes Scholaſticos & aliarum Vniuerſitatum, ſolent Scholares Pariſijs ſtudentes per Senatum remitti ad Conſeruatorem Pariſienſem, vt ſæpius vidi: vel impetrantur litteræ Regiæ, vt pendente illo Proceſſu inter Vniuerſitates cauſa remittatur ad Conſeruatorem Pariſienſem, quæ facile concedi ſolent & verificari.*

STATVTVM NAT. GALL. DE IVRAMENTVM LICENTIANDORVM.

Eodem anno Natio Gallicana ſtatutum condidit & edidit de Iuramento Licentiandorum in vtroque Examine, tam inferiori ſcilicet Aulæ Pariſienſis Epiſcopi, quàm ſuperiori B. Genouefæ, legitur in Antiquo libro Procuratorum huiuſce Nationis his verbis.

Vniuerſis præſentes litteras Inſpecturis *Omnes & ſinguli Magiſtri* Nationis Gall. *Actu Regentes Pariſius in Artium Facultate* Salutem in Domino. Noueritis quod anno Domini 1341. hora Primæ B. Mariæ apud S. Iulianum pauperem Pariſius die Sabbati poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli de mandato venerabilis & diſcreti viri M. Stephani de Vil-Iulhiaco tunc noſtræ Nationis Procuratoris per Nicolaum de Cheziaco Seruientem noſtrum ad ſtatuendum inter cætera eſſemus ſpecialiter euocati, lucernas poſitas ſub medio latere nequeuntes in aperto ponere cupientes, fraudibus hominum & malicijs quamplurimis obuiare pro viribus volentes, habitis conſideratione ac deliberatione diligentibus de Conſilio peritorum nullo penitus diſcrepante, ea quæ ſequuntur, duximus ſtatuenda. *1. quod Baccalarij in Artibus licentiandi* ſiue in S. Genouefa, ſiue in S. Domina antequam ad Lectiones admittantur, Procuratori noſtræ Nationis, qui pro tempore fuerit, iurare teneantur ea quæ ſequuntur. Videlicet quod ipſi obſeruabunt & defendent ſtatuta, priuilegia, libertates & conſuetudines laudabiles Vniuerſitatis Pariſienſis, ſpecialiter ea quæ ſunt Facultatis Artium & Nationis noſtræ ad quemcunque ſtatum deuenerint.

Item *quod obedient Rectori Vniuerſitatis & Procuratori Nationis noſtræ in licitis & honeſtis.* Item quod honorem Nationis prædictæ & eius vtilitatem cuſtodient & procurabunt. Item quod ipſi dicent fideliter quantitatem burſæ ſuæ. Quæ quidem omnia & ſingula ſtatuimus, & ſtatuendo vt præmiſſum eſt, deliberauimus, & in poſterum per modum ſtatuti volumus obſeruari. Adijcientes tamen quod per huiuſmodi ſtatutum B. Mariæ ac S. Genouefæ examini, libertatibus & priuilegijs in nullo intendimus derogare. Statuimus etiam quod Procurator, qui pro tempore erit, nomina omnium Baccalariorum ſic Iuratorum teneatur fideliter inregiſtrare; & quod per huiuſmodi Iuramenta pro eius pœna aut labore ab eiſdem nullam pecuniam quoquo modo petere, extorquere, aut recipere præſumat. Receptor verò burſarum Licentiandorum burſas eorum nullo modo recipiat, & iſtud iurare teneatur in principio ſuæ creationis, niſi prius eidem ſigneto Procuratoris oſtenſo per ipſos in ſignum præſtiti iuramenti. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium præſentibus litteris ſigillum Nationis noſtræ Gallicanæ duximus apponendum.

ARTICVLI IVRAMENTORVM BACCALARIORVM IN ARTIBVS INCEPTVRORVM.

Hoc quoque anno videntur in memoriam & vſum reuocati à Facultate Artium quidam articuli, quos tenebantur iurare Baccalaurei in Artibus incepturi: & quidam noui additi de doctrina Oxamica, & de modo denunciandarum Congregationum Generalium. Leguntur autem iſti Articuli in libris antiquis Procuratorum & Rectoris, ſub hoc titulo. *Iſti ſunt articuli quos tenentur Iurare Bachalarij in Artibus incepturi quando veniunt ad Rectorem.*

Vos Iurabitis quod vos legetis lectiones Ordinarias in Cappa rotunda, vel in Pallio. Diſputabitis hora determinata, & Quæſtiones veſtras determinabitis continuè per 40. dies, poſtquam inceperitis. Procedetis per 15. dies in habitu prædicto. Non habebitis ſotulares roſtratos, nec laqueatos, nec feneſtratos. Non induetis ſupertunicale ſciſſum in lateribus, nec habebitis mitram in capite,

„ quandiu legetis ſub cappa rotunda, vel diſputabitis. Intereritis Congregatio-
„ oibus. Parebitis maodatis Rectoris & Procuratorum in licitis & honeſtis.
„ Non ſuſtinebitis choræas duci extra Domum veſtram, neque inhoneſtatem
„ fieri in Pnocipio veſtro ſub pœna degradationis Magiſterij. Noo reuelabitis
„ ſecreta Voiuerſitatis. Intereritis ſepulturæ Scholarium diebus feſtiuis quando
„ ſcietis; alijs diebus quando vocatus fueritis, in habitu prædicto. Legetis Pſal-
„ terium in morte Magiſtri actu Regentis, vel legi facietis. Obſeruabitis & de-
„ fendetis libertatem ſolitam examinis S. Genoueſæ. Dabitis fidem, quod ſub
„ Magiſtro ſub quo licentiatus fuiſtis, incipietis, vel per conſenſum ſuum ſub alio;
„ ita quod conſenſum ſuum ſufficienter requiſiuiſtis, vel libenter requiſiuiſſetis,
„ ſi commodè potuiſſetis, ita quod nullum dolum ſeu fraudem aliquam erga Ma-
„ giſtrum veſtrum, ſub quo fuiſtis licentiatus, quantum ad ioceptionem veſtram,
„ aliquatenus iotendetis.

Item ſeruabitis Ordinem, ſiue Ordinationem de modo legendi lectiones ordinarias & diſputandi.

Item ſtabitis cum Magiſtris ſecularibus, & defendetis ſtatum & ſtatuta & priuilegia eorum toto tempore [illegible] veſtræ ad quemcunque ſtatum deueneritis.

Nota de Religioſis.

Item *nullum Religioſum cuiuſcunque fuerit Profeſſionis, recipietis in aliqua Examinatione videlicet Determinandorum & Licentiandorum, nec intereritis ſuo, Principio nec ſuæ Determinationi.*

Item *nullam Quæſtionem purè Theologicam diſputabitis, quandiu rexeritis in Artibus, vt pote de Trinitate & de Incarnatione.*

Item quod ſi contingat vos Determioare aliquam Quæſtionem quæ tangat fidem & Philoſophiam, eam pro fide determinabitis, & ratiooes contra fidem diſſoluetis ſecundum quod vobis diſſoluendæ videbuntur.

Nota de Studiis Generalibus.

Item Iurabitis, quod *vos determinauiſtis in Artibus Pariſius* ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam: *vel in alio ſtudio Generali, vbi ad minus ſint 12. Regentes* fraude qualibet amotâ.

Item quod vos obſeruabitis Ordinationem nuper factam de modo denunciandi Congregationes Generales Decanis Decretorum & Medicorum.

Item iurabitis, quod ſi ſcieritis debere inſurgere Nationem cootra Nationem, vel Prouinciam contra Prouinciam, vel perſonam contra perſonam, reuelabitis Nationi cootra quam debet fieri inſurrectio, perſonæ vel Prouinciæ.

Item iurabitis, quod non incipietis, quandiu videbitis alium Baccalarium incipere, ſed exſpectabitis donec ſuam lectionem legerit, & ſuam Quæſtiooem determinauerit antequam incipiatis.

Item quod obſeruabitis Ordinationem Magiſtrorum etiam de Baccalarijs examinatis inferiùs per Magiſtros non Regentes.

Item iurabitis quod pro poſſe veſtro procurabitis acquitationem Vniuerſitatis.

Item iurabitis quod incipietis io Cappa propria, non accommodata vel conducta, ſi ponatis duos ſolidos in Burſa, vel plus.

Item Iurabitis, *quod non eſtis citra viceſimum primum annum ætatis veſtræ.*

Item Iurabitis quod vos audiuiſtis per ſex annos de Artibus.

Item Iurabitis *quod legetis per duos annos continuè*, niſi rationabilis cauſa interuenerit. Cauſam rationabilem tenetur quilibet probare publicè coram Examinatoribus: vt in priuilegio *Seruus Crucis* continetur: aliàs incurret excommunicationem.

Item iurabitis, quod libertates ſingulas Facultatis & conſuetudines Facultatis honeſtas, & totius Vniuerſitatis priuilegia defendetis, ad quemcunque ſtatum deueneritis.

Item Iurabitis, quod habebitis pallium, vel cappam rotundam, nouam, & propriam, non accommodaram, nec conductam, neque alio colore ſimulato ficto acquiſitam de bono panno. Videlicet *bona bruneta nigra, vel de parſico nigro*, vel alio meliori panno nigro, ſi vobis placuerit, quæ ſit honorabilis ad portandum coram quibuſcunque perſonis ad honorem totius Vniuerſitatis & ſpecialiter Facultatis Artium, & quod Capucium huiuſmodi Cappæ ſit ſufficienter amplum & longum, forratumque mioutis varijs vel groſſis nouis.

Item non

Item non dabitis teſtimonium de aliquo Scholari, niſi vobis iurauerit, quod «
intendit eſſe verus Scholaris veſter. «

Item Iurabitis quod ſtatutum factum & ordinatum per Facultatem Artium, «
de præpoſitione Rectoris in Actibus Communibus Vniuerſitatis inuiolabiliter obſerua- «
bitis, ad quemcunque ſtatum deuenetitis. «

Item Iurabitis quod dicetis fideliter quantitatem Burſæ veſtræ. «

Item Obſeruabitis ſtatutum, quod pro habendo Congregationem Genera- «
lem Vniuerſitatis Rector non tenetur petere conſenſum à Decano Theologo- «
rum, ſed ſolum ei denunciare exponendo articulos voce tenus: *& hoc poteſt fa-* «
cere Rector per ſe ipſum, vel per vnum Magiſtrum Regentem in Artibus, qui adiret «
Domum Decani dictæ Facultatis Theologicæ & pro Rectore dimittere ſcedu- «
lam in Domo ſua continentem articulos locum & horam, ſuper quibus debet «
fieri Congregatio Generalis in caſu quo non inuenietur in Domo ſua. «

Item Iurabitis quod in alio ſtudio eum gradum in aliqua Facultate non re- «
cipietis quem Pariſius meruiſtis obtinere. «

Item Iurabitis quod ſtatutum de habitibus portandis ad Congregationes & «
diſputationes obſeruabitis. «

Item Iurabitis quod ſtatuta facta per Facultatem Artium contra ſcientiam «
Okamicam obſeruabitis, neque dictam ſcientiam & conſimiles ſuſtinebitis «
quoquomodo, ſed ſcientiam Ariſtotelis & ſui Commentatoris Auerrois & alio- «
rum Commenratorum antiquorum & Expoſitorum dicti Ariſtotelis, niſi in Ca- «
ſibus qui ſunt contra fidem. «

Item obſeruabitis ſtatutum contentum In altero prædictorum duorum ſta- «
tutorum de ſcientia Okamica, ſcilicet quod nullus Magiſter, Baccalarius aut «
Scholaris ſine licentia Magiſtri diſputationes tenentis arguat: quam licentiam «
ſibi non liceat petere verbaliter, ſed tantummodo ſignificatiuè reuerenter. «

Item Obſeruabitis ordinationem factam *de birretis portandis in actibus Com-* «
munibus Vniuerſitatis & Facultatis, ac etiam tribuendum in Inceptione Bacca- «
lariorum eis, de quibus eſt expreſſum in dicta Ordinatione. «

Item quod de pecunia quam recipietis à Licentiandis vel Licentiatis ſub «
vobis in examine S. Genouefæ, ſeu etiam de veſtra propria pecunia *nihil dabitis* «
vel dari facietis Cancellario, Subcancellario, Examinatoribus, Clericis, vel familiari- «
bus, Clerico vel familiari, vel cuicunque alteri pro ipſis, ſeu altero ipſorum pro «
quacunque cauſa licentiam veſtri Baccalarij vel veſtrorum Baccalariorum tan- «
gente. «

Legitur quoque Iuramentum ſpeciale, quod præſtabant Doctores trium Facultatum ſuperiorum cum primùm ad Comitia veniebant Vniuerſitatis, ſi non rexerant aliquando Pariſius in Àrtibus. Cui Iuramento præfigitur hic titulus in libro antiquo Procuratorum Nationis Gallicanæ. *Iuramentum Magiſtrorum Facultatum Theologiæ, Decretorum & Medicinæ qui non inceperunt in Artibus, quando primò veniunt ad Congregationem Generalem.*

Vos Iurabitis quod vos Obſeruabitis Priuilegia, Statuta, Iura, libertates & Conſuetudines laudabiles Vniuerſitatis ad quemcunque ſtatum deueneritis.

Item *quod non reuelabitis Secreta Vniuerſitatis.*

Item Magiſtri in Facultate Artium incipientes, quando incipiebant, tale præſtabant Iuramentum.

Vos Iurabitis quod vos obſeruabitis Priuilegia, Statuta, Iura, libertates & conſuetudines laudabiles Vniuerſitatis, Facultatis Artium, & ſpecialiter Nationis veſtræ ad quemcunque ſtatum deueneritis. Nec reuelabitis ſecreta.

Eodem anno M. Petrus Bertrandi Epiſcopus Æduenſis & Cardinalis S. Clementis Collegium ſui nominis in vico S. Andreæ fundauit, legatis in hanc rem domo ſuâ, quam ibi habebat, & 250. libr. Pariſ. annui reditus in alimentum quindecim pauperum Scholarium, quinque ſcilicet in Theologia, quinque in Decretis & quinque in Artibus ſtudentium. De hoc Collegio plura in priuato volumine de Collegijs. Colleg. Ædvense.

Hocce tempore lis intercedebat inter Vniuerſitatem & Capitulum Pariſienſe, quam vt amicè componerent, Arbitros elegerunt, quibus, quia ſtatim eam componere non licuit, diuerſis Actis & inſtrumentis, authoritatem poteſtatem- Lis cvm Capitvlo Pariſiensi.

que decidendi ad 4. annos conſequentes prorogarunt. Incipiunt autem illa (numero octonario) hiſce verbis. *Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Rector & Vniuerſitas*. Tunc erat Capituli Decanus M. Petrus de Croſo, idemque Sorbonicæ Domus Prouiſor, vt ad an. ſuperiorem dictum eſt.

Electio Papæ Clementis VI.

1342. Anno 1342. 25. Aprilis obijt Benedictus XII. Pontifex laudatiſſimus Auenioni in ſuo Palatio ingenti bonorum omnium luctu, præſertim verò Doctorum virorum, quos mirificè diligebat, & inter cæteros Gregorium Ariminenſem & Thomam Argentinenſem inſignes Theologos Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Illi poſt 12. ab obitu dies ſucceſſor ſubſtitutus eſt M. Petrus Rogerij Patria Lemouicenſis ex vico Roſeo: vnde & familiæ Roſarum ſunt Iuſignia, Patre Guillelmo, Matre Maria du Chambon, Fratre Guillelmo Rogerij Comite Belli-fortis, qui fuit Pater Gregorij XI. Nondum ille pubertatis annos exceſſerat, cum apud Abbatiam Caſæ-Dei in Aluernis, Habitum ſumpſit Benedictinum: deinde Lutetiam miſſus, in Philoſophicis & Theologicis ſtudijs excelluit. Hinc à Petro Cardinale *de Mortuo Mari* in Curiam Auenionenſem euocatus, à Ioanne XXII. factus fuit primùm S. Bandelij Nemauſenſis Prior: tum Abbas Fiſcanenſis & Caſæ-Dei: poſtea Epiſcopus Atrebatenſis, Regijque Scrinij & Sigilli Cuſtos. Deinde Archiepiſcopus Senonenſis: inde Rotomagenſis. Poſtremo à Benedicto XII. factus Cardinalis tituli SS. Nerei & Achillei anno 1337. & poſt eius obitum à Cardinalibus ad ſupremum Pontificatum euectus. Eum Petrarcha vocat *Litteratiſſimum Pontificem*, eundemque tam potentis & inuictæ memoriæ extitiſſe ait, vt quidquid vel ſemel legiſſet, obliuiſci, etiamſi cuperet, non poſſet: & quod mirabilius eſt, hanc tantam memoriam ex magno capitis ictu, cuius ingens ſupremo vertice cicatrix remanſerat, ei proueniſſe commemorat. Clementis VI. nomen aſſumpſit, & ipſo die Pentecoſtes, qui hoc anno inciderat in 19 Maij, inaugutatus eſt in æde Prædicatorum.

Fuit admodum ille Magnificus & ſumptuoſus, primuſque Pontificum Romanorum in Bullis vſus eſt Gentilitijs ſtemmatibus ſex Roſarum, vt legitur in Chronico Alberti Argentinenſis. Cum autem Sorbonæ Prouiſor fuiſſet, & Doctos viros diligeret, Beneficiaque Eccleſiaſtica vltro illis diſpenſaret, ad eos dies quibus iuauguratus eſt, confluxiſſe dicitut ex omni parte multitudo centum mille Clericorum. Quâ de re ſic habet Petrus in ſuo Compendio Chronicorum.

» Clemens VI. qui prius Rogerij eſt nuncupatus, primò Monachus Niger
» fuit, deinde factus Magiſter in Theologiâ, poſtmodum Epiſcopus Rotoma-
» genſis, & rurſus Cardinalis: vltimò factus eſt Papa, qui cum eodem anno circa
» Pentecoſten Gratias Generales in Auenione proclamaret, tanta confluxit mul-
» titudo Clericorum, qui, vt pauperes, Beneficia impetrare voluerunt, vt nu-
» merus tunc in examinationibus Diœceſium per vniuerſum Orbem computatus
» eſſet ad centum millia Clericorum. Vt Ego perſonaliter ibidem conſtitutus ex
» veridicorum collatione intellexi: Idem ſumptuoſiſſimum tenuit ſtatum, & ad-
» modum pompoſum & ſecularem, vt audiui & partim ipſe cognoui. Dicitur
» tunc aliquis exhibuiſſe dicto Clementi ſupplicationem addens eidem verſus, qui
» ſi eius ſupplicatio admitteretur, ordine recto in dicti Papæ laudem; ſed ſi reij-
» ceretur, ordine retrogtado in dicti Papæ vituperationem legi potuerunt. Et
» ſunt tales.

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Pauperibus tua das, nunquam ſtat Ianua clauſa:
Fundere res quæris, nec tua multiplicas.
Conditio tua ſit ſtabilis, non tempore paruo
Viuere te faciat hinc Deus Omnipotens.

Ad eum Vniuerſitas Nuncios ſuos deſtinauit, tum ad teſtificandum ſui erga filium & patrem amoris affectum, tum ad obtinendum Rotulum Beneficiorum. à Natione Anglicana Nuncius nominatus eſt M. Geratdus de Marcem.

Idem Pontifex memor Academiæ Pariſienſis, in qua lauream in Theologia Magiſtralem aſſecutus fuerat, Magiſtris & Scholaribus in Theologia ſtudentibus indulſit, vt per quinque annos etiam abſentes Beneficiorum ſuorum reditus perciperent. Legitur hoc Priuilegium in libro antiquo Procuratorum Nationis Gallicanæ ſub hoc titulo. *Priuilegium Clementis Papæ VI. quod Magiſtri & Scholares ſtudentes in Theologia gaudeant per quinque annos Prouentibus ſuorum Beneficiorum*, talis autem eſt eius Bulla ad Abbatem S. Victoris & Decanum S. Marcelli directa, item & ad Cancellarium Pariſ. *Aubertus* de Mailly qui Ioanni de Palatiolo, ſucceſſerat, tunc erat Abbas S. Victoris, Doctor Pariſ. Cancellarius Pariſienſis *M. Robertus de Bardis de Florentia*, Canonicus olim Glacuenſis & Doctor Regens, qui interfuit Congregationi Facultatis Theolog. an. 1333. in Eccleſia S. Dionyſij de Paſſu, in qua iudicatum eſt Auguſtinianos in Academia Pariſienſi non adſtringi antiquo ſtatuto eiuſdem Facultatis de tempore ad lecturam ſententiarum Baccalaureo cuique incipienti neceſſario, vt docet Hemeræus.

Privilegium Clementis VI. pro reditibus Beneficiorum.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Abbati Monaſterij S. Victoris Pariſ. ac Decano S. Marcelli iuxta Pariſius, ac Cancellario Pariſ. Eccleſiarum Sal. & Apoſt. benedict. *Recenſentes gratuito fructus vberes per vniuerſum Orbem diffuſos, quos floridum Pariſienſe ſtudium, præſertim in Theologica Facultate produxit hactenus & producit, multarumque animarum commoda, quæ ex Doctrina in Facultate eiuſmodi peritorum prouenire noſcuntur, dignum reputamus & congruum, vt Magiſtros & Scholares eiuſdem ſtudij in eadem Facultate ſtudentes, ſpeciali proſequamur gratiâ & Apoſtolicis fauoribus muniamus.* Cum itaque felicis recordationis Honorius Papa IV. Prædeceſſor noſter duxerit ſtatuendum, vt ſtudentes per quinque annos percipiant de licentia Sedis Apoſtolicæ prouentus Beneficiorum ſuorum non obſtante aliquâ conſuetudine vel ſtatuto contrarijs; Nos volentes vt dicta conſtitutio erga Magiſtros & ſtudentes prædictos inuiolabiliter obſeruetur, ne ob ſubſtractionem ſuorum prouentuum Eccleſiaſticorum ab huiuſmodi ſtudio retrahantur, *Dilectorum filiorum Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium ſtudij eiuſdem in hac parte ſupplicationibus inclinati*, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios eiſdem Magiſtris Facultatis eiuſdem ac Scholaribus in ea ſtudentibus, reſidentibus in ſtudio memorato fructus, reditus & prouentus omnium Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum, quæ in quibuſuis Eccleſijs ſiue locis obtinent, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis iuxta eiuſdem Conſtitutionis tenorem integrè miniſtrari faciatis. Contradictores authoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Nonobſtantibus ſi Magiſtri & Scholares prædicti aut eorum aliqui in eiſdem Eccleſijs vel ipſarum aliquibus primam non fecerint perſonalem reſidentiam conſuetam, à quibuſcunque conſtitutionibus Eccleſiarum prædictarum contrarijs, iuramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quacunque firmitate alia roboratis; ſeu ſi locorum Ordinarijs, & Dilectis filijs Capitulis Eccleſiarum ipſarum, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem, prouiſo ne in fraudem Conſtitutionis ipſius aliquid attentetur, & quod interim Beneficia ipſa debitis non fraudentur obſequijs, & animarum cura in eis quibus illa imminet, nullatenus negligatur, ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de Beneficiorum ipſorum prouentibus neceſſaria congruè miniſtrentur, diligenter exerceatur, & deſeruiatur inibi laudabiliter in Domino. Datum Auenioni 5. Non. Maij, Pontificatus noſtri anno 1.

Hoc anno M. Guillelmus de Chanaco Epiſcopus Pariſienſis Epiſcopatum abdicauit in gratiam nepotis ſui Fulconis de Chanaco, & ipſe factus eſt Patriarcha Alexandrinus: Fulco verò Epiſcopatum Pariſienſem adijt eodem anno, probante Clemente litteris ſuis datis 5. Kal. Decemb. & poſſeſſionem inijt penultimâ Martij, quæ erat Dominica Paſſionis.

Eodem anno Vniuerſitas ſtatutum aliàs factum de Stationarijs & Librarijs

STATVTVM CIRCA STATIONARIOS ET LIBRARIOS.

certis quibuſdam articulis additis explanauit: legiturque iſta explanatio & de-
claratio in antiquo libro Procuratorum Nationis Gall. ſub hoc titulo. *Additio
& Declaratio ſuper ſtatutis & Iuramentis Librariorum & Stationariorum per Vniuer-
ſitatem.*

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis *Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium*
» *Pariſius ſtudentium* ſalutem in Domino. Graui querimonia aures noſtras ſæpius
» propulſante ſuper eo quod per fraudem & dolum Stationariorum & Librario-
» rum, quamuis contra eorum iuramenta, contingebat Magiſtros & Scholares
» quamplurimum de fraudari, Præfatos Librarios provt ad nos pertinet, & Sta-
» tionarios coram Deputatis à nobis fecimus conuocari, vt iuxta verbum Salua-
» toris dicentis, *Deſcendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere com-*
» *pleuerint*, viderent ſi prædictâ veritate niterentur, coram quibus Deputatis
» comparentes, & eis diligenter expoſitis articulis eorum Officia tangentibus,
» ſuper quibus aliàs præſtiterant Iuramenta, reperti fuerunt Quidam eorum erraſ-
» ſe & peccaſſe tam contra iuramenta per eos facta contra quàm mentem & con-
» ſcientiam ſtatuentes. Et quia anno quolibet vel quotiens nobis placuerit, tenen-
» tur, vt ipſis ſit recens memoria, renouare iuramenta, *quatuorque Principales per Nos*
» *eligi debent, vel aliàs electi confirmari ad taxandum libros. Ita quod nulli alij liceat*
» *libros taxare Pariſius niſi tales quatuor duntaxat ſecundum quod hoc in ſtatutis aliàs*
» *per Nos ſuper hoc factis latius continetur.* Hinc eſt quod Nos ſuper prædictis ſa-
» lubre remedium adhibere cupientes, prædictos Librarios & Stationarios ad
» noſtram Congregationem Generalem celebratam more ſolito apud S. Mathu-
» rinum anno Domini 1342. 6. die Octobris fecimus conuocari, & cuilibet ipſo-
» rum, provt ſuo incumbit Officio tactis ſacroſanctis Euangelijs fecimus iurare
» iuramenta quæ ſequuntur.

» Primò videlicet quod fideliter & legitimè habebunt libros vænales recipien-
» do, cuſtodiendo, exponendo & vendendo eoſdem.

» Item quod libros vænales non ſupprimentneque celabunt, ſed ipſos ſem-
» per loco & tempore exponent quando petentur.

» Item quod ſi à Venditoribus vel Venditore ſuper venditione libri vel libro-
» rum vocati fuerint, vel requiſiti, æſtimabunt & dicent bona fide mediante ſa-
» lario quantum credunt librum vel libros ad vendendum oblatum vel obla-
» tos iuſto & legitimo pretio poſſe vendi, vt pro eis emere vellent, ſi facultas ſe
» offerret.

» Item quod pretium libri vænalis & nomen illius cuius eſt liber in aliqua par-
» te libri patente intuenti ponent, ſi velit venditor.

» Item quod cum libros vendiderint, eos non aſſignabunt ex toto, nec trans-
» ferent in Emptores, nec pretium recipient pro eiſdem, donec denunciauerint
» venditori vel mandato ſuo, quod pretium veniat recepturus ſi velit & eius copia
» commodè poſſit haberi.

» Item quod de pretio pro libro vel libris oblato puram & ſimplicem ſine frau-
» de & mendacio dicent veritatem.

» Item *quod nullus Librarius librum vænalem expoſitum ab alio Librario Magiſtro*
» *vel Scholari Pariſius emat, niſi primitus fuerit portatus publicè per quatuor dies in*
» *ſermonibus apud Fratres* (Prædicatores) *& venditioni expoſitus & oſtenſus petentibus*
» *omni fraude amota: ita tamen quod ſi Scholaris vel Magiſter compulſus neceſſitate*
» *propter receſſum vel aliàs non poſſent tantum exſpectare*, de Conſenſu Rectoris Vni-
» uerſitatis, qui pro tempore erit, *Magiſter vel Scholaris poterunt vendere libros factâ*
» *fide de conſenſu Rectoris per ſignetum, Librarij poterunt emere libros ſine hoc quod in*
» *ſermonibus apportentur.*

» Item quod nullus intromittet ſe de taxatione Librorum quoquo modo niſi
» vocatus per aliquem de principalibus Iuratis.

» Item quod ratione libri vel librorum à venditore Magiſtro vel Scbolari ni-
» hil exigent, nec ab Emptore actu ſtudente Pariſius vltra 4. denarios de libra &
» ab extraneis ſex denarios.

» Item quod nullum pactum facient per ſe vel per alium directè, vel indirectè
» de vino recipiendo vltra id quod ab Vniuerſitate eſt taxatum, nec occaſione

maioris vel minoris pretij pro eorum librorum vino venditio differatur quoquo modo.

De Stationariis.

Item de Stationarijs quod Exempla quæ habent, ſint vera & correcta pro poſſe.

Item quod pro exemplaribus vltra id quod ab Vniuerſitate taxatum eſt, non exigent à Magiſtris vel Scholaribus.

Item quod non attentabunt aliquid doli vel fraudis circa Officium ſuum vnde poſſit ſtudentibus aliquod detrimentum euenire.

Item quod quilibet habeat tabulam de pergameno ſcriptam in bona littera & patente poſita ad feneſtram, in qua ſcripta ſint omnia exemplaria quibus vtitur & quæ ipſe habet cum pretio taxationis eorum.

Item ſi habeant aliqua exemplaria non taxata, ea non communicabunt, donec dictæ Vniuerſitati oblata fuerint ſeu taxata.

Item quod ipſi librorum vtilium pro ſtudio cuiuſcunque Facultatis exemplaria provt melius & citius poterunt, procurabunt ad commodum ſtudentium & Stationariorum vtilitatem.

Item quod ſi contingat quod habeant exemplaria noua, ea non communicabunt, nec pro ſeipſis, nec pro alijs donec fuerint approbata per Vniuerſitatem correcta & taxata.

Item quod non vendent ſeu alienabunt exemplaria ſua ſine conſenſu Vniuerſitatis.

Si verò Stationarij contra prænominatos articulos vel aliquem eorum aliquid attentare præſumpſerint ſeu contravenerint, à ſuo Officio ſit ille qui hoc fecerit alienus penitus & priuatus vſque ad ſatisfactionem condignam & reuocationem Vniuerſitatis.

Nomina verò Librariorum qui iurauerunt ſunt hæc. Thomas de Senonis. Nicolaus de Branchis, Ioannem Vachet. Ioannes Parui Anglicus. Guill. de Aurelianis, Robertus Scoti, Ioannes dictus *Preſtre-Iean*, Ioan. Ponċton, Nicol. Tirel, Gaufridus le Cauchois, Henricus de Cornubia, Henricus de Neuanne, Ioannes Magni, Corradus Alemannus, Gilbertus de Hollandia, Ioan. de fonte. Thomas Anglicus, Richardus de Montbanon, Hebertus dictus Martray. Yuo Greal. Guill. dictus le Bourguignon, Matheus le Vauaſſour, Guill. de Caproſia, Yuo dictus le *Breton*, Simon dictus *l'Eſcholier*, Ioannes dictus *le Normant*, Michaël de Vacqueria, & Guill. Heberti. Et pro iſto anno præſenti eligimus in 4. principales Librarios taxatores Librorum Ioannem *de Fonte*, Yuonem dictum *Greal*, Ioan. *Vachet*, & *Alanum Britonem principalem Seruientem Facultatis Decretorum*, ita quod iſtis duntaxat liceat libros taxare vel ſaltem duobus ipſorum præſentibus & taxantibus. Et ſi duo eorum abſentes ſint, vel vnus tantum, abſens percipiet quantum alius præſens, & taxam requiſitus ad taxandum venire recuſauerit. Et ſi contingat Taxatores & eorum aliquos duci ad aliquam taxationem faciendam per aliquem alium de Librarijs, tantum percipiet ille Ductor, quantum vnus Taxatorum. Et ſi plures fuerint Ductores, quantum ad participationem ſalarij, omnes loco vnius habeantur. *Et etiam iſti 4. Deputati inquirant ſi aliquis non Iuratus vtatur Officio Librarij vel Stationarij, & habeant poteſtatem capiendi pignora non Iuratorum vtentium Officijs prædictis*, & ea præſentare in prima Congregatione generali coram Vniuerſitate: & ſi Deputati prædicti in his exequendis Seruiente indigeant, quilibet Seruiens Vniuerſitatis tenebitur per ſuum iuramentum ſtare eis & officium ſuum gratis & ſine difficultate impendere, ſi fuerit per aliquem eorum requiſitus, & non alijs Librarijs non principalibus taxare libros quoquo modo. Nobis poteſtatem reſeruantes de alijs quatuor pro anno futuro eligendis ſi nobis placuerit & Nobis viſum fuerit expedire. Quibus ſic actis Nos omnes & ſingulos Iuratos noſtros benignè admiſimus ad Officia prædicta exercenda. Volentes ipſos & eorum quemlibet tanquam fideles noſtros noſtris gaudere priuilegijs, libertatibus & immunitatibus ſi & provt decet ipſos in futurum ſub protectione noſtra, per præſentes reponendo. In cuius rei teſtimonium his præſentibus litteris ſigillum Vniuerſitatis eſt appenſum. Datum anno Domini 1342. die 6. Octob.

Digitized by Google

Eodem anno Natio Picardica ſtatutum edidit circa habitum Determinantium qui Miſſis & Veſperis intereſſe tenebantur, legiturque in antiquo libro Procuratorum illius Nationis ſub hoc titulo. *Quod Determinatores veniant in Cappis manicatis ad Miſſas & Veſperas B. Mariæ Virginis.*

De habitu Determinantium in Miſſis.

„ Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, *Omnes & ſinguli Magiſtri Nationis*
„ *Picardorum actu Regentes Pariſius in Artium Facultate* ſalutem in Dom. ſempiter-
„ nam. Quia cuius eſt condere, eius eſt interpretari. Ideo ſtatutum per Nos aliàs
„ factum, quod Determinantes diebus Veneris Quadrageſimæ Veſperis & Sabba-
„ ti in Miſſa pro anno, quo determinauerint, ſub certâ pœnâ intereſſe teneantur,
„ & habitu in quo comparere debent, nullam expreſſam facit mentionem, adij-
„ cimus prædictum ſtatutum aliqualiter declarando, quod in Cappa manicata,
„ ſicut in cæteris factis ſuam Determinationem tangentibus interſint, alioquin
„ pœnam incurrant, quæ cauetur in ſtatuto. In quorum teſtimonium ſigillum
„ noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum apud S. Iulianum nobis ad
„ ſtatuendum congregatis eſt, vt moris, anno Domini 1342. die Sabbati poſt
„ Brandones.

1343. Anno 1343. Rectore M. Guillelmo Gorien celebre Senatuſconſultum factum eſt, quo *Robertus de Puincomo Armiger, eiuſque Seruiens* & M. Simon de Cetuoy multati ſunt erga Vniuerſitatem multâ honorariâ & pecuniariâ, honorariâ quidem coram ipſo Senatu factâ, pecuniariâ verò quæ fuit 120. libellarum, numerata & penſitata eſt Rectori ſucceſſori, vt legitur in antiquo libro Rectoris. Sed nec Senatuſconſultum illud, nec Senatuſconſulti cauſam inuenire hactenus potui.

Eodem anno ſecundum computationem Gallicanam Clemens Pontifex ſcripſit ad Cancellarium Pariſienſem vt promoueret ad gradum Magiſterij *Rogerium de Palharijs.*

De Receptione Doctoris extra ordinem.

„ Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Cancellario Eccleſiæ
„ Pariſienſis Sal. & Apoſtol. bened. Habet fide dignorum aſſertio, quod dilectus
„ filius *Rogerius de Palharijs* Ordinis FF. Minorum in Sacra Theologiæ Facultate
„ Baccalarius adeo in Facultate ipſa laudabiliter diuina gratia profecit, quod ad
„ recipiendum Magiſterij honorem in eadem Facultate idoneus reputetur. Nos
„ igitur domum Domini viris inſignitis virtutibus, & in opere potentibus & ſer-
„ mone, qui reſiſtere valeant aſcendentibus ex aduerſo, ad diuini nominis laudem
„ & gloriam, ipſiuſque Domus decorem cupientes Domino dirigente fulciri; diſ-
„ cretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictum Rogerium,
„ ſi eum ad huiuſmodi Magiſterij honorem idoneum fore repereris, ad eiuſdem
„ Magiſterij ſtatum, *non obſtante quod aliqui Baccalarij in Facultate prædicta in Or-*
„ *dine recipiendi Magiſterium huiuſmodi præcedant eundem, ſtudeas promouere.* Nos
„ enim Baccalarijs ipſis nullum per hoc volumus præiudicium generari, quin ipſi
„ ad eiuſdem Magiſterij honorem poſt promotionem huiuſmodi ordine debito
„ valeant promoueri. Datum apud Villam-Nouam Auenion. Diœceſis 3. Kal.
„ Martij, Pontif. noſtri anno 2.

Ex hacce Bulla patet illis temporibus fuiſſe, quemadmodum & noſtris, Ordinem quendam inter Baccalarios ad recipiendum Doctoratus Gradum: neque enim Papa vult, vt Cancellarius Pariſ. qui tunc erat M. Robertus de Bardis, Rogerium illum admittat ſeu dignum, ſeu indignum; ſed tantummodo vt non ſeruato Ordine receptionis, abſque tamen præiudicio cæterorum, illum recipiat. Præterea ex eadem intelligimus viguiſſe adhuc eam conſuetudinem examinandi Baccalarios per Cancellarium & Examinatores, quos ipſe Cancellarius nominabat & præſentabat Vniuerſitati; quæ vetuſtiſſimis temporibus obſeruata fuit, & quam ſuo tempore viguiſſe ſcribit Robertus de Sorbona, vt alibi retulimus. Nunc verò aliæ ſunt leges, aliaque conſuetudo: nec Cancellarius amplius examinat Baccalarios in Theologia, ſed tantùm Licentiatis benedictionem Apoſtolicam & biretum Doctorale, impertitur: at in receptione Candidatorum in Artibus veterem ſeruauit conſuetudinem, quos cum Examinatoribus ſuis examinat, & ad Magiſterium promouet.

Paulò ante idem Pontifex ſcripſerat ad Archiepiſcopum Toloſ. vt ad eundem Magiſterij in Theologia Gradum promoueret M. Guillel. Farinerium etiam

Minoritam, ſub M. Iordano Curti Præſide eiuſdem Facultatis Theologicæ Profeſſore, & is Farinerius ſucceſſit Fortanerio Vaſſalli in Generalatu Ordinis. Talis autem eſt Bulla.

Clemens.... Venerabili Fratri Archiepiſcopo Toloſano, Sal. & Apoſtol. «
bened. Fide dignorum nobis relatio patefecit, quod dilectus filius Guill. Fari- «
nerij de Ordine FF. Minorum Aquitaniæ Prouinciæ Fratrum eorundem Pro- «
uincialis Miniſter adeo in Facultate Theologica ſtudendo & legendo, gratia «
ſibi aſſiſtente diuina profecit, quod ad recipiendum Magiſterij honorem in ea- «
dem Facultate idoneus reputetur. Nos igitur domum Domini viris inſi- «
gnitis virtutibus & in opere potentibus & ſermone, qui reſiſtere valeant aſcen- «
dentibus ex aduerſo, ad diuini nominis laudem & gloriam, ipſiuſque Domus «
decorem cupientes Domino dirigente fulciri, & volentes quod eidem Guillel- «
mo honor ſibi ex ſuis laboribus huiuſmodi debitus non differatur vlterius, cum «
bonorum laborum glorioſus debeat eſſe fructus, fraternitati tuæ per Apoſto- «
lica ſcripta committimus & mandamus, quatenus per ſe vel per perſonam ido- «
neam à te ſuper hoc deputandam præfatum Guillelmum ſub dilecto filio Ior- «
dane Curti Ordinis prædicti Minorum eiuſdem *Facultatis Theolog. Profeſſore ad* «
ſtatum & honorem ſupradicti Magiſterij ſeruatâ ſolennitate debitâ promouere «
procures. Datum Auenioni 9. Kal. Febr. anno 2. «

Paulo verò poſt M. illum Iordanum Curti promouit ad Archiepiſcopatum Treuentinum: extatque in hanc rem Bulla apud Vadinghum: in qua hæc verba leguntur. Demum ad te Ordinis FF. Minorum Profeſſorem in ſacra Theologia Magiſtrum in Sacerdotio conſtitutum, morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus prouidum & in temporalibus circunſpectum & alijs multiplicibus virtutum meritis, prout fide dignorum aſſertione percipimus, inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis.

Colleg. Mignonii Fundatio.

Eodem anno Collegium Mignonium fundatum eſt à M. Joanne Mignonio Archidiacono Bleſenſi in Eccleſia Carnotenſi. Eius verò Nepos Michaël Roberti Mignonij filius Capellam inibi conſtrui fecit. Anno verò 1584. regnante Henrico III. illud idem Collegium Grandimontenſibus Regularibus addictum; & ita è ſeculari factum eſt Monaſticum.

Anno 1344. Franciſcus de Eſculo Minorita qui Michaëlem de Ceſena Generalem ſuum ſecutus fuerat errantem, ſecutus eſt pœnitentem. Nam eo mortuo obtentâ vt dictum errati veniâ, iſte quoque ad ſaniorem mentem reuerſus Auenionem acceſſit, & à Clemente benignè exceptus eſt. Retractationem verò quam fecit, cæteris qui eaſdem partes ſecuti fuerant, quique adhuc in errore obſtinati erant, communem eſſe voluit Pontifex. Eſtque talis vt legitur apud Wadinghum. 1344.

Retractatio Franc. Eſculane Minoritæ de Paupertate Christi.

Ego F. Franciſcus de Eſculo Ordinis Minorum recognoſcens veram, Ca- «
tholicam & Apoſtolicam fidem, fateor me illam fidem firmiter credere & tene- «
re, quam ſacroſancta Rom. Eccleſia, quæ mater eſt omnium fidelium & Magi- «
ſtra, tenuit & docuit, tenet & docet, & quam ſanctiſſimus in Chriſto Pater D. «
Clemens Papa VI. cum ſacro Cardinalium Collegio tenet & docet. Et præci- «
puè credo & teneo, cum etiam ſcriptura ſacra in pleriſque locis hoc aſſerat, Re- «
demptorem noſtrum & Dominum Ieſum Chriſtum eiuſque Apoſtolos nonnul- «
la habuiſſe: & quod aſſerere pertinaciter, quod Chriſtus & eius Apoſtoli nihil «
habuerint in proprio vel communi, eſt erroneum & hæreticum: & quod Chri- «
ſtus & eius Apoſtoli habuerunt in rebus quibus vſi ſunt, ius vtendi & faciendi «
ea quæ ſcriptura ſacra teſtatur eos feciſſe, & quod vſus non poſſit eſſe iuſtus «
abſque omni iure vtendi; & quod in præmiſſis felicis recordationis Ioannes Pa- «
pa XXII. rectè & Catholicè definierit in Conſtitutione ſuâ quæ incipit Cum in- «
ter nonnullos, quam reputo Catholicam, & contrarium tenere poſt Decretalem, «
& eius publicationem, pertinaciter ore & corde profiteor, prout ipſe in dictâ ſuâ «
Conſtitutione declarauit, erroneum & hæreticum fore. Et doleo, & me pœnitet, «
quod vnquam aliquid ſcripſerim, dixerim, vel fecerim contra ipſam; & ſpecia- «
liter verbis exceſſiuis, quæ credens zelare pro Ordine meo aduerſus præfatum
D. Ioannem ſcripſi, dixi, vel feci, & peto veniam, gratiam & miſericordiam
de præmiſſis. Et confiteor dictum D. Ioannem toto tempore, quo regimini

» Vniuerſalis Eccleſiæ præfuit, verum & Catholicum Papam fuiſſe: & ipſam Ca-
» tholicè, & vt verum & fidelem Chriſtianum vixiſſe & obijſſe. Et hanc meæ fi-
» dei breuem confeſſionem & annotationem iuro; & ſuppono correctioni &
» emendationi, ac ſupplicationi eiuſdem ſanctiſſimi Patris & Domini noſtri Papæ
» Clementis VI.

Eodem anno Philippus Rex nouum vectigal ex ſale & ſalinis inſtituit occaſione ſumptâ belli Anglici in quo pecuniæ plurimum abſumebatur, legemque tulit, ne priuatus vllus ſal emeret à quoquam præterquam à fiſco, ac proinde certa horrea ſuis Publicanis attribuit. Vectigal iſtud olim à Liuio Salinatore apud Romanos inuentum fuerat, propter quod in odio fuit omnibus. Neque Philippus animos Ciuium minus à ſe abalienaſſe dicitur hoc inuento. Vnde ab aliquibus Salicæ Legis verè author appellabatur, alludentibus ſcilicet ad legem Salicam, quâ ſe tuebatur aduerſus Eduardum Regem Anglorum. A quo quidem vectigali non video exemptam fuiſſe Vniuerſitatem Pariſienſem, cum Edicto ſuo neminem exemiſſe videatur.

Ea tamen de cauſa M. Ioannes Buridanus Magni tum nominis & famæ Philoſophus, Natione Picardus, ſæpè ſuæ Nationis Procurator, nec ſemel Academiæ Rector apud Regem perorafſe dicitur. Verum quis fuerit perorationis exitus, non reperio.

Hoc anno Clemens Pontifex ægrè ferens Regnum Gallicanum Bello Anglicano infeſtari, conceſſit centum dierum Indulgentiam omnibus Regni Incolis, qui pro pace orarent, quam in rem extat eius Bulla data Auenione 7. Iunij.

» Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Vniuerſis Chriſti fidelibus præ-
» ſentes litteras inſpecturis Sal. & Apoſtol. bened. Cupientes vt Regnum Fran-
» ciæ à quo originem traximus, & ipſius Régnicolæ in vera Pacis tranquillitate
» lætentur, ac ſperantes in Domino, qui eſt vera Pax, quod ſublatis diſſidiorum
» incommodis, aſſiduis pulſatus fidelium deprecationibus pacem dabit. Vt fide-
» les ipſi eò deuotius pro pace huiuſmodi intercedant, quò ex hoc dono cœleſtis
» gratiæ conſpexerint ſe refertos, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis qui de-
» uotis orationibus pro bona pace dicti Regni Diuinam miſericordiam implora-
» bunt, ſingulis diebus quibus apud Deum huiuſmodi orationes effuderint, de
» omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius
» authoritate confiſi, centum dies de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer re-
» laxamus. Datum Auenioni Nonis Iunij Ponrif. noſtri anno 3.

1345. Anno 1345. Philippus Rex conceſſit Vniuerſitati Priuilegium confirmatiuum ſeu explicatiuum illius, quod anno 1340. dederat, quo quidem diſtinctè & expreſsè iuſſit, vt Præpoſitus Pariſienſis contra quoſcunque quocunque priuilegio vtentes, Magiſtros & Scholares Pariſienſes tueretur ab omnibus moleſtijs, oppreſſione, iacturis alijſque vexationibus, eorumque cauſas ad forum ſuum euocaret. In Tabulis Caſtelleti continentur duæ Conſtitutiones huiuſce Regis, vna quidem anni 1340. altera an. 1345. quæ tales ſunt.

PRIVILEGIVM CONSERVATIONIS REGIÆ.

» PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex, Vniuerſis præſentes litteras inſpe-
» cturis ſalutem. Notum facimus, quod cum ad ſupplicationem Vniuerſitatis
» Magiſtrorum & Scholarium Pariſienſ. Nos eiſdem noſtras conceſſimus litte-
» ras, tenorem qui ſequitur continentes. PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex,
» Præpoſito noſtro Pariſienſi, vel eius locum tenenti ſalutem. *Cum Vniuerſitas,*
» *Magiſtri & Scholares Pariſ. in noſtra ſpeciali guardia & protectione exiſtant*, cum ve-
» niunt ad ſtudium & ibidem morantur, vel ad partes ſuas redeunt, frequenter
» tamen prout accepimus, iniuriæ, moleſtiæ, oppreſſiones & violentiæ nedum
» in Præpoſiturâ tuâ eiſdem, ſed & in locis alijs inferuntur in præiudicium guar-
» diæ noſtræ, quas proſequi nequeant extra Pariſienſem Ciuitatem, quin à ſuo ſtu-
» dio diſtrahantur, grauiterque vexentur laboribus & expenſis, ſi extra ipſam
» Ciuitatem iniurias huiuſmodi proſequi oporteret, ſupplicantes ſibi per nos de
» remedio prouideri opportuno. Quare Nos eorum ſupplicationi fauorabiliter
» annuentes, idcirco tibi protectionem eorum ac cuſtodiam, coërcitionem in-
» ſuper eorum, qui in protectionis & guardiæ noſtræ præiudicium Vniuerſitati
» ſeu Magiſtris aut Scholaribus prædictis inferent violentiam indebitam, iniuriam
» vel iacturam, ſiue infra Præpoſituræ tuæ fines, ſiue in locis alijs quibuſcunque
Regni

Regni noſtri tenore præſentium committimus, quod eis concedimus de gratia “
ſpeciali, priuilegijs ſeu conſuetudinibus in contrarium impetratis; aut etiam “
impetrandis non obſtantibus quibuſcunque. In cuius rei teſtimonium Sigillum “
noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum apud Vicennam vltima die De- “
cemb. anno Domini 1340. Poſtmodumque Vniuerſitas, *Magiſtri & Scholares* “
prædicti aſſerentes, quod licet ſub illo verbo *Iacturam* in dictis verbis contento “
illicitè detenta contineantur, dictus tamen Præpoſitus ſæpius hæſitando iam “
ipſe de bonis ad dictos Magiſtros & Scholares pertinentibus, & de his quæ de- “
bebantur eiſdem, deberet ſeu poſſet cognoſcere virtute litterarum prædicta- “
rum. Aſſerentes inſuper quod nonnulli Bailliui & alij de Ducatu Normaniæ, “
& de quibuſdam alijs partibus Regni noſtri prætextu quorundam priuilegiorum, “
eiſdem vt dicebant à nobis ſeu Prædeceſſoribus noſtris conceſſorum dicto Præ- “
poſito in præmiſſis obedire recuſabant, Nobis ſupplicaſſent, vt ſuper his decla- “
rationem facere dignaremur, Nos igitur viſis litteris ſupraſcriptis, ac ſuppli- “
catione *Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium* prædictorum, hiſque conſide- “
ratis, quæ circa hæc conſiderari debebant, habitâ ſuper his deliberatione di- “
ligenti cum dilectis & fidelibus Gentibus Parlamenti noſtri Cancellario & plu- “
ribus alijs Conſiliarijs noſtris declarauimus, ac etiam tenore præſentium decla- “
ramus, quod ſuper iniurijs, moleſtijs, oppreſſionibus & violentijs, *eiſdem Magi-* “
ſtris aut Scholaribus in perſonis aut familiaribus proprijs eorundem, ſeu dictorum Ma- “
giſtrorum aut Scholarium proprijs bonis ad ipſos Magiſtros ſeu Scholares ſine fraude abſ- “
que aliqua fictione, & abſque ceſſionis, tranſporti, vel alio ſimulato contractu perti- “
nentibus, illatis vel inferendis dictam noſtram guardiam infringendo contra dictum te- “
norem litterarum, nec non ſuper damnis & intereſſe exinde ſecutis & quibuſcun- “
que perſonis & vbicunque infra Regnum noſtrum dictus Præpoſitus ſummariè “
& de plano cognoſcet, & faciet breue Iuſtitiæ complementum faciendo Nobis “
& parti debitè emendari, & ab omnibus Regni noſtri Iuſticiarijs vbicunque “
conſtitutis obediretur dicto Præpoſito in hac parte non obſtantibus Priuilegijs “
quibuſcunque Normanis, ſeu alijs Regnicolis conceſſis, ſeu etiam concedendis. “
In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. “
Datum Pariſius in Parlamento noſtro die 21. Maij, anno Domini 1345. ſic ſi- “
gnatum per Conſilium exiſtens in Camera, vbi vos eratis virtute certi Mandati “
Regis ſuper hoc facti, lecti in Camera. Et à tergo dictarum litterarum erat ſic “
ſcriptum. *Publiées en Iugement le Preuoſt ſeant en Siege, le Mardy aprés la ſainct* “
Barnabé Apoſtre, l'an 1345. Signé Anguille, “

Eodem anno Natio Gallicana ſtatutum condidit, quo vetuit Magiſtros vocari ad ordinandum de pecunijs Nationis, niſi die legibili, ſeu quo in Scholis actu legitur. Extatque ſtatutum illud in antiquo libro Procuratorum huiuſce Nationis ſub hoc titulo. *Statutum quod non poteſt vocari ad ordinandum de pecunia Nationis niſi die legibili actu*, eſtque tale.

STATVTVM NAT. GALL. DE DIE STATVTI FACIENDI.

In nomine Domini, *Amen*. Nouerint vniuerſi præſentes & futuri quod an- “
no Domini eiuſdem 1345. 5. die menſis Aprilis, Indictione 13. Pontificatus ſan- “
ctiſſimi in Chriſto Patris, ac Domini D. Clementis diuina prouidentia Papæ VI. “
anno 3. Pariſius apud S. Iulianum Pauperem in plena congregatione Nationis “
Gallicanæ Magiſtrorum videlicet dictæ Nationis ibidem vocatorum & congre- “
gatorum ex præcepto viri venerabilis & diſcreti *M. Geraldi Lasboegas dictæ Na-* “
tionis Procuratoris. In mei Notarij publici infraſcripti Teſtiumque ſubſcripto- “
rum præſentia poſuit in deliberatione dictorum Magiſtrorum præfatus Procu- “
rator, an placeret dictis Magiſtris ſtatuere, cum tunc vocati eſſent ad ſtatuen- “
dum, quod nullus de cætero Procurator, quicunque eſſet ille, poſſet vocare “
ad ordinandum de pecunia dictæ Nationis, niſi die quâ legeretur actu ordinariè: “
quo quidem ſic poſito in deliberatione, vnà cum hoc ſcilicet quod quilibet Pro- “
curator de cætero futurus dictæ Nationis tenetur hoc iurare in principio crea- “
tionis ſuæ vnà cum alijs Iuramentis ibidem conſuetis, factaque inductione per “
eundem Procuratorem in omnibus & ſingulis Magiſtris ibidem præſentibus pla- “
cuit, & voluerunt dictum poſitum in deliberatione inuiolabiliter de cætero ob- “
ſeruari modo & forma prædictis, & quod hoc volebant & ordinabant tanquam “
ſtatutum dictæ Nationis obſeruari. Quo concluſo per dictum Procuratorem, vt “

» moris eſt vnà cum alijs in deliberatinne poſitis voluit & petijt dictus Procurator
» nomine dictæ Nationis ſibi per me Notarium publicum hic præſentem fieri pu-
» blicum Inſtrumentum, adſtantes ibidem in horum teſtimonium inuncando. Acta
» fuerunr hæc anno, menſe, die, Indictione, Pontificatu & loco prædictis. Præ-
» ſentibus diſcretis viris MM. Lamberto de Summavere, Ioanne de Faitudo, Ala-
» no de Mirech, Petro de Caſſefredour, Petro Rogerij & multis alijs in horum
» teſtimonium euocatis ſpecialiter & rogatis. Et eſt Inſtrumentum ſuper hoc con-
» fectum in Archa Natinnis Gallicanæ.

Patronatus Curiarum SS. Andreæ & Coſmæ incipit eſſe Vniuerſitatis.

EOdem anno Vniuerſitas & Monachi San-Germano-Pratenſes inter ſe cnnuenerunt, vt quodaliàs, ſcilicet tempore Philippi pulchri, diſſidium compoſuerant, contractuſque & pacta de Patronatu quarundam Eccleſiarum & ceſſione Iuris quod Mnnachi habebant, inita ſummi Pontificis Clementis & SenarusPariſienſis authoritate firmarentur & corroborarentur. Ob id autem tranſlatin iſta facta, vt ſe redimerent Monachi à ſeruitute Prati Clericorum, de qua in Charta, quæ ſeruatur in Tabulario Vniuerſitatis apud Regiam Nauarram ſub hiſce Characteribus C. 7. A. Et eſt eiuſmodi.

» C'eſt la forme de la Compoſition accordée & recirée deuanr vous, Noſſei-
» gneurs de Parlement, entre l'Vniuerſité de Paris d'vne part, & l'Abbey & le
» Conuent de S. Germain des Prez d'aultre. Premierement que il plaiſoit audit
» Abbey & au Procureur dudit Conuent en ſon nom, & pour ly; & les Procu-
» reurs de l'Vniuerſiré deſſuſdite d'autre. C'eſt à ſçauoir M. Oliuier Saladin
» Maiſtre en la Facultey de Theologie, M. Iean de Longeüil Maiſtre en la Facul-
» tey de Decret. M. Berthelemy de Brice Meſtre en la Facultey de Medecine; &
» les 4. Procureurs des 4. Nations; c'eſt à ſçauoir M. Remy de Vineuaire de la
» Nation de France, M. Pierre Scutif de la Nation de Picardie, M. Iean du Te-
» ſier de la Nation de Normandie & M. Eſtienne de Elſt de la Nation d'An-
» gleterre.

» Et Premierement que la Compoſition autrefois faite du temps de bonne
» memoire, le Bel Roy Philippes, ſoit gardée, confermée, approuuée en tout
» & par tout à touſiours mais, excepté rant ſeulemenr que la porte deuers le Prey
» ſera cloſe perpetuellement, ſi que iamais ne pourra auoir ouuerture deuers le
» Prey.

» Irem leſdits Religieux bailleront, & deliureront auſdits Prncureurs de ladite
» Vniuerſité 200. liures forr & en preſent: Et pour les choſes deſſuſdites ceſſe-
» ront toutes contentions & tous debats meuz du temps paſſey entre leſdits Re-
» ligieux & ladite Vniuerſité, pour la raiſon d'vne place dequoy mention eſt faite
» en la Compoſition faite du temps de bonne memoire du Beau Roy Philippes
» deſſuſdits, & toutes iniures, querelles, actions perſonnelles meuës du temps
» paſſey entre leſdites Parties.

PATRONATVS ECCL. S. ANDREÆ ET SS. COSMÆ ET DAMIANI.

» Item pour mieux confermer cette Paix *& pour auoir mieulx l'amour & la fa-*
» *uour de l'Vniuerſité*, leſdits Religieux perpetuellement donnerent, delaiſſerent
» & tranſporterent tout ce que à eux appartient & appartenir pourroit au temps
» aduenir à ladite Vniuerſité, les Patronages des Egliſes, c'eſt à ſçauoir de S. An-
» drien des Arcs, & de S. Coſme & S. Damien à Paris retenuës par deuers leſdits
» Religieux aucunes rentes que eulx y prennent ou pourroient prendre au temps
» aduenir pour la raiſon de la Seigneurie temporelle, & promiſtrent leſdits Reli-
» gieux à ſupplier à Noſtre S. Pere le Pape, que ledit Tranſport & Ceſſion deſ-
» dits Patronages deſdites Egliſes vouſiſt approuuer, confermer & toutes les au-
» tres choſes deſſuſdites, tant comme à la ſpiritualité appartient ou peut ap-
» partenir.

» Item leſdits Religieux & leſdits Procureurs voudrent que la main du Roy,
» qui auoit eſté miſe en ladite place à la requeſte des deſſuſdits Religieux en
» fuſt leuée & oſtée au proufit des Parties tanr comme à ceſcune appartient ou
» appartenir pourroit au temps aduenir par raiſon. *In dorſo verò Chartæ ſeu Inſtrumenti eiuſmodi extat ſcriptum.*

Forme de conſentement deſdits Religieux à ce que l'accord de l'an 1345. ſoit «
ratifié par le Parlement, & par le Pape. «

Hæc ergo Compoſitio in Acta Senatus relata eſt. Eodemque anno Patronatûs prædictarum Parochiarum ceſſio, tranſlatio & tranſmiſſio Diplomate Pontificio comprobata eſt, ſeruaturque Clementis Bulla cum Inſtrumentis publicis Vniuerſitatis in prædicto Tabulario ſub hiſce litteris B. 5. H. & eſt talis.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ea «
quæ concordiam ſapiunt, & materiam auferunt iurgiorum, præſertim inter «
perſonas Eccleſiaſticas, Apoſtolico fauore proſequimur. Et vt in recidiuæ «
Quæſtionis ſcrupulum non reſurgant, ſuper his adijcimus Apoſtolici muniminis «
firmitatem. Sanè petitio pro parte Dilectorum filiorum Ioannis Abbatis & «
Conuentus Monaſterij S. Germani de Pratis Diœceſis Pariſienſis, ac Vniuerſi- «
tatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium nobis nuper exhibita con- «
tinebat, quod dudum cum cauſa verteretur inter Abbatem & Conuentum ex «
vna parte, & Vniuerſitatem prædictos ex altera, ſuper eo quod dicta Vniuerſi- «
tas petebat ſibi ab ipſis Abbate & Conuentu ſatisfieri de arreragijs 14. libra- «
rum eidem Vniuerſitati annuatim per ipſos debitarum, vnà cum pœnis ob de- «
fectum ſolutionis commiſſis à tempore 52. annorum, nec non dictas 14. libras «
annuatim eidem Vniuerſitati, vt præfertur, debitas ab ipſis Abbate & Conuen- «
uentu ſolui in poſterum ſingulis annis cum pœnis adiectis iuxta tenorem cuiuſ- «
dam compoſitionis factæ inter Abbatem & Conuentum & Vniuerſitatem præ- «
dictos, & ſub eorum ſigillis, ac poſtmodum confirmatæ per præclaræ memoriæ «
Philippum tunc Francorum Regem in cera viridi & filis ſericis prout in litteris «
ſuper hoc confectis plenius continetur. Dictis verò Abbate & Conuentu ex «
aduerſo aſſerentibus & dicentibus ad hæc minimè ſe teneri ex eo & pro eo quod «
dicta compoſitio, ſi vnquam facta fuerat, facta fuiſſe dicebatur iam annis 52. «
elapſis, nec in obſeruantiam ab alterutra partium vnquam fuerat introducta, «
quodque per Vniuerſitatem prædictos potius ſteterat, quàm per Abbatem & «
Conuentum præfatos quo minus obſeruata fuiſſet, & conſideratis lapſu tanti «
temporis, & impedimentis per prædictam Vniuerſitatem in contrarium appo- «
ſitis, à dicta petitione prædicta Vniuerſitas deſiſtere debebat. Vniuerſitate præ- «
dictâ contrarium aſſerente. Tandem pluribus altercationibus hinc inde habitis «
pro bono pacis habendæ inter Abbatem ac Conuentum & Vniuerſitatem præ- «
dictos deliberatione maturâ & diligenti tractatu præhabitis ſuper præmiſſis, & «
nonnullis articulis tunc expreſſis ad certam pacis & concordiæ ac tranſactionis «
viam, idem Abbas & Conuentus ac Vniuerſitas conſenſu vnanimi deuenerunt, «
prout in litteris inde confectis ipſorum Abbatis & Conuentus ac Vniuerſitatis «
ſigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri feci- «
mus, plenius continetur. Quare pro parte ipſorum Abbatis & Conuentus ac «
Vniuerſitatis nobis extitit humiliter ſupplicatum, vt Concordiam & Tranſa- «
ctionem præfatas, ac omnia & ſingula in ijs contenta fulcire cum ſuppletione «
defectus, ſi quis in præmiſſis interfuerit, Apoſtolico munimine dignaremur. «
Nos igitur qui pacem & quietem quærimus ſingulorum, volentes Abbatem & «
Conuentum ac Vniuerſitatem præfatos proſequi fauorabiliter in hac parte, «
huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordiam & tranſactionem præfatas «
per eoſdem Abbatem & Conuentum ac Vniuerſitatem inter eos, vt præmitte- «
tur, factas, & omnia & ſingula in eis contenta rata grata habentes, illa autho- «
ritate Apoſtolicâ & certâ ſcientiâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio «
communimus, ſupplentes omnem defectum, ſi quis forſan præmiſſis interue- «
nerit, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Tenor autem dictarum litterarum «
talis eſt. «

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Ioannes permiſſione diuina Monaſte- «
rij S. Germani de Pratis iuxta Pariſius Abbas humilis, totuſque eiuſdem loci «
Conuentus ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, quod cum cau- «
ſa verteretur inter Nos ex vna parte & Vniuerſitatem Magiſtrorum & Schola- «
rium Pariſius ſtudentium ex altera. Super eo quod dicta Vniuerſitas petebat à «
Nobis Religioſis eidem Vniuerſitati ſatisfieri de arreragijs 14 librarum eidem «
Vniuerſitati annuatim à Nobis debitarum vnà cum pœnis ob defectum ſolutio- «

» nis commiſſis à tempore 52. annorum, nec non dictas 14. libras annuatim eidem
» Vniuerſitati, vt præfertur, debitas à nobis ſolui in poſterum ſingulis annis cum
» pœnis adiectis iuxta tenorem compoſitionis cuiuſdam olim factæ & initæ inter
» Nos Religioſos & Vniuerſitatem ſub ſigillis noſtris & Vniuerſitatis poſtmodum
» confirmatæ per inclytæ recordationis D. Philippum tunc Francorum Regem
» in cera viridi & filis ſericis, prout in litteris ſuper hoc confectis hæc plenius
» continentur. Nobis verò aſſerentibus & dicentibus adhæc minimè nos teneri
» ex eo & pro eo quod dicta compoſitio ſi vnquam facta fuerit, facta fuiſſe dicitur
» iam 52. annis elapſis, nec in obſeruantiam ab alterutra partium vnquam fuerat
» introducta; quodque per Vniuerſitatem prædictam potius ſteterat, quàm per
» Nos Religioſos prædictos, quominus obſeruata fuiſſet: & conſiderato elapſu
» tanti temporis, & impedimentis per dictam Vniuerſitatem in contrarium appo-
» ſitis, à dicta petitione prædicta Vniuerſitas deſiſtere debebat, Vniuerſitate præ-
» dictâ contrarium aſſerente. Tandem pluribus altercationibus hinc inde habitis
» pro bono pacis inter Nos Religioſos prædictos & Vniuerſitatem prædictam
» concordatum extitit in hunc modum, quod dicta compoſitio, cuius tenor ſe-
» quitur in hæc verba.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Ioannes permiſſione diuina Monaſte-
» rij B. Germani de Pratis Pariſ. humilis Abbas, totuſque eiuſdem loci Conuen-
» tus æternam in Domino ſalutem. Notum facimus quod cum inter Nos ex vna
» parte & Vniuerſitatem venerabilium Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtu-
» dentium ex altera, orta eſſet materia Quæſtionis ſuper quadam platea ſituata
» prope muros Ciuitatis Pariſienſis reſpiciente dicti S. Germani Abbatiam, cui
» ex parte ſuperiori contigua eſt Domus, in qua moratur Reuerendus in Chriſto
» Pater P. (Petrus de Mornay) Dei gratia Aurelianenſ. Epiſcopus; & ex altera
» parte eſt via Carnificeriæ S. Germani, per quam directè itur ad portam Ciui-
» tatis Pariſienſ. quæ vocatur porta FF. Minorum & ad Eccleſiam eorundem
» Fratrum. Et à parte inferiori eſt via publica, per quam directè itur de S. Ger-
» mano ad portam Ciuitatis Pariſ. quæ vocatur porta S. Germani, quæ eſt prope
» Domum, quæ fuit claræ memoriæ D. Henrici quondam Illuſtris Regis Na-
» uarræ. Ex altera parte eſt quædam via, quæ in prædicta via Carnificeriæ S. Ger-
» mani incipit, iuxta puteum, qui eſt in dicta via, & iuxta domum G. Carnificis,
» quæ eſt ædificata in angulo iam prædictæ plateæ ex oppoſito dicti putei & ter-
» minatur in via nominata, per quam itur ad portam, quæ vt dictum eſt, vocatur
» porta S. Germani. Eo quod dicta Vniuerſitas dicebat ſe ius habere in dicta
» platea ex parte qua continuatur cum via prædicta, per quam itur ad FF. Mino-
» res in centum & ſexaginta pedibus ad pedes Regis menſurandis continuè & di-
» rectè ſecundum longitudinem & latitudinem in qualibet parte eius quia tantùm
» de dicta platea in iam dicta parte. Ex altera parte eadem Vniuerſitas dicebat &
» dicit ſibi eſſe legatum à M. Radulpho de Albuſone quondam Canonico Ebroï-
» cenſi, qui vt dicta Vniuerſitas dicebat, ius habebat in platea prædicta, in quan-
» tum eidem Vniuerſitati legatum fuerat ab eodem.

» Item ſuper eo quod Nos dicebamus nobis licere & licuiſſe Portam Abbatiæ
» noſtræ quæ eſt verſus Pratum, quod nuncupatur Pratum Vniuerſitatis, aperire
» & claudere quandocunque vellemus, & per eam intrare & exire liberè ſine
» contradictione cuiuſquam ad votum noſtrum cum vehiculo &ſine vehiculo, cum
» equo & ſine equo, vel aliter qualitercunque ad velle noſtrum; ac dictam por-
» tam & muros eius habere & tenere in illa diſpoſitione quæ continetur in qua-
» dam Ordinatione facta ſuper quadam alia controuerſia orta inter Nos & Vni-
» uerſitatem prædictam tempore D. G. (Gerardi de Morette) quondam Abbatis
» Monaſterij noſtri ab inclytæ recordationis D. Philippo Illuſtriſſimo Rege
» quondam Francorum, & ſuper limitatione foſſati Abbatiæ, quod eſt iuxta præ-
» dictum Pratum. Quam limitationem & diſtinctionem Nos dicebamus eſſe fa-
» ciendam ſecundum protenſionem & declarationem lineæ protrahandæ in con-
» tinuum & directum ab extremitate Pilariorum & columnarum, quæ ſunt extra
» muros Abbatiæ prædictæ iunctos cum ipſo foſſato iuxta pratum prædictum ver-
» ſus locum in quo cum Sequana coniungitur prædictum foſſatum, Vniuerſitate
» prædicta in eiſdem contrarium aſſerente. Tandem vocatis, vt moris eſt, Mona-

Digitized by Google

nachis noſtris ſuper hoc pluries, & ſpecialiter in pleno Monaſterij noſtri Capitulo congregatis, deliberatione maturâ & diligenti tractatu præhabitis. Pacem cum Vniuerſitate habere puro corde & ſpiritu affectantes, cum omni reuerentia quâ poſſumus & honore ad bonæ pacis & concordiæ & tranſactionis viam conſenſu vnanimi deuenimus, quod Vniuerſitas prædicta prælibatam plateam in longum & latum omnino, & omne ius quod in ea ſe habere dicebat & habere poterat quocunque titulo ſeu quocunque modo Nobis & Monaſterio noſtro & ſucceſſoribus noſtris ceſſit ex nunc in perpetuum, dimiſit & quittauit penitus & expreſſè ad noſtram voluntatem & voluntatem plenariam faciendam ſaluâ ipſi Vniuerſitati in ipſâ plateâ remanente viâ ad Pratum prædictum & alibi eundi, agendi in latum ſpatij viæ Regalis decem & octo pedes continentis, quæ debet incipere à cuneo domus, in qua nunc moratur D. Petrus D. Gratia nunc Aurelianenſis Epiſcopus protendendo ſe verſus viam publicam ante portam manerij quondam Odardi de Villa-Noua olim Præpoſiti Pariſienſis, per quam viam itur verſus portam S. Germani & verſus Pratum prælibatum: ita quod ab angulo Domus, in qua moratur D. Epiſcopus Aurelianenſis prædictus, menſurabuntur decem & octo pedes directè in latum verſus dictam Carnificeriam procedendo, & ab extremitate illorum decem & octo pedum producetur linea in continuum & directum vſque ad angulum Domus, quæ eſt ex oppoſito manerij prædicti, quæ fuit quondam Albini de Centum-Puteis Clerici, & ab angulo Domus in qua moratur Epiſcopus Aurelianenſis ducetur alia linea vſque ad viam dictæ portæ, quæ dicitur S. Germani, & in longum ex vna parte ſuperiori vſque ad inferiorem liberè, pacificè & quietè.

Item voluit & conceſſit ipſa Vniuerſitas quod nos & ſucceſſores noſtri prædictam portam quæ eſt ſupra Pratum prædictum aperire & claudere, & vti ea poſſimus in perpetuum execundo, intrando, eundo, agendo, cum equis & quadrigis & ſine eis liberè verſus Pariſius, vel Sequanam, vel villam S. Germani, vt melius viderimus expedire contradictione alicuius non obſtante.

Item voluit & conceſſit ipſa Vniuerſitas quod foſſatum prædictum limitetur, & quod Nos & ſucceſſores noſtri habeamus ſuper hæc ſecundum quod lineæ protractio recta nobis dimittendum fore declarabit in continuum & directum ab extremitate pilariorum & columnarum, murorum Abbatiæ noſtræ abſque additione adulterinâ & nouâ facta vel addita Pilarijs ſupradictis. Et quod in ea parte terræ ſuper foſſato nobis remanente muros ſimplices facere poſſimus ſine quernellis & fortalitijs alijs à ſimplici muro, perquæ Scholares poſſent lædi. Et quod ſi purgare velimus foſſatum, purgationes, ſeu quæ ex eis extrahi contigerit ex parte noſtra, non ex parte Prati iaciantur. Nos verò & ſucceſſores noſtri pro bono pacis & concordiæ antedictæ ipſi venerabili Vniuerſitati ſuiſque ſucceſſoribus tenemur & tenebimur in perpetuum ſingulis annis reddere & ſoluere 14. libras Pariſienſes annui & perpetui reditus pro præmiſſis & ratione præmiſſorum ad vſus pauperum Scholarium per Vniuerſitatem diſtribuendas. Quas 14. libras Pariſ. promittimus & tenemur Nos & ſucceſſores noſtri prædictæ Vniuerſitati ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum annis ſingulis reddere & ſoluere quatuor terminis Pariſius conſuetis: videlicet primo, in proximo feſto S. Remigij 70. ſolidos Pariſ. In ſequenti feſto Natiuitatis Domini alios 70. ſolid. In ſequenti Paſchate alios 70. ſol. & in ſequenti feſto B. Ioannis Baptiſtæ alios 70. ſolidos Pariſ. & ſic deinceps ſingulis annis prædictas 14. libras Pariſ. prædictis terminis prout ſuperius eſt expreſſum. Quas 14. libras percipiendas, vt dictum eſt, aſſignamus eidem Vniuerſitati ſuper Abbatia noſtra & ſuper omnibus bonis & reditibus eiuſdem percipiendas terminis ſupradictis ſub pœna quinque ſolidorum contra nos committenda pluries pro qualibet die per quam ceſſauerimus vltra octo dies, vltra quemlibet terminorum præfatorum vnà cum principali ſoluendorum, rata nihilominus compoſitione ſeu tranſactione & obligatione manentibus ſupradictis. Et debemus procurare conſenſum D. Regis Francorum de non compellendo Vniuerſitatem dictum reditum ponere extra manum, ad quem obtinendum ipſa Vniuerſitas apud ipſum D. Regem porriget preces nobiſcum, ſcribemuſque ad Curiam Romanam litteras ſupplicatorias D. ſummo Pontifici, quod ſuum in his conſenſum impartiatur, vt præmiſſa &

» ſequentia confirmet. Super quibus nihilominus ſimiliter dicta Vniuerſitas eidem » ſupplicabit. Voluit inſuper & conceſſit expreſſè & vnanimiter, quod Nobis & » ſucceſſoribus Noſtris liceat in perpetuum habere & retinere ſemper muros por- » tæ ſæpè ſupradictæ, in illa diſpoſitione & in illo ſtatu, in quo & in qua illos de- » creuit per ſuam iam dictam ordinationem inclytæ recordationis Philippus illu- » ſtriſſimus Dei gratia Francorum Rex, prout in litteris inde confectis plenius » continetur.

» Addidit etiam ipſa Vniuerſitas, quod nomine ipſius & ſucceſſorum Vniuer- » ſitatis omne ius & dominium quodcunque & quocunque modo habebat & ha- » bere poterat in foſſato prædicto & aqua eiuſdem, Nobis & Monaſterio noſtro » ceſſit & quittauit in perpetuum penitus & expreſſè. Nos enim omnia ſuperius » expreſſa promittimus bona fide ſolemniter & legitimè nos facturos, ſoluturos » & adimpleturos nomine noſtro, Monaſterij noſtri & ſucceſſorum noſtrorum fi- » deliter & integraliter obſeruare, ſicut ſuperius eſt expreſſum, & contra ipſa vel » aliquod præmiſſorum in perpetuum non venire, nec aliquid impetrare à Papa, » vel à Rege, ſeu Principe quocunque modo contra præmiſſa ſeu aliquod præ- » miſſorum nec conceſſis, ſeu concedendis; etiam vltra ſi fieret vti beneficio re- » ſtitutionis in integrum, doli mali, fraudis, læſioniſque cuiuſcunque voluntate » ſpontanea renunciantes, & omnibus alijs exceptionibus & allegationibus Iuris » & facti, per quas in aliquo poſſet præmiſſis vel alicui præmiſſorum derogari, » quas hîc haberi volumus pro expreſſis. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra » præſentibus litteris duximus apponenda. Datum & actum in pleno noſtro Ca- » pitulo anno Domini 1292. die Veneris ante natale Apoſtolorum Petri & Pauli. » Seruabitur hinc inde, & fient limitationes in ipſa compoſitione contentæ rea- » liter & de facto abſque impedimento, ab alterutra partium præſtando. Et ſi » contingeret in poſterum per alterutram partium contra dictam compoſitionem » aliquid attentari, quod per hoc nullum ius in petitorio, vel poſſeſſorio facienti » quæratur, nec parti alteri præiudicium generetur, niſi quatenus in præſenti » concordia eſſet aliquid immutatum.

» Nos verò Religioſi pro ſolutione prædictorum ex parte Vniuerſitatis peti- » torum 300. libras monetæ nunc currentis ſtatim & de præſenti poſuimus in ma- » nu ſequeſtra, à dicta Vniuerſitate recipiendas liberè & habendas omni mora & » impedimento ſublatis. Habitis licentia & aſſenſu D. noſtri Papæ de donatione » & tranſlatione Iuris Patronatus Eccleſiarum inferius nominandatum per Nos » Religioſos eidem Vniuerſitati facta, & per hoc occaſione præteriti temporis » erga Vniuerſitatem prædictam penitus remanebimus immunes, nec à nobis ali- » quid aliud occaſione prædictorum petere valebit Vniuerſitas prædicta in futu- » rum. Inſuper 14. libras annui reditus in quatuor terminis Pariſius conſuetis, & » etiam ſub pœnis adiectis, annis ſingulis tenebimur ſoluere Nos & ſucceſſores » noſtri Vniuerſitati prædictæ, & incipiemus ſoluere in proximo termino 70. ſolid. » Pariſ. & ſic ſemper in alijs terminis in perpetuum ſoluere tenebimur.

» Præterea pro bono pacis concordatum extitit & conuentum, quod porta » Monaſterij noſtri ſita verſus Pratum, Quod *Pratum Vniuerſitatis* nuncupatur, » quam iuxta compoſitionem prædictam apertam tenere poteramus, Nos & ſuc- » ceſſores noſtri, & quæ de præſenti clauſa eſt & murata, nunquam aperietur, » nec apertam tenere poterimus, nec debebimus, nec aliam ſimilem aperturam » habebimus vel habere poterimus exiſtentem verſus Pratum prædictum in futu- » rum.

» Inſuper Nos Religioſi prædicti pacis vinculo eidem Vniuerſitati deſiderantes » coniungi, & vt magis vigeat inter Nos affectio Charitatis & Vniuerſitatem » prædictam, Ius Patronatus ſiue præſentandi ad duas Parochiales Eccleſias ſitas » Pariſius, videlicet S. Andreæ de Arcubus, & SS. Coſmæ & Damiani ab olim » ad noſtrum Monaſterium ſpectans in Vniuerſitatem præfatam, conſenſu vna- » nimi purè & liberè tranſtulimus abſque aliquo contractu illicitæ pactionis, ſup- » poſitis tamen licentia & aſſenſu D. noſtri Papæ, pro quibus obtinendis Nos » Religioſi prædicti præfato D. noſtro ſupplicabimus & pro eadem ſupplicatione » eidem porrigenda certum nuncium cum expenſis noſtris proprijs ad Sedem » Apoſtolicam quantocius deſtinabimus, vt cum nuncijs dictæ Vniuerſitatis ad

Digitized by Google

dictam Sedem iam deſtinatis per Vniuerſitatem præfatam, qui etiam ſuper hoc " ſupplicabunt, poſſimus dictum aſſenſum & licentiam obtinere, ſaluo tamen & " retento nobis Religioſis & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum omni alio Iure " temporali, quod habemus in Eccleſijs memoratis maximè 30. ſolidos Pariſ. de- " bitos nobis & ſucceſſoribus noſtris à Curato S. Andreæ prædicti, & 30. ſolidos " Pariſ. nobis debitos ſingulis annis à Curato SS. Coſmæ & Damiani prædi- " ctorum. "

Item voluit & conceſſit ipſa Vniuerſitas, quod Nos & ſucceſſores noſtri " poſſimus de præfata platea à dictâ Vniuerſitate in Nos & ſucceſſores noſtros, " vt præfertur, tranſlata liberè ordinare ædificando in eadem, vel aliter de ea " diſponere valeamus, provt noſtræ placuerit voluntati & nobis videbitur expe- " dire, dum tamen via in compoſitione expreſſa eidem Vniuerſitati libera rema- " neat ſicut in eadem compoſitione continetur. Quod ſi prædicti aſſenſus & li- " centia à Domino noſtro Papa obtineri non poſſint, præſens tractatus nullus ſit " quantum ad omnes & ſingulas ſui partes. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra " præſentibus litteris duximus apponenda. Datum & actum in noſtro pleno Ca- " pitulo anno Domini 1345. die 19. menſis Iunij videlicet die Dominica ante fe- " ſtum Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ prædicti. Nulli ergo omnino hominum " liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis & Communionis infringere, vel ei " auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignatio- " nem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit " incurſurum. Datum Auenioni 4. Non. Martij, Pontificatus noſtri anno 4. "

Hic Ioannes Abbas cum quo tranſigit Vniuerſitas, vocabatur Ioannes de Preſſy, qui anno 1334. Petro de Corpolay ſucceſſerat. At alter Ioannes, cuius litteras refert, & conſtitutionem 14. librarum annui reditus, vocabatur de Cu- menis, vt ad annum 1292. retulimus. Porro ad cautionem prædictæ ſummæ 300. libellarum quam præſentes non habebant, oppignerarunt Abbas & Conuen- tus ſua vaſa & apud San-Victorinos depoſuerunt: quam in rem confectum eſt Inſtrumentum ſequens quod ſeruatur in Tabulario Vniuerſitatis.

In Nomine Domini, *Amen.* Nouerint Vniuerſi hoc præſens publicum In- " ſtrumentum inſpecturi quod anno eiuſdem Domini 1345. die menſis Iunij 22. " Indict. 13. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. D. Clementis diuina " prouidentia Papæ VI. an. 4. Pariſius in Camera Reuerendi Patris & D. Abba- " tis S. Victoris Pariſ. in mei Notarij publici infra ſcripti teſtiumque ſubſcripto- " rum præſentia ad hoc ſpecialiter vocatorum perſonaliter conſtituti ex vna " parte viri venerabiles & diſcreti *Guillelmus de Viridi-monte*, Scotus *Rector Vni-* " *uerſitatis Pariſienſis*, Robertus Libelli, Ioannes de Aſſenede Magiſtri in Theo- " logia, Ioannes Guydouche, Ioan. Bonæ-fidei, *necnon Procuratores 4. Nationum* " *dictæ Vniuerſitatis* adhoc deputati nomine & pro dicta Vniuerſitate vt dicebant, " & ex alia parte Reuerendus Pater & D. Ioannes de Precy Abbas S. Germani de " Pratis iuxta Pariſius, nomine ipſius & pro ipſo & Ioannes de Nouis viris, Guill. " de Taſſy, Rigaldus de Iancynaco, & Quidam alij nomine Conuentus dictæ Ec- " cleſiæ S. Germani de Pratis quandam concordiam, ſeu pacis vinculum inter ſe " fecerant conſenſu vnanimi *ſuper quadam platea quæ eſt iuxta Carnificinam dictæ* " *Eccleſiæ S. Germani*, & quibuſdam arreragijs dictis Religioſis à dicta Vniuerſita- " te petitis, provt in litteris hinc & inde factis plenius continetur. Et cum virtute " dictæ concordiæ dicti Abbas & Conuentus dictæ Eccleſiæ S. Germani 300. li- " bras monetæ nunc currentis ſtatim & de præſenti in manu ſequeſtra à dicta Vni- " uerſitate habendas & liberè recipiendas omni mora & impedimento ſublatis, " habitis licentia & aſſenſu D. noſtri Papæ de donatione & tranſlatione iuris Pa- " tronatus Eccleſiarum in litteris dictæ concordiæ nominatarum ponere teneren- " tur, conſenſu tam dictæ Vniuerſitatis quàm dictorum Religioſorum vaſa argen- " tea & alia aurea & argentea inferius nominata pro dicta ſumma pecuniæ in ma- " nu dicti *Abbatis S. Victoris Alberici* videlicet tanquam ſequeſtra dictus D. Abbas " S. Germani & alij Religioſi ſuperius nominati pro Conuentu poſuerunt, ſic " quod facta diligentia ex parte D. Abbatis S. Germani & Conuentus ſic tranſeat " dicta Ordinatio penes dictum D. noſtrum Papam, poterit dicta Vniuerſitas " 300. libras liberè accipere à dicto D. Abbate, ſeu omnia in depoſito poſita "

» penes dictum D. Abbatem S. Victoris per dictum Abbatem & Conuentum Ec» cleſiæ S. Germani prædictas 300. libras accipere & ſibi applicare.

» Sequuntur nomina vaſorum & aliorum in depoſito poſitorum & pondus » ipſorum ponderatorum per Ioannem de Solano Aurifabrum commorantem » Pariſius ante S. Leufridum vt dicebat. *4. Cuppæ in pondere 8. marcarum.*

» Item *vna cuppa*, vnus *Gobeletus* & 7. Cochlearia 8. marcarum.

» Item 3. cuppæ & 4. Coclearia 8. marcarum.

» Item 3. cuppæ, vnum coopertorium ad cuppam & 3. coclearia 8. marcarum.

» Item 2. cuppæ, vnus pes, duo coopertoria Cupparum, vnum coclear 8. » marcas & ſex ſtellingos habeas.

» Item vnus potus eſmaillatus, duo ciphi aurati, vnus paruus ciphus, vnum » cochlear 18. marcas.

» Item duo cochlearia, 8. ciphi, 8. marcas.

» Item duo cochlearia, 8. ciphi, 8. marcas & ſex ſtellingos.

» Item naucam ciphi & 3. cochlearia, 8. marcas.

» Item quoddam vas ad aquam benedictam 9. marcas, 6. vncias & 15. ſtellingos.

» Item 18. cochlearia integra & duo dilacerata 12. marcas, 4. vncias & 5. ſtel» lingos. Summa rotalis 92. marcarum 3. vnciarum & 12. ſtellingorum.

» Item 30. ſcuta auri, duplex auri, vnus Angelus de medijs & duo Floreni de » Florentia. Et omnia prædicta ſic fuerunt depoſita in ſequeſtra manu dicti D. » Abbatis S. Victoris per dictos Religioſos S. Germani pro dicta Vniuerſitate ſe» cundum litteras concordiæ tam per dictam Vniuerſitatem confectas quàm etiam » per dictos Religioſos pro dictis 300. libris, per dictam Vniuerſitatem recipiendis » ſecundum dictarum litterarum concordiæ continentiam & tenorem. Et de his » ſic factis voluerunt tam dictus Rector Vniuerſitatis & Deputati ab eadem ibi» dem præſentes nomine ipſius Vniuerſitatis & pro ipſa quàm etiam ipſi Religioſi » nomine ſuo & pro ipſis per me Notarium publicum infra ſcriptum fieri publi» cum Inſtrumentum, vnum vel plura tot & quot eſſent eiſdem neceſſaria, ad» ſtantes & præſentes ibidem in horum teſtimonium inuocando. Acta fuerunt » hæc anno, menſe, die, indictione, Pontificatu & loco prædictis. Præſentibus » adhæc viris venerabilibus & diſcretis Religioſo viro fratre Ioanne de Monte» rolio Monacho S. Victoris, MM. Ioan. de Bouuy, Stephano Poſtelli, Galtero » de Den, Richardo Grancheyn, Petro, Henrico, Conrado Bedellis Nationum » Picardiæ, Normaniæ & Angliæ & multis alijs in horum teſtimonium euocatis » ſpecialiter & rogatis. Et Ego Simon dictus Quinimo Clericus Tullenſis Diœ» ceſis, publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Curiæque Pariſienſis Nota» rius præmiſſæ ſequeſtrationi & omnibus alijs & ſingulis ſupra ſcriptis dum ſic » dicta die agerentur, vna cum dictis teſtibus præſens fui. Et hæc propria manu» ſcripſi & publicaui, ſignoque meo in talibus conſueto ſignaui rogatus. Notatur » hiſce characteribus B. 5. N.

Atque vt vno ductu vnoque tenore abſoluamus ea quæ ad hanc compoſitionem concordiamque pertinent, extat in eodem Tabulario aliud Inſtrumentum ſub hiſce characteribus B. 5. O. datum an. 1346. quo idem Abbas Ioannes nonnullos è ſuis Commonachis deſignat ad conueniendum cum Vniuerſitate de ſumptibus & taxa Impenſarum pro parte ſua factarum ab ijs qui Concordiam prædictam apud ſummum Pontificem promouerunt. Tale autem eſt.

» Datum per Copiam ſub ſigno mei Tabellionis infra ſcripti. Nouerint Vni» uerſi quod nos Ioannes permiſſione diuina humilis Abbas Monaſterij S. Ger» mani de Pratis iuxta Pariſius, facimus, conſtituimus & ordinamus pro nobis & » nomine noſtro Procuratores noſtros & Nuncios ſpeciales videlicet Fratres Re» ligioſos & Commonachos noſtros Richardum de Fonteneto Officialem no» ſtrum & Girardum de Franconvilla, Granatorium noſtrum & eorum quem» libet in ſolidum ad audiendum ordinationem & taxationem *Reuerendorum Ma» giſtrorum Deputatorum ex parte venerabilis Vniuerſitatis Pariſienſis pro Nuncijs* qui » laborauerunt in Curia Rom. pro compoſitione inter prædictam Vniuerſitatem » & nos erga D. noſtrum ſummum Pontificem confirmanda. Dantes & conce» dentes per præſentes prædictis Procuratoribus noſtris poteſtatem plenariam » & mandatum ſpeciale tenendi noſtro nomine obſeruandi & ſoluendi taxationem

pro

pro portione noſtrâ provt per prædictos Deputatos fuit taxatum & ordinatum, & promittimus bonâ fide ſoluere nuncijs taxationem prædictam. Necnon damus poteſtatem prædictis Procuratoribus noſtris & cuilibet ipſorum vendendi iocalia argentea quæ nunc ſunt penes S. Mathurinum in depoſito poſita & cum ipſis conueniendi & reconueniendi ſi neceſſe fuerit & omnia alia faciendi quæ erunt neceſſaria in præmiſſis vel in aliquo præmiſſorum, prov noſmet faceremus ſi præſentes fuiſſemus, habentes ratum & gratum quidquid actum ſiue geſtum fuit in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum. Quod omnibus quorum intereſt & præſens tangit negotium, intimamus. Datum teſte ſigillo noſtro in Monaſterio noſtro prædicto, anno Domini 1346. die 26. menſis Septemb.

Et Ego Simon dictus Quinimo Clericus Tullenſis Diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Curiæque Pariſienſis Notarius præmiſſas litteras Procuratorias ſigillo & contraſigillo dicti D. Abbatis prima facie apparebat, ſigillatas propria manu tranſcripſi & publicaui nihil: d.lens vel minuens quod eorum ſenſum mutet vel variet, diligentemque collationem earundem feci abſcultando vnà mecum M Balduino Ledeſne Magiſtro in Artibus, Petro de Tullo Clerico anno Domini 1346. die 27. menſis Septemb. Indict. 15. Pontif. D. Clementis Papæ VI. anno 5.

Pecuniam autem debitam ſoluerunt Monachi Rectori, qui temporibus iſtis Quæſtor erat ærarij communis, ſeu Receptor pecuniæ publicæ Nam in Reg. Nat. Anglicanæ legimus ipſi fuiſſe ſex ſcuta perſoluta à Rectore ex parte Abbatis S Germani, tum Procuratore ipſius Nationis M. Gotfrido de Parchim ſeu Parchiui an. 1347. menſe Aprili. *Inuentarium quarundam rerum Nationis repertarum in Ciſta eiuſdem apud* S. Coſmam ſub manu publica factum, in Arcam Nationis reponebatur apud S. Mathurinum.

Item 20. Cathedras (monetæ genus) receptas *à Iaketo Bedello Gallicorum ex parte Vniuerſitatis, nomine Nationis in arcam repoſuit ante dictam.*

Item ſex ſcuta à Rectore recepta nomine Nationis ex parte Abbatis S. Germani in arcam repoſuit ſupradictam.

Porro vt ad Patronatum Academicum redeamus, Tranſactio ſupradicta & iuris Monachici ad Vniuerſitatem tranſlatio nouiſſimus noſtris temporibus grauiſſimæ litis materiam præbuit nouiſſimis dico temporibus: nam ab anno 1345. facta eſt tranſlatio Patronatus ad an. 1585. non eſt dubitatum vllatenus de iure ſingulari & omni modo Vniuerſitatis; nec creditum valere reſignationem aut permutationem Curiarum prædictarum, quam ipſa non admiſiſſet. Cuius rei fidem facit ſeries illa non interrupta quam dedimus Curionum, quorum nemo eſt qui non fuerit ab Vniuerſitate admiſſus & præſentatus, factum ne id caſu & fato aliquo, an quia ſemper fuit perſuaſum omnibus Patronatum Vniuerſitatis eſſe eiuſmodi, vt nullâ Collatione Pontificiâ poſſet coërceri, nullâ reſignatione quam non admiſiſſet ipſa prius, præueniri? dicere enim quod antiquitus admittebantur ab Vniuerſitate nullo negotio reſignationes & permutationes, ideoque tranſalpinatio neceſſaria non erat, ridiculum eſt. Nam cum vel Vniuerſitas ipſa in Comitijs Centuriatis, vel Facultates & Nationes pro ſua ſingulæ vice reſignationes admitterent, quæ ex pluribus ſingulæ Magiſtris & Suppoſitis conſtant, quorum quiſquis reſignationem optabat, demerenda erat gratia, id ſi dijs placet, faciliùs erat, quàm vni Tabellioni pecuniam & Curſori litteras dare Romam perferendas? Equidem ab an. 1345. ad an. vſque 1585. vnus inuentus eſt Dominicus *le Cirier*, S. Germani veteris Curio, qui cum ab Vniuerſitate non potuiſſet Antonio nepoti reſignationis gratiam obtinere, Romam tentauerit, vt obtineret. Quo intellecto Natio Normanica cuius vices recurrerant nominandi, videns ſpretâ *Vniuerſitate quæ Gentilitio ſiue laïco*, vt dicunt, *Patronatu gaudet*, id minimè licere, hacque ratione Sacerdotium vacare, nominauit ipſa M. Simonem Vigor tunc Procuratorem ſuum. At neque Dominicus dum vixit, neque Antonius poſt mortem Patrui Collationis vllius Romanæ tabulas auſi ſunt exponere. Adeò tum omnium opinione certum erat ius Patronatus Academici.

Verum audaciore iſtis fuerunt Claudius Verſoris Curio S. Coſmæ & Petrus

le Tenrier an. 1585. Nam Verſorius accepti ab Vniuerſitate Beneficij immemor quo ab an. 1532. ad prædictum an. 1585. potitus fuerat, verſuram facere voluit, ſuoque Tenrerio Reſignationem quam inconſultâ Vniuerſitate apud Curiam Rom. admitti curauerat, aſſerere conatus eſt. Vniuerſitas veluti rebus integris M. Ioannem Hamiltonem præſentauit, & lite ad Senatum Pariſ. delatâ prolatis pro Patronatu & contra Patronatum Vniuerſitatis rationibus multiplicibus, obtinuit, quoad poſſeſſionem, vindicias Hamiltoni, quoad ius, vt ampliaretur.

Anno 1664. orta eſt iterum ea de re quæſtio. Natalis de Brix eiuſdem Curiæ Rector ſpretâ Vniuerſitate Romam adijt, & Ioanni Liſoto Magiſtro in Artibus, Vicario ſuo ejurationis ſeu reſignationis admiſſionem obtinuit. Eo fatis functo Vniuerſitas M. Dionyſium Defita Regiæ Societatis Nauarricæ Doctorem Theologum à Natione Germanica, cuius tum vices erant, nominatum præſentauit. Hinc orta lis. Liſotus, quia poſſeſſionem inierat prior, Curiam rexit interim & fructibus eiuſdem potitus eſt per biennium ferè. Venit tandem dies Decretorius, & in forum deſcenderunt 4. validiſſimi Cauſidici, longo vſu dicendi exercitatiſſimi; illinc à Liſoto M. Michaël *Langlois*, & à Parœcis M. Iacobus Abraham. Hinc ab Vniuerſitate M. Iacobus *Mareſchaux* vir Rectorius & rerum Academicarum ſcientiſſimus; à M. Dionyſio Defita Bonauentura *de Forcroy*. Inter eos vna hæc potiſſimum Quæſtio, *De qualitate Patronatus Academici.*

Et quia cauſam hanc ſuam fecerat Vniuerſitas, atque Iuriſdictionis à Romana Curia vſurpatæ querelas detulerat, hiſce rationibus ius ipſius aſſeruit prior M. Iacobus *Mareſchaux*. 1. In hac cauſa nihil ſibi videri hactenus allatum noui, nec cum facta eſt nuper conjectio (Communicationem vocant) apud Treſviros Regios, collatum ſeu communicatum aliquid à M. Michaële Langloiſio, quod non fuiſſet an. 1586. dictum collatumve à Loiſelio. Extare Seruini orationem pro Hamiltone contra Tenrerium; extare & Loiſelij pro Tenrerio contra Hamiltonem. Eaſdem rationes malè nunc repeti, malè Iudicum aures fatigari, maximè poſt rem iudicatam. Latum quippe tunc Senatuſconſultum & datas Hamiltoni ab Vniuerſitate præſentato vindicias. Eiuſmodi verò Senatuſconſultum cum nullâ ſui parte fuerit hactenus labefactatum, vel tranſiſſe in Decretorium, elapſis nempe 80. annis; atque ita locum liti nōn ſubeſſe; vel ſi vindiciarum retinet adhuc naturam, ſeu, ſi vt vocant, prouiſorium eſt tantummodo, pendente eâ lite in Senatu, nihil agi potuiſſe contra in Romana Curia.

2. Ad ſtatum Vniuerſitatis quod attinet; eam quidem inſtitutionis eſſe Regiæ, in ſubſidium quoque Eccleſiæ: at non propterea Eccleſiaſticam debere nuncupari. Qualitatem eius ex partibus attendendam ex quibus conſtat, quarum nulla eſt quæ lege publicâ, ſeu Regiâ, ſeu Pontificiâ Sacerdotio aut vlli Clericatus Ordini Graduive adſtricta ſit. Eſto Theologia ſibi, quia ita voluit, legem dixerit quâ foret Eccleſiaſtica; at illam tam facilè abrogare poſſe, quàm facilè tulit. Rectorem, qui Caput eſt ſine dubio, Vniuerſitatis, cœlibem quidem eſſe ex ſtatutis, at Laïcum ſæpènumero nec ad eam Dignitatē obtinendam aut gerendam Gradum vllum Eccleſiaſticum deſiderari, aut vnquam deſideratum. Neminem eſſe porrò, qui Cœlibatum ab Eccleſiaſtico charactere non diſtinguendum putet: alio quippe fine Cœlibes eſſe debere Magiſtros, alio Eccleſiaſticos. Ex his ergo patere, Patronatum de quo ſermo eſt, ſi ſtatum ipſius Vniuerſitatis ſequitur, nullatenus poſſe dici Eccleſiaſticum, ſed, ſi non omnino laïcus eſt, Mixtum ſaltem debere nuncupari, cum ipſa promiſcuè tam ex Laïcis quàm ex Eccleſiaſticis conſtet.

Excepit Langloiſius duabuſque potiſſimum rationibus à qualitate Vniuerſitatis & Patronatus eiuſdem petitis Eccleſiaſticum eſſe contendit. 1. quidem Vniuerſitatem eſſe totam Eccleſiaſticam. Eam à Carolo M. ad opem & ſubſidium Eccleſiæ inſtitutam, idque patere ex eius Diplomate quod refert Middendorpius. Eam ab Eccleſiaſticis viris adminiſtratam primitus & compoſitam: in ea præcipuas partes eſſe Theologicæ Facultatis, quæ tota Eccleſiaſtica eſt. Illam quippe primariam eſſe Facultatem, Dominam & Dominatricem; cæteras famulari vt ſecundarias; atque id iure, cum à priſco inſtituto deſciuerint; fuiſſe

enim omnes initio Eccleſiaſticas ; at proceſſu temporis langueſcente Diſciplinâ factas ſenſim Laïcas, aut Laïcis ſimiles, admiſſis nempe ad docendum Laïcis, inualuiſſe quoque conſuetudinem, ſed prauam, vt Laïcus Rector eſſe poſſit. Reducendam eſſe Vniuerſitatem ad priſtinum inſtitutum, vt ad priſtinum ſplendorem reducatur.

Ad hæc vel ipſum nomen *Clerici* indicare qualitatem Vniuerſitatis ; cuius Magiſtri Scholareſque vocentur vulgò Clerici : hinc & *Pratum Clericorum* nuncupatum. Eidem Vniuerſitati hoc nomine & propterea quod Eccleſiaſtica reputatur, in Concilijs Generalibus & in Comitijs Regni Gallicani ſi ſedeat, locum aſſignari inrer Eccleſiaſticos.

2. Patronatum Academicum Eccleſiaſticæ eſſe originis ; nempe à Monachis San-Germano Pratenſibus ad Vniuerſitatem tranſlatum ; ab Eccleſiaſticis quippe ad Eccleſiaſticos ſeruatâ naturâ primigeniâ, nec aliter transferri potuiſſe. Pudendum autem ipſi Vniuerſitati quod nunc certet inter laïcos reponi. Atque his rationibus duas audientias dicendo conſumpſit, tertiamque poſteà replicando.

Abrahamus Parœcorum vota extulit diſertis planè verbis, optauitque priſcorum ſecolorum redire puritatem & ſanctitatem in Electionibus Paſtorum ; ad quam quaſi poſtliminio reuocandam Iudices hortatus eſt ; de cauſa parum dixit.

Forcroyius, cui perorandi gloria relicta fuerat, incredibili vir ingenij perſpicacitate eloquentiaque ſingulari & efficaci prædirus vnâ audientiâ rem complexus eſt. Ac primùm aſſeruit Carolo M. Vniuerſitaris Pariſ. inſtitutæ & erectæ gloriam, non quomodo Langloiſius, qui eam in Monaſterijs & Epiſcopijs ab iſto Principe collocatam voluit, ſed longè nobiliori inſtituto, eductâ nempe è Monaſterijs & Epiſcopijs profeſſione litterarum in apertam lucem. Hinc Patres Eccleſiæ Gallicanæ habitâ Pariſijs Synodo an 829. Ludouicum Pium Caroli filium admonuiſſe, vt Scholas publicas quas Pater inſtituerat, autoritate ſuâ ſtabiliret, his verbis eum compellantes. *Obnixè ac ſuppliciter veſtræ Celſitudini ſuggerimus, vt Morem Paternum ſequentes, ſaltem in tribus congruentiſſimis Imperij veſtri locis* Scholæ Publicæ ex veſtra autoritate *fiant, vt labor Patris veſtri ac veſter per incuriam, quod abſit, labefactando non depereat : quoniam ex hoc facto & magna vtilitas & honor S. Dei Eccleſiæ & vobis magnum mercedis emolumentum & memoria ſempiterna accreſcet.*

Iam verò vt inrelligatur Vniuerſitatis ſtatus, atque è ſtatu Patronatus, ſitne Laïcus an Eccleſiaſticus, definiendum ſolummodo ſibi videri, *quid ſit Corpus Eccleſiaſticum, quid Academicum.* Naturam verò vtriuſque è fine meriendam. Eccleſiaſtici Corporis has eſſe partes, hæc munera. *Altari ſeruire, Confeſſiones audire, fidem prædicando ſeminare, ſacra demum miniſteria obire.* Hoc verò vnicum Academici, *docere publicè quaſcunque Artes, quaſcunque diſciplinas, ſacras, profanas.* Ad docendum porro, non modo non requiri Gradum Clericalem ſeu Sacerdotalem ; quin potius obeſſe ſæpè publicæ litterarum Profeſſioni ; longè enim diſtantia disjunctaque eſſe ſtudia, Eccleſiæ munia obire & Scholarum. Hinc factum, vt cum ijs ſæpè diſpenſatum ſit de rigore diſciplinæ Eccleſiaſticæ, qui Sacerdotio adſtricti publicè docerent. Cedente ſcilicet ſacrâ lege profanæ Profeſſioni ob bonum publicum, vno verbo ſacrum miniſterium vocari Act. 1. c. 1. *τὸν κλῆρον τῆς διακονίας.* Et Cod. Theodoſ. lib. 2. Conſtantini Clericos appellari *qui diuino cultui miniſteria Religionis impendunt.*

Nec vero obſtare 1. Theologorum Ordinem, quominus laïcum[illegible]ur certè mixtum ſit corpus Vniuerſitas ; non tantùm quia è quatuor Ordinibus ex quibus omnino conſtat Vniuerſitas, vnus ſe priuatâ lege Sacerdotalem fecit, ſed quia Theologiam docere non eſt, nec fuit vnquam neceſſariò ſolius Sacerdotis.

Nec obſtare 2. quod ſi numerus ineatur Magiſtrorum Vniuerſitatis, maior forte futurus ſit Clericotum quàm Laïcorum. Eſto enim ita ſit, non à maiori ſeu ampliori numero perſonarum, vtpote, incerto, Corpus Eccleſiaſticum aut Laïcum definiri debere, vt malè definiunt Panormitanus & alij Doctores Italici, ſed à Miniſterio & fine certo. Nec, ſi plures ſint Abbates & Epiſcopi in Academia Regia litteratorum quàm Laïci, illam ob id effici Eccleſiaſticam.

quia non exercent illi ſacrarum Inſularum ibi munia, ſed Artium & Diſciplinarum; quæ munia profana ſunt, certè non Eccleſiaſtica. Præclarè in hanc rem Carolum Molinæum in Notis ad Decium verbo *Plures* cap. ex litteris, ita commentari, *ita omnes tradunt, quod ab errore vulgarium proceſſit, ignorantium quid ſit corpus Eccleſiaſticum, ſed in veritate non poteſt cenſeri Collegium Eccleſiaſticum, niſi ſit profeſſionis & Miniſterij Eccleſiaſtici.*

Nec obſtare 3. *Clerici* nomen, lippis enim & tonſoribus notum eſſe, non eo nomine ſignificari tantùm viros Eccleſiaſticos, ſed & litteratos quoſcunque & Artis alicuius gnaros; imò & ipſos Scholaſticos ita vocitari, & Procuratorum Cauſidicorumque Amanuenſes.

Nec obſtare 4. Conſeſſum Academicorum inter Eccleſiaſticos in Concilijs Generalibus & Comitijs Regni; id enim accidere non ob Gradum aut Characterem Eccleſiaſticum quem habeant, ſed propter commercium litterarum quod habent cum Eccleſiaſticis commune. Et quia more Corporis liberi, ſectantur & accipiunt quod ſibi commodius putant.

2. Patronatum origine licet Eccleſiaſticum, non ſemper ſeruare naturam primigeniam: rem eſſe quippe indifferentem ex ſe, vt ab Eccleſiaſtico aut à Laïco poſſideatur. In Monachis Eccleſiaſticum fuiſſe, in Vniuerſitate Laïcum eſſe, aut Laïco ſimilem. Nec, niſi fuiſſet Vniuerſitas reputata Corpus Laïcum aut Laïco ſimile, opus futurum fuiſſe autoritate Pontificiâ ad tranſlationem Patronatus. Ita enim cenſere Doctores de tranſlatione Patronatuum, vt ſi fiat ab Eccleſiaſticis ad Eccleſiaſticos, ſufficiat Ordinariorum approbatio; ſi ab Eccleſiaſticis ad Laïcos, Pontificia deſideretur.

3. Poſt Senatuſconſultum an. 1586. contra Tenrerium pro Hamiltone latum ſecundum vindicias, neminem Doctorum noſtrorum de qualitate Patronatus Academici dubitaſſe. Renato Choppino laïcum videri, talem Molinæo; talem alijs qui tum & deinde ſcripſerunt, malè ergo nunc Reſponſa Prudentum exagitari; & quod iudicatum eſt, in quæſtionem reuocari.

Sed vt iſtius cauſæ finem attingamus tandem, auditis Patronis, auditis quoque Partibus & Rectore, poſtremo audito per tres horas Bignonio Aduocato Generali, Magni Parentis non degenere filio, tamque digno in Munere iſto perhonorifico quàm in ſincero erga Vniuerſitatem Pariſ. affectu, ſucceſſore, qui rem omnem omneſque rei circunſtantias quantâ diligentiâ, quàm curioſo ſtudio, & quantâ vi rationumque pondere fieri poteſt, pro ſua ſingulari ſuauitate dicendi complexus, animos Iudicum ad aſſerendum Academiæ ius ſuum ſublatâ quacunque dubitandi ratione conuertit, Lamonius *Auguſti Senatus* Princeps conſultis 30. Iudicibus qui aderant, ex eorum ſententia & voto, eâ quâ ſolet Maieſtate & grauitate pronunciauit. *Curiam Vniuerſitati jus ſuum illibatum & integrum eſſe velle. Obtentas à Romana Curia litteras declarare nullas, irritas & abuſiuas. Dionyſio Deſita poſſeſſionem aſſerere, abſque reſtitutione tamen fructuum & impenſarum.* Cætera referent Annales Academici ſuo tempore cum ipſo Senatuſconſulto & oratione Bignonij. Vnum tamen hîc omittere non poſſum, quod cum Lamonium magno comitatu inuiſiſſemus gratias acturi, Nos ille monitos voluit, Curiam noluiſſe quidquam de ſtatu Eccleſiaſtico vel Laïco decernere, vt ea ſemper fruatur Vniuerſitas libertate, iiſque priuilegijs Eccleſiaſticis & Regijs quibus hactenus vſa eſt, more corporis mixti & liberi.

Eodem anno cum Ludouicus Bauarus Imperator Legatos Auenionem ad Clementem Pontificem de pace miſiſſet, hæc ab eo reſponſa habuit, eaſque conditiones. 1. Vt Willielmum Okamum Minoritam Hæreſiarcham cum Collegis Pontifici dederet. 2. Vt decreta aduerſus Ioannem XXII. lata reſcinderet, opprobria recantaret. 3. Vt Edicto perpetuo publicè declararet *Imperium eſſe Papæ Beneficium, nec ante Cæſarem eſſe aut vocari poſſe quàm Pontifex autor fieret.* Hæc vbi ad Imperatorem relata ſunt, protinus ille conuocatis Francofurti Proceribus, ex omnium vnanimi ſententia decernit, poſtulata huiuſmodi praua eſſe, inepta, antiquata, nec ſapere modeſtiam Eccleſiæ. Rex Bohemus huic Decreto ſubſcribit, iuratque in verba Imperatoris. Nihilominus adit Clementem, eumque ad pacis æquas conditiones adducere conatur, ſed fruſtra. Nec plus proficit Philippus Francorum Rex. Conſulitur Academia Pariſienſis

ſuper his. Et conſulti Doctores reſponderunt leges iſtas pacis ſibi videri iniquas, & ſuperbas atque æquitati Chriſtianæ contrarias. Idem reſponſum ab Academia Bononienſi. Oxamus io Papam inuehitur acrius vt in Antichriſtum, & libro ſuo huoc titulum ioſcribit, *Vindex pacis Chriſtianæ.* Hinc ab vtraque parte diſſertationes editæ plurimæ & libelli. meminit huiuſce diſcordiæ Auenrinus lib 7. Hiſtoriæ Bohemicæ. *Conſulti iuſſu Regum Theologi Lutetiæ Pariſiorum reſcripſere reſponſa Clementis non ſolùm iniqua, ſuperba, ſed & contraria æquitati Chriſtianæ eſſe. Idem Bononienſes fecerunt.*

Anno 1346. Clemens Pontifex priuilegium amplificauit quod an. 1. ſui Pon- 1346.
tificatus Scholaribus in Theologia ſtudentibus conceſſerat, vt Beneficiorum ſuorum fructibus gauderent ad quinquenoium etiamſi in eis non reſiderent. Quo intellecto Vniuerſiras non tantùm Theologis, ſed & alijs aliarum Facultatum Scholaribus impetrauit vt ijſdem gaudereur ad ſeptennium. Legitur hocce priuilegium in antiquo Codice membraoaceo Nationis Gallicanæ, his verbis.

Priuilegium Clementis Papæ VI. quod Magiſtri & Scholares Pariſ. in qualibet Facultate ſtudentes gaudeant fructibus Beneficiorum ſuorum vſque ad ſeptennium, non obſtante quod non reſideant in eiſdem.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Vniuerſitati Magi- «
ſtrorum & Scholarium ſtudij Pariſienſis Sal. & Apoſt. bened. *Dum ſolicitæ conſi-* «
derationis indagine in mente reuoluimus fructus vberes & palmites precioſos, quos Pa- «
riſienſe ſtudium præ alijs Generalibus ſtudijs in prærogatiua ſcientiarum ſingulare vbi- «
que diffundit, dignum & rationabile reputamus, vt petitionibus veſtris præſer- «
tim in his quæ Magiſtrorum & Scholarium ipſius ſtudij commoditatem reſpi- «
ciunt, fauorabiliter annuamus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicatiooibus in- «
clinati, vobis authoritate præſeotium indulgemus, vt vuiuerſi Magiſtri & «
Scholares in præfato veſtro ſtudio actu ſtudentes in qualibet Faculrate licita «
inſiſtendo ſtudio fructus, reddirus & prouentus omnium Beneficiorum ſuorum «
Eccleſiaſticorum, etiamſi curam habeant animarum cum ea integritate vſque «
ad ſeptennium percipere liberè valeant cotidianis diſtributiooibus duntaxat «
exceptis, cum qua illos percipereot, ſi in locis ſiue Eccleſijs in quibus huiuſ- «
modi beneficia fuerint, perſonaliter reſiderent. Ac interim ad reſidendum in «
eis minimè teneantur, neque ad id à quoquam inuiti valeant coartari. Non «
obſtantibus ſi dicti Magiſtri ac Scholares, vel eorum aliqui primam ſeu quam- «
uis aliam in eiſdem Eccleſijs non fecerint perſonalem reſidentiam cooſuetam; «
ſeu quibuſcunque ſtatutis & conſuetudinibus ipſarum Eccleſiarum contrarijs, «
iuramenro, confirmatiooe Apoſtolica vel alia quacunque firmitate vallatis, «
etiamſi de illis ſeruandis & non impetrandis litteris Apoſtolicis contra ea, ac «
ipſis litteris non vtendo, etiam ab alio vel alijs impetratis, ſeu quocunque mo- «
do conceſſis, præfati Magiſtri & Scholares per ſe vel Procuratores eorum «
præſtiterint, vel eos præſtare contigerit in poſterum forſitao iuramentum. Seu «
ſi locorum Ordinarijs à Sede Apoſtolica ſit indultum, vel in poſterum indul- «
geri contigerit, quod Canonicos & perſonas Eccleſiaſticas ſuarum Ciuitatum «
& Diœceſeon Beneficia huiuſmodi in eiſdem Eccleſijs obtinentes per ſubſtra- «
ctionem prouentuum ſuorum Eccleſiaſticorum, vel aliàs compellere valeant ad «
reſidendum perſonaliter in eiſdem, aut ſi eiſdem Ordinarijs ac Dilectis filijs «
noſtris Capitulis earundem Eccleſiarum, vel quibuſuis alijs communiter, vel «
diuiſim ab eadem ſit Sede conceſſum, vel medio tempore concedi contigerit, «
quod Canonicis & Perſonis earundem Eccleſiarum Beneficia in dictis Eccleſijs «
obtinentibus non reſidentibus in eiſdem, vel qui primam in eis reſidentiam «
non feciſſent, fructus, redditus & prouentus Beneficiotum ſuorum Eccleſia- «
rum ipſarum miniſtrare minimè teneantur, & ad id compelli non poſſint per «
litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad ver- «
bum de Indulto huiuſmodi mentionem. Et quibuſlibet alijs priuilegijs, in- «
dulgentijs & litteris Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus quorumcunque «
tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta «
effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quo- «
rumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Prouiſo «

„ quod Beneficia huiuſmodi debitis interim non fraudentur obſequijs & anima-
„ rum Cura in eis quibus forſitan illa imminet, nullatenus negligatur, ſed per
„ bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de Beneficiorum ipſorum prouentibus
„ neceſſaria congruè miniſtrentur, diligenter exerceatur & deſeruiatur inibi lau-
„ dabiliter in Diuinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ
„ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c.
„ Datum Auenioni 4. Non. Martij, Pontific. noſtri anno 5.

Huiuſce Priuilegij Conſeruatorem conſtituit idem Pontifex Siluanectenſem Epiſcopum, ad quem eiuſdem extat Bulla in prædicto Codice, his verbis.

„ Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Silua-
„ nectenſi Sal. & Apoſtol. bened. Dum ſolicitæ conſiderationis indagine, &c. vt
„ ſupra vſque *ad deſeruiatur ibi laudabiliter in Diuinis*. Quocirca fraternitati tuæ per
„ Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per te vel alium ſeu alios eiſdem Magi-
„ ſtris & Scholaribus, vel Procuratoribus ipſorum facias autoritate noſtra præ-
„ dictos fructus, redditus & prouentus iuxta huiuſmodi noſtræ Conceſſionis teno-
„ rem per idem ſeptennium integrè miniſtrari. Non obſtantibus omnibus ſupra-
„ dictis, ſeu ſi eiſdem Ordinarijs & Capitulis, vel quibuſcunque alijs communiter
„ vel diuiſim ab ea ſit, Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommu-
„ nicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam,
„ ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem. Contradictores
„ autoritate noſtra appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Datum Auenione
„ 4. Non. Martij, Pontific. noſtri anno 5.

Eodem anno idem Pontifex dedit ad Ianam Reginam litteras, ex quibus intelligimus Regem Philippum tuliſſe ſententiam in Cardinales eorumque ac Papæ familiares, qui Beneficijs Eccleſiaſticis in Francia potiebantur excluſis Francigenis. Nam ipſe Clemens Reginæ gratias agit, quod effeciſſet, vti Decretum iſtud abrogaretur. Legitur autem eius Bulla in 4. tomo Spicilegij Dacheriani his verbis.

„ Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Cariſſimæ in Chriſto filiæ Ioan-
„ næ Reginæ Illuſtri & Sal. & Apoſtol. bened. Serenitatis tuæ, filia Cariſſima,
„ litteras lætâ manu recipimus, inter cætera continentes, qualiter his quæ Dile-
„ ctus filius M. Firminus de Coquerello Decanus Eccleſiæ Pariſienſis Cariſſimi
„ in Chriſto filij noſtri Philippi Regis Franciæ Illuſtris ac tuus Conſiliarius ſuper
„ illis nouitatibus aduerſus Deum & libertatem Eccleſiaſticam per litteras dicti
„ Regis, (neſcimus quorum minus prouidis conſilijs,) his diebus præteritis at-
„ tentatis, tuæ Regiæ magnificentiæ pro parte noſtra expoſuit, intellectis. Tu
„ filia benedictionis & gratiæ apud Regem eundem ſuper reuocatione huiuſmodi
„ attentatorum eodem præſente Decano, precibus opportunis inſiſtens, tandem
„ Rex ipſe præmiſſa, *quoad Beneficia venerabilium Fratrum noſtrorum S. Rom. Eccleſiæ*
„ *Cardinalium, ac noſtrorum & ſuorum Obſequentium & familiarium duxerat inclinatus*
„ *precibus huiuſmodi reuocanda, quodque pro diuina reuerentia, honore Eccleſiæ ac noſtri*
„ *conſiderationе ſuper plena & integra reuocatione apud Regem ipſum inſiſtere intendebat.*
„ Nos igitur benignitatem Regiam, &c. Datum Auenioni, Idibus April. Pontif.
„ noſtri anno 5.

Eodem anno Minoritæ Comitia ſua Generalia celebrarunt Venetijs: & ad eos Clemens ſcripſit, vt ſententias à Prædeceſſoribus ſuis latas & à ſe confirmatas contra Ludouicum Bauarum in ipſa Sede Capitulari & in reliquis Ordinis ſui Conuentibus promulgarent; quibus eundem in die Cœnæ Dominicæ diris deuouit, Imperialibus Ornamentis & Iuribus omnibus priuauit, fidelitatiſque ſacramento ſubditos exemit. Hinc nonnulli occaſione arreptâ iugum excutiunt, & contra Ludouicum Comitia celebrant apud Bonnam. Ibi quinque, vel vt alij ſcribunt, tres Electores Carolum Ioannis Bohemiæ Regis filium Cæſarem legunt. Ludouicus Spiræ Concilio indicto, exponit quæ geſta fuerant: & plurimos Germaniæ Principes ad ſuas partes adducit, qui iterum ſacramentum dixerunt. *His rebus*, inquit Auentinus l. 7. *denuo excitata Doctorum ingenia, vt acrius Dominatum Pontificum inſectarentur, & diligentius de diſcrimine Eccleſiaſticæ & Ciuilis poteſtatis diſputarent.* Ex his nominatim meminit Lupoldi Epiſcopi Bambergenſis ex antiquâ Equeſtris Ordinis familiâ, in Francia

Orientali nati, & Willielmi Ochami, quem ait non modò in Clementem, ſed in Carolum quoque librum edidiſſe. De Carolo dicemus ad annum 1348. non enim ante obitum Ludouici Imperatoria munia obire potuit.

Eodem anno idem Pontifex anathema tulit in Epiſcopum Seleucienſem, qui in quibuſdam ad Euangelium S. Ioannis Commentarijs in linguam Armenam tranſlatis aſſeruerat, contra Decretalem Ioannis XXII. nec Chriſtum, nec Apoſtolos in communi, aut in ſpeciali aliquid habuiſſe aut poſſediſſe. Et quemadmodum aliàs Gregorius IX. reprehenderat Doctores Theologos & alios Profeſſores huiuſce Facultatis in Academia Pariſienſi, quod futiles quæſtiones agitarent, ita & iſte eiuſdem *Scholæ Pariſienſis Doctores, ne vanis argutijs & inutilibus Quæſtionibus ac periculoſis captionibus tractandis intenderent, ſed ſolidam Catholicam veritatem ex ſenſu Patrum interpretarentur, admonuit:* vt refert Spondanus.

Eodem anno idem Pontifex Vrbani IV. Priuilegium Vniuerſitati Patauinæ de Cancellariatu Epiſcopo conceſſum, ſpeciali Bulla confirmauit, quæ talis eſt.

Epiſcopus Patauinus conſtituitur Cancellarius Academiæ Patauinæ.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. «
Attendentes prouidè quod ex litterarum ſcientiâ, veluti ex dono cœleſti ſpi- «
ritualiter & temporaliter bona publica proueniunt, & priuata quoque ab ip- «
ſius Profeſſoribus præſertim in ſtudijs Generalibus fidelis inſtruitur populus & «
reducitur exorbitans ad ſemitam veritatis, libenter ea concedimus quæ Docto- «
rum & Magiſtrorum ac Scholarium in ſtudijs Generalibus inſiſtentium com- «
moditatem reſpiciunt, & per quæ ſcientiarum fructus valeat adaugeri. Sanè «
petitio venerabilis Fratris noſtri Ildobrandini Epiſcopi Paduani nobis exhibi- «
ta nuper continebat, quod in Ciuitate Paduæ de conſuetudine ibidem inuiola- «
biliter obſeruata tanto abhinc tempore, vt de eius contrario memoria non ex- «
ret, viguit & adhuc viget *in Iure Canonico & Ciuili aliiſque Facultatibus præter Sa-* «
cram Theologiam ſtudium Generale, ſicuti per totam Italiam & in alijs mundi par- «
tibus eſt apertè manifeſtum. Et quod authoritas faciendi Doctores & Magiſtros «
in eodem ſtudio reſidentes in Iure ac Facultatibus ſupradictis examinari Scho- «
lares ad Doctoratum ſeu Magiſterium promouendos in ſtudio ſupradicto & Exa- «
minatos approbandi, ſeu etiam reprobandi ſimiliter & de antiquâ conſuetu- «
dine obtentâ in eodem ſtudio ad Epiſcopum Paduanum, qui eſt pro tempore, «
pertinet & pertinere etiam conſueuit: & quod præfatus Ildobrandinus Epiſ- «
copus nonnullos Scholares in Iure Ciuili & Canonico ac Medicina coram ſe «
examinari fecit per Doctores ipſius ſtudij, ipſiſque poſtea licentiam dedit; & «
quibuſdam ex eis in examinatione prædictâ licentiam & authoritatem legendi «
& docendi tribuit, ſicuti eſt in ſupradicta & alijs etiam ſtudijs fieri generaliter «
conſuetum. *Quodque dudum Rectores Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pa-* «
duæ deliberatione prouidâ ſtatuerunt, vt Scholares ipſius Vniuerſitatis, qui deberent in «
Magiſtros aſſumi, coram Epiſcopo Paduano qui eſſet pro tempore, examinari deberent «
diligenter præſentibus Doctoribus Vniuerſitatis eiuſdem; & vt eiſdem Scholaribus, «
ſi reperirentur idonei, deberet licentiam concedere Epiſcopus memoratus. «
Quodque deinceps ſtatutum eiuſmodi eſt inuiolabiliter obſeruatum, ipſum- «
que ſtatutum, ſicut erat prouidè factum felicis recordationis Vrbanus Papa IV. «
Prædeceſſor noſter authoritate Apoſtolica confirmauit, decernendo vt qui «
ſecus ibidem ſibi Magiſtri nomen aſſumeret, pro Magiſtro nullatenus habe- «
retur; prout Confirmatio & Decretum huiuſmodi in litteris ipſius Vrbani «
Prædeceſſoris noſtri decretalibus confectis, quarum tenorē de verbo ad verbum «
præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Nos igitur ſpectantes, quod «
ad Ciuitatem prædictam Scholares eò promptius ſtudendi causâ ſe conferent, «
quò ſtudium ipſum in eadem Ciuitate maiori fuerit authoritate munitum; ac «
volentes propterea præfatum ſtudium, & Doctores & Magiſtros & Scholares «
proſequi fauorabiliter in parte, ipſius Ildobrandini ſupplicationibus inclinati «
conſuetudinem prædictam, & ea quæ, vt ſuperius narratur, in prædictis ipſius «
Vrbani Prædeceſſoris noſtri litteris continentur, rata & grata habentes, au- «
thoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus & præſentis ſcripti patro- «
cinio communimus; indulgentes nihilominus authoritate prædictâ omnibus «

„ & ſingulis Doctoribus, Magiſtris & Scholaribus, *vt ipſi dum in prædicto ſtudio*
„ *docendo vel audiendo inſtiterint Scholaſticis diſciplinis, omnibus libertatibus & immu-*
„ *nitatibus ac priuilegijs de Iure communi ſeu approbatâ conſuetudine conceſſis authorita-*
„ *te Apoſtolicâ Doctoribus, Magiſtris ac Scholaribus in ſtudijs Generalibus commoranti-*
„ *bus gaudeant & vtantur.* Statuentes etiam adhoc, vt examinatio, approbatio
„ & reprobatio Scholarium promouendorum ad Magiſterium in ſtudio memo-
„ rato ſempet, ſicut fieri debet, cum puritate & ſine fraude procedat, vt Docto-
„ res in eodem ſtudio præſentes ab eodem Epiſcopo requiſiti ad examinandum
„ Scholares promouendos ad Magiſterium, iuſto impedimento ceſſante venire,
„ & illi qui in examinatione prædictorum Scholarium ibidem præſentes fuerint,
„ de procedendo ſine dolo & fraude in omnibus & ſingulis Actibus in huiuſmo-
„ di examinationibus opportunis & fieri conſuetis præſtare teneantur in eiuſdem
„ Epiſcopi manibus corporaliter iuramentum, ac eidem Epiſcopo ſe eius vicem
„ gerenti duntaxat votum ipſorum ſuper idoneitate ac ſufficientia Scholaris exa-
„ minati, vtrum ſcilicet approbandus ſit an reprobandus, ſecretè ac ſigillatim,
„ & in ſcriptis exponere ac manifeſtare ſimiliter teneantur. Iniungimus etiam
„ Epiſcopo Paduano, qui erit pro tempore, ſub virtute obedientiæ, authoritate
„ prædictâ, vt ipſe in examinandis, approbandis, ſeu reprobandis perſonis, exa-
„ minatis & Doctorum approbantium Scholares examinatos votis ſecretè fe-
„ rendis ſine dolo & fraude procedat. Nos inſuper irritum decernimus & inane,
„ ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate contingeret alterari. Dicta-
„ rum autem litterarum tenor talis eſt. Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei
„ noſtri (vide ad an. 1264.) Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum
„ apud Villam-Nouam Auenion. Diœceſis 17. Kal. Iunij, Pontif. noſtri anno 5.

Anno 1347. idem Pontifex Clemens Iuonem Presbyterum natione Aremoricum, aliàs huiuſce Academiæ alumnum Cœlitum catalogo adſcripſit. Eiuſque Canonizationis denunciatorias ad Regem Valchium, item ad Radulphum Trecorenſem Epiſcopum eiuſdemque Eccleſiæ Capitulum, in qua ille Canonicus & Archidiaconus fuerat, litteras miſit datas Auenione 11. Kal. Iulij.

ERRORES IN THEOL. DAMNATI.

Eodem anno legimus damnatos fuiſſe Pariſijs errores quoſdam M. Ioannis de Mercuria Ordinis Ciſtercienſis, numero 39. De voluntate ac volitione Chriſti, de peccatis eorumque cauſa, & alijs Articulis quorum aliqui erronei, alij ſuſpecti reputati à Fulcone de Chanaco Epiſcopo Pariſienſi & Magiſtris in Theologia. *Vt fuit ſemper*, inquit Spondanus, *& in omnibus valde ſolicita hæc Regina Vniuerſitatum & Academiarum, ne quid vel minimi erroris aut ſuſpicionis in aliqua ſcientiarum Facultate ac præcipuè Theologicâ, in receptam ſemel ſanam Doctrinam latenter irreperet.* Prohibitum autem quibuſcunque Baccalaureis legentibus ſententias ſub pœnâ priuationis ab omni honore Facultatis, ne errores eiuſmodi docerent; quorum multi ſuſpecti erant; aut malè ſonabant, vt refertur in 4. tomo Bibliothecæ Patrum, vbi Errorum illorum Catalogus legitur in hunc modum.

1. Item quod ſatis erat poſſibile, quòd per voluntatem aut volitionem creatam Chriſtus aliquid voluit, quod nunquam debuit euenire.

2. Item quod Chriſtus potuit dixiſſe filium & aſſeruiſſe aſſertione creata tam vocali quàm mentali.

3. Item quod qualitercunque vult Deus, vult efficaciter ita eſſe.

4. Item quod Deus facit, quod aliquis peccet, & quod ſit peccator, & vult voluntate beneplaciti, quod ille ſit peccator.

5. Item quòd nullus peccat volendo aliqualiter aliter, quod Deus velit eum velle.

6. Item quòd Deus aliquid reprobat, quod ipſe vult voluntate beneplacita.

7. Item quòd quemlibet peccantem Deus vult peccare voluntate beneplaciti, & facit eum peccare, & vult quòd peccat & peccet.

8. Item quòd Deus facit malum eſſe & peccatum eſſe.

9. Item quòd peccatum magis eſt bonum quàm malum.

10. Item quòd aliquis faciat aliquid omnino vt Deus vult ipſum facere voluntate beneplaciti quòd talis peccet.

11. Item

11. Item quod quicunque peccat, conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei, ſic quod illa vult, ſic Deus vult eum velle.

12. Item quòd poſſibile eſt Chriſtum ſecundum voluntatem creatam errasſe & ſecundum hominem mendacium protuliſſe.

13. Item quòd poſſet dici, quod anima Chriſti vnita Verbo, ſaltem per accidens, poſſet odire Deum vel reſpuere ſiue deteſtari.

14. Item quòd ſi aliquis babens vſum liberi arbitrij incidens in tentationem tantam, quod non poſſit illi reſiſtere, moueatur ad illecebram cum alienâ vxore, non committit adulterium. Et ſic de aliis peccatis.

15. Item quòd aliqua eſt poſſibilis paſſio, cui voluntas etiam habita gratia quacunque ſine miraculo non poſſet reſiſtere, quin eliceret actum ſecundum illam. Et talis actus non eſt peccatum.

16. Item quòd non eſt peior demeritoriè in caſu, qui vitioſum habet habitum demeritorium cum actu, quàm qui habet conſimilem habitum ſine actu.

17. Item quòd non peior eſt moraliter; qui vitioſum habet habitum & actum, quàm qui habitum eiuſdem rationis habet ſine actu.

18. Item quòd non eſt melior meritoriè qui habet habitum meritorium & actum, quàm qui babet conſimilem habitum ſine habitu.

19. Item quòd malus quacunque malicia actuali & habituali æqualibus ad inuicem, non eſt peior ex actuali ſimul, quàm ex actuali tantum.

20. Item quòd bonus quacunque bonitate actuali & habituali ad inuicem non eſt magis bonus ex vtraque, quàm ex habituali tantùm.

21. Item quòd nulla Creatura, aut nulla circunſtantia bona diminuit peccatum, quin ſit tantùm quantum foret ſine illâ cæteris paribus.

22. Item quòd peccatum poſt longam conſuetudinem commiſſum, eſt minus quàm foret ante conſuetudinem.

23. Item quòd odium Chriſti non eſt demeritorium, niſi quia prohibitum eſt à Deo.

24. Item quòd probabiliter poſſet ſuſtineri cognitionem vel volitionem non eſſe diſtinctam ab anima; imò eſt ipſa anima, & ſic ſuſtinens non teneretur aut cogeretur negare propoſitionem per ſe notam, nec negare authoritatem admittendam.

25. Item quòd probabile eſt in lumine naturali non eſſe accidentia, ſed omnem rem eſſe ſubſtantiam; & quod vbi non eſſet fides, hoc eſſet ponendum, vel probabiliter poſſet poni.

26. Item quòd non eſt euidens euidentia reducta ad certitudinem primi principij, quin quodcunque quod eſt, poſſet produci nobilius.

27. Item quòd tenentes, vt communiter tenetur, quod intentio, volitio, ſenſatio ſint qualitates ſubjectiuæ exiſtentes in anima, quas poſſet Deus creare ſe ſolo, & ponere vbi vult, habent concedere & dicere, quòd Deus poteſt facere ſe ſolo, quod anima odiret proximum & Deum non demeritoriè.

28. Item quòd Deus eſt cauſa aliqualiter actus demeritorij, vt demeritorius eſt.

29. Item quòd Deus eſt cauſa peccati, vt peccatum, in quantum malum eſt.

30. Item quòd quandocunque voluntas cauſat aliquid cauſæ taliter in virtute primæ cauſæ.

31. Item quòd Deus eſt cauſa maxima & immediata priuationis Iuſtitiæ in actu eſſe.

32. Item quòd Deus eſt actio & cauſa peccati vt peccatum.

33. Item quòd Deus eſt cauſa cuiuſlibet modi actus & cuiuſlibet circunſtantiæ productæ.

34. Item quòd à Deo eſt quod actus demeritorius ſit, in quantùm demeritorius eſt.

35. Item quòd quacunque creatura demonſtrata hæc propoſitio eſt vera. Hæc res major Deo poteſt cogitari.

36. Item quòd quacunque creatura demonſtrata, hæc eſt vera. Hæc chimæra intelligitur. Hæc chimæra poteſt intelligi.

37. Item quòd propter opera alicujus futura bona prædeſtinauit aliquem ab æterno.

38. Item quòd aliquis prædeſtinatus eſt ab æterno propter bonum vſum liberi arbitrij, quem Deus præſciuit eum habiturum.

39. Item quòd non ſic gratis & miſericorditer Deus prædeſtinauit, quin & pro omnibus bonis ipſius futuris, vel alterius.

STATVTVM NATIONIS PICARDICÆ.

Eodem anno Natio Picardica ſtatutum ſolenne edidit de ſua pecunia, deque Miſſis & Veſperis: quod in Antiquo Procuratorum libro legitur ſub hoc titulo. *Statutum quod Natio non poteſt ordinare de pecunia dictæ Nationis, niſi die quâ actu legitur ordinariè. Et etiam de Veſperis & Miſſis B. Mariæ in Quadrageſima.*

» VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Vniuerſi & ſinguli Magiſtri » Nationis Picardorum actu Regentes Pariſius in Artium Facultate, ſalutem in » Dom. ſempiternam. Quoniam plerumque nonnullos fallit obliuio, propter » quod ipſos errare contingit in his, quæ ſibi committuntur fideliter exercenda, » naturæ humanæ immenſa ſagacitas huic defectui occurrere cupiens, artem ſcri- » bendi & in ſcriptis redigendi pro remedio voluit inuenire. *Ideo circa Receptionis » Officium noſtræ Nationis hoc adminiculo volentes,vti remedio duximus ſtatuendum,vt Re- » ceptor præſens ex nunc & alij futuri in ſua Inſtitutione jurent in præſentia Nationis ſe fide- » liter, in ſcriptis redigere ſummam, ſpeciem & valorem pecuniæ, quas à quolibet noſtræ » Nationis recipere ipſos continget.* Et idem in Miſſis faciendis ſtatuimus obſeruan- » dum, quodque reſiduum fuerit, Nationi reſtituent & refundent juxta modum » in alio ſtatuto Nationis annotatum in pecunia recepta vel conſimili ſub ea- » dem ſpecie & valore.

» Item, Ne pecunia Nationis inordinatè conſumatur, volumus, ſtatuimus, » ac etiam ordinamus, ne noſtræ Nationis Procurator, vel alius vocare valeat » ad ordinandum de pecunia Nationis, niſi die, quâ actu legetur ordinariè, & » horâ Primæ B. Mariæ Pariſ. ſic tamen, quod poſt pulſationem Primæ Magiſtri » expectentur per debita & competentia internalla. Et ſi ſecus actum fuerit ex » nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc illud decreuimus irritum & inane, » nec alicuius eſſe firmitatis. Adeo quod etiam ſuper hoc aut aliquo contento in » præſenti ſtatuto tangente Receptorem vel pecuniam Nationis nullo modo diſ- » penſare valeamus. Sed ſuper hoc à nobis & Noſtris ſucceſſoribus abdicata ſit » poteſtas, quod inuiolabiliter obſeruare nos præſentes per noſtra promittimus » juramenta, & noſtros ſucceſſores volumus, & etiam promouendos ad Gradum » Magiſtri antequam incipiant, adhoc ſpecialiter obligari.

» Inſuper quia non vniformiter pulſatur pro Nonis in Eccleſia Pariſienſi,cum » quandoque pulſetur ante magnam Miſſam in Quadrageſima, quandoque ante » prandium, licet poſt prandium Veſperæ decantentur, noſtro ſtatuto de modo » pulſandi Veſperas die Veneris, & Miſſam diebus Sabbati addimus ſtatuendo » quæ ſequuntur.

» 1 Quod nullatenus pulſetur pro Veſperis, niſi pulſato primo ictu Veſperarum » in Eccleſia Pariſ. totaliter & complete diebus quibus pulſatur pro Nonis ante » prandium in dicta Eccleſia, & tunc pulſentur Veſperæ per tres ictus vt moris » eſt, debitâ pausâ mediâ inter ictus.

» Item pro Miſſa non pulſetur diebus quibus erit ſermo, niſi ſermone completo, » etiamſi pulſatum pro Primis exiſtat, & tunc pulſentur tres ictus paulatim & ſe- » riosè ſicut ſupra: ſic quod Magiſtri de ſermone, vel de domibus ſuis reuerſi, vel » ſit veriſimile, quod jam veniſſe, attenta loci vbi fiet ſermo, vel domorum » diſtantia, potuiſſent. Et quia non eſt veriſimile, quod quis pro modico jura- » menti tranſgreſſor exiſtat, volumus quod ſi quis poſt horam in ſtatuto ſuper » hoc confecto contentam ad Eccleſiam accedat, & dubium fuerit, an eius » culpa ſit, aut cauſa, quia eius credatur juramento & ſuæ conſcientiæ relin- » quatur. Et ne Bedelli noſtri ſuper hoc ſe excuſare valeant, ſtatuimus ne quis » Magiſter, aut Determinans, qui in Veſperis aut Miſſis eſſe tenentur, pro Veſ- » peris aut Miſſis pulſare præſumat, niſi per Bedellum ſuper hoc requiſitus fuerit » aut rogatus. Et ſi quis contra fecerit, pœnam duorum denariorum incurrat ad » vſum pecuniæ pixidis conuertendam. Datum apud S. Iulianum nobis ad ſta- » tuendum congregatis, vt moris eſt, anno Domini 1347. die Sabbati ante Fe-

ſtum Natiuitatis Domini, præſentibus diſcretis viris MM. Roberto de ſeptem «
vallibus tunc Procurator Narionis, Gerardo Bouquedepois tunc Receptore, «
Ioanne Buridan, Petro de Lupiſaltu, Ioanne de Weruino & quampluribus «
pluribus aliis. Tunc erat Rector M. Ioannes de Weſalia Nat. Anglicanæ. «

Ad eundem annum legitur in Regeſto Narionis Anglicanæ factum indicem fuiſſe ſeu vt vocant, Inuentarium rerum repertarum in ciſta apud S. Coſmam ſeruari ſolita, cuius cum duæ claues fabricatæ fuiſsent, earum vna tradita eſt Parocho, non tanquam poſseſsori ſeu Domino rerum in ea conditarum, ſed majoris & ſecurioris cuſtodiæ ergo. Idque ſtatutum in Congregarione Narionis 12. April. *Item quia clauis ciſtæ Nationis apud S. Coſmam ſituatæ, in qua res & jocalia cultui Diuino præparata claudebantur, ſufficienti diligentia præhabita minimè poterat reperiri; deliberauit dicta Natio ad finem ne putreſcerent res illæ, & ne fruſtrarentur à fine debito, ſeram antiquam illius arcæ fore diſrumpendam, & quod fierent duæ nouæ ſeræ quibus firmaretur dicta ciſta: pro quibus Natio expoſuit 19. ſol. Floreno 17. ſol. tunc valente, ita quod ad majorem cuſtodiam rerum illarum exſtiterat deliberatum quod Curatus Eccleſiæ Sanctorum Coſmæ & Damiani, non tamen tanquam alicuius poſſeſſor rerum in arca contentarum, ſed tanquam majoris cuſtodij adjutor vnam clauem gereret ad arcam ſupradictam, quam etiam Natio ſibi propriâ voluntate tradidit formâ ſupradictâ.* Hæc acta Procurarore Nationis M. Gotfrido de Parchiui. Et in eodem ſtatuto mentio fit quorundam Magiſtrorum prædictæ Narionis tunc regentium, Theodorici de foro Receptoris, Ioannis de Weſalia, Galteri de Dun, Philippi de Friburgo, Walteri de Wardelay, Chriſtiani, Andreæ laketi Bidelli Nationis Gallicanæ, & impenſæ pecuniæ *pro Bulla Nunciorum* & in quodam jenraculo *Nunciorum Vniuerſitatis*. Porro M. Walterus de Wardelau, vel Vuardelay fuit electus eiuſdem Nationis Procurator die Veneris poſt Feſtum Inuentionis S. Crucis, eidemque prorogati faſces Procuratorij die Sabbati poſt Feſtum Corporis Chriſti; eoque iterum Procuratore M. Theodoricus de Foro Quæſtor ſeu Receptor reddidit apud S. Iulianum acceptæ expenſæq; pecuniæ rationes. De ſupradicta autem ciſta ſic quoq; ſcribit M. Henricus Thomé de Suecia Procurator electus in octaua S. Martini anno 1348. *Item præſens fui cum
alijs* Nationis noſtræ Magiſtris in die ſancti Edmundi Regis quando D. Conra «
dus Bedellus noſter ad ciſtam Nationis repoſuit omnia ornamenta & indumenta «
quæ ſibi tradita fuerant tam ad Solem ponendum, quàm ad lauandum. Quæ «
omnia ſingulariter & nominatim ſcripta fuerunt in quadam papyro quam ad «
Ciſtam repoſui ſupradictam, per quorum locationem D. Receptor expoſuit «
duos ſolidos Pariſ. Item in die S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris D. Receptor «
expoſuit quinque ſolidos Pariſ. pro diſtributionibus Magiſtrorum præſentium «
in Miſſa apud Sanctos Coſmam & Damianum. «

Lis cvm Theologis.

Hocce tempore lis quædam ſurrexit inter Rectorem & quoſdam Doctores Theologos, qui vocari ab ipſo, nec ad propoſita, vt pareret, reſpondentes, ob contumaciam periuri declarati ſunt & infames. Hac de re ſic habetur in iiſdem Reg. Nationis Anglicanæ ad menſem Iunium. *Factis quibuſdam Congregationibus Facultatis Artium apud S. Iulianum pauperem vocati fuerunt quinque Magiſtri in Theologia ad reſpondendum illis, quæ Rector vellet eis proponere in præſentia Magiſtrorum de Facultate;* Qui quinque licet comparuerint, noluerunt debitè propoſitis reſpondere, ſed contumaciter receſſerunt, appellationes friuolas emittentes. *Quos quinque Magiſtros ob contumaciam illam & alia propoſita contra eos, quibus noluerunt reſpondere, Rector & omnes alii Magiſtri de dicta Facultate concorditer à dicta Facultate priuauerunt eos, infames & periuros reputantes.*

At iſti Theologi ita priuari Rectorem, Procuratores & totam Facultatem Artium ad Romanam Curiam vocarunt, ita ſcribente M. Michaële de Dacia tunc eiuſdem Nationis Procuratore, electo die B. Mauricij. *In fine ſuæ procurationis citati fuerunt ad Curiam Romanam Rector, 4. Procuratores & tota Facultas Artium ad inſtantiam Theologorum*, vt comparerent infra 30. dies. Quapropter ordinata fuit contributio generalis ſuper totam Facultatem, vt quilibet tam Magiſtrorum quàm Scholarium prædictæ Facultatis daret dimidiam burſam, & deputati fuerunt 4. Collectores, *vnus de qualibet Natione ad finem, vt de dicta contributione irent ad Curiam Nuncij Facultatis.* Ipſa verò Natio Anglicana in

» ſuum nominauit M. Conradum de Suecia. *In vigilia S. Catharinæ factâ* Congre-
» gatione Nationis apud S. Mathurinum lectus fuit concorditer in Procuratorem
» & Nuncium ad Curiam ex parte & in expenſis Rectoris & Facultatis Artium ad
» litigandum contra D.D. Theologos, M. Conradus de Suecia Canonicus Aboen.
» Item in Craſtino S. Catharinæ factâ Congregatione Facultatis ad S. Mathuri-
» num ad dandum Deputatos pro ordinandis articulis quos jurare deberent Nun-
» cij ad Curiam, & ad ordinandum quomodo puniri & cogi debeant non ſoluen-
» tes contributionem impoſitam. *Nuncij prædicti ſupplicauerunt Facultati*, quod
» quilibet eorum poſſit habere vnum Bachelarium in primo examine ad *primam*
» *auditionem ad S. Genouefam: quæ ſupplicationes eis conceſſæ fuerunt ab omnibus nemine*
» *reclamante.*

Quid eſt quod petunt illi vnum Bachelarium primæ auditionis? id eſt, quantum ego arbitror, quod petebant ſibi licere aliquem ex amicis nominare a Cancellario San-Genoueſiano extra ordinem, ſeu non expectato ordine ſuo Licentiandum. Nam ſingulis tantum menſibus fiebant examina Licentiandorum, quæ dicebantur *Auditiones*. Hinc in Regeſtis veteribus mentio fit primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, &c. auditionis. Iſtius quoque nominati ſeu præſentati ad primam Auditionem, Burſam ſibi habebant Nuncij iſti ad Curiam, quæ aliàs in commodum ſuarum Nationum vergere debuiſſet. M. Conradus prædictus nominauit Robertum Extravillanum, vt legitur ibidem.

Die proximo ſequenti (12. Decemb. anno 1347.) *quo Nuncij Facultatis receſſerunt de Pariſius ad Curiam* facta Congregatione Nationis Angl. ad S. Mathurinum ad ordinandum & ſupplicandum conceſſit M. Conradus de Suecia Canonicus Aboenſis D. Roberto de Extravillam, gratiam quam Magiſtri, vt ſuperius præmittebatur, ſibi fecerunt, *quod ipſe Robertus poſſit recipi apud S. Genoueſam ad primam auditionem* & eum Nationi recommendauit & ſupplicauit, ſupplicans cum receſſurus erat, *quod Natio vellet eum ad huiuſmodi auditionem obtinendam fauorabiliter promouere* tempore abſentiæ ſuæ & in nullo impedire: quam ſupplicationem Natio ſibi conceſſit.

Eidem Conrado poſt reditum è Curia Rom. conceſſum eſt, vt legitur in eodem Reg. *Quod haberet quinque libras pro vno Bachelario ſibi aliàs ad S. Genoueſam conceſſo.*

Sed vt ad contributionem Burſalem de qua ſupra, redeamus, in Rationario quodam quod expoſuit M. Theodoricus de Foro Quæſtor ſeu Receptor ejuſdem Nationis, ita legitur. *In die Mercurij proxima poſt Dominicam* Reminiſcere, *factâ Congregatione Nationis apud S. Mathurinum ad audiendum compotum* Receptoris *ſcilicet M. Theodorici de foro pro tunc ad Curiam Rom. ituri Natio tenetur M. Thomæ de Vvedal Scoto 40. ſolidis de bona moneta ex parte Contributionum quas conceſſit in mutuo Nationi ad mittendum Procuratoribus in Curia Rom. pro Facultate conſiliantibus.*

Quo pacto & quando fuerit lis illa deciſa in foro Romano, non inueni; ſed ex iis quæ leguntur in iiſdem Commentariis, patet Contributionem prædictam continuatam aliquandiu, & exactam: nam anno 1350. menſe Iulio Rector qui tum erat, exegit à ſingularum Nationum Receptoribus rationem acceptæ contributionis, quam Sextam Burſam vocabant.

Item die Mercurij 14. die menſis Iulij (anno 1350.) *factâ Congregatione Procuratorum & Receptorum Facultatis Artium per D. Rectorem ad S. Iulianum ſuper computatione Sextarum Burſarum à tempore quo vltimo facta fuerat computatio.* Et hanc litem excepit alia ab eadem Theologica Facultate apud Papam Rectori & Facultati Artium intentata anno 1353. vt ſuo loco dicetur.

Eodem anno 1347. menſe Decembri electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes de Vveſalia Nationis Anglicanæ, Philoſophiæ Profeſſor celeberrimus: cui ſua Natio 4. libras gratuito dedit, vt legitur in Actis ipſius.

1348. Anno 1348. die 23. Iunij electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Alanus de Prope pontou: quo Rectore Vniuerſitas M. Ioannem Buridanum Picardicæ Nationis inſignem Magiſtrum & Philoſophum præſentauit Fulconi Epiſcopo Pariſienſi ad Capellaniam jam anno 1308. à Ioanne de Thelu Doctore in

Decretis fundatam, aut certè deſignatam ad fundandum ex pecunia quam Vniuerſitati legauerat: quam in rem extant & præſentationis & Collationis ab Epiſcopo factæ litteræ in antiquis libris Galliæ & Picardiæ Procuratorum, ſub hoc titulo. *Fundatio Capellaniæ ex legato defuncti venerabilis Magiſtri Ioan. de Thelu Decretorum Doctoris.* Ita autem ſe habent.

Capellania M. Ioan de Thelu fundatur in Eccleſia D. Andreæ.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Fulco miſeratione diuina Pariſienſis «
Epiſcopus ſalutem in filio Virginis glorioſæ. Ad ea, ſicut noſtro conuenit Pon- «
tificali officio libenter intendimus quæ reſpiciunt diuini cultus augmentum & «
ſaluti fidelium proſpiciunt animarum. Sanè ad noſtram nuper viros circun- «
ſpectos & prudentes miſerunt præſentiam *Vniuerſitas Pariſius Magiſtri & Scho* «
lares, qui nobis exponere curauerunt, quod defunctus vir venerabilis & diſcre- «
tus M. Ioannes de Thelu quondam Decretorum Doctor & Canonicus ſancti «
Quintini in Veromandia Nouiomenſis Diœceſis, dum ageret in humanis, in «
ſuo ordinauerat Teſtamento fundari quandam perpetuam Capellaniam de «
bonis ſibi à Deo collatis pro ſua & parentum & Benefactorum ſuorum ſalute «
& remedio animarum, & Capellaniam huiuſmodi ſic fundandam, cum fun- «
data exiſteret, voluerat per vnum Capellanum perpetuum deſeruiri Pariſius «
præſentandum ad Capellaniam prædictam nobis & ſucceſſoribus noſtris Pari- «
ſienſibus Epiſcopis per venerabiles & diſcretos viros antiquiores Magiſtros «
dictæ Vniuerſitatis Regentes & Pariſius præſentes, videlicet vnum in Theo- «
logiæ, duos in Decretorum & vnum in Medicinæ Facultatibus, nec non & «
dictæ Vniuerſitatis Rectorem & 4. Procuratores 4. Nationum, provt hæc & «
alii in quadam clauſula teſtamenti dicti defuncti plenius continentur. Expo- «
ſuerunt inſuper quod Executores Teſtamenti dicti defuncti, iam diu eſt, de- «
poſuerunt certam pecuniæ ſummam in certis locis commutandam in emptio- «
nem redituum perpetuorum aſſignandorum in dotem & pro dote Capellaniæ «
ſupradictæ; & quod de dicta pecunia per dictos Rectorem & Magiſtros empti «
fuerant ad opus fundationis Capellæ prædictæ à Domicella Agnete de Capel- «
la vidua, & quondam vxore defuncti Guillelmi de Foreſta ſcutiferi & Ioanne «
de Foreſta eius & quondam dicti Guillelmi filio in Territorio, ſeu finagio de «
Triſſiaco ſuper Berandam prope Monſtrolium, vbi deficit Yona Senonenſis «
Diœceſis admortizati reditus qui ſequuntur. Videlicet 52. arpenta terrarum «
arabilium vel circiter in pluribus petijs. Item octo arpenta Iardinorum. Item «
octo arpenta nemorum. Item arpentum cum dimidio Prati ſitum ſubtus Pon- «
tem de Marolijs. Item 12. ſolidi & 7. denarij minuti cenſus cum ventis & lau- «
dimiis in & ſuper pluribus hereditatibus ſitis in territorio & finagio ſupra- «
dictis aſſignati. Item decem tam homines quàm mulieres ſeruilis conditionis «
ad voluntatem taillabiles & Iuſticiabiles altæ, mediæ & baſſæ, provt in qui- «
buſdam litteris ſigillo Præpoſituræ Pariſienſis ſigillatis ſuper dicta emptione; «
ac alijs litteris D. Ludouici, quondam D. Regis Francorum primogeniti ac «
Regis Nauarræ, Campaniæ & Briæ, Comitis Palatini in cera viridi & filis ſe- «
riceis eius ſigillo ſigillatis ſuper præmiſſorum admortizatione confectis, qua- «
rum tenores inferius de verbo ad verbum ſunt inſerti, hæc & alia vidimus ple- «
nius contineri. Et Nobis humiliter ſupplicauerunt, vt Nos præfatam Capel- «
laniam in Eccleſia Parochiali S. Andreæ Pariſienſis ad altare B. Mariæ fundare «
& erigere ac creare in perpetuum Eccleſiaſticum Beneficium, ac de bonis præ- «
dictis ipſam dotare dignaremur, nec non ordinare de modo & forma deſer- «
uiendi eidem per Capellanum, qui eam pro tempore ex Collatione noſtra & «
ſucceſſorum noſtrorum ad præſentationem tamen ſuperiùs expreſſatam in po- «
ſterum obtinebit. Nos igitur cupientes ampliari diuini cultus augmentum & «
bonorum quæ in dicta Capellania fient, fieri participes, ſupplicationibus hu- «
iuſmodi inclinati, dictam Capellaniam in dicta Parochiali Eccleſia & ad altare «
prædictum in perpetuum Eccleſiaſticum Beneficium ereximus & creauimus, «
erigimus & creamus, fundauimus & fundamus, & eidem in dotem & pro dote «
bona prædicta admortizata, vt præfertur, aſſignauimus & aſſignamus per Ca- «
pellanum perpetuum, qui obtinebit eandem, & eius ſucceſſores perpetuò poſ- «
ſidenda. Statuentes quod Capellanus huiuſmodi & eius ſucceſſores pro ſalute «
& remedio animæ dicti defuncti M. Ioannis de Thelu, de cuius bonis eſt fun- «

„ta Capellania huiuſmodi, ac parentum & Benefactorum ſuorum, animarum „etiam remedio & ſalute ad altare prædictum per ſe, vel alium duas Miſſas ad „minus ſingulis ſeptimanis celebrare, vel celebrari facere teneatur. Volentes „& concedentes, quod iuxta voluntatem teſtamentariam dicti M. Ioannis de „Thelu per ſuperius declaratos Magiſtros, Rectorem & Procuratores perſona „idonea ad dictam Capellaniam totiens, quotiens eam vacare continget, nobis „& dictis ſucceſſoribus præſentetur. Cui nos ad præſentationem huiuſmodi Ca-„pellaniam prædictam conferre tenebimur, & dicti etiam tenebuntur ſucceſſo-„res retentâ nobis & dictis ſucceſſoribus poteſtate ordinandi de ſeruitio dictæ „Capellaniæ augendo vel minuendo cum ſit ſpes, quod adhuc dos ipſius aug-„mentetur. Sed & quando nobis & dictis ſucceſſoribus videbitur expedire, & „dicta Capellaniâ ſic fundatâ & creatâ Nos ad ipſam diſcretum virum M. Ioan-„nem Buridan Magiſtrum in Artibus per dictos Magiſtros, Rectorem & Procu-„ratores per patentes litteras Sigillo magno dictæ Vniuerſitatis ſigillatas, qua-„rum tenor inferius inſeretur, Nobis præſentatum admiſimus, & dictam Ca-„pellaniam ſibi contulimus & conferimus intuitu Pietatis, Mandantes Curato „dictæ Eccleſiæ S. Andreæ, vel eius vices gerenti, quatinus dictum M. Ioannem „ad altare prædictum inducat in corporalem poſſeſſionem dictæ Capellaniæ „cum ſuis Iuribus & pertinentijs vniuerſis.

Tenor verò litterarum Regiarum & Comitis Campaniæ ſuper dictâ admortizatione, vt præmittitur, confectarum, ſequitur in hæc verba.

„ Ludovicus Regis Franciæ primogenitus Dei gratia Rex Nauarræ, Cam-„paniæ, Briæque Comes Palatinus. Notum facimus Vniuerſis tam præſentibus, „quàm futuris, quod Nos attendentes & conſiderantes grata & accepta ſeruitia „nobis à Dilecto noſtro Guillelmo de foreſta Armigero diutius & fideliter im-„penſa, eidem de gratia concedimus ſpeciali, vt ipſe res & poſſeſſiones infra ſcri-„ptas, quas ipſe apud Triſſiacum prope Monſtrolium habere & poſſidere dicitur, „Primò videlicet circiter 52. arpenta terræ arabilis. Item circiter octo arpenta „Iardinorum. Item domum & garennam & omnimodam Iuſtitiam in præmiſſis. „Quæ quidem res & poſſeſſiones vſque ad valorem ſeu ſummam 26. librarum „Turonenſium vel circiter annui reditus duntaxat aſcendunt, prout per infor-„mationem ſuper his de mandato noſtro per Balliuum Meldenſem factam nobis „extitit plenius ſuper his facta fides, in quaſcunque perſonas tum Eccleſiaſticas „quàm ſeculares transferre aut penes ſe retinere, dictæque perſonæ dictas res & „poſſeſſiones ſic translatas tenere & poſſidere perpetuò pacificè & quietè va-„leant abſque coactione vendendi, vel extra manum ſuam ponendi, aut præſtan-„di nobis ſiuè ſucceſſoribus noſtris aliqualem financiam pro eiſdem. Quod vt „firmum permaneat, & ſtabile perpetuò perſeueret, præſentibus noſtrum feci-„mus apponi ſigillum, ſaluo in alijs Iure noſtro, & in omnibus, Iure quolibet „alieno. Actum apud Quarrerias anno Domini 1314. menſe Octobri.

Item tenor prædictarum litterarum ſigillo Præpoſituræ Pariſienſis ſigillatarum ſuper emptione prædictorum bonorum immobilium confectarum noſcitur eſſe talis.

A tous Cels qui ces preſentes lettres verront, Guillaume Gormont Cheualier du Roy & Garde de la Preuoſté de Paris, ſalut. Sçauoir faiſons que par deuant Anſel de Taille-Fontaine & Nicolas du Fruit, Clercs & Notaires Iurez du Roy noſtre Sire, eſtablis en ſon Chaſtelet de Paris, en lieu de nous commis & enuoyez pour oïr & nous fiablement rapporter, ce qui s'enſuit, en adiouſtant à eux foy planiere, en ce cas & en greigneur fut preſente Damoiſelle Agnes de la Chapelle, femme veuue de feu Guillaume de la Foreſt jadis Eſcuyer, laquelle pour ſoy acquitter de pluſieurs debtes, en quoy elle s'eſtoit tenuë enuers pluſiors perſonnes, qui ſeur ycelles l'approchoient de iour en iour, & pour ſon grand proufit, cler & euident, ſi comme elle diſoit, de ſa bonne volenté & certaine ſcience, ſans force, fraude, ou erreur, vendit, reconnut & confeſſa en la preſence des Iurez deſſuſdits, elle auoir vendu & par nom ou tiltre de pure, ſimple, perpetuelle & irreuocable vente ottroyé, ceſſé, quittié, delaiſſié & tranſporté à touſiours des ors en droit, & par ces lettres à honorables hommes & diſcrets les Maiſtres & Eſcholiers de l'Vniuerſité de Paris, pour euls, pour

leurs ſucceſſeurs, Maiſtres & Eſcholiers Clercs eſtudians en icelle, & pour «
ceulx, vn ou pluſieurs, qui de eulx auront cauſe en cette partie, les terres, iar- «
dins, préz, menus cens, hommes & femmes de ſerue condition, Iuſtice haute, «
moyenne & baſſe, vſage, tous les droits & actions à ce appartenans, que ladite «
venderesſe ſe diſoit auoir de ſon propre heritage & tous admortiz, aſſis el ter- «
roüer & finaige de Triſſy ſur Berande de lez Monſtreüil où Faut-Yonne dont «
mention eſt cy-deſſols faite. C'eſt à ſçauoir 52. arpens ou enuiron de terres ara- «
bles en pluſieurs pieces. Derechief huit arpens ou enuiron de Iardins. Dere- «
chief huit arpens ou enuiron de bois. Derechief arpent & demy ou enuiron de «
Pré aſſis au deſſous du Pont de Marolles. Derechief douze ſols & ſept deniers «
ou enuiron de menuz cens, portans les ventes pris ſeur pluſieurs heritaiges aſſis «
es terroüer & finaige deſſuſdit. Derechief dix que hommes que femmes de la «
condition de Seigneurie des liex & Iuſtice par ces lettres vendus. Laquelle «
Condition eſt telle, que ils ſont Serfs Taillables haut & bas à volenté, & de «
formariage eulx & leur poſterité. Deſquiex dix ſerfs que hommes, que femmes, «
que les uoms que declaration s'enſuit C'eſt à ſçauoir Gilon fille de feu Thomas «
le Bordier, & les ſix enfans de elle demourans à Marolles. Iacquin le Bordier «
frere de ladite Gilon demourant à Prouins. Perrin le Bordier leur frere demou- «
rant à Rampillon en Brie, & Perrette fille de la niepce deſdits Bordiers demou- «
rant à Marolles. Derechief haute, moyenne & baſſe Iuſtice és liex & perſon- «
nes de condition deſſus venduz. Derechief l'vſage pour beſtes de paſturage «
de Marolles auec tous les droits & actions, reelles, perſonnelles, miſtes, dire- «
ctes, teües, expreſſes, vtiles & quelconques autres qu'elles pouoit, auoit & en- «
tendoit à auoir par droit de heritaige, doüaire, donation faite pour nopces ou «
entre vifs, ou pour cauſe de mort ou autrement, comment que ce feuſt, ou «
peuſt ou pourroit eſtre. Toutes exceptions & reſeruations ceſſans és choſes «
deſſuſdites venduës, & à cauſe d'icelles pour le prix, c'eſt à ſçauoir de 330. liures «
tournois, forte monnoye que ladite venderesſe en confeſſa auoir eu & receu deſ- «
dits Achepteurs par les mains de honorables hommes & diſcrets M. Iacques de «
Franc (Freuc ou Frey) Recteur à preſent de ladite Vniuerſité, M. Nicole Deſ- «
pernoy Maiſtre en Theologie, M. Robert de Granches Docteur en Decret, «
M. Antoine des Alex Docteur en Medecine, en 384. deniers d'or de Florence «
de poids, bons & loyaux, chacuns d'iceulx deniers d'or compté pour 14. ſols «
Pariſis bien contez & nombrez auant la confection (al. confeſſion) de ces pre- «
ſentes lettres. Dont elle ſe tint à bien payée en la preſence des Iurez deſſuſdits. «
Et dudit prix quitta & quittes clama abſolument à touſiours dores en droit «
leſdits Achepteurs, leurs ſucceſſeurs & tous autres à qui quittance en deuroit «
ou pourroit appartenir, & en ſoy demettant des choſes deſſus vend ë, & «
de leurs droits mit en lieu d'elle leſdits Recteur & autres trois Maiſtres deſſus «
nommez à ce & à autres choſes cy-deſſus eſcriptes faire deputez de par ladite «
Vniuerſité és noms deſdits Achepteurs & pour eulx & leurs ſucceſſeurs & ayans «
cauſe de eulx. Et ce fait Iean de la Foreſt Eſcuyer fils deſdits Guillaume & Da- «
moiſelle aagié & vſans par ſoy ſeul, & pour le tout de tous ſes droits comme pe- «
re de famille franche, perſonne en Iugement & hors Seigneurie, il afferma par «
ſon ferment pour ce fait aux ſaints Euangiles de noſtre Seigneur, ouquel ſe «
defaut d'aage y auoit, ſans malice le ſuppléoit, ſi comme de premiere face ap- «
paroiſt perſonnellement eſtably en la preſence deſdits Iurez de ſa bonne volen- «
ré & certaine ſcience, ſans force, fraude ou erreur. Mes à la requeſte de ladite «
Damoiſelle ſa mere. Et pource que autrement leſdits Achepteurs n'euſſent pas «
ce preſent contract fait auec ladite Damoiſelle à la ſengle & ſeule caution ſi «
comme il diſoit. Oye ladite vente & bien entenduë, euë ſur ce bonne delibe- «
ration & auis auec pluſieurs de ſes amys ſaiges & experts en telles choſes, icelle «
vente & tout ce que s'en eſt enſuy, & pourroit enſuiure, vouſt, grea, conſenti «
& accepta en la preſence des Iurez deſſuſdits, & encore veult, loë, grée, con- «
ſent & accepte à touſiours des ors en droit & par la teneur de ces lettres, pro- «
mettant la venderesſe & Iean de la Foreſt ſon fils deſſuſdits par leurs fermens «
pour ce faits ſolennellement aux ſaints Euangiles de Dieu en la preſence deſdits «
Iurez, leurs mains d'eſtres miſes ſur le liure & par la foy de leurs corps donné «

» corporellement és mains d'iceuls Iurez garentir, deliurer & deffendre conjoin-
» tement & chacun par ſoy, principalement pour le tout, ſans faire diuiſion l'vn
» de l'autre, & chaſcun miex appariſſant enuers tous & contre tous, à leurs cous,
» perils & deſpens en iugement & hors toutesfois que requis en ſeront du Porteur
» de ces lettres ou de leur tranſcript ſous ſcéel authentique ſelon les vs & les cou-
» ſtumes de France, auſdits Achepteurs, à leurs ſucceſſeurs, & à ceuls qui de eulz
» auront cauſe, les choſes & les droits deſſus venduz & tous admortiz de tous
» troubles, nouuelletés, empeſchemens & omiſſions quelconques, & bailler bon
» & ſouffiſant admortiſſement ſeur iceuls & toutes les choſes cy-deſſus & cy-
» deſſous eſcriptes tenir, garder, faire enteriner, acomplir realment & de fait & en
» bonne foy auſdits Achepteurs, à leurs ſucceſſeurs, ou à ceulz qui de eulz auront
» cauſe, & non venir ne faire en toutes icelles, par eulz ne par aultres vng ou plu-
» ſeurs en tout ne en partie pour cauſe ou achoiſon de deception d'outre la moi-
» tié de iuſte prix ou autre mendre, de mal, de fraude, d'engin, d'erreur, ne par
» quelconque autre cauſe, voie ou raiſon de droit, ou de fait que ce ſoit, & ren-
» dre, payer & reſtablir ſans aucun defaut & à plain auſdits Achepteurs & ſuc-
» ceſſeurs, & à ceulz qui de eulz auront cauſe, ou au porteur de ces lettres ou de
» leur tranſcript, tous cous, domages, miſſions, deſpens, coruées, ſalaires & in-
» tereſts, que iceulz Achepteurs, leurs ſucceſſeurs, ou ayans cauſe de eulz ou ledit
» Porteur feroient, menroient, encourroient & pourroient auoir ſouſtenir,
» faire & encourir en aucune maniere par defaut de ladite garantie & dudit ad-
» mortiſſement, & des accompliſſemens & obſeruations des autres choſes cy-
» deſſus & deſſous eſcriptes, & de chaſcune d'icelles. Deſquiex cous, domages,
» miſſions, deſpens, iournées, ſalaire & intereſts deſſuſdits ſe aucuns y en auoit,
» ils voldrent & accorderent expreſſement que ledit porteur ſoit creu par ſon
» ſimple ſerment ſans charge d'autre preuue faire & ſans autre taxation de Iuge
» ſeur iceuls demander, requerre, ne auoir, & iceulz ainſi eſclaircis par ledit Por-
» teur eſtre leuez, executez, & exploitiez par voie de execution, comme noſtre
» ſentence paſſe en choſe jugiée & Arreſt de Parlement, & non ſuiuis par voie
» d'action. Nonobſtant droit ou ſtyle, eſtabliſſement, couſtume du Païs, ou
» autre choſe à ce contraire preiudiciable en tout ou en partie. Et pour ce que
» plus euidemment appere que pour cauſe de quelconque deception leſdits mere
» & fils ne entendent faire ne venir contre cette preſente vente de leur propre
» mouuement, donnerent & donnent de par nom ou titre de pure, ſimple, per-
» petuelle & irreuocable donation faite entre vifs, ottroient, ceſſent, quittent,
» delaiſſent & tranſportent à touſiours des ors en droit, & par ces lettres auſdits
» Maiſtres & Eſcholiers de ladite Vniuerſité pour euls & pour leurs ſucceſſeurs
» perpetuellement, & pour ceulz qui de eulz auront cauſe en icelle. Vng ou plu-
» ſieurs portant ces lettres ou leur tranſcript tout ce que les choſes & leurs droits
» deſſus venduz valent, outre ledit pris pour le temps preſent & pourroient valoir
» pour le temps auenir pour Dieu & en pure aumoſne. Et vouldrent & accor-
» derent que cette preſente donation vaille & tiegne, par droit ou maniere de do-
» nation irreuocable faite entre vifs & autrement ſi comme mielx valoir pourra
» & deura de droit, vs, ſtyle, eſtabliſſement & couſtume de Païs. Pour la Cau-
» tion deſquelles choſes deſſuſdites chaſcun & dépendens dans de icelles les deſ-
» ſuſdites nommez Damoiſelle & Iehan de la Foreſt ſon fils obligierent & obli-
» gent par ces lettres conioinctement & chaſcun de eulz par ſoy principalment &
» pour le tout ſans faire diuiſion d'vn de l'autre, & chaſcun mielx appariſſant ſans
» aucune exception de droit ou de fait auſdits Maiſtres & Eſcholiers pour eulx
» & pour leurs ſucceſſeurs, & pour ceulx qui de eux auront cauſe, & audit Por-
» teur de ces lettres ou de leur tranſcript, tous les biens deſdites Damoiſelle & ſon
» fils & de leurs hoirs muebles & non muebles, preſens & auenir, leſquels ſouſmi-
» drent du tout à la Iuriſdiction & contrainte de nous & de nos ſucceſſeurs Pre-
» uoſts de Paris & de tous autres Iuſticiers, que le Porteur deſſuſdit vouldra élire
» pource que dit eſt enteriner. Renoncans à ce fait expreſſément & de certaine
» ſcience par leurs ſermens & foy en la preſence des Iurez deſſuſdits à l'exce-
» ption de deception d'outre la moitié de iuſte prix & dudit prix non eu non re-
» ceu en ladite pecune, & d'iceulx 384. deniers d'or de Florence non comptez,

non

non nombrez,& ou prix de 14. ſ. pariſis chacune piece d'iceux deniers d'or, à ce «
que l'on puiſt dire que en eſperance d'auoir ledit prix en lad. pecune,en la valeur «
ou l'extimation,dont mētion eſt deſſus faite & non mie, pource que payez ayeut «
eſté ladite Damoiſelle & ſon fils,ayēt fait les cōfeſſions & volu accorder,promis «
& encomenancié & fait les autres choſes deſſuſdites,& à conuētion de lieu & de «
Iuge, à condition ſans cauſe & non juſte cauſe de action enfaict,à malice, de dé- «
peüille, à benefice de meneur aage, de reſtitution de dépeuilles, & en ente- «
rim au Benefice de l'Epiſtre Diu-Adrian & du Droict, diſant que quand tuit li «
debteurs ſont preſens & ſoluables, l'en ne peut ſuiure cheſcun que pour ſa por- «
tion du deu, à tous Priuileges & Graces, Franchiſes, Libertez, Eſtats, diſ- «
penſations, abſolutions & autres Benefices donnez ou à donner de noſtre ſaint «
Pere le Pape, du Roy noſtre Sire, & de quelconque autre Prelat, Prince ou «
Cour, de propre mouuement & autrement, par impetration ſous quelconque «
forme de paroles, pour cauſe des guerres du Roy noſtre Sire, & pour quelcon- «
que autre cauſe commune ou priuée que ce ſoit, au benefice de la Crois prinſe «
ou à prendre pour le ſaint Voyage d'Outremer, ou d'autre Hoſt ou Cheuau- «
cherie, à la copie de ces Lettres, pour dire ou venir contre la teneur, fait & «
execution de ces Lettres, à tous vſages, ſtyles, eſtabliſſemens & Couſtumes de «
Païs, generals & locauls, & generalement à toutes manieres de autres excep- «
tions de droict & de faict, qui valoir & aider leut pourroit contre ce qui eſt dit. «
Et au droict diſant general, renonciation non valoir. Et meſmement & ſans «
prejudice de l'eſpecial & general renonciation deſſus faite à ladite Damoiſelle «
au Benefice du Senatconſult Velleyan, de dotiere & de quelconque autre in «
troduit en la faueur des fames. Et ledit Iean ſon fils ſemblablement au benefice «
de la Nouelle Conſtitution des Pleges. Et finablement dirent & affirmerent leſ- «
dits Damoiſelle & Iean ſon fils, par leurs ſermens & foy en la preſence des Iu- «
rez deſſuſdits, que aux jour & heure de cette preſente vente & donation, la- «
dite Damoiſelle eſtoit vne Dame poſſeſſereſſe ſeule, & pour le tout des choſes «
& de leurs droits deſſus vendus & donnez, & que elle ne icelli Iean ſon fils ne «
autres, vn ou pluſieurs pour els, ne en leurs noms, ne auoient fait, ne fait «
faire, ne auoient eu, ne ont, ne auront agreable autre vente, dont ottroy, ceſ- «
ſion, tranſport, quittance, alienation, ne contract aucun que ces preſentes, «
vente & donation, ne autre choſe faite, par quoy aucun prejudice ſoit fait, ou «
puiſſe ou doit auenir à ces preſens Traittiez, en tout ne en partie. Et prierent «
& requirent auſdits Iurez, que ſur les choſes deſſuſdites ils conſeiſſent, donnaſ- «
ſent, baillaſſent & deliuraſſent auſdits Maiſtres & Eſcholiers pour eux, pour «
leurs ſucceſſeurs, & pour ceux qui de eux auront cauſe, les meilleures Lettres «
de reconnoiſſance obligatoires qu'ils pourroient faire & dicter ſous le Seel de «
la Preuoſté de Paris, à la ſeurté d'iceux Maiſtres & Eſcholiers, & de ceux qui «
de eux auront cauſe. A laquelle priere & requeſte leſdits Iurez confirent ces «
preſentes Lettres, ſi comme ils nous rapporterent & tout ce que deſſus, ainſi «
auoir eſté fait en leur preſence, & aſſertenerent à viue voix & en concorde. A la «
relation deſquels & en témoin de ce, Nous auons mis à ces Lettres le Seel de «
la Preuoſté de Paris, l'An de Grace 1308. le Samedy quatorziéme iour de «
Iuin. «

Tenor autem Litterarum dictæ Vniuerſitatis ſuper præſentatione dicti Magiſtri Ioannis ad dictam Capellaniam, talis eſt.

VNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & « Præsentatio Vniverſitatis.
Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino. Nouerint vniuerſi, quod «
cum olim bonæ memoriæ vir Venerabilis M. Ioannes de Thelu in ipſius teſta- «
mento ordinaſſet, quod de bonis ſuis pro ſalute animæ ſuæ vna Capellania «
fundaretur, ad quam Pariſius deſeruiendam præſentaretur perpetuò Capella- «
nus Reuerendo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Pariſienſi, *per Antiquiores,* «
qui pro tempore eſſent actu Regentes & Pariſius præſentes, videlicet vnum in Theolo- «
gia, duos in Decretis & vnum in Medicina : nec non per Rectorem noſtræ Vniuerſita- «
tis prædictæ & 4. Procuratores 4. Nationum : ita tamen quod voces illorum quinque, «
ſcilicet Rectoris & Procuratorum prædictorum non faciant niſi vnam : & ad finem quod «
citius & melius dictæ Capellaniæ fundatio procuraretur, congregati fuiſſent «

» dudum, videlicet die 2. menſis Octobris vltimò præteriti in noſtra Congregatio-
» ne Generali apud S. Mathurinum Venerabiles viri Magiſtri Robertus de Bar-
» dis Cancellarius Eccleſiæ Pariſius antiquior pro tunc Regens in Theologia &
» Pariſius præſens, Gerardus de Curtillis & Richardus Fanni tunc etiam anti-
» quiores Regentes in Decretis & Pariſius præſentes. *Alanus de Propepontou* tunc
» noſtræ Vniuerſitatis Rector prædictæ, Guill. de Nemoſio, Ioannes de Vetuino,
» Gaufridus Vaſtinelli & Michaël de Dacia, tunc 4. Nationum Procuratores,
» elegiſſentque concorditer & nominaſſent de voluntate & conſenſu omnium
» noſtrum, Diſcretum virum M. Ioannem Buridan præſentandum ad dictam
» Capellaniam deſeruiendam, cum eſſet fundata, dantes prout poterant, eidem
» Magiſtro de conſenſu noſtro vt prædicitur, & nobis ratum & gratum haben-
» tibus jus ad dictam Capellaniam proſequendum, & Nos nuper de bonis dicti
» Magiſtri Ioannis de Thelu emiſſemus quoſdam reditus perpetuos & admortiza-
» tos ſitos apud Triſſiacum juxta Monſtrolium, videlicet circiter 52. arpenta ter-
» ræ arabilis, circiter octo arpenta Iardinorum, circiter octo arpenta nemorum,
» circiter arpentum Pratorum, duodecim ſolidos & ſeptem denarios cenſuum
» minutorum, decem tam viros quàm mulieres ſeruæ conditionis cum omnimoda
» Iuſtitia in prædictis & vſu pro beſtiis & paſcuis de Marolles.

» Nos piam ipſius Teſtatoris voluntatem & ſanctam cupientes, quantum poſ-
» ſumus & noſtra intereſt, adimplere, dictos reditus omnes & ſingulos pro dictæ
» Capellaniæ fundatione dimittimus, eoſdem transferentes in prædictum M.
» Ioannem Buridan, & poſt ipſum perpetuò in ſuos ſucceſſores, qui modo &
» forma contentis in Teſtamento dicti Magiſtri Ioannis de Thelu fuerint ſuis
» temporibus dicto Reuerendo Patri D. Epiſcopo Pariſius præſentati & per ip-
» ſum recepti. Supplicantes humiliter eidem Reuerendo Patri, quatenus dictæ
» Capellaniæ fundationem dignetur eidem & pietatis intuitu proſequi & finire,
» *Et ad eam deſeruiendam dictum Magiſtrum Ioannem Buridan recipere in perpetuum Ca-
» pellanum, quem ad id de voluntate & conſenſu prænominatorum Magiſtrorum ipſi Re-
» uerendo Patri tenore præſentium præſentamus.* Datum Pariſius in noſtra Congrega-
» tione Generali celebrata apud S. Mathurinum 5. die Aug. anno Domini 1348.
» ſub Sigillo noſtræ Vniuerſitatis prædictæ.

» Nos autem omnia & ſingula præmiſſa volentes, laudantes & approbantes
» ratificamus, & ad perpetuam rei memoriam & roboris firmitatem cum noſtri
» interpoſitione Decreti noſtra Pontificali & ordinaria authoritate & certa ſcien-
» tia confirmamus. In quorum omnium teſtimonium præſentibus Litteris Si-
» gillum noſtrum duximus apponendum. Datum in Domo noſtra S. Victoris
» juxta Pariſius die 10. Octob. an. Dom. 1348.

Eodem anno 1348. vigilantiâ Doctorum Vniuerſitatis Pariſienſ. inquit Spondanus. *Nicolaus de Vltricuria* publicè reuocauit ſexaginta errores de rebus Philoſophicis & Theologicis, qui primum à Sede Apoſtolicâ damnati fuerant, eoſque falſos & hæreticos agnouit: & libelli atque Epiſtola in quibus illi continebantur igni tradita fuerunt. Leguntur in tomo 4. Biblioth. Patr. vbi ſic ille incipit.

» Dixi quod multa venerunt ad animam, ex quibus perpendi ſeu judicaui bo-
» num eſſe ſimpliciter ſcribere iſtum tractatum, & quod vlterior dilatio diſplice-
» bat. Reuoco tanquam præſumptuoſum, ſuſpectum & periculoſum.

» 1. Item quod de rebus per apparentia naturalia quaſi nulla certitudo haberi
» poteſt, illa tamen modica poteſt in breui tempore haberi, ſi homines intelle-
» ctum ſuum conuertant ad res, non ad intellectum Ariſtotelis & Commentato-
» ris. *Reuoco tanquam falſum, & erroneum.*

» 2. Item quod non poteſt euidenter euidentia prædicta ex vnâ re inferri ſeu
» concludi alia res, vel ex non eſſe vnius non eſſe alterius. Reuoco tanquam fal-
» ſum, erroneum & ſuſpectum.

» 3. Item quod illæ propoſitiones Deus eſt, Deus non eſt, penitus idem ſig-
» nificant, licet alio modo. *Reuoco tanquam falſum.*

» 4. Item quod dixi & ſcripſi quod hæc propoſitio, homo eſt animal, non
» eſt ſecundum fidem neceſſaria, non attendens pro nunc neceſſariam connexi-
» tatem prædictorum terminorum. *Reuoco tanquam falſum.*

Digitized by Google

5. Item quod dixi, proh dolor! in principio primo, quando legi Senten- «
tias: & in Epiſtola 2. & 6. quas ſcripſi contra Bonifacium, quod ex eo quod vna «
res eſt, non poteſt euidenter euidentia ducta ex primo principio inferri, quod «
alia res. *Reuoco tanquam falſum.* «

6. Item dixi in locis prædictis quod ex eo quod vna res eſt, non poteſt in- «
ferri euidenter quod alia res non ſit. *Reuoco tanquam falſum & erroneum.* «

7. Item ex eo quod vna res non eſt, non poteſt euidenter inferri quod alia «
res ſit. *Reuoco tanquam falſum.* «

8. Item ex eo quod vna res non eſt, non poteſt euidenter inferri euidentia «
ducta ex primo principio quod alia non ſit. *Reuoco tanquam falſum.* «

9. Item dixi in Epiſtola 3. ad Bonifacium quod certitudo euidentiæ non «
habet gradus. *Reuoco tanquam falſum.* «

10. Item in eadem Epiſtola quod de ſubſtantia materiali alia ab anima no- «
ſtra non habemus certitudinem euidentiæ. *Reuoco tanquam falſum.* «

11. Item in eadem Epiſtola, quod exceptâ certitudine non eſt alia certitu- «
do niſi primi principij, vel quæ in primum fidei principium poteſt reduci vel re- «
ſolui. *Reuoco tanquam falſum.* «

12. Item in Epiſtola 4. ad Bonifacium quod hæc conſequentia R. E. I. prius «
non fuit: igitur alia res ab A, eſt euidens euidentia deducta ex primo principio. «
Reuoco tanquam falſum & hæreticum. «

13. Item Epiſtola 5. ad Bonifacium, quod hæc conſequentia non eſt eui- «
dens euidentia deducta ex primo principio, ignis eſt approximatus ſtuppæ, & «
nullum eſt impedimentum: igitur ſtuppa comburetur. *Reuoco tanquam falſum.* «

14. Item in eadem Epiſtola quod non ſcimus euidenter quod aliqua cauſa «
cauſet efficaciter quod non ſit Deus. *Reuoco tanquam falſum.* «

15. Item in eadem Ep. quod non ſcimus euidenter quod aliquis ſit vel eſſe «
poſſit effectus naturaliter productus. *Reuoco tanquam falſum.* «

16. Item eadem Ep. quod quibuſcunque acceptis quæ poſſunt eſſe cauſa «
alicuius effectus, non ſcimus euidenter quod ad poſitionem eorum ſequatur «
effectus poſitiuus. *Reuoco tanquam falſum.* «

17. Item quod neſcimus euidenter quod in aliqua productione concurrat «
ſubjectum. *Reuoco tanquam falſum, hæreticum, erroneum.* «

18. Item Ep. prædicta quod nulla poteſt eſſe ſimpliciter Demonſtratio quâ «
ex exiſtentia cauſarum demonſtretur exiſtentia effectus. *Reuoco tanquam falſum* «
hæreticum & erroneum. «

19. Item Epiſt. prædictâ quod non eſt nobis euidenter notum quod poſſit «
fieri aliqua demonſtratio à priori realiter differens. *Reuoco tanquam falſum.* «

20. Item quod non poteſt euidenter oſtendi nobilitas vnius rei ſuper rem «
aliam. *Reuoco tanquam falſum.* «

21. Item in prædictâ Ep. quod quacunque re demonſtrata nullus ſcit eui- «
denter quin excedat in nobilitate omnes alias res. *Reuoco.* «

22. Item quacunque re demonſtrata nullus ſcit euidenter quin ille ſit Deus, «
ſi per Deum intelligamus Ens nobiliſſimum *Reuoco tanquam falſum.* «

23. Item eadem Epiſt. quod aliquis neſcit euidenter quod vna res ſit filius «
alterius. *Reuoco tanquam falſum, erroneum & hæreticum.* «

24. Item in eadem Epiſtola in qualibet re offenſâ nullus ſcit euidenter quin «
ipſe eidem debeat imponere honorem maximum. *Reuoco tanquam falſum.* «

25. Item Epiſtolâ prædictâ quod aliquis neſcit euidenter quin iſta poſſet «
rationabiliter concedi, ſi aliqua res eſt, Deus productus. *Reuoco tanquam fal-* «
ſum & erroneum. «

26. Item dixi in vico ſtraminum quod non poteſt euidenter oſtendi quin «
quælibet res ſit æterna. *Reuoco tanquam falſum.* «

27. Item Epiſt. 6. ad Bernardum dixi, quod pane demonſtrato non poteſt «
euidenter oſtendi, quin ſit ibi aliqua res quæ non ſit accidens ita in inſtrumento «
reuocationis. *Reuoco tanquam falſum.* «

28. Item Ep. 7. dixi quod poteſt dici ſine contradictione ad quam quis poſ- «
ſet duci, quod omnis res de mundo eſt producta. *Reuoco tanquam falſum, erroneum,* «
hæreticum & blaſphemum. «

» 29. Item Ep. eadem dixi quod iſta conſequentia non eſt euidens, A eſt productum : igitur aliquis producens eſt A vel fuit. *Reuoco tanquam falſum.*

» 30. Item Ep. ad Bernardum dixi quod iſtæ conſequentiæ non ſunt euidentes, actus intelligendi eſt : igitur intellectus eſt. Actus volendi eſt : igitur voluntas eſt. *Reuoco tanquam falſum.*

» 31. Item dixi ſemel in vico ſtramineo, quod non poteſt euidenter oſtendi quin omnia quæ apparent ſint vera. *Reuoco tanquam falſum.*

» 32. Item dixi in quadam diſputatione quod Deus & creatura non ſunt aliquid. *Reuoco tanquam falſum.*

» 33. Item dixi in quadam diſputatione quod contradictoria adinuicem ſignificant idem. *Reuoco tanquam falſum.*

» 34. Item dixi quod vidi in dictis Ariſtotelis & Commentatoris mille quæſtiones determinatas contra quas non inueni rationes demonſtratiuas, ſed mihi bene occurrunt aliquæ per quas videbatur mihi quod ita poſſent teneri rationes oppoſitæ ſicut propoſitæ ab eis, quas tamen dixi non eſſe determinatas & oppoſitas, ſed ſolum probabiles. *Iſtum articulum aſſero falſum & Reuoco ſicut jacet.*

» 35. Item quod cum notitia quæ poteſt haberi ſecundum apparentia naturalia poſſet in modico tempore multum admirari quod aliqui ſtudent in Ariſtotele & Commentatore, & vſque ad ætatem decrepitam & propter eorum ſermones Logicæ deſerant res morales & cauſam boni communis in tantum quod nunc exurrexit amicus veritatis ſcilicet ipſemet, & fecit ſonare tubam ſuam vt dormientes à ſomno excitaret. Contriſtati ſunt valde & quaſi armati ad Capitale bellum contra eum irruerunt. *Iſtum articulum reputo falſum & præſumptuoſum.*

» 36. Item quod res abſolutè permanentes, & de quibus dicitur communiter, quod generantur & corrumpuntur, ſunt æternæ, ſiue ſint ſubſtantiæ ſiue accidentia. *Reuoco tanquam falſum, hæreticum & erroneum.*

» 37. Item quod in rebus naturalibus non eſt niſi motus localis diſgregationis & congregationis : ita quod quando ad talem motum ſequitur congregatio Atomalium, colliguntur adinuicem, & ſortiuntur naturam vnius ſuppoſiti, dicitur generatio, quando ſegregantur, dicitur corruptio. Et quando per motum localem atomalia cum aliquo ſuppoſito, quæ ſunt talia quod nec aduentus eorum videtur facere ad motum ſuppoſiti, vel ad id quod dicitur operatio naturalis eius, tunc dicitur alteratio. *Iſtum articulum aſſero hæreticum & reputo falſum.*

» 38. Item quod lumen nihil eſt aliud, quàm quædam corpora quæ nata ſint ſequi motum ſolis vel alterius corporis luminoſi, ita quod fit per motum localem talium corporum aduenientium ad præſentiam corporis luminoſi. Et ſic dicatur quod non fit per motum localem, quia in inſtanti fit. Reſpondetur quod imò fit in tempore, ſicut ſonus licet non percipiamus, quia fit ſubitò. *Iſtum articulum reputo falſum.*

» 39. Item quod vniuerſum eſt perfectiſſimum ſecundum ſe & ſecundum omnes ſuas partes & quod nulla poteſt eſſe imperfectio, nec in toto nec in partibus. Propter hoc oportet totum & partes eſſe æternas, nec tranſire de non eſſe ad eſſe; nec è conuerſo. Quia ad illud ſequeretur neceſſario in vniuerſo vel in partibus eius imperfectio. *Iſtum articulum reuoco tanquam falſum.*

» 40. Quod quidquid eſt in vniuerſo, melius eſt ipſum, quam non ipſum. *Iſtum articulum reputo & aſſero falſum & erroneum.*

» 41. Quod duæ albedines aut quæcunque duo indiuidua ejuſdem ſpeciei conueniunt ad ſenſum & intellectum, vt eædem res ſunt omnino eadem, nec debet eis negari aliquis gradus indemnitatis quantumcumque ſint in diuerſis ſitibus vel ſuppoſitis. *Reputo falſum & erroneum.*

» 42. Item quod præmiatio bonorum & punitio malorum per hoc fit quod quando corpora atomalia ſegregantur, remanent quidam ſpiritus qui dicuntur vnus intellectus & alius ſenſus : Et iſti ſpiritus ſicut in bono ſe habebant in optimâ diſpoſitione, ſic ſe habebunt infinities ſecundum quod illa judicia infinities congregabuntur. Et ſic in hoc bonus præmiabitur, malus autem punietur,

quia infinities, quando iterabitur congregatio ſuorum Atomalium habebit ſemper ſuam malam diſpoſitionem: vel poteſt aliter poni quod illi duo ſpiritus bonorum, quando dicuntur corrumpi ſuppoſita eorum, fiunt alteri ſuppoſito conſtituto ex atomis perfectioribus. Et quod tale ſuppoſitum ſit minoris perfectionis. Idcirco intelligibilia magis quàm prius remeant ad nos. *Iſtum articulum aſſero falſum & erroneum.*

43. Item quod omne corruptibile includit in ſe repugnantiam & contradictionem. *Reputo falſum, erroneum & hæreticum.*

44. Item quod iſti concluſioni. Res permanentis naturæ ſunt æternæ magis eſt aſſentiendum quàm oppoſitæ. Et ſi aliquis dicat eum negare fidem, ex hoc non oſtenditur vel oſtendunt quod hoc non poſſunt dicere niſi mentiendo. *Iſtum articulum reputo falſum.*

45. Item quod actus animæ noſtræ ſunt æterni: quod quando intelligamus, aliquando non hoc pro tanto eſt, quia per motum ſpiritualem redditur aliqua ratio intelligibilis, cum conjunguntur aliqua circa ſenſum, ſicut dicit in rebus permanentibus mutabilibus. Nihil eſt nouum de nouo in eſſe poſitum. Cum aliqua res eſt aliquando præſens alicui per motum localem, primò non erat præſens. *Iſtum articulum aſſero falſum & reputo hæreticum.*

46. Item quod ſuppoſita redibunt eadem numero per reditum corporum cœleſtium ad eadem. *Iſtum articulum aſſero falſum.*

47. Item quod eadem intellectio quæ nunc eſt præſens mihi, erit poſtea præſens alteri ſuppoſito. *Iſtum articulum reputo falſum.*

48. Item quod potentiæ nihil recipiunt ab objectis, ſed præſente objecto & aliis concurrentibus ad operationem potentiæ aliqua realitas efficitur præſens animæ, quæ prius non erat præſens. Attamen erat alteri præſens nec fit præſens. Vt ſic per reſolutionem corporum Atomalium, vt dicit, ſed ſolum per quendam motum ſpiritualem juxta gratiam. *Iſtum articulum reuoco & aſſero falſum in ſe & in ordine ad præcedentem, hæreſim ſapientem.*

49. Item ſicut vilia tendunt ad centrum & ad terram propter vnigenitatem quia ſunt ſimilia. Ignis autem ad ignem & corpora nobilia ad ſibi ſimilia: ita videtur quod ad animas nubis veniant exemplaria nobilia & ad viles vilia quæ ſunt de terra, terram loquuntur. Vnde talis aduentus exemplaris nobilium vel vilium videtur atteſtari perfectioni vel imperfectioni animarum: quia talia exemplaria vt ſic non veniunt, niſi propter vnigenitatem. *Iſtum articulum reprobo & reputo falſum.*

50. Item quod ſi non ponent generationem, non ponent ſubjectum, ſed ſolum ordinem ipſius cauſæ poſt non eſſe. Puta hoc ens eſt, & prius non fuit: vel ſi aliquid motum intelligeret, hoc eſſet reſpectus fundatus in ente, nec ſub alio intellectu concederet concluſionem oppoſitam Philoſophorum, *Ex nihilo nihil fit. Iſtum articulum reputo falſum.*

51. Quod deſiderium naturale non eſt fruſtra, ideo quidquid deſideramus, aliquando adipiſcemur. Vnde quicunque cupit ire ad noſtram Dominam, aliquando ibit. *Iſtum articulum reputo falſum, erroneum & hæreticum.*

52. Item anno trecenteſimo quo fecit iſtum Tractatum, fecit proclamari quod legeret librum Politicæ Ariſtotelis ſub hac forma, quod quicunque voluerit audire librum Politicorum Ariſtotelis vna cum quibuſdam Quæſtionibus in quibus diſputatur de Iuſto & injuſto, per quas poterit nouas leges condere conditas, ſi quæ ſunt corrigenda, corrigere, veniat ad talem locum & inueniet M. Nicolaum de Vltricuria qui docebit omnia iſta in tali lectura. In quadam Quæſtione determinaſſe videtur quod in aliquo caſu furtum ſit licitum, & exemplificat in caſu qui ſequitur. Ponatur quod aliquis juuenis bene natus inueniat aliquem qui in breui valeat eum inſtruere in omni ſcientia ſpeculatiua, quæ poteſt haberi de rebus creatis, & non velit facere niſi ille juuenis det 100. libras quas ille juuenis non poteſt habere niſi per furtum, dixi quod in hoc caſu furtum eſſet licitum juueni illi. Quod probatur ſic. Quod eſt amabile Deo, illud eſt faciendum: ſed quod juuenis ille acquirat ſcientiam perfectam, eſt amabile Deo, & non poteſt per alium modum, vt dictum eſt, niſi per furtum. Igitur furtum eſt faciendum. *Iſtum articulum reputo & aſſero fatuum quoad*

Digitized by Google

» *præconiſationem, hæreticum quoad determinationem, falſum quoad probationem.*
» 53. Item quod hoc eſt principium primum & non aliud, *Si aliquid eſt.* Iſtum » art. aſſero falſum.
» 54. Item quod Deus & creatura non ſunt aliquid falſum & ſcandaloſum, » provt verba ſonant.
» 55. Item ſignificabile complexè per iſtud complexum, Deus & creatura » diſtinguntur, nihil eſt, aſſero falſum & ſcandaloſum.
» 56. Item quod eſt tranſitus de contradictorio in contradictorium ſine mu» tatione reali cuiuſcunque intrinſecè. *Iſtum articulo reputo falſum.*
» 57. Item quod quæcunque diſtinguntur, ſummè diſtinguntur, & æqualiter » diſtinguntur. *Iſtum articulum reputo falſum.*
» 58. Item quod Deus poteſt præcipere creaturæ rationabiliter, vt habeat » ipſam ob id, & ipſa obediens plus meretur, quàm ſi ipſum diligeret ex præce» pto, quoniam hoc faceret cum majori conatu & magis contra propriam incli» nationem. *Iſtum articulum aſſero falſum.*
» 59. Item ſi aliquis velit conformare voluntatem ſuam voluntati Diuinæ, » ſequitur neceſſario altera pars illius definitiuæ; vel quod Deus eum inſtrueret » de omnibus neceſſariis & concernentibus ſalutem ſuam, ita quod errare non » poſſet, vel quod non erraret: & ſi erraret, in quocunque actu ſuo, ille error » non eſſet ſibi imputatus, nec peccatum: imò mereturin actu conſequente ta» lem errorem: imò plus vel tantùm quantum eliciendo actum oppoſitum ſe» quendo Iudicium rationis. Iſtum articulum aſſero falſum, & reputo erroneum » provt quod in principio ſuo primo tenuiſſe dicitur quod jacet.
» 60. Item quilibet tenetur plus diligere meliorem ſe proximum quàm ſeip» ſum. *Iſtum art. reputo falſum.*
» 61. Item quod M. *Nicolaus de Vltricuria* prædictus dicere debeat altè & in» telligibiliter, quod propter iſtos articulos & propoſitiones per eum reuocatas, » ac multos alios articulos falſos & hæreticos, huius Epiſtolæ & libelli comboſti » fuerunt, in ſcripturis reuocare debeat publicè, ſolenniter, expreſsè, propoſi» tiones per eum coram nobis reuocatas, alios articulos à prædictis aſſerendo, ali» quos falſos & præſumptuoſos. Etiam & quod debeat jurare in præſentia noſtra » ad ſancta Dei Euangelia quod nunquam tenebit aut docebit etiam clam vel pa» lam,& repræſentabit ſe Cancellario Pariſ.& Vniuerſitati Magiſtrorum & Scho» larium Pariſius ſtudentium & etiam Regentium.

In Reg. Anglicanæ Nationis legitur hæc facta fuiſſe reuocatio anno ſuperiore. Sic enim ſcribit M. Laurentius de Suecia eiuſdem Procurator. 1. *die ſancti Edmundi ſcilicet in Feſto Nationis Anglicanæ fuit facta Congregatio Vniuerſitatis ſcilicet Regentium & non Regentium apud S. Mathurinum ad audiendum* Litteras Papa» les & proceſſus ſuper quibuſdam articulis quos M. Nicolaus de Vltricuria Bac» calarius in Theologia die S. Katarinæ proximè ſequente in ſermone apud Præ» dicatores publicè reuocaret, aliquos tanquam falſos & aliquos tanquam falſos, » erroneos & hæreticos. Et ibidem in ſermone ipſos articulos vnà cum vno Tra» ctatu ſuo ſecundum mandatum Apoſtolicum idem Magiſter comburebat.

ROTVLVS NOMINATIONVM. Legimus quoque hoc anno miſſum fuiſſe ab Vniuerſitate Rotulum nominandorum ad Clementem Pontificem: factaque conuocatione Nationis Anglicanæ petiit M. Rodulphus de Conſtantia inſcribi, cum actu regeret; neque enim alij quàm Regentes tunc temporis admittebantur ad Nominationes. *Facta Congregatione Nationis Aglicanæ apud S. Mathurinum ad ſupplicandum in Craſtino Tranſlationis S. Nicolai, ſupplicauit M. Rodulphus de Conſtantia vt inſcriberetur in Rotulo mittendo ad Papam, cum tunc temporis verus fuiſſet Regens. Quod ei concorditer in Natione concedebatur nullo penitus reclamante.*

Et in hanc rem facit, quod ſcribit M. Henricus de Minda Saxo, ejuſdem Na» tionis Procurator. Facta Congregatione Generali apud S. Mathurinum in die » Martis proxima poſt Inuentionem Crucis ſanctæ deliberauerunt concorditer » tres Facultates, ſcilicet Decretiſtarum, Medicorum & Artiſtarum per modum » expedientis, *quod ſcriberetur Papæ pro prouiſionibus Magiſtrorum Pariſius actu Re» gentium: Ita quod ſicut conſuetum eſt, mitteretur Rotulus ad Papam. Et ſimiliter deli» berauerunt per modum expedientis, quod omnes Officiarij Vniuerſitatis pro tunc exiſtentes,*

ſcilicet Rector, Decani & Procuratores inſcriberentur in Rotulo ſub nomine "
Officiariorum quandocunque Rotulus mitteretur, ad euitandum lites & diſcor- "
dias quæ propter mutationem Officiariorum ſæpè inter Nationes & ſimiliter "
Facultates ortæ fuerunt. Et immediatè ſequenti die factâ Congregatione Ge- "
nerali ibidem Facultas quarta, ſcilicet Theologorum prædictis deliberationi- "
bus vnanimiter ſe adjunxit, ſicut aliæ Facultates declarauerunt de iure fore fa- "
ciendum. Hæc omnia acta fuerunt horis & locis dictis prout per publicum in- "
ſtrumentum poteſt proteſtari. "

Item facta Congregatione Nationis Anglicanæ apud S. Mathurinum ad ſup- "
plicandum in die Mercurij ante Feſtum S. Vrbani ſupplicauit M. Ioannes de "
Friburgo, qui tunc fuit ad ſuas partes reuocatus, & *cum tunc fuiſſet verus Re-* "
gens, quatenùs ſibi in ſua abſentia locus in Rotulo ſibi debitus tanquam præ- "
ſenti daretur. Quam ſupplicationem Natio ſibi concorditer conceſſit, nullo "
penitus reclamante. Et pro tunc ſubſtituit in Procuratorem pro ſe & pro M. "
Rodolpho de Conſtantia in præſentia Nationis Nobilem virum *D. Alexandrum* "
pro tunc Scholarium de Almania Prouiſorem, dando etiam ſibi plenarium ſuum con- "
ſenſum ſubſtituendi alium, ſi neceſſe fuerit & ſecundum voluntatem ſui beneplaciti "
citi ordinandi. Ille M. Alexander Prouiſor erat Collegij Alemanici in vico Tra- "
uerſine ſiti; de quo infra. Menſe Decembri electus fuit in Rectorem M. Ioannes Nicolaï de Dacia, Angl. Nationis, eo Rectore plurimi licentiati ſunt & inceperunt, in Artibus, qui referuntur in Reg. Angl. Nat.

Hoc anno cœpit imperare, & ab omnibus pro Imperatore agnoſci Carolus IV. Filius Ioannis Bohemiæ Regis, qui primùm Wenceſlaus nominatus, poſtea Lutetiam miſſus ad ſtudia, ita jubente Carolo Valeſio ab Epiſcopo Pariſienſi in Confirmatione Caroli nomen accepit, Anno ætatis 30. Imperij habenas capeſſit, vir certè magnus, ſi Wenceſlaum deinde filium natu majorem non curaſſet Imperio deſtinari, magno Reipub. Chriſtianæ detrimento. Vt autem ille Bohemorum animos ſibi demereretur, hoc ipſo anno Pragenſem Academiam inſtituit. De eo deque eius litteratura & virtutibus ſic habet Æneas Syluius in Hiſtor. Bohemica cap. 33. Nomen huic Carolo in Baptiſmo « Vvenceſlaus fuit, quod in Confirmatione à Carolo Francorum Rege muta- « tum eſt, apud quem pueritiæ rudimenta peregit. Fuit autem hic Carolus vir « magnorum operum, qui Regnum Bohemiæ tum Religionis cultu, tum legum « ac bonorum morum diſciplina illuſtrauit. *Nam Schola liberalium Artium ab eo in* « *Praga erecta eſt*. Noua Ciuitas mœnibus cincta, Palatium Regium magnificen- « tiſſimè exædificatum, &c. «

VNIVERSITATIS PRAGENSIS INSTITVTIO.

De eodem Ioannes Pragenſis Archiepiſcopus in laudatione ſeu Oratione eius funebri, poſtquam recitauit eum calluiſſe Linguam Bohemicam, quæ illi naturalis erat & vernacula, Teutonicam, Latinam, Francigenam, Lombardicam, Tuſcanicam & quamplures alias, ſubjungit, *Ipſe habuit Spiritum ſcien-* « *tiæ*. Nam vt bene notum eſt, ita doctus fuit, *quod ſciens & Magiſter in Theo-* « *logia putaretur*. Nam Pſalterium in aliquibus locis pulcherrimè expoſuit, ſimi- « liter & Euangelia, & orationes & alia Magiſtralia. Similiter commentabatur « ſæpius cum Magiſtris, Doctoribus & aliis ſcientificis conferebat diſputanda. « Quapropter ſtudium Pragenſe fecit & quamplura Collegia. «

De eiuſdem Academiæ Inſtitutione excellentiſſimè inter cæteros Ioachimus Camerarius ſic diſſerit in lib. de Eccleſiis Fratrum in Bohemia & Morauia. *Carolus Imperator huius Nominis IV.* tum aliis multis ornamentis effici « ſtuduit ſpectatiorem Vrbem principem Bohemiæ Pragam. *Tum Carolum M.* « *imitatus, id quod ille Lutetiæ Pariſiorum egerat, collocando ibi Collegia docentium diſ-* « *centiumque bonas Litteras & optimas diſciplinas atque Artes, quas Scholaſticas, appel-* « *lamus Vniuerſitates & Academiarum Congregationes, Pragæ quoque fundauit anno* « *Chriſti 1348* Ingens tunc multitudo vndique eò confluxit alliciente & loci com- « moditate & liberalis cognitionis cupiditate quamplurimos. Atque tum ex « Germania, tum aliunde ingens numerus eorum qui in Ordine Scholaſtico eſſent, « conueniſſe Pragæ traditur, Bohemicæ Hiſtoriæ 4400. memorant. «

Nec prætereunda quæ habet Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ad an- « num 1360. His quoque temporibus Carolus Imperator IV. cum eſſet vir Doctus, «

Digitized by Google

» *quippe qui in Gymnaſio Pariſienſi multo tempore litteris operam dederat*, amaretque
» præ cæteris viros eruditos, Vniuerſitatem Pragenſem pro decore Bohemiæ Re-
» gni laudabiliter inſtituit, quæ multis priuilegijs & donationibus ab eo illuſtrata,
» in breui tempore vltra omnes totius Germaniæ Vniuerſitates gloriâ & numero
» perſonarum creuit, quo vſque tandem poſt annos fermè 50. multis commacula-
» ta hæreſibus quæ notæ ſunt omnibus, in nihilum redigitur.

Cæterum licet ijs ille temporibus ſtuduiſſet in Academia Pariſienſi, quibus ipſa ex ſeptem Corporibus, nempe ex 3. ſuperioribus Facultatibus & 4. Nationibus conſtabat, maluit tamen ſuam iuxta vetus Inſtitutum huiuſce Vniuerſitatis, ex ſolis 4. Nationibus componere, in quibus nihilominus ſuperiores Facultates continebantur, omnes & ſingulos Magiſtros ſubeſſe voluit Nationum Præfectis & Rectori, quemadmodum antiquitus in hacce Pariſienſi fiebat: exiſtimans ſcilicet melius & lubentius parituros ſingulares Magiſtros Rectoris Mandatis, quam ſi ſeorſim corpus aliquod vnum Collegiumque componerent.

1349. FLAGELLATORVM SECTA. Anno 1349. ad auertendam amoliendamque Dei iram, qui in totum penè orbem peſtem atrociſſimam immiſerat, ſurrexit noua quædam ſecta, Flagellatorum ſiuè Flagellantium dicta, ſeu etiam Cruciferorum, quia procedendo Cruces ſinguli manibus geſtabant, Crucibuſque rubris inſigniebantur in veſtibus, capucijs & capillis à fronte & à tergo. Illi ab Hungaria progreſſi in totam Germaniam, Poloniam, Galliam, Angliam ſe ſe diffuderunt turmatim, vbique ſe tum mulieres quàm viri vmbilico tenus nudis corporibus, bis de die nodoſis & aculeatis funiculis ad ſanguinis vſque effuſionem ſe ſe inuicem flagellantes, ac diuinam miſericordiam implorantes, ſe ſeque in terram in modum Crucifixi proſternentes. His ſe multi adiungebant, ſed nemo coniugatus ſine conſenſu vxoris, & reconciliatâ prius cum inimicis amicitiâ. Singulæ turmæ vnum Principem & duos Magiſtros habebant, quorum mandaris parebant. Non petebant autem Eleemoſynas, ſed oblatam tantùm ſtipem accipiebant: itaque nulli graues exiſtebant. Verum, vt ſolet, huicce pœnitentiæ generi acceſſit inſania, ſuperſtitio & hæreſis. Aſſerebant enim ſuum ſanguinem ita effuſum miſceri cum ſanguine Chriſti ad expianda hominum peccata: & ſi quis per 30. dies continuos ſe ſe flagellaſſet, peccatorum omnium remiſſionem obtinere certius, quàm peccatorum confeſſione, aut alia quauis pœnitentia. Videatur Spondanus ad hunc annum.

Aduerſus hanc ſectam, quæ biennio plurimùm inualuit, Vniuerſitas Pariſienſis Eccleſiaſticæ paci ſemper intenta decreuit prima die Martis poſt feſtum omnium Sanctorum, poſt factam à Rectore & Deputatis definitionem, quæ in Congregatione Generali à tota Vniuerſitate examinata, omnium Facultatum & Nationum calculis comprobata eſt; vt habetur in Reg. Nat. Anglicanæ, tunc eiuſdem Procuratore M. Io. de Louanio Hollandino ſic ſcribente. *Anno Domini 1349. primo die Martis poſt Feſtum omnium Sanctorum facta fuit definitio contra Flagellatores per D. Rectorem & tunc Deputatos, & à tota Vniuerſitate in Congregatione Generali examinata eſt & conceſſa.* Iſte Ioannes de Louanio, vt hoc obiter moneam, ſucceſſit M. Alberto Boëmo de Praga, electo die Veneris ante feſtum S. Michaëlis. Sic enim habetur. *Anno Domini 1349. die Veneris ante feſtum S. Michaëlis facta Congregatione Nationis Anglicanæ ad S. Iulianum Magiſtrorum tam Regentium quam non Regentium electus fuit concorditer ab omnibus Magiſtris eiuſdem Nationis M. Albertus Boëmus de Praga familiaris Clericus, Sereniſſimi Principis & D. D. Karoli Romanorum Regis ſemper Auguſti & Bohemiæ Regis in Procuratorem Nationis ſuperius nominatæ.* Nullibi autem in Commentarijs & antiquis Codicibus Definitionem illam ſeu Decretum reperire potui contra Flagellatores. Contra eandem ſectam Clemens Conſtitutionem edidit. Sed non tam facili negotio aboleri potuit: quippe contra eandem ſcripſit adhuc ſequente ſeculo M. Ioannes Gerſon Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis.

Vt autem ſaniori pœnitentiæ genere ira Dei placaretur, Clemens Iubilæum promulgauit in annum ſequentem, atque à centeſimo ad quinquageſimum quemque annum reduxit, datis publicis litteris ad omnes Prælatos 4. Id. April. quod quidem vt ſanctè, ita politicè inſtitutum fuiſſe nonnulli ſcribunt, quò ſuperſtitioſi complures ab illa Flagellantium pœnitentia auocarentur.

Eodem

Eodem anno idem Pontifex ſcripſit ad Cancellarium Pariſienſem in gratiam Fr. Giraldi Grimaldi Minoritæ, vt illi licentiam Magiſterijque gradum in Theologia impertiretur præter ordinem.

PRO MAGISTERII IN THEOL. GRADV.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Cancellario Pariſ. Sal. & Apoſt. bened. Sicut debetur benemeritis præmium & ſeruitijs gratitudo, ſic etiam dignum reputamus, vt illis qui Sacræ Theologiæ ſtudio longis temporibus inſudarunt, laborum ſuorum honor debitus impendatur. Sanè petitio pro parte Dilecti filij Giraldi Grimaldi ordinis FF. Minorum Prouinciæ Aquitaniæ nobis exhibita continebat, *quod ipſe qui in ſtudio Pariſienſi in ipſa Theologia Baccalarius extitit*, & iam in illo litterarum & ſcientiarum curſus ſuos ſolitos perfecit, adeo in dictâ Theologiâ, diuinâ gratiâ largiente profecit, quod dignè meretur honorem Magiſtralem recipere in eadem. Quare pro parte ipſius Giraldi fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt eum promouere ad prædictum honorem authoritate Apoſtolica mandaremus. Nos igitur de ipſius Giraldi ſufficientia & idoneitate adhoc certam notitiam non habentes, ac gerentes de tuæ circunſpectionis induſtria in his & alijs fiduciam in Domino ſpecialem, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus poſtquam tibi conſtiterit, quod præfatus Giraldus litterarum & ſcientiarum ibidem legendo curſus ſuos perfecerit, & ipſum ex fide digna relatione Dilectorum filiorum Magiſtrorum in eadem ſacra Pagina in dicto ſtudio præſentium ſufficientem inueneris, ad honorem huiuſmodi Magiſtralem quibuſcunque Conſtitutionibus, priuilegijs Apoſtolicis nequaquam obſtantibus, dicto Giraldo aliàs ſeruatis debitis & conſuetis ſolemnitatibus legendi & regendi vbique in Theologiæ Facultate prædicta licentiam tribuas, eumque ad honorem ipſum promouere procures. Datum Auenione 6. Id. Iunij anno 8.

Idem Pontifex promouit hoc anno ad Epiſcopum Abienſem ſub Patriarcha Conſtantinopolitano Ioannem de Monteſono, non illum quidem famoſum Dominicanum, quem Vniuerſitas Pariſienſis à communi & tritâ viâ deuiantem exulare coëgit, vt ſuo loco dicetur, ſed Minoritam teſte Wadingho in Annal. Minorum ad hunc annum.

Idem Pontifex rogatus à Canonicis Regularibus Præmonſtratenſibus, Benedicti XII. diploma pro Canonicis Regularibus ad ſtudia Generalia Pariſius deſtinandis, & eoſdem ad Baccalariatus, Licentiatus & Doctoratus Gradus promouendis amplificat & extendit: vt legitur in lib. 3. Bibliothecæ Præmonſtratenſis Ordinis, his verbis.

PRÆMONSTRATENSIVM PRIVILEGIVM QVOAD STVDIVM PARIS.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ad ſacrum Præmonſtratenſem Ordinem in agro militantis Eccleſiæ ab antiquo fundatum & Profeſſores ipſius gerentes ab intimis ſpecialis affectionis intuitum circa ea quæ honeſtatis decorem Ordinis & Profeſſorum ipſorum, ac prouectionem eorundem Profeſſorum ad ſacrarum peritiam ſcripturarum, ſapiunt, vt ijdem Ordo & Profeſſores de bono ſemper in melius conualeſcant, libenter intendimus, & operoſæ ſolitudinis ſtudium adhibemus. Sanè dudum felicis recordationis Benedictus XII. Prædeceſſor noſter inter nonnulla ex illis quæ pro bono ſtatu & obſeruantia Religionis Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini & perſonarum Profeſſorum ipſius prouidè ordinauit & ſtatuit ſuper Canonicis ipſis in primitiuis ſcientijs ſufficienter inſtructis, vt ad ſacrorum Canonum Facultatem tranſirent, ad ſtudia Generalia deſtinandis, inter alia ſtatuit ſpecialiter & etiam ordinauit, quod nullus eorundem Canonicorum ad recipiendum Magiſtratus ſeu Doctoratus honorem deinceps aſſumeretur, niſi præſtito per eum primitus Iuramento in præſentia Prioris ſtudentium ſui Ordinis, ac ſex proborum ac diſcretorum eiuſdem Ordinis ex ſtudentibus antedictis, quod in aſſumptione ipſius honoris, vel ante ſeu poſt, eius occaſione circa cibos, veſtes, vel alia non expendere, per ſe vel alium vndecunque habuiſſet, vel fuiſſet ſibi datum, nec quantum in eo foret, à quibuſuis alijs expendi permitteret vltra valorem duorum millium Turonenſium argenti. Illi etiam qui ad Baccalariatum aſſumerentur, iuramentum præſtare ſimiliter tenerentur in præſentiâ Prioris ſtudentium & 4. proborum & diſcretorum de ſtudentibus memoratis, quod huiuſmodi ſui Baccalariatus prætextu ipſâ die quâ fierent Baccalarij, vel

» ante, ſeu poſt, nullum feſtum, ſeu Conuiuium per ſe vel alios, aut quantum in
» eis eſſet, fieri permitterent à quibuſcunque alijs, etiam eorum conſanguineis
» vel amicis, & quod illi eorundem Canonicorum, *qui in Pariſienſi, vel quouis alio*
» *Generali ſtudio audiuiſſent Iura Canonica per ſex annos, de quibus per tres annos ad minus*
» *Decretum audiuiſſent, dummodo ſufficientes & idonei exiſterent, poſſent ad Baccala-*
» *riatum & Lecturam Iuris Canonici ſiue Decretorum in eodem Pariſienſi & quolibet alio*
» *Generali ſtudio in cappa ſuæ Religionis congruente aſſumi.* Qui verò per quinque an-
» nos in dicto Pariſienſi vel alio Generali ſtudio iura Canonica vt Baccalarij le-
» giſſent, & de hoc primo fidem feciſſent per eorum proprium iuramentum &
» duorum aliorum teſtimonium iurantium ſe credere eos verum iuraſſe ſi vellent,
» *in Cappa ſimiliter eorum Religioni congruente, ad Magiſterium in Decretis, vel ad*
» *lecturam Decretorum in eodem Pariſienſi & quolibet alio ſtudio Generali, dilatione &*
» *difficultate maliciosa & impedimento quibuſcunque ſublatis, ſicut ibidem aſſumi con-*
» *ſueuerunt cæteri Clerici ſeculares, poſſent aſſumi*, & per Cancellarium Eccleſiæ
» Pariſienſis in Pariſienſi, & alio quolibet ſtudio Generali, per illum ad quem per-
» tinet, ad huiuſmudi Magiſterium ſeu Doctoratus honorem promouerentur li-
» berè & etiam admitterentur, non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis & conſue-
» tudinibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum locorum Canonicorum Re-
» gularium & Ordinis prædictorum, nec nun eiuſdem Pariſienſis & aliorum quo-
» rumcunque ſtudiorum conſcijs iuramentis, Confirmationibus Apoſtolicis, aut
» quibuſuis firmitatibus alijs roboratis, & illis præſertim, quibus in eodem Pari-
» ſienſi ſtudio dicitur eſſe cautum, *quod nullus Canonicus vel Religioſus alius legat*
» *ibidem Iura Canonica, vel ad Baccalariatus ſtatum, aut Magiſterij honorem in Iure*
» *Canonico permittatur aſſumi, ſeu quod nullus ſine rubea cappa Decretum legat, ſeu le-*
» *gere permittatur ibidem, aut quod nullus inibi legere valeat Iura Canonica: vel ad*
» *Baccalariatum aſſumi, ſeu quod vt Baccalarius legere Decretales, aut quod Magiſte-*
» *rium aſcendere in Decretis, ſiue Doctor fieri Decretorum, aut ad lecturam in Decretis*
» *aſſumi, ſeu ipſam continuare valeat, niſi ibidem vel in aliquo ſtudio Generali audiuerit*
» *Iura Canonica per tres annos, provt ſic vel aliter in ſtatutis ipſius Pariſienſis ſtudij dicitur*
» *contineri*, vel de conſuetudine obſeruari, & alijs Conſtitutionibus vel ſtatutis
» eiuſdem Pariſienſis ſtudij quibuſcunque ſub quacunque forma vel expreſſione
» verborum in contrarium editis vel edendis, necnon quibuſcunque priuilegijs,
» vel Indulgentijs Generalibus aut ſpecialibus & litteris Apoſtolicis contrarijs,
» Ordinibus, Eccleſijs, Monaſterijs, locis & ſtudijs quibuſcunque, ſiuè Vniuer-
» ſitatibus Magiſtrorum & Scholarium eorundem, ſeu perſonis Eccleſiaſticis,
» ſecularibus & Regularibus, exemptis & non exemptis, cuiuſcunque ſint præ-
» eminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, ſub quauis forma vel expreſſione
» verborum conceſſis, per quæ litteris eiuſdem Prædeceſſoris ſupet ſtatutis & or-
» dinationibus prædictis confectis, non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effe-
» ctus huiuſmodi ſtatutorum & Ordinationum & ſingulorum contentorum in eiſ-
» dem litteris impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorum-
» que totis tenuribus plenam & expreſſam, & de verbo ad verbum oporteat in
» illis vel alijs eiuſdem Prædeceſſoris noſtri litteris fieri mentionem, provt in eiſ-
» dem litteris præmiſſa intet alia plenius enatrantur.
» Nos igitur prædictos Præmonſtratenſem Ordinem & Profeſſores ipſius cu-
» pientes proſequi præcipuis fauoribus in hac parte ipſius oblatis ſupplicationibus
» inclinati ſtatuta & Ordinationes prædicta & alia quæcunque per eundem Be-
» nedictum prædeceſſurem de prædictis Canonicis Regularibus ad prædicta Pa-
» riſieuſis, & alia Generalia ſtudia tranſmittendis facta & edita, vt præfertur,
» quatenus & provt eorundem Canonicorum Regularium promotionem & diſ-
» poſitionem ad Baccalariatus, Licentiatus, Doctoratus & Magiſterij gradus,
» ſeu quoſcunque alios exercendos actus Scholaſticos eorundem in Pariſienſi &
» alijs quibuſlibet Generalibus ſtudijs antedictis concernat, ad prædictos Præ-
» monſtratenſem Ordinem & Profeſſores ipſius authoritate Apoſtolica tenore
» præſentium perpetuò extendimus, atque etiam ampliamus. Nulli ergo homi-
» num liceat hanc paginam noſtræ extenſionis & ampliarionis infringere, aut ei
» auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, &c. Da-
» tum Auenioni 10. Kal. Martij, Pontif. noſtri anno 7.

Digitized by Google

Eodem anno idem Pontifex abſoluit Williclmum Okamum anathematis, qui ſigillum antiquum Ordinis Franciſcani poſt mortem Michaëlis Ceſenatis penes ſe retinuerat, & ad Capitulum Generale remiſerat petens interceſſionem ipſius apud Clementem, vt à Cenſuris abſolueretur. Sic ergo Clemens.

Abſolvitur Okam anathematis.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis FF. Minorum Sal. & Apoſt. ben. Petitio pro parte tua & dilectorum filiorum Capituli Generalis tui Ordinis nobis exhibita continebat, quod aliqui Fratres veſtri Ordinis quamuis pauciſſimi, qui quondam Michaëli de Cæſena & Ludouico de Bauaria obediuerunt, & ſpecialiter Willelmus de Anglia dicti Ordinis Profeſſore in Monachio remanſiſſe noſcuntur, idemque Willelmus ſigillum antiquum dicti Ordinis quod diu habuit, tibi remiſit, & tam ipſe quàm alij dicti Fratres reſidui, ab excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententijs atque pœnis in tales per proceſſus Apoſtolicos promulgatos, quas idem Willelmus & alij Fratres adhærendo ſeu obediendo Michaëli & Ludouico prædictis incurrerunt, deſiderant ſe abſolui, ſuntque parati noſtris & eiuſdem Eccleſiæ mandatis obedire. Quocirca pro parte tua & ipſorum Capituli nobis extitit humiliter ſupplicatum, & eiſdem Fratribus, qui ad Romanam Curiam, ſicut aſſerunt, commode venire non poſſunt, ipſorumque ſtatui ſuper hoc prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque votis eorum volentes annuere in hac parte, veſtris ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ de qua ſpecialem in Domino fiduciam gerimus, Vvillielmum & alios Fratres prædictos eidem Eccleſiæ reconciliandi, eoſque à dictis ſententijs atque pœnis iuxta formam per Nos ſuper hoc ordinatam, ac de verbo ad verbum præſentibus annotatam infra annum à data præſentium, ſi hoc humiliter petierint, abſoluendi plenam & liberam concedimus authoritate Apoſtolica, tenore præſentium facultatem. Forma autem abſolutionis talis eſt. *Ego N. Ordinis Fratrum Minorum Profeſſor, Confiteor me tenuiſſe & tenere fidem Catholicam, credere & tenere, quod credit & tenet & docet ſancta Mater Eccleſia Rom. ac credidiſſe & adhuc credere quod non ſpectat ad Imperatorem Papam ſeu ſummum Pontificem deponere & alium eligere vel creare: ſed hoc hæreticum reputo & hæreſim damnatam per Eccleſiam ſupradictam. Inſuper ad ſancta Dei Euangelia Iuro quod ſtabo & parebo mandatis Eccleſiæ & Domini noſtri Papæ ſuper illatis iniurijs & contumacijs, fautorijs & alijs implicitè vel explicitè per me confeſſatis & non confeſſatis, ac cæteris pœnis & ſententijs, quas incurri ab homine vel à Iure propter præmiſſa & ea tangentia. Et quod D. Papæ qui nunc eſt & eius ſucceſſoribus Canonicè intrantibus fidelis ero de cætero eiſque debitam obedientiam & reuerentiam exhibebo, nec hæreſibus, erroribus, opinionibus ſeu rebellionibus contra dictam Eccleſiam Ludouici quondam de Bauaria & Michaëlis de Ceſena vel fautoribus ſuis, ſiue ei adhærentibus aut eius ſequacibus in rebellione dictæ Eccleſiæ, ſeu alijs hæreticis ac Schiſmaticis adhærebo, aut cum eorum ſequacibus per dictam Eccleſiam denotatis deinceps ero, nec eis, ſeu alijs quibuſcunque dabo contra Rom. Eccleſiam, conſilium, auxilium, vel fauorem, directè vel indirectè, publicè vel occultè, nec cum quocunque in præfatæ Eccleſiæ rebellione exiſtente faciam alligationem, conſpirationem ſiue ligam.* Darum Auenione 6. Id. Iunij anno 8.

Profeſſio fidei Okami.

Fatentur quidem Hiſtorici Okamum verè pœnitentem & abſolutum à cenſuris obiiſſe. Verum illi Bzouius Dominicanus tria præcipua crimina impingit. 1. Quod author & incentor omnium malorum fuerit, quæ Ludouicus Bauarus Imperator in Roman. Pontificem Ioannem XXII. & in Eccleſiam peccauit. 2. Quod Hæreſiarcha, & Nominalium princeps Philiſophiam, Theologiamque deprauarit. 3. Quod adeo fuerit odioſus Ioanni Pontifici, vt propter eum de delendo Franciſcano Inſtituto cogitarit. Quæ crimina Vvadinghus partim diluit, partim ab eo commiſſa fuiſſe fatetur. Imprimis verò negat fuiſſe authorem malorum quæ Ludouicus Bauarus Eccleſiæ importauit, cum ea Bauarus exequi cœpiſſet, antequam Okamus ad eum confugeret. Negat quoque fuiſſe Hæreſiarcham; & Nicolai Sunderi authoritate probat, ſic de Okamo ſcribentis. Licet Okamus contra Papam ſcripſerit, tamen ſine omni controuerſia velut contra hominem, non autem velut contra Rom. Eccleſiæ fidem authoritatemve ſcripſit. Nam alioqui fidem ſuam de Rom. Eccleſia apertiſſimè confitetur in Prologo libelli, quem ſcripſit de Sacramento Altaris.

Neque diffitetur Vuadinghus, quin Okamus ſcripſerit contra ſummum Pontificem Ioannem acerbè nimis, impudenter & arroganter. Verum & quædam ſcripſiſſe ait, quæ ab alijs Catholicis aſſerantur. Nam. 1. affirmauit Okamus Concilium Oecumenium eſſe ſupra Papam, & à Papæ ſententia ad Concilium appellare licere. Quod licet Vuadinghus reputet falſum & erroneum, non tamen hæreticum putat eſſe, quoniam ſunt multi viri Catholici, qui ita ſcripſerunt, atque inquit, *adhuc mordicus ſuſtinent Pariſienſes*. 2. Aſſerebat Okamus, quod Imperator in ſua exercenda poteſtate non dependeat à ſummi Pontificis confirmatione, eamque ex ſola Electorum electione ei conferri, neque Imperatorem quemquam habere ſuperiorem in Temporalibus, neque id adeo aſperè condemnari ait Vuadinghus à Nauarro & Bellarmino.

Cæterum corrigendus error multorum Authorum, qui ſcribunt Okamum Monachij vbi apud Bauarum commorari ſolebat, obijſſe anno 1347. reuera enim quandiu vixit Bauarus, apud eum ille Monachij manſit. Verum poſt eius mortem tranſijt in Italiam, & interceſſione Capituli Generalis, impetratâ abſolutione à ſummo Pontifice Carinolæ ſiuè Caleni, quæ vrbs eſt Campaniæ, reliquos vitæ dies tranſegit, vt exiſtimat Vuadinghus.

Eodem anno obijt die Sabbati 25. Iulij Fulco de Chanaco Pariſienſis Epiſcopus, & in Guillelmi Patrui tumulo inhumatus eſt apud San-Victorinos. Cui in Epiſcopatu ſucceſſit Andoinus Alberti Lemouicenſis Innocentij VI. de quo infra, nepos: ſed vix annum ſedit Pariſijs, tranſlatuſque eſt ad Sedem Autiſſiodorenſem, & in Pariſienſi ſuffectus eſt ei M. Petrus de la Foreſt, vt ad annum ſequentem dicetur.

Legitur quoque in Reg. Nationis Anglicanæ Præpoſitum Pariſienſem præſtitiſſe iuramentum ſolitum Vniuerſitati apud Mathurinenſes. *In craſtino tranſlationis S. Nicolai iurauit Præpoſitus Pariſ. Rectori & Vniuerſitati Pariſ. apud S. Mathurinum, quod fideliter obſeruabit Priuilegia Vniuerſitatis & libertates, & hoc factâ congregatione generali, ſcilicet Regentium & non Regentium ac Scholarium.*

Item ex ijs quæ ibidem leguntur, intelligimus ciſtam in qua ſeruatur ſigillum commune Vniuerſitatis, tunc àdhuc in Eccleſia S. Genouefæ ſeruari ſolitam. *Ad reparandum ſeram de ciſta ſtante in Eccleſia S Genouefæ in qua cuſtoditur Sigillum commune Vniuerſitatis, dedit Receptor duos ſolidos Eurardo Bedello Principali Nationis noſtræ.*

RECEPTIO CANCELLARII PARISIENSIS.

Eodem anno M. Ioannes de Acciaco ſeu Aſſiaco Doctor Theologus è Regia Societate Nauarrica, Canonicus Pariſienſis, factus eſt eiuſdem Eccleſiæ & Vniuerſitatis Cancellarius, ſolitumque iuramentum præſtitit præſentibus Rectore, vno Theologo, vno Decretiſta & Procuratoribus 4 Nationum: qua de re confectum eſt hoc publicum Inſtrumentum.

» In nomine Domini, *Amen*. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cun-
» ctis ſit notum, quod anno eiuſdem Domini 1349. Indictione 3. menſis Octob.
» die 26. videlicet die Lunæ ante feſtum omnium Sanctorum, Pontificatus ſanctiſ-
» ſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri D. Clementis Papæ VI. anno 8. in mei
» Notarij publici teſtiumque infra Nominatorum ad hæc ſpecialiter vocatorum
» & rogatorum præſentia, in Capitulo Eccleſiæ Pariſienſis, venerabilibus & Diſ-
» cretis viris DD. & MM. ipſius Eccleſiæ Canonicis ibidem congregatis ad ſonum
» campanæ & hora capitulari Capitulantibus, ibidemque *Rectore Vniuerſitatis*
» Magiſtrorum & *Scholarium* Pariſius ſtudentium, Deputatiſque ipſius *Vniuerſitatis*
» ad hoc ſpecialiter conuocatis, videlicet vno Magiſtro in Theologia vnoque in
» Decretis & Procuratoribus 4. Nationum Facultatis Artium, nomine dictæ Vni-
» uerſitatis, nec non D. Officiali Pariſienſi vice & nomine Reuerendi in Chriſto
» Patris Epiſcopi Pariſienſis, præſentibus ad videndum & audiendum à venera-
» bili viro M. Ioanne de Aciaco Doctore in Theologia, Canonico & Cancellario
» conſuetum præſtari corporale iuramentum. In eodem Capitulo quædam lit-
» teræ Apoſtolicæ formam dicti Iuramenti in ſe continentes lectæ & perlectæ
» fuerunt. Quibus lectis & perlectis dictus Cancellarius in prænominatorum qui-
» bus ſupra nominibus, de obſeruandis omnibus & ſingulis in forma dicti Iuramen-
» ti contentis ipſum tangentibus, præſentia Iuramentum præſtitit corporale. Quo
» facto requiſiuit me Notarium publicum infra ſcriptum *dictus Rector dictæ Vni-*

uerſitatis nomine, quod publicum conficerem inſtrumentum. Acta fuerunt hæc “
in dicto Capitulo hora Capitulari, anno, Indictione, menſe, die & Pontificatu “
prædictis. Præſentibus venerabilibus & diſcretis viris MM. Ioanne de Veneca “
Canonico Tullenſi, Guidone Fabri, Petro & Simone de Caſtris, Godefrido “
de Dormaze Magiſtris in Artibus, Iacobo de Pauilione, Ioanne Candel, Ioan- “
ne le Vent dictæ Vniuerſitatis Bedellis & quampluribus alijs Magiſtris, Bedellis “
& Scholaribus teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et Ego Petrus “
quondam Petri Corderij de Nigella Clericus & Magiſter in Artibus Nouiodu- “
nenſis Diœceſeos Pariſius commorans, publicus Apoſtolica & Imperiali au- “
toritate Notarius Iuratus præmiſſis omnibus & ſingulis vnà cum prænominatis “
teſtibus præſens fui, eaque propria manu ſcripſi, & in hanc publicam formam “
redegi, hîc me ſubſcripſi ſignumque meum conſuetum appoſui requiſitus & ro- “
gatus in teſtimonium veritatis præmiſſorum. “

Colleg. Cameracenſis fundatio.

Hocce circiter tempore inſtitutum fundatumque eſt Collegium Cameracenſe; *trium Epiſcoporum* vulgo dictum, ex bonis & patrimonio nempe 3. Epiſcoporum, Hugonis de Pommarco Æduenſis, quondam Epiſcopi Lingonenſis; Hugonis de Arſiaco patriâ Autiſſiodorenſis, & Epiſcopi Laudunenſis; Guillelmi de Auxona Epiſcopi primùm Cameracenſis, deinde Æduenſis. Quæ omnia fuſius habentur in Antiquitatibus Pariſienſibus ex Inſtrumento fundationis.

Anno 1350. menſe Auguſto Philippus Valeſius apud Nogento Regium an. ætatis 57. fato communi defungitur, bene fortunatus primùm, inquit Gaguinus, deinde felix, poſtremo optimus Chriſticola appellatus. Magnus certè Princeps, ſi nouorum vectigalium auctor non fuiſſet & exactor Sed calamitoſiſſima tempora id effecerunt, bellumque Anglicanum, quo nullum vnquam in Gallia aſperius formidabiliuſque viſum eſt. 1350.

Diſcordia cum Capitulo Pariſienſi.

Cum autem efferretur, in ordine pompæ exequialis exorta eſt contentio inter Vniuerſitatem & Capitulum Pariſienſe de præceſſione in proceſſu. Qua de re ſic legitur in Reg. Nationis Anglicanæ, ſcribente M. Alberto de Bohemia eiuſdem Procuratore pro prima vice. *Fuit*, inquit, *orta briga inter Vniuerſitatem ex vna parte & Canonicos noſtræ Dominæ ex alia parte in proceſſione ad funeralia Regis, ſcilicet de prioritate Vniuerſitatis & Capituli. Item Vniuerſitas conqueſta fuit D. Regi, vbi Ego præſens fui de iniectione violenta manuum in Rectorem Vniuerſitatis & Procuratores eiuſdem. Item quod Rex deputauit tres perſonas ad cognoſcendum de cauſa inter Canonicos & Vniuerſitatem, ſcilicet Abbatem S. Dionyſij, M. Michaëlem & Stephanum Canonicum Eccleſiæ noſtræ Dominæ.* E tribus iſtis Cognitoribus M. Michaël, de Dacia cognominatus cauſam Vniuerſitatis ſuſtinebat, Stephanus Capituli partes tuebatur, Ægidius Rigaldus Abbas Sandionyſianus ſedit Arbiter, & ex eius ſententia habitis apud Prædicatores Comitijs Capitulum publicè ſatisfecit die Lunæ proximo poſt feſtum B. Martini Epiſcopi. *Item facta Congregatione Generali apud Prædicatores omnibuſque Magiſtris tam Regentibus quàm non Regentibus conuocatis, necnon Scholaribus diuerſarum Facultatum tam magnis quàm paruis ibidem congregatis facta fuit concordia inter Vniuerſitatem & Canonicos Pariſienſes, ipſiſque Canonicis in Capitulo FF. Prædicatorum & tota Vniuerſitate comparentibus, necnon ibidem ſuper illis de quibus fuerant accuſati, fide præſtitâ ac tactis ſacroſanctis Euangelijs ſe penitus excuſabant Canonici præfati.*

Elato igitur Philippo & apud S. Dionyſium in tumulo Majorum condito Remos proficiſcitur Ioannes filius & inungitur, quem Petrarcha teſtatur in adoleſcentia Litterarum ſtudia non neglexiſſe. Certè conſentiunt omnes eum fuiſſe excelſo generoſoque animo, miniméque omnium ſimulatorem, adeo vt *Boni* cognomen tulerit. Eius ſuaſu Berchorius Pictauienſis Ordinis Benedictini Philoſophus & Theologus clariſſimus Titum-Liuium in Linguam Gallicam vertit, vt à pluribus legeretur. Papyrius Maſſonius ait eidem Regi Andegauenſem Academiam debere ſuorum Priuilegiorum confirmationem. *Ante aliquot annos*, inquit, *cum Balduino docente Andegaui Rectoris munere fungerer, reperi in Armario Academico confirmationem Priuilegiorum à Ioanne factam 7. Kal. Maij. Illo ipſo anno quo bello victus captuſque eſt: & carmen in tumulo Berchorij poſitum, qui Lutetiæ viſitur, fidem facit librium neſcio quem vetuſtiſſimum* (nempe T. Liuium) *huius Regis mandato ex Latino in Gallicum ſermonem ab eo conuerſum.*

Remis reuerſus 17. Octob. Lutetiæ honorificentiſſimè excipitur. Tantaque & tam communis extitit omnium lætitia, vt Hebdomadæ vnius iuſtitium fuerit publicum, quomodo verò in Eccleſia Pariſienſi, in qua D. Virgini ſolebant Reges recenter vncti ſua vota nuncupare, exceptus fuerit, & quæ iuramenta præſtiterit, legitur in veteri Chartulario eiuſdem Eccleſiæ, his verbis. *In nomine Domini, Amen. Notum ſit vniuerſis,&c.*

Menſe Octobri electus eſt in Rectorem M. Marcuardus Scotus; quo Rectore profecti ſunt ad Curiam Auenionenſem Nuncij Vniuerſitatis, quorum vnus fuit M. Ioannes de Veſalia pro Natione Anglicana: Et iis ipſe Rector habitis apud Maturinenſes Comitiis Centuriatis *negotia communia ſingulaſq; Litteras Vniuerſitatis Summo Pontifici dirigendas præſentibus Magiſtris porrexit.* Ipſiſque ſingula facere quæ oportuit, ſicut debuit, commiſit, vt legitur in Reg. ejuſdem Nationis.

Eodem Rectore Vniuerſitas ad Regem profecta eſt initio Ianuarij ad obtinendam Priuilegiorum ſuorum confirmationem, & obtinuit, M. Alberto de Bohemia iterum Procuratore prædictæ Nationis Anglicanæ. Conqueſta quoque eſt Vniuerſitas quod Monachus quidam è ſuis alumnis Carceribus Epiſcopalibus contra Priuilegia mancipatus fuiſſet; ſic ſcribente prædicto Alberto. *Anno D. 1350. electus fuit M. Albertus de Bohemia Clericus familiaris D. Karoli Regis; in cujus Procuratoria facta ſunt quæ ſequuntur. 1. fuit deliberatum de liberatione cuiuſdam Monachi de Carcere D. Cardinalis S. Dionyſij. Item Vniuerſitas fuit ad Regem pro confirmatione Priuilegiorum quæ fuit conceſſa.*

Quis ille Cardinalis S. Dionyſij? nempe M. Petrus de la Foreſt Epiſcopus Pariſienſis, Abbas S. Dionyſij & Cardinalis factus 15. Kal. Ianu. ita poſtulante Rege, cujus Cancellarius fuerat, cum eſſet Dux Normanorum; cuique in variis Regni tempeſtatibus ſemper fidelis extitit & aſſiduus. Is verò Rege præſente jurauit ſe nunquam eiuſdem Vniuerſitatis Priuilegia violaturum, curauitque ipſi ſatisfieri per eos qui ſupradictum Monachum incarcerauerant. Qua de re ſic ſcribit M. Bernardus de Lorſem Alemannus Alberti ſucceſſor in Procuratoria Nationis Anglicanæ. *Multis deliberationibus & vacationibus præcedentibus liberatus fuit de carcere Quidam Scholaris Pariſienſis, ſcilicet Monachus qui fuit detentus contra Priuilegia Vniuerſitatis. Circa quæ illuſtriſſimus Francorum Rex ordinauit emendam condignam fieri Vniuerſitati Pariſienſi. Nam Epiſcopus Pariſ. promiſit fide digna coram D. Rege & deputatis ab Vniuerſitate nunquam facere contra Priuilegia Vniuerſitatis. Officialis verò jurauit ad ſancta Dei Euangelia, quod neſciuit ſi Clericus fuit tormentatus & inhoneſtè detentus. Commiſſarius Officialis fatebatur ſe præbuiſſe aſſenſum, qui dedit Vniuerſitati 200. libras Pariſienſes; quas tamen libras Vniuerſitas reſignauit D. Regi, ob eiuſdem Principis reuerentiam.*

Cæterum Petrus ille Epiſcopus Pariſienſis vix anno Epiſcopatum tenuit, ad Magalonenſem quippe tranſlatus. Is natus Suſæ in Diœceſi Cenomanenſi ex non tam mediocris fortunæ parentibus, Philippo de la Foreſt, & Margareta de la Chapelle Gaufridi Cenomanorum Epiſcopi ſorore. Et vt habetur in Gallia Chriſtiana, adoleſcens in Litteris & Philoſophicis ſtudiis bene inſtitutus Aureliæ primùm, deinde Andegaui Iuris diſciplinam magno diſcipulorum concurſu profeſſus eſt. Inde Pariſios euocatus, Patronus fit Regius in Senatu Pariſienſi. Gradatim quoque ad dignitates Eccleſiaſticas aſcendit. Ille in Academia Toloſana Collegium Magalonenſe fundauit ad ſuſtentationem Burſariorum. Sic enim in eius Teſtamento tertio Maij anno 1363. apud Auenionem facto habetur.

Item ordino Arbitrio Executorum meorum vnum Collegium vulgariter » dictum Burſam in Ciuitate Toloſanenſi, Grammaticorum & Logicorum, in- » cludendo alias liberales Artes in tanto numero, quanto apparebit eis, quod ſup- » portare poterit reſiduum bonorum meorum, emendo domos neceſſarias in lo- » cis conuenientibus, & animam D. Regis includendo participem ſi expedire vi- » derint: ad finem quod det perſonam nomine ſuo hoc fauorabiliter perſequen- » tem; & conſimiliter aliquam perſonam Capitolariis Toloſanenſibus, vt dent » etiam aliquam perſonam hoc proſequentem, & aduertant etiam de Archiepiſ- » copo Toloſano & Vniuerſitate ſtudij. Quod quidem Collegium bonis meis

mobilibus & immobilibus & ſe mouentibus, nominibus debitis & quibuſcun- «
que aliis, quocunq; nomine cenſeantur, heredem vniuerſalem facio & conſtituo. «

Eodem anno menſe Decembri electus eſt in Rectorem M. Iulianus de Muris. Cui menſe Martio ſucceſſit in Rectoratu M. Ioannes de Remis Nationis Gallicanæ, à quo legimus admiſſos fuiſſe ad juramentum Nicolaum de Zelandia & Margaretam conjugem Librarios: vt patet ex eiuſdem Rectoris Litteris 8. Iunij an. 13.1. expeditis eadem penè forma cum ea, quâ hodie vtimur. Suntque tales ex tabulario Vniuerſitatis.

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Ioannes Diaconi de Rhemis Rector « LITTERA
Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Do- « LIBRARIATVS.
mino ſempiternam. Noueritis quod in noſtra præſentia perſonaliter conſtituti «
Nicolaus de Zelandia aliàs Martel & Margareta eius vxor Pariſius commoran- «
tes, cupientes & deſiderantes ſub protectione Vniuerſitatis Matris noſtræ viue- «
re, & Officium Librariæ & Stationariæ ibidem feliciter exercere, Nobis humi- «
liter ſupplicarunt, quatenus vellemus eoſdem ad juramenta quæ jurauerunt «
alij Librarij & Stationarij Officium prædictum Pariſius exercentes admittere. «
Nos eorum ſupplicationi fauorabiliter annuentes eiſdem expoſuimus & iurare «
fecimus omnia juramenta, aliàs per Vniuerſitatem Matrem noſtram antedictam «
ordinata, quoad Officium Librariæ & Stationariæ Pariſius exercendum. Qui- «
bus factis & iuratis Nos quantum in nobis eſt, eiſdem conceſſimos, damus & «
dedimus licentiam emendi & vendendi libros Pariſius & alibi ſecundum Ordi- «
nationes & modificationem Vniuerſitatis Matris noſtræ ſæpedictæ ponentes «
eoſdem tenore præſentium in protectione eiuſdem Vniuerſitatis Matris noſtræ, «
volentes eoſdem tanquam Iuratos noſtros gaudere Priuilegiis Libertatibus, & «
Franchiſiis, quibus alij Librarij & Stationarij prædictum Officium Pariſius «
exercentes gaudere hactenus conſueuerunt. In cuius rei teſtimonium Sigillum «
Rectoriæ dictæ Vniuerſitatis præſentibus Litteris duximus apponendum. Da- « SIGILLVM
tum anno Domini 1351. die 8. menſis Iunij. Sign. P. C. de Duran, cum ſyn- « RECTORIÆ.
grapha.

Ille ſubſignatus de Duran videtur tunc fuiſſe Scriba ordinatius Vniuerſitatis, ipſiuſque nomine Litteras expedîſſe. Porro illi Librarij ad probandam ſuam fidem Officiali quoque Pariſienſi Iuramentum præſtiterunt, vt ex his Litteris apparet.

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Officialis Curiæ Pariſienſis, ſalutem «
in Domino. Notum facimus quod coram nobis propter hoc perſonaliter con- «
ſtituti Nicolaus de Zelandia aliàs Martel & Margareta eius vxor commorantes «
in quadam Domo ſita in magno vico S. Iacobi Pariſienſis tenente ex vna parte «
domum Thomæ de Mendane, tenente retrò Domum nobilis & potentis viri D. «
De Reuello in Cenſiua Hoſpitalis ac Vniuerſitatis Pariſienſis, vt dicebant, Iu- «
rati aſſeruerunt & bonâ fide promiſerunt coram nobis, quod cum dicta Vni- «
uerſitas ipſos ad Officium Librariæ & Stationariæ Librorum receperit, ipſi ſub «
dictâ Vniuerſitate Matre ſua volentes & intendentes legaliter viuere, & nullum «
Magiſtrum, Scholarem, nec alium in amiſſione vel celatione librorum, nec «
aliorum per ipſorum dolum ſeu culpam lædi vel fraudari, dictum Officium ſine «
damno, cauſis, fraude vel deceptione alicuius Magiſtri vel Scholaris, nec ali- «
cuius cuiuſcunque perſonæ, ſed bene & fideliter facient & exercebunt. Pro «
quibus omnibus & ſingulis adimplendis dicti conjuges prædictæ Vniuerſitati «
Domum in qua ad præſens inhabitant, ſpecialiter obligarunt, ac etiam omnia «
illa bona ſua, mobilia & immobilia, præſentia & futura vbicunque exiſtentia «
& poterunt inueniri, Iuriſdictionique noſtræ Pariſienſis Curiæ ſupponendo «
vbicunque ſe duxerint transferendos. In cuius rei teſtimonium Sigillum Curiæ «
Pariſienſis præſentibus Litteris duximus apponendum. Datum anno Domi- «
ni 1351. die Veneris poſt Feſtum B. Mariæ Magdalenæ. Sign. Iaxareſt cum «
ſyngrapha. «

Talis erat mos huius ſeculi, vt Officiarij eiuſmodi ab Vniuerſitate admiſſi, Officialis Pariſienſis Iuriſdictioni ſe ſubmitterent, quò ſi in Officio exercendo delinquerent, Cenſuris Eccleſiaſticis poſſent coërceri. Item Scholares qui Burſas ſuas ſoluere non poterant præ inopia, aut quia quo tempore gradum

Digitized by Google

aliquem recepturi erant, præſentem pecuniam non habebant, apud Officialem quoque juramentum præſtabant ſe ſoluturos cum primum facultas ſuppeteret, aut ſtatuto præfinitoque tempore; atque ad cautionem Litteras Officialis Nationi, cuius erant Scholares in Arca communi reponendas offerebant: vt pluribus exemplis patet. M. Iacobus Hollandinus Nat. Angl. Procurator hoc anno electus die Martis poſt Feſtum S. Ambroſij ita ſcribit. *Licentiatus fuit* D. Ioannes Meynardi ſub M. Iacobo tunc temporis *Procuratore, cuius Burſa 5. ſolid. ſcuto valente 20. ſolidis, qui per Litteram Sigillo Officialis corroboratam in Feſto Pentecoſtes obligauit ſe ſatisfacturum.* Item *Licentiatus fuit Bero aliàs Odbernus de Suecia ſub M. Henrico de Minda, cuius Burſa 7. ſolid. ſcuto valente 20. ſol. qui promiſit ſatisfacere infra Feſtum Ioannis Baptiſtæ ſub pœna priuationis, & ſe facturum Sigillo Officialis corroborauit.*

Eodem anno 1351. cum M. quidam Simon Licentiatus Theologus in Actu Veſperiarum Propoſitiones quaſdam erroneas effudiſſet, & inde Corollaria quædam elicuiſſet, eas juſſus eſt publicè reuocare. Iſta autem reuocatio legitur in tomo 4. Bibliothecæ Patrum his verbis.

Errores M. Simonis reuocati.

„ Quia ego Simon in reſpondendo in Veſperiis, exponendo vel declarando „ terminos Quæſtionis, dixi, hoc nomen Ieſus, dictum eſt de Deo accidentali„ ter, & ex parte ſignificat Filium Dei, qui aſſumpſit naturam humanam ponendo „ concluſiones poſui pro 1. Concluſione, quod hæc propoſitio eſt poſſibilis *Ieſus* „ *non eſt Deus*, probaui ex eo quod Humanitate aſſumptâ, per poſſibile depoſitâ, „ *Ieſus non eſt Deus*, & intuli quod hæc poſſibilis, *Ieſus poteſt non eſſe Deus*.

„ 2. Quod Ieſus poteſt eſſe & non eſſe Ieſus. Expoſitionem & ſignificatio„ nem huius nominis Ieſus reputo inſufficientem & falſificantem concluſionem & „ Corollarium. Poſito namque quod hoc nomen Ieſus, ſignificat illud quod ſigni„ ficat hæc oratio, Filius Dei, qui aſſumpſit naturam non eſt Deus.

„ 3. Item poſita eadem. Hæc *Ieſus poteſt eſſe & non eſſe Deus, eſt falſa*, ſicut „ illa. Filius Dei qui aſſumpſit humanam naturam, poteſt eſſe & non Filius Dei, „ qui aſſumpſit humanam Naturam. Hanc Concluſionem reputo ſicut hæreti„ cam ſtante dictâ poſitione.

„ 4. Item poſt ſecundam Concluſionem intuli primum Corollarium, quod „ *Ieſus non poteſt eſſe non Deus*. Secundum quod Ieſus non poteſt deſinere eſſe „ Deus. Corollaria non fuerunt ponenda ſine diſtinctionibus. Itaque expono „ ea & dico, quod ſi terminus ſubjectus Ieſus, ſtat pro ſimplici perſona Verbi & „ humanitate, conſtituto videlicet pro implicito, quod ſignificat, & pro quo ſtat „ in dicto primæ Concluſionis, & in dicto primi Corollarij ex Concluſione primâ „ illati, ipſa Corollaria non ſunt Catholica ſed falſa; nec etiam ſtant pro Concluſione prima, nec cum Corollario primo ex Concluſione prima illato.

„ 5. Item poſui Concluſionem ſecundam, quod nulla res quæ eſt Deus, po„ teſt non eſſe Deus, intuli Corollarium tertium, quod nulla res eſt aut poteſt eſſe, „ quæ modò non ſit Deus & aliquando poſſit eſſe Deus. Corollarium quoque „ quartum, quod nulla res eſt aut eſſe poteſt quæ poſſit incipere eſſe Deus, „ Concluſionem ſic vniuerſaliter intellectam, quod terminus ſubjectus diſtribue„ batur pro re quæ per communicationem idiomatum eſt vel poteſt eſſe Deus, „ reuoco ſicut falſam & hæreticam. Corollaria etiam tali Vniuerſitati intellecta, „ reputo ſicut falſa, erronea & hæretica.

„ 6. Item poſui Concluſionem tertiam, quod poteſt aliqualiter ſe non ha„ bere, ac etiam eſſe aliqualis, qualis non eſt. Et ad probandum hoc induxi pro „ exemplo, quod Deus Pater poteſt eſſe homo & non eſſe homo. Concluſio, „ vt poſita fuit, non bene ſonat, in eo quod ratione relatiui reciproci ſonat, quod „ ſubſtantia Dei de nouo poſſit aduenire habitudo aut qualitas realis; & ideo in„ tellectus quem habuit, potius fuit exprimendus in his verbis, *Aliqua Creatura* „ *ſe poteſt habere aliqualiter ad Deum, qualiter non ſe habet.* Exemplum etiam ad „ Concluſionem non conuenit: quoniam adhuc poſito quod Deus Pater poteſt „ eſſe homo & non eſſe homo, propriè ſequitur, quod Deus poteſt eſſe aliquid „ quod non eſt, ſicut ex Decretali arguitur, *extra de Hæreticis cum Chriſtus.* „ Et non ſequitur propriè quod Deus Pater poſſit eſſe aliqualis, habere ſe, qua„ liter qualis non eſt, aut aliqualiter ſe habere qualiter ſe non habet.

Ex

Digitized by Google

Ex Concluſione tertia intuli tertium Corollarium, quod quamuis Ieſus fue- “
rit ab æterno ſemper patri coæqualis, tamen aliquando fuit Deus, quando non “
fuit Ieſus. Iſtud Corollarium *aliquando Deus erat Deus, quando non erat Deus*, “
malè ſonat & erroneè. “

Item ex Concluſione quarta intuli quartum Corollarium, quod quando “
Filius Dei incipiebat eſſe Filius Virginis, non incipiebat eſſe aliquid. Iſtud “
Corollarium prout in diſtinctione poſitum fuit, reuoco ſicut erroneum & hære- “
ticum, quoniam Filius Dei, quando incipiebat eſſe Filius Virginis, incipiebat “
eſſe aliquid ſecundum quod homo, & incipiebat eſſe aliquid quod prius non “
erat. “

Ex Concluſione quinta intuli vltimum Corollarium, quod nunquam fuit “
homo vllo demonſtrato qui eſt Chriſtus, fiebat Chriſtus. Et probaui ex eo “
quod non purus homo fiebat Chriſtus, nec homo Chriſtus fiebat Chriſtus. Co- “
rollarium iſtud prout indiſtinctè fuit poſitum, reuoco ſicut falſum & erroneum, “
quando in ſenſu qui homo demonſtratus ſtaret pro Filio Dei concedendum “
eſſet. Quod aliquando hic homo fiebat Chriſtus, quoniam Filius Dei, qui “
nunc eſt homo, aliquando fiebat homo, dicente Euangelio, *Verbum Caro fa-* “
ctum eſt. “

Hoc quoque anno grauis inter Prædicatores & Minores orta eſt controuerſia apud Barcinonem, de Sanguine Chriſti in triduo mortis. Nonnulli enim publicè aſſeruerunt & ad populum dixerunt ſanguinem in paſſione effuſum à Diuinitate fuiſſe ſeparatum, nec proinde triduo illo cultu Latriæ fuiſſe adorandum. Idque Minoritarum Guardianus Franciſcus Bajuli die 17. April. quæ erat Feria 6. in Paraſceue pro Roſtris prædicauit. Protinus verò Nicolaus Roſcelli Inquiſitor in Aragonia per Litteras monet Ioannem Morlandinum Cardinalem S. Sabinæ ex Generali Prædicatorum anno proximè elapſo à Clemente auunculo factum: qui reſcripſit ſe in mandatis accepiſſe à Pontifice die 20. Iulij, vt cogantur qui ita prædicauerant, palinodiam cantare, fuiſſeque opinionem eiuſmodi pro hæretica reputatam. Statim exequitur mandata Roſcellus, & Minoritarum Guardianum ad palinodiam vocat: quod ille ſine ſtrepitu & tumultu vllo præſtat apud Epiſcopum Barcinonenſem. Sicque ſopita fuit Quæſtio illa nullius boni productrix, donec tandem poſt centum & tredecim annos an. ſcilicet 1462. reuixit Brixiæ inter eoſdem Mendicantes Iacobo Piceno, de Marchia nuncupato Minoritarum opinionem defendente, & Iacobo Brixienſi Prædicatore damnatam fuiſſe à Clemente VI. contendente. Verum tamen eſt, non extare opinionis illius condemnationem, nihilque produci potuiſſe à Iacobo Brixienſi ait Wadinghus, præter Litteras Morlandi Cardinalis & Roſcelli proceſſum. Quæ tandem controuerſia ab Ænea Siluio ſeu Pio II. Pontifice Anconæ Kalendis Auguſti octiduo ante mortem anno 1464. ſopita eſt, indicto vtrique parti ſilentio, neutráque hæreſeos condemnata. Extant Pij ad Iacobum de Marchia Litteræ, quibus indicat ſe nondum Quæſtionem illam determinaſſe, interim eum ſe nec pro Hæretico habere nec haberi velle, quod ita ſenſerit.

QVÆSTIO DE SANGVINE CH. IN PASSIONE EFFVSO.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Fratri Iacobo de Mar- “
chia, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dilecte fili ſcripſiſti te valde “
anxiari propter materiam illam Sanguinis effuſi Domini & Saluatoris noſtri, “
quæ in nonnullis locis vulgari dicitur tanquã deciſa & determinata à nobis con- “
tra tuam ſententiam & prædicationes. Miramur de hoc, nec ſcimus vnde ta- “
lis fama ſurrexerit. Nos enim materiam ipſam huc vſque non determinauimus, “
nec propter varias occupationes determinare potuimus, ſed Deo dante id fa- “
cere intendimus, cum primò opportunior aderit occaſio, nec tot occupationi- “
bus erimus diſtenti. Ne autem exiſtimes nos honorem tuum & famam neglige- “
re, quandoquidem ſcribis à Mediolano vſque Veronam publicè prædicatum “
te eſſe Hæreticum, volumus vt Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Veronenſi “
ſcribas, cui nos etiam præſentes mandamus, vt quæ in hac materia prædicata “
ſunt, in ſcriptis redigat, ac in forma authentica ad nos tranſmittat. Nam ſi Præ- “
dicatores minus honeſtè in prædicatione ſe habuerint, & aliquid de te dixerint, “
quod dicendum non eſſet, oſtendemus eis id nobis diſplicuiſſe, nec eorum “

» tranſgreſſio erit impunita. Quod autem attinet ad authenticationem illius ſen-
» tentiæ ſeu proceſſus Barcinone celebrati, factam per Prælatum illum, cui ea
» res à nobis commiſſa fuit, ſcias eam non ideo factam, vt per ipſam fides aut au-
» thoritas adijceretur huiuſmodi ſententiæ ſeu proceſſui; ſed vt teſtimonium
» quoddam eſſet rei geſtæ, hoc eſt vt non deperiret eius facti, qualecunque eſſet,
» notitia: nec enim fuit intentionis noſtræ propter commiſſionem confirmare
» aut approbare ſententiam aut proceſſum. Cum enim pro parte FF. Prædica-
» torum nobis ſupplicatum fuiſſet, vt eos authenticari facere vellemus, negare
» non potuimus, quin cauſam committeremus. Commiſſarius verò iudicauit,
» quemadmodum iam vidiſti. Proinde non turbetur cor tuum neque formidet;
» ſis animo quieto, nec ſcandalizetur ex hoc mens tua, nam ſinceram charitatem
» tuam nouimus, nec ignotus eſt nobis zelus tuus. Perſeuera in fide optima quam
» etiam ſcrutator cordium benè nouit; nec te moueant vulgi rumores, aut vo-
» ces calumniantium. Satis eſt Deo conſcientia tua, poteſque contentari, quod
» Nos paternam de te opinionem concepimus, & conceptam retinemus. Ad
» Capitulum tui Ordinis proximè celebrandum contenti ſumus vt accedas & ea
» agas quæ Deo placita ſunt & honori Ordinis ac ſaluti animæ tuæ conducant,
» &c. Datum Mærorati Senenſ. Diœceſ. ſub anulo piſcatoris die 28. April. 1464.
» Pontif. noſtri anno 6.

Circa verò Quæſtionem illam ſic refert Vvadinghus definitum fuiſſe à Pon-
„ tifice. Quod nulli Ordinum Minorum aut Prædicatorum deinceps liceat de
„ ſupradicta dubietate diſputare, prædicare, vel publicè aut priuatè verbum fa-
„ cere, ſeu alijs ſuadere, quod videlicet hæreticum, vel peccatum ſit tenere, vel
„ credere ſanguinem ipſum ſacratiſſimum, vt præmittitur, triduo Paſſionis eiuſ-
„ dem Domini noſtri Ieſu Chriſti ab ipſa Diuinitate quomodolibet fuiſſe vel non
„ fuiſſe diuiſum vel ſeparatum, donec ſuper dubietatis eiuſmodi deciſione quid
„ tenendum ſit, fuerit per Sedem Apoſtolicam definitum..... Mandamus propterea
„ vniuerſis & ſingulis eorundem & aliorum quorumcunque Ordinum per totum
„ Orbem conſtitutis fratribus cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis exi-
„ ſtant, præſentibus & futuris ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ,
„ quam ipſo facto incurrent, & à qua niſi in mortis articulo conſtituti non niſi
„ per Pontificem Rom. abſolui poſſint, ne contra ſtatutum & ordinationem præ-
„ dictam venire aut facere, vel tentare quoquomodo præſumant. Hæc ex Laërtio
Cherubino Vvadinghus.

Extat eiuſdem anni ſtatutum Picardicæ Nationis, quo ſportula ſeu diſtri-
butio pecuniæ facienda Magiſtris, qui diebus ſolennibus ſacro Officio & ſacri-
ficio intererunt, attribuitur, legiturque in antiquo libro Procuratorum ſub
hocce titulo. *Statum Nationis Picardicæ de Diſtributionibus ſoluendis in diebus ſo-
lennibus.* Eſt autem eiuſmodi.

STATVTVM DE DISTRIBVTIONIBVS IN MISSIS. „ Vniuerſis præſentes litteras Inſpecturis, Omnes & ſinguli Magiſtri Nationis
„ Picardicæ Regentes Pariſius in Artium Facultate ſalutem in filio Virginis Glo-
„ rioſæ. Ad maiorem Deo & Virgini eius Genitrici Mariæ reuerentiam in diuinis
„ Officijs exhibendam, Nos ad ſtatuendum vocati ſolenniter apud S. Iulianum
„ Pauperem Pariſius & ibidem congregati ſtatuimus concorditer in hunc modum,
„ quod de cætero Miſſæ & Veſperæ in feſtis prædictæ Dei Genitricis, S. Nicolai
„ & B. Catharinæ ſolenniter cantabuntur cum Diacono & Subdiacono ac Cho-
„ riſtis veſtitis apparatibus conſuetis. Quodque Magiſtri Regentes, qui in Miſſa
„ intererunt, ſex denarios recipient, quilibet in diſtributionibus, & in Veſperis
„ 4. Denarios. Prædicti verò Diaconus, Subdiaconus ac Choriſtæ, Procurator
„ dictæ Nationis & Receptor diſtributiones pro ſuis laboribus duplices obtine-
„ bunt. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum duximus præſentibus appo-
„ nendum. Datum Pariſius, anno Domini 1351. die 20. menſis Ian.

Eodem anno idem Pontifex Clemens varia indulſit Regi & Reginæ Franciæ
Priuilegia. Imprimis illud, quod in quibuſuis locis etiam Interdicto ſuppoſitis
poſſet ſacrum facere celebrari. Quod legitur, apud Dacherium in 4. tomo
Spicilegij.

1352. Anno 1352 Clemens Pontifex mandauit M. Ioanni de Aſſiaco Cancellario
Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis, vt Magiſterium in Theologia conferret

Digitized by Google

Fr. Auſtenſio de S Columba Minoritæ, qui tunc ſententias legebat Pariſijs, quique mox ad Epiſcopatum Sarlatenſem promotus eſt. Sic ergo Pontifex.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Cancellario Pari- «
ſienſi Sal. & Apoſtol. bened. Sicut debetur benè meritis præmium & ſeruitijs «
gratitudo, ſic etiam dignum reputamus & congruum vt illis qui ſacræ Theologiæ «
ſtudio longis temporibus inſudarunt, laborum ſuorum honor debitus impen- «
datur. Cum itaque ſicut exhibita nobis pro parte dilecti filij Auſtenſij de S. Co- «
lumba Ordinis FF. Minorum in ſacra Theologia Baccalaurij petitio contine- «
bat, quod idem Auſtenſius qui in eadem Theologia longis temporibus inſu- «
dauit, adeò in ipſius Theologiæ ſcientia iam profecerit, quod dignè meretur «
honorem Magiſterij accipere in eadem, ipſeque librum Sententiarum nunc Pa- «
riſius actu legat. Nos de præmiſſis ac ſufficientia & idoneïtate dicti Auſtenſij «
notitiam non habentes, Diſcretioni tuæ, de qua ſpecialem in Domino fiduciam «
obtinemus, eiuſdem Auſtenſij ſupplicationibus inclinati per Apoſtolica ſcri- «
pta mandamus, quatenus ſi eundem Auſtenſium finito curſu lectionis dicti libri, «
per tuam & aliorum Magiſtrorum in dicta ſcientia exiſtentium in ſtudio ſupra- «
dicto, provt eſt in talibus conſuetum, diligentem examinationem ad hoc ſuf- «
ficientem & aliàs idoneum eſſe repereris, Non obſtantibus quibuſcunque ſta- «
tutis & conſuetudinibus ſtudij & Ordinis præfatorum contrarijs, quibus per hoc «
quoad alios, nullum volumus præiudicium generari, ſeruatis nihilominus con- «
ſtitutionibus Viennenſis Concilij & alijs ſolennitatibus in talibus conſuetis, Ma- «
giſtralem honorem conferas, & docendi licentiam authoritate noſtra concedas. «
Datum Auenione 2. Kal. April. Pontif. noſtri anno 10. «

Idem quoque Pontifex ſcripſit ad Radulfum Cornacum Miniſtrum Prouincialem Minoritarum in Aquitania, in gratiam Fr. Ioannis de Buco, quem ad Magiſterium promoueri volebat.

Clemens...... Dilecto filio Radulfo de Cornaco Ordinis FF. Minorum Mi- «
niſtro Prouinciali Aquitaniæ ſacræ Theologiæ Magiſtro Sal. & Apoſtol bened. «
Sicut debetur benè meritis præmium & ſeruitijs gratitudo, ſic etiam dignum «
reputamus & congruum, vt illis qui ſacræ Theologiæ ſtudio longis temporibus «
inſudarunt, laborum ſuorum honor debitus impendatur. Cum itaque ſicut ac- «
cepimus, Dilectus filius Ioannes de Buco Ordinis FF. Minorum ſic ſtudendo & «
legendo, tam in Toloſano, vbi Lector exiſtit, quàm alijs ſtudijs pluribus dicti «
Ordinis in ſacra Theologica Facultate profeciſſet, & in ea ſufficiens eſſe noſ- «
catur, quod dignum ſe reddat ad obtinendum honorem Magiſterij in eodem. «
Nos præmiſſorum intuitu, eiuſdem Ioannis ſupplicationibus inclinati, Diſcre- «
tioni tuæ, de qua ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica «
ſcripta mandamus, quatenus ſi præfatus Ioannes per te ſufficiens & idoneus ad «
huiuſmodi honorem Magiſterij repertus fuerit, ipſum ſeruatis aliàs debitis ſo- «
lennitatibus Toloſæ ſeruari in talibus conſuetis, non obſtantibus quibuſcun- «
que Conſtitutionibus Apoſtolicis, priuilegijs, Indulgentijs, necnon ſtatutis & «
conſuetudinibus ac obſeruantijs eiuſdem ſtudij & Ordinis, ac alijs contrarijs iu- «
ramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate aliàs roboratis ad «
huiuſmodi honorem Magiſterij authoritate noſtra in Facultate præfata ſtudeas «
promouere. Datum Auenioni 4. Non. Febr. Pontif. noſtri anno 10. «

Circa hæc tempora Richardus de Bury Epiſcopus Dunelmenſis Edwardi III. Anglorum Regis Cancellarius, ad quem inquit Trithemius, Franciſci Petrarchæ de Thule Inſula interrogantis extat Epiſtola, vir in Diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus, & valde eruditus atque in ſecularibus litteris ſufficienter inſtructus, librorum amator ſingularis & celeberrimus, multis expenſis & laboribus in Vniuerſitate Oxonienſi inſignem Bibliothecam fundauit, quam ad publicam vtilitatem Magiſtrorum & Scholarium inibi ſtudentium incredibili ſtudio inſti-
tuit. Qua de re ſic ipſe in Philobiblio cap. 18. Nos autem ab olim in præcor- « AVLA OXONIENSIS.
dijs mentis noſtræ propoſitum geſſimus radicatum, quatenus opportunis tem- «
poribus exſpectatis diuinitus Aulam quandam in reuerenda Vniuerſitate Oxo- «
nienſi omnium Artium liberalium nutrice præcipuâ in perpetuam Eleemoſy- «
nam fundaremus, noſtriſque reditibus ditaremus numeroſis Scholaribus occu- «
patam noſtrorum librorum iocalibus ſuppeditaremus, vt ipſi libri & ſinguli in ea-

» dem communes fierent quantum ad vſum & ſtudium non ſolum Scholaribus » Aulæ factæ, ſed per eos omnibus Vniuerſitatis prædictæ ſtudentibus in æter- » num ſecundum modum & formam, quam ſequens Capitulum declarabit. Qua- » propter ſincerus amor ſtudij zeluſque orthodoxæ fidei ad ædificationem Eccle- » ſiæ confirmandæ pepererunt in nobis ſolicitudinem hanc ſtupendam Nummi- » colis, vt collectos codices vndecunque vænales neglectis ſumptibus emere- » mus, & qui venundari non debebant, tranſcribi honeſtius faceremus.

Biblio-theca Oxonienſis Legatio.

In Capitulo verò 19. legat eidem Academiæ ſuam illam locupletem Bibliothecam: nec pigebit verba Legationis referre, ne tam laudabile tanti viri factum vetuſtate temporum intereat, aut obliuione ſepeliatur. Sic ergo ille.

» Difficile fuit ſemper ſic homines limitare legibus honeſtatis, quin aſtutia » ſucceſſorum terminos niteretur præcedentium tranſilire & ſtatutas infringere » regulas inſolentiâ libertatis. Quamobrem de Prudentum conſilio certum mo- » dum præfiximus, per quem ad vtilitatem ſtudentium librorum noſtrorum com- » municationem & vſum volumus deuenire. Imprimis enim libros omnes & ſin- » gulos de quibus Catalogum fecimus ſpecialem, concedimus & donauimus in- » tuitu charitatis *Communitati Scholarium* in Aula Oxonienſi degentium in per- » petuam eleemoſynam pro anima noſtra & parentum noſtrorum, necnon pro » anima Illuſtriſſimi Regis Angliæ Eduardi III. poſt conquæſtum & deuotiſſimæ » D. Reginæ Philippæ conſortis eiuſdem, vt ijdem libri omnibus & ſingulis *Vni-* » *uerſitatis* dictæ villæ *Scholaribus* & *Magiſtris* tam Regularibus quàm ſecula- » ribus commodentur pro tempore ad profectum & vſum ſtudentium, iuxta mo- » dum, quem immediatè ſubiungimus, qui eſt talis.

» Quinque de *Scholaribus* in Aula præfata commorantibus aſſignentur per » eiuſdem Aulæ Magiſtrum, quibus librorum cuſtodia deputetur; de quibus » quinque perſonis tres & nullatenus pauciores librum vel libros ad inſpectio- » nem & vſum duntaxat ſtudij valeant commodare; ad copiandum verò & tranſ- » cribendum, nullum librum volumus extra ſepta Domus concedi. Igitur cum » *Scholaris* quicunque ſecularis vel Religioſus, quos in præſenti fauore ad paria » iudicamus, librum aliquem commodandum petiuerit, conſiderent diligenter » Cuſtodes, an librum talem habuerint duplicatum; & ſi ſic, commodent ei » librum cautione receptâ, quæ librum traditum in valore tranſcendat iudicio » eorum: fiatque ſtatim tam de cautione quàm de libro commodato memorialis » ſcriptura, continens nomina Perſonarum quæ librum tradunt & illius qui reci- » pit cum die & anno Domini, quo contingit fieri commodatum. Si verò Cuſto- » des inuenerint, quod ille liber qui petitur, duplicatus non fuerit, talem librum » non commodent cuicunque, niſi fuerit de Comitiuâ *Scholarium* dictæ Aulæ, » niſi fortè ad inſpectionem infra ſepta domus vel Aulæ prædictæ, ſed non ad » vlterius deferendum. *Scholari* verò cuilibet prædictæ Aulæ liber quicunque » per tres de prædictis Cuſtodibus valeat commodari, nomine tamen ſuo cum » die quo librum recipit primitus annotato. Nec tamen ipſe poſſit librum ſibi » traditum alteri commodare, niſi de aſſenſu trium de Cuſtodibus ſupradictis: & » tunc deleto nomine primi, nomen ſecundi cum tempore traditionis ſcribatur. » Ad hæc omnia obſeruandum Cuſtodes ſinguli fidem præſtent, quando eis » Cuſtodia huiuſmodi deputatur. Recipientes autem librum vel libros ibidem » iurabunt, quod eum vel eos ad alium vſum, niſi ad inſpectionem vel ſtudium » nullatenus applicabunt, quodque illum vel illos extra villam Oxonienſem » cum ſuburbio nec deferent, nec deferri permittent. Singulis autem annis » Computum reddent prædicti Cuſtodes Magiſtro Domus & duobus quos ſe- » cum duxerint de ſuis *Scholaribus* aſſumendum. Vel ſi eiſdem non vacauerit, tres » deputent Inſpectores alios à Cuſtodibus, qui librorum Catalogum perlegen- » tes videant, quod omnes habeant vel in voluminibus proprijs, vel ſaltem per » Cautiones præſentes. Ad hunc etiam computum perſoluendum, tempus cre- » dimus opportunius à Kalendis Iunij vſque ad feſtum ſequens glorioſiſſimi Mar- » tyris S. Thomæ. Hoc autem omnino adijcimus, quod quilibet cui liber aliquis » fuerit commodatus, ſemel in anno librum præſentet Cuſtodibus, & ſuam ſi vo- » luerit, Cautionem. Porro ſi contingit fortuitu per mortem, furtum, frau- » dem, vel incuriam librum perdi, ille qui perdiderit vel eiuſdem Procurator,

ſeu etiam Executor pretium libri ſoluat & eiuſdem recipiat cautionem. Quod «
ſi qualitercunque Cuſtodibus ipſis lucrum euenerit, in nihil aliud quàm in li- «
brorum reparationem & ſubſidium conuertatur. «

Eodem anno die 6. Decemb. quæ eſt D. Nicolao ſacra, Clemens V I. continuâ febri correptus Auenione deceſſit, homo admirandæ memoriæ & doctrinæ, vt refert Petrarcha. Eius corpus depoſitum fuit in Eccleſia Cathedrali B. Mariæ de Donis; anno verò ſequenti tranſlatum ad Abbatiam Caſæ-Dei in Aruernis, quam ipſe locupletauerat: at ducentis poſt annis extumulatum eſt ab Hæreticis flammiſque traditum cum ſtatua, quam viuens ſibi parauerat. Vacauit Sedes vndecim tantum dies, nec diu Cardinales cunctati in ſucceſſore deligendo, Ioannis Francorum Regis aduentum veriti, qui Pontificem creari volebat amicum ſibi. Illi autem deſignant Stephanum Alberti Lemouicenſem honeſtiſſimæ quidem vitæ hominem, ſed mediocris generis & fortunæ, non mediocris doctrinæ; quippe Iureconſultum celeberimum & Iudicem, deinde Nouiomenſem Epiſcopum, poſtea Rom. Curiæ Procuratorem, tum Cardinalem ſub titulo SS. Ioannis & Pauli, poſtremò Maiorem Pœnitentiarium & ſacri Collegij Decanum, Epiſcopum Oſtienſem ac Veliternum. Et is ſe Innocentium V I. appellari voluit.

Hoc anno die 10. Octob. legimus in actis Nationis Anglicanæ electum fuiſſe Rectorem Vniuerſitatis M. Wiſkinum Wenſlay de Duorbrouia Clericum Diœceſis Kaminenſis, virum Procuratorium; eique à Facultate Artium conceſſum vnum Determinantem & 4. Subdeterminantes. Tunc quoque Sorbonæ Prouiſor erat Cardinalis Autiſſiodorenſis. Sic enim in ijſdem actis habetur. Die 13. Febr. apud S. Mathurinum poſt auditionem litterarum deſtinatarum «
Vniuerſitati à Nuncijs de Auenione factâ ibidem congregatione Nationis ſup- «
plicauit M. Albertus pro vna littera ſub ſigillo Nationis dirigenda D. Cardinali «
Autiſſiodorenſi, vt prouideat eidem Magiſtro quod poſſit recipi tanquam ſocius «
in Domo Sorbonæ, & conceſſa eſt vnimiter nemine reclamante. Quis ille Car- «
dinalis Autiſſiodorenſis? nempe Petrus de Croſo, de quo ſupra, Cardinalis tit. «
SS. Silueſtri & Martini, Epiſcopus Autiſſiodoren. factus anno 1349. «

Eodem Rectore factum eſt ſtatutum de Rotulo Nominandorum, decretumque qui & quo loco inſcribi deberent quicunque inſcriberentur. Statue- «
runt Magiſtri inuiolabiliter obſeruari quod in Rotulo tranſmittendo ad Cu- «
riam primò ponerentur Magiſtri actu exiſtentes Pariſius ſecundum ſuæ ætatis «
ordinem à Seniore incipiendo vſque ad iuniorem, deinde qui ſuperuenirent «
omnibus præſentibus poſtponerentur. Præſentes pro tunc Pariſius (è Nat. «
Anglicana) MM. Gualterus de Wardelay, Ioan. de Weſalia, M. Gerardus «
de Pruſſia, M. Io. Helmeſtan, M. Henricus de Minda, M. Mathias de Suecia, «
M. Wiſkinus, M. Albertus de Helmeſtaen, M. Ioan. de Louanio, M. Ioan. «
Scotus, M. Dauid Scotus, M. Henricus de Cliuis, M. Hermanus Rotwic, M. «
Io. de Aquis, M. Tilemannus, M. Eghelmus, M. Gerardus de Molendino, «
M. Thomas Scotus, M. Ioan. de Minda. «

In alia verò Congregatione elegit eadem Natio in Compoſitores Rotuli MM. Io. de Weſalia, Henricum de Minda, Ioan. de Louanio, Albertum, & Ioan. Scotum. In Nuncium verò ſeu Portitorem Rotuli, M. Henricum de Minda, cui quilibet Magiſter Rotulo Vniuerſitatis inſertus tradidit duo ſcuta, vt ibidem legitur.

Annus 1353. celebris eſt & memorabilis plurimorum fundatione Collegiorum in vſum & commodum Pauperum Scholarium, qui vulgò Burſarij appellantur. Imprimis Becodianum in monte San-Genoueſiano vulgò Boncourt à Petro Becod vel Becond Equite Morinenſi fundatum eſt & deſtinatum hoſpitandis & alendis octo Burſarijs Diœceſeos Teruanenſis, qui Regi Francorum non Comiti Flandriæ ſubiecti eſſent. Hæc enim exceptio in Inſtrumento huiuſce donationis & legati legitur. Quorum quidem Burſariorum nominationem pendere voluit ab Abbatibus S. Bertini apud S. Audomarum & Montis S. Eligij. 1353. Collég. Becodianum.

Huicce Collegio contiguum eſt Tornacenſe, vnde in Becodianum per Portam Burſarij ad Scholas ventitabant. Et hiſce temporibus fundatum quoque Collég. Tornacenſe.

Digitized by Google

ALMANI-CVM, IVSTITIA-NVM.

» fuiſſe creditur. Et paulo ante Alemanicum in vico vulgo dicto *Traverſine* infrà
» Collegium Nauarricum.

Eodem anno deceſſit Ioannes Iuſtitianus Cantor Bajocenſis, & Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus, qui multas Domos quas in vico Citharæ ſupra Eccleſiam SS. Coſmæ & Damiani acquiſierat, *Collegio Iuſtitiano* quod fundauit, pro dote aſſignauit.

Eodem anno Ædes ſacræ Carmelitarum Plateæ Maubertinæ fruerunt dedicatæ ſolenni ritu à Guidone de Bolonia Cardinale S. Ceciliæ, deprecante Ioanna Regina, Philippi Longi coniuge, Collegijque Burgundici fundatrice, Cui dedicationi Rex & Regina die 16. Kalend. Octob. interfuerunt. Ibi antiquitus erat Capella S. Mariæ, iuxta quam Baſilicam ſuam illi conſtruxerunt ex ſumptibus & pecuniâ Ianæ prædictæ: quæ illis in hanc rem teſtamento legarat anno 1349. mille quingentos Florinos aureos, & pretioſas gemmas complures. Philippus ipſe Longus Domum quam habebat in vico San-Genoueſiano eiſdem iam ab an. 1317. donauerat, vt commodiorem ad frequentadas Vniuerſitatis Scholas locum haberent, quàm quem hactenus habuerant. Nam ante ad Portam vrbis, vbi Beguinæ olim habitarunt & vbi hodie habitant Religioſi *Obſeruantini* dicti de l'*Aue Maria*, Carmelitæ primam habuerant ſedem; eamque ob rem locus etiamnum hodie *Crux Carmelitarum* appellatur. Sed quia ab inundantibus aquis Sequanæ frequentia patiebantur incommoda, longiuſque aberant à Scholis Vniuerſitatis, à prædicto Philippo obtinuerunt Dumum & locum quem hodie inhabitant. Quam in rem extant Regiæ litteræ ſeu Diploma datum apud Montargium anno Domini 1317. eſtque huiuſmodi.

PHILIPPVS Dei gratia Francorum & Nauarræ Rex, Notum facimus Vniuerſis præſentibus & futuris, quod Nos Progenitorum noſtrorum, qui & eximiæ Deuotionis abundantiam, quam ad ſacroſanctas Dei Eccleſias & Miniſtros earum Prædeceſſores ipſi habuiſſe noſcuntur, dona prægrandia & largas eleemoſynas Eccleſijs ipſis atque perſonis tam liberaliter tamque magnificè ſunt largiti, veſtigijs inhærentes, Religioſis viris Fratribus Ordinis B. Mariæ de Carmelo, qui extra Portam Beguinarum Pariſius ſupra Ripariam Sequanæ manſionem habere noſcuntur pauperrimam. Qui etiam annis pluribus iam elapſis hiemali tempore à ſuperuenientibus immenſis aquarum inundationibus adeo fuerunt oppreſſi, quod in Cœnaculo & ſolarijs habitantes vix ad terram poterant venire, ſeu deſcendere, vel abſque nauis adiutorio pro neceſſitatibus & negotijs quibuſlibet domum exire, Domum noſtram quæ fuit dilecti M. Guidonis de Liuriaco aliàs dicti Cointet, Clerici noſtri, & quam ab eodem temperauimus ſitam in magno vico S. Genoueſæ vltra Crucem Haymunis & vocatur hodie Crux Carmelitarum inter Domum M. Quintini Furtinent ex vna parte, & Domum Petri Lotharingi Sciſſoris Pannorum ex altera: habentemque introïtum in vico magno prædicto & exitum ſupra vicum S. Hilarij, prout Domus ipſa altè & baſſè in longum & in latum ſe protendit, ob noſtræ Chariſſimæ conſortis Ioannæ Franciæ & Nauarræ Reginæ & Progenitorum noſtrorum animarum remedium in puram & perpetuam eleemoſynam de noſtra Regali munificentia perpetua donatione largimur; *vt Fratres ipſi ſint vicini ſtudijs & Scholis, in quibus potum ſapientiæ haurire valeant*: quemadmodum ſalutare fidelium documentum officio Prædicationis operamque bonorum exemplo accepto in tempore diſſeminent & effundant credentibus populis vbique terrarum. Volumus itaque quod Fratres ipſi & eorum ſucceſſores Domum prædictam cum ſuis pertinentijs omnibus habeant, teneant & perpetuò poſſideant, ſine coactione vendendi, aut extra manum ſuam ponendi, vel præſtandi nobis ſeu ſucceſſoribus quibuſcunque propter hoc financiam qualemcunque. Nos enim inibi nihil penitus, niſi ſuperioritatem noſtram, Gardiam & reſſortum pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus retinemus. Quod vt firmum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Saluo in præmiſſis iure quolibet alieno. Datum apud Montem Argi, anno Domini 1317 menſe Decembri.

Inter hancce Carmelitarum Ædem & Collegium Laudunenſe ſitum olim erat Collegium Dacicum, in quo Dacæ, Dani alijque Septentrionales Bur-

ſarij ſuam habebant ſedem, quod quidem peruetuſtiſſimum eſſe creditur: erantque adhuc in eo Burſarij an. 1419. vt ad illum an. referemus, ſed ſucceſſu tandem temporis Carmelitæ & Collegæ Laudunenſes ædes Dacicas ſibi vindicarunt.

Hoc anno die 16. menſis Martij electus fuit in Procuratorem Nationis Anglicanæ M. Tylmanus de Eyhe Almannus, vt legitur in actis prædictæ Nationis, qui & Vniuerſitatis quoque poſtea Rector fuit. Die verò 23. Iunij electus fuit in Rectorem *M. Albertus de Saxonia*, inſignis Philoſophiæ Profeſſor.

Lis cum Præpoſito.

Legitur quoque in iiſdem Actis inceptam fuiſſe hoc anno litem aduerſus Præpoſitum Pariſienſem Priuilegia Vniuerſitatis violantem. *Anno Domini 1353. in Octaua Martini electus fuit Bero de Suecia in Procuratorem Nationis Anglicanæ, in cuius Procuratoria inceptum eſt litigium per Vniuerſitatem contra propoſitum Pariſienſem ſuper attentatis contra Priuilegia & plurib. injuriis Magiſtris & Scholaribus per ipſum irrogatis.*

Lis cum Theologis.

Sub finem hujuſce anni nonnihil interuenit diſcordiæ inter Facultates Artium ac Medicinæ, & Theologorum ac Decretiſtarum. Cauſa diſſidij hæc fuit. Acceperat Vniuerſitas à Rege Nauarræ Litteras quibus rogabatur adire Regem ob cædem Conſtabularij. Illa verò vbi à Rege reſponſum accepit, illud Nauarræo ſignificare decreuit, atque in eam rem confecit Litteras, quibus pro more huius ſeculi præponebatur nomen Rectoris. Theologi & Decretiſtæ repugnabant, Artiſtæ & Medici conſuetudinem receptam opponebant. Conſuetudinem dico, huius ſeculi: nam prioribus tēporibus tale vulgo erat initium litterarum, *Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium*. Sic ergo in Reg. Nat. Anglic. legitur. *Facta Congregatione Generali apud S. Mathurinum in die Briſcæ Virginis ſuper miſſione & ſigillatione Litteræ quam Vniuerſitas debebat mittere Regi Nauarræ ſuper reſponſione ſupplicationis quam Vniuerſitas debuit facere coram Rege Franciæ ſuper interfectione Conſtabularij Regis Franciæ. Deliberauerunt omnes Facultates quod placeret eis ſigillatio & miſſio dummodo hoc vocabulum* Rector *deponeretur: & in iſto Facultas Theologorum & Decretiſtarum concordabant, ſed aliæ duæ de oppoſito.*

Item eadem die factâ Congregatione Facultatis Artium *ibidem ſuper poſitione huius vocabuli*, Rector, *in prædicta Littera, deliberatum fuit à 4. Procuratoribus concorditer*, quod nunquam ſigillaretur prædicta Littera, quin prædictum verbum apponeretur. Item factâ Congregatione in die ſequenti Facultatis Ar- “
tium *apud S. Genouefam hora Veſperarum ſuper prædicta ſigillatione Litteræ Regi* “
Nauarræ mittendæ & de præpoſitione huius vocabuli Rector, *deliberatum fuit concor-* “
diter quod ſigillaretur eodem Veſpere & cum appoſitione huius vocabuli, Rector, *&* “
ita factum fuit. “

Nodum in ſcirpo quærebant Theologi & Decretiſtæ, quem ſoluerunt ipſi Pontifices dando ad Vniuerſitatem Litteras cum hacce præfatiuncula, *Dilectis filiis* Rectori & Vniuerſitati *ſtudij Pariſienſis*. Et Innocentius ipſe anno 1358. cuius Bullam infra referemus.

Anno 1354. Frater Guido Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini nonnullos errores quos in Scholis Auguſtinenſibus publicè legens docuerat, publicè reuocauit juxta Decretum Facultatis Theologicæ & Cancellarij Pariſienſis. Reuocatio autem iſta legitur in tom. Bibliothecæ Patrum ſub hoc titulo. *Forma & modus Reuocationis factæ Pariſius per Fr. Guidonem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini actu Regentis Pariſius ſententias in Scholis dicti Ordinis anno 1354. die 15. Maij.* Sic autem ipſe Guido. 1354.

Hoc anno legendo & reſpondendo ambulaui in magnis & mirabilibus ſuper “
me verbum veritatis non rectè tractando, ſed verbis contendendo profanis & “
vaniloquis, quæ ad impietatem prouocant & audientium ſubuerſionem. Ex “
quibus factus ſum occaſio ſcandali in ſanctiſſima Facultate & Ordine meo. “
Quod mihi diſplicet bono corde. Idcirco juxta piam & ſanctam Ordinationem “
D. Cancellarij Pariſienſis, ac cæterorum Magiſtrorum Reuerendorum Theo- “
logicæ Facultatis, quorum correctioni & ordinationi me ſubmiſi & ſubmitto, “
dicta mea & ſcripta volo reuocare, & intentionem meam oſtendere bonam non “
obſtantibus dictis & ſcriptis in forma quæ ſequitur. Et licet Domini ac Reue- “

„ rendi Magiſtri iſtas Concluſiones poſuerint, non eſt intentionis meæ, nec vnquam fuit per Dei gratiam eas ſuſtinere pertinaciter.

Revocatio error. Guidonis Augustiniani.

„ Primò dixi iſtam concluſionem. Charitas quæ ſemel labitur vel deperditur, nunquam fuit vera Charitas. Et eam probaui contra Bachelarium B. Mariæ de Monte Carmelo. Hanc reuoco tanquam falſam & hæreticam. Et etiam quæ enumerat effectum Sacramentorom ſcilicet Baptiſmi & Pœnitentiæ. Et etiam contra Decretum Eccleſiæ in Cap. Fideli. extra. de Summa Trinitate & fide Catholica in Clement. etiam tanquam ſeipſam interimentem. Quod enim nullo modo verè eſt, deſeri non poteſt, vt ait Gratianus. Et præſumptuosè poſitum eſſe, quia eam dixi valde probabilem. Et tamen eſt contra concluſionem, Doctoris opinionem, ſcilicet Magiſtri Sententiarum, Gratiani & plurimorum aliorum. Si quæ verò authoritates Auguſtini vel aliorum videantur ad oppoſitum, intelligendæ ſunt de charitate finali, quæ manet in patria, de qua loquitur Apoſtolus Corinth. 13. Charitas nunquam excidit, vel intelligendum eſt de charitate ſecundum efficaciam, vt Magiſtermet videtur gloſſare.

„ 2. Ex hoc intuli quod præſcitus exiſtens in Charitate non poteſt mereri vel elicere actum meritorium vitæ juxta ſcalam vitæ noſtræ. Reputo falſum & contumelioſum.

„ 3. Dixi contra Bachalarium Prædicatorum conferendo cum ipſo, quod homo meretur vitam æternam de condigno: id eſt quod ſi non daretur, ei fieret injuria. Et ſcripſi quod Deus faceret ſibi injuriam. Et hanc probaui. Iſtam reuoco tanquam falſam, hæreticam & blaſphemam & mihi contradicentem in Concluſione infra recitanda, quæ dicit *Totum eſt à Deo, ita quod nihil à voluntate.*

„ 4. Dixi in Diſputatione reſpondendo de *Quolibet*, quod ſi nullum eſſet liberum Arbitrium, adhuc eſſet peccatum. Quod ſcripſi in hac forma. Pono vnum probabile, ſcilicet, ſi nullum eſſet intentum vel volitum, adhuc eſſet in Dei contuitu malum. Hanc reuoco tanquam falſam, manifeſtè erroneam & hæreticam, ſcandaloſam & blaſphemam.

„ 5. Dixi quod bonum meritum eſt à Deo: ita quod nihil eſt in veritate quam in hac forma ſcripſi. Tanti meriti eſt ex quanto beneplaciti intenti vel voliti, non exquanto. Hanc reuoco tanquam falſam, ſcandaloſam & in fide ſuſpectam & mihi contradicentem in tertia propoſitione ſuperius reuocata.

„ 6. Dixi quod Deus poteſt aliquam neceſſitatem inferre præueniendo voluntatem ad bonum actum quam ſcripſi in hac forma. Deus quandoque præuenit ita voluntatem puri viatoris, quod non poteſt actum meritorium elicere. Probaui ſic. Aliter ſequeretur quod homo poſſet mutare Diuinum propoſitum. 2. Quod homo poſſet facere Deum mendacem. Alia ſententia probabilis eſt iſta. Quod Deus poteſt aliquem neceſſitare ad bonum actum præueniendo. Hæc ſuſtineri poteſt, probationem tamen adduxi ad hanc, ſcandaloſam & in fide ſuſpectam.

„ 7. Dixi quod eſt dare plures vnitates quæ non faciant numerum. Quod reuoco tanquam falſum, ſcandaloſum, & in fide ſuſpectum quantum ad Trinitatem in Diuinis.

„ 8. Dixi & ſcripſi, quod nulla Creatura rationalis ſimpliciter eſt in ſe, niſi quia Deus eſt ſibi eſſe. Et ex hoc intuli in eodem ſcripto, quod in omni eo quod non eſt Deus, eſſentialius eſt non eſſe, quàm eſſe ſeipſum. Has reuoco falſas, falsè poſitas & erroneas.

„ 9. Dixi & ſcripſi, quod aliquid poteſt eſſe ſine tempore in merito & peccato. Et probaui quod poſſibile fuit vel eſt aliquid eſſe in inſtanti æternitatis in merito, & conſequenter in inſtanti temporis in peccato. Et iterato in inſtanti æternitatis in merito. Hanc reuoco cum ſua probatione tanquam falſam, fatuè poſitam & inintelligibilem.

Tumultus Oxoniensis.

Eodem anno grauis tumultus exortus eſt in Academia Oxonienſi inter Scholaſticos & Ciues, occaſione Scholaſtici cujuſdam & Cauponis. Quam Hiſtoriam ex Roberto Aueſburienſi in vita Eduardi III. ſic refert Nicolaus Hapſfeldius. „ Exorta itaque rixa in taberna vinaria inter quendam ex Scholaſticis & vinarium,

rium, In cuius illa caput vinum effuderat, eiuſque deinde caput poculo in illud «
illis comminuerat; cum laïcis qui Oppidum incolebant, Ciuis ſui vindicandi «
cauſa, iram ſuam in reliquos omnes Scholaſticos nimis effrenato impetu effun- «
derent, biduo quaſi inſtructâ & hoſtili acie inter eos dimicatum eſt, multique «
vtrinque vulneribus affecti, aliquot etiam perempti. Cumque poſtridie viri «
Monaſtici ad placandum Deum atque leniendas & molliendas tantas animo- «
rum offenſiones ſupplicationem habuiſſent, in quo ſacroſancta Euchariſtia de- «
ferebatur; ne hæc quidem facta terrotem aut Religionem Ciuium animis inji «
cere potuerunt, aut à pugna deterrere. Imò Scholaſticum quendam, vt vitæ «
conſuleret, ad Sacerdotem qui venerandam Euchariſtiam deferebat, ſubſidij «
cauſa confugientem, qui nihil eos læſerat, inſequuti grauiſſimis & lethalibus «
vulneribus confecêre. Sedatus tamen eſt eodem poſtea die tumultus ille, videba- «
turque vtraque pars ad pacem inclinata, quæ & publico edicto diuulgata eſt. «
Tertiò nihilominùs die veteres pugnæ recruduerunt, Ciueſque accita ſibi ad «
ſubſidium ex vicinis pagis multitudine in Scholaſticos irruunt, domos illorum «
effringunt, libros cultellis & ſecuribus diſcindunt & diſcerpunt, ſupellectilem «
diripiunt & aliquot è medio tollunt. Qui caſus vacuam & deſolatam ferè ad «
multos menſes Scholaſticis alio ſe ſubducentibus, *Academiam reddidit, ſolitis* «
omnibus omnium Scholarum exercitationibus interruptis. Denique poſtea Eccleſiaſtico «
Oxonienſe Oppidum interdicto per Lincolnienſem Epiſcopum à ſacris abſtentum eſt. «

Vehementer offendit animum Eduardi res iſta. Itaque ſtatim datis ad Simonem Iſlepium Litteris mandauit, vti pro virili parte conaretur diſperſos & diſpalatos Academicos ad Academiam reuocare, ſeque illos deinceps ſuæ fidei & tutelæ commiſſos habiturum. Quod vt illis innotuit, redierunt, & intermiſſa tandem ſtudia repetierunt. Ciues edicto Regis 250. libras Academiæ pependerunt. Academia nouis Priuilegiis à Rege munitur, & primas rerum adminiſtrandarum in eo oppido, pretiumque panis & vini aliarumque rerum vænalium, quæ ad commentum victumque pertinerent, conſtituendi poteſtas Academiæ præſidi defertur. Ciues ſatiſdare coguntur, ſe deinceps Academiæ, quietem non perturbaturos. Sicque poſt triennium ſoluuntur ab Interdicto. Vt ex eodem fonte ait Bzouius & ex MS. Vaticano, Rex Edoardus, inquit, datis ad Si-
monem Iſlepium Litteris ſe vehementer offenſum teſtatus eſt, quòd præclarum “
Cleri per quem Religionem Catholicam conſtabiliri & magnam Reipubl. par- “
tem illius potiſſimum conſilio prudenter adminiſtrari dicebat, Seminarium eſſe “
diſſipatum. Mandauit itaque jubente etiam Innocentio Pontifice, vt omnes “
neruos Iſlepius intenderet, vt diſſipatos ad Academiam reuocaret, quos in “
ſuam ſe fidem & tutelam vt eos ab omni injuria & contumelia deinceps inte- “
gros & incolumes præſtaret, recipere profitebatur. Redierunt itaque tandem “
& perturbata atque intermiſſa ſtudia repetierunt. Actione cuique ſua de damnis “
priuatim acceptis reſeruata. Ciues 250. libris Academiæ pendendis multati. “
Academia nouis Priuilegiis munita: primas rerum in eo oppido adminiſtran- “
darum pretiumque panis & vini aliarumque rerum in foro vænalium quæ ad “
victum commentumque pertinerent, conſtituendi poteſtas Academiæ præſidi “
delata. Ciues ad ſatiſdandum adducti ſe deinceps quietem & tranquillitatem “
Academiæ haud perturbaturos, quibus conſtitutis tandem poſt triennium Ci- “
ues ab Interdicto ſoluti ſunt. “

Hoc eodem anno video ſtatutum factum ab Anglicana Natione ne pignora caperentur à Diuitibus loco pecuniæ. Fuerat enim hic mos in gratiam pauperum Scholarium introductus, vt qui non eſſent ſoluendo, hoc eſt qui Burſas ſoluere non poſſent, pecuniæ loco pignus darent. Deinde verò & Diuites
quoque ipſi cœperunt endem Priuilegio vti velle. *Die 9. menſis eiuſdem* (Maij) “
facta Congregatione Nationis ad ſupplicandum apud S. Iulianum pauperem ſupplicauit “
D. Othopunt pro remiſſione omnium Burſarum vel ſaltem aliquarum quas de- “
bet Nationi pro Determinatione, Licentia & Magiſterio. Quod ſi Natio facere “
non vellet, ſupplicauit idem pro induciis Burſarum earundem, cui conceſſæ “
fuerunt induciæ, dum tamen pro Burſis illis quas deberet, pignora traderet “
Receptori. Item facta Congregatione Nationis Angl. apud S. Mathurinum “
pro adhibendo remedium, ne Diuites Scholares Nationis eiuſdem de remiſſione “

Burſarum ſuarum per gratiam pauperum Scholarium ſe jnuarent. Deliberatum fuit concorditer à Magiſtris dictæ Nationis vt ad hoc malum amouendum per Nationem vnum Statutum fieret per quod ea quæ in præjudicium dictæ Nationis cederent, tollerentur. Item Vigilia Aſcenſionis Domini facta Congregatione Magiſtrorum Nationis Angl. apud S. Iulianum pauperem ſuper electione Magiſtrorum qui ſupradictum Statutum ordinarent, electi fuerunt Ordinatores ſtatuti M. Ioannes de Louanio. M. Henricus de Cliuis M. Wiſkinus Wenſlay, M. Albertus de Saxonia. M. Ioan. de Aquis vna cum procuratione Nationis eiuſdem.

1355. Anno 1355. præclara Artium Facultas, quæ ex 4. Nationibus ab antiquo diſtinctis conſtat, Statutum edidit contra Profeſſores ſuos, qui relictâ veteri conſuetudine explicandi Authores, Diſcipulos ſuos ſcriptis onerabant. Antiquitus enim ipſoſmet Authores prælegebant & notulis tantummodo illuſtrabant : at in Philoſophia præſertim abuſus iſte inualuerat, vt ſua quiſque ſcripta dictaret : quod docendi genus, vocabant *Nominationem ad pennam.* Legitur autem hocce Statutum in libris antiquis Procuratorum ſub hoc titulo. *Satutum Facultatis ſuper deſtructione modi legendi ad pennam & modo legendi honeſto & antiquo.* Tale autem eſt.

STATVTVM FACVLTATIS ARTIVM DE MODO LEGENDI SEV DOCENDI

» IN nomine Domini, Amen. Tentatis duobus modis legendi libros Artium
» liberalium, primis quidem Philoſophiæ Magiſtris in Cathedra raptim pro-
» ferentibus verba ſua, vt ea mens Auditoris valeret capere, manus verò non
» ſufficeret exarare. Poſterioribus autem tractim nominantibus, donec Audi-
» tores cum penna poſſent ſcribere coram eis. Diligenti examine his inuicem col-
» latis, prior modus melior reperitur, propter quod communis animi conceptio
» nos admonet vt ipſum in noſtris lectionibus imitemur. Nos igitur omnes &
» ſinguli Magiſtri Facultatis Artium tam Regentes quàm non Regentes adhoc
» ſpecialiter conuocati per venerabilem virum M. Albertum de Bohemia tunc
» Rectorem Vniuerſitatis apud S. Iulianum pauperem ſtatuimus in hunc modum,
» quod omnes Lectores tam Magiſtri quàm Scholares eiuſdem Facultatis quan-
» docunque & vbilibet eos aliquem librum legere contigerit ordinariè vel curſo-
» riè in eadem Facultate vel diſputare Quæſtionem circa ipſum, ſeu aliquid aliud
» per modum expoſitionis, priorem modum legendi obſeruent ſecundum vires
» ſuas, ſic ſcilicet proferendo, ac ſi nullus ſcriberet coram eis. Secundum quem
» modum fiunt ſermones in Vniuerſitate & recommendationes ; & quem Lecto-
» res in cæteris Facultatibus inſequuntur. Tranſgreſſores autem iſtius Statuti, ſi
» Lectores fuerint Magiſtri ſeu Scholares, ex nunc pro tunc priuamus à lectura,
» honoribus, Officiis & cæteris Adminiculis noſtræ Facultatis vſque ad vnum an-
» num. Quod ſi quis recidiuet, pro primo Recidiuo pœnam duplicamus ; pro
» ſecundo quadruplicamus ; & ſic vltra. Auditores verò hujuſce noſtri ſtatuti exe-
» cutioni obuiantes clamore, ſibilo, ſtrepitu, jactu lapidum per ſe aut per ſuos
» famulos, vel Complices, ſeu quovis alio modo, priuamus & reſecamus à no-
» ſtro conſortio vſque ad vnum annum : & pro quolibet Recidiuo pœnam au-
» gemus ad duplum & quadruplum ſicut ante.
» Ordinamus inſuper pro huius Statuti obſeruantia firmiori, vt quilibet Re-
» ctor in ſua creatione juret, & ſuo ſucceſſori jurare faciat procedere ad punitio-
» nem talium Tranſgreſſorum.
» Incipientes verò & Determinantes ſimiliter iurent obſeruare Statutum,
» aliàs non admittantur ad gradum Baccalarij vel Magiſtri. Per hoc autem Sta-
» tutum non intendimus excludere Nominationem ad pennam alicuius determi-
» nationis notabilis Tractatus vel Expoſitionis quam in vico ſtraminis ſcribunt
» quandoque Iuuenes in diebus Feſtiuis, dum tamen non fiat hora Sermonis Vni-
» uerſitatis, nec aliquis huiuſmodi nominationem audeat facere extra Scholas
» dictæ Facultatis, alioquin eandem pœnam incurrat ad quam adſtrinximus Au-
» ditores. Neque per hoc volumus derogare antiquis Statutis ſuper modo le-
» gendi confectis, ſed maneant in ſua firmitate. In cuius rei teſtimonium præ-
» ſenti Statuto Sigillum Rectoris vnà cum Sigillis 4. Nationum videlicet Galli-
» canæ, Picardiæ, Normaniæ & Angliæ ex earum conſenſu vnaque cum ſigno

Digitized by Google

& ſubſcriptione ſubſcripti Notarij duximus apponenda. Datum & actum in Congregatione noſtræ Facultatis tam Regentium quàm non Regentium ad hoc ſpecialiter conuocatorum. Anno Domini 1355. 10. menſis Decembris. Indictione 9 Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac D. D. Innocentij Diuina Prouidentia Papæ VI. an. 3. præſentibus adhoc diſcretis viris Iacobo de Pauillione, Ioanne Candelli, Petro Guerardi, Conrardo Almanni Seruientibus Vniuerſitatis Pariſienſis in dicta Facultate Artium & multis aliis teſtibus adhoc euocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Simon Quinimo Clericus Tullenſis Diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius præmiſſi Statuti confectioni, concluſioni & aliis ſupraſcriptis, dum ſic per prædictam Facultatem agerentur, vnà cum dictis teſtibus præſens interfui. Et ea probando hac mea propria manu ſubſcripſi, ſignumque meum vnà cum Sigillis prædictis appoſui, requiſitus & rogatus in teſtimonium præmiſſorum.

Hujuſce Statuti meminit Petrus Ramus, qui Nominationem ad pennam volebat quoque ab Vniuerſitate arceri, reuocarique antiquum morem, vt Magiſtri viuâ voce omnia exceptis paucis, nempe quibuſdam notulis, explicarent. Sic autem Statutum prædictum breuius complectitur. Philoſophiam continuâ voce & perpetuâ raptim prælegito. Ne tractim nominato & dictato. Diſcipulus Magiſtri verba mente capito. Manu & penna ne exarato. Notabilis tamen ſententiæ dictandæ & excipiendæ facultas eſto. Rector, Baccalarius, Licentiatus in hanc Legem jurato. Qui præmiſſa violauerit, pœnas duplas & quadruplas luito. Addit Ramus Cardinalem Tutavillæum anno 1452. pennam quam lex ſeu Statutum prædictum ademiſſe videbatur, neque ſuſtuliſſe, neque imperauiſſe, ſed tantùm permiſiſſe. Qua de re nos alibi. In Codice MS. Angl. Nat. ita legitur. Procuratore M. Themone Iudæo Clerico Dioc. Monaſterienſis Weſtphalo electo 18. Nou. 1355.

Item in Procuratoria prædicta pluribus factis Congregationibus Generalibus Facultatis Regentium & non Regentium per Iuramentum, per Venerabilem virum M. Albertum de Bohemia tunc temporis Rectorem de modo legendi per modum expedientis ſine penna, deliberauerunt finaliter omnes Nationes vt fieret hoc Statutum quod ſequitur.

In nomine Domini, Amen. Tentatis. Eodem anno Magiſtri Regentes Picardicæ Nationis Statutum condiderunt de diſtributionibus & clauibus Arcæ communis reportandis ad Electionem nouorum Procuratorum: quod extat in antiquo libro Procuratorum huiuſce Nationis, eſtque huiuſmodi.

Statutum Nationis Picardicæ.

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis omnes & ſinguli Magiſtri Nationis Picardorum Pariſius in Artium Facultate Regentes ſalutem in Domino. Cum ab antiquo Reuerendi Patres & prædeceſſores noſtri & Nos in ſeruitium & honorem Dei Omnipotentis, glorioſiſſimæ Virginis Mariæ ac Beatorum Cleri Patronorum Nicolai & Katharinæ conſueuerimus in eorum Feſtiuitatibus in Vigiliis dicere Veſperas & in diebus Miſſam ſimul congregati in aliqua Eccleſia celebrare, Nos cum debitis circnnſtantiis vocati ſpecialiter ad ſtatuendum apnd S. Iulianum pauperem hora Primæ B. Mariæ, die Iouis poſt Feſtum B. Dionyſij anno à Natiuitate Domini 1355. vt prædictum ſeruitium valeremus de cætero ſolennius & cum majori Magiſtrorum multitudine exercere, Statuimus quæ ſequuntur. Scilicet quod ſinguli Magiſtri prædictæ noſtræ Nationis in Artium Facultate Regentes in ſingulis Feſtis ſolennibus prædictorum Virginis glorioſæ, ac BB. Nicolai & Katherinæ recipiant per modum diſtributionum, ſi fuerint præſentes, in Veſperis quilibet 4. denarios; & ſi in Miſſa, quilibet ſex denarios de pecunia Nationis, ſi & in quantum dicta pecunia poterit adhoc ſufficere ſolutis primitus aliis debitis Nationis, & quod inde non appareat ex defectu pecuniæ ſequi detrimentum aliquod vel vituperium Nationis. Statuimus etiam quod quicunque erunt in dictis Miſſis vel Veſperis veſtiti apparamentis ad tenendum Chorum, vel ad ſeruiendum Preſbytero vel Altari Deputatis, ac etiam Procurator & Receptor dictæ Nationis pro ſuis laboribus duplicem in dictis diſtributionibus percipiant portionem. Inſuper cum dudum ſtatutum ſit & fuerit in noſtra Natione obſeruatum & ſtatutum propter ſecuritatem & profectum Nationis localium ſuorum, quod in omni noui Procura-

» toris electione Procurator electus claues Archæ noſtræ tribus Magiſtris diuer-
» ſarum Diœceſeon diſtribuat in præſentia Nationis, quod aliquando fieri non
» poteſt, ex eo quod habentes eas omittunt negligenter reportare eas in die Ele-
» ctionis ad præſentiam Nationis, idcirco his obuiare volentes negligentiis, ſta-
» tuimus vt quilibet Magiſtrorum, qui in præcedente procuratione clauem ali-
» quam ſeruauerit, illam reportet ad locum & horam Electionis faciendæ, & in-
» dilatè Procuratori electo reddat eam in præſentia Nationis, alioquin pœnæ
» ſubjaceat duorum ſolidorum Pariſienſium Nationi noſtræ prædictæ applican-
» dorum ac etiam ſoluendorum, & ſub eadem pœna Procurator de nouo creatus
» quemlibet in prædictis vel aliquo eorum deficienrium tenebirur cogere ad ſol-
» uendam pœnam prædictam. Er in hoc ille ſic deficiens tenebitur obedire Pro-
» curatori ſub debiro juramenti. Tenebitur etiam dictus Procurator illos Magi-
» ſtros quibus claues diſtribuet, inſcribere in Papyro Nationis ſtatim & in præ-
» ſenria Nationis. Er tunc Bedelli ſub eadem pœnâ tenebuntur pennam & in-
» cauſtum pro Litreris ſcribendis Procuratoribus miniſtrare. Datum ſub Sigillo
» noſtræ prædictæ Nationis, anno, menſe, die, hora & loco prædictis.

Eodem anno obiit inſignis ille, & vbique terrarum ingentis famæ & exiſti-
marionis eximiæ Bartholus de Saxo-ferrato Iuriſconſultus, per plures annos
Iuris vtriuſque Profeſſor in Academia Bononienſi, Rainerij Foroliuienſis quon-
dam Diſcipulus, item Cyni & Iacobi de Butrigariis; Baldi verò Peruſini &
Ioannis Coſtani inrer cæteros Magiſter.

Ad hunc quoque annum legimus in Reg. Nationis Anglicanæ ſedatam
fuiſſe quandam diſcordiam inter Nationes ortam ex eo quod Cancellarius San-
Genoueſianus in ſuo examine non ſaris fideliter ius vnicuique ſuum reddidiſſet,
Gallicos aliis poſtponendo, Anglicos Gallicando aliaque conrra morem &
Statuta præſtando. *In eadem Congregatione* (17. Martij) *concordatæ ſunt 4. Na-
tiones Facultatis Artium & ſedata eſt briga illa orta ex eo quod Cancellarius in S. Geno-
ueſa cum licentiauit Baccularios primæ Auditionis, vnum Gallicum ſecundum depoſi-
tionem Examinatorum in omnibus poſtpoſuit, & ex eo quod vnum Anglicum in ſecunda
Auditione Gallicauit: ſuper quam concordiam D. Rector ſumpſit publicum Inſtrumen-
tum. Super illa enim concordia erat Congregatio principaliter facta.*

Eadem Natio alio ſuo Decreto cauit, ne cum quoquam deinceps de ſolu-
tione Burſarum quæ Bedellis debebantur, diſpenſaretur; nec illarum quæ ob li-
» tem Theologorum exigebantur. Facta Congregatione Nationis apud Prædi-
» catores die 22. (Martij) ſupplicauernnt Bedelli Nationis noſtræ Nationi, vt ad-
» hiberetur remedium adhoc quod illi cum quibus diſpenſatur in Narione de Bur-
» ſis ſuis quas tenentur Nationi, dnm tamen ſarisfaciant Bedellis de ſuis Burſis,
» rarò aut nunquam ſatisfaciunt eis, nec cum ad licentiam aut Magiſterium fue-
» runt permiſſi, ad memoriam ſatisfactionem burſarum præfatis Bedellis dignan-
» tur reuocare. Quibus concedebatur concorditer quod nullos cum quibus Na-
» tio diſpenſauerir, burſas Nationis remitrendo, ad aliquem gradum, videlicet
» Determinationem, Licentiam aut Magiſterium admitterentur, niſi ſe prius
» cum Bedellis ipſis de Burſis ipſorum amicabiliter expediuerint.

Et ad 9. April. ita ſcribit M. Ioannes de Velſtede eiuſdem Nationis Procu-
rator. *In eadem Congregatione fuit deliberatum Nationem de Burſis Bedellorum, nec
de dimidia Burſa B. Virginis, nec de integra Burſa quæ reponi ſolet ad Arcam ad mu-
niendum ſe de altercationibus Artiſtarum cum Theologis, nullomodo poſſe diſpenſare,
ſed ſolum de tribus aliis Burſis habere poteſtatem remittendi.*

1356. Anno 1356. die 4. menſis Maij M. Ioannes Ance Rector antiquus acceptæ
pecuniæ communis rationes reddidiſſe legirur M. Roberto Normano Rectori
nouo, qui nempe menſe Martio anni ſuperioris electus fuerat. Id factum apud
Vniuerſiratem, ſeu apud ſelectos eiuſdem. Qua de re ſic in Reg. Nat. Angl. *M.
Ioannes Ance Rector antiquus computauit M. Roberto Normano Rectori nouo coram
Vniuerſitate, & fuit compotus eius approbatus & receptus.* Nempe temporibus iſtis
& longè poſt adhuc, Rector Vniuerſitatis Quæſtor quoque ſeu Receptor erat
ærarij publici & communis: qui Rectoratu decedens ſucceſſori ſuo acceptæ pe-
cuniæ expenſæque rationes reddere tenebatur.

Habitis etiam Comitiis Generalibus eodem menſe, vno omnium Academi-

corum conſenſu appellatum à Prælatis Eccleſiæ Gallicanæ, qui Vniuerſitatem penſitationi Decimarum ſubjacere volebant; vt legitur in ſupradicto Codice. *Vniuerſitas appellau t contra Sententias Epiſcoporum de Francia ex parte Decimarum.*

Et die 7. Iunij habitis Comitiis apud Bernarditas idem fuit iterum concluſum. *7. die menſis Iunij Magiſtris omnibus vocatis per juramentum ad Congregationem Generalem apud S. Bernardum, deliberatum fuit concorditer, quod appellatio contra DD. Prælatos Franciæ volentes Vniuerſitatem grauare contra Priuilegia ad ſoluendum Decimas & ſubſidium, terminaretur ſequenti die, quod & factum eſt.*

Ibidem notatur Dominam de Valentia inſtituere ſeu fundare Collegium voluiſſe, eique rei quingentas libras addixiſſe. *Et fuit lecta Littera de Fundatione vnius Collegij per Dominam de Valentia de 500. libris, & fuit conceſſa & approbata,* an verò fuerit illud Collegium fundatum & vbi poſitum, me latet.

Suborta eſt etiam hocce tempore diſcordia inter Nationes Picardicam & Anglicanam de finibus, occaſione cuiuſdam Baccalarij, qui cum Anglicanæ nomen dediſſet in eaque determinaſſet, à Picardis triennio poſt repetitus eſt, eo quod patriam, vnde ille oriundus erat, ſibi ſubditam eſſe contendebant. *Eodem tempore ſuborta fuit diſcordia inter Nationem Anglicanam & Picardicam pro quodam Baccalario, qui fuit de Monte ſanctæ Gertrudis, qui continuè per 3. annos tenuit ſe eſſe de Natione Anglicana; in qua quidem Natione ipſe determinauit & Licentiatus tandem fuit. Sed poſtea Picardi ipſum petiuerunt, & de Natione eorum eſſe dicebant, ſuper qua diſcordia fuerunt dati ab Vniuerſitate Deputati.*

INITIVM LITIS DE FINIBVS.

Nec modo inter Picardicam & Anglicanam Nationes lis iſta fuit; ſed in ipſa Anglicana inter Saxones & Ruyenſes ſeu Rinenſes, ad quæ jurgia placanda dedit Vniuerſitas Recuperatores ſeu Arbitros, qui rem examinarent. Quo de negotio ita legitur ad 18. Iunij, *facta Congregatione Generali apud ſanctum Mathurinum Deputati dati per Vniuerſitatem ad diſcindendam & definiendam diſcordiam inter Ruyenſes & Saxones ſuper diſtinctione Prouinciarum eorundem.* Atque ad ſe- “
dandam brigam inter dictas Prouincias ſuper hoc ortam, dixerunt dicti Depu- “
tati in plena Congregatione de rigore & ſuper depoſitione teſtium in definitio- “
nem ſuper hoc adductorum omnes citra Ruyam pertinere ad Colonienſes, & “
omnes vltra Ruyam, pertinere ad Saxones. Et hoc accidit ante caſum Ruyæ “
in Renum; ſed poſt caſum Ruyæ in Renum omnes de Diœceſi Colonienſi & “
Trajectenſi pertineant ad Ruyenſes. Omnes autem alij vltra ſituati perti- “
neant ad Saxoniam. Et ab iſta ſententia pars Ruyenſium appellauit. “

Cum verò hocce tempore vehemens arderet bellum inter Franciam & Angliam, Pariſini ſibi metuentes, cuſtodias in diuerſis Vrbis partibus collocarunt, rogaruntque Rectorem vt pateretur nonnullos Vniuerſitatis Officiarios minores arma quoq; ſumere ad defenſionem Vrbis, & in hanc rem indicta Congregatio Generalis apud Bernarditas 8. Iulij, vt legitur in eodem Codice, *8. die Iulij factâ Congregatione Generali Regentium & non Regentium ad S. Bernardum ſuper petitionibus Burgenſium Pariſienſ. conceſſum fuit, quod Chirurgici, Librarij, Pergamenarij, Illuminatores, Scriptores, Librorum Ligatores eſſent armati ad præceptum Rectoris pro defenſione villæ propter pericula guerræ imminentis.*

Hocce quoque tempore circa rem judiciariam mota eſt difficultas, an ſcilicet de appellatione à ſententia Facultatis Artium ad Tribunal Academicum poſſent nihilominus cognoſcere Procuratores cum Decanis, an verò ab hoc Iudicio & Tribunali arcendi eſſent, qua de re ſic habetur in eodem Codice. *30. die Iulij factis Congregationibus Facultatis & Generali apud S. Mathurinum deliberatum fuit concorditer per 3. Nationes, quod depoſitiones Teſtium in placitis Rectoris & Procuratorum* ante ſententiam non publicentur, quia ab illa fit appellatio “
tanquam à grauamine ad Congregationem Generalem. *Item quod in Deputatio- “
nibus ſuper appellationes de Placitis ad Vniuerſitatem deuolutas interſint, nec aliquo “
modo expellantur Procuratores 4. Nationum, per eaſdem 3. Nationes fuit deliberatum “
& per Facultatem Medicinæ. Aliæ verò duæ Facultates ſuper hoc dederunt Deputatos.* “
Et credo id dicent ideo quando quid dixerint, recolligatur & pro Statuto ha- “
beatur! “

Eodem anno die Lunæ 19. Septembris captus eſt ab Anglis Ioannes Francorum Rex ad Pictauium. Quo capto dici non poteſt, quanta fuerit in toto Re-

gno animorum conſternatio, præſertim verò Lutetiæ in Vrbe Regni primaria, vbi ad tempus Muſas conticuiſſe ſcribit Petrarcha lib. 10. ſenil. quo loco hac de re verba faciens. *Vbi eſt*, inquit, *illa Pariſios, quæ licet famâ inferior, multa ſuorum mendaciis debens, magna tamen haud dubiè res fuit. Vbi Scholaſticorum agmina? vbi ſtudij feruor? vbi diuitiæ Ciuium? vbi cunctorum gaudia? non diſputantium ibi nunc auditur, ſed bellantium fragor; non librorum ſed armorum cumuli cernuntur, non Syllogiſmos, non Sermones, ſed excubiæ atque arietes maris impacti reſonant.*

Ad diem 15. menſis Octob. eiuſdem anni Carolus Ioannis Regis filius trium Ordinum Comitia Pariſios conuocat, & vt ait Gaguinus, Patris miſeram fortunam in Senatu Parlamenti magno omnium mœrore exponit. Eius loco verba faciente Petro Foreſtano Rotomagorum Archipræſule, Franciæ Cancellario, eodemque olim Epiſcopo Pariſienſi, atque pecunias in belli ſubſidium in tot aduerſis poſtulante. Conditione captiui Regis cognitâ fuit vna omnium ſententia miſeris rebus opitulari. Quid autem poſtea factum ſit, ex Hiſtoricis melius intelligetur.

Arca communis apud S. Genouefam.

Eodem anno habitis apud Bernarditas Comitiis Generalibus omnium Ordinum, M. Ioannes de Viry Abbas Genouefæ ex omnium conſenſione Facultatum priuatus fuit, eo quod in Monaſterio ſuo nonnullos Sorbonicos vulnerari grauiter paſſus fuiſſet. Quæ cauſa fuit transferendæ Ciſtæ, Sigilli & Arcæ communis ad Collegium Nauarricum. Hactenus enim apud ædem Sangenouefianam ſeruari conſueuerat. Hac de re ſic legitur in ſupradicto Codice Anglic. Nationis, ſcribente M. Reinboldo de Gamundia, eiuſdem Procuratore. *Primo die poſt Epiphaniam factâ Congregatione Generali Regentium & non Regentium ſub juramento ad S. Bernardum fuit ex conformi deliberatione omnium Facultatum abbas S. Genouefæ priuatus ab honoribus quibuſlibet ſibi poſſibilibus ab Vniuerſitate propter iſtam cauſam, quod idem Abbas cum deberet tenere placita amicabilia cum Dominis de Sorbona in Camera ſua, permiſit nec reclamauit quod Camerarij & Seruientes ſui clauſo oſtio eoſdem Magiſtros de Sorbona grauiter offendebant, ipſos atrociter percutiendo, & quoſdam vſque ad effuſionem ſanguinis vulnerando.* Item eodem die fuit deportata Arca Vniuerſitatis de Monaſterio S. Genouefæ ad Collegium Nauarræ *cauſam ob prædictam.*

Atque vt innoteſceret omnibus Abbatis facinus, libellus priuationis lectus die Dominica publicè & ſigillatus. *Item die ſabbati immediatè ſequente fuit ſigillata priuatio Abbatis S. Genouefæ & die Dominico publicata apud* Iacobitas facta Congregatione Generali, in qua *pro dicto Abbate* Regina Franciæ & Quidam Cardinalis ſupplicabant. Quorum ſupplicationes non fuerunt admiſſæ.

1357. Anno 1357. grauiores adhuc quàm anno ſuperiore tumultus in Vrbe Lutetia fuerunt propter diuerſas partium affectiones & factiones, Stephano Marcello Præpoſito Mercatorum ſeditionis Authore: adeo vt ad Caroli Delphini pedes tres proceres, fidiſſimi Conſiliarij à concitatâ multitudine trucidati fuerint, ipſique Delphino neceſſe fuerit bicolor ex rubro & cæruleo capucium, inſigne Pariſienſium induere, & tandem ex Vrbe fugere, poſtquam furioſi Ciues eduxerunt è carcere Carolum Nauarræ Regem. Quo tempore quæ potuit eſſe in Caſtris Mineruæ quies? quæ tranquillitas in Parnaſſo militantium? Interdictum quidem omnibus & ſingulis Academicis edicto Rectorio vllum aſſumere factionis inſigne. Sed tubarum clangor, tympanorumque ſonitus non ſinebant audiri leges; nec bene conueniebat diſciplinæ rigor cum licentia effrenata multitudinis.

Lis contra 4. Mendicantium Ordines.

Ad eundem annum refert Wadinghus grauem in Anglia excitatam fuiſſe contra 4. Mendicantium Ordines tempeſtatem, prædicantibus nonnullis & aſſerentibus non eſſe in via ſalutis huiuſce generis vitæ Profeſſores. In quam diſputationem deſcenderunt Parochi plurimi & Prælati, adeoque proceſſum hinc inde eſt, vt denegatum ſit eis ius prædicandi, confeſſiones excipiendi & mortuos ſepeliendi: quæ tria capita fuerant antea à Summis Pontificibus conceſſa & approbata. Nec in Anglia duntaxat ſtetit iſta contentio & dimicatio, tranſiuit in Hiberniam, vbi Richardus Radulphus Archiepiſcopus Armacanus, Hiberniæ Primas Parochorum & Prælatorum partes ſuſcipit aduerſus ipſos Mendicantes. Protinus ille ad Papam vocatus Auenionem, vadimonium

Digitized by Google

adit. Fuerat jam iſta cauſa olim ab anno ſcilicet 1350. agitata: at hoc anno ad eam penitus cognoſcendam & accuratius examinandam delegati ſunt ab Innocentio 4. Cardinales: apud quos Armacanus eadem, vt aiunt, omnino Mendicantibus objecit, quæ objecerat olim M. Guill. de S. Amore. Aſſertiones verò eius impugnarunt inter alios Rogerus Conveius Franciſcanus, Ioan. Heidelbamius Carmelita, Galfridus Hardebeüil Auguſtinianus, & Angelbertus Dominicanus Angli, qui Armacanum tanquam Hæreticum omnibus fugiendum proponebant, vt moris eſt eiuſmodi hominibus, cùm ſe à peritioribus & doctioribus impeti vident. At omnes Catholici prædictum Archiepiſcopum piiſſimæ fuiſſe vitæ prædicant; & inter alios Nicol. Hasfeldius, qui ait inter iſtas dimicationes ſublatum è viuis fuiſſe Richardum, at non ſublatam eius morte diſcordiam: quinimo inter Academiam Oxonienſem & Mendicantes diu agitatam adhuc fuiſſe, & ſeptennio poſt coram ampliſſimis totius Regni Comitiis ventilatam: ſed tandem vtramque partem Regi remiſiſſe & permiſiſſe litis deciſionem, qui decreuit vt in exercitationibus Scholaſticis aliiſque in rebus mutuam pacem amplecterentur, neue Fratres ætate minores 18. annis in ſuam ſocietatem admitterent.

Innocentius verò donec controuerſia illa per 4. Cardinales, quos nominauerat, agitaretur & definiretur, mandauit Angliæ Prælatis, ne alterutri parti præjudicium ſinerent fieri. Bulla eſt ejuſmodi.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fratribus vni- «
uerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis in Regno Angliæ conſiſtentibus ſalutem & «
Apoſtolicam Benedictionem. Grauem dilectorum filiorum Prædicatorum, Mi- «
norum, Eremitarum S. Auguſtini & Carmelitarum Ordinum Fratrum quere- «
lam accepimus, continentem quod ipſi tam prætextu quarundam Prædicatio- «
num in Regno Angliæ per nonnullos contra ſtatum dictorum Fratrum, illum «
de facto deprauantium, & non eſſe in ſtatu ſalutis falsò aſſerentium olim facta- «
rum, quàm Quæſtionis, quæ inter venerabilem Fratrem noſtrum Richardum «
Archiepiſcopum Armachanum ex parte vna & Fratres prædictos ex altera ſuper «
nonnullis articulis per partes ipſas hinc inde propoſitis coram quibuſdam ex ve- «
nerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ex commiſſione noſtra apud «
Sedem Apoſtolicam pendere dignoſcitur, in Confeſſionibus Chriſti fidelium «
audiendis, prædicationibus verbi Dei, & libera ſepultura, necnon & eleemo- «
ſynis eis fieri ab eiſdem fratribus conſuetis, quas eis facere aſſerunt mendaciter «
eſſe peccatum, contra Iuſtitiam impediuntur & etiam perturbantur in ipſo- «
rum Fratrum præjudicium & maximam læſionem. Quare pro ipſorum parte «
fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt prouidere ipſis ſuper hoc paternâ ſolicitu- «
dine curaremus. Nos igitur æquum & congruum reputantes quod hujuſmodi «
lite pendente, nihil per alterutram partium in ipſarum partium & litis præju- «
dicium debeat innouari, Vniuerſitatem veſtram monemus & hortamur attentè «
per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus Fratres ipſos in prædictis «
Confeſſionibus, Prædicationibus & Sepulturis ac eleemoſynis non impediatis, «
nec per veſtros ſubditos impediri etiam permittatis; per prædicta autem non «
intendimus liti prædictæ aliquod præjudicium generari, nec ea pendente quic- «
quam vt præmittitur, volumus innouari. Datum Auenioni Kalend. Octobris, «
anno 6. «

Cæterum iſte Richardus Academiæ Oxonienſis Doctor, einſdemque olim Cancellarius, deinde Archidiaconus Lichefeldenſis & Archiepiſcopus Armacanus ſcribit Scholaſticorum qui ſuo tempore illam in Academiam frequentabant, numerum ad triginta millia excreuiſſe: at imminutum deinde ad ſex millia. Cuius diſpendij cauſam regerit in Fratres Mendicantes. Tradit enim Iuuenes illos fraudulentis illorum illecebris allectatos ad Monaſticam vitam in cauſa fuiſſe, cur parentes ad Academiam illam deinceps liberos ſuos mittere recuſarent.

Extat in MS. San-Victorino notato nunc hiſce Characteribus B f. 31. Tractatus ſeu Sermo Richardi apud Auenionem editus contra Mēdicantes: cui pro titulo præpoſita leguntur hæcce verba. *Propoſitio Richardi Armachani Archiepiſcopi Primatis Hiberniæ facta in Conſiſtorio coram D. Papa & Cardinalibus & Præ-*

Digitized by Google

latis ad vtilitatem Cleri & Populi Chriſtiani ſuper materia Mendicitatis ac Priuilegiis contra Fratres de Ordinibus Mendicantium quibuſcunque apud Aucnionem die 8. menſis Nouemb. an. 1358.

In eo autem Sermone ponit nouem Concluſiones quas Londini & in Hibernia vulgauerat, quarumque cauſâ à Mendicantibus fuerat ad Tribunal Pontificum vocatus, vt ipſe explicat in Prologo, qui talis eſt. *Nolite judicare ſecundum faciem ſed juſtum judicium iudicate*, Ioan. 7. c. Pater Sanctiſſime, in principio mei Sermonis proteſtor quod non intendo aliquid aſſerere aut temerè affirmare quod fidei obuiet Chriſtianæ atque Doctrinæ Catholicæ; quod etiam non eſt intentionis meæ deſtructionem ſeu caſſationem Ordinum Mendicantium approbatorum ab Eccleſia atque à Summis Pontificibus confirmatorum expetere atque etiam ſuadere, ſed potius ſuadebo ipſos Ordines debere reduci ad prioritatem ſuæ Inſtitutionis primariæ, ſemper correctioni Sanctitatis veſtræ paratus obedire. Et vt ad materiam meam deſcendam, ecce Pater ſanctiſſime, accedens Londonias pro meæ Ordinatione Eccleſiæ & quibuſdam negotiis Doctores aliquos ſatis doctos ſuper mendicitate ac mendicatione D. Saluatoris ex aduerſo reperi diſceptantes, & ſæpius inuitatus vt populo prædicarem, 7. atque 8. Sermones ibi protuli in vulgari & ſub proteſtatione præſcripta in publico nouem Concluſiones expreſſi, propter quas & alia quæ tunc dixi, fratres ad iſtam ſanctam Sedem licet friuolè appellarunt. Prima Concluſio erat, quod D. noſter I. C. in conuerſatione ſua humana ſemper pauper erat, non quia propter ſe paupertatem dilexit atque voluit. Secunda fuit, quod D. noſter I. Chr. nunquam ſpontaneè mendicaret. Tertia erat concluſio, quod Chriſtus nunquam docuit ſpontaneè mendicare. Quarta erat concluſio, ſiue quartus articulus, quod D. noſter I. C. docuit non debere hominem ſpontaneè mendicare. Quinta erat concluſio ſiue quintus articulus, quod nullus poteſt prudenter & ſanctè ſpontaneam mendicitatem ſuper ſe aſſumere perpetuò obſeruandam. Sexta erat concluſio, quod non eſt de Regula FF. Minorum Mendicitatem ſpontaneam obſeruare. Septima erat de materia illa concluſio, quod Bulla D. Alexandri quæ Magiſtrorum libellum condemnat, nullam præmiſſarum concluſionum impugnat. Octaua concluſio & prima de Priuilegiorum materia iſta erat, quod pro confeſſione Parochianorum alicuius Eccleſiæ facienda cum excluſione loci alterius, eligibilior erat Parochialis Eccleſia quàm Fratrum Oratorium ſiue Eccleſia. Nona erat & ſecunda in iſta materia, quod ad confeſſionem Parochianorum alicuius Eccleſiæ vni perſonæ ſingulariter faciendam eligibilior erat perſona Ordinarij quàm Fratris perſona.

Has Concluſiones probat plurimis rationibus, & de ſeptima, quæ M. Guillelmi de S. Amore libellum de periculis nouiſſimorum temporum, tangit, ſic habet. Septima concluſio materiæ hujus erat, quod Bulla D. Alexandri IV. quæ libellum Magiſtrorum (Pariſienſ.) condemnat, nullam præmiſſarum concluſionum impugnat. Hoc taliter ſuadetur, quia D. Ioannes XXII. in conſtitutione ſua *Quia quorundam*, dicit expreſſè quod D. Nicolaus III. (IV.) iſtam Bullam & omnes Litteras prædicti Alexandri IV. quantum ad omnes articulos, quos ſua declaratio continet, reuocauit. Conſtat autem quod paupertatem FF. Minorum quàm arta eſſe debeat, Nicolaus III. declarauit, quam Fratres Mendicitatem intelligunt. Item conſtat, quod D. Nicolaus de Fratrum labore declararat & etiam de prædicatione non facienda in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, vbi Fratribus fuerit interdictum. Igitur quoad eos articulos Bulla D. Alexandri eſt à Nicolao caſſata, nec in ipſa Bulla recordor aliud quodcunque eſſe, quod aliquam concluſionem præmiſſarum infirmet.

Similiter explicans & probans primam ſuam concluſionem, inter cætera ſubjungit, Priuilegia quæ fuerunt Mendicantibus conceſſa, incommoda multa damnaque ſtudiis Generalibus ſeu Vniuerſitatibus intuliſſe, propterea quod Clericos ſeu Scholares ad ſe allectant, parentumque domos ſeu familias ſibi mancipant.

» Item, inquit, ex abuſu Priuilegiorum Fratribus conceſſorum incommoda multa in Clero prouenerunt. 1. Quia occaſione Priuilegij ſuper confeſſionibus audiendis, Iuuenes quaſi omnes in ſtudiis Generalibus & in domibus parentum ſuorum

ſuorum in quibus quaſi vbiqueFratres propter facultatem audiendi confeſſiones “
tanquam familiariores exiſtunt, Fratribus confiteotur. Quia Iuuenes Fratrum “
fraudibus & munuſculis datis allecti, quia homines prouectæ ætatis circumueni- “
re noo poſſunt, eorum Ordines ingrediuntur, nec poſtmodum remittuntur, vt “
fama laborat, quod exeundi ab Ordine habent poteſtatem, ſed cum eis detinen- “
tur inuicti donec profiteantur in Ordine, imò nec permittuntur, vt dicitur, “
quod cum Patre aut Matre loquantur niſi ſub Fratrum cuſtodia & timore. Su “
per quo iſto die in exitu mei hoſpitij, vnus probus de Anglia qui ob remedium “
obtioendum ad Curiam iſtam acceſſit, mihi expoſuit quod ſtatim poſt Paſcha “
jam elapſum Fratres apud Studium Oxonienſe eo modo ſibi filium ſuum non ha- “
bentem 13. annos ſubſtraxerunt, cum quo illuc adueniens non poterat niſi ipſo “
ſub Fratrum cuſtodia exiſtente habere colloquium. Cur igitur, cum ſacra præ “
cipiat Scriptura, *Qui furatus fuerit hominem & vendiderit eum, conuictus noxæ* “
morte moriatur, Exod. 21. cap hanc pœnam non ſubeant aut aliam pœnam le- “
gitimam, non mihi juſtum videtur. Si enim ſecundum legem pro furto bouis “
aut ouis debet quiſque puniri, multo fortius pro grauiori furto & proximo læſo “
magis nociuo amplius deberet quiſque puniri, quale eſt furtum huiuſmodi pue- “
rorum ante annos diſcretionis è cuſtodia ſuorum parentum. Nec poterunt “
affirmare, quod quia pueri ſic ſurrepti ad Deo obſequendum à Deo deuotius ad- “
ducuntur, ideò furari eos ſic licet fraudibus, mendaciis & fictis promiſſioni- “
bus; quoniam hoc eſt decretum Apoſtoli affirmare. Dicit enim, *& non ſic blaſ-* “
phemamur. Et ſicut autem nos quidem dicere faciamus mala vt eueniant bona, “
quorum damnatio iuſta eſt ad Rom. 3. Et vtinam viderent intimius hoc dicen- “
tes libros Auguſtini de Mendacio & contra Mendacium; in quibus apertè de- “
clarat, quod non eſt faciendum pro aliquo malo vitando nec pro commodo pro- “
curando, etiam nec pro hominis anima aut vita ſaluanda. Et pariter videtur de “
aliis generibus peccatorum. Et exprimit vnam inter alias pulcherrimam ratio- “
nem. *Si*, inquit, *liceret aliquando ex tali cauſa proferre mendacium, tota Eccleſiæ* “
doctrina periret, quoniam tunc prædicans fidem in publico ex tali cauſa poſſet mentiri. “
Cum igitur in docendo fidem ſicut & cætera Auditores in cordibus ſuis non ita “
poſſent arguere, iſte ſecundum doctrinam ſuam poteſt dicere in multiplici caſu “
mendacium, neſcio nec ſcire poſſum an talis caſus nunc inſter. Si bene igitur “
in ducendo fidem non debeo adhibere. Vnde concludit quod ad Officium iuſti “
hominis nunquam pertinet ſponte proferre mendacium. “

Item conſequitur graue damnum in Clero in hoc, quod jam in ſtudiis Regni “
Angliæ propter talem ſubſtractionem puerorum à ſuis parentibus laïci retra “
hunt vbique filios ſuos ne mittant eos ad ſtudium quia potius eligunt eos facere “
cultores, eos habendo, quàm ſic in ſtudiis eos taliter amittere. *Et ſic quod in* “
ſtudio Oxonienſi adhuc tempore meo erant triginta millia ſtudentium, non reperiuntur ſex “
millia his diebus: & major huius imminutionis cauſa ſiue occaſio, præmiſſa puerorum cir- “
cumuentio æſtimatur. Et quid eſt iſto damno grauius toti Clero, non video. “

Item eſt aliud damnum tam graue, quod tendit ad conſumptionem ſeu eua- “
cuationem Doctrinæ io Scholaribus cujuſlibet Facultatis, ſcilicet quod iſti Or- “
dines Mendicantium propter infinita lucra quæ mediantibus prædictis Priuile “
giis de confeſſionibus & ſepulturis & aliis acquirunt, tam multiplicati ſunt in “
Conuentibus & perſonis Conuentuum, *quod non reperitur in ſtudiis communibus de* “
Facultate Artium, ſacræ Theologiæ & Iuris Canonici, atque etiam vt fertur à pluri- “
bus, de Facultate Medicinæ atque Iuris Ciuilis, niſi raro aliquis vtilis multum liber “
vænalis, ſed omnes emuntur à Fratribus, itavt in ſingulis Conuentibus ſit vna grandis “
Libraria & notabilis. Et vt ſinguli Fratres habentes ſtatum in ſtudiis, quales “
ſunt innumeri, notabilem etiam habeant Librariam, vnde ego de meis ſubje- “
ctis Rectoribus tres aut quatuor miſi ad ſtudium, & dictum eſt mihi, quod quia “
nec Bibliam eis vtilem nec alios libros Theologiæ vænales eis congruos ibi po- “
tuerunt repetire, ad ſuam patriam ſunt reuerſi, aut vnus eorum ſaltem jam re- “
diit. Si iſta non ſit in Clero grandis jactura, nulla poterit eſſe in ipſo, cum ad “
exitum talem vt videtur, tendat quod Clericus io Eccleſia nullus remaneat præ- “
ter Fratres. Et ſic peribit fides Eccleſiæ, niſi quatenus reſidebit in Fratribus. Et “
ita vt multis videtur, potius expediret quod Prælati eis cederent, vt totam ad “

» quam anhelare videntur, habeant Eccleſiam, quàm quod eam demoliantur hoc
» modo. Vnde non ſolum admiror ſed ſtupeo quaſi audacia tos homines ſupra om-
» nes Mortales in ſapientia ſe publicè extollentes contra Phyſicam rationem, &
» contra ſacræ Scripturæ Doctrinam totaliter ſe ſine modo multiplicant. Dicit
» enim Ariſtoteles in 2. lib. de Anima, quòd omnium natura conſtantium deter-
» minata eſt ratio magnitudinis & augmenti. Vnde conſequitur quod legem natu-
» ræ non ſeruant, ſed eam abijciunt, qui in magnitudine & augmento terminum
» ſibi non ſtatuunt.

Tandem poſtquam ille Mendicantium Priuilegia pluribus exaggerauit & reprobanda eſſe demonſtrauit, concludit eo ſe fine illud feciſſe, *vt nec Clerus nec populus decipiatur vlterius æſtimando hos Fratres imitari Chriſtum, vt ipſi confingunt, in mendicatione ſpontanea, quam Chriſtus nunquam exercuit. Item ad alium finem, ſcilicet, vt per definitiuam ſententiam Reuerendiſſimorum meorum DD. Cardinalium quibus totum negotium eſt commiſſum, mendicitate hujuſmodi reprobata, ſi eis placuerit tanta priuilegia procurata à Fratribus, & eis conceſſa ipſius mendicitatis ſpontaneæ ſanctitate circonuentiuè prætenſa reuocentur atque caſſentur, & ipſi Fratres ad ſanctum ſtatum ſuæ inſtitutionis reuocentur, quod nobis cum gratia in præſenti, & gloria in futuro præſtare dignetur Omnipotens Trinus & Vnus qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.*

Exat ad calcem iſtius ſermonis libellus ſupplex, quem obtulit Papæ & Cardinalibus contra abuſum Priuilegiorum, à Mendicantibus obtentorum; quale autem iudicium latum ſit lite pendente, patet, ex Bulla quam ſupra retulimus. Nec ſcio an aliam tulerit Innocentius, litemque deciderit poſt mortem Armachani, quæ, nondum eâ finitâ, contigit.

Dissidia inter Nationes de finibus.

Erant quoque in Vniuerſitate Pariſienſi præſertim inter Nationes diſſidia de finibus. Certabatur pro aris & focis. Nam cum non eſſet prædium vllum commune & publicum, non reditus vlli certi vnde Nationes ſuſtentarentur, ex obuentionibus incertis Nouorum, ſeuvt vocabant Bejaunorum, Determinantium, Licentiandorum & Magiſtrandorum ſeu Incipientium, ærarium ſuum conficiebant: itaque quo plures habebat vnaquæque Prouincias ſibi ſubjectas, plures quoque inde aduenientes Scholares excipiens plura emolumenta percipiebat. Imò & in vnaquaque Natione variæ Tribus inter ſe certabant, vt ad ſuperiorem annum de Anglicana retulimus, in qua Ruyenſes & Saxones de vrbibus ſibi ſubiectis contendebant. Hoc verò anno potiſſimum lis exarſit inter Picardicam & Anglicanam. Et hac de re ſic ſcriptum legimus à M. Ioanne de Mynda Anglicanæ Procuratore.

» Anno D. 1357. die 19. Sept. facta erat congregatio apud S. Iulianum Pauperem
» ſuper quodam Baccalario nomine Ioannis Maſt Leodienſis Diœceſis, quòd
» dum incipere volebat, & tranſiſſet cum Bedellis Picardiæ per vicum ſtraminis
» ad petendum licentiari à Magiſtris Facultatis Artium vt moris eſt, ſi inceptio ſua
» in dicta Facultate eis placeret, reſpondit M. Themo Iudæus Nationis Angli-
» canæ quod non, eo quod aliàs Determinans fuit in ſua Natione, & ſuper hoc or-
» ta fuiſſet lis inter Magiſtros Nationis Picardiæ & Nationis Anglicanæ prædicta-
» rum, ex eo quod quælibet Natio eum dicebat pertinere ad ſuam Natione, & ſu-
» per hoc diſcuſſum fuiſſet in Facultate prædicta quod nec magis ſe tenere debe-
» ret ad vnã Nationem quàmad aliam, nec ſoluere burſas vni Nat. quàm alteri,
» nec iurare plus vni quàm alteri, imò ſuas burſas ſoluẽdas ponere debere in manu
» ſequeſtra, videlicet D. Rectoris, vt puto, donec definitum eſſet ad quam Natio-
» nem pertinere deberet prædictus Baccalarius & ſui cõſimiles, & hoc non feciſſet
» vt ſibi videbatur propterea, quia cum Bedellis Nat. Picardorum ad petendum
» licentiam, vt ſuperius dictum eſt, magis tranſiſſet, quàm ſuæ Nationis, ideoque
» ſibi licentiã dare non voluit. Facta congregatione ſuper hoc, vt prædictum eſt,
» quid foret agendum & an Magiſtri prædictæ Nat. Anglic. eſſent in Conſilio ſu-
» per hoc, vt acceſſerunt ad eos M. Ioan. Buridan M. Iacobus Iuuenis tanquam ſui
» amici duntaxat, & non ſicut Natio vel ſuppoſita Nat. ſupplicando eis quatinus
» inceptio prædicti Baccalarij in prædicta Nat. eis placeret, traxerunt ſe ad partem
» poſt paululum & ſatis cito conſilio habito eis dederunt reſponſum amicabiliter
» ſicut ſuplicauerant, quod hoc nequaquam permittere poſſent nec inciperet
» eo modo & forma quibus aliàs definitum erat per prædictam Facultatem,

Digitized by Google

videlicet quod nec vni Nationi plus quàm alteri jurare ſiue ſoluere Burſas ſuas « de prædictis actibus deberet quoquomodo, nec plus ſe trahere deberet ad vnam « quàm ad aliam, & oppoſitum huius attentare præſumeret vt eis expediret jam « hoc permittere ſaluis juramentis nequaquam poſſet. Breuiter motis rationi- « bus hinc inde concordatæ ſunt in vnum ambæ Nationes, videlicet Natio Picar- « diæ & Anglicana, quod dictus Baccalarius jurare deberet vtrique Nationi indif- « ferenter juramenta ſolita, quod ad quamcunque Nationem judicatus eſſet, « quod ſibi indiſſolubiliter adhæreret. Et ex nunc ſibi illa juramenta faceret ſine « fictione quacunque & ex corde: ſuper hoc Natio Anglicana eo tunc inſtrumen- » tum publicum confici ſibi inſtanter petebat. Et ſic ſibi licentia data erat ab « vtraque Natione habito juramento vtrobique. «

Ad componendam hanc litem nominati fuot Arbitri, ſeu vt vulgo dicebant, Deputati: inter quos cum Rector videretur Nationi Anglicanæ ſuſpectus, poſtulante ipſâ abſtinuit à judicio. Item in Comitiis Generalibus die 2. Iunij habitis apud Mathurinenſes decretum ne Procuratores diſſidentium Nationum *ſederent cum Deputatis Vniuerſitatis in cauſa mota inter duas illas Nationes.*

Vltimâ verò Iunij habitis Comitiis obtinuit prædictus M. Ioannes Maſt, *de quo inter Nationes Picardiæ & Angliæ erat diſſenſio, quòd ſecundum formam cuiuſdam Legati Apoſtolici remittebatur ſuæ conſcientiæ & juramento, cuius ſe* crederet *Nationis*, & jurauit. Iſte Maſt Philoſophiæ Profeſſor erat hoc anno.

Die 5. menſis Iulij habito conuentu Deputatorum M. Ioannes Buridanus Nationis Picardicæ de conſenſu Procuratoris obtulit Indicem quendam ſeu Rotulum finium vtriuſque Nationis ad amicæ pacis compoſitionem, vt habetur in iiſdem Regeſtis. Facta Congregatio Deputatorum in cauſa inter Nos & « Picardos die 2. menſis Iulij, & ſedentibus eis pro Tribunali apud S. Mathurinum « M. Ioannes Buridan ex approbatione Procuratoris Picardorum prædictis Iudi- « cibus per modum intendit, ſeu memoriæ obtulit quendam Rotulum cujus copia « nobis dabatur petentibus. Et eſt talis. Intendit probare coram Deputatis & Re- « uerenda Matre ſua Vniuerſitate Pariſienſi Natio Picardorum contra Nationem « Anglicorum articulos ſubſequentes ad fines infraſcriptos. 1. Quod à tanto tem- « pore de cujus contrario hominum memoria non exiſtit, fluuius dictus Moſa in « partibus illis, in quibus ex vtroque latere dicti fluuij Lingua materna eſt Teu- « tonica vſque in mare, ſiue ille fluuius nominetur Moſa, ſiue Maireda, diſtinxit « diſtinguit & diſtinguere debet prædictas Nationes, ſic quod omnes Magiſtri « ſiue Scholares de illis partibus circa dictum fluuium oriundi hactenus fuerunt & « eſſe debuerunt, ſunt & eſſe debent de Natione Picardorum. Et ſic à dicto tem- « pore extitit obſeruatum. «

Item quod Magiſtri & Scholares Pariſius ſtudentes de Villa de Buſco Ducis « ſemper ab antiquo tempore reputati fuerunt & ſe tenuerunt de prædicta Natio- « ne Picardorum. «

Item conſimiliter de Magiſtris & Scholaribus de villa de Heuſden Traje- « ctenſis Diœceſis. Item conſimiliter de Trajecto ſuperiore & de Monte S. Ger- « trudis Leodienſis Diœceſis. Item conſimiliter de omnibus villis & locis cir- « cumuicinis & prænominatis villis vſque ad fluuium Moſam. Item intendit dicta « Natio Picardorum probare contra dictam Nationem Anglicorum, quod ipſa « eſt adhuc in præſenti tempore in poſſeſſione omnium vel plurium Magiſtrorum » & Scholarium de prædictis villis tam nominatis quàm circumuicinis vſque ad » prædictum fluuium. Item quod ſi prædicta Natio Anglicorum aliquos Magi- » ſtros vel Scholares de illis villis & partibus ad ſe excepit prout nititur facere » omni die, hoc fuit clandeſtinè vel quaſi, & ignorante dicta Natione Picardorum, » quæ hoc potuit prout fecit in caſu prædicto, vniuerſaliter ignorare. »

Item quod ſuper præmiſſis laborauerunt & laborant, publica vox & fama. »

Quibus præmiſſis articulis probatis vel conceſſis ſuæ Reuerendæ Matri Vni- « uerſitati Pariſ. aut ſuper hoc Deputatis ab eadem, petit & ſupplicat memorata « Picardorum Natio quatinus per eandem Matrem vel Deputatos prædictos de- « claretur & pronuncietur pro ſe & contra dictorum Anglicorũ Nationem, pro « prietatem & poſſeſſionem dictorum Magiſtrorum & Scholarium de locis & villis « ſupradictis Pariſius ſtudentibus ad ſe ab antiquo ſpectaſſe & nunc ſpectare de « jure debere. Et quod Magiſtri & Scholares tot quot nunc ſunt de locis & villis «

» prædictis ſi qui ſint per Nationem Anglicorum ſubjecti, ſubrepti & amoti
» à dicta Picardorum Natione, ad eam reuertantur & reuerti coganrur per
» dictam Reuerendam Matrem aut eius Deputatos prædictos. Et inſuper petit &
» ſupplicat dicta Picardorum Natio quatenus ipſi Nationi Anglicorum prohibea-
» tur ne de cætero ſic terminos eius contra Nationẽ Picardorum tranſgredi præ-
» ſumat, ſed pacificè permittat Nationem Picardorum gaudere ſuis proprietate &
» poſſeſſione prædictis vſque ad prædictum fluuium Moſam. Non adſtringens ſe
» dicta Picardorũ Natio ad omnia dicta probanda, ſed quod ſibi valeant ea quæque
» quæ de prædictis poterit probare & probabit petens ad hæc probanda admitti.

His articulis oppoſuit ſuos Natio Anglicana qui leguntur ſimiliter in eodem Codice fol. 36. ſub hoc tit. *Reſp. Nat. Angl. ad Artic. Picardorũ.* Tales autem ſunt.

» Ad poſitiones & Articulos editos & formatos ex parte Nationis Picardorum
» contra Nationem Anglicanam proteſtatione præmiſsâ ex parte ipſius Nationis
» Anglicanæ, quod per reſponſiones nunc vel aliàs faciendas eiſdem non intendit
» Natio Anglicana Articulos & poſitiones hujuſmodi approbare, imò potius re-
» probare, ac etiam de eorum ineptitudine & inſufficientia proteſtans reſpondet
» ipſa Natio Anglicana non animo litem conteſtandi, ſed causâ ſatisfaciendi per
» reſponſiones debitas termino ſuper hoc aſſignato.

» Ad 1. Artic. reſpondet ipſa Natio Anglicana, quod qualicunque Linguâ lo-
» quantur ex vna parte vel ex vtraque ipſius fluuij, vel qualicunque Linguâ ille
» fluuius vel partes illius nominentur, diſtinctio prætenſa per dictam Nationem
» Picardorum, eo modo quo proponitur, & ad finem ad quem tendit, non eſt vera
» ſaluâ reuerentiâ proponentis; imò veritas ſe habet, quoniam ad diſtinctionem
» ipſius fluuij & villarum eo modo in factis poſitis, articulis & poſitionibus Natio-
» nis Anglicanæ continetur, & eodem modo ibidem contento extitit obſeruatum.

» Ad 2 3. 4. & 5. Art. reſp. per interemptionẽ & facta contraria propoſita ex parte
» ſua quę affirmat eſſe vera & ea offert ſub tenore tradito ſe legitimè probaturam.

» Ad 6. Art. reſpondet ipſa Natio Angl. per interemptionem ſimiliter & factum
» contrarium euidens & manifeſtum prout offert ſe legitimè probaturam, & quod
» poſſeſſio quam prætendit, non debuit nec debet dici poſſeſſio, imo allectiua ſub-
» ſtractio, vſurpatio & occupatio fraudulenta & detentio violenta.

» Ad 7. & 8. Artic. reſpondet ſimiliter per interemptionem & factum contra-
» rium ſe ad ſuos articulos per omnia referendo.

» Ad concluſ. reſpondet, quod ipſa peccat notoriè & manifeſtè in iure, nec ſequi-
» tur ipſa concluſio ex narratis. Item eſt ipſa petitio ex implicitis dubia, vaga & ob-
» ſcura, ſpecificationem circunſtantiarũ debitam & declarationem congruam nul-
» latenus cõprehendens, & talis, quod & iure eadem Natio Angl. eidem petitioni
» & concluſioni eo modo & ad finem quibus proponitur, non tenetur reſpondere.
»

» *Copia Poſitionum & Articulorum Nationis Anglicanæ contra Nationem Picardorum.*

» AD finem quod per Reuerendam Matrem noſtram Vniuerſitatem Magi-
» ſtrorum & Scholarium Pariſienſium pro Magiſtris & Scholaribus, quatenus
» res tangitur Nationis Anglicanæ, abolim in ſtudio Pariſienſi conſtitutæ, contra
» illos de Natione Picardiæ vel per Nos ſeu per alios per dictam Matrem noſtram
» ad hoc ſpecialiter deputatos vel etiã deputandos pronuncietur, ac etiam ſenten-
» tialiter declaretur Magiſtros & Scholares de circuminiectis finibus & locis infra-
» ſcriptis ac intra & infra illos exiſtentes, ac iura Scholaſtica & debita de quibus in-
» ter dictas Nationes quęſtio ventilatur, ad ipſam Nationẽ Anglicanã & Magiſtros
» eiuſdẽ pro ipſa Natione & eius nomine in dicto ſtudio procuretur, ac perſonarũ
» & rerum petitarum tam proprietatẽ quam profeſſionẽ ad hoc vt de dicta Angli-
» cana Natione in prædicto ſtudio cenſeantur eidem Nationi adiudicando, dictæ
» Nationi Picardiæ ſuper illis ſilentiũ perpetuum imponatur, ſtatuaturque, decer-
» natur & fiat vlterius quod ius & ratio ſuadebunt. Proponit & dicit in iure dicta
» Natio Angl contra dictã Picardię Nat. facta, rationes, & iura quæ ſequuntur corã
» dicta Matre noſtra ſeu vobis DD. & MM. ad hoc per ipſã ſpecialiter deputatis.

» Poſitiones verò & articulos ſuper eiſdem rationibus atque factis ad inten-
» tum, & ad fidem promiſſorum dat, & probare intendit dicta Natio Anglicana
» infra ſcriptos inquantum poſitiones, & articuli, cuiuſmodi pro ipſâ Natione
» faciunt, & contra dictam Picardiæ Nationem, & non aliter nec vlterius quibus

Digitized by Google

poſitionibus, & articulis petit per partem aduerſam reſponderi tam coniunctim «
quàm diuiſim, & de quolibet per debitum iuramentum ac quibus ſufficienter «
reſponſum non fuerit, pro confeſſatis haberi. Sic articulatur & ponit. «

Deſunt illi articuli in Codice ſupra memorato. Ad diem 18. Sept notat M. Nicolaus Ioan. Procurator eiuſd. Nat. ſe conuentũ à quodam Willielmo Buſer rogatumq; Nat. conſulere, qualiter poſſet ipſe incipere, verito ne cum eſſet de partibus illis incertis, à Picardica Nat. prohiberetur. Habitâ verò congregatione placuit ſex Burſas apud ſequeſtrum deponi, nempe apud M. Ioan. de Calore, idque de conſenſu ambarum Nationum. Præter quas D. Rector Vniuerſitatis, *pro tunc habuit de ſæpedicto Willelmo vnam Burſam, videlicet ſex ſolidos.* Hinc intelligimus quanti tunc æſtimarentur ſingulæ Burſæ. Scribit verò M. Ioan. de Conſtantia eiuſdem Nat. die 21. Octobris Procurator electus, poſt Martinalia fuiſſe quoſdam à ſua Natione ſelectos & deputatos ad componendam diſcordiam.

Die Martis proximâ poſt feſtum B. Martini facta Congregatione apud S. «
Iulianum pauperem per iuramentum ſuper audiendo relationem M. Mancelo- «
mi, qualiter per eum reſponſum foret poſitionibus Picardorum, & ſuper eli- «
gendis deputatis ad tractandum de concordia amicabili inter Nationem Angli- «
canam, & Nationem Picardorum, concorditer electi fuerunt Procurator Na- »
tionis antedictæ Rector, M. Ioan. de Dacia, M. Mancelomus Scotus. M. Ia- «
cobus de Hollandia, quibus inſimul data fuit poteſtas à Natione antedicta «
tractandi ſuper concordia inter præfatas Nationes nomine noſtræ Nationis. «
Et in caſu vbi Natio Picardorum ſuis deputatis omnimodam poteſtatem pa- «
ciſcendi, tranſigendi, ſeu quocunque alio modo componendi conſerret, eâ- «
dem noſtris deputatis voluimus eſſe collatum. In caſu autem vbi Picardorum «
Natio ſuos deputatos vellet Referendarios eſſe duntaxat, conſtantis conditio- «
nis noſtros Deputatos vellemus eſſe in hoc caſu. «

Extat in eodem Codice ad calcem relatio quædam M. Nicolai Macer de Almekerc, vltra Moſam antiquum, quæ ad rem etiam ſpectat.

Venerabilibus Dominis meis & Magiſtris Nationis Anglicanæ ſub correctio- «
ne certifico quod ſub iuramento meo meæ Nationi præfatæ reuerendæ causâ «
pendente inter Nationem Picardicam ac Nationem meam reuerendam Anglica- «
nam volo conſcribere, in quantum potero, veritatem. Et de vno de quo Picardi »
faciunt difficultatem, ſcilicet quod Moſa antiquus diuideret Nationem Angli- «
canam à Natione Picardica, quod non eſt verum, vt poſtea declarabo. Con- «
ſtat enim Reuerendæ Nationi Anglicanæ, nec non mihi quod duplex eſt Mo- «
ſa, ſcilicet antiquus & nouus: & ambo deſcendunt ab vno fonte & loco. Et qui- «
dem antiquus, ſic quod ille Moſa qui venit iuxta vnam ciuitatem quæ voca- «
tur Hoeſden, tranſit de parte Meridionali ad Septentrionem, & tunc in vno «
fluuio qui vocatur Renus iuxta vnam villam nominatam Woudriche; ſic quod «
ibi nouus Moſa incipiens à Hoeſden vſque Woudriche, continuans in longitu- «
dine 3. paruas leucas... Moſa, quod nomen citra 80. annos, quando antiquus «
Moſa obſeruabatur iuxta Hoeſden, incipit vigere... qui dicunt eſſe medium in- «
ter præfatas Nationes, incipit in eodem termino in quo incipit Moſa nouus, «
ſcilicet iuxta ciuitatem... quæ ciuitas à parte Orientali incipiens in præfato ter- «
mino, deſcendens per lineam rectam de Hoeſden, & inde in vno oppido nomi- «
nato Interdam & cõtiuens in longitudine 7. leucas verſus partem Occidẽtalem. «
Et vt oſtendunt iſti duo Moſæ vnam inſulam infra ſe quæ vocatur *Magna Inſula*, «
quæ Inſula præſata continet partem Hollandiæ, territoriũ Domicelli de Hoer- «
ne & Hoeſden, & Dominium de Hoeſden in parte. Hoc de iſto puncto. Conſtat «
enim Nationi meæ Reuerendæ Anglicanæ, necnon mihi, quod nũquam ſuppo- «
ſita aliqua iſtius præfatæ Inſulæ quæ ſe Pariſius ſtudẽtes reputauerunt, ſub Nat. «
Picardica fuerunt Licentiata, Magiſtrata, aut vnquã aliquem gradum ſub Nat. «
Picardica receperunt, niſi præciſè duo de Hoeſden, qui dum in partibus eram, «
veraciter percepi, quod tempore illo quo Pariſius ſtuduerunt, nullos iſtius In- «
ſulæ ibi ſciuerunt aut cognouerunt, quare, quia notitiam cum Picardis habe- «
bant, cum eis in formidine Nationem acceptabant. Et eis hoc feciſſe multum «
diſplicet. Hoc de 2. Iam de 3. ſcilicet quòd Moſa antiquus non ſit medium diui- «
dens præfatas Nationes, hoc patet 1. quia dum me Pariſius trãſtuliſſem anno 52. «

„ *non conſtabat mihi de 4. Nationibus aliquid:* quare Ego quæſiui à Patre meo de „ Nationibus & cuius Nationis eſſent, ipſe mihi reſpondit per hunc modum, „ quod tempore ſuo quo Pariſius ſteterat cum Dominis & Domicellis de Hoërne, omnes de Comitatu Hollandiæ ſe ſub Natione Anglicana eſſe reputauerunt, ſiue eſſent vltra Moſam ſiue citra. Et dixit hoc non ſolum eſſe verum & „ vſitatum inter Clericos, imò multo magis inter laïcos illius Comitatus. Et „ modò ita eſt quod illi de citra Moſam iacentes inter Moſam & Nationem Picardiæ ſunt citra Moſam antiquum. Igitur erunt de Natione Anglicana, & „ per conſequens ſicut dixi prius, Moſa antiquus non eſt medium diuidens prænominatas Nationes. Imo quod magis eſt, ſicut idem Pater meus dixit, omnes „ ſiue de Comitatu Hollandiæ, ſiue extra, qui ſuos equos commodè ad Moſam „ antiquum vocantur adaquare, aut alias beſtias quaſcunque, & retro illos eſſet „ immediatè medium diuidens Nationem Anglicanam à Natione Picardiæ. Et „ ſic omnes de territorio Hoëſden eſſent & ſunt ſecundum meram veritatem ſub „ Natione Anglicana. Sed quod conſcriptis iam tanquam ab ore Patris mei non „ ſolum ſit credendum, nec mihi vt dictis meis ſit adhibenda fides. Conſtat enim „ per multa Suppoſita Pariſius de illis pattibus licentiata, præfata & dicta eſſe vera. 1. Per illa de vltra Moſam antiquum ſcilicet de magna Inſula, per *M. Franconem de Dordraco*, per *M. Henricum de Dordraco*, per D. Guill. Borchagne, per „ M. Henricum Nerinc de Almekerc, per M. Arnoldum de Hoëſden, per M. „ Theodoricum de Vane, Magiſtrum in Medicina, per D. Ricoldum de Vane Militem, quondam Clericum, per multa ſuppoſita territorij de Hoëſden mihi „ ignota. Similiter per multa ſuppoſita de territorio Domicelli de Hoërne actu „ ſtudentes, Pariſius exiſtentia. 1. per Ludouicum Borgraue, per Gerardum „ Woudrichem, per Henricum Loy de Woudrichen, per Petrum de Echt de „ Woudrichem, per D. Menſonem de Choërwijs de Almekerc, per Ioannem „ Franconis de Almekerc, per M. Nicolaum Mater de Almekerc, per D. Gerardum de Meylat de Almekerc, Magiſtrum Domicelli de Hoërne. 2. Quod „ præfatus Pater meus verum dixerit, quod illi de citra Moſam verſus Nationem „ Picardiæ, ſunt de Natione Anglicana, hoc patet per Suppoſita Licentiata & „ Magiſtrata de illis limitibus Pariſius ſub Natione Anglicana. 1. Per M. Guill. „ de Zidewin de Capella, per M. Ioan. Waſpijc de Waſpijc, per D. Guill. Haxe de Capella & per eius Fratrem, & per Ioannem Rerc de monte S. Gertrudis. „ Deinde per vnum Magiſtrum de Heerlaët iuxta Buſcum Ducis, cuius nomen „ ignoro. Præterea conſtar mihi quod de Hoëſden vſque ad Trajectum ſuperius „ tranſeundo per Moſam ſunt 30. leucæ aut circa. Per quas leucas 30. ſemper Moſa „ durat ſic vt mihi appareret quod omnes illi qui poſſunt adaquare ſuas beſtias ad „ prædictum Moſam, vt dixi, erunt ſub Natione Anglicana. Et hæc præſcripta „ ratifico per iuramentum meum ſub correctione & defenſatione Magiſtrorum „ meorum quoruncunque. Sig. Nicol. Mater ſeu Macer vel Magher de Almekerc. Iſte Nicolaus, incepit in Artibus eodem an. 1357. ſub M. Henrico de Kempis, eiuſque Burſa nihili æſtimata. Quomodo vero lis illa tandem amicè deciſa fuerit, dicetur ad annum ſequentem.

1358. Anno 1358. cum adhuc ſeditio Pariſienſis duraret, nec Ciues cum Aulicis & Proceribus Regni pacem vllam inire vellent, Innocentius exiſtimans Regnum in ſe diuiſum diſſolutum iri, illiuſque ſaluti eſſe conſulendum, cuius caput eſt Lutetia, nec meliorem compendioſioremque eſſe ad ſalutem ei reſtituendam, quàm ſi Ciues Pariſienſes in gratiam Delphini redirent, ſcripſit ad Rectorem & Vniuerſitatem Pariſienſem, rogauitque vt pacem illam tam optatam tamque neceſſariam reducere conaretur. Sed & aliquanto antè Artium Facultas è ſingulis Nationibus duos viros ſelegerat, qui Rectorem comitarentur ad Ducem Normaniæ pro pace. Idque legitur in Reg. Nationis Anglicanæ ad diem 2 Maij, his verbis. *Sequenti die* (poſt feſtum SS. Iacobi & Philippi) *facta congregatione ad S. Mathurinum Facultatis Artium deliberatum fuit concorditer, quod duo Magiſtri de qualibet Natione vnà cum D. Rectore & Bedello ſuperiori vniuſcuiuſque Nationis irent ad D. Ducem Normaniæ propter pacem & concordiam trium ſtatuum, & hoc expenſis proprijs ita quod quælibet Natio ferret expenſas illorum qui irent de illa Natione.* Sic ſcribit M. Willielmus Buſer Trajectenſis Diœceſis Procurator Anglicanæ Nationis.

Digitized by Google

Ad diem verò 24. Iunij, quæ eſt ſacra S. Ioanni Baptiſtæ M. Ioannes de Marchia nouus Rector, electus pridie, conuocatâ Artium Facultate, vt ſcribit M. Reimboldus Vaëner eiuſdem Nationis Procurator, 4. Procuratoribus comitantibus profectus eſt ad Ducem Normaniæ iuxta mandatum imò ſupplicationem Ianæ Reginæ: *Item in die S. Ioannis Baptiſtæ facta congregatione Facultatis apud S. Mathurinum fuit per Facultatem concorditer deliberatum quod D. Rector vnà cum 4. Procuratoribus in expenſis proprijs irent ad D. Ducem Normaniæ ad requeſtam & ſupplicationem D. Reginæ Ioannæ pro concordia inter ipſum Ducem & villam Pariſienſem. Et quod Procuratores ponerent expenſas pro Rectore, ſic cum quod tangeret Rectorem, quilibet Procurator de proprijs prouentibus Rectoriæ defalcaret.* Die 16. Iulij habitis Comitijs Generalibus lectæ ſunt litteræ Apoſtolicæ, quibus admonebatur & rogabatur Vniuerſitas adeſſe Reginæ & pacem promouere. *Item die 16. Iulij facta Congregatione Generali apud S. Bernardum præſentatæ fuerunt litteræ Apoſtolicæ Rectori & Vniuerſitati directæ, in quibus Papa rogabat & exhortabatur Vniuerſitatem, quatenus aſſiſteret Legatis datis ab eo ad tractandum de pace inter Ducem Normaniæ & villam Pariſienſem. Et fuit pax facta 19. die menſis prædicti per Reginam Ioannam, Regem Nauarræ, & Legatos Apoſtolicos, videlicet Archiepiſcopum Lugdunenſem, Epiſcopum Pariſienſem & Priorem S. Martini Pariſienſis.* Bulla autem Papalis ad Vniuerſitatem data legitur in antiquo libro Rectoris, vbi hic titulus apponitur. *Bulla miſſa Rectori & Vniuerſitati ſtudij Pariſ. anno Domini 1358. 15. die menſis Iulij. Et eodem die lecta in plena Congregatione Magiſtris Regentibus & non Regentibus ibidem congregatis, & vocatis apud S. Bernardum M. Ioanne de Marchia Nationis Gall. tunc Rectore. Et fuit miſſa pro pace reformanda inter Ducem & Præpoſitum Mercatorum, Scabinos & Ciues villæ Pariſienſis.* Bullæ autem tenor talis eſt.

BVLLA INNOCENTII PAPÆ AD VNIVERSITATEM PRO PACE.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Rectori & «
Vniuerſitati ſtudij Pariſienſis Sal & Apoſtol. bened. Moleſtè nimis accepimus «
nefarias nouitates, quas Pariſienſes & quamplurimi aliarum Communitatum «
illarum partium de Regno Franciæ Populi contra nonnullos ipſarum partium «
nobiles hoſtiliter & impetuoſè fecerunt & continuè facere non deſiſtunt. Ex «
quibus ſi vera ſunt, graues ſenſimus & ſentimus in corde punctutas, emergen- «
tia inde animarum, perſonarum & rerum excidia, dictique tam nobilis & tam «
præclari Regni preſſuras aliaque deteſtanda & innumera mala cum profunda «
cordis amaritudine deplorantes. Propter quod venerabiles Fratres Raimun- «
dum Archiepiſcopum Lugdunenſem & Ioannem Pariſienſem Epiſcopum & «
Ioannem de Pinu Priorem Prioratus S. Martini de Campis Pariſienſis ad eoſ- «
dem populos & alios de quibus eis videbitur, vt peſtiferas ſeditiones & noui- «
tates huiuſmodi, quantum poterunt ex parte noſtra ceſſare procurent, decre- «
uimus deſtinandos. Quocirca deuotionem veſtram rogamus & hortamur at- «
tentè quatenus ob Diuinæ pietatis intuitum, ac noſtræ & Apoſtolicæ Sedis re- «
uerentiam Dilectos filios Stephanum Marcelli Præpoſitum Mercatorum, «
Scabinos & omnes Ciues Pariſienſis Ciuitatis & alios de quibus vobis expedite «
videbitur, vt ab huiuſmodi perniciosis nouitatibus ceſſent, & ad humanitatem «
& obedientias ſolitas ſe conuertant, hortari & inducere diligenter & efficaci- «
ter ſtudeatis. Ad hoc præfatis Archiepiſcopo, Epiſcopo ac Priori; ac eorum «
alteri, quantùm poteritis opeṙosè & fideliter aſſiſtendo. Ita quod inde vobis «
à Deo & Nobis & Apoſtolica Sede Benedictionis & gratiæ proueniat incre- «
mentum. Datum apud Villam-Nouam Auenionenſis Diœceſis 14. Kal. Iulij, «
Pontif. noſtri anno 6. «

Eodem anno idem Pontifex mandauit Cancellario Pariſienſi, vt Gradum Magiſterij in Theologia conferret M. Franciſco de Cardalliaco Minoritæ.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Cancellario «
Sal. & Apoſt. bened. Viri ſacræ lectionis ſtudio dediti & in lege Domini eru- «
diti ſub Religionis habitu Domino militantes fauoris Apoſtolici gratiam pro- «
merentur, ergo benignius decet honeſtis eorum deſiderijs annui, quò ex eo- «
rum profectibus maior poteſt in Eccleſia Domini vtilitas prouenire: Cum ita- «
que ſicut accepimus, Dilectus filius Franciſcus de Cardalliaco Ordinis FF. «
Minorum Profeſſor in eodem Ordine honeſtè ac laudabiliter conuerſando «

» & aſſiduè vacando ſtudio litterarum ſic in Theologica Facultate profecerit, » quod in Pariſienſi ſtudio anno proximè præterito ſententias legit, ſeque di- » gnum & idoneum reddidit ad obtinendum honorem Magiſterij in eodem, Nos » ipſius Franciſci in hac parte ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ, de » qua in Domino gerimus fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta manda- » mus, quatenus ſi per tuam & aliorum Magiſtrorum dicti ſtudij in eadem Facul- » tate diligentem examinationem dictus Franciſcus in eadem ſacra pagina ad » hoc idoneus & ſufficiens repertus extiterit, Magiſterij honorem & docendi li- » centiam in eadem Pagina ſeruatis Conſtitutionibus Viennenſis Concilij ac » ſolennitatibus opportunis etiam authoritate noſtra ſine mora exſpectationis » ſolitæ largiaris. Non obſtantibus, &c. Datum Auenioni 8. Kalend. Septemb. anno 6.

Eodem anno Picardiæ & Angliæ Nationes duo membra præclara Facultatis Artium in Vniuerſitate Pariſienſi conſtituentes, poſt longam inter ſe de finibus contentionem, tandem conuenerunt amicè; factaque eſt inter quatuor ipſas Nationes hæc limitatio, *vt Moſa & Moſella fluuij facerent terminos inter Picardos & Germanos*, inquit Gouletus, *ſimiliter inter Gallos & Germanos. Item à Parte Sabaudiæ Lauſanenſis lacus inter ipſos Almannos diuiſionem facit & Gallos.* Quamobrem autem tanta eſſet inter Nationes contentio de finibus, non eſt difficile intelligere, & dictum eſt antea. Antiquitus enim cum nullas opes, nulloſque reditus haberent, quò plures habebant Magiſtros & Bejaunos ſeu nouos Scholaſticos, eo ditiores erant; quia ex taxatione Burſarum Determinantium, Licentiandorum & Incipientium percipiebant nonnihil pecuniarum: eo verò plures habebant, quò latius patebant. *Statutum autem huiuſce pacis legitur in libro Picardicæ Nationis.* Et eſt huiuſmodi.

CONCORDATVM INTER NATIONES DE FINIBVS.

» In Nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi præſens publicum Inſtru- » mentum inſpecturi, quod anno ab Incarnatione eiuſdem 1358. die 18. Iulij » Indict. 11. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini D. Innocentij » diuina prouidentia Papæ VI. anno 6. in mei Notarij publici Teſtiumque ſub- » ſcriptorum, ac totius Vniuerſitatis Pariſienſis præſentia apud S. Mathurinum » Pariſ. in Capitulo dicti loci propter hoc perſonaliter conſtituti Venerabiles & » Diſcreti viri MM. Guillelmus D'Alekines & Ramboldus Vener de Gramon- » dia Procuratores & Procuratorio nomine Nationum, Picardorum videlicet & » Anglicorum, dictus Guillelmus Procurator Picardorum & dictus Rambol- » dus Procurator Anglicorum aſſerentes quod cum dudum lis & litis mate- » ria ſeu diſcordia inter dictas Nationes fuiſſet mota ſeu ſuborta ſuper di- » ſtinctione finium & limitum dictarum Nationum verſus partes Alemaniæ, » de conſenſu dictarum Nationum & Procuratorum eorundem ad eiuſmodi » diſcordiam ſedandam, nec non finem in huiuſmodi lite & controuerſia po- » nendum & bonum pacis, cuius nihil melius inter ipſas ponendum ac etiam » procurandum, certas perſonas hinc inde elegerunt & inter ſe nominaue- » runt Picardorum Natio & Natio Anglicorum infra ſubſcriptas, ordinando » & aſſerendo quod quidquid per eaſdem eſſet ordinatum & diſtinctum, factum » ſeu etiam iudicatum, ipſæ Nationes & Procuratores earundem nomine Pro- » curatorio & pro ipſis tenerent, ratificarent, ac in perpetuum firmum & ſtabi- » le approbarent ſine qualicunque reclamatione facienda per ſe vel earum alios » ſucceſſores. Quibus quidem Tractatoribus pluries & pluries, ac in diuerſis lo- » cis ſimul aggregatis, de bonorum ac peritorum tam iurium, quàm & illorum, » qui partes ſuper quibus fuerat & erat contentio, ordinauerunt, & vnanimiter » concordauerunt in modo qui ſequitur & in forma.

» Cum aliàs Nationes Anglicorum & Picardorum venerabilis ſtudij Pariſien- » ſis litigaſſent ſeu diſceptaſſent ſuper limitibus, terminis, finibus ac diſtrictioni- » bus earundem Nationum, eædem Nationes conſiderantes antiquas & præteri- » tas amicitias multas & magnas habitas inter ipſas ac ſuppoſita earundem, pro » bono pacis & concordiæ finem litibus ac diſceptationibus præmiſſis concordi- » ter imponere cupientes, certos dederunt, ordinauerunt & dederunt Tractato- » res viros prouidos & diſcretos, Natio videlicet Picardorum MM. Guillelmum » D'Alekines pro tunc ipſius Nationis Procuratorem, Robertum de Racourt, Henricum

Henricum de Olmen. Natio verò Angl. MM. Alardũ de Lovmmen, Girardum «
dictum de Wibde,& Ioannẽ Willielmi inueſtitũ Eccleſiæ de Waës:quibus prę- «
faræ Nationes plenariã & liberã dedêre poteſtatẽ tractandi ſuper limitibus, fini- «
bus,terminis ac diſtinctionibus earundẽ Nationum,de ipſiſque ordinandi & diſ- «
ponendi provt earum diſtinctionibus expedire videretur, necnon faciendi decla- «
rationes terminorũ,limitum,finiũ ac diſtinctionum habitorũ de iure & habendo- «
rũ ſeu obſeruandorũ de cætero inter præfatas Nationes. Cumque ipſi MM.Tra- «
ctatores prædicti pluribus & diuerſis vicibus tentaſſent de præmiſſis & tandem «
concorditer in certos modos & formã diſtinctionis terminorũ,limitum ac finium «
de cętero obſeruandorum inter dictas Nationes conueniſſent videlicet infra ſcri- «
ptos, quos vtrimque Nationibus ſuis ad hoc ſufficienter vocatis plenè retulerunt «
&expreſſerunt viuâ voce:qui modus&forma ipſisNationibus placuere prędictis; «
ac per eoſdem Tractatores dictæ Nationes perfici, compleri & confirmari volue- «
runt eoſdem & mandarunt ; & per ipſos prædictos Tractatores in ſcriptis poni & «
in publica munimenta redigenda.Qui Tractatores præmiſſi de prædictarum Na- «
tionum voluntate & mandato modum & formam limitum,terminorum, finium, «
ac diſtinctionũ Nat prædictarum provt ipſi conuenerant,in ſcriptis poſuerunt,& «
Nation. prædictis pręſentarunt,legerunt & in ſcriptis tradiderunt in hunc modũ. «

Videlicet quod fluuius dictus Moſa ab eo loco quo lingua Theutonica incipit& «
Gallica deſinit,diſtinguet inter Nat.prædictas,vſque perueniatur ad Moſam an- «
tiguũ verſus & ſupra Hoëſden & partes ibidẽ circũvicinas,vbi Moſa antiquus di- «
ſtinguet inter pręfatas Nat quovſq; nomen ſuũ Moſa videlicet recuperet,& dein- «
ceps ipſe Moſa vſque in mare. Ita videlicet quod omnes & ſingulæ villæ, oppida, «
Caſtella,ſeu loca&Domus ſituatio exiſtẽtes & iacẽtes citra dictos fluuios Moſam «
nouũ & antiquũ,vſq; dum antiquus Moſa nomen Moſæ recuperet & deinceps in- «
fra ipſum fluuiũ Moſam appellatũ vſq; ad mare;nec non in ripis dictorũ fluuiorũ «
& ſuppoſita,id eſt Magiſtri & Scholares ipſarũ villarum,oppidorũ,caſtrorũ,Do- «
morũ,aut locorũ prędictorũ in quibuſcunq; partibus,territorijs,diſtrictibus Bra- «
bantiæ,Geldriæ,Hollandiæ,Comitatus Loſtenſis,de Cuke,de Holſt,de Worſts, «
de Herpits,de Eiker,de Horne,de Keſſel,de Pytrishein, & de alijs quibuſcunque «
qualitercunq; appellentur,erunt, eſſe debent & perpetuò reputabuntur de Nat. «
Picardorũ & ſpectabunt liberè & pacificè ſine contradictione ad eandẽ Nationẽ «
Picardorũ exceptis infraſcriptis , oppido ſcilicet San-Seruatij Trajectenſis ſuper «
Moſam cum ſuis ſuburbijs ſibi cõtiguis præciſè,villa de Macſeyke,nec non caſtro «
de Horne præciſè cum ſuo ſuburbio ſibi contiguo,&MM.&Scholaribus eorundẽ «
Leodienſis Diœceſis contra Oppidũ videlicet Trajectenſe,Villa de Macſeyke,Ca- «
ſtrũ de Horne vt præmittitur,& earũ ſuppoſita,MM.ſcil.&Scholares ſpectabunt «
ad Nationem Anglicanam:& datæ ipſi Nationi Anglicanæ fuerunt in modũ con- «
cordiæ & reſignatæ propter controuerſiam & debatum quarundam Villarum ſi- «
tuatarũ in Hollandia. Quarum ſuppoſita,MM.& Scholares,nec non emolumen- «
ta eorum ipſa Natio Anglicana dicebat ad ſe pertinere.Quibus omnino ipſa An- «
glicana Natio & omni iuri , quod in eis & in alijs ex aliquibus aliarum villarum, «
locorum, oppidorum, domorum, Caſtrorum prædictorum habuit & habere po- «
terit,in futurum renunciauit. Et ipſa Natio Picardorũ omni etiam Iuri quod ha- «
buit & habere potuit in dictis oppido S. Seruatij Traiectenſis,Villa de Macſeyke «
& Caſtro de Horne , vt ſupra præmittitur , & ſuppoſitis earundem renunciauit. «

Inſuper ordinauerũt quod ſi aliquæ villæ paruæ ſint & magnæ, necnon Domus «
aut Caſtra ſeu loca aliquantulũ campi vel prati ſpatium à dictis oppido S.Seruatij «
Trajectenſis,Villa de Macſeyke,&Caſtro de Horne diuidantur vel diſtent provt «
eſt de dictis villis de Macſeyke& de Oudecyke,ſine Eyke,vbi eſt Eccleſia Colleg. «
quod hæ villæ,domus,Caſtra,loca&ſuppoſita earũ ſpectabunt de cętero ad Nat. «
Picardorũ, & ſuppoſita earundem, ſicut & Villa de Oudecyke ſiue Eyke vt præ- «
dicitur,vbi eſt Eccl Colleg.ſpectat ad Nat.eandẽ Picardorũ,etiamſi in poſterũ in «
ipſis Cãpis vel pratis ſtructuras fieri cõtingeret aut Domus ędificari. Quæ ſtructu- «
ræ aut Domus ſi incipiant contiguari immediatè aliquibus prædictarum , oppido «
Trajectenſi,villæ de Macſeyke, Caſtro de Horne,aut earum ſuburbijs,ſpectabunt «
ad Nat Angl, alioquin ad Nationem Picardorum. Et per hæc nullatenus termini «
prædicti valeant & debeant immutari non obſtantibus etiam in præmiſſis diſtra- «
ctionibus,præſcriptionibus quibuſcunque in futurũ tacitis vel expreſſis, ſi quas in «

» poſterum fieri contingeret inter prædictas Nat. Quibus & earum ſingulis ex nunc
» provt ex tunc eędem Nat. totaliter & expreſsè renunciarunt; & eas & earum quã-
» libet irritam & caſſam haberi penitus voluerunt, ſaluis in omnibus diſtinctionibus
» hactenus habitis & obſeruatis inter dictas Nationes in partibus Gallicanis ſeu Ro-
» mancijs vltra Moſam; nec non in partibus Zelandiæ & circumvicinis, quibus per
» prædicta dictæ Nationes nullum præiudicium voluerunt generari, nec ipſas in
» aliquo inmutari. Ita tamen quod MM. hactenus Magiſtrati in dictis Nationibus
» qualitercunque maneant ſine præiudicio in Nationibus, in quibus ſunt Magiſtrati.
» Magiſtrandi verò tranſibunt ad Nationem iuxta diſtinctionem ſupradictam.
» Quos modum & formam limitum, terminorum & finium ac diſtinctionum
» ſupradictos ipſæ Nationes præfatæ plenius auiſatæ & deliberatæ approbaue-
» runt & laudauerunt, & perpetuò ratos & firmos habere voluerunt & tenere
» promiſerunt, ac earum pro tunc Procuratores ipſos Procuratorio nomine iu-
» rarunt obſeruaré iuxta infraſcripta, videlicet vt omnis de cætero conttouerſia,
» diſcordia & pericula, quæ inter dictas Nationes oriri poterunt in futurum eui-
» denter voluerunt eædem Nationes & concorditer ordinauerunt, & Procura-
» tores ſeu Prouiſores dictarum Nationum qui pro tempore fuerint, ſuppoſitis
» ſuarum Nationum exprimenț præmiſſam diſtinctionem, cum ad eos aliquem
» Gradum recepturi venerint ad iurandum; necnon in ſuis Congregationibus &
» eadem ſuppoſita expreſsè informabunt ſuper præmiſſis. Hoc etiã adiecto, quod ſi
» aliquis Magiſter, vel Baccalarius aut Licentiatus de aliqua prædictarũ Nat. aliquē
» attraxerit de limitibus alterius Nationis ſuperiùs declaratis, ſeu allectauerit ſcien-
» ter, doloſè aut fraudulenter periurus in dictis Nationibus habeatur, nec ad aliquē
» honorem, gradum vel ſtatum aut actum admittatur qualitercunq; deinceps, quo-
» vſque Nationi quam læſerit, octo marcas perſoluerit argenti cum effectu. Schola-
» ris verò qui aliquem attraxerit fraudulenter, doloſè aut ſcienter allectauerit, vel
» qui ſic attractus fuerit vel allectus, tanquã reſecatus habeatur, ad nullos deinceps
» ſtatũ, gradũ vel honorē aut actũ admittendus, donec Nationi quã læſit, 12. perſol-
» uerit marcas argenti cum effectu, & ſuæ competenter emēdauerit Nationi; quod-
» que per tales attractiones ſic factas nullum alicui dictarum Nationum præiudi-
» cium quomodolibet poterit aut debeat generari circa diſtinctionem prædictam.
» Et inſuper omnia & ſingula ſuppoſita ad aliquem gradum de cætero in ali-
» qua prædictarum Nationum promouenda iurabunt, ſupradictos modum & for-
» mam diſtinctionis finium ac limitum prædictorum obſeruare inuiolabiliter &
» tenere, nec contra eos aliqualiter facere vel venire. Et vt præmiſſa omnia &
» ſingula perpetuò robur obtineant firmitatis, nec ab aliquo quomodolibet in-
» fringi valeant temerariè vel doloſè, prædictos modum & formam limitum, ter-
» minorum, finium, & diſtinctionum prædictorum; necnon ordinationem &
» omnia alia & ſingula ſupradicta præfatæ Nationes & earum Procuratores no-
» mine quo ſupra per me Notarium conſcribi fideliter petierunt, & in publica re-
» digi munimenta, necnon ſigillis Vniuerſitatis, Nationum Gallicanæ & Nor-
» manorum vnà cum Sigillis ipſarum Nationum Picardiæ & Anglicorum robore
» muniri in teſtimonium præmiſſorum omnibus in præmiſſis, & eorum aliquibus
» & ſingulis dolo, fraude & cauillatione ceſſantibus penitus & excluſis; ſaluo ta-
» men in omnibus & per omnia iure aliarum Nat. Gallicanæ ſcil. & Normanorum.
» Quam quidē ordinationē, & finium ac limitum diſtinctionē dicti Procurato-
» res nominibus quibus ſupra loco & die quibus ſupra in dicta Vniuerſitate ſupplica-
» uerunt approbari, emologari & confirmari propter melius in futurum. Quæ quidē
» ſupplicatio concorditer & vnanimiter per omnes Facultates, Theolog. videlicet,
» Decret. Medicinæ & Artium fuit conceſſa, nulla dictarũ Facultatũ penitus diſcre-
» pante Concedentes inſuper quod pręſentes litteræ ſigillo dictæ Vniuerſitatis ma-
» gno ſigillarentur propter perpetuæ pacis firmitatem, & totius materiã diſcordiæ
» remouendam, provt in ſubſcriptione quæ ſic incipit *Nos Rector & Vniuerſitas Ma-*
» *giſtrorum*, &c. plenius continetur. Acta fuerunt hæc anno, menſe, die, loco, Indict.
» Põtificatu, quibus ſupra, præſentibus ad hoc honorabilibus & diſcretis viris D D. &
» MM. Hengerenno de Freſneyo, Chriſtiano de S. Audomaro in Theol. Herberto
» de Correllis in Decretis, Ioanne dicto Mercurel, Geruaſio Chriſtiani in Medicina,
» I. Buridan, Nicolao de Sueſſione, Roberto Godefridi, Alberto de Saxonia in Arti-
» bus, & pluribus alijs fide dignis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Digitized by Google

Et nos Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Patiſius ſtuden- «
tium ſupradictam ordinationem, & limitum ſeu finium diſtinctionem per Tra- «
ctatores ſuperius nominatos factam & diſtinctam ratificamus, approbamus & «
propter perpetuæ pacis bonum inter dictas Nationes & in noſtra Vniuerſitate «
habendum & obſeruandum omologamus. Et vt melius & perfectius roboris «
firmitatem obtineant, ad dictorum Procuratorum ſupplicationem nominibus «
quibus ſupra eſt & fuit ſupplicatum, pręſentibus litteris *Magnum Sigillum* noſtræ «
Vniuerſitatis antedictæ vnà cum ſigillis dictarum Nationum duarum Gallico- «
rum videlicet & Normanorum & ſigno & ſubſcriptione publici Tabellionis in- «
fra ſcripti duximus apponendum. «

Et Ego Oudardus Billeti Clericus Sueſſionenſis Diœceſis publicus authori- «
tate Imperiali Notarius dum omnia & ſingula ſuprascripta fierent & ordina- «
rentur, præſens fui, indeque præſens publicum Inſtrumentum in formam pu- «
blicam redegi. Pluribus autem alijs Negotijs præpeditus per alium ſcribi feci. «
Interlinearia omnia. Et primum ſupra. 2. lin. in quo dicitur, præſentiæ. 2. ſu- «
per 3. in quo dicitur Dya. 3. ſuper 5. in quo dicitur certas. 4. ſuper 28. in quo «
dicitur ſiue Eyxe. 5. ſuper 35. in quo dicitur diſcordia. «

Hæc acta ſunt Rectore M. Ioanne de Marchia Gall. Nationis: at M. Ioanne Ance Rectore, fuit autem electus menſe Decembri, lectæ ſunt & probatæ tabulæ fundationum quarundam pro Burſarijs. In Comitijs Facultatis Artium die 11. Feb. habitis actum de admittenda fundatione vnius Burſæ Scoticæ; quâ de re ſic ſcribit M. Henricus de Egher de Kalker Colon. Diœceſis, Anglicanæ Nationis Procurator. *In Craſtino Scholaſticæ virginis* notificauit Nationi præ- « FVNDATIO BVRSÆ SCOTICÆ.
dictæ (Anglicanæ) *diſcretus vir M. Thomas de Hartas Scotus quendam bonum* «
virum de Scotia D. Adam Zeduort vel Ieduort Scotum fundaſſe Pariſius heredita- «
riè & perpetuò reditus 12. librarum monetæ tempore ſolutionis Pariſius communiter «
currentis pro Burſis Scholaris vnius de Scotia, quem ipſe primò eligeret; dein- «
de poſt eum Prouincia Scotiæ, deinceps Natio Anglicana, poſtea Facul- «
tas, & tandem Vniuerſitas Pariſienſis de eadem Prouincia Scotiæ quem du- «
xerit eligendum. Ratificans hos reditus in certis penſionibus Domorum ſub «
litteris Regalibus teſtimonioque litterarum Parlamenti alijſque modis cer- «
tioribus. Prout adhuc amplius de eis fiet mentio vlterior in Vniuerſitate, præ- «
ſentibus Magiſtris Procuratore præfato, Themone, Alberto de Bohemia, «
Martino & Conrado de Bohemia, Willielmo Buſer cæteriſque multis in teſti- «
monium veritatis. «

Item eodem Rectore approbata eſt & confirmata fundatio Collegij Boiſſiaci, quam publico Inſtrumento contentam, ne pereat, operæ pretium duximus his annalibus inſerendam.

Fundatio Collegij Boiſſiaci.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum 1358.
cunctis pateat euidenter, quod anno Domini 1358. ſecundum morem Eccleſiæ Gallicanæ Indictione 12. die 7. menſis Martij, videlicet die Iouis poſt ſacros Cineres Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac D. noſtri D. Innocentij diuina prouidentia Papæ VI. anno 7. coram venerandæ diſcretionis viris DD. & MM. Ioanne Ance Rectore, venerabilis Matris noſtræ Vniuerſitatis, Magiſtrorum & Scholarium Par. Simone Freron ſacræ Theologiæ, Ioanne de S. Dionyſio Abbate Monaſterij de Conchis Decretorum, Guiberto de ſecreto Medicinæ Doctoribus, Odardo Billeti Franciæ, Iacobo Iuuenis Picardiæ, & Roberto de S. Nicolao, pro Normania Magiſtris in Artibus Nationum Procuratoribus à dicta venerabili Matre noſtra Vniuerſitate, vt dicebant, ad infra ſcripta ſpecialiter deputatis, in noſtrorum publicorum Notariorum & teſtium ſubſcriptorum præſentia, propter hoc perſonaliter conſtituti venerabiles viri Magiſtri Stephanus Vidè *de Boiſſyaco Sicco* Canonicus Laudunenſis, Ioannes dictus, *Quatre deniers*, Domini Regis Clericus, & D. Iacobus Vitalis Preſbyter, Executores Teſtamenti ſeu vltimæ volontatis defuncti D Godefridi Iacobi, Petri de Boiſſyaco prædicto, quondam D. Regis Clerici, Aun-

Digitized by Google

» culique dicti M. Stepbani, videlicet dicti tres Executores nomine Executorio
» dicti defuncti D. Godefridi, & dictus etiam M. Stephanus ſuo proprio nomine di-
» centes & aſſerentes, quòd cum dictus defunctus D. Godefridus tempore quo vi-
» uebat, Teſtamentum ſuum condidiſſet, & de ſua vltima voluntate diſpoſuiſſet
» & ordinaſſet, in quo ſeu qua ipſe fecit plura legata, pluribus pijs locis & per-
» ſonis, & inter cætera ipſe D. Godefridus voluit quod Domus, & aliæ here-
» ditates, alijque redditus, quos & quas ipſe acquiſierat Pariſius, & ibi propè,
» de quibus in ſuo dicto Teſtamento aliàs & aliter non ordinauerat, venderentur
» per manus Executorum ſuorum prædictorum, & quòd pecunia ex cauſa ven-
» ditionis huiuſmodi ab eis habita erogaretur pauperibus de Pariſius, & de Boiſ-
» ſyaco antedicto, vel aliàs de ea ordinaretur in remedium ſalutis ipſius Teſtato-
» ris, prout videretur dictis ſuis Executotibus bonum eſſe, quemadmodum in
» Teſtamento dicti defuncti, quòd dictus Magiſter Stephanus ibibem tunc ex-
» hibuit, pleniùs eſt expoſitum & ſerioſiùs comprehenſum, & prædicti Executo-
» res omnia legata quæcumque contenta in dicto Teſtamento perſoluerunt, vt
» dicebant, dictaque Domus, & plures alij redditus, dicti defuncti admortiſati
» de bonis Executionis eiuſdem reſtarent & adbuc reſtent; de quibus per dictos
» Executores nondum eſt plenariè ordinatum. Conſiderantes quod non poſſent
» conuerti quam in fundatione perpetua pauperum Scholarium qui Pariſius in
» Grammatica, Logica, Iure Canonico, & ſacra Tbeologia ſtudendo profice-
» re debeant, cùm per viros taliter in dictis Facultatibus edocendos Cbriſtianus
» populus inſtrui, Ius & Iuſtitia dirigi, & in Dei Eccleſia fructus vberrimus affer-
» ri ſuis temporibus dignoſcatur, qui etiam pro animarum dicti defuncti ac dicti
» Magiſtri Stepbani, parentumque, benefactorum ipſorum, ac Executorum,
» tam dicti defuncti quàm dicti M. Stephani, (quos quidem Executores præfa-
» tus Magiſter Stephanus inter benefactores ipſorum tam dicti defuncti Teſtaro-
» ris, quàm ipſius Magiſtri Stepbani nominauit, & adſcribi voluit) remedio &
» ſalute funderent perpetuò Deo preces, & ſpecialiter mediantibus infra ſcri-
» ptis pro Teſtatore & M. Stepbano prædictis, parentibuſque & benefactoribus
» ſuis, vnam Miſſam die qualibet perpetuò in Capella Domus ipſorum Scbola-
» rium celebrarent, vel celebrari facerent. Attendentes etiam quòd deuota-
» rum Orationum ſuffragia inter alia pietatis opera multùm proſint ad diuinam
» miſericordiam impetrandam, præſertim Miſſarum Officia ſæpius celebrata,
» vbi Deus Dei Filius D. noſter Ieſus Chriſtus immolatur, qui pro redemptione
» humani generis de ſinu Patris in vtero perpetuæ Virginis Mariæ deſcendens
» carne noſtræ mortalitatis indutus ſemetipſum in ara Crucis offerens, nos ab
» æternæ cruciatu mortis eripuit, & ſuo redemit Sanguine pretioſo, vbi & eius
» recolitur memoria Paſſionis, & offertur ipſe Filius Deo Patri boſtia ſacra pro
» peccatis omnium fidelium, ac etiam defunctorum, ac ſummæ Trinitati de tan-
» to nobis diuinitus impenſo beneficio gratiarum bumanarum actiones, ac lau-
» dis ſacrificia referuntur, feruentem in Domino deuotionem habentes, quod
» buius memoriale digniſſimum perpetuis futuris temporibus prædicti Teſta-
» toris, & dicti Magiſtri Stepbani, parentumque, & benefactorum ipſorum
» redemptione peccatorum & ſalute animarum, & pro cunctis fidelibus vi-
» uentibus & defunctis ſæpiſſimè recolatur, tam de bonis dicti defuncti, quàm
» de bonis Magiſtri Stepbani ordinauerunt & decreuerunt inſtituere & fun-
» dare Pariſius ſex Scbolares & vnum Capellanum, qui pro Scholari habea-
» tur, ac etiam reputetur, & numero dictorum Scholarium contineatur, ſeu ag-
» gregetur, & vnum famulum; qui ſcholares de Boiſſyaco nuncupentur, &
» vnam Miſſam die qualibet in Domo dictorum Scholarium per dictum Capel-
» lanum, (qui continuò teneatur reſidere Scholariter Pariſius) vel alium loco
» ſui cum dictis Scholaribus, ſi ſit impeditus infirmitate corporali, vel alio iuſtu
» impedimento, perpetuò celebrandam ſecundum ordinationes, conditiones,
» diſpoſitiones, & modos contentos in quadam littera propria manu dicti M.
» Stepbani (vt aſſerebat) ſcripta formam, quæ ſequitur, continenre. *Nouerint*
» *Vniuerſi, & ſpecialiter noſtra Mater Vniuerſitas Pariſ.* quod nos *Stephanus Vidè de*
» *Boiſſyaco ſicco* Canonicus Laudunenſis & Regis Clericus, *Ioannes Quatre de-*
» *niers* Regis Clericus, Guido Sutoris Preſbyter Sigillifer Senonenſis, & Iaco-

hus Vitalis Canonicus de Virtuto, Executores diſcreti viri D. Godeſtidi de «
Boiſſyaco ſicco quondam Regis Clerici, ordinauimus conſenſu vnanimi, quòd «
Domus in qua inhabitabat prædictus Dominus Godefredus, quando viam vni- «
uerſæ carnis fuit ingreſſus, qui obijt anno Domini 1354. 20. die Auguſti in au- «
rora, & in qua nunc inhabitat prædictus Stephanus eius Nepos, & Executor, «
cuius Stephani prædicta Domus eſt ad præſens titulo emptionis de conſenſu, «
& ad requeſtam ipſius Stephani eſt admortiſata de bonis executionis ipſius D. «
Godefredi ad vſum & ſundationem Scholarium pauperum, & pro tanto non «
tenebitur dictus Stephanus ſoluere pretium quod debet de dicta Domo. «

Item quædam alia Domus ad vſum prædictorum Scholarium eſt admorti- «
ſata, quæ eſt retro S. Andream de Arcubus, & tenet ab vna parte portæ vici «
ad duas partes, & ab alia parte, & ex eodem latere, & à parte anteriori domi- «
bus cuiuſdam Capellani S. Marcelli propè Pariſius, & à poſteriori parte pluri- «
bus domibus *Vici Gerardi aux Poiteuins*, quæ quidem Domus eſt de hereditare «
Stephani, & in qua morabatur ante obitum dicti D. Godeſredi, eſt admorti- «
ſata de bonis dicti D. Godefredi ad requeſtam mei Stephani ad vſum prædi- «
ctum. «

Item quædam alia Domus, quæ eſt de conqueſtu mei Stephani, eſt ad- «
mortiſata de conſenſu meo, & ad requeſtam meam ad prædictum vſum, & de «
bonis prædicti D. Godefredi, & tenet prædicta Domus à poſteriori parte do- «
mui vltimò nominatæ, & habet aperturam ſuam ab anteriori parte in *Vico* «
Gerardi aux Poiteuins, & habebo vſum fructum iſtarum duarum domorum «
vltimarum quandiu vitam duxero in humanis, & Executores mei per vnum an- «
num poſt mortem meam, niſi aliter duxero ordinandum. «

Irem ad vſum prædictorum Scholarium, nos Executores prædicti fecimus «
admortiſari redditus qui ſequuntur. Primò ſupra duas Domos quas tenet Guil- «
lelmus de Alua ad 12. libras Pariſienſes annui & perpetui redditus, & tenent «
ab anteriori parte domui, quam inhabitabat prædictus D. Godefredus dum «
viuebat, & in qua Stephanus eius Nepos inhabitat, dictas 12. libras. «

Item ſupra Domum quamdam, quam tenet Adam Galot Cuſturarius, vn- «
decim libras Pariſienſes, & tenet prædictæ domui ex alia parte anteriori, & «
eiuſdem lateris verſus portam S. Germani de Pratis. «

Item in Carnificeria S. Germani de Pratis ſupra quamdam Domum ma- «
gnam & altam, in qua moratur ad præſens quidam Carnifex vocatus Ioannes «
le Fournier, aliter *Maiſtre d'Hoſtel*, decem libras Pariſienſes, & omnes prædi- «
ctæ Domus redditus ſunt admortiſati à DD. Abbate & Conuentu S. Ger- «
mani de Pratis, prout apparet per litteras. «

Item in Vico Citharæ ſupra quamdam Domum, quæ ſuit Ioannis *de Neuers* «
quondam Procuratoris in Parlamento, 60. ſolidos Pariſienſes in terra Regis. «

Item vltra Pontes, in Ferronaria propè Cimeterium SS. Innocentium Pariſ. «
in Domo vocata *au Moulinet*, in qua moratur, & eſt Domus ſua *Simon le Reboux* «
Pelliparius, 16. libras 5. ſolidos Pariſienſ. per annum admortiſatas pro duabus «
partibus per Regem, & pro tertia parte, per D. Epiſcopum Pariſienſem, quia «
ita diuiſa eſt terra eorum. «

Item ſupra Domum cuiuſdam Tapiſſerij propè Innocentes & in fine ſiue- «
boto Ganterij ſicut itur ad hallas, viginti ſolidos. «

Item ſupra quamdam aliam Domum propè Innocentes, quæ fuit deſuncti «
Nicolai *de Grauilliers*, 60. ſolidos; & ſunt prædicti redditus in terra Regis vltra «
Pontes, & habemus nos Executores admortiſarionem à Domino Rege in terra «
ſua vſque ad 50. libras Aeræ, & inrendimus quod tota ſit ad vtilitatem Scho- «
larium. «

Item ſupra quamdam Domum propè S. Paulum, in qua moratur ad præ- «
ſens Collinus de Monſterello Cuſtuarius, 40. ſolidos 8. denarios ſed non ſunt «
admortiſati, & ſunt in terra D. Abbatis de Tiron. «

Item Ioannes Boſdous qui habet Neptem defuncti Domini mei in vxorem, «
& de eâ decem liberos, & eſt Conſanguinea mea germana, qui fuit captus «
priſonarius ab inimicis, quiſunt apud Heſparnonem, tenetur mihi Stephano «
in tribus modijs bladi frumenti ſextarium ad duos ſolidos prope melius quolibet «

» anno in perpetuum ſoluendis & reddendis Pariſius in Domo mea, vel illorum, » qui à me cauſam habebunt, cum expenſis ipſius infra feſtum beati Andreæ » Apoſtoli, quod erit anno Domini 1358. Et prædicta tria modia reddenda in » Domo mea Pariſienſi, vt ſupra. Conſtiterunt ducenta & decem ſcuta ſoluta » in florenis ad Mutonem, videlicet quodlibet modium ſexaginta & decem » ſcuta.

» Item debet mihi prædictus Ioannes Boſdous, & in eadem obligatione 60. » florenos ad Mutonem: valentes quater viginti & decem florenos ad ſcutum, » quos promiſit ad voluntatem meam, & pro certo niſi feciſſem ſibi financiam » de prædicta pecunia, erat in periculo amittendi caput, ſed pietas liberorum » ſuorum & vxoris ſuæ fecit mihi hoc facere. Verum eſt quòd poſt contractum » diu factum de tribus modijs bladi & obligationem mihi factam propter amo- » rem liberorum ſuorum, & vxoris ſuæ, & ipſius conceſſi ſibi, quod ſi infrà qua- » tuor annos à datâ obligatione, ipſe poſſet redimere terram ſuam, & omnia bona » ſua mobilia & immobilia ad dictum contractum & pecuniam ſoluendam obli- » gata, ipſe eſſet immunis de redditu trium modiorum frumenti ad menſuram » Pariſienſem reddendorum Pariſius in domo mea, vt dictum eſt, ſoluendo dicta » ducenta & decem ſcuta, dum tamen ipſe ſoluat totam ſummam inſimul ad fi- » nem quòd diuiſio ſolutionis, vel particularis ſolutio, mihi vel illis, qui cau- » ſam habebunt à me, non adferat damuum, alia obligatione quantum ad 60. » Mutones remanente in ſua poteſtate, niſi prius ſoluerit. Quæ tria modia fru- » menti, vel dictam pecuniam loco ipſorum ſi non ſolnerit, vel redemerit infrà » annos quatuor à data obligatione, & dictos 60. Mutones, ſi mihi vita mea » comite non ſatisfecerit, volo eſſe & ſpectare ad fundationem & dotationem » dictorum Scholarium. Et per hoc erit quittus Executioni meæ de dicta pecu- » nia, ſcilicet ſoluendo dictis Scholaribus.

« Item eiſdem Scholaribus & ad fundationem & dotationem ipſorum, & de » conſenſu aliorum Executorum, volo & ordino quod poſt deceſſum meum ipſi » habeant & poſſideant totam terram, & redditus quoſcumque quos habeo » apud Nantoüilletum, & in territorio quod emi à Ioanne de Villa-Noua Scu- » tifero de pecunia Executionis, & ad finem quod anno elapſo retractus poſ- » ſent admortiſari in manu mea ad fundationem & profectum dictorum Scho- » larium, de dicta terra, & redditibus ſum in fide & homagio, vel ſufferentia à » D. de Nantoüilleto, & valet benè dicta terra 60. libras quolibet anno, & tan- » tùm vult dare vſque ad 12. annos vnus Burgenſis Villæ, vocatus Ioannes *Ber-* » *trand*, redditas Pariſius, & eſt intentionis omnium noſtrorum Executorum, » quòd omnes prædicti redditus ſuprà nominati, qui non ſunt admortiſati, ad- » mortiſentur de bonis D. defuncti Godefredi prædicti, ſi poſſit fieri bono mo- » do, cum conditionibus prædictis, ſi bona ſint ſufficientia, etſi bona non ſuf- » ficiunt, volo Ego Stephanus & Executor quòd de bonis meis admortiſentur « ſoluto Teſtamento meo primitus, ſed in caſu, in quo retrahetur prædicta he- » reditas, (quoniam adhuc non eſt annus elapſus) vel non poterit admortiſari, » conuertetur pecunia in alijs hereditatibus, ad vſum & fundationem dictorum » Scholarium.

» Item intentionis meæ eſt, quod ſi bona & facultates meæ ſuppetant, & » ſint vltra ſolutionem, ſeu valorem Teſtamenti mei, & admortiſationem præ- » dictam, quod prædicti Scholares viuent per totum annum vnum ſtatim poſt » mortem meam cum expenſis Executionis meæ, habebunt tamen prædictas ex- » penſas per manus Executorum meorum, vel Executoris mei, etſi dicti Scho- » lares non eſſent concordes, cum dictis Executoribus, vel contenti de expenſis, » quas ſibi miniſtrabunt, quilibet ipſorum habeat quatuor ſolidos cum man- » ſione ſua, nec tangant redditus ſuos per totum illum annum, ſed recipiantur » per manus Executorum, vel deputatum ab ipſis, & ponantur in Arca, & de- » poſito penes Scholares; quæ Arca habebit duas claues, quarum aliquis Exe- » cutorum habebit vnam, quandiu viuent ſucceſſiuè, & aliam Magiſter, vel an- » tiquus dictorum Scholarium.

» Item intentionis meæ eſt, quòd prædicti Scholares poſt mortem meam » habeant omnes libros meos Iuris Canonici & Ciuilis, & quoſcumque alios,

niſi de eis aliter ordinauero in Teſtamento meo.

Item quilibet ipſorum Scholarium habebit vnum Lectum furnitum de quatuor linteaminibus, & ſuppellectili & quanriratem lecti, ſi extant tempore mortis meæ, & erunt prædicti lecti de minori qualitate quàm porerit eſſe bono modo, ita quod ſolo modo vna perſona poſſit ibi iacere, nec porerunt aliquo modo alienari, vel transferri, ſed manebunt perperuò in domo Scholarium pro Scholaribus præſentibus & futuris, & etiam libri ſupradicti, & quæcumque dicta ſunt & ordinata ſuprà, & inſrà dicentur & ordinabuntur, ſunr & erunt pro præſentibus Scholaribus & futuris.

Irem inrentionis meæ eſt, quod poſt mortem meam, numerus 12. Scholarium compleatur, ſi bona & hæreditates ſupradictæ poſſint ad hoc ſufficere, etſi non poſſint ſufficere, volo quod tota hærediras mea & redditus quos habebo apud Venuas tempore mortis meæ admortiſentur ad illud opus, ſoluto Teſtamento meo ſi habeam vnde poſſit fieri bono modo, & ſi non, omnes prædictæ hæreditates vendantur & conuertantur, in redditibus quos prædicti Scholares porerunt tenere per Executores meos vitâ meâ comite, non erunt aliqui Scholares prætetquam illi qui ſunt de præſenti, & mecum commorantur, videlicet *Ioannes Mercerei*, *Ioannes Filiaſtri*, *Ioan. Rumoleti*, *Iaquetus Majoris*, *Robinus Boſdoüet*, vnus Magiſter, & vnus de Scholaribus, qui celebrabit, & *Theueninus Quatre deniers*, filiolus meus cum adeptus fuerit, ſeu compleuerit ætatem octo annorum, filiuſque Magiſtri Ioannis *Quatre deniers*, compatris mei Regis Clerici, licet non ſit de genere, pro tanto quod prædictus Magiſter Ioannes *Quatre deniers*, ſeruiuit defuncto Domino meo per ſpatium viginri annorum & vlrrà, & mihi per annos vel circa, nullus autem alius poterit poni niſi ſit de genere defuncti mei Godefredi, vel de meo, de propinquioribus, quod illi de genere defuncti Domini mei præferentur illis de genere meo, ex parte Patris mei, quia Ego ſum nepos ex parte Matris, *ſi non habeant aliundè vnde poſſint viuere ad Scholas & ſuſtentari, quod totum ſit ob reuerentiam Dei pro eleemoſynâ & pro pauperibus Scholaribus, qui aliter non habent vnde viuere poſſint in Scholis.* Excepto tamen quod ego volo & ordino, quod illi duo ex Executoribus meis, qui portabunt onus executionis, vel illi quos eligo, ex nunc ad portandum illud onus dictum, ſcilicet D. Guidonem Sutoris ſigilliferum Senonenſem Preſbyterum, & D. Iacobum Vitalis mecum commorantem Preſbyterum, quilibet ipſorum, qui portabit prædictum onus, & non alius, poterit ponere vnum Scholarem de genere ſuo vel de amiciria ſua, ſemel tantum, etſi contingeret, quod abſit, quòd recuſarent illud onus, vel aliquis ipſorum, alij Domini mei Executores eligent duos de ſe ipſis, vel vnum qui eandem poteſtatem habebunr.

Item quia quaſi omnia bona mea & hæreditates pono in iſta fundatione, volo quod Robertus Alueti Auunculus meus, frater quondam Domini mei Domini Godeſredi, ſi me ſupetuiuat & non audeat redire ad partes ſuas propter inimicos, vel alias vndè viuere poſſit non habeat, quia erubeſceret ſi mendicaret, poſt me habeat portionem vnius Scholaris, & moram cum ipſis in Domo, in qua morabuntur, & vltra hoc centum ſolidos pro veſtibus ſuis, quamdiu vitam duxerit in humanis, & morabitur cum ipſis, & non habebit alias vnde viuere, vt ſupra, habeat quolibet anno decem libras pro toro, quamdiu vitam duxerit in humanis, & morabitur vbi voluerit, & occupabit locum Scholaris vnius, quamdiu viuet.

Item *de Fratre meo Ioanne Vide de Boiſſyaco* Monacho Beatæ Mariæ de Longo Ponte prope Montem Lethericum, qui fugir ad me Pariſius propter incurſum hoſtium, nec eſt auſus redire ad Priotatum ſuum de Monte Bodiuo, vel Prior ſuus Beatæ Mariæ de Longo Ponte, & Monachi non velint illum recipere, volo quod ſit vnus qui teneat & occupet locum vnius Scholaris, & viuat, & habeat burſas, ſicut vnus de Scholaribus, & moretur cum ipſis, & faciat expenſas, & Miſſas decantet, quandiu potuerit, etſi non velit morari cum ipſis, nihil habeat. Et ita quandiu iſti duo viuent, non adimplebitur numerus de duodecim Scholaribus, *ſi aliàs non habeant vnde poſſint viuere*, vt ſuprà, & quandiu celebrabit continuè, habebit quatuor ſolidos per hebdomadam vltra burſas.

» Item quilibet prædictorum Scholarium, qualibet hebdomada pro burſis
» ſuis quatuor ſolidos Pariſienſes cum manſione ſua habebit, & alijs ſupra dictis.
» Etſi habeant granum in redditibus ſuis, & faciant fieri panem, æſtimabitur
» quantum quilibet Scholaris poterit expendere ad forum competens in hebdo-
» mada, & reſiduum ſibi de quatuor prædictis ſolidis ſoluetur. *Et ſi contingeret*
» (quod abſit) *quod bona & hereditates ſupra nominatæ non ſufficerent ad numerum 12.*
» *Scholarium ſuſtinendum, ponentur ſolummodo tales, & tot quot poterunt ſuſtineri de*
« *bonis & hereditatibus prædictis & non plures.*

« Item ratione prædictorum bonorum & fundatione prædicti Scholares te-
« nebuntur qualibet die in perpetuum celebrare vel celebrari facere in Domo
« ſua, in quadam Capella, quæ ædificabitur de bonis Executionis defuncti Do-
« mini mei, vel meis; quam æſtimo ad centum libras Pariſienſes, vel Turonen-
« ſes, vnam Miſſam de mortuis, non occupando tamen ſolemnitates feſtorum
« beatæ Mariæ Virginis, ſanctorum & ſanctarum Dei, nec dies ordinatos, ſicut
» Dominicas ad faciendum de Deo, & quando non celebrabitur de mortuis, fient
» collectæ ſpeciales pro dictis fundatoribus, parentibus eorundem, omnibus fi-
» delibus Dei defunctis, & benefactoribus ſuis: inter quos omnes ſui Executores
» enumerantur. Et omnia iſta trado ad memoriam cum proteſtatione augendi,
» diminuendi, quandiu vitam duxero in humanis, & Capellam citius quàm po-
» tero ædificandi, vel fieri faciendi.

» Item intentionis meæ eſt, quod Executores ponant & ordinent dictos Scho-
» lares, quandiu vitam duxerint in humanis, & principaliter illi onus Executio-
» nis meæ gerent, *Et quod non poſſint ponere alios quàm de genere, exceptis tribus*, vt
» ſupra. *Et quando deficient illi de genere, ponentur illi de villa de Boiſſyaco* primò. Et
» ſi non ſint aliqui de villa, vel non velint eſſe, ponentur de Boiſſyaco ſicco, *qui*
» *non ſint nobiles, ſed de humili plebe, & pauperes, ſicut nos & prædeceſſores noſtri fuimus.*
» Poſt mortem autem Executorum ponentur & deponentur, ſi opus fuerit, quod
» abſit, vt ſupra, per Cancellarium Eccleſiæ & ſtudij Pariſienſis, & Priorem He-
» remitarum Fratrum Ordinis Carthuſienſis propè Pariſius, vel alterum ipſo-
» rum, ſi ambo non maneant Pariſius vel propè. *Et quod ipſi non poterunt alios po-*
» *nere quàm de genere, ſi ſint aliqui qui velint eſſe Scholares, vel de villa, ſi non ſint ali-*
» *qui de genere, & ſi non ſint aliqui de villa, de hamellis Parochiæ, & poſtmodum, de*
» *Villis propinquioribus villæ de Boiſſyaco*, vt ſupra per ordinem. Et prædictis om-
» nibus deficientibus, ponantur Scholares de Parochia ſancti Andreæ de arcu-
» bus Pariſienſis, in qua dictus Dominus defunctus Godefredus, & ego Stephanus,
» recepimus incrementum ſtatus & majoris partis omnium bonorum noſtrorum.
» Et ſi aliquis dictorum Scholarium ducat malam vitam, veluti de fornicatione,
» vel ſit ſuſpectus de aliquo vitio diffamabili & inhoneſto, accuſetur per ſuos ſo-
» cios, vel alios, & hoc probato, vel fama probata, niſi ſtatim voluerit ſe cor-
» rigere, per illos qui tunc habebunt poteſtatem ponendi dictos Scholates in di-
» cta domo, à dicta domo, & ſocietate, ſine mora aliqua expellatur, vel ſi plures
» ſint, expellantur, ne ouis morbida totum gregem inficiat; & ſi ſe corrigat per
» aliquod tempus, & poſt modum redeat ad vomitum, ſtatim ſine gratia expella-
» tur. Et tenebitur quilibet Scholaris, qui prædictam Societatem intrabit, iu-
» rare quod ſi habeat aliquem Socium diffamatum & incorrigibilem ſuper aliquo
» crimine vel vitio, ipſum accuſabit, ſi vult deſiſtere, coram illis qui habebunt
» poteſtatem ponendi & deponendi ipſos.

» Item de dictis duodecim Scholaribus poſt mortem meam ponendis, vt ſupra,
» tres erunt in Grammaticalibus, tres in Logicalibus, tres in Decretis, & alij tres
« in ſacræ Theologiæ veritatis ſcientia. Qui quidem Scholares proficiant vt me-
» lius poterunt, & ſic nitantur proficere in doctrinæ ſcientia acquirenda, quòd
» ſtudentes in Theologia in octauo anno, vel nono ad plus, incipiant legere cur-
» ſus ſuos, & in decimo ſaltem legant ſententias, vel aliàs provt Cancellarius
» ſtudij Pariſienſis, Magiſtri ſeu Doctores in ipſis ſcientijs actu regentes, (ſi tem-
» pus ſit nimis arctum) declarabunt vel æſtimabunt. Studentes verò in Decretis,
» in 7. vel 8 anno Doctoratus honorem, vel licentiã conſequantur in ipſa ſcientia,
» & ſtudentes in Artibus, in 7. anno ſaltem ad Magiſterium aſcendant, vel ſoli-
» tam in ipſa Facultate licentiam aſſequantur. Nullus verò Grammaticorum

recipiatur

recipiatur in dicta domo, niſi Donatum & Catonem dedicerit. Qui infrà tempus ordinandum ab illis, qui illos ponent in dicta domo & Scholaribus ſupra nominatis, tales & ita habiles ſe reddant, quod meritò debeant ad alias ſcientias aſcendere, qui verò in prædictis defecerint, niſi de excuſatione rationabili doceant, commodis omnibus dictæ Domus priuentur omninò, & ab ipſa Domo totaliter expellantur, *Et loca talium elapſis dictis temporibus vacent eo ipſo.*

Item vnus vel duo de prædictis Scholaribus erunt Preſbyteri, qui tenebuntur celebrare Miſſam, ad quam tenebuntur prædicti Scholares qualibet die vt ſupra, qui habebit qualibet hebdomada vltra burſas ſuas quatuor ſolidos Pariſienſes pro labore, & ſi ſint duo vel plures qui hoc velint facere, quilibet habebit ſecundum quod celebrabit pro rata ſua.

Item tenebuntur prædicti Scholares, qualibet die in prandio magno, ſi ſit de mane, vel in cœnâ, ſi ſit ad cœnam, quilibet ipſorum per ordinem incipiendo à maiore vſque ad minimum legere de Biblia, quamdiu alij comedent.

Item tenebuntur qualibet die prædicti Scholares in prandio magno & paruo ſiue cœna, dicere in ſuis gratijs Pſalmum *De Profundis*, & Orationes ſpeciales pro fundatoribus ſuis, benefactoribus, & omnibus fidelibus Dei defunctis.

Item Domino concedente, infra vnum annum intentionis meæ eſt ædificari facere vnam Capellam in Domo, in qua habitabunt prædicti Scholares, & in qua ſolebant morari, quæ vocatur *Caſtrum Gaillardi*, & in ea celebrabitur qualibet die, vt ſupra, & ſi Deus non mihi det tempus hoc faciendi, Executores mei hoc facient, vſque ad ſummam centum librarum Pariſienſ. vel Turonenſium, vt ſupra, vel aliàs prout facultates ſuppetent, & mihi videbitur expedire.

Item quod per præſentium ordinationem ponendi ſunt Scholares quatuor Facultatum, ſi & quam primum numerus duodecim Scholarium adimplebitur, ſcilicet Grammaticorum, Artiſtarum, Canoniſtarum, & ſacræ Theologiæ, *Et quia multi dubitant quod propter varietatem ſcientiarum diuerſarum, non poſſit eſſe pax & concordia inter ipſos, volumus & ordinamus, quòd ſi omnes de vna Facultate ſint diſcordes ab alijs, & per defectum ipſorum non poſſint in breui ad concordiam reduci, cum velint eſſe nimis elati ſuper alios, & ipſos deponere, quia intentionis noſtræ eſt, quòd omnes nutriantur in humilitate, & quod maior fiat ſicut minor, & minor ſicut maior; volumus & ordinamus quòd illa Facultas quæ ſuſtinebit & nutriet diſcordiam, vel elationem & ſuperbiam ſuper alias, totaliter expellatur ab alijs, & perpetuò ab alijs & bonis, ſeu communitate ipſorum priuetur, & tanquam membrum putridum ab alijs abſcindatur, & aliæ tres Facultates ſolæ inſimul in pace remaneant, & perpetuò perſeuerent taliter, quod ſecundum defalcationem prædictam Scholarium aliarum Facultatum numerus æqualiter augeatur.*

Item non miretur aliquis de Dominis meis ſi aliquotiens hic loquatur in plurali, aliquotiens in ſingulari, quia hic loquitur in plurali in his quæ tangunt executionem defuncti Domini mei, Domini Godefredi, & nos omnes Executores ipſius, in ijs verò quæ tangunt perſonam meam, vel bona, & ordinationem, vel obligationem bonorum meorum, & hereditatis meæ, loquor in ſingulari.

Item quia ego habui, & habeo totum onus, & pondus & periculum executionis, & fuerunt omnia per me facta cum conſilio aliorum Executorum, loquor plus quàm alij. In quorum omnium teſtimonium prædictorum, ego Stephanus prædictus Nepos & Executor prædicta omnia, manu mea ſcripſi, *& Dominis meis de Vniuerſitate tradidi vnà cum litteris admortiſationis Domorum defuncti Domini mei, Domini Godefredi, & mearum* Pariſius exiſtent. per illud opus per Reuerendos Dominum Abbatem & Conuentum ſancti Germani de Pratis propè Pariſius admortiſatarum, & etiam ſignum meum, de quo vtor & vſus fui vſque nunc in Officio Notariatus Regij, vnà cum appenſione ſigilli mei appoſui. Datum ſub ſigno & ſigillo prædictis anno Domini 1358. die 1. Iunij, cum proteſtatione addendi & diminuendi vt ſuprà. *Et ob hoc ſupplicaueram dictæ Matri noſtræ Vniuerſitati, quatenus ipſa dictos Scholares ſub ordinationibus, conditionibus, diſpoſitionibus, & modis ſupra ſcriptis, vellet de ſua beneuolentiâ ipſius venerabilis Matris noſtræ Vniuerſitatis Collegio aggregare, ipſoſque ſub protectione, tuitio-*

» *ne, & ſalua gardia ipſius Matris noſtræ ponere, & velle poſſe priuilegijs & libertatibus*
» *dictæ Vniuerſitatis vti & gaudere.* Et præfati Domini & Magiſtri, Rector, Docto-
» res, & Procuratores ad inquirendum de contentis in dicta littera & ad ſuppli-
» cationem dictorum Executorum nomine Executorio prædicto, & dicti Ma-
» giſtri Stephani ſuo nomine proprio confirmandam, & effectui mancipandam
» fuerint (vt dicebant) à præfata venerabili Matre noſtra ſpecialiter deputati,
» ac etiam ad omnia & ſingula circa hæc neceſſaria faciendum coram nobis
» Notarijs & teſtibus infra ſcriptis ſæpe dicti Executores nomine Executorio
» ante dicto, & dictus etiam Magiſter Stephanus nomine ſuo proprio prælibatis
» deputatis ſimiliter ſupplicauerunt quatenus omnia & ſingula contenta in eo-
» rum ſupplicatione prædicta, ipſi deputati vellent benigniter adimplere, &
» etiam confirmare.

» Quiquidem Deputati dicentes quod ipſi de contentis in dicta ſupplicatione
» virtute & authoritate à dicta venerabili noſtra Matre eis ſuper hoc attributa in-
» quiſiuerant, & informationem fecerant ſuper hoc competentem, conſideran-
» tes ſicut decet, deuotionem dictorum Executorum nomine Executorio præfa-
» to, & dicti Magiſtri Stephani nomine ſuo proprio erga dictam venerabilem
» Matrem exhibitam & impenſam; attendentes etiam quòd ſecundum Canoni-
» cam authoritatem in officijs Charitatis, illis primo loco tenemur obnoxij, à
» quibus beneficia nos cognoſcimus recepiſſe, & quod dignum eſt, vt præfatus
» defunctus & dictus Magiſter Stephanus qui præfatis Scholaribus dederunt tym-
» panum, ab eis ſumant Pſalmum, quodque defunctus ipſe, & Magiſter Stepha-
» nus prædictus, quantum eſt in dicta venerabili Matre nomen habeant ſempi-
» ternum, & iſtorum tanquam Iuſtorum ſit memoria in æternum, *dictos Scholares*
» *ſex, cum dictis Capellano & famulo ordinationibus, conditionibus, modis, & diſpoſi-*
» *tionibus ſupra tactis, virtute & authoritate prædictis Collegio & numero Collegiorum*
» *Scholarium Pariſienſ. aggregauerunt, ipſoſque per os & organum dicti Domini Rectoris*
» *ſub dictæ Vniuerſitatis protectione, tuitione, tutela, & cuſtodia poſuerunt, ac Priuile-*
» *gijs & Libertatibus dictæ Matris noſtræ gaudere, vti & defendi, more ſolito, vo-*
» *luerunt.*

» Et quia dicti Executores nomine Executorio prædicto, & dictus Magiſter
» Stephanus etiam ſuo nomine proprio, de prædictis Domo & redditibus in ma-
» nibus dictorum deputatorum per traditionem litterarum, emptionum ipſarum
» & admortiſationum ac clauium dictæ Domus, ſicut dicebant, ſe deueſtierunt
» realiter & de facto ipſi Deputati dictos Scholares in perſonas *Ioannis Boillandi*
» *Magiſtri dictorum Scholarium* pro præſenti, Ioannis Mercerij, Ioannis Filiaſtri,
» Ioannis Ramoleti, Robini Baſdous, & Iacqueti Maioris nominatorum per di-
» ctos Executores, & Magiſtrum Stephanum nominibus quibus ſupra Schola-
» rium dicti Collegij de Boiſſyaco in poſſeſſionem corporalem & realem dicto-
» rum Domus & reddituum per traditionem dictarum litterarum & clauium in-
» duxerunt, & dictos Scholares præſentes, & ſucceſſores futuros Scholares, de
» Boiſſyaco nomine & cognomine voluerunt & ordinarunt, & nunc in perpe-
» tuum nominari. Supradicti verò Magiſter ipſorum & Scholares ipſi ſuperius
» tranſcripti, ſuo & aliorum dicti Collegij præſentium & futurorum nomine di-
» ctam poſſeſſionem corporalem & realem recipiendo dictas claues & litteras à
» dictis Deputatis eis traditam (vt prædicitur) receperunt, & contenta in dicta
» ordinatione pro ſe & ſuis ſucceſſoribus adimplere & facere, quantum in eis
» erit poſſibile, promiſerunt, quibus mediantibus vt præmittitur conſummatis
» dicti Deputati virtute & authoritate præfatis agnoſcentes & confitentes præ-
» dictos Executores & Magiſtrum Stephanum prædictum, quibus ſupra nomini-
» bus prædicta omnia fuiſſe integraliter & debitè adimpleta, eorum laudabilem
» & ſalubrem voluntatem ratificantes & collaudantes in quantum dictam vene-
» rabilem Matrem noſtram tangit, præmiſſa omnia & ſingula confirmantes, ipſos
» à prædictis benefacto & donatione abſoluerunt penitùs & quittauerunt. Super
» quibus omnibus & ſingulis præmiſſis tam dicti Deputati, quàm dicti Executores,
» & Magiſter Stephanus petierunt à nobis Notarijs publicis infrà ſcriptis ſibi
» fieri publica inſtrumenta. Acta fuerunt hæc in domo habitationis dictorum
» Scholarium ſita in Vico S. Germani de Pratis Pariſius anno Domini, Indictione,

Digitized by Google

menſe, die, & Pontificatu prædictis, præſentibus venerabili & Religioſo viro Domino Guillelmo de Lilio Abbate Monaſterij ſancti Ioannis de Iardo decretorum Doctore, Dominis Stephano Sauorelli, Priore Prioratus de Nemoſio Senonenſi, Stephano Royneti Monacho Monaſterij ſancti Lenomari Bleſenſis, Carnotenſis Diœceſis, *Iacobo de Paullone, & Hymberto Burgandi Bedellis Pariſienſibus Nationis Franciæ in Artium Facultate*, & alijs pluribus teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et inferius à parte ſiniſtra ſcriptum eſt.

Et ego Petrus Turpan de Greſſeyo Clericus Senonenſis Diœceſis publicus authoritate Apoſtolica & Imperiali Notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis, ſic vt præſcribitur anno Domini, Indictione, die menſe, & Pontificatu prædictis, in dicta domo habitationis ipſorum Scholarium, tam per dictos Executores nomine Executorio, & Magiſttum Stephanum de Boiſſyaco ſuo nomine proprio, quàm per dictos DD. Rectorem dictæ Vniuerſitatis dictis, factis, decretis, ordinatis, ſupplicatis, inſtitutis, fundatis, aggregatis, collaudatis, ac etiam confirmatis, vnà cum dictis teſtibus, & Notario publico infrà ſcripto, præſens fui ad ipſa omnia & ſingula legitimè occupatus fui, ſcripſi, & hîc me manu mea propria ſubſcripſi, præmiſſa omnia & ſingula in hanc formam publicam redigendo, præſentique publico inſtrumento meum ſignum publicum, vnà cum ſigno & ſubſcriptione dicti Notarij publici rogatus appoſui in teſtimonium præmiſſorum. Et à parte dextra ſcriptum eſt. Et ego Iacobus Coquelin Trecenſis Diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius, Curiæque Pariſienſis iuratus, præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic fierent & agerentur, vnà cum Notario publico, & teſtibus prænominatis, præſens interfui, & ea publicando hîc me propria manu ſubſcripſi, ſignumque meum conſuetum vnà cum magno ſigillo Matris meæ Vniuerſitatis prædictæ, & ſigno, ac ſubſcriptione prædicti Notarij publici appoſui requiſitus & rogatus, in teſtimonium præmiſſorum. Et adhuc inferius ſcriptum eſt.

Et nos Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſienſium prædictorum ad relationem deputatorum noſtrorum & Notatiorum publicotum prædictorum ad maiorem certitudinem & confirmationem præmiſſorum, magnum ſigillum noſtræ dictæ Vniuerſitatis, vnà cum ſignis & ſubſcriptionibus dictorum Notariorum præſentibus littetis duximus apponendum. Datum anno & die prædictis.

Hoc Collegium ad Vniuerſitatem, præſertim verò ad Nationem Gallicanam, in cuius dominio & ditione eſt, ſæpè confugit. Eiuſque rei extant in commentarijs publicis acta plurima. *Die Lunæ 3. April. ann. 1418.* Natio Franciæ apud S. Mathurinum fuit conuocata ſuper aliquibus ſupplicationibus tangentibus honorem & vtilitatem dictæ Nationis: in qua Congregatione Scholares nonnulli venerabilis Collegij de Boiſſyaco nomine ſui Magiſtri & dicti Collegij ſupplicarunt, quatenus dicta Natio vellet ipſis & dicto Collegio aſſiſtere & adiungi, & tanquam propriæ & ſuæ cauſæ fauere in quadam lite ſeu controuerſia coram Reformatoribus à paucis diebus motâ, occaſione cuiuſdam legati dictis Scholaribus & Collegio nuper facti. Quorum Scholarium & Collegij perlecto priùs & ſufficienter teſtamento dicti Legatoris, in forma conceſſa eſt ſupplicatio. Et ad id per Procuratorem dictæ Nationis ſupplicatum fuit nomine dictæ Nationis alijs Facultatibus & Nationibus Vniuerſitatis Matris noſtræ iuxta prius concluſa in dicta Natione, vt conſimiliter ſe adiungerent dictæ cauſæ.

Vltima Iulij an. 1465. exequendo ſupplicationem venerandi M. Dionyſij de Oliua, moderni Receptoris in nouiſſima Congregatione factam ſuper ſua receptione in Burſarium Collegij de Boiſſy Pariſ. in Parochia S. Andreæ de Arcubus fundati in vim collationis ſibi de dictis Burſis factæ, Ego (Ioannes *le Clerc*, Procurator Nat. Gall.) cum venerabilibus MM. Guill. Nicolay, Ioanne *Betiſy*, Ioan. Generi, Guill. Tolhan, Ioan. *Caluy*, Io. *de Martigny*, Ioan. *Coſſon*, Petro *Peron* adiui dictum Collegium & ibidem conuocatis Magiſtro, Procuratore & Burſarijs, ex parte Nationis Gall. Matris meæ præcepi, vt dictum M. Dionyſium in Burſarium reciperent & in fratrem, niſi cauſas allegare vellent, propter quas hoc minimè facere tenerentur; inter quas duas aſſignauerunt præcipuas; videlicet quod dictus de Oliua ſtuderet in Medicina & in dicto

» Collegio nullus talis admitti ſoleat: & quod reditus tenues erant, nec ſufficie-
» bant præſentibus Burſarijs. Quibus extitit ex aduerſo reſponſum per dictum
» de Oliua quod ſtuderet in Theologia, & vt talis admitti perebat; & de hoc fi-
» dem faceret poſt 8. dies à ſuæ receptionis tempore computando. Nec etiam
» aliquid petebat de redribus, niſi primitus qui eum præcedebant Burſarij, eſſent
» contenti. Verum tandem auditis partibus extitit prædictus de Oliua in poſſeſ-
» ſionem dictarum Burſarum ſub iiſdem conditionibus per dictam Nationem
» poſitus & inductus, promiſitque iuramenta fieri ſolita præſtare.

» Die 27. Iulij an. 1602. apud Mathurinos conuocati Academiæ Proceres ab
» Ampliſſ. D. Rectore Palcot, idque nomine Aduocati Regis D. *du Lis*, vt ni-
» mirum Academia per eiurationem & recuſationem D. Prioris Cartuſianorum
» conferret Primariatum ſiue primam Collegij Boiſſyaci prope D. Andreæ de
» Arcubus Burſam Catolo *du Lis*, Scholaſtico & Burſario eiuſdem Collegij per
» reſignationem D. *du Tronchot*. Collectis itaque omnium ſuffragijs Decanorum
» & Procuratorum præclariſſimæ Facultatis Artium Beneficium illud dicto Ca-
» rolo dedit quantum in ea re potuit & ſaluo iure alieno: idque relatum in acta,
& per Ampl. D. Rectorem concluſum die, anno vt ſupra. Ita ſcribit M. Petrus
Valens Nationis Germanicæ Procurator.

Addamus & Decretum Magni Conſilij an. 1626. latum, quod eſt eiuſmodi.

De l'Arreſt du Grand Conſeil du Roy, rendu entre Mᵉ. Iacques Mareſchal, Eſcholier eſtudiant en l'Vniuerſité de Paris, pourueu d'vne place de Bourſier au College de Boiſſy, fondé en ladite Vniuerſité, demandeur; Et Mᵉ. Lonys Quatrehomme Eſcholier eſtudiant en ladite Vniuerſité, auſſi pourueu d'vne place de Bourſier audit College, receu partie au Procez, d'vne part. Et Mᵉ. Charles du Lis, Principal: Et Mᵉ. Iean Martineau Chappellain dudit College, deffendeurs, &c. oppoſans, d'autre. A eſté extrait le dictum qui enſuit.

» DIt a eſté faiſant droit ſur leſdites Inſtances que le Conſeil a mis & met
» l'appellation dudit Mareſchal, & ce dont a eſté appellé au neant, en
» emendant & corrigeant le Iugement ledit Conſeil a ordonné & ordonne que
» leſdits Quatrehomme & Mareſchal ioüiront des places de Bourſiers, dont ils
» ſont pourueus audit College de Boiſſy, & ſur l'appel comme d'abus, ledit Con-
» ſeil a mis & met les parties hors de Cour & de procez, ſans deſpens, domma-
» ges & interreſts ny reſtitution de fruicts. Et ayant eſgard aux Concluſions du
» Procureur general du Roy, ledit Conſeil ordonne que ſuiuant la fondation
» dudit College, il ſera pourueu aux places de Bourſiers dudit College, iuſques
» au nombre porté par ladite fondation par les Chancelier de l'Vniuerſité &
» Prieur des Chartreux de Paris, Superieurs dudit College, de perſonnes de la
» qualité & condition portée par ladite Fondation, à chacun deſquels Bourſiers,
» outre leur logement dans ledit College, ſera payé par le Principal d'iceluy la
» ſomme de cent cinquante liures par an, pendant qu'ils feront leurs Eſtudes en
» ladite Vniuerſité, & qu'ils ſeront demeurans actuellement dans ledit College,
» & à faute de ce faire ſera pourueu par leſdits Superieurs auſdites places de
» Bourſiers d'autres perſonnes de ladite condition: Ordonne ledit Conſeil que
» ledit Martineau Chapellain, outre ſon logement dans ledit College, ſera payé
» par ledit Principal de la ſomme de deux cens cinquante liures par an, & que
» leſdits Principal & Bourſiers feront le Seruice Diuin dans la Chapelle dudit
» College ſuiuant ladite Fondation: Et a ledit Conſeil ordonné que le ſurplus
» du reuenu dudit College demeurera audit Du Lys & ſes ſucceſſeurs en ladite
» place de Principal, qui ſeront tenus acquitter les Charges ordinaires dudit
» College, & employer par chacun an quatre cens liures aux reparations de la
» Chapelle & autres baſtimens dudit College, iuſques à ce que leſdits baſtimens
» ſoient en bon & deu eſtat, & que à cette fin ſera procedé aux baux & rabais
» deſdites Reparations en preſence deſdits Superieurs dudit College, & ordonne
» ledit Conſeil que les Baux à ferme des fruicts & reuenus dudit College ſeront
» faits à l'aduenir par le Principal en preſence deſdits Bourſiers. Le preſent Ar-
» reſt a eſté mis au Greffe dudit Conſeil, monſtré au Procureur general du

Roy & prononcé aux Procureurs des parties à Paris, le vingt ſixieſme May mil ſix cens vingt ſix, Signé Collier.

Anno 1359. exortæ ſunt quædam hæreſes nouæ in Germania & in Hiſpania. In Germania quidem authore Regnardo Berrholdo de Rorbach, qui Chriſtum in Cruce ſic à Patre relictum fuiſſe aſſerebat, vt præ nimio dolore de ſalute deſperauerit, maledixeritque beatæ Virgini Matri ſuæ, necnon terræ ſanguinem ſuum recepturæ. In Hiſpania autoribus Martino Gonſaluo, Nicolao Calabro & Barrholomæo Ianouazio Majoricano, qui anno 1360. venturum Antichriſtum prædicabant. Horum Hæreſiarcharum fœces collegerunt Moderni Hæretici ſuamque inde præclaram Reformationem effinxerunt. Gallia Academicorum noſtrorum indefeſſo ſtudio & vigilanti operâ Monſtris eiuſmodi caruit, quæ ſi naſcebantur alicubi, ſtatim confodiebantur mucrone cenſurarum. 1359.

Exarſit iterum hoc anno diſcordia inter Theologos & Artiſtas, cuius originem retulimus ad an. 1353. in hoc autem erat poſita. Noluerant Theologi Rectoris nomen præponi litteris quas ab Vniuerſitate ad Regem Nauarræum mitti placuerat: non quod Rectori ſuam omnino dignitatem derogarent, ſed quia id prærer morem fieri contendebant. Artiſtæ & qui ab eis ſtabant Medici, ipſius Rectoris dignitatem autoritatemque opponebant; ideoque nihil in eo peccari, ſi quemadmodum ille Comitijs præerat, ita & lirreris publicis nomen ipſius præponeretur; imò id eſſe longè honorabilius & illuſtrius. Ergo Theologi litem ad Forum Romanum detulerant; & ad eam ſuſtinendam ſingulæ Nationes coactæ fuerant contribuere. Cum verò illa toto quinquennio indeciſa manſiſſet, Innocentius VI. eam non iudiciario Decreto, ſeu vt vocant contradictorio, ſed propriâ autoritate decîdit anno ſuperiore, directis ad Vniuerſitatem litteris cum hacce præfatione *Dilectis filijs Rectori & Vniuerſitati ſtudij Pariſienſis.* Moleſtè id ferunt Theologi, ſe non auditis pendente que lite ita proceſſum & iudicatum. Interim in Vniuerſitate contra ipſos ſententia fertur. Appellant obtinentque Apoſtolos, ſeu libellos dimiſſorios, quos illis temporibus obtinere neceſſe erat ijs, qui amiſſâ cauſâ appellabant, appellationemque proſequi volebant. Significant & publicant nonnullos articulos tam contra ipſum Rectorem Rectoriamque dignitatem & iura antiqua, quàm contra Facultatem Artium, qui contineri dicuntur in Regeſtis & Commentarijs Theologicæ Facultatis, ſed quos nondum permiſerunt legi, videri ve Moderni Doctores, licet ab an. 1650. ſæpè illos obtenderint & obtruſerint. Lis cum Theologis.

Itaque quid illi expreſsè ferant, non poſſumus aſſerere; ſed ex Actorum fide conſtat Nationes nominaſſe viros prouidos & prudentes ijs examinandis, atque ad reſpondendum deſignaſſe. Id decretum in Comitijs Facultatis Artium, menſe Ian. an. 1358. more Gall. vel 1359. more Rom. habitis apud San-Iulianum, vt notat M. Martinus Woſſolicz de Buhemia Anglicanæ Nationis Procurator. *Die Mercurij*, inquit, *proximo ſequente factâ congregatione Facultatis Artium in Eccleſia S. Iuliani, lecta fuit quædam Cedula diſpendioſa & D. Rectori totius Vniuerſitatis & Procuratoribus & ſingulis Magiſtris Facultatis Artium, quæ per Curatorem Theologorum eiuſdem Facultatis in congregatione Facultatis Artium eſt præſentata.*

Menſe verò Februario habitis alijs eiuſdem Facultatis Comitijs nominantur viri qui Reſponſa conſcriberent ad ſingulos articulos Theologorum, vt ſcribit M. Henricus de Egher eiuſdem Nationis Anglicanæ Procurator. Die Iouis « proximâ factâ Congregatione Facultatis ad dandum Deputatos qui ordinarent « de reſponſione ſuper Rotulo appellationis Theologorum ſub expenſis Facul- « tatis. Concluſum fuit vnanimiter in Facultate & Natione quod fieret: pro « quo expedito inſumpta fuerunt duo ſcura Philippi, à qualibet Natione ſoluen- « da; in ſumma octo ſcutorum Philippi Quæ duo ſcuta Philippi ſoluit M. Themo « prædictus nomine Nationis. Eademque die facta Congregatione Nationis « cum Facultate prædicta ibidem ad extorquendam pecuniam de debitoribus « Nationis deliberatum fuit concorditer, quod vocarentur debitores & ſatisface- « rent: quod factum fuit die Dominica proxima, quâ paucis comparentibus « deliberatum fuit, quod ipſi pignura redimerent, & quod alijs intimaretur, quod «

» niſi pignora redimerent, ipſa venderentur. Pro quo tamen quia nulli ſatisfe-
» cerunt, & Natio multum intricata fuit, Iterum vocatum fuit die Lunæ proxi-
» ma adordinandum de venditione pignorum apud S. Iulianum, vbi pro maiori
» parte deliberatum fuit, quod pignora venderentur quàm citò poſſet, ne Natio
» dedecus pateretur in dando pecuniam *ad proſequendum litigium de Præpoſitione*
» *Rectoris contra Theologos.* In executione cuius deliberationis per Procuratorem
» prædictum & per M. Themonem prædictum & M. Albertum de Saxonia de-
» putatos expoſiti fuerunt quinque ſolidi cum octo denarijs prædictæ monetæ
» pro portitoribus librorum & potatione facta cum librarijs præſentibus Bedellis
» Nationis, in quorum vnius Domo ſcilicet Ioannis de Parca poſiti ſunt libri in
» ſacco ſignato Procuratoris ſigillo.

Ex ijs patet Nationes ad probandum confirmandumque Ius ſuum Rectoriamque Dignitatem, Commentarios ſuos libroſque alios Authenticos curaſſe deferri ad forum Romanum. Miſerunt quoque Nuncios ad eam rem promouendam; vt intelligimus ex actis ejuſdem Nationis. *Item die Lunæ poſt deliberatum fuit in Congregatione Facultatis apud S. Iulianum, quòd quælibet Natio daret 20. ſcuta ad expediendum illa quæ occurrerent in placitis contra Theologos videlicet pro miſſione Nuncij ad Curiam Rom. pro expeditione verò illius iterum poſt congregatum.*

Vt autem contributio prædicta faciliùs à ſingulis exigeretur, conſtituta primò Burſa communis in Comitijs 23. Septembr. habitis. *Item ſtatutum fuit die 23. Septemb. quod quilibet ad aliquem actum procedens daret pro ſexta Burſa quinque groſſos Philippinos pro lite inter Theologos, & Facultatem Artium ſolummodo per annum.* Deinde die 26. electus eſt M. Ioannes Ance Receptor communis illius Burſæ. *26. die ejuſdem menſis electus fuit M. Ioannes Ance pro tunc Receptor Nationis Gallicanæ ad recipiendum ſextam Burſam de qua in præcedenti Procuratione ſcriptum. Et obligauit ſe Natio Gall. ad ſtandum & ſatisfaciendum pro dicto M. Ioanne, ſi opus fuerit pro reddendo compotum rationem de receptis. Item 28. die menſis eiuſdem incepit D. Giſelbertus Papæ ſub M. Themone, cuius Burſa nihil, præter Burſam quam ſoluit Receptori Facultatis.*

Exacta eſt Burſa illa communis ad annum vſque 1362. quo habitis die 23. Octobr. Comitiis *ſtatutum quòd ſexta Burſa quæ capi ſolebat in Facultate, amplius nec in Facultate nec in Natione caperetur.* Itaque credibile eſt litem illam prædicto tantum an. 1362. fuiſſe terminatam. Quomodo verò deciſa terminataque fuerit in foro Rom. diſtinctè & expreſsè non habemus; ſed omnino patet causâ cecidiſſe Theologos: ſiquidem in omnibus fere litteris, quæ deinde ſcriptæ fuerunt à ſummis Pontificibus, à Cardinalibus, Imperatoribus, Regibus & alijs Vniuerſitatibus, præfationem illam ſeu præpoſitionem appoſitam legimus, *Rectori & Vniuerſitati Pariſ.* Item quoties ipſa Vniuerſitas aut ſtatutum aliquod condidit, aut litteras dedit publicas, ita ſemper ſubſcripſit, *Rector & Vniuerſitas.* Fidem huius rei faciet Hiſtoria conſequentium annorum.

1360. Anno 1360 die 23. Septembr. facta congregatione Facultatis Artium apud S. Iulianum placuit iuxta Decretum 23. Septemb. an. 1359. Burſam illam communem, de qua ſuprà, exigi, nec admitti quenquam ad juramentum, niſi Receptori communi pateret ſolutam fuiſſe. Qua de re ſic ſcribit M. Ioannes. Vter
„ Spijc de Hollandia Procurator Anglic. Nat. Anno, menſe, die & Congrega-
„ tione quibus ſupra, Quoddam ſtatutum anno D. 1359. die 23. menſis Septemb.
„ in Facultate pro illo anno tenendum ordinatum, ſcilicet vt quilibet ad ali-
„ quem actum procedens pro ſexta Burſa quam Receptor Nationis recipere con-
„ ſueuerat, pro Negotiis Facultatis ſuſtinendis tradat 5. groſſos Philippinos vni
„ Receptori ſpeciali ad hoc per Facultatem Deputato, nec Procurator recipiat
„ juramentum, niſi portauerit ſignetum prædicti Deputati, pro anno futuro te-
„ nendum continuatum fuit & conceſſum.

Idem Procurator notat ad 3. Octob. factam fuiſſe Facultatis ejuſdem congregationem ad prorogandum vel abrogandum munus prædictum M. Ioanni Ance, communibuſque votis fuiſſe prorogatum. Item die 3. Nouembris habitis Comitijs Centuriatis Rectorem propoſuiſſe, *vt Rotulus fieret ad D. Papam propter libertatem & jocundum Regis Franciæ Aduentum.* Deliberatumque fuiſſe, à *qualibet Facultate quod eſſet expediens fieri Rotulum pro præſentibus & veris Regen-*

Digitized by Google

tibus, ita quod in die Sabbati proximo ſequenti clauſus reputaretur.

Conuenientibus ergo ex Gallicana & Anglicana Gente Legatis ad Britiniacum vicum non longè ab vrbe Carnutenſi, pax tandem certis ſub conditionibus reſtituta eſt, & Ioannes liberrare donarus rediit Luteriam, vbi omnium Ciuium votis & acclamationibus exceptus, præſertim verò ab Vniuerſitate, filia, quæ patrem ſuum poſt liminio reuerſum piâ, & eleganti oratione per ſuum Oratorem M. Petrum Oliuerij excepit; à quo viciſſim ipſa mirificè collaudata & cum grariarum actione excepta eſt, quod non parum in procuranda pace iuxta mandatum Innocentij Pontificis laboraſſet. Cuius officij ſibi præſtiti ne immemor videretur, Priuilegium exemptionis à ſubſidiis, & impoſitionibus quibuſcunque impertiuit 12. Feb. ejuſdem aoni, quod eſt ejuſmodi in lib. Rectoris p. 137.

Privilegium Regium pro exemptione ſubſidiaria.

IEAN PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A Nos Amez & Feaux Conſeillers les Generaulx par oous deputez ſur les Aydes par Nous dairrainement ordoonees en noſtre Royaume pour le fair de noſtre deliurance SALVT ET DILECTION. Comme par nos derraines Ordonnances faites ſur les choſes deſſuſdites nous aiens ordonné de noſtre certaine ſcience & eſpeciale que nos ben amez les Maiſtres & vrays Eſcholiers liſans & eſtudians en quelcōque Faculté que ce ſoit en l'Vniuerſité de Paris, ſoienr quittes ſans aucune choſe payer, de portes, gabelles, impoſitions, aides, & ſubſides quelconques à nous deuës pour quelconque cauſe que ce ſoir, ou cas que il vous apperra ſur ce par certificarion, ſous le ſaing de l'Vniuerſité deſſuſdire du Recteur. Nous vous mandons & cōmandons & eſtroittement enjoignons & à chacuo de vous, ſi comme à luy apparriendra, que de noſtre preſeore grace vous faciez & laiſſiez ioïr & vſer paiſiblement les Deputez Maiſtres Liſans & Eſtudians, & chacun d'eulx, ſaus les detourber ou empeſcher en aucune maniere és choſes deſſuſdites. Mais ſe pour l'occaſion de ce aucuns de leurs biens ou d'aucuns d'eulx gages, ou autres choſes eſtoient prins, ſaiſis, ou arreſtez depuis noſtre dite derraine Ordonnance, vous les leur mettez ou faites mettre au deliure tantoſt & ſans delay. Donné à Paris le 12. jour de Feurier l'au de grace 1360.

Ad hunc annum refert Vvadinghus ex Chronico Mariano Scholarem quendam Pariſienſem à Minoritis ad Religionem admiſſum, paratis omnibus propoſiri pœnitentem à Chriſto increpirum, ad cujus rribunal ſomoiauerat ſe raprum à diabolo. Pariſienſis Quidam Scholaris, inquit, à Superioribus Minorum ad Sodalitium admiſſus, dum paratis omnibus & Religioſa, quâ ſuperindui deberet, veſte præmiſsâ propoſiti pœniteret, nocte ſequenti vidit in ſomnis ſe à Diabolo rapi, & Iudicio ſiſti diuino paratum ſibi malum & duram timens ſententiam clamauit dicens *Domine miſerere Cui Chriſtus. Quomodo tibi miſerebor, qui quod mihi firmiter in tuo pectore promiſiſti non vis adimplere! Reſpondit Miſellus. Quod vout, Domine, libentiſſimè reddam, modò nunc velis miſereri.* Multa objiciente Diabolo & tormenta minaote, ita toto ſudauit corpore & contremuit, vt ſemianimis in ſe reuerſus ſequenti die perrexerit ad fratres & Religioois iugum libenter ſubierit.

Item notat inſtitutam hoc anno fuiſſe in Academia Bonooieoſi Facultatem Theologicam, eoque ex varijs Vniuerſiraribus conueniſſe nouem inſignes Theologos, atque inter eos, tres doctiſſimos Franciſcanos. M. Franciſcum Adriani Bononienſem, M. Thomam de Farignano Mutinenſem, & M. Ludouicum de Venetiis; Vrbanæ Eloqueotiæ Patrem. At Sigonius hanc inſtitutionem refert ad an. 1362. vt infra dicetur.

Eodem anno obijt M. Ioannes de Aſſiaco Cancellarius Pariſienſis: cui ſucceſſit M. Grimerius Bonifacij, qui cum M. Petro de Croſo Decano Pariſienſi, Guillelmo de Saluauilla Cantore, Elia de Corſon Pœnitentiario Pariſ. ſub Clemente VI. Prouiſore Domus Sorbonicæ in Sodalitio Sorbonico Doctores conuixiſſe dicuntur. Et iſte Grimerius cum M. Gerardo de Veruino Pœnitentiario Pariſ. miſſus eſt Auenionem pro Reformatione Academiæ, vt infra referimus.

1361. PRIMVS CVRIO VNIVERSITATIS. Anno 1361. cum vacaſſet Curia SS. Coſmæ & Damiani, Vniuerſitas tum primum exercere cœpit Patronatum ſuum, ad eamque præſentauit M. Albertum de Saxonia, inſignem Philoſophiæ Profeſſorem. Qua de re ſic legitur in Reg. Nationis Anglicanæ. Anno 1361. die 1. Sept. *Collata fuit quædam Cappellania perpetua ab Vniuerſitate ad petitionem D. Ducis Normaniæ. Eodem die ſupplicauit apud S. Mathurinum in Congregatione Generali M. Albertus de Saxonia pro Eccleſiâ Parochiali SS. Coſmæ & Damiani infra muros Pariſienſes, quæ ab omnibus nullo contradicente erat ſupradicto Magiſtro ab Vniuerſitate data atque præſentata.*

Nec præſenratio iſta in Anglicani Magiſtri gratiam primùm facta, ratione caret & jure. Nam licet Monachi San-germano-pratenſes Patronatum ſuum ad Vniuerſitatem transtuliſſent, vt ad an. 1345 fusè expoſitum eſt, ſpeciale tamen priuatumque ius quoddam habuiſſe videtur Natio Anglicana, & quaſi Patronatum proprium; vtpote quam omnino credibile eſt ad extructionem ſeu ædificarionem Eccleſiæ ſumptus contribuiſſe. Ad quod ſuadendum ſuppetunt valde probabiles conjecturæ. Præterquam quod enim hoc habet ipſa Natio veluti ex traduce, extitit olim in Eccleſiæ Choro ad altare majus Monumentum quoddam cum ipſius Inſignibus ſymbolicis; nec amotum inde, niſi à 50. circiter annis, nec niſi permittente Natione ipſâ ad commodiorem vſum ſacræ Synaxeos. Talem verò honorem eò loci ſolis deberi Fundatoribus nemo ambigit. Nec ad fundationem probandam qualemcunque, ſi vetera inſtrumenta deſint & authentica, validius meo judicio afferri poteſt argumentum. De hoc autem Monumento ita legitur in Commentariis prædictæ Nationis ad an. 1615.

Conſtantiſſimæ Germanorum Nationi in porticu Mathurinenſium 7. Kal.
Mart. an. 1615. congregatæ propoſita fuit ſupplicatio, quâ DD. Parochus,
Æditui & Parœci SS. Coſmæ & Damiani à Natione petebant, vt ipſis pote-
ſtatem faceret æquandi ſolo ſumptibus ſuis monumentum quoddam Nationis,
quod in ipſorum Choro ſitum eſt, inſigniaque Nationis quæ dicto monumento
» hinc inde affixa ſunt, In alio conſpicuo loco erigendi: atque hoc eam ob cau-
» ſam ſe petere ſunt profeſſi; quod prædictum monumentum frequentem & de-
» coram Fidelium Sanctiſſimæ Euſcariſtiæ perceptionem non mediocriter impe-
» diret ac turbaret. Natio Conſtantiſſima nullius rei rationem tantopere ac diuini
» cultus habendam cenſens, ipſorum DD. Parochi & Ædituorum arbitrio per-
» miſit, vt dictum monumentum, ſiue ſolo æquarent, provt in ſupplicatione pe-
» tunt, ſiue alium in locum honeſtum transferent, eorum tamen conſcientiam
» hac in re onerando, *vt nihil contra ius & dignitatem defuncti vel Nationis ipſius*
» *committatur.* Eâ inſuper additâ lege, vt dicti DD. Parochus & Æditui litteras à
» Tabellione publico ſignatas Nationi afferrent, quibus profiterentur ſe hoc
» Nationis Beneficium agnoſcere; idque ipſi Nationi in poſterum non obfutu-
» rum. Voluit etiam vt non ſolum huius concluſionis, ſed & ſupplicationis & di-
» ctarum litterarum exemplar libro Procuratoris inſereretur.

Ad huiuſce Fundationis confirmationem facit illud quod ſcribit M. Simon Simſon Decanus & Procurator eiuſdem Nationis ad an. 1588. fuiſſe nimirum Scamnum Nationis in dextro chori latere, eiuſdemque Procuratorem primum locum in Eccleſia ſolitũ occupare. Cum verò anno prædicto iubente Hamiltone tunc Curione amotum fuiſſet ſcamnum, quod erat argumentum patronatus & præſeſſionis, ob idque lis fuiſſet intentata; tandem ipſi Nationi conſultius viſum eſt ad redimendam vexationem, honoremque priſtinum retinendum, in commodum fabricæ extructionemque Preſbyterij pecuniæ ſummam elargiri, quàm lite importunâ contendere. Res ergo ita ſe habet in ijſdem Commentarijs.

» Item quia controuerſia ſuborta erat inter Ædiles ipſius Eccleſiæ SS. Coſ-
» mæ & Damiani, necnon etiam Curionem de Scamnis dictæ Nationis de ſua ſede
» antiqua amotis & de præeminentia dictæ Eccl. & inter Procuratorem Decanum,
» alioſque dictæ Nationis Magiſtros. Placuit Nat. ad redimendam vexationem
» *Iuſque ſuum in perpetuum priſtino more retinendum*, vt è bonis & vectigalibus ſuæ Ma-
» tris Præceptores Magiſtrique dictæ Nationis in honorem Dei & B. Mariæ Virgi-
» nis elargirentur Fabricæ eiuſdem Eccleſiæ, vel ſaltem Domus ipſius Curionis
» quæ penitus paulo ante corruerat in Vigilia S. Mathæi 50. aureos ſolares hiſce
» conditionibus, nempè *vt in perpetuum Procurator dictæ Nationis habeat præemi-*

nentia

nentiæ ius in ea Eccleſia, eatque primus & in Proceſſionibus & ad oblationes, cæteraque «
honorifica Eccleſiæ munera. Deinde vt Scamna è ſuis locis amota reportentur col- «
locenturque vbi ante à dextro latere ſummi altaris clauis ferreis muro fuerant «
alligata, vt ibi in perpetuum maneant, nec poſſint ab vllis vnquam ab eius tem- «
pli parietibus diuelli. «

3. Vt ab iiſdem Curione & Ædilibus aperiantur feneſtræ inter ipſa Scamna «
& ſummum altare vt poſſint commodè & ſine vllo impedimento Magiſtri di- «
ctæ Nationis è ſuis ſedibus videre Diuina è manibus Sacerdotis celebrari, nec «
claudantur vnquam aliquo obſtaculo, quin poſſint aperiri quotieſcumque di- «
ctæ Nationis Magiſtri ſolennibus alijſque Sacrificijs vel oblationibus inte- «
rerunt. «

4. *Vt locus inter dicta Scamna & ſummum altare ſemper & in perpetuum rema-* «
neat pro ſepultura Magiſtrorum dictæ Alemanicæ & Scoticæ Nationis, nec poſſit alienum «
cadauer in id ſpatium ſiue priuatum eius Societatis ſepulchrum vlla ratione inferri. «

Poſtremò vt Inſignia dictæ Nationis ſculpantur, pinganturque in omni- «
bus ſingulis operibus; vt parietibus, ianuis, imaginibus, &c. Quæ ex dicta ſum- «
ma 50. aureorum & aliorum qui dabuntur dictis Ædilibus & Curioni in Diuinos «
vſus in perpetuum. Vt agnoſcant omnes dictæ Nationis erga eandem Eccleſiam «
quem ſemper habuit pium affectum & benefaciendi ante omnes alios ejuſdem «
Parœcos voluntatem: vt patet in contractu inter Nationem, & dictos Curio- «
nem & Ædiles conſcripto ab Iacobo Chapelain & Socio Notariis an. Dom. «
1588. menſe Iulio. Sig. Simon Simſon Procurator & Decanus Nationis cum «
Syng. «

Ex iis ergo liquet in ea Eccleſia Nationem Anglicanam ſeu Germanam ab omni æuo habuiſſe & retinuiſſe *iura* vt vocant, *honorifica*, ſed & inſuper memorabile eſt, quòd in eadem Eccleſia ſuam habebat ciſtam Natio, & quam habet etiamnum & in ciſta quidquid habebat pretioſius & ſacrum magis, cuius cum an. 1347. amiſſa fuiſſet clauis, placuit eidem Nationi duas fabricari, earumque alteram Curioni tradi, non tanquam Domino rerum in ea conditarum, ſed tanquam cuſtodi: vt ante dictum eſt. 2. Quod poſtquam Monachorum Patronatus ad Vniuerſitatem tranſijt, vacantis Curiæ, conſtitutus eſt an. 1361. prædictus M. Albertus de Saxonia, ejuſdem Nationis Philoſophiæ Profeſſor Emeritus & Rectorius. Vnde non ſine ſingulari Dei prouidentia factum crediderim, vt illi Curiæ Natio prædicta plures Curiones præfecerit, quàm vlla Facultatum aut Nationum cæterarum, vt pote cuius ſumptibus & beneficiis omnino credibile eſt extructam fuiſſe Eccleſiam.

In Comitijs diei 23. Septemb. ejuſdem anni, ſcribente M. Godefrido Cayphe de Pruſſia Wormacienſis Diœceſis eiuſdem Nationis Procuratore, *fuit facta recommendatio Vniuerſitatis ad Cardinales nouos, videlicet ad D. Cancellarium Regis Franciæ, & apud D. Cluniacenſem Abbatem, nempè Audoenum de Rocca Burgundum tit. S. Marcelli.*

Item. *Electus fuit in Proniſorem Domus Sorbonicæ D. Cardinalis Cancellarius Regis Franciæ pro tunc exiſtens.*

Item 11. *die menſis Octob. fuit electus in Rectorem Vniuerſitatis M. Petrus de Luca Nationis Gallicanæ. Et eodem die ſupplicatio antiqui Rectoris erat conceſſa de Bacalario.*

Eodem anno die 18 Nouemb. habitis Comitijs Facultatis Artium condita ſunt ſtatuta quædam ad diſputationes in vico ſtramineo fieri ſolitas pertinentia. De quibus ſic ſcribit M. Guill. Buzer Procurator Nationis ſupra memoratæ. *Fa-* «
cta Congregatione Facultatis die & loco vt ſupra, Ordinatum erat concorditer, «
quod quædam littera ibidem ordinata, de modo ſcilicet incipiendi Diſputatio- «
nes Magiſtrorum & Scholarium cum habitu decenter, de Magiſtris & Scholari- «
bus legentibus priuarè; nec non de Scholaribus in vico ſtraminis Scholarum «
feneſtris adſtantibus Lectiones Magiſtrorum audiendo, in vico ſtraminis le- «
geretur. «

Eodem anno menſe Decembri poſt Feſtum B. Luciæ electus fuit in Rectorem M. Gobertus de Monte-Beraudi, cui dimicandum fuit aduerſus Collectores nouarum Impoſitionum, qui iis Vniuerſitatem teneri contendebant; licet

illa ab omnibus ſubſidijs qualibuſcunque & quantiſcunque à Regibus impetraſſet. Eodem Rectore cum Innocentius Pontifex in Academia Toloſana Theologicam Facultatem iiſdem donaſſet Priuilegiis, quibus gaudebat Pariſienſis, Vniuerſitas interceſſit, vt legitur in antiquo libro Rectoris.

Anno Dom. 1361. die Iouis poſt Feſtum B. Luciæ Virginis Gobertus de Monte-Berandi electus fuit in Rectorem Vniuerſitatis, & habuit multa agere pro Impoſitionibus: & ſuper eo quod in ſua Rectoria Papa conceſſit villæ Toloſanæ vnam Facultatem Theologiæ, cum tot & conſimilibus Priuilegijs, quot & quæ habet Vniuerſitas Pariſienſis: quod nec Toloſæ nec alibi niſi Pariſius aliquis Papa voluit concedere pro quocunque Mundi.

Teſtatur Continuator Hiſtoriæ Martini Poloni à prædicto Pontifice fundatum fuiſſe Collegium S. Martialis in Academia Toloſana. *In Toloſa etiam, vbi à principio ſtuduerat, fundauit notabile Collegium Pauperum Scholarium, quod S. Martialis voluit appellari. Pro cuius dotatione multa bona expoſuit à Deo ſibi data.*

Die 19. menſis Martij, eiuſdem anni, more Gallicano, electus eſt in Rectorem M. Dionyſius Flatonis Nat. Gall. Diœceſis Meldenſis. Quo Rectore Præpoſitus Pariſienſis, qui abſente & detento Rege detrectauerat eatenus in leges Academiæ iurare, iurauit tandem in Capitulo FF. Prædicatorum poſt habitum ſermonem ad populum, vt legitur in antiquo libro Rectoris. *Anno Domini 1361.* die 19. Martij fuit electus in Rectorem M. Dionyſius Flatonis de Baredis Meldenſis Diœceſis: in cuius Rectoria licet plura acta fuerint, tamen ob memoriam futurorum hoc factum in eiuſdem Rectoria eſt hîc inſertum: videlicet, quod quamuis Præpoſitus nouus Pariſienſis vocatus fuiſſet pluries ad Congregationem Generalem cauſâ iuramenti ſoliti faciendi, cum finaliter anno quo ſuprà & 13. menſis Iunij dictus Præpoſitus iurauit punctualiter ſigillatim & dearticulatè omnes articulos; & quidquid in noſtro Priuilegio Regio continetur; quamuis pluries recuſaſſet, præſentibus ad hoc in Capitulo FF. Prædicatorum poſt ſermonem, quoad Theologos M. Ro. de Corb.

Eodem Rectore cum Collegia pro more luſtrarentur à ſelectis Academiæ Proceribus, Conſtantinopolitanum in vico *ſine Capite* ſupra Aquarium plateæ Maubertinæ inuentum eſt adeò ruinoſum, vt in eo Scholares morari & habitare non auderent. Itaque cum de cellis & ædibus, ſi quæ reſtabant adhuc integræ, diruendis conſilium agitaretur, M. Ioannes de Marchia, paulò ante Rector Vniuerſitatis, eas certo pretio conduxit ad nouem annos, pollicitus ſe illas refecturum. Quam in rem confectum eſt publicum inſtrumentum, quod infra referimus.

Collegium Conſtantinopolitano-Marchianum.

1362. DE Collegio Conſtantinopolitano diximus ad annum 1206 & quæ ſit Fileſaci de eius fundatione fundationiſque cauſa, opinio, retulimus. Alij verò & forte verius illud à Petro Epiſcopo Aſtenſi & Patriarcha Conſtantinopolitano fundatum, & ita denominatum volunt, qui anno 1286. ab Honorio IV. ea dignitate donatus eſt, niſi dicamus illum priorem fundationem nouorum Scholarium Diœceſis Aſtenſis nouorumque redituum acceſſione locupletaſſe. Vt vt ſit, cum longæua vetuſtate prope collapſum eſſet, illud M. Ioannes de Marchia inſtaurauit. Hinc Collegium iſtud *Parua Marchia* dici cœpit. Extat inſtrumentum an. 1362. confectum quo permiſit ei Vniuerſitas ab Yuano Lombardo Scholaſtico illud conducere ad nouem annos.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium, ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Omnipotenti Deo, vniuerſali prouiſore, & prudentia, quæ teſte Philoſopho, eſt recta ratio agibilium, ſuadentibus, ac multùm fide dignis noſtræ Vniuerſitatis pluries nos incitantibus & deprecantibus, *quatenus Domos & Collegia ad noſtram Vniuerſitatem prædictam pertinentia viſitaremus, aut viſitare faceremus ad finem, quo bonum Commune eiuſdem Vniuerſitatis ſeruaretur, ac prædicta Domus & Collegia ad vtilitatem Magiſtrorum & Scholarium tam præſentium quàm futurorum*

Digitized by Google

ſuluarentur, Nos qui prædictis ſuaſionibus, incitationibus & deprecationibus « annuere volentes, tanquam iuri conſonis & rectâ ratione regulatis, *nedum ſe-* « *mel, imò plures per diuerſos Deputatos Domos prædictas & Collegia voluimus & feci-* « *mus viſitare, & in melius reformare: inter quas Domum Conſtantinopolitanam, quam* « *ſolebat inhabitare M. Dominicus de Clauaſio, ſitam in vico ſine capite iuxta plateam* « Mauberti ſpecialiter viſitari fecimus per venerabilem virum M. Dionyſium « Flatonis pro tunc noſtræ Vniuerſitatis prædictæ *Rectorem*, vnà cum diſcretis « viris, dilectis noſtris MM. Gerardo de Veruino in Theologia, Ioan. de Freſ- « neyo in Decretis Doctoribus, Nicolao de Argentolio pro prima vice & Guill. « de Otouzel pro 2. Magiſtris in Medicina, & Procuratoribus 4. Nationum à « nobis ſuper his deputatis. Qui factâ viſitatione prædictæ Domus nobis retule- « runt in plena Congregatione, quod prædicta Domus erat totaliter deſolata, « minans ruinam in ſe & ſuis partibus integrantibus, vt pote tectis, parietibus at- « que muris; & omnino non eſt ibi aliqua pars notabilis, quæ magnâ non indi- « geat reparatione. Exponentes nobis quod niſi bene citò apponatur remedium, « corruet, & in non Domum conuertetur; imò quod media pars murorum & pa- « rietum per Iuratos villæ præcipiebatur refici, aut ad terram proijci: in tantum « namque minatur ruinam dicta Domus, vt dicebant, vt nullus eam ſine vitæ pe- « riculo poterat inhabitare. His itaque auditis & dilecto noſtro M. Ioanne de « Marchia quondam noſtræ Vniuerſitatis Rectore ſupplicante, quatenus loca- « tionem dictæ Domus & pertinentiarum ſuarum vniuerſalium, quam fecerat « cum D. Yuano Scholare dictæ Domus vnico ſibi confirmaremus & ratificare- « mus, ſi eandem poterat facere; & ſi non, quatenus nos omnino authoritate « noſtra & pro bono Domus & futurorum Scholarium eidem ad certos annos « prædicto pretio locaremus, aut modo & forma quibuſcum prædicto D. Yuano « locauerat. Erat autem locatio prædictæ Domus à data huius litteræ vſque ad 9. « annos pro pretio annuatim decem librarum Pariſienſium. Ita tamen quod « prædictus M. Ioannes in principio pro Refectionibus & locagijs dictæ Domus « ſuam concedebat & exponebat pecuniam. D. verò Yuanus eidem pecuniam « poſitam & expenſam in ſingulis locagijs & terminis defalcabat & defalcare de- « bebat. Si tamen contingeret eundem Magiſtrum Ioannem plus reponere in « Refectionibus dictæ Domus, quàm Reditus locagiorum prædicti tantum aſ- « cendant, liceret eum tenere Domum vltra terminum aſſignatum ſecundum aſ- « cenſum pecuniæ pretio ſupradicto. Nos præmiſſis conſideratis prædictam ſup- « plicationem tanquam prædictæ Domui vtilem conceſſimus, & concedimus, « dictam locationem confirmando & ratificando, imò ſi opus eſt noſtra autho- « ritate, eundem ſupplicantem & ſuos hæredes in poſſeſſionem prædictæ Domus « & pertinentiarum eiuſdem durante dicto termino conditionibus prætactis ob- « ſeruatis tanquam ſpecialem cuſtodem & Procuratorem ponimus & inſtituimus « per præſentes, volentes eundem M. Ioannem in poſſeſſione eiuſmodi defen- « dere & tueri, & nullo modo contra hoc venire per nos aut alios publicè vel « occultè, præcipientes omnibus Suppoſitis noſtris ſub pœnis Canonicis, ne con- « tra eiuſmodi locationem veniant quomodolibet in futurum, aut prædictum « accipientem in ſua poſſeſſione turbent vel inquietent durante termino præli- « bato. Damus tamen Deputatos qui prius fuerunt ad videnda & fienda in præ- « dicta Domo, & ad ſtatuendum circa huiuſmodi reparationes quod videbitur « expediens: & placet Nobis, & volumus quòd per dilectos noſtros prædictos « Deputatos aut ſolum per M. Dionyſium Flatonis (Rectorem) prædictum, & « Iacobum Bedellum aut alterum ipſorum fiat Miſſa vna cum prædicto Mag. « Ioanne ad finem, quod quotieſcunque nobis videbitur expediens, nobis aut « prædictis Deputatis vel alijs reddatur compotus expenſarum pro prædicta do- « mo & neceſſarijs ad inhabitandum eam per prædictum Accipientem factarum. « In cuius rei teſtimonium *Sigillum noſtræ Vniuerſitatis Magnum* præſentibus litte- « ris duximus apponendum. Datum in noſtra Congregatione Generali apud « S. Mathurinum anno Domini 1361. 19. die menſis Iulij præſentibus venerabi- « libus & diſcretis viris MM. Nicolao de Danville & Simone Freron in Theolo- « gia, Reuerendo in Chriſto Patre Ioanne de S. Dionyſio & Heberto de Alſel- « lis in Decretis, Nicolao de Argentolio, Guill. De Otouzel prædictis in Medi- «

» cina, Odoardo Pylleti & Iacobo Iuuenis in Artibus Doctoribus ac Magiſtris, » Iacobo de Pauilione, Ioanne de Aſſiaco & Alano Bedellis vnà cum pluribus » alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

» Et ego Iacobus Coquelin Trecenſis Diœceſis, publicus Apoſtolicâ & Impe- » riali autoritate Notarius Curiæque Pariſ. Iuratus, quia dictæ locationi, ſeu » eiuſdem locationis confirmationi & ratificationi, & omnibus & ſingulis alijs » præmiſſis, dum ſic agerentur & fierent, vnà cum prædictis teſtibus præſens in- » terfui, huic ſcedulæ per alium ſcriptæ me ſubſcripſi, ſignumque meum ſolitum » vnà cum ſigillo Vniuerſitatis prædictæ appoſui requiſitus ſpecialiter & rogatus, » in teſtimonium præmiſſorum, anno & die prædictis, Indict. 15. Pontificatus » ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac D. D. Innocentij diuina prouidentia Papæ VI. » anno 10.

In tergo verò prædicti Inſtrumenti, quod eſt Vniuerſitatis, M. Guillelmus de Marchia Ioannis nepos iubet fieri contractum Conductionis cum Yuano Lombardo, qui Scholaris ſeu Burſarius erat vnicus ipſius Collegij, Sicque loquitur. » Fiat littera iuxta formam litteræ præſentis quâ Ego Guillelmus de Marchia » conueniam cum D. Yuano Lombardo Scholare vnico Domorum Conſtanti- » nopolitanarum, ſecundum quod continetur in præſenti littera, quod haberem » Domum principalem, in qua iam inhabito & aliam Domum iuxta ſupra pla- » team Mauberti ad imaginem noſtræ Dominæ, vſque ad 9. annos incipientes » à feſto B. Ioannis Baptiſtæ anni 64. conſideratis reparationibus quas fecerat » auunculus meus M. Ioannes de Marchia in principali Domo, quæ erat 60. » librarum vel circa; & conſideratis omnibus arreragijs reditnum, qui aſcende- » bant quaſi ad 15. libras. Conſideratis etiam quod tempore 9. annorum durante » Ego ſoluam omnes cenſus qui vſque ad 3. annos aſcendunt vſque ad 15. libras » quolibet anno, & deinceps ſemper ad 14. libras annuatim. Conſideratis etiam » decem libris quas ipſe tenetur ponere in reparationibus durante toto termino, » & ſi plus ponit, reſtituetur eidem in fine termini, aut tenebit Domum eo plus. » Et hoc ſupplicauerunt ambæ partes confirmari & ratificari per Vniuerſitatem. » Et ſuper hoc fuerunt dati Deputati, ſcilicet MM. Gerardus de Veruino in » Theologia, Ioannes de Freſneyo in Decretis, Petrus Lupi in Medicina cum » D. Rectore, ſcilicet M. Ioanne Riemenſtorp, vnà cum Procuratoribus. Qui » Deputati viſitauerunt Domos. Qua viſitatione relata, in Congregatione Ge- » nerali placuit omnibus quod ita eſſet & fieret littera Vniuerſitatis ſuper hoc » ſibi & heredibus ſuis & habentibus cauſam de eo. Datum in Congregatione » Generali apud S. Mathurinum anno Domini 1363. 15. Decemb. in præſentia » Rectoris prædicti & aliorum, & Bedellorum cuiuſlibet Facultatis.

Decretum verò Vniuerſitatis ſuper ea re factum tale eſt.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis *Rector & Vniuerſitas* Magiſtrorum & » Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino ſempiternam. Notum fa- » cimus vniuerſis, quorum intereſt aut intereſſe poterit in futurum, quod anno » ab Incarnatione Domini 1363. die 15. menſis Decemb. in plena Congregatione » Generali Magiſtrorum 4. Facultatum, Theologiæ videlicet, Decretorum, » Medicinæ & Artiſtarum in Capitulo S. Mathurini Pariſius ex iuſſu & mandato » venerabilis & diſcreti viri M. Ioannis de Riemenſtorp tunc dictæ Vniuerſitatis » Rectoris congregatorum & vnitorum, perſonaliter conſtituti venerabiles & » diſcreti viri M. Guillelmus de Marchia nepos defuncti bonæ memoriæ M. Ioan- » nis de Marchia, ac D. Yuanus Lombardus Scholaris vnicus Conſtantinopoli- » tanus, ac gubernator ſolus & in ſolidum Domorum Pariſius ſituatarum in pla- » tea Mauberti in vico, qui dicitur ſine Capite, ad Scholares Conſtantinopoli- » tanos pertinentium, aſſeruerunt quod dudum dictus diſcretus M. Ioannes de » Marchia, vnam illarum Domorum in dicto vico ſituatam in fundo dicti vici, » contiguam Domui D. Venborda & Maiorum ſub certo pretio, modo & for- » ma, prout in quibuſdam litteris ſigillo Magno Vniuerſitatis ſigillatis, ac ſigno » & ſubſcriptione *Iacobi Coquelin* Notarij publici continetur, dictæque Domus » magnis reditibus & arreragijs eorum redituum eſſent oneratæ, nec bono modo » poſſent ſuſtentari nec retineri; imò omnimodam ruinam pati, niſi per dictam » Vniuerſitatem ac Deputatos in eadem remedium feſtinum apponeretur. Et

cum dicti M. Guillelmus & D. Yuanus in certo pretio conueniſſent ſpecialiter "
pro præcipua Domo dicta, *ad Imaginem B. Mariæ* faciente conum ſuper di- "
ctam plateam Mauberti in modum qui ſequitur & formam. Videlicet quod "
dictus M. Guillelmus tenebitur dictas Domos vſque ad finem 9. annorum inci- "
pientium in feſto B. Ioannis Baptiſtæ an. 1364. ſoluendo omnia arreragia, quæ "
debentur pro reditibus dictarum Domorum; quæ arreragia aſcendunt ad ſum- "
mam 15. librarum Pariſienſium vnà cum reditibus ſeu Cenſibus, ad quos tenen- "
tur Dominis & pluribus perſonis. Qui quidem cenſus aſcendunt vſque ad 3. "
annos ad ſummam 15. librar. pro quolibet anno, & deinceps pro quolibet an- "
no ad 14. libras Pariſienſes vnà cum hoc quod dictus M. Guillelmus tenebitur "
ponere in dicta Domo pro reparationibus eiuſdem 10. libras Pariſienſes duran- "
te dicto termino 9. annorum. Et in caſu quod plus per eundem ponetur, ei- "
dem reddetur in fine dictorum 9. annorum, aut dictas Domos teneret & inha- "
bitaret pro rata illius pluris ibidem poſiti per eundem M. Guillelmum. Qui-
bus quidem ſic expoſitis & accerſitis per dictos M. Guillelmum & Yuanum,
per eoſdem concordatum extitit, *quatenus omnia & ſingula ſic propoſita Mater* "
Noſtra Vniuerſitas ratificare & confirmare dignaretur, Et ſuper his litteris ſigillo "
Magno dictæ Vniuerſitatis concedere ſigillatas de gratia ſpeciali. Super qui- "
bus ſic propoſitis & ſupplicatis dati fuerunt Deputati ad inquirendum & refe- "
rendum ſuper his veritatem, venerabiles & diſcreti viri DD. & Magiſtri in "
Theologia videlicet Gerardus de Veruino, Ioannes de Freſneyo in Decretis, "
Petrus Lupi in Medicina, vnà cum dicto Rectore & 4. Procuratoribus Vni- "
uerſitatis ſupradictæ. Qui quidem Deputati ſæpius ſuper locum congregati "
& vniti viſitatione dictarum Domorum diligenter factâ & ſuper omnibus ve- "
ritate inquiſitâ retulerunt in plena Congregatione Generali illa quæ inuicem "
ordinauerunt, & quod pacta quæ inter ſe fecerunt dicti M. Guillelmus & D. "
Yuanus erant ad vtilitatem & commodum dictarum Domorum & Scholarium, "
quorum ſunt & erunt dictæ Domus in futurum; & quod ſi hæc non fierent, "
illæ maximam tenderent in ruinam. Quibus ſic per dictos Deputatos relatis & "
auditis poſitoque vnà cum alijs per dictum D. Rectorem in deliberatione dicto- "
rum Magiſtrorum, deliberatione ſuper omnibus habitâ diligenti, omnibus at- "
tentis & conſideratis, quod quæ per dictos Deputatos dicta fuerunt & relata, "
cedunt ad vtilitatem, bonum & honorem tam Domorum quàm Scholarium "
quorum ſunt & erunt dictæ Domus in futurum, & ideo dictam ſupplicationem "
modo & forma, quibus per dictos M. Guillelmum & Yuanum ſupplicatum ex- "
titit, concedebant. Dicta hæc fuerunt Pariſius anno, die, menſe & loco qui- "
bus ſupra, in quotum omnium fidem & teſtimonium *Sigillum Magnum noſtræ* "
Vniuerſitatis præſentibus litteris eſt appenſum. "

Finito autem Conductionis tempore, cum nullus Burſarius prædicti Colle- "
gij ſupereſſet, cum quo poſſet iniri Contractus, ipſa Vniuerſitas præfato M. "
Guillelmo de Marchia eiuſque heredibus illud certâ penſione annuâ certiſque "
legibus addixit in formam contractus Emphytheotici: quam in rem confectum "
eſt inſtrumentum ſequens anno 1374. "

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum "
& Scholarium Pariſ. ſtudentium ſalutem in Domino ſempiternam. Officij "
noſtri debitum exequimur, dum in ſubditorum & membrorum noſtrorum "
commodis in quorum proſperitate proſperamur, quantum eſt nobis poſſibile, "
aſſiduâ ſollicitudine penſamus. Cum igitur Domus exiſtentes in vico ſine Ca- "
pite in fine plateæ Mauberti, propre Bucheriam parui Pontis, quas poſſide- "
re & inhabitare ſolebat defunctus Magiſter Dominicus de Clauaſio Magiſter "
in Artibus & in Medicina, tempore quo Pariſius reſidebat, ad nos pertinere di- "
gnoſcantur ex diſpoſitione & ordinatione bonæ memoriæ Domini Petri Aſten- "
ſis dudum Patriarchæ Conſtantinopolitani. Qui provt relatione fide digno- "
rum didicimus, Collegium Scholarium de Diœceſi Aſtenſi, ſeu propinquiori- "
bus partibus dictæ Diœceſis inibi ordinare propoſuerat & fundare, ſed fato "
conditionis humanæ præuentus omnimodè propoſitum non impleuit. Ac ad "
ipſas Domos, propoſitum & intentionem dicti Reuerendi Patris olim acce- "
ptus eſt per nos dictus Magiſter Dominicus de Clauaſio. Et poſt eius mortem "

» vltimò D. Yuanus de Nouaria Preſbyter pro tunc Scholaris Pariſ. de dicta
» Diœceſi Aſtenſi ſeu propinquioribus partibus exiſten. Verum quia citrà de-
» cennium non comparuit de parribus illis, qui Domos prædictas requireret &
» iam præ nimia vetuſtate & aquarum maxima inundatione dictæ Domus quam
» plurimum debilitaræ minantur de proximo ruinam & caſum, Nos earum de-
» ſtructioni quæ nobis cederet in deriſum, occurrere cupientes, diligenti tra-
» ctatu ſuper hoc in plena congregatione noſtra generali pluries iterara tam
» per venerabilem virum Magiſtrum Ioannem de Roncuria runc dictæ Vniuerſi-
» tis Rectorem, quàm per venerabilem virum Magiſtrum Guillelmum Gorrey
» ipſius ſucceſſorem. Ad hoc ſpecialiter reperita maturo ac concordi habito
» conſilio & aſſenſu communi omnium noſtrûm, ad finem debitum delibe-
» rauimus & concluſimus provt in ſimilitudinibus ex antiqua conſuetudine poſ-
» ſumus prædictas Domos ad Cenſum, redditum ſeu Emphytheoſin perpetuam
» fore tradendas, dimittendas & concedendas. Depuratis igirur à nobis in plena
» congregatione noſtra generali ad hoc facta venerabilibus & circumſpectis vi-
» ris Magiſtris Nicolao de Lamis in Theologia, Herueo Caſſiori pro prima vice
» & Ioanne de Chempieu pro ſecunda in Decretis Doctoribus, Petro Lupi pro
» prima vice & Thoma de ſancto Perro pro ſecunda, in Medicina Magiſtris vnà
» cum venerabili viro Magiſtro Ioanne de Roncuria runc dictæ Vniuerſitatis
» Rectore pro prima vice & quatuor Procuratoribus quatuor Nationum, ac
» venerabili viro Magiſtro Guillelmó Gorrey poſtmodum Rectore pro ſecunda
» ſupradictis iuraris noſtris, vocatiſque ſpecialiter ad hoc Magiſtris Michaële Mo-
» rei, Falcando Flatōnis, Latomis & Martino Regnaldi Carpentarore in villa
» Pariſienſi Iuratis ad hæc & ſingula taxanda, dicti Deputati & Iurati diligenter
» & cum maxima deliberatione pluries Domos prædictas viſitauerunt & conſide-
» rauerunt diligenrer, qui poſt huiuſmodi diligenrem viſitationem in plena con-
» gregatione noſtra generali retulerunt ſub eorum Iuramenris & provt fuerat
» ſibi commiſſum, & dictas Domos taxauerunt ad viginti libras Pariſ. annuas
» computatis & incluſis in dictis viginti libris, 14. libris, in quibus dictæ Domus
» certis Cenſuarijs ab antiquo in cenſu ſeu redditu perpetuo obligatæ ſunt & te-
» nentur, ſic tamen quod hoc anno præſenti centum libræ Turonen. per acci-
» pientem in prædictarum Domorum reparationem ponantur & conuertantur.
» Hac igitur raxatione per dictos noſtros Deputatos & Iuratos præfatos in dicta
» congregatione noſtra generali factâ & per nos approbatâ & ratificaiâ, matu-
» rius adhuc ſuper hoc intendentes prædictas Domos poſiras & taxaras ad vigin-
» ti libras Pariſ. annuas & conditione centum librarum Turonenſium ponenda-
» rum, vt prædicirur, in earum reparationem, proclamari fecimus ſolemniter
» & publicè ſubhaſtari in Sermonibus generalibus & Scholis publicis ſecundum
» morem & conſuerudinem in caſu ſimili hactenus obſeruatos. Et quia in fine pro-
» clamationum & ſubhaſtationum prædictarum nullus apparuit, qui dictam ſum-
» mam 20. libr. dare vellet, dilectus noſter Magiſter Guillel. de Marchia Magi-
» ſter in Artibus & Baccalaureus in Decretis Domos prædictas pro dictis 20. lib.
» ſibi per nos tradi & concedi cum inſtantia requiſiuit. Dictas igitur Domos vi-
» delicet duas exiſtentes in dicto *vico ſine Capite* & aliam retro exiſtentem *in vico*
» *Perdito* conriguam alteri dictarum duarum ac Domui, quæ fuit Domini de
» Amboiſia pro viginti libris Pariſ. perpetui cenſus ſiue redditus annuatim ſol-
» uendis, videlicet 14. libris Pariſ. Cenſuarijs quibus debentur ab antiquo, &
» nobis ſeu cauſam habentibus à nobis provt Iuris diſpoſirio compatitur, ſex lib.
» Pariſ. annis ſingulis in quatuor rerminis Pariſ. conſuetis *conuertendus in vſus pau-*
» *perum Scholarium iuxta dicti Reuerendi Patris deſiderium & mentem.* In noſtra con-
» gregatione generali nobiſque ſpecialiter propter hoc per venerabilem & diſ-
» crerum virum Magiſtrum Guidonem Guerini dictæ Vniuerſitatis Rectorem
» vocatis & congregatis ad ſtatuendum & ordinandum de Domibus ſupradictis,
» poſiroque in deliberatione per eundem Rectorem per modum expedientis ma-
» turáque & diligenti deliberatione ſæpius per nos ſuper hoc habitâ pro meliori
» & expedienriori deliberauimus, concluſimus & decreuimus eidem Magiſtro
» Guillelmo & eius heredibus in perpetuum rradendas, adcenſandas, mittendas,
» & deliberandas; dictaſque Domos eidem Magiſtro Guillelmo & eius heredi-

bus cauſamque habentibus & habituris ab eo pro dictis viginti libris Pariſ. ſin «
gulis annis modo & forma ſuperius annotatis ſoluendis ex noſtra certa ſcientia «
quaſi res pauperum Scholarium inſtituendorum pietatis affectu in perpetuum tra- «
didimus, adcenſauimus, dimiſimus & deliberamus, tradimuſque, adcenſa- «
mus, dimittimus & deliberamus in perpetuum per præſentes. Verum quia «
prædictus Magiſter Guillelmus dictas Domos, vt inquilinus ſeu Conductor à «
nobis per certum tempus inhabitauit, & pro certa Penſione ſecundum for- «
mam & tenorem certarum litterarum *ſub magno ſigillo noſtro* ſuper hoc confe «
ctarum prout nobis pluries apparuit euidenter, ac idem Magiſter Guillelmus «
per tempus, quo vt præfertur eas inhabitauit, in reparationibus neceſſarijs & «
vtilibus dictarum Domorum expoſuit vltra Cenſum ſeu redditum & Penſio- «
nem per eum continuè exſolutos, 127. libras cum ſex ſolidis Pariſ. monetæ cur- «
rentis, prout ſuper hoc certiorati debitè fuimus, in congregatione noſtra ge- «
nerali per venerabiles & circunſpectos viros MM. Ioannem de Roncuria tunc «
Rectorem, Gerardum de Veruino Pœnitentiarium Eccleſiæ Pariſ. Nicolaum «
de Lamis in Theologia, Herueum Caſtrioti in Decretis Doctores. Petrum «
Lupi in Medicina, Magiſtros ſupradictos vnà cum 4. Procuratoribus 4. Na- «
tionum, per nos ad hoc ſpecialiter Deputatos, qui dictas Domos viſitauerunt «
& co[m]pota dicti Magiſtri Guillelmi viderunt & receperunt poſt examinatio- «
nem [di]ligentem, quas miſias ſibi promiſeramus reddere & ſoluere bona fide, «
ſeu ſ[al]tem ei permittere dictas Domos inhabitare, donec de dicta ſumma 127. «
lib. [c]um 6. ſolid. Pariſ. de Penſione ſeu Locagio dictarum Domorum eſſet ſibi «
ple[na]riè ſatisfactum, prout ex dictarum litterarum *ſub magno ſigillo noſtro con-* «
fectarum tenore ſibi per nos traditarum clarè patet, ne pactionem noſtram vi- «
deamur in aliquo infringere, prædictam ſummam 127. lib. cum 6. ſolidis. Pariſ. «
volumus & concedimus per præſentes eidem Magiſtro Guillelmo debere ſe- «
cundum formam quæ ſequitur & tenorem. Dictus Magiſter Guillelmus, eius «
heredes ſeu cauſam habentes aut habituri ab eo, Nobis aut Scholaribus per «
nos Deputandis nihil ſoluet, donec dicta ſumma 127. lib. cum 6. ſol. Pariſ. ſibi «
debita fuerit totaliter acquittata: quo facto dictas ſex libras nobis aut Scho- «
laribus Deputandis à nobis ſoluet annis ſingulis vt ſuperiùs eſt expreſſum. Ad «
hæc autem omnia facienda, tenenda & inuiolabiliter ſeruanda obligauit ſe no- «
bis præfatus M. Guillelmus, ſuos heredes, bona ſua vniuerſa, præſentia & fu- «
tura, & ſuorum hæredum quorumcunque, vbicunque fuerint & ſub quacun- «
que Iuriſdictione poterunt reperiri. Et ea omnia prędicta & ſingula promittimus «
ſibi firmiter & ſtabiliter perpetuò tenere, quantùm cum Deo poterimus & de «
Iure tenebimur nec contra venire per nos aut ſucceſſores noſtros in futurum, «
& ſibi garantizare aduerſus & contra quoſcunque ſub hypotheca & obliga- «
tione omnium bonorum noſtrorum dictæ Vniuerſitati communium præſen- «
tium & etiam futurorum. Acta fuerunt hæc & conceſſa Pariſius in noſtra con- «
gregatione generali apud ſanctum Mathurinum per dictum venerabilem virum «
M. Guidonem Guerini dictæ Vniuerſitatis Rectorem celebrata anno Domini «
1374. 22. die menſis Apr. Promiſit nihilominus ac ex abundanti dictus M. Guillel- «
mus de Marchia dictas Domos in perpetuum tenere & teneri facere in bono & ſuf- «
ficienti ſtatu tam per ſe, quàm per ſuos heredes cauſamque habẽtes aut habituros «
ab eo, taliter quod Cenſus ſeu redditus in quibus dictæ Domus nobis & alijs vt «
ſupra dicitur obligantur, plenè & debitè perſoluantur, omnibus ſingulis in fu- «
turum ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum ſuorum & heredum «
cauſamque habentium ſeu habiturorum ab eo vt etiam ſuperius eſt expreſſum. «

Sic ergo Collegium prædictum è Conſtantinopolitano factum eſt Marchianum, manſitque tale ad annum vſque circiter 1410. quo M. Brevinus de Winvilla Magiſter in Artibus & Baccalarius in Decretis, Executor Teſtamentarius prædicti M. Guillelmi de Marchia emptis ab Abbate & Conuentu S. Vincen tij Siluanectenſis Domibus in vico San-Genoueſiano ſitis, Collegium aliud ædificari curauit, Marchianumque appellati voluit. Et quia ipſe quoque reditus & cenſus de ſuo addidit non mediocres ad ſuſtentationem *pauperum Scholarium*, idem Marchiano-Winuillæum dictum eſt, cui hocce tempore quo ſcribimus, feliciter præeſt M. Ioannes *Mercier* Baccalaureus Theolo-

Digitized by Google

gus, vir Rectorius, magno animo ſinceroque præditus, ac meritis ingentibus & conſpicuis notus in Academiam; cuius operâ factum eſt, vt acta plurima & inſtrumenta mihi deſcriberentur ad honorem fundatorum & Hiſtoriæ noſtræ ornamentum.

Hîc verò, vt te obiter moneam, Lector, corrige quod ſcripſi ad an. 1206. vbi de Collegio Conſtantinopolitano & Marchiano, fuiſſe ſcilicet duo Collegia contigua, Marchianum & Winvillæum: vnum enim idemque eſt, ſed à duobus fundatoribus dotatum. Et ne forte pereant huiuſce Duplicis fundationis monimenta, accipe inſuper ſequentia duo Inſtrumenta quæ ab Herouvallio mibi fuerunt communicata.

„ IOANNES miſeratione diuina Patriarcha Conſtantinopolitanus Admini-„ ſtrator perpetuus Eccleſiæ Pariſ. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſal. in „ Dom. & in eodem ſinceram charitatem. Libenter ea annuimus quæ Dei Ec-„ cleſiæ profectum afferunt pietatiſque opera concernunt & ſaluti animarum „ proſpiciunt. Sanè exhibita nobis pro parte venerabilium virorum MM. Beu-„ vini de Winvilla Magiſtri in Artibus & Baccalarij in Decretis vnici Teſtamen-„ tarij ſuperſtitis defuncti M. Guill. de Marchia in Ducatu Barrenſi Licentiati in „ Decretis Aduocati in Curia Eccleſiaſtica Pariſius dum viuebat, necnon Ioan-„ nis Bouveti, Ioan. Churnelli & Petri Bequillardi Magiſtrorum in Artibus au-„ toritate ordinaria ſubrogatorum loco aliorum defunctorum cum prædicto M. „ Beuvino dicti M. Guill. de Marchia Executoris petitio continebat, quod du-„ dum præfatus M. Guill. de Marchia in vltima ſua voluntate de qua conſtat per „ ſuum vltimum teſtamentum, voluit & ordinauit, quod debitis clamoribus & „ alijs ſuis legatis perſolutis de reſiduo bonorum ſuorum fieri & fundari vnum „ Collegium, ſeu Congregationem ſex pauperum Scholarium aſſumendorum, „ videlicet 4. de Marchia in dicto Ducatu, vnde duxit originem, & 2. de Villa „ de Roſerijs ad Salinas in Ducatu Lotharingiæ in qua pluribus annis curam „ habuit animarum, necnon vnius Magiſtri in Artibus Preſbyteri pro regimine „ dicti Collegij eorundemque Scholarium eruditione & introductione in ſcientia, „ honeſta vita & bonis moribus, & pro celebrando ſingulis ſeptimanis ter in „ Capella quæ iam propter hoc ordinata eſt. Voluit inſuper quod huiuſmodi „ Magiſter pro ſalario, pœna & labore ſuo de burſa communi & valore Collegij „ qualibet ſeptimana habeat & percipiat 12. ſolidos Pariſ. Et quilibet dictorum „ Scholarium ſex ſimiles ſolidos Pariſienſes, prout hæc in ſerie dicti Teſtamenti „ plenius continentur. Quodque tam Teſtamentum quam ſubrogati ad execu-„ tionem voluntatis dicti Teſtatoris vnà cum prædicto M. Beuvino ſuperſtite „ poſt eius deceſſum ſuo tempore & loco proceſſerant & domum quam inhabita-„ bat dictus Teſtator dum viueret ſitam in vico ſine Capite, vulgariter dicto „ *d'Amboiſe* cum ſuis iuribus & pertinentijs pro Collegio huiuſmodi deputa-„ uerunt, cæteraque omnia bona & ſingula tam mobilia quàm immobilia illi de-„ putauerant, ordinauerant & irreuocabiliter dederant iuxta poteſtatem ſibi „ attributam. Et prout eadem petitio ſubiungebat, præfatus M. Beuvinus pio & „ ſalubri ductus affectu dum vitam in humanis agit ſe Creatori ſuo, quantum „ fragilitas ſinit humana per opera pietatis reddere obſequioſum cupiens pro ani-„ mæ ſuæ parentumque & Benefactorum ſuorum remedio, recedendo ab omni „ alio propoſito & conceptu quod ſuper hoc aliàs conceperat certis ex cauſis „ quaſi fundator dicti Collegij primò erecti ex dicta ordinatione præfati M. „ Guill. de Marchia cuius fuit Compatriota & ſuæ vltimæ voluntatis Executor, „ & in vita tanquam fratrem & ſocium ſpecialiter dilexit, in memoriam huiuſ-„ modi amicitiæ, & quia aliàs ſic ſibi placet, voluit & ordinauit, vult & ordinat „ in dicto Collegio ſuis expenſis fundari, poni & adiungi alijs vnum Capellanum „ qui in Capella dicti Collegij pro ipſo vt præfertur quater celebret ſingulis ſe-„ ptimanis, & ſex Scholares aſſumendos de villâ dicta Winvilla in dicto Ducatu „ Barrenſi de qua ipſe M. Beuvinus extitit oriundus aut de villis proximioribus, „ volens nihilominus numerum Scholarium huiuſmodi augeri ſi pluribus bona „ ſua poſt eius deceſſum ſuppetere valeant, & in eodem Collegio moraturus eſt „ expenſis ſuis & voluit dari & ſolui dicto Capellano qualibet ſeptimana 8. ſoli-„ dos Pariſ. & cuilibet dictorum ſex Scholarium, ſex ſimiles ſolidos Pariſ. quos

vult

vult & ordinat recipi, leuari & exſolui de & ſuper reditibus, valoribus, locagijs «
domorum & alijs bonis ſuis quibuſcunque quæ propter hoc ſpecialiter obligat, «
ſummittit & hypothecat, quemadmodum aſſeruerunt conſtare per tenorem cu- «
iuſdam publici inſtrumenti & quod ſuper his omnibus erant per eos delibera- «
tione prius habita cum expertis in talibus ordinata & compoſita, certa ſtatu- «
ta & ordinationes in ſimilibus fieri conſueta: quare cum inſtantia ſupplica- «
bant huiuſmodi pias voluntates Collegijque erectionem, Capellæ ordinatio- «
nem ac contenta in eis & omnia & ſingula inde ſecuta autoritate noſtra ordi- «
naria rata & grata haberi, eaque laudari, confirmari & approbari cum Decreti «
ſolemni interpoſitione. Nos certificati de omnibus & ſingulis præmiſſorum «
ac conſtito de Statutis & Inſtrumentis de quibus ſupra inferius & ſucceſſiuè «
deſcriptis, huiuſmodi pias voluntates, Collegij erectionem & dotationem, ſta- «
tutorum ordinationem & quæcunque inde ſecuta laudamus, ratificamus, & «
approbamus roboreque confirmationis & patrocinio communimus. Sig. Guy- «
rieti Notar. «

Item. Sequuntur, Statuta, Ordinationes Inuentaria & Aſſignationes redituum pro fundatione Dotatione, & Completione præmiſſorum tam per dictos Magiſtros Guill. de Marchia & alios ſuo nomine quàm etiam Beuvinum de Winvilla facta & facta.

Nouerint Vniuerſi præſentes pariter & futuri, quod cum bonæ memoriæ «
defunctus *M. Guill. de Marchia* in Ducatu Barrenſi Aduocatus in foro Eccle- «
ſiaſtico cupiens temporalia in ſpiritualia, tranſitoria in æterna & terrena in «
cœleſtia bona felici commercio commutare, volenſque præterea de bonis «
ſibi à Deo collatis aliqua ad Dei laudem ſuæque animæ necnon animarum pa- «
rentum & benefactorum ſuorum ſalutem elargiri, pro ſalubrique ductus pro- «
poſito, zelo quoque Domus Dei accenſus in ſuo teſtamento ſeu vltimâ vo- «
luntate, cuius venerabiles Magiſtros & amicos ſuos, *Ioan. de Bello monte*, *Ioan.* «
Rolandi, Heruæum *Rouſſelli*, Ioan. *de Marſonno*, Adam *de S. Amando*, Petrum «
Ioſeph, *Nicolaum de Gondricuria* & M. *Beuvinum de Winvilla* Executores con- «
ſtituit & voluit quod tres aut duo de ipſis, videlicet Heruæus Rouſſelli, Ioan. «
de Marſonno & Adam de S. Amando omnia poſſint ſine alijs executioni de- «
mandare & quod alij nihil poſſint ſine ipſis tribus aut duobus & voluntatibus «
ipſorum, & inter cætera ſpecialiter & expreſsè ordinauit reſiduum omnium «
bonorum ſuorum mobilium pariter & immobilium tam Pariſius quàm alibi- «
vbicunque exiſtentium perſolutis certis alijs legatis in eodem teſtamento con- «
tentis conuerti *in Fundationem & inſtitutionem certi Collegij ſeu Congregationis pau-* «
perum Scholarium ſecularium Pariſius ſtudere volentium, voluitque ac expreſsè or- «
dinauit in eodem Collegio poni & inſtitui ſex Scholares Burſarios, quorum 4. «
ſint de villa de Marchia in Ducatu Barrenſi, de qua villa ipſe defunctus extitit «
oriundus, & duo de villa de Roſerijs in Ducatu Lotharingiæ, aſſignaueritque «
cuilibet dictorum Scholarium pro qualibet ſeptimana ſex ſolidos Pariſ. volens «
nihilominus numerum augeri, ſi ſuorum bonorum facultas ad hoc ſuppeteret. «
Ordinaueritque inſuper cum dictis Scholaribus vnum Magiſtrum in Artibus «
aſſumi ſufficientem & idoneum pro regimine dicti Collegij & ipſorum Burſario- «
rum Scholarium eruditione tam in ſcientia quàm in moribus. Qui quidem Ma- «
giſter de facto ſit Sacerdos, & qualibet ſeptimana in Capella ſeu Oratorio Col- «
legij tres Miſſas habeat celebrare, duas de requiem & aliam de noſtra Domina, «
& quod idem Magiſter qualibet ſeptimana pro ſuis burſis recipiat 12. ſolidos «
Pariſ. Hinc eſt quod piè legatis in Teſtamento prædicti teſtatoris perſolutis & «
nondum ſtatutis & ordinationibus pro regimine Collegij perfectis per dictos «
Executores qui omnes præuenti ſunt morte dempto præfato M. Beuvino «
quod nos Beuvinus ſupra nominatus ex dictis Executoribus per dictum Teſta- «
torem in ſuo Teſtamento nominatis & ordinatis ad dicti ſui Teſtamenti exe- «
cutionem ſolus ſuperſtes alijs 7. Executoribus ſupra nominatis ab hac luce ſu- «
blatis Ioan. Bonneti, Ioan. Churnelli & Petr. Bequillardi per Reuerendum «
in Chriſto Patrem ac D. D. Epiſcopum Pariſ. ſeu eius Deputatum ad hoc ſpe- «
cialiter Deputatum & Commiſſum ad ſupplicationem & requeſtam prædicti «
M. Beuvini loco prædictorum aliorum ſeptem Executorum defunctorum ſu- «

» brogati & commiſſi vna cum dicto M. Beuvino ſuperſtite cum illa clauſula,
» quod duo aut tres, quorum tamen vnus ſemper ſit prædictus M. Beuvinus
» quandiu vitam duxerit in humanis, poſſint perficere & complere omnia & ſin-
» gula quæ adhuc ex voluntate & ordinatione dicti Teſtatoris reſtant & rema-
» nent complenda & adimplenda piam dicti Teſtatoris voluntatem deſiderantes
» impleri, & ad eiuſdem executionem volentes procedere autoritate executoria
» Nobis in hac parte commiſſa pro regimine dicti Collegij ea quæ ſequuntur,
» ſtatuimus & ordinauimus.

» 1. Domum quam dictus Teſtator inhabitabat dum viuebat ſitam Pariſius
» *in vico ſine Capite*, ſiue *ſine buto* vulgariter dicto *d'Amboiſe* prope plateam Mau-
» berti cum omnibus ſuis appendicijs, iuribus & pertinentijs ad opus Collegij ſiue
» Congregationis Scholarium præfatorum perpetuò diſponimus, ordinamus
» ac deputamus *ipſamque Domum Scholarium de Marchia & de Winvilla in Ducatu*
» *Barrenſi intitulamus, nominamus & appellamus*, volumuſque ſtatuimus & ordi-
» namus ipſam ſic perpetuò intitulari, nominari & appellari, redituſque omnes
» prouentus, & alia bona tam mobilia quàm immobilia dicto M. Guillelmo dum
» viueret, pertinentia & quæcunque alia bona poſt deceſſum dicti Teſtatoris de
» bonis Executionis vel aliunde acquiſita ad opus ipſius Collegij, haberi & per-
» cipi diſtribuenda & diſpenſanda modo inferius contento eidem Collegio ſeu
» Congregationi huiuſmodi Scholarium irreuocabiliter damus, concedimus, aſ-
» ſignamus ac perpetuò applicamus. Quorum redituum, iurium prædictorum nec
» non appendiciarum & omnium bonorum immobilium dictæ Domus defuncti
» M. Guillelmi Inuentarium ſequitur factum ad requeſtam M. Beuvini de Win-
» villa Executoris dicti defuncti & M. Ioan. Bonneti, Io. Churnelli & M. Petri
» Bequillardi Executorum ſubrogatorum, necnon ad requeſtam M. Ægidij Han-
» debin Magiſtri dicti Collegij, D. Iacobi Porceleti eiuſdem Collegij Capellaui
» & cæterorum Burſariorum die 27. menſis Dec. 1422.

Subiungitur Inuentarium omnium bonorum & redituum: diuerſis articulis contentum. Item ſtatutorum. Et in fine ſic habetur.

» Finaliter autem has ordinationes & ſtatuta omniaque & ſingula in eis con-
» tenta per me Beuvinum & nomine meo factas & facta ego Beuvinus illas & illa
» volo, ſtatuo ac expreſſè ordino ex mea voluntate propria omnibus melioribus
» iure & modo quibus melius poſſum & debeo perpetuo & inuiolabiliter obſer-
» uari, teneri & compleri, quacunque reuocatione, caſſatione, reſtrictione vel
» adnullatione in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum per me vel alium ſeu alios
» nomine meo aut mei cauſa habentes iam facta vel in poſterum facienda mini-
» mè valituris. Deinde verò anno & die inferius annotatis perſonaliter in no-
» ſtrum Notariorum teſtiumque infra ſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum
» & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus prædictus M. Beuvinus Do-
» minici aliàs de Winvilla Preſbyter Verdunenſis Diœceſis commorans Pariſius
» coram Reuerendiſſimo in Chriſto Patre & D. D. Ioanne miſeratione diuina
» Patriarcha Conſtantinopolitano Adminiſtratore perpetuo Eccleſiæ Pariſ. præ-
» fato, qui cum nuper ſupplicaſſet eidem D. Patriarchæ quatenus Ordinationes &
» ſtatuta ſupraſcripta rata & grata habere ipſaque confirmare cum Decreti in-
» terpoſitione dignaretur, ipſeq; D. Patriarcha hujuſmodi ſupplicationibus fauo-
» rabiliter annuens rata & grata habuit illaque confirmauit prout in principio
» præſentium ſuarum litterarum ſeu præſentis inſtrumenti latius continetur, &c.

Sed de his ſatis. Hiſtoriæ noſtræ filum reſumamus, & ad annum 1362. vnde diſceſſimus, regrediamur. Die 24. Septemb. factâ Cungregatione Facultatis Artium ſuborta eſt rixa & contentio, neſcio quamobrem, niſi forte ob inrotulationem, vt vocabant, Nominatorum Nationis Gallicanæ, adeò vt vna pars appellauerit Facultatem, & à Facultate Vniuerſitatem. Qua de re ſic legitur in Reg. Nat. Angl.

Item eadem die (24. Septemb.) in eodem loco (apud S. Mathur.) factâ
» congregatione Facultatis vna pars Nationis Gallicanæ appellauit contra aliam
» ad Facultatem: *& aliæ 3. Nationes deliberauerunt illam appellationem nullam ſiue*
» *iniuſtam fore.* Die verò 28 facta Congregatione generali apud Prædicatores
» *appellauit* M. Odoardus Bileyt cum adhærentibus à Facultate Artium ad Vni-

uerſitatem. *Cuius appellatio reputata fuit nulla & irrita per totum quod Facultas Artium prius de eadem appellatione iudicauit.*

Conuenerat ea die 28 Septemb. Vniuerſitas apud Prædicatores Miſſam ſolennem celebratura pro defuncto Innocentio VI. cui poſt multas altercationes, contentiones & diſſenſiones Cardinalium ſucceſſit M. Guillelmus, Grimoardi Militis & Amphiliſiæ filius, in prima Iuuenta apud Montempeſſulanum litteris imbutus primoribus, qui deinde Toloſæ quadriennium Iuri Ciuili ſtuduit: Lutetiam poſtea profectus, in Theologia & Decretis factus Magiſter per 10. annos publicè legit. Vnde toti Curiæ Auenionenſi notus erat intimè. Fuerat autem primum Abbas S. Benedicti in Ciuitate Autiſſiodorenſi: deinde tranſlatus eſt ad Abbatiam S. Victoris Maſſilienſis. Abſens igitur electus, non Epiſcopus, non Cardinalis, ſed Abbas tantummodò, tuncque ad Ianam Siciliæ Reginam legatus: quamobrem de eo Petrarcha lib. 7. ſenil. præclarè his verbis ſolum Deum & neminem mortalium videri ipſum elegiſſe. Hic ergo factus Pontifex Vrbani V. nomen aſſumpſit. Fuit autem Magnus Canoniſta, vir iuſtus, zelator boni communis, promotor litteratorum, Reformator ſtudiorum, Amator bonorum, fundator in Montepeſſulo duorum Collegiorum, S. Germani & S. Vedaſti. Bononienſium & Pariſienſium Scholarum, quæ à priſtino ſplendore multùm defeciſſe videbantur, Reſtitutor & Reformator. Auenionem igitur ex legatione Sicilienſi perueniens pridie Kalend. Nouemb. electionem de ſe factam probauit, conſecratuſque eſt 8. Idus eiuſdem menſis.

Pavlo poſt ſuam conſecrationem mandauit Cancellario Pariſienſi vt duos Minoritas, Ioannem de Sparnaco, qui per ſexennium Sententias legerat in ſtudio Remenſi, admitteret ad eaſdem legendas in ſtudio Pariſienſi, & Dionyſium Soullechat: quam in rem legitur in Reg. Vaticano Epiſc. 270. & apud Vvadinghum ad hunc annum.

Vrbanvs Epiſc. S. S. D. Dilecto Filio Cancellario Eccleſiæ Pariſienſis Sal. & Ap. Bened. Viri ſacræ lectionis ſtudio dediti & in lege Dei eruditi ſub Religionis habitu famulantes fauoris Apoſtolici gratiam promerentur: eòque benignius decet honeſtis eorum deſiderijs annui, quò ex eorum profectibus major poteſt in Dei Eccleſiam vtilitas prouenire. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilecti filij Ioannis de Sparnaco, Cuſtodis Fratrum Minorum Ordinis Remenſ. petitio continebat, quod licet ipſe, qui in Remenſi ſtudio quod in ſacra Theologia ſolemne poſt Pariſienſe ſtudium reputatur, Principalis ſententiarum & Bibliæ lector per ſex continuos annos fuit ad legendum ſententias in dicto Pariſienſi ſtudio pro primo Curſu debito Prouinciæ Franciæ, de qua fore dignoſcitur, per dilectos filios Capitulum Prouinciale Fratrum dicti Ordinis ejuſdem Prouinciæ Franciæ juxta ipſius Ordinis morem nuper electus, & per dilectum filium Miniſtrum Generalem dicti Ordinis appobatus & confirmatus extiterit. Tamen quia dilectus Filius Dionyſius Soullechat dicti Ordinis Profeſſor, qui ſententias ipſas, quæ ordinariè leguntur in hieme, primo loco & curſu & ante omnes eorundem Ordinis & Prouinciæ Fratres legere poſſit, à Sede Apoſtolica, vt dicitur, litteras impetrauit, præfatus Ioannes in lectura huiuſmodi ad quam electus, vt præmittitur, extitit, & alijs quæ inde iuxta dictorum ſtudij & Ordinis Conſtitutiones ſequi conſueuerunt, impeditur. Quare pro ipſius Ioannis parte fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt prouidere ſibi ſuper his de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque præmiſſis, necnon laudabili teſtimonio, quod ipſius Ioannis magna ſcientia & honeſtate morum & vitæ, alijſque virtutum meritis apud Nos à fide digno multipliciter perhibetur, benignè penſatis, volentes eum propterea fauoribus proſequi gratioſis, ipſius Ioannis in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi ita eſt, eundem Ioannem ad legendum dictas ſententias in ipſo Pariſienſi ſtudio, in proximo æſtatis ſeu vacationis tempore recipias & admittas, ipſumque omnibus libertatibus & gratijs in dicto Pariſienſi ſtudio dictas ſententias in hieme legentibus conceſſis, facias ſine difficultate gaudere. Et demum poſt lecturam huiuſmodi eum ad Magiſterium in Facultate prædicta ſi ad hoc per examinationem tuam & aliorum,

» Magiſtrorum dicti ſtudij reperiatur idoneus, ſeruatis ſolemnitatibus conſuetis,
» prouidè promoueas, ac ſi hiemali tempore, & debitis curſu & Ordine ſenten-
» tias legiſſet eaſdem; ſtatutis & conſuetudinibus ſtudij, & Ordinis prædictorum
» contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Datum Auinione 17. Kal. Ian. Pon-
» tif. noſtri an. 1.

Eodem anno ſtatutum factum eſt ſeu potius innouatum de habitu Magiſtrorum in Comitijs & in Actibus ſolemnibus diſputationum: qualis autem eſſet Magiſtrorum habitus, in eodem ſtatuto exprimitur, nimirum Cappa vel Epitogium pellibus munitum, ſeu vt tunc loquebantur, foderatum. Tale autem eſt.

STATVTVM DE HABITV MAGISTRORVM.

» VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Rector & Vniuerſitas Magi-
» ſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino ſempiternam.
» Iuſtum eſſe cenſetur hos qui alijs præſident velut deputati ad eorum eruditio-
» nis Officium, maximè eorum Officium exercendo, ſeu quid commune pertra-
» ctando, aliquali decentiâ Habitus inſigniri. Cum igitur ex rei euidentia nobis
» appareat, quod nonnulli Magiſtri Congregationes Generales, & ſpeciales no-
» ſtræ Vniuerſitatis antedictæ Facultatumque & Nationum ſuarum Deputa-
» tiones ac diſputationes & alios Actus communes in ſuis mantellis foderatis aut
» duplicibus ingredi non abhorrent, & adſidere deliberando nobiſcum, maximè
» cum ipſi deberent eſſe ſpeculum aliorum & ipſis dare bonum exemplum: ex
» quibus poſſit graue contra Nos oriri ſcandalum in futurum. Hinc eſt quod Nos
» ſuper his prouidere cupientes, ſtatuimus & per modum ſtatuti volumus perpe-
» tuis temporibus ab omnibus obſeruari. Quòd de cætero Magiſtri cuiuſcun-
» que Facultatis aut Nationis exiſtant, ad Congregationes tam Generales quàm
» ſpeciales, Deputationes ac Diſputationes ac alios Actus communes accedent in
» habitu decenti, videlicet Cappa vel Epitogio longo vel breui foderato aut pal-
» lio, non in mantello qualitercunque foderato. Et ſi in alio habitu acceſſerint,
» voces eorum in prædictis Congregationibus, Deputationibus aut alijs Actibus
» communibus non cõputentur, & per Rector. noſtræ dictæ Vniuerſ. exire tenean-
» tur. Qui Rector per quemcunq; Magiſt. in dictis congregationib. & alijs Actib.
» communibus exiſtentem requiſitus per ſuum iuramentũ, eos inquirere teneatur,
» niſi ſit tale factum propter quod oporteat, totam Vniuerſitatem Magiſtro-
» rum Regentium & non Regentium, ac Scholarium Iuratorum congregari. Et
» pro defenſione & tuitione noſtrorum priuilegiorum deliberare. In quo caſu
» modum antiquum volumus obſeruari. Si quis verò cuiuſcunque Facultatis exi-
» ſtat, contra præmiſſa vel aliquid præmiſſorum quidquam attentare præſum-
» pſerit, à noſtra ſocietate ſe nouerit repellendum, donc ſatisfactione præmiſſa
» tota Vniuerſitas ipſum duxerit reuocandum. In cujus rei teſtimonium Sigillum
» noſtræ Vniuerſitatis præfatæ præſentibus litteris duximus apponendum. Da-
» tum in noſtra congregatione Generali apud Prædicatores Pariſius celebrata
» die 3. menſis Febr. an. 1362.

Eodem anno Magiſter quidam Ludouicus Theologiæ Profeſſor reuocauit publicè errores quoſdam quos publicè docendo ſparſerat, iubente Cancellario Pariſienſi & ſacræ Theologiæ Facultate. Hos autem reuocaſſe legitur in tomo Bibliothecæ Patrum.

ERRORES REVOCATI.

» PRIMÒ, probando primam partem primæ ſuppoſitionis arguitur ſic. Ad quod-
» libet nomen velle vel nolle reſpectu cujuſlibet producibilis ad extra ſequitur
» neceſſariò mutatio in voluntate perfecta.

» Deinde arguitur hypotheticè ſic. Si Deus de nouo aliquid vellet vel nollet
» ad extra, ipſe intrinſecè mutaretur. Igitur velle & nolle dicunt denominatio-
» nem intrinſecam. Et hæc fuit mens mea; per quod dixi in ſecunda probatione
» huius, quod tam velle & nolle Deus mutaretur intrinſecè, ſeu quod ſunt ope-
» ra vitalia: ſeu quia apud multos iſte modus loquendi, velle diuinum immutat
» voluntatem diuinam, ſignificat quod ipſe intellectus mutat, & non placet D.
» Cancellario & Facultati, quod de cætero in Diuinis tali modo quis vta-
» tur.

» DIXI in 1. Corollatio primæ ſuppoſitionis, quod licet perfectæ volunta-
» tis ſeu diuinæ eſſentiæ quodlibet intrinſecum ſit abſolutè neceſſarium ſecun-

Digitized by Google

dum ſuum eſſe reale, tamen eſt aliquid intrinſecus contingens, & non ſic ne- «
ceſſarium ſecundum intellectum quem facit tanquam Catholicæ fidei diſſo- «
num. «

Similiter illud quod dixi in 3. Corollario, quod ſtat Deum eſſe intrinſecè ali- «
qualem & ipſum poſſe non eſſe talem, & tamen ipſum eſſe talem immutabiliter, «
debet ſic intelligi; id eſt ſtat Deum aliquid velle ad extra, & ipsũ poſſe hoc nun- «
quã velle. Et tamen immutabiliter quod dixi in probatione huius, quod non eſt «
inconueniens, quod aliquid ſit Deus ſecundum ſuum eſſe reale, & tamen non ſit «
Deus ſecundum ſuum eſſe formale, debet ſic intelligi; id eſt quod aliquid ſit «
Deus realiter & tamen aliqua formali denominatione denominetur, quæ ſibi «
non competit præcisè quâ Deus, ſed ratione alicujus effectus. Vnde ſupradi- «
cti damnant hanc propoſitionem tanquam fidei diſſonam ſecundum intellectum «
quem facit; ſcilicet quod aliquid eſt Deus ſecundum ſuum eſſe reale & tamen «
ipſum non eſt Deus ſecundum ſuum eſſe formale. «

Item dixi in 9. Corollario, quod non ſtat intellectum perfectum co- «
gnoſcere vera contingentia, & illorum ad extra non eſſe productiuam volun- «
tatem. «

Item dixi in 10. quod perfectus intellectus ad eſſe peccati, vt peccatum eſt, non «
poteſt immediatè applicari cognoſcititio, & quod ex iſto ſequitur finaliter pec- «
catũ eſſe vel deformitatem animæ, non eſt propriè in aliqua veritate verum. *Pri*- «
mum eſt malè dictum & falſum: quia ad hoc ſequitur, quod Deus non cognoſ- «
ceret peccata, aut voluntatem Diuinam horum eſſe productiuam, quorum «
vtrumque eſt falſum; & ſecundum fuit aliàs condemnatum. Et alia Corolloria «
pro eo quod primo conueniunt, falſa ſunt & malè ſonant. «

In 2. Corollario ſecundæ ſuppoſitionis dixi quod ſtat aliquid eſſe actu mira- «
culoſum, & tamen in illo quod ſic actuat, nullam ponere perfectionem ſimpli- «
citer. Magiſtri noſtri iſtum modum loquendi non approbant, ſcilicet quod «
Deus actuetur, ſicut nec illum, quod Deus immutetur. «

Item in 3. 4. & 5. Corollariis, ſecundæ ſuppoſitionis dixi quod perfecta «
voluntas non intenſius diligit prædeſtinatum quàm diligat præſcitum. Et quod «
non plus intenſiuè diligit ſe, quàm diligat Diabolum in eſſe naturali. Non de- «
bui iſta dicere, quòd in auribus audientium malè ſonant & falſa ſunt, cum ſe- «
cundum Auguſtinum aliquid diligere ſit ei velle bonum. Et ideo intenſius dili- «
gere eſt ei maius bonum velle, & ita communiter intelligunt homines. «

Corollarium 8. fuit tale. Quælibet volitio, quâ Deus vult A eſſe, non mi- «
nus diſtinguitur formaliter à volitione quâ vult B eſſe, quàm Deus diſtinguitur «
à materiâ primâ realiter. Probaui per hoc, quia quælibet volitio quâ Deus «
vult A. eſſe; immensè formaliter diſtinguitur à volitione quâ vult B. eſſe. Corol- «
larium hoc eſt falſum. Probatio erronea, quia non eſt admittendum qualiter- «
cunque, quod in Deo ſint plura immenſa aut plura immenſa eſſe diſtincta. «

Corollarium 9. fuit nullum velle immenſum perfectæ voluntatis continet «
aliquid ad extra producibile, hoc eſt falſum. Quia velle Dei eſt cauſa rerum. In «
probatione autem Corollarij ſcripſi, quod ſi potentiæ volitiuæ Angeli, volitio «
Domini quæ eſt immenſa, eſſet actualis volitio; quod non reputo impoſſibile. Et «
tamen per huiuſmodi volitionem, &c. prædictum Corollarium nunquam puta- «
bam poſſibile, eſt erroneum: quia aliàs fuit reprobatum, ac etiam quidquid ex «
eo ſequitur, in quantum ex hoc ſequitur, eſt impoſſibile. «

In 3 Corollario 3. ſuppoſitionis, quod peccatum eſſe perfectâ voluntate Deus «
non poteſt immediatè nolle. Et in alio, quod peccatum non eſt immediatè odi- «
bile à perfecta voluntate. Iſta malè ſonant & diſcordant ſcripturæ & dictis San- «
ctorum. Hoc autem intuli ex duobus Corollariis, quorum vnum fuit, quod «
perfecta voluntas quicquid extrinſecus poteſt immediatè velle, poteſt imme- «
diatè nolle & è conuerſo. Aliud fuit, quicquid immediatè ipſa poteſt nolle, «
poteſt efficere; quæ applicata ad peccatum ſumptum & falſa ſunt & malè «
ſonant. «

Item 6. Corollarium fuit. Quodlibet extrinſecum perfectæ libertati ſeu «
voluntati æquè ab ipſa eſt odibile, ſicut diligibile & è contra. Hæc propoſitio «
eſt erronea & repugnare videtur voluntati Diuinæ. «

» Secunda Concluſio mea fuit euidentiæ ad contradictoria, intellectu Diuino
» formaliter immensè formaliter repugnant. Dixi in probatione, quod quælibet
» earum immenſa. Nunc dico quod illa Concluſio cum ſuis Corollariis & ſua pro-
» batione malè ſonat, quantum ad hoc deſignatur in Deo eſſe plura & immensè
» diſtincta. Quod jam fuit hoc & ſuperius reprobatum. Quantum etiam ad hoc
» quod dicitur, & immensè repugnant, malè ſouat: quia ad hoc datur intelligi,
» quia repugnantia ſit intrinſece in Deo.

In vetuſto Codice Anglicanæ Nationis legimus Epiſcopum Cenomanenſem 4. Beneficia obtuliſſe Vniuerſitati, ſingulis Facultatibus diſtribuenda. Facta
» Congregatione Generali die 6 Octob. apud S. Mathur ad audiendum quaſdam
» Litteras miſſas Vniuerſitati à D. Epiſc. Cenom. quibus litteris dictus Epiſcopus
» miſit Vniuerſitati 4. Beneficia pro qualibet Facultate vnum, & in Facultate Ar-
» tium Beneficium in eadem Facultate conferendum, collatum fuit M. Ioanni
» Ance nullo penitus reclamante.

Erectio Facultatis Theologicæ in Academia Bonon.

Ad eundem annum refert Sigonius erectionem Scholæ & Facultatis Theologicæ in Academia Bononienſi, cui Innocentius VI. pridie Kalend. Iulias, paulo antequam obiret, priuilegia attribuit, quæ in aliis ſtudiis Generalibus eidem Facultati ſunt attributa. Extat eius Decretum his verbis ſcriptum apud Sigonium lib. 3. de Epiſcopis Bononienſibus.

» Deuotionem eximiam quam populus & Commune Bononiæ erga Nos ha-
» buerunt & habere noſcuntur, attendentes, dignum exiſtimamus, vt Ciuitas ipſa
» quam Diuina gratia magnis donis & gratiis illuſtrauit, ſcientiæ Theologiæ Fa-
» cultatis muneribus amplietur. Ideo eorumdem populi & Communis ſupplicatio-
» nibus annuentes, authoritate Apoſtolica ſtatuimus vt in dicta Ciuitate deinceps
» exiſtat ſtudium Generale in eadem Facultate Theologica, & perpetuis futuris
» temporibus vigeat; ac ſtudentes ibidem in Facultate prædicta omnibus Priui-
» legiis, Libertatibus, & Immunitatibus conceſſis docentibus & Scholaribus ſtu-
» dentibus in illa, in ſtudiis Generalibus eiuſdem Facultatis commorantibus gau-
» deant & vtantur. Statuentes vt quoties aliqui in Theologica Facultate in eodem
» ſtudio fuerint magiſtrandi, præſententur Epiſcopo Bononienſi, qui pro tempo-
» re fuerit, vel eius vices gerenti; quem adhoc ipſe Epiſcopus duxerit ſpecialiter
» deputandum, ſeu Eccleſia Bononienſis Paſtore carente Capitulo ipſius Eccle-
» ſiæ, qui erit pro tempore, Vicario Generali.

1363. Anno 1363. obiit Ioannes de Meullant Epiſcopus Pariſienſis, cui ſtatim ſubſtitutus eſt M Stephanus Pariſienſis oriundus ex vico Vitriaco ad ripam Sequanæ & ad primum milliare ab Vrbe Lutetia, in Iure Canonico primum Doctor, Decanus deinde factus Eccleſiæ Pariſienſis, tum ex Decano Epiſcopus, ex Epiſcopo Cardinalis S. Euſebij.

Anno eodem die 25. Iunij M. Marcilius de Inghen Nouiomagienſis Philoſophiæ Profeſſor ſubſtitutus eſt M. Ioanni Scalpi in Subprocuratorem Nationis Anglicanæ, & hæc ſcribit de vtroque Apparitore ſeu Bedello. *Anno quo ſupra 1363. 15. Kalend. Aug. die S. Arnulphi Coenraerdus Superior Bedellus Nationis Anglic. diem ſuum clauſit extremum.*

» Item anno quo ſupra 13. Kal. Aug. factâ Congregatione Nationis Angl. apud
» S. Mathur electus eſt in Bedellum ſuperiorem prædictæ Nationis Ioan. de Tre-
» ueris per voces omnium Magiſtrorum ibidem exiſtentium, nullo penitus recla-
» mante. Et deliberauit Natio, quatenus die ſequenti celebrarentur exequiæ
» Bedelli mortui apud S. Seuerinum. Et ſupplicabat Natio Vniuerſitati, quatenus
» intereſſet & ceſſaret illâ nocte & de mane ſequente à lectionibus. Quod tres
» Facultates conceſſerant. Theologi verò ſoli contempſerunt. Artiſtæ de gratia
» non legerunt.
» Item facta Congregatione Nat. Angl. 11. Kal. Aug. Ioannes de Treueris
» prædictus nouiter electus in Bedellum jurauit Nationi prædictæ ſecundum
» conſuetudinem ab antiquo conſuetam.
» Item eodem die jurauit dictus Bedellus Vniuerſitati, & erat Congregatio
» Vniuerſitatis pro tunc apud S. Math. in die B. Mariæ Magdalenæ & ſimiliter
» Nationis
» Item ſupplicauit Ioannes de Treueris Bedellus ſupradictæ Nationis electus &

juratus quatenus ſibi Littera de hoc quod eſſet Bedellus à Natione prædicta præſtaretur. Quæ ſupplicatio à quolibet Magiſtrorum erat conceſſa.

Hæc eò appoſuimus, vt conſtet nihil antiqui illius moris hactenus immutatum in receptione Bedellorum. Defuncti verò vxor vocata eſt in ius apud Rectorem, vt in iiſdem Reg habetur.

Anno Domini quo ſupra in craſtino B. Mariæ Magdalenæ facta Congregatione Nat. Angl. apud S. Iulianum pauperem deliberatum erat concorditer per Magiſtros Nationis prædictæ, quod virga quam Coenradus bonæ memoriæ quondam prædictæ Nationis Bedellus, dum vixit, habuerat ſub vxore ipſius; ex parte Nationis prædictæ per Rectorem Vniuerſitatis acceptaretur, donec Natio finaliter ſciret an eſſet ſui an non.

Item anno D. quo ſupra factâ Congregatione Nationis apud S. Iulianum pauperem Natio dedit Deputatos ad audiendum mulierem ibidem *ad placitum coram Rectore Vniuerſitatis* pro tune citatam 5 Kal. Aug M. Hermannus de Saxonia & M. Ioan. Neue vnà cum Procuratore Nationis prædictæ, & propoſuit Natio mulieri quòd virga quam Coenradus prædictæ Nationis Bedellus, dum vixit, habuerat, ad Nationem prædictam ipſam pertineret, pro quo mulier leuatis digitis voluit jurare, ſed Natio non curans de eius juramento poſtquam incepit, dimiſit ei juramentum.

Item 2. propoſuit, quod Coenradus prædictus vnum pannum funeralem vel ad Prouinciam Alemanniæ pertinentem vel ad Nationem pro pecunia candelarum, quem Coenradus à Procuratore vel Prouincia, vel à Receptore Nationis integram leuauerat, reſpondebat mulier quod dictum pannum, pro duobus Francis obligatum libenter redimere vellet ad vſum Nationis, aut Prouinciæ.

Dic. . Septembris Rectori ante finem Rectoratus defuncto ſubſtitutus eſt in ſucceſſorem *M. Ioannes de Ricmenſtorp de Saxonia Anglicanæ Nationis.* Et ille ad ſuſtinendum ſuæ Dignitatis ſtatum in Comitiis ſuæ Nationis 5. die Octob. habitis petiit ſibi & futuris de eadem Natione Rectoribus 12. Florenos aſſignari: idque ei conceſſum, & concluſum vt in eam rem Procuratores noui, Receptores & Examinatores pro jucundo aduentu ſeu Bejania ad ea munera certam Burſam contribuerent.

Eodem Rectore die 18. Nouemb. ab eadem Natione & tota Facultate Artium decretum, vt Feſtum S. Edmundi deinceps cum Craſtino celebraretur. *De dubio celebrationis Feſti S. Edmundi & de eius Craſtino* die Martis poſt Feſtum S. Catharinæ facta Congregatione Facultatis, per Facultatem decretum fuit, quatenus de cætero in futurum præfatum Feſtum Nationis Anglic. cum Craſtino inuiolabiliter deberet celebrari. Et ſuper hoc inſtrumentum publicum fuit requiſitum.

Errores M. Ioannis de Calore.

Eodem anno M. Ioannes de Calore ſeu de Caloribus, Socius Sorbonicus, qui anno 1371. factus eſt Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis, admonitus & correctus à M. Grimerio Bonifacij tunc Cancellario & à ſacra Facultate Theulogica, recantauit quoſdam errores quos in Actu Veſperiarum poſuerat; eoſque reuocauit publicè coram ipſo Cancellario & Facultate. Tales autem ſunt, & eos ipſe ſic correxit: vt legitur in Bibliotheca Patrum.

Antequam deſcendam ad Concluſiones, habeo aliqua dicere. Quia in 1. Articulo mearum Veſperiarum poſui duas propoſitiones. Vnam ſcilicet, quòd ſummus Legiſlator Deus ipſe dignus eſt infinitis perfectionibus, quas nec habet, nec habere poteſt. Nunc dico quod iſta propoſitio malè ſonat: imò reputo eam in ſenſu Cathegorico falſam, quem ſenſum facit; nec in iſto ſenſu intellexi eam, ſed in ſenſu hypothetico; ſcilicet quod ſi eſſent infinitæ perfectiones imaginabiles, quas Deus non habet, adhuc eſſet dignus illis perfectionibus.

Eodem modo de 2. propoſitione. Scilicet quod infinitæ perfectiones ſimul in Legiſlatoris eſſentia ſunt dignitatis ad infinitas alias.

Item quia ex prædictis intuli hoc Corollarium. Scilicet quod dictus Legiſlator ſignificat ſe in carne ad ſuam aſſumptionem hypoſtaticam, intellexi, ſignificauit, id eſt, manifeſtauit.

Illud autem quod vltra addidi, ſcilicet quòd ſi aliàs non fuiſſet aſſumptus,

„ ſecundum hominem dignus eſſet, quia finiretur. Et illud pluries reïteraui.
„ Dico quod intellexi & protuli tanquam diſputabile. Nunc dico quod non eſt
„ diſputabile, & quod eſt falſum.
„ Item quia propoſui in mea Concluſione 3. articuli, quod ſubductâ præ-
„ rogatiuâ diſparis acceptionis veritatis ſub falſitate ſtaret vt verus cultor non
„ amplius quàm falſus mereretur. Et iſtum pluries reïteraui. Dico quod malè
„ ſonat, quia procedit ex vnâ ſuppoſitione impoſſibili. Aliquibus tamen poſſet
„ apparere poſſibilis.

Eodem anno F. Dionyſius Soullechat Minorita, de quo ante diximus, forſan ſubiratus ſummo Pontifici, quod ſibi in Magiſterij adeptione alter prælatus & præpoſitus fuiſſet, docuit publicè contra Decretalem Ioannis XXII. *Chriſtum & Apoſtolos nihil poſſediſſe, perfectionemque Euangelicam in carentia cuiuſcunque boni temporalis conſiſtere.* Quamobrem à Cancellario & à Facultate Theologica reprehenſus eſt, eiuſque error damnatus. A qua Cenſura, ne videretur in hæreſim prolapſus, Papam appellauit, ſed nec in Curia Pontificia feliciorem ſortitus eſt litis exitum: quippe præſentibus Magiſtris in Theologia huius & aliorum errorum Cenſuram ibidem proſequentibus & vrgentibus coactus eſt eoſdem reuocare anno 1365. vt ad illum annum pluribus referemus.

Promouentur aliqui Minoritæ ad Doctoratum.

Habemus quoque ex Regeſto Vaticano Ep. 185. apud Wadinghum ad hunc annum, Vrbanum Pontificem duos Magiſtros in Theologia, Minoritas ad Doctoratus gradum litteris Apoſtolicis promouiſſe aut promoueri mandaſſe, vnum Auenione nempe M. Montolinum, alterum Pariſijs M. Guillelmum de Prato. Prior Epiſtola eſt eiuſmodi.

„ Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Franciſco de Car-
„ daliaco Ordinis FF. Minorum in ſacra pagina Magiſtro in loco Fratrum dicti
„ Ordinis Auenionenſis in eadem pagina Regenti Sal. & Apoſtol. bened. Viri
„ ſacræ Religionis ſtudio eruditi ſub Religionis habitu Domino militantes fa-
„ uoris Apoſtolici gratiam promerentur, eoque benignius decet honeſtis eorum
„ petitionibus præbere aſſenſum: quo ex eorum profectibus maior poteſt in Ec-
„ cleſiam Dei vtilitas prouenire. Cum itaque ſicut accepimus, dilectus filius
„ Muntolinus de Croca de Aquis, Miniſter Prouincialis FF. Ordinis Minorum
„ in Prouincia Prouinciæ ſecundum dicti Ordinis morem apud nos de Religionis
„ zelo, litterarum ſcientia ac alijs multiplicium virtutum meritis fide dignorum
„ teſtimonio commendatus multis annis in quamplurimis Ciuitatibus legerit
„ Theologicam Facultatem & ſex annis in Maſſilia, Auenion. & in Montepeſſu-
„ lano Magalonenſis Diœceſis per ſex annos & alibi in ipſa Theologica Facul-
„ tate adeo diuina gratia fauente profecerit, quod dignè meretur in dictâ paginâ
„ honorem recipere Magiſtralem, fuit pro ipſius Montolini parte humiliter ſup-
„ plicatum, vt ipſum ad honorem dicti Magiſterij promoueri de benignitate
„ Apoſtolica mandaremus. Nos igitur de ſufficientia & idoneïtate ipſius Mon-
„ tolini ad hoc notitiam non habentes, diſcretioni tuæ, de qua in Domino fidu-
„ ciam gerimus ſpecialem, eidem Montolino ſi per tuam & aliorum Magiſtrorum
„ Facultatis prædictæ in Ciuitate Auenionenſi exiſtentium diligentem exami-
„ nationem, ipſum ad hoc ſufficientem & idoneum eſſe repereris, Magiſtralem
„ honorem & docendi licentiam ſeruatis conſuetudinibus Viennenſis Concilij
„ & alijs ſolemnitatibus in talibus conſuetis, & vt ipſe intra ipſum Ordinem &
„ extra quibuſcunque gratijs, priuilegijs, libertatibus, indulgentijs tam à Sede
„ Apoſtolica, quàm à prædicto Ordine Fratribus eiuſdem Ordinis *in eadem Theo-*
„ *logia Pariſius Magiſtratis*, conceſſis, vti & gaudere valeat: *ac ſi in Pariſienſi ſtu-*
„ *dio* huiuſmodi Magiſterium recepiſſet, authoritate Apoſtolica concedendi.
„ Non obſtantibus quibuſcunque, &c. Datum Auenione 3. Kalend. April.
„ Pontif. noſtri an. 1.

Idem Pontifex mandat Cancellario Pariſienſi vt admittat ad actus Magiſtrales in Vniuerſitate Pariſienſi F. Guillelmum de Prato.

„ Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Cancellario Pariſien-
„ ſi Sal. & Apoſt. bened. Religionis zelus, litterarum ſcientia, vitæ ac morum hone-
„ ſtas, &c. ſuper quibus apud Nos dilectus filius Guillelmus de Prato Ordinis FF.
„ Minorum Profeſſor & in ſacra Theologia Magiſter fide dignorum commenda-

tur

Digitized by Google

tur teſtimonio nos inducunt, vt ipſum Apoſtolicis gratijs & fauoribus proſequamur. Cum itaque ſicut accepimus, dictus Guillelmus, qui vt aſſerit, de Ciuitate Pariſienſi traxit originem, & in Vniuerſitate ſtudij Oxonienſis Cantuarienſis Diœceſis multis annis ſtuduit & legit in Theologica Facultate, & demum ibidem in ipſa Facultate docendi licentiam & Magiſterij ſuſcepit honorem, cupiat in Vniuerſitate Pariſienſis ſtudij eandem legere Facultatem & Patriæ ſuæ impendere quod alibi ſtudioſis laboribus acquiſiuit. Nos huiuſmodi eius deſiderium æquum & laudabile reputantes, ſuiſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Guillelmum ad legendum, determinandum, diſputandum & cæteros actus Magiſtrales exercendum in Facultate & Vniuerſitate ipſius ſtudij Pariſienſis ſupraſcriptis, proinde etiam authoritate noſtra liberè admittas & ab alijs admitti facias, ac ſi in ipſa Vniuerſitate Pariſienſis ſtudij Magiſtratus fuiſſet, eumque Vniuerſitati & conſortio Magiſtrorum Facultatis & Vniuerſitatis earundem aggreges & facias aggregari, &c. Datum Auen. 15. Kalend. Decemb. anno 2.

His acceptis litteris Cancellarius Vniuerſitatem conſuluit: qua de re ſic legitur in Codice Nationis Anglicanæ.

Item eodem die (3. Kal. Ian.) *facta fuit Congregatio Vniuerſitatis. In qua Congregatione per D. Cancellarium præſentabatur quædam Bulla in qua D. Papa conceſſit cuidam Magiſtro Magiſtrato in Theologia in Anglia de Ordine FF. Minorum, quatenus non obſtantibus Priuilegijs Vniuerſitatis regere poſſet in Facultate Theologiæ Pariſius. Quibus poſitis in deliberatione, deliberatum fuit in Facultate Artium quod darentur Deputati ad examinandum Bullas, & ad deliberandum qualiter poſtea eſſet procedendum.*

Eodem anno M. Nicolaus Oreſmius Magnus olim Collegij Nauarrici Magiſter in Vigilia Natiuitatis Domini Orationem habuit ad Vrbanum V. & Cardinales Auenione ſublimem & generoſam; quâ eos omneſques Prælatos Eccleſiæ acriter reprehendit, quod elatos nimis & faſtuoſos ſe gererent, diuitias & vanitates ſeculi potius quàm Chriſti paupertatem & Chriſtianorum ſalutem affectantes. Thema tale præmiſit. *Iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & Iuſtitia mea vt reueletur.* Iſaiæ 56. Et in ea concione octo poſuit ſigna Aduentus Chriſti. Primum fuit, deſolatio Imperij Romani. 2. Peruerſitas morum in Eccleſia. 3. Proportio nimiæ inæqualitatis, quia alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. 4. Faſtus Prælatorum. 5. Tyrannica Dominatio Præſidentum ſeu Paſtorum. 6. Promotio indignorum & vilipenſio Meliorum. 7. Tribulatio Policiæ ſecularium & commotio populorum. 8. Recuſatio correctionis. *Hoc autem,* inquiebat ille, *implebitur quando Prælati veridicos & ſcientificos habebunt inuiſos.*

Anno 1364. Carolus V. cognomento Sapiens Ioanni Patri, qui in Angliam regreſſus Londini obierat, ſucceſſit, inauguratuſque eſt Remis vnà cum coniuge Iana Borbonia 19. Maij. Princeps non litteratus quidem, ſed tamen litteratorum amantiſſimus, quos varijs operibus è Latino & Græco in Gallicum idioma vertendis ingenti præmio addicebat, vt notat Robertus Gaguinus in oratione ad Guidonem de Rupe-forti: in quâ poſtquam de vtilitate litterarum verba fecit, ſubiungit, *idque ſagaciter olfaciens Carolus V. cum & infantiam atque adoleſcentiam ſine eruditione altioris Diſciplinæ exegiſſe ſe doleret, ſummopere inſtituit plurimos in omni Diſciplina libros in vernaculam linguam conuerti, vt quod à Conſiliarijs hominibus latinè proferri audiret, id & legeret per ſe, & nullo admonitore comprehenderet.* 1364.

Inter cæteros verò Vniuerſitatis Pariſienſis Magiſtros vſus eſt opera M. Nicolai Oreſmij ſummi olim Regiæ Nauarræ Moderatoris in vertendâ Bibliâ ſacrâ, Ethicâ, Politicâ, librisque de cœlo & mundo.

Item M. Simonis Heſdini ad vertendum Valerium Maximum; Rodulphi Preſlæi, Corbichonis; Ioannis Golaini, aliorumque virorum Illuſtrium. Medicum habuit M. Geruaſium Chriſtianum, qui Collegio Geruaſiano vulgò *le College Maiſtre Geruais*, nomen dedit, quod inſtituit & fundauit. Et eodem tempore fundatum quoque ſeu reditibus dotatum Collegium Beluacenſe ſeu Dormanum à M. Ioanne Dormano Epiſcopo Beluacenſi tunc Franciæ Cancella-

rio. Huic Principi multum debere litteras ait Papyrius Maſſonius, quod Andegauenſem Academiam rogatu Ludouici fratris iiſdem priuilegijs ornarit, quibus Aurelianenſem Philippus Pulcher decorarat. Qua de re infrà.

Porro hunc Principem de more conuenit Vniuerſitas poſt inaugurationem, reuerſumque excepit oratione congratulatoria, ab eoque viciſſim excepta eſt benigniſſimè, vt retulerunt Rector & qui cum eo ad Regem iuerant, in Comitijs Generalibus apud Mathurin. habitis, vbi audita eſt *relatio quomodo Rex gratiosè recepit Vniuerſitatem & ſe Vniuerſitati recommendauit*, vt legitur in Reg. Nationis Anglicanæ.

Ibidem legitur conqueſtus Rector de Præpoſito Pariſienſi, qui nonnullos Magiſtros & Scholares veſtibus Academicis indutos detruſerat in carcerem aut detrudi paſſus fuerat. Quamobrem ad Comitia vocatus, iuramentum integrare, quod initio Præpoſituræ ſuæ præſtiterat, iuſſus eſt. *Alius Articulus fuit de Præpoſito Pariſienſi ſuper eo quod ceperat vel capi permiſerat Clericos Vniuerſitatis & Magiſtros cum habitibus ſuis & duci non ſemel ſed pluries in Caſtelleto: quod expreſſè eſt contra iuramentum dicti Præpoſiti & libertates Vniuerſitatis. Super quo fuit in poſterum facta Congregatio & vltimò Præpoſitus comparuit & multum ſe excuſauit pulcherrimis verbis & promiſit quod Seruientes qui etiam in Congregatione generali comparuerunt emendarent. Petijt eodem tempore & in eadem Congregatione Rector ex parte Vniuerſitatis à Præpoſito prædicto quod iuramento quod prius fecerat Vniuerſitati, renouaret, quæ Priuilegia lecta tunc in Congregatione ipſo & ſuis audientibus. Qui reſpondit quod aliqua continerentur in dicto Priuilegio quæ eſſent impoſſibilia fieri per eum.*

In eodem Codice legitur vltimâ die Iulij habitis Comitijs M. Simonem Theologiæ Doctorem ſupplicaſſe, vt quotannis liceret in Collegio Nauarrico ſacram Concionem ſeu ſermonem fieri recurrente feſto B. Ludouici. *Vltima die menſis Iulij facta Congregatione Vniuerſitatis ad S. Mathurinum ſupplicauit M. Simon Doctor Theologiæ commorans in Collegio de Nauarra pro ſermone habendo in eodem Collegio, quolibet anno in die B. Ludouici Regis. Et conceſſa fuit ſupplicatio eius.* Quis ille Simon? opinor cognominabatur *le Feron* aut *Freron*, eratque adhuc Collegij Magnus Magiſter an. 1373 cum dedicata eſt Capella.

In eodem Collegio tunc litteræ ſigillabantur communi ſigillo Vniuerſitatis, in Arca ſeruari ibidem ſolito. Vt in iiſdem Reg. legitur. *Fuit ſera fracta apud*
„ *Nauarram, & ſoluit Ioannes Bedellus 16. denarios pro reparatione*, hoc menſe April.
„ at die 4. menſis Iunij eiuſdem anni. Conuocati erant Procuratores in Collegio
„ de Nauarra ad ſigillandum. Et ego Procurator dictus (Theodoricus de Oy
„ Procurator Nat. Angl) *ibidem* interueni ex parte Nationis noſtræ ne ſigillarentur
„ litteræ vnius Decretiſtæ, cuius ſupplicationem Natio ſemper negabat.
„ Item 5. die menſis prædicti factâ congregatione ad S. Iulianum ego Procu-
„ rator prædictus Magiſtris Nationis prædictæ intimaui, qualiter ego ſupplica-
„ tionem prædicti Decretiſtæ interemi, ne ſigillarentur & ne ei traderentur.
„ Et quæſiui ego Procurator prædictus à Magiſtris Nationis prædictæ, vtrum
„ haberent ratum quod per me Procuratorem eſſet factum in negotio ſupradicto,
„ & omnes reſponderunt quod ſic. Imò intentionem eorum hanc fuiſſe ſemper
„ aſſerebant.

Ad hunc annum refert Wadinghus Quoſdam Minoritas ad Theologiæ Magiſterium promotos in varijs Academijs, Stephanum de Regula in Romana Curia per Doctores ab ipſo Pontifice Romano deputatos, Io. Albertionem in ſtudijs Monpeſſulano & Maſſilienſi Profeſſorem per Petrum Montolinum de Croca Miniſtrum Prouinciæ, Bernardum de S. Guillelmo Profeſſorem Monpeſſulanũ per Franciſcum de Cardalliaco Theologiæ Magiſtrum, Nicolaum Caſuchis de Agrigento Vniuerſitatis Pariſienſis alumnum in multis Generalibus ſtudijs Profeſſorem per Marcum Viterbienſem Miniſtrum Generalem, Philippum Zoritonem in Cantabrigienſi & Oxonienſi ſtudijs Profeſſorem per Franciſcum de Cardalliaco, Mathæum Solos Rotomagenſem Pariſijs & Remis per 20. annos librorum ſententiarum Expoſitorem per Cancellarium & Doctores Pariſienſes.

Collег. Monpesvlanvm. Circa hæc tempora Vrbanus inſtituit apud Monpeſſulum Collegium 12. Scholarium in Facultate Medicinæ ſtudentium, iiſque ſufficientes reditus

aſſignauit. Hic Pontifex plurimum incubuit in promotionem virorum Litteratorum, diciturque expenſis propriis aluiſſe in diuerſis ſtudiis ſtudioſos mille. Qua de re ſic habetur apud Continuatorem Martini Poloni. *Viros Litteratos valde dilexit, multoſque ex ipſis promouit & exaltauit, & vt daret cæteris addiſcendi materiam & opportunitatem, quandiu vixit in Papatu, ſuis expenſis tenuit in diuerſis ſtudiis mille ſtudentes; ex quibus cum aliqui jam erant prouecti, aut aliàs deficiebant, illorum loco alios continuò ſubrogauit. Libros neceſſarios tam eis quàm aliis pluribus quos ſciuit ſtudio eſſe intentos ipſiſque indigerent, etiam miniſtrauit. In Montepeſſulano vbi ſpecialiter ſolet vigere ſcientia Medicinæ, inſtituit vnum Collegium 12. Scholarium, qui ſtuderent in dicta Facultate & in ipſa haberent reſidere: pro quorum ſufficienti ſuſtentatione reditus certos acquiſiuit & ordinauit.*

Die 29. menſis Nouemb. in Rectorem electus fuit M. Guill. Buzer Anglicanæ Nationis, & Philoſophiæ Profeſſor, vt legitur in Reg. prædictæ Nationis.

Vniuerſitas Andegauenſis.

Eodem anno à Carolo Rege poſtulante Ludouico fratre Andium Duce, Vniuerſitas Andegauenſis iiſdem donata eſt Priuilegiis, quibus à Philippo pulchro fuerat Aurelianenſis. De quibus conſulendus Chopinus l. 1. de legibus Andium c. 55. n. 2. & eorum extant Tabulæ in Armario Scholæ, ſcriptæ Pariſiis an. 1364. menſe Iulio.

« Carolus Dei gratia Francorum Rex..... Notum facimus Nos omnia & ſingula Priuilegia, ſeu eis conſimilia, libertates, franchiſias, immunitates, gratias, ac etiam omnes alias quaſcunque libertates, priuilegia & franchiſias conceſſas ac donatas Studio Aurelianẽſi prædicto ac ſtudentibus in eodem retroactis temporibus à prædeceſſoribus noſtris Francorum Regibus de gratia ſpeciali, certâ ſcientiâ & plenitudine, poteſtate Regia commiſiſſe & donaſſe perpetuis temporibus ſtudio Andegauenſi, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis & Studentibus in eodem. Mandamus Seneſchallo vel Præpoſito Andegauenſi..... Datum Pariſiis an. D. 1364. menſe Iulij per Regem in Requeſtis ſuis, vobis D D. Epi copis Nannetenſi & Meldenſi, necnon Magiſtris P. de Rony, Ioanne Diuitis, Decano Nouiomenſi, Al. Capratij, Aimaro (Aymerico) de Maignaco, Philippo de tribus Montibus Requeſtarum Hoſpitij Magiſtris præſentibus. ſig. H. de Hac. »

Iiſdem litteris prædictæ Vniuerſitati Conſeruatores Regios attribuit Præfectum Regium, Vicarium Seneſchalci & Præfectum Minorem ſeu Iuridicum, qui de controuerſiis Magiſtrorum & Scholarium ſolida indiuiduaque poteſtate judicarent; quæ poteſtas conjuncta erat cum Ordinaria Iuriſdictione. At proceſſu temporis Vniuerſitas petiit à Rege ſibi dari proprium Conſeruatorem, non communem: quæ res agitata fuit in Senatu Pariſienſi, & auditis prædictis judicibus Regiis, tandem expedire viſum eſt nouum Magiſtratum attribuere, qui diſtinctum judicandi munus exerceret. Senatuſconſulto dato anno 1578.

Porro exercendæ Iuriſprudentiæ fuit hæc Vniuerſitas primum inſtituta. Deinde reliquæ diſciplinæ additæ à Carolo VII. anno 1433. is verò genius fuit ipſius, viros dare alti conſilij: quod elogium Codicillis Regis anno 1373. datis 4. Kal. Sextil. continetur. *Quod inter Regiones alias Regni noſtri Ciuitas Andegauenſis veluti fons ſcientiarum irriguus viros alti conſilij ſolet ab antiquo propagatione quaſi naturali prouidere.*

Ab antiquo, inquit, nam licet anno duntaxat 1364. fuerit Vniuerſitas illa inſtituta, longè tamen vetuſtius eſt Muſæum, in quo floruerunt olim famoſus Berengarius, Marbodus, Vlricus & poſt ſeceſſionem Magiſtrorum & Scholarium à Ciuitate Pariſienſi anno 1230. complures alij magni nominis; quamobrem Andium Comites plurima ei beneficia ante Vniuerſitatis erectionem irrogarunt, annis 1279 & 1289. quorum ſe exemplar habuiſſe ait Choppinus lib. 3. de Doman. qui ſe Andegauenſi Ciuitati tanquam patriæ debere fatetur ortum vitæ ac genium, vt Academiæ ingenium.

Anno 1365. cum Laïcus quidam è Suburbio San-Germano partem prati Clericorum aratro proſcindere auſus fuiſſet, ſemenque in terram miſiſſet, Vniuerſitas de tam inſolenti facto certior facta, in Congregatione generali Magiſtrorum tam Regentium quàm non Regentium apud Mathurinenſes ha- 1365.

De quodam irrimento Prati Clericorum.

bitâ à M. Ioanne de Dyodena Beluacenſi tunc Rectore decreuit *ſementem illam* extirpandam ac colligendam, eamque eadem die nimirum 3. Iulij extirparunt præſentibus Rectore prædicto & plurimis Magiſtris omnium Facultatum, quâ de re ſic habetur in antiquo libro Rectoris.

» Anno Domini 1365. die 3. menſis Iulij M. Ioanne de Dyodena Bellouacenſis » Diœceſis tunc temporis Rectore Vniuerſitatis Pariſienſis exiſtente fuit delibe- » ratum in Congregatione Generali Magiſtrorum Regentium & non Regentium » ad hoc ſpecialiter & per iuramentum conuocatorum apud S. Mathurinum ce- » lebratâ, quod quoddam bladum, quod fuerat à quodam laïco in villa S. Ger- » mani commorante ſeminatum, penitus colligeretur ſeu extirparetur. Quod eo- » dem die fuit executum, ſcilicet in quadam portione prati Clericorum præſen- » tibus venerabilibus & diſcretis viris Dominis & Magiſtris prædicto Rectore. » M. Roberto de Corbeia, M. Ioanne de S. Marco, M. Ioan. de Corbolio Car- » melita, Priore S. Bernardi, M. Amando Fratrum Minorum cum multis alijs » tam Scholaribus quàm Religioſis Doctoribus in Theologia. Item in Decretis » M. Ioanne de Freſneyo cum multis alijs. Item in Medicina M. Petro Lupi, M. » Ioanne de Louanio & M. Valerando cum multis alijs. Item in Artibus 4. Pro- » curatoribus, M. Dionyſio Flatonis, M. Odoardo Villeti, ſeu Billeti, M. Ni- » colao de Sueſſione & M. Ioanne de Crelero, vel Crelo, M. Nicolao de Falur- » dur, M. Nicolao Ionglet, M. Io. Bouchaim, M. Thoma Durandi, M. Thoma » Meille, M. Michaële Wiſtom, M. Marcilio & M. Guill. Buſerij cum valde » multis Magiſtris omnium Nationum & Scholaribus omnium Facultatum.

Errores M. Dionysii Soullechat revocati.

Eodem anno F Dionyſius Soullechat Minorita reuocauit publicè quoſdam articulos erroneos in Diſputationibus ſolemnibus, quos Auenione pariter præſente Vrbano V. reuocarat. Scedulam autem Reuocationis talem conſcripſit, & ſacro Theologorum Ordini obtulit, prout habetur in 4. tomo Bibliothecæ Patrum.

» Reuerendi Domini mei & Magiſtri dixi aliqua in principio meo Sententia- » rum, quæ in nonnullorum auribus malè ſonuerunt, & ex cauſâ. Ego veritate » coactus & ex ordinatione *Reuerendi Patris D. Cancellarij Pariſienſis ac Facultatis* » *Theologiæ Magiſtrorum, tanquam Eccleſiæ & dictæ Facultatis Theologiæ humilis fi-* » *lius*, ipſa dicta in præfato principio meo malè poſita corrigo ſub hac forma.

» Quia 3. Concluſio Articuli 4. fuit hæc, quod hæc benedicta, imò ſupra be- » nedicta lex & dulciſſima videlicet lex amoris de qua loquitur, omnem auſert » proprietatem & dominium. Probaui, quia non quærit vindictam, quia patiens » eſt 1. Corinth. 13. non groſſiſſimi cordis, quia patiens eſt doloris proximi.

» Item non eſt ambitioſa quantum ad honores Non quærit quæ ſua ſunt quan- » tum ad temporalia. Vnde Gloſſa. *non æmulatur, id eſt non inuidet*, quia non eam » aliena contriſtat felicitas, ſed alterius bonum diligit vt ſuum. Prædictam Con- » cluſionem reuoco tanquam falſam, erroneam & hæreticam, quia Chriſtus & » Apoſtoli illam legem perfectiſſimè tenuerunt, & adhuc multi tenent, & per » Dei gratiam tenebunt, qui proprietatem & dominium habebunt. Dico » etiam quod authoritas Apoſtoli & Gloſſa per quas probabam, non probant di- » ctam Concluſionem, nec ſunt ad propoſitum, vt apparet intuenti textum & » Gloſſas authenticas ſuper illo.

» Ex iſta Concluſione intuli Corollarium 1. quod hæc lex diſpenſat duo pro- » nomina poſſeſſiua, videlicet meum & tuum. Probaui, quia iſta duo vnum fa- » cit, imò etiam omnia in vſum congregat: ſicut Dionyſius dicit de cœleſti Hie- » rarch. c. 1. in Principio eſſe datum bonum. Et omne donum perfectum deſur- » ſum eſt deſcendens à Patre luminum: ſed & cunctis à Patre luminis apparitio- » nis proceſſus, ad nos bonitatis dono veniens rurſum ſicut vnum faciens virtus » ſuſcitatione nos adimplet & conuertit ad congregantis Patris vnitatem & » Deïficam ſimplicitatem. Amor enim omnia vnum facit & vnius ſcilicet Dei, » quia non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti.

» Item intuli 2. Corollarium, quod non minus facit omnia communia Cha- » ritas, quàm extrema neceſſitas. Probaui, quod & vnum ſit ex amore Dei & » alterum ex amore ſui, ſed affectio Iuſti eſt intenſior & agibilior quàm commo- » di. Pro Baccalario de S. Bernardo in 2. Corollario 4. Concluſionis articuli.

Igitur confirmaui per Auguſtinum in Prologo contra 5. Hæreſes dicentem quod plus obligat Charitas quàm neceſſitas. Dico nunc quod iſta duo Corollaria, vt ſequuntur ex Concluſione prædicta ſunt plura, & dico quod authoritates illæ quas adduxi, non ſunt ad propoſitum.

Item ex prædicta Concluſione intuli aliud Corollarium quod fuit 4. quod legem hanc dedit Chriſtus Diſcipulis ſuis principaliter ad actualiter exequendum, non ſolum habitualiter. Probaui, quia dixit. *Hæc mando vobis vt diligatis inuicem ſicut & dilexi vos.* Ioan. 15 per illud Corollarium intelligendo hanc legem amoris auferentem omnem proprietatem & dominium prout Concluſio dicit. Sic intellectum reputo falſum, erroneum & hæreticum & contra determinationem Eccleſiæ. Dico etiam quod authoritas quam allegaui, non eſt ad propoſitum.

Item Concluſio 4. & finalis mea fuit, quod actualis abdicatio cordialis voluntatis & temporalis poteſtatis, dominij & authoritatis ſtatum perfectiſſimum oſtendit & efficit. Probaui, quia hoc pro Regula perfectionis à Chriſto datum eſt Matth. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da Pauperibus.* Idem Lucæ 19. idem Marci 10. vnde non dixit. Pone in arca aut in ſcrinio. Sed ſi videns pauperes, da, quia vt dicit Chriſtus Matth. 26. *Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis.* Et dicebam, quod id eo non dicat homo hanc Regulam à Deo eſſe datam, ſed animi præparationem, ſcilicet ſi opus ſit. Quia vbi ſemper opus eſt, ſemper debet fieri. Sed quia reuera paruus color ſufficit ad excuſationem agere volenti. Iſti volunt dare intelligere quod aurichalcum eſt aurum, & fel mel. Sed ſi ex ignorantia crederent, tamen eſt qui quærat & iudicet, quod probatur. Dicunt hanc Concluſionem eſſe poſitam vniuerſaliter. Ideo ipſam vniuerſaliter intellectam dico falſam, erroneam & hæreticam; quia nec Chriſtus nec Apoſtoli ſtatum perfectiſſimum habuiſſent, & authoritates ad eam probandam adductæ non ſunt ad propoſitum: vt patet per Gloſſas ordinarias & Doctores ſolennes in *hoc Studio* & alibi approbatos. Alias probationes, vt probant iſtam Concluſionem, reputo falſas & erroneas. Et vltimam dico falſam, iniurioſam & ſcandaloſam.

Ex prædicta Concluſione 4. inferebam primum Corollarium, quod Chriſtum non abdicaſſe huiuſmodi poſſeſſionem & ius in temporalibus, non habetur ex noua lege, imò potius oppoſitum. Quia Matth. 8. *filius hominis non habet vbi caput reclinet.*

Item ſecundum Corollarium eſt; quod hanc legem pro Regula perfectionis Chriſtus docuit & exemplo confirmauit. Probaui per Regulam nunc dictam *vade & vende*, &c. Etiam quia vocati omnia dimiſerunt; Matthæus Telonium, Petrus & alij retia, Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Iſta duo Corollaria reuoco tanquam falſa, erronea & hæretica, & contra Decretalem D. Ioannis Papæ, quæ incipit *Quia Quorundam*, inter cætera dicentis. Quæ quidem Aſſertio continet multa falſa, cum nec Chriſtum expropriationem prædictam omnis vir in cuiuſcunque proprietate & in eius vſu conſeruaſſe nec etiam impoſuiſſe Apoſtolis, nec ſub voto ab eis fuiſſe aſſumptum Euangelica ſeu Apoſtolica docet Hiſtoria, ſed contrarium euidentius manifeſtet hæc Decretalis. Dico etiam quod authoritates non ſunt ad propoſitum, vt liquidè apparet intuenti textum & gloſſas ordinarias & approbatas.

Præterea fuit Corollarium quartum quod intuli, quod abdicatio rerum temporalium ſecundum animi præparationem nullam aut valde imperfectam & fragilem oſtendit & perficit perfectionem. Probaui 1. quia ſemper habent pauperes. 2. Quia non valet niſi ratione actus. Igitur actualis eſt perfectior. Iſtum Articulum reuoco tanquam falſum & ſcandaloſum. Nec probationes ſunt ad propoſitum.

Item reſpondendo ad quendam Baccalarium de Domo B. Bernardi, cum ille dixiſſet, quod Chriſtus talia non abdicauit, illud negaui, & dixi quod Chriſtus nihil ſibi retinuit Iſta duo dicta reuoco tanquam falſa & hæretica, quia Chriſtus loculos habuit propter infirmos, à fidelibus oblata conſeruans, quæ & ſuorum neceſſitatibus & alijs indigentibus tribuebat. Vt & Chriſti Euangelium & B. Auguſtinus, etiam determinatio Rom. Pontificis hoc teſtantur.

» Vltimum Corollarium quod poſui, fuit, quod non plus curauit Chriſtus de » temporalibus quàm faciunt diuites de pauperibus. Probaui, quia ſitiuit & non » habuit potum, & pro nobis nudus in Cruce pependit. Nunc dico, quod Chri- » ſtus de temporalibus curauit, quia non omnia abdicauit, vt ſupra dictum eſt. » Quod autem innui de Diuitibus, quod non curant de pauperibus, hoc retracto » tanquam injurioſum illis per quorum eleemoſynas ſuſtentantur. Hæc igitur » omnia malè ſonantia ſic prius expreſſa in meo dicto Sententiarum principio » malè poſita reuoco & retracto vt dictum eſt, promittendo bona fide quod illa » de cætero non tenebo nec dogmatizabo. Et ita verè veniam humiliter imploro » de præmiſſis.

» Hæc omnia prædicta dictus Frater Dionyſius iterum Auenione in præſen- » tia M. Guillelmi Romani Lectoris ſacri Palatij Apoſtolici & aliorum nouem » Magiſtrorum in Theologia Pariſius reuocauit; & ad ſancta Dei Euangelia ju- » rauit, & appellationem quam interpoſuerat, non proſecuturum ac Conclu- » ſiones prædictas & Corollaria tanquam falſa, erronea & hæretica abjurauit ſe- » cundum tenorem reuocationis aliàs per eum factæ Pariſius modo & forma ſu- » perius annotatis. Hæc autem reuocatio facta eſt Auenione in Domo præfati M. Guillelmi Romani an. Natiuitatis Domini 1365. die vltima Ian. Indict. 3. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. noſtri Vrbani Diuina Prouidentia Papæ V. anno 3. Hæc omnia habentur in Bibliotheca Patrum; vnde conſtat prædictum Dionyſium Reuocationem propoſitionum ſuarum prius fuiſſe coactum edere Pariſius, deinde hoc etiam anno illam Auenioni feciſſe. Aliam quoque idem fecit anno 1369. vt infra referemus.

Cæterum qui ab Vniuerſitate Pariſienſi miſſi fuerant contra eum Theologi, apud Pontificem egerunt, vt Vniuerſitatem reformaret: quam prouinciam ille dedit duobus Cardinalibus, vt ad annum ſequentem dicetur. Inter cæteros verò miſſi MM. Grimerius vel Grinerius Bonifacii Cancellarius Pariſienſis, & Gerardus de Veruino Pœnitentiarius eiuſdem Eccleſiæ. Quem Grimerium Hemeræus in Catalogo Cancellariorum Pariſienſium ait fuiſſe Doctorem & Socium Sorbonicum. Is autem à Rege primum obtinuerat Burſam Theologicam in Collegio Nauarrico anno 1340. vacantem, vt credebat, propterea quod M. Remigius de Sommevaire reditus annuos poſſidebat vltra Ianæ Reginæ Conſtitutionem. Verum decreto Parlamenti ipſe & M. Ioannes de Billiaco Burſarius Grammaticorum, qui contra Remigium de eadem Burſa Theologica contendebant, juſſi certis argumentis probare, quod Remigius Reditus ampliores haberet, quàm qui à Iana præſcripti fuerant, à petitione deſtiterunt.

Eodem anno graues paſſa eſt Vniuerſitas vexationes ab Impoſitoribus tributi vinarij, qui vinum à Magiſtris & Scholaribus emptum nolebant ſine ſolutione dimittere illiſque reddere, prætexentes in illa vindicatione vinorum plurimos committi abuſus fraudeſque, & ſæpe Magiſtros & Scholares nomen Ciuibus Pariſienſibus aut aliis commodare tantummodo, vt ſic ab omni vectigali & impoſitione eſſent immunes. Poſt multarum autem litium varios anfractus, Edicto Regio ſancitum eſt, vt præter ſigillum Rectoris, Cancellarij quoque Pariſienſis ſignum Schedulis Scholarium ſeu ſtudentium apponeretur: quò ſic fraudibus occurreretur. Plurimum in ea re derogabatur authoritati & dignitati Rectoriæ: itaque Tylmano Eyhe Rectore de ea deliberatum in Comitiis Generalibus. Et ibi fuerunt diuiſæ ſententiæ: tres enim Facultates pareri volebant edicto Regio, Nationes verò ſupplicandum Regi, vt conditio illa Cancellarij auferretur: & euicerunt, obtinueruntque à Rege, vt Rectoris ſigillo fides omnimoda adhiberetur. Qua de re ſic legitur in Antiquo libro Rectoris fol. 140. verſ. ſub hoc titulo.

De Impoſitionibus vinorum.

De Impoſitione Vinaria.

ANno Domini 1375. (repone 1365) 15. die Decemb. M. Tylmannus de «
Eyhe Canonicus Eccleſiæ ſancti Pauli Leodienſis & inueſtitus Eccleſiæ «
de Keſſel fuit electus Rector Vniuerſitatis Pariſienſis. In cuius Rectoria termi- «
nata fuerunt tria, quæ multum fuerunt ad honorem Vniuerſitatis, profectum «
& vtilitatem. Quorum primum ex juſſu Deputatorum deber ſcribi in libro «
hoc & in aliis libris. Quia ſi iterum Quæſtio oriretur, quod poſſit reperiri, & «
eſt de Impoſitionibus vinorum. Nam cum poſt innumerabiles vexationes Vni- «
uerſitati illatas, tamen per diligentem & frequentem requiſitionem, etiam quod «
Nos vellemus ceſſare, aut nos non vexaremur plus de Impoſitionibus, Rex ta- «
liter fuit informatus, quod eodem anno ante Rectoriam Tylmanni antedicti lis «
fuit orta inter Vniuerſitatem & Impoſitores: Ita quod Rex volebat quod ſuper «
ſignetum Rectoris Cancellarius Pariſienſis deberet ſcedulas ſtudentium ſignare, «
& ſic vina ipſis deliberarentur, & aliter non. Et in Congregatione Generali «

De Signeto Rectoris.

ſuper hoc facta tres Facultates, videlicet Theologorum, Decretiſtarum & Me- «
dicorum deliberabant ſic debere fieri, ſolâ Facultate Artium hoc non conſen- «
tiente ſed reclamante. Tandem alia Congregatione Generali facta per Iura- «
mentum apud S. Bernardum propoſitis per Rectorem antedictum rationibus & «
declaratis motiuis Magiſtrorum in Artibus & illis poſitis in deliberatione, om- «
nes 4. Facultates concorditer in hoc conſenſerunt, quod ſuper ſignetum Re- «
ctoris nullum aliud ſignetum alicuius alterius apponeretur ſcedulis ſtudentium «
pro vinis habendis: & ſic tribus aliis Facultatibus ad noſtram reuertentibus in «
deliberando, petito ſuper hoc publico Inſtrumento aditus fuit Rex frequentiſ- «
ſimè: ita quod Rex eodem 20. die Ianuarij ſcilicet Feria 5. poſt Conuerſionem «
ſancti Pauli Apoſtoli ſedens in Camera ſua apud S. Paulum pro Tribunali ſo- «
lemniſſimè cum Principibus ſuis Archiepiſcopis Remenſi & Senonenſi, Epiſco- «
pis Pariſienſi, Beluacenſi & Sagienſi, Comite de Stampis & eius Fratre & Con- «
neſtabulario Franciæ, & quampluribus venerabilibus viris & Militibus. Igitur «
Rex Franciæ, ſeu Cancellarius eius verbum gerens conceſſit liberaliter Vniuer- «
ſitati Pariſienſi, quod ad ſimplex ſignetum Rectoris Vniuerſitatis Pariſienſis «
Firmarij ſeu Impoſitores vinorum deinceps deberent Magiſtris & Scholaribus «
ſtudij Pariſienſis abſque Impoſitione vel aliquali vexatione vina deliberare. Et «
ad hoc vocatis perſonaliter Impoſitoribus coram Rege & Vniuerſitate præce- «
pit Rex per os Cancellarij Franciæ diſtrictè Impoſitoribus, quod de cætero «
abſque dilatione viſo ſigneto Rectoris ſtudentibus vina deliberarent, mandans «
& præcipiens acriter, ne cupiditate pecuniæ ab aliis recipiendæ ſtudentes aliquo «
modo retardarent, aut in expediendo protraherent, ſed ſimpliciter Magiſtros «
& Scholares in ordine eorum venientes quemlibet expedirent, commendando «
expreſsè prædictis Impoſitoribus quod ſi ſecus facerent, ipſi taliter deberent «
puniri, quod cæteris tranſirent in exemplum. Et de his præmiſſis ſic conceſſis «
Rector nomine Vniuerſitatis, ſibi publicum fieri petiit Inſtrumentum. Et hæc «
per Deputatorum Conſilium hîc ſunt ſcripta. Nam gratia, quam Rex coram «
tot & tantis Principibus Filiæ ſuæ Vniuerſitati Pariſienſi tam publicè & ſo- «
lemniter cum deliberatione diu præhabita duxit concedendam, tanquam Pri- «
uilegium Regium poteſt haberi & debet meritò reputari. «

Eadem quoque die, vt videtur, idem Rector à Rege obtinuit Vniuerſitati ſatisfieri per Hugonem Aubriotum Præpoſitum Pariſienſem, qui Scholares de Collegio S. Nicolai de Lupara vexauerat, eorumque domos diruerat: ad cuius injuriæ & damnorum reparationem Rex ipſe ſummam dedit mille librarum, Præpoſitumque juſſit flexis genibus veniam precari. Vt habetur in eodem libro, poſt breuem hunc titulum.

De Lupara optimè reſtituta.

SEcundum eſt quod pro violentia facta & immunitate Collegij Scholarium «
de Lupara Rex dedit mille Francos pro hereditatibus emendis & centum «
Francos pro damnis dictorum Scholarium. «

» Et Præpoſitus Pariſienſis genibus flexis coram Rege & Vniuerſitate ſe excu-
» ſauit; nec non quatuor Clientes principales genibus flexis in manu Rectoris
» nomine Vniuerſitatis coram Rege & Principibus præſcriptis de violentia facta
» Vniuerſitati emendabant. Extat Regis in hanc rem diploma datum die 22. Ian.
» his verbis.
»
» CHARLES par la grace de Dieu Roy de France. A tous ceux qui ces
» preſentes lettres verront ſalut. Comme de certain diſcort & debat meu
» entre noſtre Amé & feal Conſeiller l'Eueſque de Paris ſouuerain & Prouiſeur
» de l'Hoſtel & College des Eſcholiers de S. Nicolas du Louure & le Recteur de
» l'Vniuerſité de Paris au nom d'icelle Vniuerſité à cauſe deſdits Eſcholiers, d'v-
» ne part, & noſtre Preuoſt de Paris & aucuns Sergens de noſtre Chaſtelet de
» Paris, d'autre. Pour raiſon d'aucuns excez faits & commis par leſdits Sergens
» & Preuoſt audit Hoſtel, en la Chapelle, Cimitiere & maiſons de leurs Hoſtes
» & dedans le pourpris deſdits Eſcholiers & de leurdit Hoſtel, auquel pour-
» pris ils diſoient auoir immunité & franchiſe & de pluſieurs iniures, vilenies &
» dommages que leſdits Preuoſts & Sergens auoient faits auſdits Eſcholiers, ſi
» comme leſdits noſtre Conſeiller & Recteur au nom que deſſus diſoient & main-
» tenoient; iceux noſtre Conſeiller & Recteur ſe ſoient expreſſement, ſimple-
» ment & du tout mis en noſtre volonté & ordonnance; Sçauoir faiſons que ſur
» les diſcors & debat, venë & rapportée deuant nous en noſtre Conſeil certaine
» information faite de noſtre commandement ſur les choſes deſſuſdites, auons
» ordonné en la maniere qui en ſuit. Et 1. que noſtredit Preuoſt deuant nous en
» noſtredit Conſeil preſens les deſſuſdits nostre Conſeiller & Recteur & aucuns
» deputez ſur ce pour ladite Vniuerſité, s'excuſera des excez & autres choſes
» deſſuſdites & en diſant que onques ne fut ſon intention de iniurier leſdits
» Eſcholiers de S. Nicolas du Louure ne ceux de l'Vniuerſité: ainçois les vou-
» droit garder comme tenu eſt à ce par ſon Office deüement exerçant: & ainſi la
» dit & affermé par ſon ſerment.
» *Item*, que quatre des Sergens de noſtredit Chaſtelet qui furent auec excez,
» & autres choſes deſſuſdites faire & comme viendront deuant nous preſens les
» deſſus nommez & à genoux à nous premierement pour cauſe de noſtre ſauue-
» garde enfrainte, amendront leſdits excez & autres choſes deſſuſdites & aprés
» à noſtredit Conſeiller pour cauſe de l'immunité du lieu ſaint. C'eſt à ſçauoir
» de ladite Chapelle & du Cimetiere enfrainte & violée, & puis audit Recteur
» au nom deſſuſdit & ainſi leſdits autres Sergens l'ont fait & amendé. Et pour ce
» que l'immunité que leſdits Eſcholiers diſoient & maintenoient auoir en leurs
» maiſons & en celles de leurs hoſtes en la place & en la ruë qui ſont au pourpris
» dudit Hoſtel ou appartement à iceluy Hoſtel, pourroit eſtre cauſe & occaſion
» de mal-faire, & que ſous ombre d'icelle pluſieurs grands maux ont eſté faits au
» temps paſſé, ſi comme de ce nous auons eſté deuëment informez; Nous par la
» deliberation de noſtre Grand Conſeil auons ordonné que eſdites maiſons, pla-
» ces & ruë, ne audit Hoſtel, ne ou pourpris d'iceluy, fors tant ſeulement en la-
» dite Chapelle & oudit Cimitiere n'aura d'oreſenauant, franchiſe ne immunité.
» Et pource, Nous de noſtre liberalité & de grace eſpecial auſdits Eſcholiers à
» l'accroiſſement d'eux & de leurdit College, auons donné mil francs d'or pour
» conuertir en maiſons, terres ou rentes annuelles & perpetuelles: Leſquelles
» toutesfois que par eux ſeront acquiſes & acheptées en noſtre Cenſiue, en quel-
» que lieu que ce ſoit ſans fied & ſans Iuſtice, nous leur auons promis & promet-
» tons amortir ſans aucune finance, & ou cas que acquerir ou achepter les vou-
» roient ou acquis & acheptez les auroient en autre Cenſiue, Nous tant comme
» en nous eſt, ſera & pourra eſtre ſemblablement, les amortirons & permettons
» amortir, & auec & outre ce auſdits Eſcholiers pour les dommages qu'ils ont en
» ce eu & ſoûtenu, nous auons donné cent francs d'or, & par ce noſtredit Pre-
» uoſt & leſdits Sergens demourront quittes & paiſibles enuers noſtredit Con-
» ſeiller, ladite Vniuerſité & leſdits Eſcholiers, ne pour occaſion deſdits excez,
» iniures, vilenies & dommages iceux noſtredit Conſeiller & Vniuerſité ne leſ-
» dits Eſcholliers ne les trauailleront, ne moleſteront, ne contre eux ou aucun
d'eux

d'eux queſtion, pourchats ne demande jamais, ne feront, ne faire feront, ne pourront comment que ce ſoit, & demeurera auſdits Eſcholiers la proprieté de ladite Chapelle & dudit Cimetiere auec leur immunité, leur demourront auſſi leurs franchiſes & immunitez, les maiſons, place & ruë en leurs appartenances & à noſtredit Conſeil eſdites choſes, tant Iuriſdiction eſpirituelle & temporelle, comme ils auoient parauant. En témoin de ce nous auons fait mettre noſtre Seel à ces preſentes. Donné à Paris le 22. iour de Ianuier, l'An de grace 1365. Et de noſtre regne le 2. ſeellé, & ſur le reply, Par le Roy.

TOVRNEVR.

Idem Rector Tilmanus coëgit quendam *Arnoldum* cognomento *Archipreſbyterum* Militem de Chaſteauville ſatisfacere Vniuerſitati, & 286 libras rependere ſeu reſtituere Magiſtris, quos ſpoliauerat. Qua de re ſic habetur in ſupradicto Codice, poſt hunc titulum.

De Archipresbytero.

TErtium eſt quomodo & propter quam cauſam D. Arnoldus Miles Dominus de Chauſtiavilla ſe ſubmiſit ſententiæ Vniuerſitatis. Et hic dicitur communiter Archipreſbyter, ſed plus meritò vocaretur Archidiabolus ex eo quod mundum mirabiliter ſpoliauerit deprædando. Hic per ſententiam Vniuerſitatis fuit condemnatus eodem anno 8. die Feb. ad reſtituendum 286 Francos Magiſtris ſpoliatis inter Com. & Bam. cauſæ & motiua inuenientur in nuua Papyro Rectoris per Tylmannum tunc Rectorem antedictum facta.

Contra Decanum Decretiſtarum.

Eodem anno cum M. Ioannes Tonſor Facultatis Decretorum Decanus jubenti Rectori parere detractaſſet publicè in Comitiis Centuriatis ſeu Generalibus, deque re quam expoſuerat, deliberare; dixiſſetq; etiam nonnulla intemperantiùs contra Dignitatem Rectoris, poſt plurimas tandem deliberationes habitas, ea publicè reuocare coactus eſt quæ temerariè dixerat, qua de re ſic habetur in antiquo libro Rectoris fol. 143. verſ.

Anno Domini 1365. 24. die menſis Martij, videlicet vigilia Annunciationis B. Virginis, more ſolito ſuper Electione Rectoris apud S. Iulianum pauperem electus fuit in Rectorem M. Matharius Magni Ludenſis & Roſkildenſis Eccleſiarum Canonicus in Regno Daciæ. In cuius Rectoria licet plura acta ſint, tamen ob memoriam futurorum renouandam iſtud præcipuè eſt inſertum *Regiſtro Vniuerſitatis*, ſcilicet quod congregatis Deputatis ab Vniuerſitate in Capitulo ſancti Mathurini ſuper quadam appellatione interjectaque ſententia ſui prædeceſſoris ad dictam Vniuerſitatem per quendam Nobilem nomine Guillelmum Miueti, cum M. Ioannes Tonſoris Decanus Facultatis Decretorum, vnus illorum Deputatorum recedere volebat, ipſe Macharius rector eum, vt ſederet, requiſiuit; & de meritis dictæ appellationis vnà cum aliis Deputatis cognoſceret, requiſiuit, primò ſimpliciter; ſecundariò ſub juramento. Cui rectori idem M. Ioannes Tonſoris reſpondit in hæc verba. *Non curo de Præceptis veſtris pluſquam de vno obolo.* Quæ quidem verba ipſe rector ad animum reuocans, eum ſuper ipſis coram Vniuerſitate conuenit, proponens quod non eſſet dignus vocari Magiſter propter inobedientiam, & petens vt tanquam membrum putridum ab Vniuerſitate reſecaretur, vſquequo obedire vellet, & mortuus ciuiliter quoad Vniuerſitatem reputaretur. Ad quam petitionem ipſe M. Ioannes Tunſoris; imò verius ipſa Facultas Decretorum deliberando reſpondit, ipſum excuſando quod non exceſſit in dicto, ſed in modo dicendi. *Primum probabat ex eo quod Rector & Procuratores intereſſe cum Deputatis ab ipſa Vniuerſitate non deberent in cognoſcendo de cauſa appellationis interpoſitæ à ſententia eorundem. Et dato quod deberent intereſſe, adhuc Rector non poſſet præcipere Deputatis.* Cujus oppoſitum prænominatus rector replicando probabat, ex Statutis & conſuetudine Vniuerſitatis obſeruatâ. Et breuiter dicendo, contra ipſum proſequebatur in pluribus Congregationibus, quovſque ipſe M. Ioannes Tonſoris in Congregatione Generali publicè dicebat, quòd ea quæ dixerat, non di- 1365.

» xit animo inobediendi, vel in deſpectum Officij, vel perſonæ Rectoris an-
» tedicti.

Hæc Controuerſia de Appellationum judicio fuerat anno 1356. agitata: & in Comitiis Maturinenſibus die 3. Iulij habitis tres Nationes cum Facultate Medicinæ, quibus acceſſit Rector, concluſerant Procuratores Nationum etiam eſſe poſſe Iudices Appellationum, à ſententiis quas tulerant, cum aliis Deputatis Vniuerſitatis: moremque receptum obtendebant. Duæ verò Facultates, Theologiæ & Decretorum dederant Deputatos ad examinandum, quid facto opus eſſet. Et fuerat eatenus indeciſa controuerſia: itaque inde Facultas Artium ſuo Decreto, & Decretiſtæ ſuo quoque inſiſtebant.

Reformatio Vniuerſitatis.

1366. ANno 1366. Vrbanus V. Pontifex per duos Cardinales Legatos Vniuerſitatem Pariſienſem reformauit, & in meliorem ſtatum redegit ſecundum 4. præcipua Diſciplinarum genera quæ complectitur, ſeu ſecundum 4. Facultates, quæ Theologiæ, Decretorum, Medicinæ & Artium dicuntur. Huicce Reformationi præpoſiti Cardinales hi duo fuerunt, Ægidius Aiſcelin de Mont-Aigu Epiſcopus Morinenſis Cardinalis ſancti Martini in Montibus, & Ioannes de Blandiac Epiſcopus Nemauſenſis Cardinalis ſancti Marci: qui quidem duo ab Innocentio VI. tum Pontifice miſſi ad illud opus peragendum, ſub Vrbano abſoluerunt. Legitur autem hæc reformatio in antiquo libro Rectoris, & Nationis Gallicanæ, hoc modo.

» Miſeratione Diuina Ioannes tituli S. Marci & Ægidius tituli ſancti Martini
» in Montibus Preſbyteri Cardinales Commiſſarij ad infraſcripta à ſanctiſſimo
» in Chriſto Patre & Domino noſtro D. Vrbano Diuina Prouidentia Papa V.
» ſpecialiter Deputati Dilectis Nobis in Chriſto Cancellario Eccleſiæ Pariſien-
» ſis, ac Magiſtris, Doctoribus ac Scholaribus Vniuerſis & ſingulis ſtudij Pari-
» ſienſis ſalutem & ſinceram in Domino Charitatem. Noueritis nos Litteras Apo-
» ſtolicas verâ Bullâ plumbeâ dicti D. noſtri Papæ more Romanæ Curiæ in chor-
» dula canabis bullatas omni ſuſpicione carentes, vt docuit, reuerenter accepiſ-
» ſe, quarum tenor ſequitur ſub his verbis.

» Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Ioanni tituli ſancti
» Marci ac Ægidio tituli ſancti Martini in Montibus Preſbyteris Cardinalibus
» ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. *Dum ad præclarum Pariſienſe Studium,*
» *tanquam paradiſi flumen ſalutarium dogmatum per Climata orbis terræ præ cæteris co-*
» *pioſius diffuſiſſimam aciem conſiderationis intentè reflectimus, & oculis interioris homi-*
» *nis ipſum præfulgere in domo Domini tanquam ſtellas in firmamenti medio delectabiliter*
» *intuemur, dignum arbitramur & congruum illa ſtudiis ſollicitis proſequi, per quæ ſtu-*
» *dium ipſum, eiuſque Vniuerſitas valeant in ſuo ſtatu vigere ac præſeruari à noxiis, ac*
» *continuis incrementorum ſucceſſibus feliciter adaugeri.* Cum itaque nuper ad audien-
» tiam noſtram relatione fide digna peruenerit, quod in dicto ſtudio nonnulli
» ſunt defectus, ſuper quibus & aliis pro honeſtate, ordine & obſeruantia Magi-
» ſtrorum, Doctorum & Scholarium ſtudij & ipſius ſtatu authore Domino con-
» ſeruando feliciter & etiam augmentando per Apoſtolicæ Sedis ſolertiam expe-
» dit prouideri. Nos multorum & arduorum agendorum varietate diſtracti ad
» hæc per Nos ipſos intendere nequientes, circumſpectioni veſtræ de qua in ma-
» gnis & arduis per jugem experientiam laudabiliter comprobatam plenam in
» Domino fiduciam obtinentes tenore præſentium committimus & mandamus,
» quatinùs quæcunque pro honeſtate, Ordine, obſeruantia, ſtatuque aut circa
» ea, vel eorum aliquid ſecundum Deum reformanda, ſtatuenda & ordinanda
» vtiliter videbitis reformare, ſtatuere & ordinare, eaque pœnarum pro modo
» culpæ huiuſmodi reformationum, Statutorum, vel Ordinationum neglectori-
» bus, contemptoribus vel tranſgreſſarum debitarum adjectione vallare curetis
» facientes illa ſeu illas in dicto ſtudio, vbi, quando & quoties vobis videbitur,
» ſolemniter publicari, Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatio-
» ne poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus quibuſcunque aliis Statutis &
» conſuetudinibus eiuſdem ſtudij contrariis, juramento, confirmatione Apoſto-

lica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſeu ſi dictæ Vniuerſitati, aut ſin- «
gularibus perſonis ipſius, vel quibuſuis alijs à Sede prædicta ſit indultum, quod «
interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas «
non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de ipſa Vniuerſita- «
te, ac eorum locis, ordinibus & nominibus proprijs mentionem, & qualibet «
aliâ præfatæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, «
per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus eo- «
rum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de ea cuiuſque toto terore «
habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nos enim quæ circa hæc ordi- «
nanda & ſtatuenda duxeritis quomodolibet in præmiſſis aut aliquo præmiſſo- «
rum perinde perpetuæ firmitatis robur inuiolabiliter volumus & decernimus «
obtinere, ac ſi & prout immediatè cum expreſſione eiuſdem voluntatis atque «
Decreti à noſtræ Apoſtolicæ ſanctionis oraculo manauiſſent: ac irritum & ina- «
ne decernimus quidquid contra ea vel eorum aliquid à quocunque quauis au- «
thoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Datum Auenioni 6. «
Nonas Maij, Pontificatus noſtri an. 4. «

Quibus Recepris nos volentes conſultè procedere, multos vocauimus Ma- «
giſtros ac peritos ſtudij Pariſienſis alumnos boni ſtatus & incrementi eiuſdem «
ſtudij totiuſque Reipub. zelatores, cumque eis repetitas maturas & bene diſ- «
cuſſas ſingulariter ſingulas pro prælibati ſtudij & vtilitatis publicæ augmento, «
de prædictorum concordi Conſilio Statuta & Ordinationes ad honorem Dei fe- «
cimus infraſcripta. «

Reformatio Facultatis Theologiæ.

Imprimis circa Facultatem Theologiæ authoritate prædicta ſtatuimus, quod «
quicuoque Incipientes, & ex quo inceperint legere ſententias etiam *Cur-* «
ſores in dicto ſtudio incedant per villam in habitu, ſuo Gradui, ſtatui & ho- «
nori dictæ Facultatis condecenti, maximè eundo ad Scholas, Ecclesias & «
ſermones. «

Item quod nullus ad Lecturam ſententiarum in vacationibus admittatur. «

Item vt ſtudentes non per ſaltum, ſed ſecundum merita promoueantur ad «
honores in Facultate prædicta, ſtatuimus quod Curſores Theologiæ ſuos Cur- «
ſus legant ordinatè textum exponendo & gloſſas notabiles declarando ſecun- «
dum modum antiquitus in dicto ſtudio approbatum. «

Item quod nullus Curſor Bibliæ legere præſumat vltra vnum Capitulum in «
vna lectione de libro quem leget exceptis Biblicis ordinariè legentibus. «

Item quod nullus ad lecturam Curſus admittatur niſi attigerit 25. ſuæ «
ætatis annum. «

Item quod quilibet Curſor in Theologia tempore intermedio inter primum «
Curſum & ſententias reſpondere in Theologia ad minus ſemel teneatur, niſi «
fuerit legitimè excuſatus arbitrio Cancellarij & Facultatis prædictæ. «

Item quod Scholares qui nouiter incipiunt audire, primis 4. annis portent «
vel portari faciant ad Scholas Biblici Bibliam, in qua lectiones Bibliæ audiant «
diligenter. «

Item quod Scholares nouiter librum Sententiarum audientes, primis 4. an- «
nis textum ſententiarum portent vel portari faciant ad Scholas Bachelarj, à «
quo ſententias audient, vt textum audiant diligeoter. «

Item quod legentes ſententias faciant honeſtè & ſine quibuſcunque verbis «
offenſiuis aut elatis ſiue ſcandaloſis ſuas collationes & principia omni iniuria «
ceſſante ſeruatoque ſibi iouicem congruo honore. «

Item quod legeotes ſententias non tractent Quæſtiones aut materias Logi- «
cas vel Phyſicas, niſi quantum textus ſententiarum requiret, aut ſolutiones «
argumentorum exigent, ſed moueant & tractent Quæſtiones Theologicas, «
ſpeculatiuas vel Morales ad diſtinctiones pertinentes. «

Item quod legentes ſententias, legant textum ipſarum ordinatè & expo- «
nant ad vtilitatem Auditorum. «

Item qnod nullus legens ſententias legat Quæſtionem ſuam, aut ſuum Prin- «
cipium per Quaternum aut aliàs in ſcriptis. Non tamen propter hoc inhibe- «
mus, qnin Bachalarius poſſit portare ad Cathedram aliquid ex quo poſſit ſi «
neceſſe fuerit, ſibi reducere ad memoriam aliquas difficultates tangentes «

» Quæſtionem ſuam, aut argumenta ſeu authoritates ad ipſam Quæſtionem aut » aliquam expoſitionem pertinentes.

» Item ſtatuimus quod nullus Magiſter aut Bachelarius qui ſententias legerit, » ſuam Lecturam ſententiarum communicet tradendo Stationarijs directè vel » indirectè, quo vſque ſua lectura fuerit per Cancellarium & Magiſtros prædi- » ctæ Facultatis examinata.

» Item quod nullus poſſit licentiari in Theologia, aut incipere legere ſenten- » tias aut aliquem Curſum in Theologia ſub aliquo Magiſtro à Pariſius abſente, » niſi ille per Facultatem Regens fuerit reputatus, nec Bedellus Magiſtri inci- » pientis ab abſentibus aliquid recipiat quoquo modo.

» Item ordinamus, quod illi Bachelarij, qui Sententias legerint, ſi Gradum » Magiſterij deſiderant obtinere, ſtare in ſtudio tempore ſolito inter Lecturam & » Magiſterium intermedio teneantur, vt eorum ſcientia, mores & vita certiùs » comprobentur.

Reformatio Facult. Decretorum.

» Circa Reformationem verò Facultatis Decretorum, authoritate prædicta » ſtatuimus, quod non diſpenſetur cum aliquo ſuper lecturis & libris quos ſecun- » dum ordinationem Sedis Apoſtolicæ aut ſtatuta Facultatis debent audiuiſſe & » legiſſe aotequam ad licentiam admittantur.

Medicinæ.

» Circa verò Facultatem Medicorum ſtatuimus, quod Medici libros ſuos au- » diant, lecturas compleant, diſputationes frequentent, vt in ſtatutis Facultatis » Medicinæ continetur, omni diſpenſatione in contrarium interdictâ.

Reformatio Facul. Artium.

» Circa verò ſtatum Facultatis Artium, *quæ aliarum eſt fundamentum*, ſtatui- » musquod Determinantes & Licentiandi teneantur Cappas vel Epitogium por- » tare ad Scholas, quando vadunt ad lectiones ſuas audiendas, etiam in ſermoni- » bus, maximè in feſto omnium Sanctorum vſque ad finem Ordinarij Magni, vt » honoretur in eis Facultas & Gradus eorum cognoſcatur.

» Item *quòd dicti Scholares audientes ſuas lectiones in dicta Facultate, ſedeant in* » *terra coram Magiſtris, non in ſcamnis vel ſedibus eleuatis à terra*, ſicut hactenus tem- » pore quo dictæ Facultatis ſtudium magis florebat, ſeruabatur, vt occaſio ſu- » perbiæ à Iuuenibus ſecludatur.

» Item ſtatuimus authoritate prædictâ quod Scholares antequam ad Deter- » minandum in Artibus admittantur, congruè ſint in Grammatica edocti & *Do-* » *ctrinale & Græciſmum* audiuerint; dummodo in Studijs, aut alijs locis vbi Gram- » maticalia didicerint, dicti libri legantur.

» Item quod audiuerint veterem Artem totam, librum Topicorum, quoad 4. » libros & libros Elenchorum, Priorum aut poſteriorum completè: etiam librum » de Anima in toto vel in parte.

» Item quod nullus admittatur ad Determinandum in Artibus, niſi ad minus » fuerit *Studens* Pariſius per duos annos omni diſpenſatione interdictâ.

» Item quod nullus admittatur ad *Licentiam* in dictâ Facultate, nec in exa- » mine B. Mariæ, nec in examine B. Genoueſæ, niſi vlterius prædictos libros » audiuerit Pariſius, vel in alio ſtudio Generali librum Phyſicorum, de Genera- » tione & Corruptione, de Cœlo & Mundo, Parua Naturalia, videlicet libros » de ſenſu & ſenſato, de ſomno & vigilia, de memoria & reminiſcentia, de lon- » gitudine & breuitate vitæ, librum Mechanicæ, vel qui actu audiat eundem, & » quod aliquos libros Mathematicos audiuerit.

» Item quod nullus de cætero admittatur ad Magiſterium in Artibus, niſi » prædictos libros audiuerit, nec non libros morales, ſpecialiter librum Ethico- » rum pro maiori parte & librum Metheororum, ſaltem tres primos libros omni » diſpenſatione interdictâ.

» Item quod nullus (ad licentiam) in aliquo examine dictæ Facultatis admit- » tatur; niſi frequentauerit diſputationes Magiſtrorum eiuſdem Facultatis per » annum vel per maiorem partem vnius anni tempore Ordinarij Magni & ſaltem » reſponderit in duabus Diſputationibus præſentibus aliquibus Magiſtris, de » quibus per ſcedulas Diſputantium Magiſtrorum tenebitur illum Cancella- » rium informare, in cuius examine licentiam voluerit obtinere.

» Item quod in Tentationibus examinis B. Genoueſæ 4. Magiſtri 4. Nationum » interſint cum Cancellario, vel Sub-Cancellario iurati in præſentia Facultatis

ſæpè dictæ quod fideliter tentabunt dignos admittendo & indignos repellendo, «
ſicut ſunt 4. Magiſtri per Cancellarium B. Mariæ ad tentandum Iurati & «
Electi. «

Item ſtatuimus, quod Cancellarius S. Genoueſæ ſit & eſſe debeat Canoni- «
cus eiuſdem Monaſterij Magiſter in Artibus ſi ibi ſit, & coram Facultate iu- «
rare debeat, quod ſecundum merita perſonarum & depoſitionem Magiſtro- «
rum Examinatorum licentiam largietur. Si verò talis, ſcilicet Magiſter non ſit «
in Monaſterio Canonicus, quod tunc Cancellarius qui debet eſſe de Mona- «
ſterio prædicto, teneatur eligere vnum Magiſtrum in Theologia qui iuret in «
manibus ſuis in præſentia Facultatis licentias elargiri modo proximè dicto. «

Item quod Bachelarij in Artibus poſſint legere curſoriè libros, quos volue- «
rint ad eandem Facultatem pertinentes, ſicut antiquitus faciebant, non ob- «
ſtante ſtatuto eiuſdem Facultatis facto in contrarium, quo inhibetur, ne ali- «
quis Bachelarius librum curſoriè illâ horâ legat, quâ aliquis Magiſter illum li- «
brum curſoriè legit. «

Item ad tollendum exceſſus, & vt Iuſtitia magis ſeruetur, & paupertati «
Scholarium conſulatur, & ſuccurratur, authoritate prædictâ ſtatuimus quod «
Licentiandi in Artibus nihil dent, vel ſe daturos promittant per ſe vel alium «
directè *Cancellario* vel *Sub-Cancellario* in cuius examine licentiari voluerint, nec «
Magiſtris Examinatoribus ſeu Magiſtro ſub quo licentiabuntur, nec alicui de «
familia eorum vel alicuius prædictorum cauſa laboris, lectionis aſſignandæ, «
aut quacunque cauſâ, occaſione Examen tangente, quodque eis non faciant «
prandium omni fraude & interpretatione ſemotis. Et quod dicti Licentiandi «
hoc iurare in ingreſſu ſui Examinis teneantur. Si quis autem contra præmiſſa «
directè vel indirectè receperit aut extorſerit, præcipimus in virtute obedientiæ, «
quòd duplum infra duos menſes Domui Dei Pariſienſi dare, tradere, ſoluere «
& reſtituere realiter & cum effectu teneatur, nullâ datione, liberalitate aut re- «
miſſione ei aliquatenus profuturâ. «

Item ad tollendum exceſſus & abuſus qui committi poſſunt occaſione Iuriſ- «
dictionis priuilegiorum Vniuerſitati Pariſienſi & Facultati Theologiæ con- «
ceſſorum, ſtatuimus authoritate prædictâ, quod nullus admittatur ad vtendum «
& gaudendum priuilegio quinquennali fundato ſuper Executoria Decreti ſu- «
per ſpecula, niſi venerit coram Facultate prædictâ aut Deputatis ab eadem, «
dicturus verbis Latinis cauſam ſuam vt dicta Facultas ſeu Deputati videat ſeu «
videant ſi cauſa eiuſdem contineatur ſub priuilegio quinquennali antedicto. «

Item talis coram dicta Facultate aut Deputatis iurabit, quod non fuit vſus «
per quinque annos priuilegio antedicto, nec in poſterum vltra quinque annos «
vtetur omni fraude ſemotâ penitus computando totum tempus quo vſus fuit «
cum tempore quo vtetur. «

Item iurabit quod virtute priuilegij antedicti non petet niſi fructus ſibi de- «
bitos ratione ſui Beneficij aut Beneficiorum ſuorum ſi plura obtineat, tranſ- «
portu tamen & quacunque ceſſione ceſſante. Quibus Iuratis, factis interroga- «
tionibus de quibus videbitur, & Reſponſionibus ſubſecutis dicta Facultas aut «
Deputati teſtificabuntur de his quæ repererint, Executori ſeu Executoribus pri- «
uilegij prædicti, prout ſibi faciendum videbitur, petita citatio concedatur. Die «
verò aſſignata in ipſa citatione idem etiam perſonaliter niſi legitimè arbitrio «
Executoris fuerit impeditus, tenebitur comparere, alioquin in expenſis parti «
alteri condemnetur. «

Item quod nullus præſumat citationem dare nec aliquam Iuriſdictionem «
virtute dicti priuilegij exercere, niſi ſolum ille Executor qui per Faculta- «
tem Theologiæ de exequendo dictum priuilegium fuerit requiſitus, & penes «
quem illud priuilegium de voluntate dictæ Facultatis fuerit & aſſenſu, & cui «
fuerit dictum priuilegium traditum per Facultatem memoratam. «

Item ad tollendum exceſſus & abuſus qui committi poſſent in Iuriſdictione «
ſeptennalis priuilegij ſuper fructibus Beneficiorum in abſentia percipiendis «
Vniuerſitati Pariſienſi conceſſi, ſtatuimus quod nullus admittatur ad vtendum «
& gaudendum priuilegio ſeptennali antedicto, niſi venerit coram Vniuerſita- «
te prædicta aut Deputatis de 4. Facultatibus ab eadem dicturus verbis Latinis «

,, cauſam ſuam vt dicta Vniuerſitas ſeu Deputati videat ſeu videant, ſi cauſa eiuſ-
,, dem contineatur ſub ipſo Priuilegio ſeptennali.
,, Item quod dictus vti volens coram dicta Vniuerſitate aut prædicto modo De-
,, putatis jurabit, quod non fuit per 7. annos vſus Priuilegio antedicto, nec in po-
,, ſterum vltra 7. annos vtetur omni fraude ceſſante computando totum tempus
,, quo vſus fuit cum tempore quo vtetur.
,, Item jurabit quod virtute Priuilegij antedicti non petet niſi fructus ſibi de-
,, bitos ratione ſui Beneficij aut Beneficiorum ſuorum, ſi plura obtineat, tranſpor-
,, tu omni & quacunque ceſſione ceſſante. Quibus Iuratis factiſque interroga-
,, tionibus de quibus videbitur & reſponſionibus ſubſecutis, Rector dictæ Vni-
,, uerſitatis teſtificabitur Executori dicti Priuilegij eandem eſſe talem quod ſit ſi-
,, bi citatio concedenda. Die verò aſſignata in ipſa citatione idem etiam perſona-
,, liter niſi legitimè impeditus arbitrio Executoris fuerit, tenebitur præcisè com-
,, parete, alioquin in expenſis parti alteri condemnetur.
,, Statuta autem alia & Cònſuetudines prædicti ſtudij niſi in quantum præmiſ-
,, ſis obuiant, in ſuo volumus robore remanere. Prædicta autem omnia & ſingu-
,, la authoritate prædicta mandamus per Cancellarios, Rectorem, Magiſtros Do-
,, ctores & Scholares prædictorum ſtudij & Vniuerſitatis præſentes & futuros, cu-
,, juſcunque fuerint dignitatis, nobilitatis, præeminentiæ, ordinis, gradus, ſta-
,, tus vel conditionis inuiolabiliter obſeruari. Non obſtantibus, &c. vt in præſcri-
,, ptis Litteris Apoſtolicis continetur. Et cuicunque habere volenti per vos Can-
,, cellarium antedictum, penes quem hoc præſens publicum inſtrumentum haſque
,, noſtras Litteras volumus remanere, & per vos publicari, eorum cum petie-
,, rint, copiam dari, ſuis tamen ſumptibus & expenſis. In quorum omnium te-
,, ſtimonium præſentes Litteras ſeu præſens publicum inſtrumentum per Arnol-
,, dum Notarium publicum infraſcriptum fieri, ſignari & publicari mandauimus,
,, ac appenſione ſigillorum noſtrorum muniri. Datum & actum Auenioni in hoſ-
,, pitio habitationis præfati D. Ioannis Cardinalis anno à Natiuitate Dom. 1366.
,, Indict. 4. die 5. menſis Iunij Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Do-
,, mini noſtri D. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ V. prædicti anno 4. præſenti-
,, bus Venerabili in Chriſto Patre D. Gaucelino Epiſcopo Nemauſenſi ac Vene-
,, rabilibus & circunſpectis viris DD. Grimerio Bonifacij Cancellario Pariſienſi,
,, Guillelmo Romani Ordinis Prædicatorum Magiſtro Palatij Apoſtolici, Ge-
,, rardo de Veruino in ſacra pagina Magiſtris, Guill. Mortelleti Cauſarum ſacri
,, Palatij Apoſtolici Auditore, Aymerico Helye Archidiacono Nemauſenſi &
,, Hugone Moſeti Priore de Balmis Ebredunenſis Diœceſis, teſtibus ad præmiſ-
,, ſa vocatis ſpecialiter & rogatis.
,, Et ego Arnoldus Ptel de Heppenart Clericus Leodienſis Diœceſis publicus
,, Apoſtolica & Imperiali autoritate Notarius prædictarum Apoſtolicarum re-
,, ceptioni Statutorum & Ordinationum præſcriptarum factioni & editioni, ac
,, omnibus & ſingulis ſupraſcriptis dum ſic per ſupradictos Reuerendiſſimos Pa-
,, tres & DD. Ioannem tit. ſancti Marci & Egidium titulo ſancti Martini in Mon-
,, tibus Preſbyteros Cardinales fierent & agerentur vnà cum ſupraſcriptis teſti-
,, bus interfui. Eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audiui. Et hoc inſtru-
,, mentum publicum de mandato & authoritate dictorum DD. Cardinalium ex-
,, inde retinui; quod aliis occupatus negotiis per alium ſcribi feci, hîcque me
,, manu propria ſubſcripſi & ſignum meum conſuetum appoſui ad majorem certi-
,, tudinem & teſtimonium eorundem, anno, Indictione, die, menſe & Pontifi-
,, catu prædictis.

Eodem anno in Rectoratu M. Ioannis Petri Sueci multa geſta ſunt digna poſteritatis memoria.

1. Compoſita eſt lis quædam, quæ intercedebat inter M. Moraldum Doctorem Theologum nomine Vniuerſitatis à 20. circiter annis, & quendam Gaufridum Roffleti pro inſtitutione & fundatione ſeu dotatione Collegij in Academia Pariſienſi, ex bonis D. Maclouienſis Epiſcopi. Sic enim 9. Iulij concordia per amicos Compoſitores & Arbitros facta, vt Gaufridus caueret ſufficienter pro fundando Collegio in alimentum 8. Scholarium; videlicet quatuor in Domo Laudunenſi, & 4. in Domo Maclouienſi. Vtque eorum octo Scholarium

Digitized by Google

quilibet ſingulis Hebdomadis pro Burſa haberet octo ſolidos Pariſienſes, atque in eam rem reditus omnes ſuos oppigneraret: idque Senatuſconſulto confirmatum.

2. Hugo Aubriotus Præpoſitus Pariſienſis qui iuramentum Vniuerſitati præſtare ſubterfugiebat, jamque per 3. annos diſtulerat, aiens ſe non teneri illud publicè in aliqua Eccleſia Pariſienſi præſtare, contrarium aſſerente Vniuerſitate, talemque eſſe morem, & à prædeceſſoribus ipſius ita præſtitum, nec vllam eſſe contrariam conſuetudinem, tandem in Æde ſacra ſancti Eligij cum ſuis omnibus Apparitotibus comparuit coram Deputatis Vniuerſitatis, Rectore ſcilicet & 4. Procuratoribus, ſex Magiſtris in Theologia, Decretiſtis & Medicis, & aliis quamplurimis Magiſtris & Scholaribus omnium Facultatum.

3. Cum Macellarij qui in vico San Genoueſiano habitant, foſſas & latrinas implerent ſanie occiſorum animalium, nec moniti purgari curaſſent, conqueſta eſt Vniuerſitas apud Senatum Pariſienſem: iuſſique ſunt illi Senatuſconſulto foſſas & latrinas expenſis propriis purgare & mundare. Prætereaque damnati ſinguli mulcta ſex librarum Pariſienſium, & aliis pœnis.

4. Denique Statutum factum de libellis, qui ufferebantur in Cutia Conſeruationis, vt quicunque illos offerrent, nomen infra apponerent, ſecus nullam eorum rationem habitum iri. De quibus omnibus ſic legitur in Antiquo libro Rectoris.

Anno Domini 1366. Vigilia B. Ioannis Baptiſtæ electus fuit in Rectorem « De Collegio Maclouienſi.
Vniuerſitatis Pariſienſis M. Ioannes Petri Canonicus Akonenſis ac Curatus Ec- «
cleſiæ Sunda eiuſdem Diœceſis dè Regno Sueciæ. In cujus Rectoria licet plura «
ſint acta, tamen ob memoriam futurorum hîc ſequentia ſunt inſerta. 1. Quam- «
vis M. Moraldus Magiſter in Theologia 20. annis & amplius nomine Vniuerſi- «
tatis litigauerit contra quendam Goufredum Roffleti ſuper fundando quodam «
Collegio ex parte Epiſcopi Maclouienſis, & ad finem debitum peruenire non «
potuerit, nihilominus 9. die menſis Iulij per modum concordiæ amicabiliter in- «
ter partes taliter fuit factum, videlicet quod idem M. Goufredus daret cau- «
tionem ſufficientem pro fundando Collegio octo Scholarium, videlicet qua- «
tuor in Domo Laudunenſi, & quatuor in Domo Maclouienſi, & quod quilibet «
eorum ſeptimanatim pro Burſa haberet octo ſolidos Pariſienſes, & inciperet «
dare Burſas in Feſto Natalis Domini proximè ſequenti, Reditibus verò ſuffi- «
cientibus pro talibus Burſis ordinatis infra viginti milliaria propè Pariſius redi- «
bunt ad ipſum illa quæ loco cautionis erant data. Promiſit etiam quod ſecun- «
dum conſcientiam ſuam melius faceret ſi poſſet obligatione alia non aſtrictus. «
Et ſuper iſta concordia ſic facta ad Requeſtam vtriuſque partis, puta Vniuer- «
ſitatis & prædicti M. Goufredi, & vnanimi conſenſu ipſorum latum fuit Arre- «
ſtum in Parlamento & condemnatus fuit prædictus M. Goufredus ad omnia «
ſupradicta. «

Item Præpoſitus Pariſienſis licet diſtulerit & cum magna cautela protraxerit « Præpoſitus Par. iurare cogitur.
ne recognoſceret ſe juraſſe vel renouare ſuum juramentum, & de hoc Vniuer- «
ſitas ſuſtinuiſſet labores plurimos per tres annos, quia Præpoſitus dixit ſe non «
teneri renouare juramentum in aliqua Eccleſiarum Pariſienſium, Vniuerſitate «
contrarium aſſerente, quia ſui prædeceſſores hoc fecerunt, nec vnquam viſum «
fuit contrarium. Finaliter ipſe comparuit cum ſuis Seruientibus in S. Eligio «
coram Deputatis Vniuerſitatis, videlicet Rectore & 4. Procuratoribus, & ſex «
Magiſtris, in Theologia videlicet M. Ioanne Faliſta & M. Ioanne Regente in «
Domo Auguſtinenſium aliis abſentibus, ſed loco ipſorum aliis etiam aſſum- «
ptis ex parte Decretiſtarum Decano ipſorum M. Ioanne Tonſoris & M. Ioan- «
ne Scoti deputato ex parte abſentis. Ex parte Medicorum M. Petro Lupi & aliis «
quamplurimis Magiſtris & Scholaribus. Lecto igitur quolibet articulo Priui- «
legij per M. Dionyſium Flatonis verbis Latinis particulariter ſigillatim & de- «
articulatè & expoſito etiam eodem modo in Gallico per D. Præpoſitum ſatis «
pulchrè quamvis dixerit ſuis Seruientibus quod prius iſta non jurauerit tanquam «
ſibi impoſſibilia, finaliter tamen poſt multas altercationes hinc inde factas pro- «
miſit fide media ſe omnia ſeruaturum ſecundum poſſe ſuum dolo & fraude ex- «

» cluſis: & ſuis Seruientibus idem mandauit ſub iuramentis ipſorum & ſub omni
» pœna quam eis infligere poſſit ſi in contrarium venirent, proteſtatione ſemper
» facta ne locus in quo iuramenta renouauit, vel quæcunque alia ibidem dicta
» vel facta noſtris priuilegijs in aliquo in poſterum præiudicium generarent.

Contra Macellarios San-Genouef.

» Item latum eſt Arreſtum contra Macellarios in vico S. Genouefæ per Do-
» minos de Parlamento ad requeſtam Vniuerſitatis. 1. Quod facerent mundari
» foſſas & latrinas expenſis proprijs, quas impleuerant immundicijs animalium:
» condemnato nihilominus quolibet ipſorum ad ſex libras Pariſienſes.
» Item quod nunquam mactarent in vico prædicto bouem, mutonem vel por-
» cum, adhibitâ ſuper hoc certâ pœnâ & emendâ pecuniariâ, & ſanguinem ſeu
» immundicias animalium ad vicum non proijcerent, contrarium facientes,
» emenda 60. librarum Pariſienſium punirentur.

Libelli in Curia Conſeruatoris.

» Item quod in Curia Conſeruatoris libellus ſuper aliqua cauſa non recipere-
» retur, niſi *nomen formantis libellum poſt finem libelli inferius poneretur.*

Hæc eo Rectore acta ſunt, cui ſucceſſit in Rectoratu M. Ioannes de Trelon citius quam ferant leges Academiæ. Nam eius Electionem legimus in eodem libro Rectoris factam 16. menſis Septembris, quæ fieri debuiſſet menſe Octobri. Sed forſan Prædeceſſor obierat, aut in patriam repedare coactus fuerat. Vt vt ſit, electus eſt prædictus de Trelon, cui multi quoque labores incubuerunt ſuſtinendi; imprimis verò, ex eo quod inhibitum fuerat Rectori, Conſeruatori & Promotori de cauſis cognoſcere, quas ad ſe pertinere putabant. Cauſas iſtas crediderim eſſe Beneficiarias illas, de quibus à Carolo Rege indultum eſt Priuilegium, quod infra referemus.

» Anno Domini 1366. 16. die menſis Septemb. fuit electus in Rectorem pro 2.
» vice M. Ioannes dictus de Trelon de Malincuria via Spiritus ſancti. Et fuerunt
» Intrantes MM. Dionyſius Flatonis, Ioannes Bardoul, Henricus Herout &
» Iacobus de Hollandia. Et habuit laborem immenſum pro inhibitionibus factis
» Conſeruatori, Rectori, & Promotori ex parte Regis & Dominorum de Par-
» lamento.
» Item pro Rotulo directo ad D. Papam Vrbanum V. cuius totum onus ha-
» buit, tamen non fuit poſitus in eo tanquam Rector.
» Item pro vino arreſtato in Sequana per Præpoſitum Mercatorum, licet illud
» vinum pertineret ad *Collegium de Choletis.*
» Porro propter negotia illa difficilia & immenſa, præſertim verò propter
» inhibitiones factas Conſeruatori, prorogatus fuiſſe videtur M. Ioanni de Tre-
» lon Rectoratus vſque ad menſem Martium, donec ſcilicet à Rege priuilegium
» obtinuit de cauſis Beneficiarijs; quod eſt huiuſmodi.
» Carolvs Dei gratia Francorum Rex, Vniuerſis præſentes litteras inſpe-
» cturis Salutem. Grauem querimoniam Dilectæ filiæ noſtræ Vniuerſitatis Ma-
» giſtrorum & Scholarium Pariſienſium recepimus continentem, quod cum à S.
» Sede Apoſtolica eidem indultum exiſtat, vt Vniuerſi Magiſtri & Scholares in
» Dei Eccleſia Beneficiati, in *Studio Pariſienſi* actu ſtudentes in qualibet Faculta-
» te licita inſiſtendo ſtudio fructus, reditus & prouentus omnium Beneficiorum
» ſuorum vſque ad ſeptennium poſſint percipere quotidianis diſtribntionibus
» duntaxat exceptis, ac ſi in Eccleſijs ſiue locis, in quibus illa obtinent, perſo-
» nalirer reſiderent, nec non tam à dicta ſancta Sede quam Prædeceſſorum no-
» ſtrorum Francorum Regibus & Nobis veniendo ad dictum Pariſienſe Studium,
» in ipſo morando, actu ſtudendo, & ab eodem ad propria redeundo, ipſi & eorum
» principales Seruitores vtpote Conſeruator Priuilegiorum, Sigillifer Curiæ &
» 4. principales Bedelli à Pedagio & quacunque exactione ſint immunes &
» exempti, & virtute priuilegiorum à dicta S. Sede eidem Vniuerſitati indulto-
» rum Detentores, Occupatores, Impedientes, fructuſque & reditus, exitus,
» prouentus & arreragia dictorum ſuorum Beneficiorum iuxta formam dictorum
» priuilegiurum ſoluere recuſanres & quoſcunque ab ipſis pedagia & exactiones
» quaſcunque recipientes & leuantes coram Conſeruatore dictorum Priuilegio-
» rum citare & ad Iudicium euocare, & ipſe Conſeruator de præmiſſis cognoſ-
» cere, eoſque ad reddendum & ſoluendum eiſdem Magiſtris & Scholaribus fru-
» ctus, exitus, reditus & prouentus ac arreragia ſibi debita ratione dictorum
ſuorum

ſuorum Beneficiorum, necnon ad deſiſtendum & ceſſandum à detentione, occupatione, & impedimento per ipſos in ipſis Exitibus, reditibus, prouentibus & arreragijs appoſitis, & ad ipſis ablata reddendum & reſtituendum Cenſura Eccleſiaſtica cogi & compelli à tempore conceſſionis dictorum priuilegiorum: à quo tempore non eſt memoria hominum, & de iſtis cognoſcere conſueuit. Nihilominùs tamen Dilecti & fideles Conſiliarij noſtri Parlamentum noſtrum Pariſius tenentes, Præpoſitus Pariſienſis, nonnullique Iuſticiarij noſtri de die in diem eiſdem Magiſtris & Scholaribus ac Conſeruatori dictorum Priuilegiorum ex parte noſtra ſub certis & diuerſis pœnis nobis applicandis inhibuerunt & inhibent, ne de dictis reditibus, fructibus, exitibus, prouentibus & arreragijs dictorum Beneficiorum eiſdem Magiſtris & Scholaribus debitis ac de receptis per dictos Pedagiarios & Exactores, ſeu Exactores recipientes & leuantes cognoſcat, nec per dictum Conſeruatorem cognoſci procuret, dicentes cauſas ipſas fore merè reales & ad ipſos Conſiliarios & Iuſticiarios forumque noſtrum de eiſdem cognoſcere debere ſpectare. Propter quod cum inſtantia & humilitate nobis ſupplicarunt, quod cum eiſdem Magiſtris & Scholaribus eſſet graue & ſumptuoſum pro qualibet actione & querela ratione præmiſſorum coram prænominatis noſtris Conſiliarijs & Iudicibus comparere, ipſoſque oporteret totaliter ſuum dimittere ſtudium: maximè cum plures de dictis Debitoribus, Occupatoribus, Leuatoribus & Exactoribus interdum de extra Regnum noſtrum fore contingat, quatinus de noſtra ſpeciali gratiâ eiſdem Conſiliarijs noſtris, Præpoſito & Iudicibus Regni noſtri inhibere, ne de cætero tales vel conſimiles inhibitiones dictis Conſeruatori, Magiſtris & Scholaribus facerent, ſed prædictis immunitatibus & libertatibus ac priuilegijs vti & gaudere, ac prædictum Conſeruatorem de prædictis cognoſcere permitterent & aliàs ſuper præmiſſis de remedio prouidere dignaremur oppurtuno.

Nos verò attendentes & conſiderantes fructus vberes & palmites pretioſos quos Pariſienſe ſtudium præ alijs Generalibus ſtudijs in prærogatiua ſcientiarum ſingulare vbique diffundit, & ne ab eorum ſtudio diſtrahantur, necnon magnam affectionem quam erga noſtram filiam Vniuerſitatem hactenus habemus, dignum & rationabile reputamus, vt eorum ſupplicationibus, præſertim in his quæ Magiſtrorum & Scholarium ipſorum commoditatem reſpiciunt, fauorabiliter annuamus, quamuis de iure noſtro Regio cognitio præmiſſorum ad Nos & forum noſtrum ſpectet & ſpectare dignoſcatur, tamen eidem filiæ noſtræ Vniuerſitati Pariſienſi de gratia ſpeciali conceſſimus, & tenore præſentium concedimus, quod Conſeruator dictorum Priuilegiorum de prædictis cognoſcat, dum tamen Concluſio libellorum ſeu petitionum fuerit perſonalis. Inhibentes eiſdem noſtris Conſiliarijs, Præpoſito Pariſ. cæteriſque Iuſticiarijs Regni noſtri, ne de cætero eiſdem Conſeruatori, & Scholaribus tales vel conſimiles inhibitiones de & ſuper præmiſſis faciant ſeu fieri præcipiant & procurent, ſed noſtra præſenti gratia vti & gaudere, ac dictum Conſeruatorem de præmiſſis modo præfato cognoſcere permittant. In cuius rei teſtimonium, noſtrum præſentibus litteris apponi fecimus ſigillum. Datum apud Luparam prope Pariſius 18. menſis Martij, anno Domini 1366. & Regni noſtri 3. Sigill. per Regem in ſuo Conſilio. D. Collors.

Idem Priuilegium confirmatum eſt anno 1459. à Ludouico XI. vt ſuo loco referemus.

Prædicto M. Ioanni de Trelon ſucceſſit in Rectoratu M. Ioannes de Dunghen Brabantinus qui prædicti priuilegij expeditionem obtinere non potuit. De eo ſic legitur in libro Rectoris.

Anno Domini 1366. die 24. menſis Martij, videlicet in profeſto Annunciationis B. Virginis Mariæ facta congregatione Facultatis more ſolito apud S. Iulianum pauperem ad eligendum nouum Rectorem per venerabilem & diſcretum virum M. Ioannem de Trelon fuit electus in Rectorem Vniuerſitatis Pariſ. M. Ioannes de Dunghen de Brabantia Leodienſis Diœceſis, qui valdè inuitè onera Rectoriæ acceptauit. Et fuerunt Intrantes M. Guillelmus de Marchia, M. Clemens Calati, M. Thomas Durandi & M. Marcilius de Ynghen.

Hic Rector in ſuo Rectoratu non potuit expeditionem habere priuilegij

ſupradicti, licet à Rege fuiſſet indultum & ſignatum. Quippe moleſtè ferebant Iudices Regij & Parlamentarij cauſas Magiſtrorum & Scholarium remitti ad Curiam Conſeruatoris. At eius ſucceſſor obtinuit, vt ad annum ſequentem referemus.

Eodem anno Vrbanus Pontifex precibus & amore Caroli Imperatoris adductus, qui Pragenſem Academiam in Bohemia ioſtituerat, quique viros Doctos vndequaque aduocabat, ad quatuor Mendicaotium Ordines ſcripſit, vt è ſuis viros eruditos, quorum Doctrina & Scholaſticis diſſertatiooibus ſcientiarum ſpleodor effulgeret, ad Academiam illam deſtioareot. Taliſque eſt ad illos Epiſtola.

ACADEM. PRAGENSIS.

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Mioorum Miniſtro, ac Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini & S. Mariæ de Monte Carmelo Ordioum Prioribus Fratrum, Prouiocialibus Prouiociarum illarum, in
» quibus ſecundum morem ſingulorum Ordinum dictorum Regoum Bohemiæ
» conſiſtit: oec non Guardiaoo, Prioribus & Fratribus Domorum Pragenſium
» Ordinum Prædictorum Sal. & Apoſtol. bened. Etſi ſacræ Theologiæ ſtudio,
» per quam veræ & Catholicæ fidei, æteroæque Deïtatis & humaoæ ſalutis &
» ſummi boni habetur agnitio, ſit vbilibet inſiſtendum, in Geoeralibus tamen
» ſtudijs propter ſtudentium multitudioem & coocurſum circa eius Lecturam
» tantò diligentius decet attendi, quantò in eis eiuſdem ſcientiæ veritas magis
» exquiritur, & ſi qua emergunt dubia, lucidius declarantur. Cupientes igitur
» præmiſſorum iotuitu, necnon conſideratione Chariſſimi in Chriſto filij noſtri
» Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Bohemiæ Regis Illuſtris
» ſuper hoc nobis humiliter ſupplicaotis, quod Geoerale Studium, quod in
» qualibet licita Facultate & Apoſtolicæ Sedis Indulto viget in Ciuitate Pra-
» genſi quæ in Regno Bohemiæ priocipaliter exiſtit in Facultate per bonorum
» ſufficientiam Magiſtrorum tanquam noua plantatio floreat atque fructificet,
» Diſcretiooem veſtram hortamur attentè, quatenus ob Diuioæ Maieſtatis &
» noſtram, ac prædictæ Sedis reuereotiam, quod etiam ſine exhortatiooe aliqua
» facere debetis, io ſiogulis Domibus ſeu locis veſtris de Ciuitate prædicta do-
» ctos, ſufficientes, & booos in eadem Facultate Magiſtros qui ibidem in ea de-
» gant & doceaot iuxta morem aliorum Geoeralium ſtudiorum, habere & teoere
» contiouò ſtudeatis, id tam per vos, quam apud Superiores veſtros ſic fideliter
» & ſollicitè procurantes, quod inde optatus fructus proueniat, qui ſperatur,
» Noſque proinde veſtram poſſimus in Domino diligentiam commendare. Da-
» tum Auen. 3. Id. Nouemb. an. 5.

» Hoc aono cum Carolus Rex audiuiſſet Vrbanum meditari Romam repor-
» tare Sedem Pontificiam, ad eum celebrem deſtinauit Legationem, M. Nicol.
» Oreſmio eiuſdem Oratore, quo reditum diſſuaderet. Extat in MS. Bibliothecæ Victorinæ ootato hiſce Characteribus BF. 31. Quædam, vt ibi legitur, Propoſitio notabilis coram Papa Vrbano V. facta & coram Cardinalibus ex parte Regis Franciæ. Inter rationes verò quæ ibi inſeruntur, voa petitur ex Voiuerſitate Pariſienſi: hioc eoim ſuadetur Franciam præeligendam eſſe & præfereodam Romanæ Sedi, quia pluribus ſtudijs pluribuſque Diſcipliois floret: Sed & alia multa in ea contioentur oon iniucuoda fortè futura Lectori, quæque exiſtimo noodum io lucem pordiiſſe.

Propoſitio Notabilis facta coram Papa Vrbano V. & Cardinalibus ex parte Regis Franciæ.

A*Ttenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſo.* Iſa. 38. proferre enim valeo verbum Iacob ad Eſaü, *Vidi faciem tuam, quaſi vultum Dei*, Geo. 33. vultum ſiquidem ſui ſaoctiſſimi Vicarij, cui data eſt omnis poteſtas ligandi atque ſoluendi Matth. 16. 21. d. in nouo. Cui etiam per Dominum dictum eſt, *duc in altum* & in profundum diſputationum. Quid autem tam altum quàm altitudinem Diuitiarum Dei videre? Et qui ſacræ cognitionis habet poteſtatem & iudicationis Diuinæ repræſentat reuereotiam, cum Vicaria digoitas terreſtris dignitatis antiſta ipſo oomine eius ſe trahere iudicet portionem? C. de Off. vj.

l. facies enim eius ſicut ſol lucet in virtute ſua Apo. 1. & 10. c. Ideoque con-funder elcuare faciem 1. Eſdræ 9. *Præ pauore enim cecidi in faciem meam*, Iudith 13. Qui pauor faciem meam obtinuit Iudith 6. timor enim tenuir me & tremor Iob. 10. en quod timore repletus in extaſi ſum conſtirutus Act 3. quia negotium mihi commiſſum exponendum vltra vires meas eſt, nec iſtud ſolus valerem ſuſtinere Exod. 18. Adinſtar Moyſi Domino conquerentis & dicentis: *Quare impoſuiſti pondus vniuerſi huius populi ſuper me?* Num. 11. non valeo enim negoria hæc ſolus ſuſtinere neque pondus. Deuter. 1. quia hoc pondus ferre non potui Iob. 31. merito igitur valeo dicere cum Iob, *quod timor quem timebam, euenit mihi*, & quando verebar, accedit Iob. 4. & in faciem meam cecidi. Sed conſiderans illud quod ſcribitur Iob. 13. *Cur faciem abſcondis?* quia P. Beat. & quod faciem meam ſuſcipias Iob. 24. quia ante faciem tuam reuerirus ſum 2. Eſdr. 5. fiducialiter igitur agam & non timebo Iſa. 12. Concludendo igitur dico ſic. *Memento mei Domine & mihi da fiduciam Domine Rex Deorum & vniuerſæ poteſtatis, & tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu Leonis.* Heſter 14. illius ſcilicet Leonis, de quo dicitur, *vicit leo de Tribu Iuda radix Dauid.* Apoc. 5. de quo etiam dicitur Iuda accubuiſti vt Leo Gen. 19. & Num. 24. hic eſt ille de quo dicitur quod vt leo erigetur Num. 25. Præfatione igitur aliquali pro mea excuſarione cum humillima ſubmiſſione, Beatiſſime Pater, aggredior execurionem commiſſi negorij. Et 1. B. Pater, quia deuotiſſimus filius veſter Rex Francorum perſonaliter ad vos accedere non valet, cerris ex cauſis ſecretius S. V. exponendis per Legatos ſuos nobiliſſimos & ſolemniſſimos, eandem S. V. duxit viſitandam, qui eriam ad V. S. ſalutandam humiliter huc acceſſerunt, provt in caſu conſimili fuit in Legaris Ludouicus Imperator 63. d. tum Adrianus. Qui Legati ſunt nobiliſſimi natalibus & generis luce conſpicui & patrimonio ditiores C. de com. & merc. l. nobiliores 91. d. nobiliſſimus: & quos Comitatus Regalis lateris illuſtrat. C. de Præp. Lab. l. 1. lib. 12. eorum enim nomina Illuſtrium in diademate Regio ſunt inſcripta & pars Regij Corporis exiſtunt l. ad l. Iul. M. quiſquis 6 q. 1. ſi quis cum militibus Hi ſunt nobiliſſimi principes multitudinis per Tribus & cognationes Leuit. 1. deſtinauit igitur ad S. V. viros nobiles & ſapientes imitatus Moyſen, qui tales elegit Deuter. 1. hi enim ſunt qui comedunt panem in menſa Regis tanquam filij Regis 2. Reg. 9. quos etiam habet Rex tanquam charos, imo cariſſimos 2. Mach. 14. injungens eiſdem ſalutare Vrbanum adjutorem noſtrum, ad Rom. 16. dico igitur verba Daniel 10. *Scis quare veni ad te.*

Legationis igitur negotium exponendo dico ſic Beat. Pater, Deuotiſſimus filius veſter Rex Franciæ ſæpe dictus S. V. alloquitur in hunc modum. *Sanctiſſimo in Chriſto Patri ſumma dulcedine amplectendo perpetuæ Beatitudinis optat ſalutem & in Deo vero ſummæ felicitatis Beatitudinem ſcilicet dicit.* In nomine Parris, &c. ſanctiſſimi. Sicut Alexander Rex Ionathan per Epiſtolam ſalutauit 1. Mar. 14. & Demetrius Simoni ſummo Sacerdoti ſalutem emiſit 1. Math. 13. ſponte etiam ſe & ſua offerens cum promptirudinis affectu, Num. 15. ſponte offeren. promptus eſt eius animus, & ad Cor. 8. ſi enim promprus eſt animus. Et cap. 9. *Scio enim promptum animum.* Et 2. Machab. 6. pro prompto animo. Idem menre promptiſſima ac deuota offert. Exod. 35. adde verba quæ perferebat Iacob ad Eſaü. *Si inueni gratiam in oculis tuis, ſuſcipe munuſculum de manibus meis*, Gen. 33. Munus verò ſuum offert deuotiſſimus filius veſter Rex, Franciæ per verba legis ſic dicentis *Titiæ* amicæ meæ cum qua ſemper ſine mendacio vixi auri 5. pondo dari volo ff. de aur. & arg. l. Tiriæ, quæ ſiquidem auri pondo manifeſtius exprimuntur. 1. *Siquidem pondus eſt* Catholicæ fidei *profeſſio*, quam ipſe Princeps Religioſiſſimus & iuris Prouidentiſſimus ff. de le 11. l. vnum ex famil. §. fil. cum dicit non ad fidem. *Chriſtianiſſimus*, cum dicit, cum ad vnum, & fideliſſimus ſcilicet d. §. Principibus firmiter Domini amantiſſimus & qui in eo habitat Deuter. 33. profiretur, ſuique prædeceſſores hactenus profeſſi ſunt. Sed dicer Adrianus. Et C. in Synodo. Ideo *Carolus* quaſi *clara lux* & per conſequens *illuſtriſſimus* dicitur, quia nihil eſt quòd lumine clariori præfulgeat, quàm recta fides in principe in Epiſtola Ioan. Papæ C. de ſum. T. inter claras. de quo dici poreſt illud quod ſcribitur Ierem. 5. *Oculi tui reſpiciunt fidem*, Ier. 5. & quia oſtendit

gratiam & fidem 2. Reg. 15. expectantis vitam quam Dominus daturus eſt illis, qui ſuam habent & nunquam mutant ab eo. Thren. 2 vnde de ipſo dici poteſt *teſtis eſt in Cœlo fidelis in populo*. 2. Pondus eſt Charitatis & amicitiæ ſponſio, cum dicitur *Amica mea* juxta illud Apoſt. Caritatem fraternitatis, *iuxta inuicem diligentes* ad Rom. 12. & ſupportantes inuicem in caritate ad Epheſ. 10. Et diligamus nos inuicem, quia caritas exemplum eſt illius. Ioan. 10. volens igitur eſſe Princeps amicitiæ Sap. 7. quia in amicitia illius delectatio Sap. 8. quia qui timet Deum, bonam habet amicitiam. Ecce ergo venit ad Patrem ſuum facere amicitiam cum eo, ſicut dicitur de Regina Auſtri quæ venit facere amicitiã cum Rege Aquilonis. Dan. 11. concludo igitur quod Rex ipſe cum amico ſuo pacem loquitur Ier. 9. 3. Pondus eſt indiſſolubilis vnionis expreſſio cum dicit, cum *qua ſemper*. Ipſe enim Rex ſollicitus ſeruare vnionem ſpiritus juxta illud quod ſcribitur ad Eph. 10. occurrere cupiens in vnitate fidei, vt in eodem cap. conſiderans igitur, quod qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. 1. ad Cor. 6. ſic concludit, nos omnes in vno ſpiritu & in vnum corpus & omnes vno ſpiritu potati ſumus. 1. ad Cor. 12. Habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu, ad Epheſ. 2. & ſtamus ambo in vno ſpiritu vnanimes ad Phil. 7. 4. Pondus eſt inuiolatæ fidei prompta repromiſſio, cum dicit, *ſine mendacio vixi*. Adinſtar Moyſi, de quo dicit Dominus, ſicut Moyſes qui in omni Domo mea eſt fideliſſimus. Num. 12. Inueniſtis enim Pater ſancte, & veſtri prædeceſſores cor eius ſuorumque prædeceſſorum fidele, juxta illud. *Inueniſti cor eius fidele coram te*. N. 9. in tempore enim tribulationis Eccleſiæ permanſerunt ſemper fideles juxta illud, quod ſcribitur Eccleſ. 22 in tempore tribulationis per. illi fid. Eccleſ. 22. talis igitur amicus fidelis fortis eſt protectio. Eccleſiaſt. 6. obediens eſt Patri ſancto dicenti, *Eſto fidelis vſque ad mortem*, Apocal. 2. fœdus igitur init vnionis: ideoque concludit quod fœdus ſuum in æternum non mouebitur, vt dicebat alicui Dominus de fœdere ſuo. Iſaiæ ſeptimo. *Concludens non te deſeram neque derelinquam, viuit enim anima mea, quia non derelinquam te*. 4. Regum 2. vnde de eo meritò dici poteſt, dedi in fœdus populi, vt ſuſcitet terram Iſa. 49. & 50. 5. Pondus eſt ſimplicius ſuorumque bonorum gratuita oblatio ſeu ſubmiſſio, cum dicit *dari volo, &c.* quid enim dignum offerre poſſum Domino Mich. 6. Chriſtus ſeipſum pro nobis obtulit ad Heb. 9. offert igitur Rex quod poteſt & ſicut placet ad 2. Reg. 23. Concludens per verba Canonis & ſanctam Rom. Eccleſiam & Te D. Vrbanum tuoſque ſucceſſores ejuſdem Eccleſiæ Rectores exaltabo ſecundum poſſe meum. 63 D. Tibi Domino. De eo igitur concludi poteſt per ſuos Legatos quod ipſe deuotiſſimus filius venit facere voluntatem Patris Ioan 9.

Beatiſſime Pater veſter amantiſſimus & deuotiſſimus filius Rex Franciæ ſæpe dictus dialogicè per me loqui Sanctitati veſtræ intendit ſuæque mentis conceptum confidenter exponere quaſi filius loquens patri conquerendo & Pater Filio ſuadendo & mite reſpondendo, & filius poſtea replicando. D. ſic filius. *Domine quo vadis?* Pater reſpondet, *Venio Romam*. Filius replicat dicens, *iterum crucifigi* quæ vera licet expreſsè non ſint in textu Bibliæ, tamen habentur in C. per venerabilem, qui filij ſunt legi. & habentur in ſpec. Hiſtor. l. 1. cap. 13. quod ſumitur ex geſtis de Paſsione Petri, & cap. 14. Beatiſsime Pater in verbis propoſitis obmiſsâ introductione causâ breuitatis, filius iſte quærit à Pater tanquam inſcius quærit effectus anxius, quærit dolore confuſus, quærit lachrymis perfuſus, filius inſcius dolore confuſus filiali more ad quærendum excitatur; filius anxius lachrymis perfuſus ad terrorem incitatur. Ex ſincero mentis affectu filius efficitur querulosſus, ex deflendo rei effectu redditur hic doloroſus. Filius pro rebus Patri conſilium, Pater refert eiuſdem exilium, filius requirit conſolationem, Pater refert deſolationem, filius Patrem nititur retrahere, Pater nititur ſe diſtrahere, filius Patrem ad rationem ponit, Pater voluntarius periculo ſe exponit. Filius Patrem à periculo nititur eruere, Pater recuſat conſilium amicitiæ. Filius Patris votum requirit, Pater negat quæ requirit. Filius inuitat Patrem ad vnionem, Pater prouocat filium ad diuiſionem. Filius deplorat Patrem corde puro, pater repellit filium corde duro. Filius Patrem allicit, Pater filium reijcit. Aduertat igitur paterna cura, ne perſeueret in patre

mens adeo dura, quia iuxta l. Cin. Conſilium pluſquam in ſe pater timet in filium ff. quod me l. iſti quidem. Queritur pater de malo filio, queritur filius de duro Patre. Seruamus honorificeutiam patri quia debetur à filio, non ęquamus filium patri in honore, ſed præponimus filium patri in veritate, & ſic tribuimus honorem debitum vt non perdat æquitas meritum. Beatiſſime Pater deuotiſſimus filius veſter innifus dicto Apoſtoli dicentis, *Nolite amittere confidentiam veſtram quæ* magnam habet remunerationem ad Hebr. 10. & alibi. Ex hac confidentia voluit peruenire ad vos *2. ad Cor. 1.* qui etiam teſtatur ſe acceſſum in confidentia habere per fidem ad Epheſ. 3. deſtinauit legatos ſuos ad vos confidenter iuxta illud quod alibi legitur de Iuda, accedens propius Iudas confidenter ait, *oro Domine*, &c. *Gen. 20.* Ingreſſi ſuntque hanc vrbem confidenter *Geneſ. 24.* per quos infra dicenda iniunxit Sanctitati veſtræ exponi. Iuxta illud *pronunciet euidenter*, &c. *Leuit. 12.* multa mihi fiducia apud vos *2. ad Cor. 7.* & quod ſcribit Ieremias, erit anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam *Ier. 39.* Et quod ſcribitur *Heſter. 9.* Domine da mihi fiduciam. Adiuimus igitur B. P. cum fiducia thronum veſtrum iuxta illud Apoſtoli *eamus cum fiducia ad thronum* ad Epheſ. 4. concludens, Domine da mihi fiduciam infra ſcripta proponendi *Heſter. 9.* Habita igitur & percepta fiducia B. P. deuotiſſimus filius veſter memor Canonis dicentis quod miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur ſi filius Patrem & diſcipulus Magiſtrum ſimiliter nitatur ſubiugare cum dicit, quis dubitet? erubeſcit enim lex filios eſſe caſtigatores parentum in Auten. de Nup. §. ſi vero ff. de Tu. & Cu. da. ab h. l. is qui. quod maximè in Patribus ſpiritualibus cenſet attendendum, in quibus legatione Dei fungentibus offenſa grauior quàm in carnalibus & maiori damnatione digna reputatur, & maximè in Rom. Pontifice cui non eſt fas dicere, cur ſic facis? *2. Reg. 16. 19. D.* In memoria *Eccleſ. 8.* non in via correctionis, ſed in modum filialis allocutionis permittit aliquid ſcilicet quod omnipotens Deus iudicio ſenioris populi ſui ſe videtur ſubmiſiſſe. Dicens per os Prophetæ, *Nunc ergo habitatores Ieruſalem & viri Iuda iudicate inter me & vineam meam, quid eſt quod vltra debui facere vineæ meæ & non feci?* Iſa. 5. & alibi in Pſalmo dicebat Chriſto venturo, *Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris.* Ergo Chriſtus eſt iudicatus licet iniuſtè damnatus & iudicio ſe ſubmiſit *Ioan. 18.* legitur Chriſtum dixiſſe *ſi malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene cur me cædis?* per quæ verba legitur Chriſtum ſe ſubmiſiſſe teſtimonio vel Iudicio etiam peruerſorum. Item ſicut ait B. Petrus *2. Cor. 2.* ſubiugale & mutum animal hominis voce loquens prohibuit Prophetæ inſipientiam & filius opinionem Patris corrigit ff. de Condir. ob cauſam da. l. 3. & Diſcipulus Magiſtri ſui opinionem excuſat ff. de Arb. le. quale. nec etiam vlla Maioribus iniuria irrogatur ſi vbi publica verſatur vtilitas, minor veritatem inueſtigauerit. Q. de Offic. Re. Prou. l. Po. & Leone Papa teſtante manet Petri priuilegium, vbicunque ex ipſius æquitate fertur Iudicium quo innuat quod ceſſare poteſt æquitas Petri in nonnullis diſpoſitionibus particularibus diſt. 24. manet. Et Anteceſſor nonnulla ſuis indicat ſucceſſoribus, quibus legem indicere non valent Ext. de Re. quia per ambitioſam l. 6. Idcirco B. P. ſub confidentia antedicta filiali feruore ductus præmiſſa proſequitur conquerens per modum antedictum. Cauſas autem ſuæ querimoniæ exponit vt ſequitur. *Heu, heu, heu Domine mi, quid faciemus?* 4. Reg. 6. quid tibi vis Pater mi, vt bibas aquas turbidas in via Ægypti & ſubeas innumeras turbationes? *Ierem. 2.* c. quomodo enim ſi mulier contemnat amatorem ſuum, ſic filium tuum contemnere videris *Ier. 3.* nutriuiſti enim nos cum iucunditate, dimittis autem nos cum fletu & luctu Bar. 4. c. Poſſum enim dicere problema Samſonis, de comedente exiuit cibus & de forti egreſſa eſt dulcedo *Iudith. 14.* de Leone qui eſt de Tribu Iuda, exiuit cibus ſpiritualis, quia non ex ſolo pane viuit homo, &c. de Off. Ord. inter cætera & de ipſo forti Leone egreſſa eſt dulcedo. In omnibus enim neceſſitatibus repertus eſt iſte Leo dulciſſimus, liberalis, beniuolus & gratiſſimus & mitiſſimus, ſicut de Moyſe dicit, quod erat vir mitiſſimus *Num. 12.* Prout ipſa rerum experientia manifeſtius comprobauit, imitatus dictum Saluatoris *diſcite à me quia ſum mitis & humilis corde.* Iuxta illud *quoniam tu Domine ſuauis & mitis*, Pſal. 85.

Aſcendit igitur Leo iſte de cubili ſuo & prædo Gentium id. inimicus homo ſe leuabit vt ponat terram in ſolitudinem. Et ibi ſubjungitur Heu, Heu, Heu, Domine Deus, ergone decepiſti populum iſtum dicens *Pax erit vobis & Eccleſiæ*. Peruenit gladius vſque ad animam Ier. 4 faciem enim tuam conuertiſſe videtis ad exteriora 2 Paralip. 3. Animaduerto quod facies Patris non eſt ſicut heri nudiuſtertius Geneſ. 13. Cur igitur Pater faciem tuam abſcondis vel abſcondere vis? Iob. 13. Quid fecimus tibi, quid peccauimus in te? Geneſ. 20. Quid eſt quod facere voluiſti? Geneſ. 29 Nonne Domine mi, ſerui tui omnes ſunt? 1. Paralip. 21. Quid eſt quod facies in plebe iſta? Exod. 18. Quid tibi fecit populus iſte? Exod. 92. Quid voluiſti tranſducere populum? Ioſ. 7. *Quid meruit Pater, vt aduerſus me conſurgas?* Iud. 12. Quid enim feci & quid inueniſti in me? 1. Reg. 29. iſte grex quid commeruit? 1. Paralip. 21. Quid peccaui tibi? Ier. 37. Quid vis Pater, quid petis & detur tibi, etiamſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Heſter. 5. *Quid feci tibi aut quid moleſtus fui?* Mich. 6. Quid vis vt faciam tibi? Machab. 5 Quid vis me facere? Act. 9. quid igitur Pater mi acturus es? Act. 22. *Nulla enim cauſa ſuſpicionis inueniri poteſt, quin ego & populus meus tibi ſimus fideles*, Iſa. 27. Inueniſti enim cor eius fidele, & fideles comprobati ſunt. Et quis alius eſt populus vt populus iſte 1. Par. 17 Clamat igitur iſte filius, caput meum doleo, caput meum doleo. 4. Reg. 4. & nota quod bis dicit caput, &c. dolet Vicarium Chriſti qui eſt caput Eccleſiæ ad Col. 1. & caput omnis principatus ad Coloſ. 2. Taliter moueri, talibuſque periculis ſubjici. Nam Dominus reſeruauit filiis dolorem Patris Iob. 21. Dolet etiam caput proprium, nam tactus eſt dolore cordis Gen. 6. Clamat etiam, ventrem meum doleo, ventrem meum doleo Ierem. 4. venter enim meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo Iob. 32. *Et factus ſum tanquam cera liqueſcens in medio ventris*, Pſal. 21. Conturbatus eſt enim venter meus Abacuc 3. & amaricatus eſt venter meus Apo. 10. Verba ergo mea dolore ſunt plena, Iob. 6. Commuto faciem meam & dolore torqueor Ioan. 9. Nam & os meum perforatur doloribus Iob. 3. Hæc igitur omnia initia ſunt dolorum Mach. 34. Videte igitur dolorem meum, & ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Apprehendit enim me dolor durus 2. Mach. 9. & duros ſuſtineo cordis dolores 2. Mach. 3 Deſideraui igitur, exquiſiuit igitur te Domine facies mea, faciem tuam requiram Pſal. 26. Ad te igitur Domine, faciem meam conuerto Thren. 3. Deſiderans videre faciem Salomonis id. tuam 2. Paral. 9. & vt videaris facie ad faciem Num. 14. & tui Regis faciem videam 2. Reg. 14. juxta illud *quærite faciem eius ſemper* 1. Paral. 16. & Pſal. 94. vt à nobiſque Ierem. 39.

Paternitatem veſtram alloquens per verba Thematis præaſſumpti *Domine quo vadis?* ſicut autem Agar bene venis aut quo vadis? Iuditb. 10. quo tu vadis? Zach. 3. quo vadis? Ionæ 1. quo hic iturus eſt, Ioan. 7. Domine quo vadis Ioan. 13. Et Thomas dixit, Domine neſcimus quo vadis, Ioan. 14. Multa enim, imo latiſſima negligentia huic filio aſcribetur, ſi de his inquirendis ſolicitus non exiſteret dicente Saluatore, *& nemo ex vobis interrogat me quo vadis*, Ioan. 14. juxta illud neglexerunt juſtum & à Domino receſſerunt Sap. 3. & alibi. Illi autem neglexerunt & abierunt Mach. 22. Et alibi, quare negligitis Gen 42. Quomodo enim effugiemus ſi tantum neglexerimus ſalutem ad Hebr. 2. Noluit ergo filius negligere juxta *illud nolite negligere, nolite ceſſare*, Iudic. 18. Dominus elegit hunc filium & populum ſuum juxta illud, nolite negligere, vos enim elegit Dominus 2. Paral. 29. Non enim debet negligere gratiam quæ à Deo ſibi data eſt, 1. ad Tim. 4. Nec transferre gloriam ſuam & dignitatem ſuam Genti alienæ. Baruch. 4.

Meritò filius iſte quærendo conqueritur, Pater quare natus eſt? Gen. 4. Quare reddis malum pro bono? Gen. 44. Quare ſic loquitur Dominus noſter, quare moriemur coram te? Gen. 47. Quare percutis proximum tuum? *Quare dimiſiſti hominem?* Exod. 2 Quare fundamur Num. 9 Quare non inuenio gratiam coram te Num. 10. Quare omnis populus iſte fruſtratur? Ioſue 7. Quare dimiſiſti eum 2. Reg. 3. Quare atteris populum meum, Iſà. 3. Quare ſic facis Domine terræ huic? Deuteron. 29. 3. Reg. 9 Quare Domine Deus factum eſt hoc malum Iud. 21. Quare facis res hujuſcemodi 1. Reg. 2. Quare reuerſus

Digitized by Google

eſt 4. Reg. 1. Quare me dereliquiſti? Pſal. 21. Quare datur hæc Ciuitas in ſolitudinem? Ier. 27. Et nunc Domine Pater noſter es tu ecce Domine populus, reſpice omnes nos, Ciuitas id. terra iſta ſancta tua deſerta eſt & facta eſt Domus ſanctificationis noſtræ & gloriæ noſtræ deſerta. Nunquam Domine ſuper his continebis & tacebis Iſa. 64. Nonne igitur quicunque hæc audierit, tinnirent ambæ aures eius, 4. Reg. 21.

Verum Domine cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos ad te dirigamus, 2. Paral. 20. Obtenebratus eſt enim ſol in ortu ſuo & Luna non ſplendebit in lumine ſuo Iſa. 13. Verum Beat. P. nunquam poteſt obliuiſci mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui, etſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui, Iſa. 45.

Num igitur P. B. hunc filium & Eccleſiam Gallicanam vobis ſacris vberibus ſponſæ veſtræ enutritam deſerere poteritis? abſit, quæ paterna pietas, quæ in pietate & non in atrocitate conſiſtit, conſilium pro liberis capit ff. de adult. l. nec in ea ff. ad l. Iul. Pompei de Par. l. Diuus. Nonne ardorem refrigerabit eos Eccl. 18. Non pariter pietas paterna duriciem cordis paterni dulcebit? Nonne hæc filium humilem ſubleuabit? Ezec. 21. Nonne Pater oportuit miſereri Mach. 18. Nam & ab infantia circuit carum miſeratio & de vtero matris tuæ egreſſa eſt, Iob. 3.

Conſtitues igitur nos populos abſque Patre, Thren. 5. Abſit igitur vt nos relinquas, Ioſue 34. Abſit vt hanc rem facias qui iudicas vniuerſam terram, Gen. 18. Abſit à Deo hæc impietas Iob. 34. Nunquid iniquitas eſt apud Deum vel eius Vicarium? Abſit ad Rom. 9. Quod ergo bonum eſt & fuit mihi factum ad Rom. 7. Non relinquas igitur nos orphanos Ioan. 14. Ne dicamus, percuſſiſti nos ira vt non ſit ſanitas, exſpectauimus pacem & non eſt tempus curationis, & ecce turbatio, non nos des in opprobrium neque facias nobis contumeliam Ier. 4. Clamamus igitur, Pater mi, Pater mi, currus Iſraël & auriga eius 4. Reg. 2. Audi igitur mœrorem & luctum omnium, vox eſt vna plangentium, *Cur nos Pater deſeris, aut cui nos deſolatos relinquis? inuadent enim gregem tum lupi rapaces* vt legitur in legenda B. Martini. Concludo igitur dicendo Domine quo vadis aut nos deſolatos relinquis, &c. Venio Romam.

Venio Romam. Iſta eſt ſecunda pars, in qua Pater ſatisfacit filio. Sic dicit, fili mi, perceptis tuis viſceroſis doloribus ſuper te doleo, quia tuis querelis & lamenrationibus annuere non valeo. 1. Propter diuinam juſſionem. 2. Propter loci diſpoſitionem. 3. Propter ſedis prærogatiuam. 4. Propter conjugij vim & fidem compulſiuam. 5. Propter prædeceſſorum imitationem. 6. Propter diuinam reuelationem. 7. Ptopter multiplicem aliam rationem.

1. Namque conſtat quod juſſu Chriſti, quia juſſu Chriſti Saluatoris Petrus Vrbem fugiens rediit ad ipſam. Vnde cum Dominus obuiaſſet Petro & interrogatus eſſet ab eo, *Domine quo vadis?* reſpondit, *venio Romam, iterum crucifigi*, ſcilicet re 1. Petro. Vt ſic vrbs iſta altera Ieruſalem intelligatur, effuſione ſanguinis tui qui primus es Vicarius meus in terris, fundetur, confirmetur & conſecretur. Hic locus quem elegi in terris ſecundum doc. quod intelligens Petrus pro ſe dictum, ſcilicet vt reuerteretur in Vrbem & ibi pro Chriſto crucifigeretur, & per conſequens Chriſtus pro ipſo 3. q. 1. Multi in fin. inf. Deum enim crucifigunt, qui eum in ſuis Sacerdotibus perſequuntur) ad locum ipſum protinus eſt reuerſus, promptus ſiquidem ad moriendum & juſſum Domini exequendum. Et ibi crucifixus eſt 2. q. 6. Beati.

Vides igitur, fili, quomodo juſſu Diuino primus Prædeceſſor meus Romam fugiens rediit, cuius veſtigia debeo imitari, quia B. Petri fidem & ſedem teneo 24. q. 1. Hæc eſt fides. Memor enim ſum ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius confeſſio à D. I. Chriſto eſt glorificata 24. q. 1. memor.

2. Dicebatur propter loci diſpoſitionem, quia vrbs ipſa caput eſt orbis & ad modum orbis eſt diſpoſita. Sicut enim in orbe ſunt quatuor patriarchales ſedes 22. d. cap. 1. Sic in Vrbe ſunt 4. patriarchales vt notatur pro Dat. in c. fund. de Elect. lib. 6. Nec mirum, quia locus eſt quem elegit Dominus, vt ff. per venerabilem. Et ſic Saluator cuius vices gerimus in terris, non nouit opus imperficiendis extra de Bapt. ma. §. ſed adhuc tendere debemus ad idem quod

eſt perfectionis, ſcilicet ad caput orbis, illum locum, qui magis inſtar orbis repreſentat, vt quaſi ſimilitudo orbis in Vrbe dicatur impreſſa, vt accedat quod legitur de pen. d. 1. pen. & ſic manendo in Vrbe repreſentatiuè in toto orbe morari videatur ext. de Cler. non reſid. ex parte cum dilectus ad audientiam, & ſemper caput tanquam venerabilius carnis debet conſeruari ff. de relig. cum in diuerſis C. de aquæ duct. l. eos.

3. Propter ſedis prærogatiuam. Conſtat enim quod Apoſtolica Sedes Rom. ſacro cruore Martyrum, Apoſtolorum Petri & Pauli conſecrata, effecta eſt prima, caput & aliarum omnium Mater & Domina effecta ſuper omnes aliàs obtinet Monarchiam. Et adeo, quod qui eius priuilegia tollit & primatum, non ab ipſis Apoſtolis ſed ab ipſo D. Saluatore noſtro conceſſum Domino dicente, Tu es petrus, in hæreſim labitur 22. q. c. 1. & 2. Extr. de Elect. fundamenta & illius, quia eſt Gens ſancta, populus electus, regale Sacerdotium, Ciuitas Sacerdotalis & Regia, &c. Iſta eſt enim in qua Dominus poſuit totius Eccleſiæ principatum.

Ad illam ergo ſedem, quæ à Domino eſt electa, & in qua totius Eccleſiæ Dominus poſuit principatum, teneor ex debito eidem præſidere, perſonaliter attendere & eam potiſſimè curare. Nam agris propriis ſitientibus non ſunt alieni irrogandi de ſeruit. & aq. l. præſes. Et adeo quod attenta diuina diſpoſitione ſedes ipſa per nos alibi transferri non poteſt attenta diuina electione. Diſpoſitione ſedis dictæ, vt notatur per aliquos in C. fundamenta & maximè per Acti.

4. Dicebatur propter Coniugij ſpiritualis vim & fidem compulſiuam. Conſtat autem quòd Coniugium ſpirituale eſt contractum & conſummatum inter nos & Eccleſiam Rom. ſponſam noſtram, ratione cuius maior eſt vnio inter Nos & ipſam ſponſam noſtram quàm inter virum & ſuam vxorem conſiſtat, cum vnio iſta ſit ſpiritualis, illa autem carnalis. Extr. de Tranſl. Ep. Inter Cor. Igitur ſi propter coniugium carnale tenetur homo relinquere patrem & matrem & adhærere vxori ſuæ *Gen. 2.* multo magis propter coniugium ſpirituale ſuam ſponſam ſequi. ff. de ann. lega. l. Meuia. in quo caſu nulla exceptio reperitur ext. de Coniug. lep. quoniam §. quia ſi virum. Nam ſocij debent eſſe diuinæ & humanæ Domus. Non igitur valeo ſponſam meam te deſerere; quinimo ad ipſam compellor redire, vt quod Deus coniunxit, homo non ſeparet 33. q. 11. Quos Deus, &c.

5. Dicebatur propter Sanctorum Prædeceſſorum imitationem, qui hactenus vſque ad modica tempora in eadem Eccleſia & vrbe reſederunt: quorum veſtigia nos tenemur imitari. extr. de Iuram. Cal. inhærentes 11. quæſt. 5. Nos ſanctorum. Maiores enim noſtri diuina inſpiratione cernentes ſic agendum, neceſſitate peccandum 23. q. 1. Maiores, hoc enim egerunt vt poſteris daretur exemplum *Cho. 2.* Exemplo enim didici diſciplinam *Prouerb. 24.* Admonitus ſacræ ſcripturæ præceptis Dominicis. Nunc ergo curate borum facere exemplum *1. Matth. 41.* vt valeam effici exemplum fidelium *1. ad Thim. 4.* volo igitur imitari Petrum qui ad hanc Eccleſiam fuit aſſumptus, & quam ſuo cruore conſecrauit.

6. Dicebatur propter diuinam reuelationem. Forſan enim licet non aſſeram, dicere valeo quod iſta diuinitus ſunt inſpirata vel reuelata. Nam Deus eſt in cœlo reuelans myſteria *Daniel 20.* qui forſitan auriculam meam reuelauit *1. Reg. 19.* iuxta illud. Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia tua *Pſal. 98.* vt reueletur gloria Domini ſponſæ noſtræ Romanæ *Iſa. 40.* ſicut factus eſt ſermo ad Abrabam per viſionem *Geneſ. 15.* & vade in terram viſionis *Gen. 22.* ſcilicet in Vrbem Ro. & ad ſedem tuam, vrbs enim illa Sancta eſt; ibi ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli corpora requieſcunt, quæ principatum & caput obtinet omnium Nationum, ſcilicet vt vbi erat caput ſuperſtitionis, ibi caput requieſceret Sanctitatis, vt vbi Gentilium Principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes morarentur 11. qu. 7. Beati, & vbi prima Petri Cathedra conſiſtit 11. q. 7. puto.

7. Dicebatur propter aliam rationem multiplicem perſuaſiuam. 1. Quia in hoc ſufficere videtur noſtra voluntas. Iuxta illud, an non licet mihi de meo facere

facere quod volo? an oculus tuus nequam eſt? *Matth. 11. 2.* conſcientia quâ forſan ducimur, contra quam diſponere non valemus 28. D q. 1. Ex his de reſtit. ſpol. litteras. 3. quia hoc faciendo nihil noui agimus, ſed rem ad ſuum priſtinum ſtatum reducimus ff. de pac. l ſi vnus. §. quod in ſpecie. Et ſic non videtur mutatio ſed reuerſio, iuxta illud, *reuertere ad terram Patrum tuorum*, Gen. 31. & illud, vnuſquiſque redijt in ſua. *Iudith 6.* & illud. redi in domum tuam *Luc. 8.* ſicut Apoſtoli locuti verbum Dei redibant Ieroſolymam *Act. 8.* & reducet Dominus eum in domum eius *2. Reg. 2. 4.* forſan propter voti exſolutionem: forſan enim quod hoc iuraui, voui vel promiſi; ideoque promiſſum vel votum exſoluere teneor; iuxta illud, *vota mea reddam in conſpectu timentium eum*, Pſal. 60. & iuxta illud. *Reddes autem Domino iuramenta tua*, Math. 5. c. & propter iniurias illatas, vel propter hoſtium incurſum quos fugere licet, ſicut fugit de vna Ciuitate in aliam 7. q. 1 aduertit. & ſe. & propter alias forſan non reuelandas.

Sequitur 2 pars. *Iterum crucifigi*, Et hic filio datur medium replicandi. Dicit. Quis conceptum ſermonem continere poſſit *Iob. 4.* nam ex abundantia cordis loquitur *Matth. 12.* & *Luc. 6.* quia ſemel cœpi loqui ad Dominum meum. Quæſo igitur, Domine mi, ne indigneris ſi loquar *Gen. 18.* ſic dicit. Pater, per iam dicta non ceſſant clamores, ſed per propoſita creſcunt ampliores. Certus namque ſum per tuos ſermones quod certè non prætendunt neque rationes rectè concludentes, ſed occaſiones, nec artant filium quod ſic acquieſcat vel clamare ceſſet poſt te, vel ſic conquieſcat. Nam validioribus rationibus Patrem informabit, quod hinc non diſcedet neque declinabit. Conſideret igitur Pater, & diligenti meditatione reuoluat factum quod nunc aggredirur, locum à quo egreditur, viam per quam progreditur, terminum ad quem graditur. Iſte namque locus ſanctior, iſte locus fidelior & tutior, imo & iſte locus omnibus eligibilior. Illa via non tutior, illa periculoſior, illa reijcibilior. Hic terminus indignior, ille etiam grauior, ille odioſior, & hoc cum dicitur, *iterum crucifigi.*

Beatiſſime Pater, dico, quod locus Franciæ ſanctior eſt vrbe, ſi fas eſt dicere, & quod ratione maioris ſanctitatis eſt per vos eligibilior, ſiue loquimur de tempore fidei ſuſceptæ, ſiue ante. De tempore ante fidem legitur in lib. Iulij Cæſaris de Bello Gallorum, quod in ſignum & præſagium magnæ religionis in Francia affuturæ, in Francia habebantur Druides qui diuinis rebus intererant, ſacrificiaque priuata ac publica procurabant & religiones interpretabantur. Et ſubiungitur. *Si qui autem priuatus* aut populus eorum de certo non ſtetiſſet ſacrificijs, interdicebant. Hæc pœna apud eos grauiſſima erat, quibus ita interdictum eſt, Hi numero impiorum ac ſceleratorum habebantur: ab his omnes diſcedebant, aditum eorumque ſermonem diffugiebant, ne quid ex contagione incommodi accipiant. Neque his petentibus ius redditur. Et poſt multa ſubiungit. *Natio eſt omnis Gallorum admodum dedita religionibus.* Hæc ille. Ex quibus apparet propriè in figura & ante tempus fidei ſummam religionem & perfectiſſimam fidem præſentem ex tunc in Francia figuratam, iuxta illud quod dicit Apoſtolus, *omnia in figura eis contingebant.*

De tempore verò fidei ſuſceptæ, conſtat ex multis prærogatiuis ipſius Regni. 1. namque B. P. decoratur ipſum Regnum ſacroſanctis Reliquijs, in quibus & per quas Saluator noſter benedictus Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis immolatus triumphauit & mortem noſtram moriendo deſtruxit & vitam reſurgendo reparauit; ſcilicet ſanctiſſimum Crucis vexillum & illam digniſſimam Coronam ſpineam, quæ caput ſanctiſſimum Chriſti qui caput noſtrum exiſtit, ornauit & pupugit; & illud lanceæ ferrum omni veneratione dignum, quod eius latus ſanctiſſimum perforanit, vnde exiuit ſanguis & aqua. Et claui ſanctiſſimi, qui manus & pedes digniſſimos perforarunt. Corrigiæ, quibus fuit fuſtigatus, titulus ille ſolemnis *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Tabula etiam lignea ſuppoſita capiti Chriſti in ſepulchro, cuius capitis ſanctiſſimi impreſſio patet, quaſi eſſet cerea, quæ tabula adhuc reſidet ſanguine pretioſiſſimo Saluatoris noſtri rubricata. Iſta ſunt arma Saluatoris. Et ſimiliter *Vexilla Regis prodeunt, fulget Crucis myſterium*, provt canit Eccleſia. Et *Pange lingua glorioſi prælium certaminis*, & ſuper crucis trophæum dic triumphum nobilem, qualiter Redemptor Orbis immolatus vicerit. Quæ Reliquiæ pretioſiſſimæ

hoc tempore in Francia ſecundum electionem gratiæ Dei ſaluæ factæ ſunt ad *Rom. 11.* vt verificetur quod alibi dictum eſt de Ieruſalem. Egredientur Reliquiæ *4. Reg. 19.* & alibi, dimittam Reliquias hereditatis meæ, *4. Reg. 21.* Ex his ergo patet hunc locum ſanctiorem eſſe & à Saluatore noſtro præelectum. Nam ſic illa Terra ſancta reputatur, quam Chriſtus præſentialiter viſitauit, quia cum poſtquam fuit Corpus glorificatum & deſijt in terris conuerſari, tum ſui ſanctiſſimi Corporis communionem quam in Sacramento altaris omnibus ſua Diuina bonitate communicauit, nulla temporali digniori præſentia hanc Franciæ patriam decorare potuit, vel dotare, vel conſecrare quàm ſuarum ſanctarum Reliquiarum prædictarum præſentiâ communire. Quod ſatis declarari poteſt. Sic enim Archa fœderis veteris Teſtamenti, Philiſtinos ipſam occupantes plagis percuſſit varijs tanquam indignos detentione Archæ ipſius, & cum ipſam remiſiſſent, Betſamites qui eam receperant & immolauerunt ſacrificia, etiam propter indignitatem percuſſit plaga magna, donec reducta eſſet in Gabaa in domo Aminadab in qua pacificam elegit manſionem. *1. Reg. 6. & 7. c.* Sic etiam iſtæ Reliquiæ ſanctæ perpetuam & ſanctam hîc elegiſſe videntur manſionem, quaſi in loco ſanctiori; quod autem hæ Reliquiæ ſint pretioſiores illis quæ erant in Archa, apparet, quia in illa erant virga Moyſi, Manna & Tabulæ legis. De virga autem Moyſi quomodo ſit figurata in Cruce, vide Origenem ſic dicentem ſuper Exod. Homil. 4. *Puto quod virga Moyſi per quam geruntur hæc omnia*, ſcilicet caſtigatio & verberatio Ægyptiorum, per quam Ægyptus ſubijcitur & Pharao ſuperatur, Crux Chriſti ſit, per quam mundus hinc vincitur, & Princeps huius mundi cum Principatibus & Poteſtatibus triumphatur, vt de ipſa dicatur, *Sedes tua Deus* in ſeculum ſeculi, virga directionis, virga regni tui. *Pſal. 44.* Item ſuper Exod. *Homil. 6.* quid timent Dæmones? quod timent, ſunt, ſiue dicunt, Crucem Chriſti, in qua triumphat. Sunt in & qua exuti, ſunt Principatus eorum & Poteſtates. Timor ergo & tremor cadent ſuper eos cum ſignum in nobis viderint Crucis fideliter fixum & magnitudinem brachij illius quod Dominus expandit in Cruce.

Manna autem & pluſquam Manna hodie habemus, quia vt dicit Ambroſ. in lib. de Sacram. reuera *magnum mirabile eſt quod Deus Manna pluerit Patribus & quotidiano cœli paſcebantur alimento, vnde dictum eſt, Panem Angelorum manducauit Carne, ſed tamen panem illum qui manducauerunt in deſerto, mortui ſunt. Iſta autem Eſca quam accipit, iſte panis viuus qui de cœlo deſcendit, vitæ æternæ ſubſtantiam miniſtrat; & quicunque hunc manducauerit, non morietur in æternum, & Corpus Chriſti eſt.* Conſidera vtrum ſit panis Angelorum an Caro Chriſti, quæ vtique Corpus eſt vitæ. Manna hoc de cœlo, hoc ſuper cœlum, illud cœli, hoc Domini cœlorum; illud corruptioni obnoxium ſi ſeruaretur in diem alterum, hoc alienum ab omni corruptione; quicunque religioſè guſtauerit, corruptionem ſentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis ex ipſo. Illos ad horam ſatiauit, aquâ te ſanguis diluit in æternum. Iudæus bibit & ſitit, tu cum biberis, ſitire non poteris: & illis in vmbra id. in figura, hoc in veritate. Si illud quod miraris, vmbra eſt, quantum iſtud eſt cuius vmbram miraris? Audis quia vmbra eſt, quæ apud Patres facta eſt. Bibebant, inquit, de conſequenti eos petra, petra autem erat Chriſtus: hæc autem facta ſunt in figura, cognouiſti potiora, potior enim lux quàm vmbra, veritas quàm figura, corpus Actoris quàm Manna de cœlo. de Conſecrat. d. 2. Reuera. Tabulas autem legis habemus, ſcilicet Euangelia, &c. vt ſic dicatur quod iſta eſt vera archa, illa figuratiua.

Item in S. Dionyſio reperitur Manna ſanctum ſecundum Vincentium in Speculo Hiſtor. Dicit quod illud non eſt Manna deſerti, ſed eſt illud Manna quod emanauit quando B. Karolus repoſuit flores ſpinarum coronæ Chriſti, & illi flores conuerſi ſunt in Manna, & de hoc habetur in hiſtoria eiuſdem B. Karoli. Quinimo etiam iſtæ Reliquiæ præcedere videntur reliquias BB. Petri & Pauli Apoſtolorum, piſcatorum & Prædicatorum; quod probatur ex multis. 1. Ex nobiliori genere adorationis ſcilicet hyperduliæ, ſicut & Caro Chriſti: & eſt iſta adoratio quædam profeſſio, quia in ipſa operatus eſt Saluator noſter ſalutem in medio terræ; ideo dicimus, *ſalue Crux pretioſa, quæ in Corpore Chriſti dedicata es, &c.* Crucem *tuam adoramus Domine.* Deus autem ipſe colitur latriâ,

aliæ creaturæ duliâ; caro autem Chriſti & Crux Chriſti hyperduliâ, quæ eſt dignior & nobilior quàm dulia. Ita tenet D. Altiſſiodorenſis l. 3. ſent. q. 14. Et veriſimiliter credendum eſt, quòd eædem Reliquiæ ſanctæ quæ adeſſe veriſimiliter creduntur in die Iudicij, vt ſentit Ioan. Chryſoſtomus de Inuentione ſanctæ Crucis. Iuxta illud, hoc ſignum erit in Cœlo cum Dominus ad judicandum venerit, ab ipſo Saluatore & Angelis eiſdem aſſiſtentibus continuò conſeruentur, & quod eiſdem aſſiſtat Diuina præſentia cum multiplici Angelorum Comitiua, quaſi præcipuus Domini theſaurus in terris, cuius theſauri Chriſtus cum ſuis Angelis ſpiritual. juxta illud, aperuit Dominus theſaurum ſuum, Iſaiæ 5. & filius veſter Chriſtianiſſimus Rex Franciæ Cuſtos exiſtit ſpiritualis; vnde de ipſo tanquam Rege cuſtode ſacrarum Reliquiarum dicere poteſt Chriſtus, *quod ipſe Rex Magiſter ſacrorum ſcriniorum noſtrorum*, cui noſtræ liberalitatis beneuolentia tribuenda eſt, quod noſtræ quodammodo aſſideat Majeſtati. C. de Magiſtr. ſacro ſcrin. l. 1. Ipſe eſt enim qui contemplatione meritorum in Prouincias maritimas ſtrenuiſſimo milite pro fide & his ſanctiſſimis Reliquiis obtinendis primi Ordinis dignitatem eſt conſecutus: ideoque altiſſimarum dignitatum honoribus ſubjungatur. C. de Comi. rei militaris l. qui contemplatione l. 12. Bene de Rege noſtro & populo ſuo dici poteſt illud quod ſcribitur in l. de præpoſitis labarum vel laborum. Et erat laba vel labor ſignum vel vexillum Conſtantini Imperatoris digreſſiuum, quod componi fecerat ex lapidibus pretioſis, vt dicit Gloſſa & dicit textus ſic *Quoniam præpoſiti labarum id. ſignorum Imperialium in noſtro Iudicio promouentur, clariſſimi ſunt inſtar Electos: nam & prærogatiuâ digni ſunt, quos noſtri lateris Comitatus illuſtrat.* T. de præpoſito labari l. 1. Rex iſte & ſuus populus præpoſiti ſigno & vexillo pretioſiſſimo Imperatoris noſtri ſcilicet Saluatoris noſtri, qui per hoc ſignum triumphauit diuino Iudicio, ad idem ſunt promoti, ideoque inter Electos id. inter alios Principes & populos à Chriſto Electos clariſſimi ſunt & ampliore prærogatiua digni, quos Diuini lateris id. ſignorum diuinorum Comitatus illuſtrat. Hæc ergo ſunt feliciſſima Antiquitatis ornamenta C. de Conſulib. l. ordinem lib. 12. quibus honorariis inſignibus principali munificentia locus iſte eſt decoratus, id. diuina largitate C. de Conſulib. la. Nem. vnde de ipſis dici poteſt, quod qui conſtant honore, aut non noſtro ſplendore claruerunt, ſolita acclamatione accipiantur nec præferantur vt incogniti. C. de Qu. l. 1. lib. 12. Rex autem ipſe & populus eius honore Quæſtura id. acquiſitionis harum ſanctarum Reliquiarum & ſplendore diuino propter præſentiam dictarum ſanctarum Reliquiarum clarent, vnde acclamatione excipi id. honorari debent, id. publicis acclamationibus attolli, ſicut ibi dicit Gloſſa quod faciunt Romani de Imperatore dicendo *Viuat talis Imperator.* Viuat igitur talis Rex ſicut noſter Rex Franciæ. Viuat ſuus populus dignis laudibus attollendus & C. de Off. Rect. Prouinc. l. 3. Vnde dicere poteſt Eccleſia, agentes in rebus ſcilicet talibus poſt palmã laboris emeriti Principatus honore remuneramus. C. de P. Agen. in reb. l. 1. palmarij enim laboris in dictarum Reliquiarum aſſumptione obtinuerunt. Vnde de ipſis dicere poteſt Chriſtus, nec enim alieni ſunt à puluere & labore Caſtrorum, quos ſigna & arma noſtra concomitantur. C. de Caſtr. omni pala patet l. 1. lib. 12. Nam militaris poteſtatis ſudoribus clari ſunt effecti, imo clariſſimi per prædicta; vnde de ipſis poteſt adaptari quod dicebat Dominus Moyſi. *Et erit ſignum in manu tua & quaſi monumentum ante oculos tuos vt lex Dei ſemper ſit in ore tuo.* Exod 13. iſta enim ſunt ſignum redemptionis & monumentum Chriſti vel monumentum proprium ante oculos noſtros vt ſemper ſit lex Dei in ore hujus Regis & ſui populi, quia iſta ſunt vera ſigna fidei, vera ſigna legis. Ecce enim tabernaculum Dei cum hominibus, & habitat cum eis Apocal. 21. vt dicatur quod terra iſta eſt quaſi paradiſus Domini Gen. 13 verè enim Dominus eſt in loco iſto Gen. 28. locus enim iſte quo ſtas, terra ſancta eſt Exod. 5. Ioſu. 5. Act. 8. vt dicatur quod ibi fides quærenda eſt, vbi Chriſtus eſt, habitator proximus id. qui dignior. Vnde dici poteſt pactum eſt ſempiternum inter me & filios meos Iſrael ſignumque perpetuum, ſcilicet per iſtas ſanctas Reliquias Exod. 31. Exaltabo enim ſignum meum dicit Dominus Iſaiæ 49. Habemus enim ſignum Dei viui Apocal. 7. & erit Dominus nominatus in ſignum æternum quod non

auferetur Iſaiæ 77. Hoc eſt ergo ſignum ſalutis quod habemus Sap. 16. Non autem eſt prætermittenda illa ſanctiſſima tunica inconſutilis deſuper contexta per totum quâ etiam decoratur ipſum Regnum, quæ deſignat Eccleſiam, Eccleſiæ ipſius vnitatem vt teſtatur Bonifacius in Extrauag. *Vnam ſanctam* & illa piè fuiſsè creditur, ad cuius fimbriæ tactum Mulier illa quæ fluxum ſanguinis per 12. annos paſſa fuerat, ſalua facta fuit, de qua habetur *Matth. 6.* Vnde de Rege iſto filio veſtro, & populo ſuo in perſona Chriſti dici poteſt, quod ſi adoranda noſtra purpura & in conſequendis honoribus beneficium & ordinem ſibi nouit vendicandum C. de Conſulibus l. 3. pœna enim ſimilis erit ſacrilegis ſi his honorificentia non deferatur qui continere noſtram purpuram digni ſunt exiſtimati. C. de Domeſtic. & propter l. Domeſt. in adoranda enim diuina ſerenitate priuilegium meruit C. de ſim. l. 1.

Patet igitur, Pater Beatiſſime, quomodo filius veſter ſæpè dictus cum ſuo populo & terra Diuino theſauro eſt communitus, & adeo in conſeruatione tam pretioſorum iocalium noſtræ fidei, noſtræque redemptionis & totius Eccleſiæ typum gerentium adeo nunc eſt prælectus, & per conſequens ipſum ſuumque populum & ſuam terram præligere vel ſaltem eidem adhærere tenemini, ſufficit enim diſcipulo vt ſit ſicut Magiſter eius, & ſeruo ſicut Dominus eius *Mat. 10.* Omnis enim Chriſti actio noſtra eſt inſtructio 11. q. 1. Multi. Maior enim feruor dilectionis huic Regi ſuiſque Regnicolis ineſſe videtur ex teſtimonio ſcripturæ; quia qui plus donat & cui plus donatur, plus diligere cenſetur, & amplius donans etiam plus diligere iudicatur, provt teſtatur Euangelium de muliere peccatrice *Luc. 7.* hunc enim prædilexiſſe iudicandum, quem ita dilexit, vt ſuorum præcipuorum iocalium & inſigniorum heredem inſtitueret ff. de Conſ. Tu. l. ſi Patronus. Non enim dubium eſt habere honorem ſaluatorem huic Regi adhiberi voluiſſe, cui ipſe talia reliquit ff. de Iud. l. ſed & ſi ſuſcepit. ff. de l. præſtanda bon. poſ. contra C. p. l. 3 p. 1. ibi non tibi emolumentum quæritur, ſed tibi honor habitus eſt.

Et quanquam B. P. locus vrbis dicatur à Deo electus, tamen electio præſenti electioni Diuinæ non derogat. Nam & legimus Deum elegiſſe Ciuitatem Sion in habitationem ſibi, iuxta quod habetur in Pſal. *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* Pſal. 131 & alibi. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te, Ciuitas Dei, &c. Et in eodem Pſal Numquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus. Et ſubiungitur, ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te. *Pſal. 86.* & alibi. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël. Et alibi habetur, quod Deus Ciuitatem Ieruſalem elegit *3. Reg. 2.*

Quid plura, Pater Beatiſſime, Si dicitur quod vrbs Romæ fuerit ſacro cruore Martyrum Apoſtolorum Petri & Pauli conſecrata provt ſupra ponitur, nunquid ille Caluariæ locus prope Ieruſalem & ipſa Ciuitas eſt eo amplius glorioſa Paſſione Saluatoris noſtri & ſuo pretioſiſſimo ſanguine conſecrata, cuius vnica gutta ſufficiebat ad totius generis humani redemptionem, provt notum ſatis Extr. de temp. ord. ex tenore. Vnde Chriſtus fuiſſe videtur Epiſcopus Ieroſolymitanus, quia ibi tanquam verus Sacerdos & Epiſcopus ſe obtulit pro nobis in ara Crucis, ex qua obligatione ſumus ad Deum ſicut ad Paſtorem & Epiſcopum animarum noſtrarum vt ſcribitur *1. Petr. 2.* ſicque Papa eius Vicarius Ieroſolymitanus Epiſcopus per excellentiam dici deberet. Nunquid etiam pariter hanc terram Franciæ prætuliſſe videtur Dominus vrbi per iſtarum ſanctarum Reliquiarum ſuarum exhibitionem & præſentiam. Non enim loca vel Ordines Creatori noſtro nos proximos faciunt, ſed nos aut merita bona coniungunt, mala autem diſiungunt 40. D. Non loca. Non ergo debet attendi locus vrbis, ſed bona merita per quæ Deo magis coniuncti ſumus, & per quæ ſibi in præſentia dictarum Reliquiarum ſanctiſſimarum appropinquare videmur, provt eſt ſupra probatum. Et quanquam quoad adminiſtrationem Roma etiam ſit Prælata, Antiochena tamen Eccleſia fuit prior, & in ipſa prius reſedit Petrus & in ipſa celebrata prius Cathedra S. Petri, quæ poſtea Romam tranſ-

lata eſt 24 q. 1. Rogamus 7. q. 1. Mutationes. Per boc tamen non negant Franciam æqualem fuiſſe & eſſe meriti imò amplioris quàm Roma, ſicut dicitur quod Cyprianus æquiparatur Petro quoad Marryrij coronam, nam etſi diſtet Cathedrarum gratia, vna eſt tamen Martyrum gloria 11. q. 7 puto. Vnde de vrbe Roma & probitate Gentis Romanæ videri poſſunt verba Bernardi ad Eugenium, quæ recitantur per Ioannem Monachum in illa Decretali, fundamenta, quæ ſubticeo & ex cauſa. Verum ſubiungit quod Roma à Prædonibus & Latronibus fuit conſecrata, vnde adhuc retinet primordium dicens. *Roma manus rodit, quos rodere non valet, odit.* Nec eſt qui ſe abſcondat à roſura eius. Et B P. vltra illa quæ recitat Ioan. Monachus circa materiam ſubiectam, aduerrere debetis quæ ſcripſit idem Bernardus ad Eugenium alibi ſic dicens. Scio vbi habitas, increduli & infideles ſunt tecum lupi non oues ſunt, tu tamen Paſtor, quomodo ſi fieri poſſit, conuertas eos ne ipſi ſubuertant te. Et paulo poſt. Fateor iſtum populum vſque adhuc extitiſſe dura fronte & indomito corde, ſed vtrumne etiam indomabili neſcio. Vnum eſt quod te abſoluit. Egiſti cum populo illo, vt poſſit dicere, popule meus, quid tibi debui facere & non feci? ſicut feciſti nec profeciſti. Eſt demum quod ſcias & quod dicas. Exi de vrbe Chaldæorum & dicito quia oportet me & alijs Ciuitatibus euangelizare, puto nec pœnitebit exilij orbe pro vrbe commutato. Hæc ille. Vnde Ier. ad Inquiſitores Algaſiæ qu. 21. dicit ſic. Vnde ſecundum Apocalypſim Ioannis in fronte purpurata meretricis ſcriptum eſt nomen blaſphemiæ id. Romæ æternæ. Caue ergo P.S. ne qualis eſt Populus, talis ſit ſacerdos Oſeæ 4. Non autem eſt talis populus iſte, ſed veriùs dici poteſt quis alius eſt populus vt populus tuus Iſraël 1. Franciæ, 1. Paralipom. 17. Reuertere igitur, reuertere Pater & habita cum Rege *1. Reg 15.* habita ergo in bac Ieruſalem & non egredere *3. Reg. 2.* Terra igitur iſta eſt quaſi Paradiſus Domini *Geneſ. 13.* Vnde B. P. conſiderata hac electione huius Regis, ſuæ terræ ſuique populi poteſt ſic vobis dici. Ad locum quem elegit Dominus vt ſit ibi nomen ſuum & in eo habitet, venietis & offeretis in illo bolocauſta *Deuteron. 12.* non vadas igitur Pater ad alterum agrum, ad colligendum, neque recedas à loco iſto *Ruth. 2.* Potiſſimè autem conſiderare debet S. V. futurum excidium Rom. de quo Prophetauit Hydaſpes Rex Medorum, qui ſub interpretatione vaticinantis piam ad memoriam poſteris, tradidit, ſublatum iri ex orbe Imperium nomenque Rom. quod multò ante præfatus eſt quàm illa Troiana Gens concederetur, vt dicit Lactantius. Item de dicto excidio vrbis Romæ ſcribit idem Lactantius deſcriptis ætatibus vrbis Romæ ipſam aſſerens ſenio laborare concludit, *quid aliud reſtat niſi* vt ſequatur interitus ſenectutem, & idem futurum in breui conciones Prophetarum denunciant ſub ambage aliorum nominum ne facile quis intelligat, Sibyllam tamen interituram eſſe Romani loquuntur, eidem Iudicio dicit quod nomen eius habuit inuiſum & inimica Iuſtitia alumnum veritatis populum trucidarit. Item Gregorius Papa II. Dialog. non tacuit prophetiam B. Benedicti, qui aſſeruiſſe fertur quod Roma à Gentibus non exterminabitur, ſed tempeſtatibus, coruſcationibus, & turbinibus vt terræ motu marceſcet in ſemetipſa, quod extunc dicebat imminere. Ex quibus concluditur. Locus iſte à Deo prælectus, illeque locus à deo deſpectus & per conſequens à ſuo Vicario non frequentandus nec ab ipſo deſerendus, nec cenſeri poteſt Papa qui eſt Pater Patrum & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus.... ſi ſuam ſponſam deſerere: quia vbi Papa, ibi Roma & limina S. Petri. Notat Innoc. in Extr. de Iurej. Ego enim quia Eccleſia eſt in Epiſcopo & Epiſc. in Eccleſia, maximè quia Orbis major eſt vrbe quam delegimus, ideoque orbem pro vrbe deſerere non tenetur.

Dicebatur ſecundo quod iſte locus eſt fidelior & tutior. Vincentius in ſpec. Hiſtor. lib. c. 3. narrat quod Ioannes Sareſberienſis Nationis Anglicæ narrat de Adriano Papa Natione Anglico, ipſum Adrianum ſic dixiſſe, incude in malleo ſemper me dilatauit Dominus, ſed nunc oneri, quod infirmitati meæ impoſuit, ſupponit dextram, quoniam mihi importabile eſt. Nonne miſeria dignus eſt, qui pro tanta pugnat miſeria? ſic vt ditiſſimus qui electus eſt, ſequenti die pauper erit, & infinitis fere debitoribus erit obligatus: ambire ergo ad ſummum Pontificium eſt non ſine fraterno ſanguine ad illud aſcendere &

Digitized by Google

Romulo ſuccedere in parricidijs, non Petro in Ouibus paſcendis. Bene ergo dicitur non tam nuncupatiuè quam ſubſtantiuè *Summus Pontifex ſeruus ſeruorum*, vt enim ſeruiat ſeruis auaritiæ id. Romanis, neceſſe eſt adeo vt niſi ſeruierit, aut Expontifex fiat, aut exRomanus. Legitur etiam in Chronicis Rom. Pontificum, quod Silueſter Conſtantinum Imperatorem baptizauit qui & pacem Eccleſiæ reddidit. Nam antea vigente perſecutione pene omnes Pontifices qui in Sede Rom. præfuerunt, Martyrium ſubierunt. Et recitatur in ſpec. Hiſtor. l. 9. c. 93. ex Chronicis Rom. Pontificum. Vnde adhuc adaptari poteſt quod dicebat Paulus, *Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſolus & quærunt animam meam.* ad Corinth. 11. Verum aduertat S. Mater Eccleſia, recordetur ſui debiti & immenſorum beneficiorum ſuſceptorum hactenus à Chriſtianiſſimis Francorum Regibus, nec ingratitudinis labem contrahat quæ ſemper dilexit Iuſtitiam & vidit æquitatem: de qua ſcriptum eſt, *Dilexiſti Iuſtitiam & Odiſti iniquitatem*, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. 1. Siquidem Stephano Papa auxiliari petente à Pipino Rege Francorum Illuſtriſſimo contra Longobardos, ipſe Pipinus cum præfato Papa validiſſimo vallatus Francorum exercitu, &c. Hoc patet ergo per Chronicas antedictas, quomodo Reges Francorum fideles fuerunt Romanis Pontificibus & Eccleſiæ; quomodo ſumptuosè, laborioſè & victorioſè pro ipſis determinarunt, quomodo ipſos à morte liberarunt: ex quibus ipſorum fidelitas & Rom. Pontificum tutiſſimum refugium euidentiſſimè comprobatur, & ipſi dici debet, *dominare noſtri tu & filius tuus quia liberaſti nos de manu Madian.* Num. 8. Vnde de ipſis concludi poteſt id quod dicit Chriſtus de Regulo, Amen dico vobis, quia non reperi tantam fidem in Iſraël *Luc. 7.* ſic ergo Rex Francorum & ſuus populus ſunt fideliſſimi dupliciter, à fide dicti. 1. Quia fidelitatem Eccleſiæ & Rom. Pontificibus exhibuerunt. 2. Ex fide & deuotione exhibita Creatori. Nec mirum quia ſuper omnes Creaturas Orbis habent Reges Franciæ prærogatiuam. 1. Ex ſanctiſſima vnctione ſpirituali, & diuina non humana, qua inungitur Rex ipſe, propter quam ſanctificatus eſt, vt accedat quod legitur Leuit. 21. *Oleum ſanctæ vnctionis Dei ſui ſuper eum eſt, quia ego Dominus qui ſanctifico eum, & mutatus eſt in alium virum & immutauit ei Deus cor aliud.* 1. Reg. 4. & exinde curat morbos in ſignum ſanctiſſimæ vnctionis. Hoc enim eſt ſignum ſibi quod vnxit eum Dominus. *1. Reg. 10.* Vt de ipſo verificetur dictum Pſal. *Dilexiſti Iuſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ* præ conſortibus tuis. *Pſal. 44.* ſcutum etiam à Domino ſuſcepit & arma tanquam pugil & Athleta Eccleſiæ præcipuus Domino dicente eidem, *ſume arma mea & ingredere prælium*, 3. Reg. 22. & ſume arma tua, *Gen. 27.* quibus aſſumptis dicit idem Rex *Dominus ſcutum meum & cornu ſalutis meæ*, 2. Reg. 22. vnde ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti eum, *Pſal. 5.* Vnde, Pater ſancte, vides filium iſtum Regem ſanctum, morbos curantem, à Deo prælectum, fideliſſimum Chriſtianiſſimum, qui ſuis meritis talia ſtipendia Diuina & vicinitatem ſummi Patris acquiſiuit. Vnde Pater ſancte, durum videretur, filium talem piiſſimum ſtipendijs longo tempore quæſitis abſque culpa cariturum. (de veſt olo. fr. Vides ergo, Pater, hunc eſſe locum refugij, Romæ verò locum excidij. Locum iſtum eſſe locum Conſilij, Romam verò locum exilij.

Item dicebatur quod iſte locus eſt in omnibus præeligibilior pluribus rationibus. 1. Siquidem *floret locus iſte pluribus ſtudijs & Eccleſiaſticis, & alijs ſcientijs & Diſciplinis*: per quæ præ cæteris alijs Regnis Orbis fides noſtra & vera Iuſtitia informantur, prout cuicunque patet *quod Studium tranſlatum fuit à Roma Pariſius per B. Carolum Magnum; & hæc Gloria Romanorum Pariſius in Gallos eſt tranſlata*, quod etiam diutius ante fidem ſuſceptam erat præfiguratum. Nam in lib. Iulij Cæſaris legitur ſic. Ad hos Druides magnus Adoleſcentum numerus diſciplinæ cauſa concurrit, magnoque hi ſunt apud eos honore. Diſciplina autem in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur. Et nunc qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerunque illò diſcendi cauſa proficiſcuntur. Multi ibi in diſciplinam conueniunt, & à præſentibus propinquiſque mittuntur. Itaque nonnulli vicenos anno in diſciplina permanent: neque fas exiſtimant ea litteris mandare, cum in reliquis rebus fere publicis priuatiſque rationibus Græcis vtan-

DE VNIVERSITATE PARISIENSI.

tur litteris. Id mihi duabus de cauſis intuliſſe videntur; quod neque in vulgum diſciplinam efferri velint, neque eos qui diſcunt, litteris confiſos minus memoriæ tenere, quod fere pleriſque accidit, vt præſidio litterarum diligentiam in perdiſcendo, ad memoriam remittant. Hæc ille.

Hic igitur ſunt Doctores in ſacra Pagina & Iuribus Canonicis & Ciuilibus & aliis liberalibus Artibus qui in Dei Eccleſia velut ſplendor fulgent firmamenti; qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri ad juſtitiam & fidem plurimos valent erudire. Extr. de Magiſtris, *ſuper ſpecula*. Quibus litteratis permaximè noſtra Eccleſia ad ſui regimen indiget. Extr. de Elect. cum ex eo lib. 6.

In iſta ergo digniſſima *& nobiliſſima Francia ſunt 7. candelabra aurea de quibus legitur in Apocalypſi.* Hic enim ſunt voces tonitruorum auditæ à Ioanne in Apocalypſi, Doctores virtutum, operatione præclari, humilitate præditi, euangelizantes pacem, annunciantes bona, docentes, &c. Hi ſunt qui juxta dictum Petri parati ſunt reddere rationem omni poſcenti & ſatisfactionem de Canonica fide & ſpe quæ in nobis eſt. Hi ſunt oculi Columbarum reſidentium iuxta fluenta pleniſſima, id. Doctores reſidentes iuxta fluenta Euangeliorum & aliarum Scripturarum 31. diſt. Ecce. Quid igitur, Pater ſancte, qui eſtis jurium ſcrinium, vel omnia jura habetis in ſcrinio pectoris, fons jurium & omnium Scripturarum, vtpote qui ſecundum Philoſophum, eſtis tota Vniuerſitas virtute, *deſeretis vos hanc patriam fonte Scripturarum irriguam, ſcientiarum omnium melle & lacte manantem, auro ſapientiæ & argento eloquentiæ vernantem?* 37. diſt. legimus. Quis enim, Pater ſancte ſi hoc, quod abſit, contingat, aperiet librum illum ſpiritualem in Apocal. ſeptem ſigillis ſignatum, quoniam ſi dederitis homini ſcienti litteras vt legat, reſpondebit non poſſum. Signatus eſt enim liber. Hunc enim librum alibi clauſum & ſignatum reſerauit & aperuit in hac digniſſima Francia, habet clauem dicendo, qui claudit & nemo aperit qui aperit & nemo claudit, vt legitur in prologo Bibliæ. Ipſa enim à Petro ſuiſque ſanctiſſimis ſucceſſoribus ſaniſſimam fidei Catholicæ doctrinam ſuſcepit, vnde nec aliud tradere vel docere poteſt quàm quod à Miniſtratore ſuſcepit, cum ſine dubio de eodem fonte gratiæ ſuus ſpiritus & diſcipuli fuerint & Magiſtri 24. q. 1. Cum Beatiſſimus. Hæc igitur Francia, Beat. Pater, ſic taliter vbique nota, non debet ex eo ſolo quia jam probata eſt, reprobari, nec eius iura C. de vectig. l. cum ſalutatus lib. 12. quæ luce Domini perfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit, ramos ſuos per vniuerſam terram copiæ ſuæ vbertatis extendit, profluenteſque largitur riuos matre fœcunditatis copioſa 24. q. 1 loquuntur.

2. Locus iſte eſt eligibilior ratione medij. Legitur enim in Apoc. 4. quod Ioannes vidit ſedentem ſcilicet Chriſtum ſuper Sedem & in circuitu Sedis ſedilia 24. & ſuper thronos 24. ſeniores ſedentes circumamictos ſtolis albis, quod exponit poſtilla M. Nicolai de Lyra, quod per ſedilia illa intelliguntur vniuerſæ Eccleſiæ Cathedrales, & per ſeniores vniuerſi Epiſcopi earum. Præterea ſupponendum eſt quod diuiſâ tota terra habitabili in 3. partes, ſcilicet Aſiam, & Europam, quæ ſcilicet Europa ſituatur inter Septentrionem & Occidens, ipſa ceſſit in partem & hereditatem tertij filij Noë, ſcilicet Iaphet ſeu ſucceſſorum ſuorum quod deducit & deductum concludit Author qui vocatur Memoriale Hiſtoriarum & ſic incipit. In Exordio rerum parte 1. cap. 33. ex multis originalibus Doctorum ſanctorum Hiſtoriographorum. 2. Supponendum eſt quod prope iſtam Europam habitant his temporibus Chriſtiani. Vnde nulli vel pauci Principes Chriſtiani dominantur extra Europam & extra pauci vel quaſi nulli Chriſtiani Principes extra Europam dominantur.

Item ſciendum eſt quod non Vrbs Roma ſed Maſſilia eſt in medio præfatæ Europæ ſituata; & hoc deducunt Comiſmetræ ſcilicet Menſuratores mappæ mundi ex doctrina Hali Commentatoris Ptolomei. 2. Quadripartiti 2. cap. & Alfragani cap. 1. conſideratis longitudinibus & latitudinibus Ciuitatem Chriſtianorum demptâ Græcia quæ hodie eſt Schiſmatica. Cum igitur ſummus Pontifex Chriſti Vicarius immediatus in terris debeat Chriſtum Dominum ſuum & Eccleſiæ ſponſum imitari 6. q. 1. imitare Petrum 11. q. 1. Deus omnipotens conuenit. Ergo vt ſicut Chriſtus tenet ſedem ſuam in medio Eccleſiarum Cathedralium, & ſic in medio Chriſtianitatis, ita & Papa eius Vicarius hoc

idem facere debet; quod ſic amplius comprobatur. Non enim dicebat Dominus in Euangelio, quatenus duo vel tres vel plures in nomine meo congregati ſunt, ego in medio eorum ſum, & hoc dicebat ad deſignandam Eccleſiæ vnitatem 24. q. 1. alienus. Cum igitur Eccleſia non ſit niſi vna vera Congregatio fidelium, vt notat Ioan. Monachus in C.fundamenta, ſequitur quod Deus ipſe in medio Eccleſię eſt non declinans particulariter ad Anglos. Et hoc ſic confirmatur. Conueniens enim eſt vt reſideat in medio præſentia ſacramentali Corporis Chriſt, ſeu Eccleſiarum in quibus conſecratur ipſum Corpus, quia nedum ipſum pretioſiſſimum Corpus Chriſti, verum etiam Beati Angeli & B.Virgo perſonaliter aſſiſtunt in Sacramēto altaris prout tangit Ieronymus ad Vigilantium ep. 18. *Tu Deo legem pones*, tu Apoſtolis vincula mittes, vt vſque in diem judicij teneantur cuſtodia, nec ſint cum Domino ſuo, de quibus ſcriptum eſt, *ſequuntur agnum quocunque* ierit, ſed agnus vbique, ergo qui cum agno ſunt, vbique eſſe credendi ſunt. Et Magiſter ſentent. lib. 4. diſt. 13' Non enim dubitare licet vbi Corporis Dominici & Sanguinis myſteria aguntur, ſupernorum Ciuium adeſſe Conuentus. Et Gregor. in Homil. Paſchali. Quis enim fidelium dubium habere poſsit in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocem Cœlos aperiri, in illo I. C. myſterio Choros Angelorum adeſſe, ſumma & ima ſociari, vnumque ex viſibilibus atque inuiſibilibus fieri. de Conſecr. diſt. 11. quid ſit ſanguis.

Attendat etiam B. Apoſtolica, quod ſol nobiliſsimus Planetarum eſt in medio Cœli, vt magis æqualiter radios ſuos diffundat; Cor in medio hominis, vt vires ſuas fortius & æqualius & magis proportionaliter infundat vel diffundat per vniuerſum corpus. Firmamentum in medio aquarum Gen. 1. lignum vitæ in medio Paradiſi Gen. 2. De habitatione etiam Domini legitur, ſcias quia ego Dominus in medio terræ Exod. 8. Et alibi, habitabo in medio filiorum Iſraël, eroque cum eis Deus. Exod. 29. & alibi, Dominus Deus tuus in medio tui. Deuteron. 6. Aſcendam in medio tui. Exod. 33. Et Beatiſſime Pater attendat S. V. quod Deus Dominus in medio terræ ſalutem operatus. Pſal. Chriſtus Saluator noſter in medio terræ habitauit in terris & ibi mortuus. Poſtea Roma quæ media Chriſtianorum pro tunc fuit electa, poſtea verò pluribus regionibns & populis à religione Chriſtiana deuiantibus deuentum eſt ad medium Chriſtianitatis prædictum, in quo adhuc verificatur quod Deus fecit virtutem in medio terræ Chriſtianitatis, quia vos de medio, ſcilicet de Marſilia quæ eſt locus medius vt eſt dictum, aſſumpſit ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ juxta illud, apparuit Dominus Moyſi & vocauit ipſum de medio rubi Exod. 3. Sic etiam Saül in medio populi conſtitutus, de ipſo medio in Regem eſt aſſumptus 1. Reg. 10. quod ſumme Pater ſancte attendere debet S. V. ſcilicet quod de medio aſſumptus & de manſione Chriſti, & quoniam inhabitat, ad Anglos vos transferatis. Hoc inopinabile cuicunque audienti judicat auris ordine ſcilicet peruerſo, quia non extrema trahunt ad ſe medium, ſed potius medium trahit ad ſe duo extrema ff. de ſeruitut. Ruſtic. præd. l. qui ſella §. fi. Nec Roma ſibi cauſare poteſt aliquid detractum, quia vbi Papa, ibi Roma & Apoſtolorum limina.

3. Eſt eligibilior ratione circularis declinationis, nam prima hominum habitatio cepit in agro Damaſceno ſecundum Magiſtrum Hiſtoriarum exponentem illud Gen. 3. emiſit Deus Adam de Paradiſo vt operaretur terram. Deinde ſumptus eſt in agrum ſcilicet Damaſcenum de quo ſumptus fuerat, in quo Caim Abel fratrem ſuum interfecit juxta illud, quoniam Adam & Eua ſepulti ſunt in ſpelunca duplici: qui quidem ager Damaſcenus eſt in Valle Mambre juxta Ebron, & eſt prope Ieruſalem ſecundum Attulphum Galliarum Epiſcopum in lib. de locis terræ habitabilis & ſecundum D. Guill. Guendoëſel in lib. quem ſcripſit D. Papæ duodecim de locis terræ ſanctæ. Et ſic Ebron eſt prope Ieruſalem. Secundum eſt quod per eoſdem Doctores habitatio hominum plus acceſſit & continuè plus accedit ad Septentrionem per proceſſum temporis vt dicit etiam Petrus Ard. Et confirmatur etiam per hoc quod Coſmimetræ ponunt augmentum terræ habitabilis continuò procedere verſus Septentrionem ſecundum Martianum Capellam in ſua Apologia, & ſecundum Bedam de diuiſione temporum fretus autoritate Plinij, vt patet C. 3. eiuſdem l. 1. Bedæ. Quod etiam

etiam patet in Tranſlatione ſanctarum Reliquiarum prædictarum & ſtudiorum, & de Corpore S. Iacobi quod miraculosè tranſlatum eſt de Ieruſalem in Hiſpaniam. Quod patet etiam de fide & religione & doctrinâ fidei quæ originem habuit in Ieruſalem. Poſtea firmata fuit Romæ, poſtea in Franciam tranſlata & vbertimè pullulata, vt quaſi circulariter hinc ad hunc locum videantur delata.

4. Ratione melioris policiæ eſt eligibilior, nam ſecundum Ariſtot. 8. Eth. tres ſunt ſpecies rectæ policiæ, ſcilicet regnum quod eſt Principatus propter bonum commune Ariſtoarchia, quæ eſt Principatus paucorum principatuum ſecundum virtutem propter bonum commune. Et dicitur ab Ares quod eſt virtus, & Archia, Principatus, quaſi virtuoſorum Priucipatus. Eſt & Themocratia quæ eſt Principatus plurium plebeïorum vel ſecularium principatuum propter bonum commune, & dicitur à Themos quod eſt pretium & Archia Principatus, quaſi quorumlibet ſe appreciantium principatus. In hac enim policia tantùm appretiantur pauperes quantum diuites, & tantum ignobiles quantum nobiles, ac ſi omnes eſſent præcipui. Et ideo communi nomine dicitur politica vel policia vt habetur 3. Polit. & iſtæ 3. ſpecies differunt in bonitate, quia Regnum eſt optima policia, nam expedit Reipub. per vnum conſuli ff. de Orig. Iuris l. 9. §. nouiſſimè. Thimogratia eſt minus bona, & Ariſtoarchia eſt in medio. Et harum virtutum tranſgreſſiones conſtituunt 3. ſpecies malæ policiæ, quia tranſgreſſio Regni ſeu Regalis principatus tranſmutat eam in Tyrannidem, in qua vnus principatur non propter bonum commune, ſed propter bonum priuatum. Tranſgreſſio Ariſtoarchiæ tranſmutat eam in Oligarchiam, in qua pauci principantur propter ſuum bonum priuatum. Tranſgreſſio Thimogarchiæ tranſmutat ipſam in Democratiam quæ eſt popularium principatus & ad damnum diuitum. Et iſta tranſmutatio fit faciliter propter conuenientiam, quia vt dicit Ariſtot. l. 2. de Gen. in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. Conſtat autem quod Romani ſunt minus inclinati ad optimam & rectam policiam ſcilicet ad Regnum; imò expulſis Regibus cœperunt ſe regere per Conſules, & tandem per Imperatores vt patet per Magiſtrum hiſtoriæ ſuper Iudith. quia attentis regiminibus Italiæ dubium eſt ne forſan incidant in Democratiam. Quod eſſet S. V. & perſonæ & Eccleſiæ Vniuerſali non modicum detrimentum. Quia ſub regimine Democratici paſſurus eſt Clerus per homines manu artifices quos Germania Bacharos appellat, Flandria Piſles, Gallia Tiſſerans ab vſu texendi ſecundum Prophetias Hildegardis contemporaneæ Bernardi. Cuius Hildegardis tres libros Papa Eugenius approbauit vt ſcribitur ſecundum expoſitionem Gebennonis & M. Franciſci de Montebeluna.

Abſit igitur, Pater ſancte, quod Romæ iterum à Romanis crucifigaris, vt cæteri prædeceſſores tui infiniti, & hanc patriam tutiſſimam & ſanctiſſimam & præeligibilem, & in qua Chriſtus creditur viſibiliter habitare, taliter deſeras.

6. Propter ſanctiſſimi Patris veſtri natiuitatem & originem. Chriſtus enim in Iudæa perſonaliter reſedit, vnde erat oriundus, cuius exemplum imitari debet eius Vicarius, maximè quia Papæ magis cura debet eſſe de domeſticis quàm de extraneis, quia qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit & infideli deterior eſt, vt ſcribit Paulus ad Tim. 5. & recitatur in Canon. 47. d. §. neceſſe. Magis ergo debet Papa propriam quàm alienam Patriam confouere, quod ex eo confirmatur, quia gratia non deſtruit naturam ſed perficit. Vnde Apoſtolus poſtquam vocatus eſt ad Apoſtolatum dicit ad Rom. 11. quandiu ego ſum Apoſtolus Gentium miniſterium meum honorificabo. Si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam & ſaluos faciam aliquos ex illis. Magis ergo tenetur Papa propriam patriam quàm alienam ſaluam facere. Item Ambroſ. in lib. de Officiis. Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco & tempore commendatur vt primum operetur circa domeſticos, & paulò pòſt. Melius eſt enim vt ſubuenias tuis quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere aut alius poſtulare ſubſidium neceſſitatis 86. diſt. non ſatis. vt ſic vobis ſancte Pater dici poſſit, reuertere ſcilicet à propoſito incepto in domum Patrum tuorum Gen. 131. Reuertere reuertere & habita cum Rege iſto 1. Reg. 15. vnicuique enim patria ſua dulciſſima eſt ff. de l. vi. le. qui habebat §. dulciſſimè.

7. Propter maiorem conuenientiam quam habet iſte locus cum Orbe, quia in medio, vt eſt dictum. Quia forſan dici poſſit, non improbatur quod magis deceret Rom. Pontificem per orbem proficiſci quàm Romæ reſidere, commutato orbe loco vrbis. Scribitur enim *Matth. 5.* quod circuibat Ioannes Galilæam docens in Synagogis eorum & prædicans Euangelium Regni, & per conſequens ſic eius Vicarius Papa eſt Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ, ergo vniuerſam Eccleſiam tenetur viſitare. Propterea *Luc 4.* dicebat turbis eum volentibus detinere, *alijs Ciuitatibus oportet me euangelizare Regnum Dei, quia ad hoc miſſus ſum.* Si verò dicatur. Eccleſia Rom. eſt propria ſponſa, &c. Reſponderi poteſt multipliciter. 1. Sicut dicit Chriſtus in Euang. *Marc. 3.* cum turbæ dicerent ei, Mater tua & fratres tui foris ſunt & quærunt te, reſpondens eis ait. Ecce Mater mea & Fratres mei, & circunſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant, ait, Ecce Mater mea & Fratres mei, *qui enim fecerit voluntatem Dei, hic Frater meus & ſoror mea & Mater eſt.* Igitur vniuerſalis Eccleſia vel illa quæ magis diuinis præceptis obtemperauit, illa ſponſa magis propria. Vel aliter. Sponſa eſt Romana Eccleſia quæ nunquam deuiabit, ſed ſubditi deuiare poſſunt & populi, quorum etſi Eccleſia ſuum priuilegium non amittat, locus tamen ipſe potius meruit Apoſtolica præſentia priuari, iuxta illud quod dicebat Dominus in Euangelio *Matth. 10.* quicunque non receperit ſermones veſtros & non audierit vos, exeuntes foras de domo vel de Ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die Iudicij. Poteſt igitur filius veſter dicere id quod legitur in Euangelio, ſcilicet cum Dominus diceret diſcipulis ſuis, quia oportet eum ire Ieroſolymam & multa pati à ſenioribus & Scribis & Principibus ſacerdotum & occidi & tertia die reſurgere, aſſumens eum Petrus dixit, *Abſit à te Domine & non erit tibi hoc.* Matth. 16. Abſit igitur, Pater ſancte, vt reiectis conſiderationibus ſupradictis Romam proficiſcaris, & ibi crucifigaris, id. ſaltem varijs & intolerabilibus aduerſitatibus affligaris, ſed etiam nouiſſime Pater prius interpone partes ſuas ad ſedandum diſcordias quæ vndecunque videntur imminere, vt ſic populum iſtum inter quem conuerſaturus es ſi vales, ad concordiam reducas, ne comparari videaris mercenario, qui vidit lupum venientem & fugit, quia non ſpectat ad eum cura de ouibus 23. q. 4. *tres perſonas.* ne tibi adſcribatur quod legitur Ier. 4. *percuſſiſti nos* id. nos deſerendo, ita vt non ſit ſanitas. *Exſpectauimus pacem & non eſt tempus curationis. Et ecce turbatio.* Non des nos in opprobrium, neque facias nobis contumeliam hanc. Poſtremo, Pater ſancte, conſidera viam per quam progredieris, quantum eſt periculoſa, quia per mare.

STATVTVM DE HORA LECTIONVM.

Anno 1367. Facultas Artium ſtatutum edidit circa horam lectionum, quod ab omnibus ſuis Magiſtris obſeruari voluit. Nam licet anno ſuperiore acceπiſſet Vniuerſitas ſtatuta Pontificia per Cardinales S. Marci & S. Ægidij, plurima tamen capita ſingulis Facultatibus relicta fuerant conſtituenda, prout ſingulis æquius & melius viſum foret. Hinc eſt, quod licet omnes Nationes generalibus ſtatutis Facultatis Artium teneantur, habent tamen ſingulæ ſuos mores ſuamque conſuetudinem, ſuas leges & ſtatuta, quibus in adminiſtratione priuata rerum ſuarum & comitiorum vtuntur. Tale igitur eſt ſtatutum de hora lectionum, quod legitur in antiquo libro.

» Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Rector Vniuerſitatis Pariſienſis, » necnon omnes & ſinguli Magiſtri Facultatis Artium ſalutem in cunctarum re» rum Omnipotenti Conditore. Teſtatur rationis æquitas, quod ex temporum » variatione nouis inſurgentibus morbis, nouis ſtudeamus remedijs priuſquam » morbi nimis inualeſcant, ſolerter eiſdem obuiare, ne morbus propter ipſius » diuturnitatem nimiamque inualeſcentiam incurabilis efficiatur. Cum igitur » nonnulli Magiſtrorum noſtrorum in Facultate noſtra Regentium intrare » Scholas ſuas ad legendum de mane nimis tardè incipiant, eaſdemque circa » primam D. Iacobi, aut circa pulſum Carmelitarum pro ſecunda Miſſa conſue» uerunt introire: quo tempore ſuas lectiones ſecundum antiquam conſuetudi» nem meritò pro maiori parte deberent finiuiſſe. Vnde ipſis Magiſtris eo quod » lectiones ſuas in ſacra pagina audire nequeant, generatur præiudicium Schola» ribus, eo quod aptiorem partem diei ſomno deducunt in damnum, inque no-

ſtræ Facultatis nimiam infamiam, eo quod modos laudabilis Prædeceſſorum nostrorum dimittitur, & pro eodem minus bonus inducitur, & cedit in grauamen. Hinc eſt, quod nos omnes & ſinguli Magiſtri per noſtrum iuramentum ad noſtræ Facultatis congregationem apud S. Mathurinum celebrandam; ad ſtatuendum congregati anno Domini 1367. die 18. menſis Maij, hora Primæ, vocatique per venerabilem & diſcretum M. Ioannem de Dunghen Nationis Picardiæ pro tunc Vniuerſitatis Pariſienſis Rectorem, antiquas conſuetudines laudabiles noſtræ Facultatis tenere, nouaſque ægritudines præſeruationibus vtilibus præcauere cupientes, prout debitum iuramenti Nos & vnumquemque noſtrum ligat & adſtringit, de vnanimi conſenſu 4. Nationum, videlicet Gallicanæ, Picardiæ, Normaniæ & Anglicanæ ſingulorumque Magiſtrorum carundem ſtatuimus, nec non ordinauimus & in perpetuum duximus obſeruandum. *Quod de cætero ſinguli Magiſtri Pariſius in Artium Facultate Regentes Scholas ſuas modo à Prædeceſſoribus noſtris ſolito, ſcilicet in pulſu campanæ, ſeu Clinketi Carmelitarum, quâ vel quo pulſant ad primam Miſſam apud eos celebrandam, quocunque nomine nominetur, intrent, lectioneſques ſuas legere incipiant ſecundum conſuetudinem Antiquorum memoratam*, eodem tempore, quo Bachelarij in Decretis, vel Magiſtri in Medicina legentes de mane Lectiones ſuas incipere conſueuerunt, fraude tamen & dolo in ſtatuto præmiſſo, omni modo ſemotis. Volumuſque quemlibet Magiſtrum Regentem de cætero modo prænarrato Scholas ſuas ad intrandum virtute ſtatuti per eum iurati fore obligatum. In cuius rei teſtimonium perpetuumque vigorem *Sigillum Rectoris* vnà cum Sigillis 4. Nationum prænominatarum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum & actum in Congregatione noſtræ Facultatis tam Regentium quàm non Regentium propter hoc ſpecialiter vocatorum anno, menſe, die, hora quibus ſupra.

Die 23. Iunij quæ eſt Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ, M. Ioanni de Dunghen ſuffectus eſt in ſucceſſorem Rectoratus *M. Arneſtus de Wulnen*, ſeu de Hollandia, qui vix quidem, ſed impetrauit tamen Priuilegium cauſarum Academicarum anno quidem præterito conceſſum, at nondum expeditum & traditum Vniuerſitati. Idem quoque effecit vt Hugo Aubriotus Præpoſitus Pariſienſis ſolenne Iuramentum in Comitijs Generalibus apud S. Bernardum habitis præſtaret. Quâ de re ſic habetur in antiquo libro Rectoris, fol. 147. recto.

Anno Domini 1367. in Vigilia B. Ioannis Baptiſtæ electus fuit in Rectorem Vniuerſitatis Pariſienſis M. Arneſtus de Wulnen, aliàs dictus de Hollandia Traiectenſis Diœceſis. Et fuerunt Intrantes M. Oudardus Bilget, ſeu Billeti, Nationis Franciæ. M. Ioannes Caſier Nationis Picardiæ, M. Henricus Herout Nationis Normaniæ, & M. Macharius de Dacia Nationis Anglicanæ. In cuius Rectoria licet plura ſint acta, tamen ob memoriam futurorum hæc ſequentia ſunt inſerta.

1. Quamuis plures fuerint moleſtationes in Vniuerſitate de cauſis cognoſcendis à D. Conſeruatore priuilegiorum noſtrorum de pedagijs & exagijs & quibuſcunque alijs, & pluries Vniuerſitas pro illis labores magnos ſuſtinuit, tamen pro iſta Rectoria obtinuimus vnum priuilegium expreſſum Regale, ſigillatum ſigillo Regio, quod de omnibus cauſis perſonalibus quæcunque eſſent illæ tangentes Scholares Vniuerſitatis prædictæ ſolus Conſeruator cognoſceret, & omnes alij ſiue de Caſtelleto, ſiue quicunque alij ſuas ſubtrahant manus ab huiuſmodi Scholaribus Pariſienſibus, ne de talibus cauſis cognoſcant.

Item nouus Præpoſitus Pariſienſis ſcilicet Hugues Aubriot, licet pluties recuſauerit præſtare iuramentum ſuum, & magnos habuerimus labores, antequam veniret ad Vniuerſitatem iuraturus, finaliter die 10. menſis Octobris, anno quo ſupra dictus Præpoſitus in Congregatione Generali tam Regentium quàm non Regentium per Iuramentum apud S. Bernardum comparuit, & ibidem iurauit punctualiter & ſigillatim & dearticulatim omnes Articulos, & quidquid in noſtro priuilegio Regio continetur; & hoc abſolutè & ſimpliciter, exceptis duobus Articulis, videlicet de Iuramento Ciuium Pariſienſium quòd eos & populum Pariſienſem faceret iurare, & de Scholaribus reponendis in locis vel in Domibus intra quas caperentur. Et iſtos duos articulos iurauit ob-

» ſeruare pro poſſe ſuo, ſic intelligendo pro poſſe, id eſt meliori modo quo po-
» tuerit, omni dolo & fraude exemptis, præſentibus adhoc in Capitulo FF. Ber-
» nardiſtarum poſt ſermonem, quoad Theologos, M. Ioan. de Hiſden, M. Si-
» mone Freron, Dominis Cameræ Pariſienſis & pluribus alijs vt Inſtrumento
» publico ſuper huiuſmodi Iuramento recepto ſecundum ordinem Facultatum
» recitatur.

Die 11. Octobris eiuſdem anni prædicto Rectori ſucceſſit M. Marcilius de Inghen nullo Intrantium reclamante, vt habetur in eodem libro Rectoris: in cuius Rectoria fuerunt quoque plurimi labores ſuſtinendi & expenſæ faciendæ, ſed quam in rem, nihil ibi habetur.

Eodem anno Vrbanus V. cum eſſet Maſſiliæ in procinctu ad repetendam Italiam, in fauorem Caroli Regis Bullam ſolennem emiſit contra factioſos & ſeditioſos quoſdam qui Pariſijs & alibi ex omni hominum genere Societatem quandam dictam *la Grand' Compagnie*, compoſuerant ad turbandum Regni ſtatum.

Vrbani Bulla contra factioſos.

» Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.
» Quam ſit plena periculis ac cunctis Chriſti fidelibus abhorrenda ſæua illorum
» immanitas, qui auaritiæ feruore ſuccenſi arma mouentes ſe *Magnas Societates* ſeu
» *Compagnas* appellant, in quibus nulla pietas, nulla fides exiſtit, effuſus Chri-
» ſtianorum ſanguis, mortes strageſque multorum, Eccleſiarum & Monaſterio-
» rum incendia, virginum raptus & ſtupra, ciuitatum, Caſtrorum, aliorumque
» locorum & bonorum quorumlibet direptiones, ſpoliationes, prædæ aliæque
» afflictiones innumeræ in diuerſis mundi partibus & præſertim in Regno Fran-
» ciæ ex multo iam tempore perpetratæ, proh dolor! atteſtantur. Contra quos
» licet per nos & nonnullos Prædeceſſores noſtros Rom. Pontifices plurimi pro-
» ceſſus tam ſpeciales quàm generales ſint habiti, diuerſas pœnas & ſententias
» continentes, quas in ſuo robore volumus & decernimus permanere & haberi
» etiam præſentibus pro expreſſis. Nihilominus tamen ex Paſtoralis ſollicitudi-
» nis cura quam erga gregem Dominicum habere diligentius perurgemur, an-
» xiè Timeſcentes quod mundi inualeſcente malitia huiuſmodi nefandis ſcele-
» tibus aſſueti ab illis & præſertim in ipſo Regno Franciæ, vbi maius Chriſtiani-
» tatis periculum imminet, & in quo furor tempeſtatis huiuſmodi magis inua-
» luit, non deſiſtant & alios ad ſimilia non inducant, ac diligentius recenſentes
» quot & quanta bona ex ipſo Regno Catholicæ fidei totique Chriſtiano popu-
» lo in longum continuata per æuum multimodè prouenerint, & quantum &
» qualiter Chriſtianiſſimi Francorum Reges, qui fuerunt pro tempore eandem
» fidem Catholicam & Rom. Eccleſiam, cuius ſemper præcipui pugiles extite-
» runt, longe lateque per orbem, ſicut exacti temporis Antiquitas fidelis inſinuat
» & probat euidentia veritatis, multipliciter extulerunt, feruenter pro ipſa fide
» pugnando, ac Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas ſui Regni fauorabiliter pro-
» tegendo, dignum ducimus & expediens reputamus, vt aduerſus huiuſmodi
» prauorum nequitiam quantum cum Deo poſſumus, opportunis remedijs oc-
» curramus. Conſideratione igitur præmiſſorum ſuper his cum Fratribus noſtris
» deliberatione præhabita diligenti & de ipſorum conſilio vt bonis & fidelibus
» tranquillitatem præſeruemus & pacem, ac prauorum iniquitatibus, animarum
» periculis, perſonarum excidijs, Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum aliorumque
» bonorum diſpendijs & iacturis alijſque malis huiuſmodi quantum cum Deo
» poſſumus, ſalubriter obuiemus, authoritate Apoſtolica tenore præſentium
» ſtatuimus diſtrictius inhibentes ne aliqua perſona Eccleſiaſtica vel mundana
» cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtat,
» *Societatem* vel *Societates* huiuſmodi de cætero congregare, facere, tractare ſeu
» ordinare, aut congregatas in ipſum Regnum inducere, mittere vel in eo tene-
» re, ſeu aliqualiter fouere, aut in eis vel earum aliqua Capitaneatum ſeu Con-
» ſtabulariam ſiue aliud quodcunque Officium, ſeu miniſterium aſſumere, aut ex
» antiquo vel nouo tempore aſſumptum quomodolibet retinere aut exercere,
» bauderiam ſeu vexillum erigere ſeu deferre, vel ſe in huiuſmodi ſocietatibus
» infra ſeu contra dictum Regnum iam factis vel in poſterum faciendis quouis
» modo recipere ſeu immiſcere, aut in eis tractandis, contrahendis ſeu firmandis,

aut iam factis ſeu faciendis, manu tenendis & conſeruandis dare operam, «
conſilium, auxilium, vel fauorem, aut cum ipſis ſocietatibus jam factis vel in- «
poſterum faciendis præfatum Regnum, aut Ciuitates, terras, Caſtra, Villas, «
& alia quæuis loca, ſeu partes aut perſonas & bona dicti Regni inuadere, oc- «
cupare vel detinere aut depopulari, vel eorum ope ſeu auxilio vti in præmiſſis «
Regno & partibus incurſus hoſtiles ſeu prædatorios agere, deprædationes vel «
rapinas vel ſpolia inde aſportata aut talia perpetrantes ſeu committentes, aut «
ſocietates ipſas vel aliquas ex eis cum præda vel ſine præda, ſcienter, volunta- «
riè, & doloſè receptare, vel cum eis publicè vel occultè participare, aut eo- «
rum ſubditos & alios quod præmiſſa faciant vel committant, concedere ſeu «
permittere aut ſuſtinere, ſi hoc ſciuerint & potuerint prohibere, aut eis bla- «
dum, panem, vinum, carnes, equos, arma, currus, nauigia aut quæcunque «
victualia, pecunias, merces, vel res aliquas, quæ in eorum commodum cede- «
re valeant, deferre, portare, dare vel concedere, aut ab eiſdem prædas & hu- «
juſmodi bona rapta emere, vel aliàs qualitercunque recipere, aut aliàs in præ- «
miſſis faciendis vel committendis dare conſilium, auxilium vel fauorem quo- «
quomodo præſumat. Alioquin omnes & ſingulos cujuſcunque vt præmittitur, «
præeminentiæ, Dignitatis, Status, Ordinis, vel conditionis exiſtant, qui «
contra Conſtitutionem & prohibitionem noſtras hujuſmodi facere vel venire «
aut aliqualiter attentare præſumpſerint, necnon illos qui ſubditos ſuos ad hu- «
juſmodi ſcelera committenda in dictum Regnum duxerint, ſeu tranſmiſerint «
tanquam fautores hujuſmodi damnatorum, Excommunicationis ſententiam in- «
currere volumus ipſo facto, & eorum terras & loca quælibet interdicto Eccle- «
ſiaſtico ſubjacere, ita videlicet quod nullus præterquam in mortis articulo ab «
Excommunicationis abſolui ſententia, nec Interdicto hujuſmodi relaxari per «
alium quàm Rom. Pontificem valeant quovis modo. Et nihilominus eos om- «
nes & ſingulos pœnas & ſententias contra talia præſumentes per ſacros Cano- «
nes inflictas & latas incurriſſe, & eis ligatos fore authoritate Apoſtolica ſupra- «
dicta tenore præſentium declaramus, *ipſoſque necnon Ciuitates, oppida, Caſtra,* «
Villas, loca & Communitates, Vniuerſitates & populos in iis culpabiles ſeu culpabilia «
omnibus Priuilegiis, Libertatibus, & Immunitatibus realibus & perſonalibus ſub «
quacunque verborum forma à dicta Sede aut Imperatoria vel Regia Majeſtate aut aliis «
inferioribus conceſſis eiſdem, necnon feudis, bonis, honoribus, officiis, Iuribus & Iuriſdi- «
ctionibus quæ à Rom. vel aliis Eccleſiis, aut Imperatoria aut Regia Majeſtate hujuſmodi, «
aut aliis inferioribus quibuſcunque tenere noſcuntur, ex nunc vt ex tunc ſententialiter «
priuamus, eorundem Eccleſiarũ & Monaſteriorum prælatis, etiamſi Epiſcopa- «
li vel majori præfulgeant dignitate diſtrictius injungendo quod feuda & bona «
ipſa recipiant; & pro ſuis Eccleſiis & Monaſteriis teneant aut aliis concedant, «
& de ipſis diſponant prout aliàs eis licet, & Eccleſiarum & Monaſteriorum ſuo- «
rum vtilitati viderint expedire, ſingulareſque perſonas in his culpabiles ad illa «
& ſimilia & quælibet alia ipſorumque deſcendentes vſque ad tertiam genera- «
tionem excluſiuè ad Dignitates, perſonatus, ac officia & alia quælibet Benefi- «
cia Eccleſiaſtica cum Cura vel ſine Cura quovis nomine cenſeantur, authorita- «
te qualibet obtinenda inhabilitamus & inhabiles reddimus eo ipſo, vaſſallos «
quoque & homines eorundem delinquentium contra Conſtitutionem & inhibi- «
tionem noſtras prædictas à juramento & fidelitate, à quacunque obligatione «
quilibet tenebantur, eiſdem totaliter abſoluimus. Et inſuper volumus & ſtatui- «
mus quod ex tunc ipſi ſociales Receptatores & Defenſores eorum, & alij, vt «
præmittitur, delinquentes, ſint & habeantur infames; ita quod nec ad teſti- «
monium nec alios actus legitimos admittantur. Fiant etiam inteſtabiles, ſic «
quod non poſſint condere teſtamentum, nec ad cujuſquam ſucceſſionem ex «
teſtamento vel ab inteſtato aliquatenus admittantur. Et ſi Tabelliones fuerint, «
inſtrumenta confecta per eos non valeant, ſed cum actore damnato damnentur; «
filij quoque & Nepotes ipſorum vſque ad tertiam generationem excluſiuè ad «
nullos honores mundanos ſeu Eccleſiaſticos admittantur, fiant domus eorum «
deſertæ, & vt non ſint qui habitent in eis, dentur cuncta eorum ædificia in rui- «
nam, & vt perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore «
reparentur, ſit eis poſtulandi negata facultas, ſit Tabellionatus iudicatus, & «

„ quodlibet aliud Officium ſeu Miniſterium publicum interdictum. Quod ſi ſe-
„ cus ſuper his actum fuerit, id carere volumus omni robore firmitatum. Omnes
„ quoque præfatos Capitaneos, Ejudatores, Conneſtabiles, Caporales ſocieta-
„ tum ipſarum & alios quoſcunque de ſocietatibus & delinquentibus ſupradictis
„ omnibus, dignitatibus & honoribus ſecularibus ac Officiis publicis in quibus
„ forſan eſſent conſtituti, ex nunc vt ex tunc deponimus, ac per ſententiam re-
„ mouemus ac cingulo militari ſi forſan eſſent eo decorati, priuamus, eoſque ad
„ eadem officia, dignitates, honores, & cingulum militare reddimus inhabiles
„ & indignos. *Quod ſi inter eos ſint aliqui Clerici vel Eccleſiaſticæ perſonæ, Dignita-*
„ *tes, perſonatus vel officia, Canonicatus & præbendas & alia quævis Beneficia cum*
„ *Cura vel ſine Curà, ſeu adminiſtrationes quaſcunque obtinentes qui ſortem Domini in*
„ *quam erant aſſumpti, temerariè relinquentes & miniſtros Belial, ac iniquitatis ſatelli-*
„ *tes ſe conſtituentes, ipſos vltra prædictas pœnas & ſententias quibus etiam volumus eos*
„ *ſubjacere, eiſdem Dignitatibus, perſonatibus, Officiis, Canonicatibus & præbendis,*
„ *Beneficiis & adminiſtrationibus ipſo facto decernimus eſſe priuatos.* Concedentes il-
„ lis ad quos earundem dignitatum, perſonatuum, Officiorum, Canonicatuum
„ & Præbendarum, Beneficiorum & adminiſtrationum collatio, ſeu prouiſio
„ pertinet, ea conferendi & prouidendi de illis perſonis idoneis, provt expedire
„ viderint, plenam & liberam Facultatem, ac eis in virtute S. obedientiæ di-
„ ſtrictè mandantes, quod ad collationem & prouiſionem hujuſmodi quàm citò
„ eis de prædictorum delinquentium huiuſmodi culpis conſtiterit procedere non
„ poſtponant?

„ Quod ſi iidem Prælati vel alij ad quos huiuſmodi feudorum & bonorum re-
„ ceptio, conceſſio, diſpoſitio Dignitatum, perſonatuum, Officiorum, Ca-
„ nonicatuum, Præbendarum, Beneficiorum & adminiſtrationum Collatio &
„ prouiſio, vt præmittitur, pertinent, infra vnius menſis ſpatium poſtquam eis
„ de præmiſſis exceſſibus & culpis conſtiterit ad receptionem, conceſſionem,
„ diſpoſitionem, collationem & prouiſionem eaſdem non proceſſerint faciendas.
„ Nos ipſas receptionem, conceſſionem, diſpoſitionem, collationem & proui-
„ ſionem diſpoſitioni noſtræ ac Sedis ejuſdem ſpecialiter reſeruamus, diſtrictius
„ illis inhibentes, ad quos eædem Receptio, Conceſſio, Diſpoſitio, collatio
„ & prouiſio aliàs pertinent vel poſſent quomodolibet pertinere, ne de feudis,
„ bonis, dignitatibus, perſonatibus, Officiis, Canonicatibus, præbendis ac Be-
„ neficiis & adminiſtrationibus ipſis vel ipſorum aliquo contra noſtram reſerua-
„ tionem hujuſmodi diſponere vel ordinare præſumant. Nos enim decernimus
„ irritum & inane ſi ſecus fuerit attentatum, & cum pœnæ condignæ non poſſint
„ tam grauibus & multiplicibus ſceleribus adhiberi, & ne ipſorum temeritas tran-
„ ſeat præſumptoribus in exemplum, de dictorum Fratrum conſilio bona ipſo-
„ rum proteruorum Socialium mobilia concedimus fidelibus occupanda, immo-
„ bilia verò eorum Dominis conſiſcamus & perſonas eorundem ſocialium expo-
„ nimus fidelibus capiendas, vt capientium fiant ſerui. Non obſtantibus ſi ali-
„ quibus communiter vel diuiſim à Sede prædicta foret indultum, quod ſuſpendi
„ vel excommunicari, aut ipſi & Ciuitates, terræ, opida, Caſtra, villæ & Com-
„ munitates vel Vniuerſitates eorum interdici non poſſint per Litteras Apoſtoli-
„ cas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hu-
„ juſmodi mentionem, & quibuſuis Priuilegiis, Indulgentiis vel Litteris Apo-
„ ſtolicis Generalibus vel ſpecialibus quibuſuis perſonis, locis, vel Ordinibus ſub
„ quacunque verborum formâ vel expreſſione conceſſis. Etiamſi de illis eſſet
„ ſpecialis & expreſſa ac de verbo ad verbum in eiſdem noſtris proceſſibus & Lit-
„ teris Apoſtolicis inde confectis mentio facienda, per quæ nullum contra præ-
„ miſſa vel eorum aliquod volumus afferri ſuffragium vel obſtaculum interponi.
„ Vt autem huiuſmodi noſter proceſſus ad dictorum Socialium peruerſorum &
„ aliorum quorum intereſt, notitiam deducatur, chartas ſeu membranas proceſ-
„ ſuum continentes eundem majoris Eccleſiæ Auenionenſis affigi oſtiis ſeu ſuper-
„ liminaribus faciemus, quæ proceſſum eundem ſuo quaſi ſonoro præconio &
„ patulo judicio publicabunt, vt iidem ſociales & alij quorum intereſt, vt præ-
„ mittitur quod ad eos non peruenerit vel ignorauerint eundem, nullam poſſint
„ excuſationem prætendere vel ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile

quòd ad eos maneat incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, inhibitionis, declarationis, priuationis, inhabilitationis, mandati, voluntatis, ordinationis, depoſitionis, remotionis, redditionis, conceſſionis, reſeruationis, & confiſcationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Maſſiliæ 7. Id. Maij Pontif. noſtri anno 5.

Iuxta hanc Bullam ad majorem Ciuitatis Pariſienſis quietem & pacem Præpoſitus vetuit ne quis Scholaribus gladios venderet aut mutuaretur. Sic enim legitur in Actis Prætorij ſeu Caſtelleti 9. Sept. 1367.

Item, a eſté crié, Nul ne ſoit ſi hardy de vendre ne preſter à Eſcholiers épées ne couſteaux, ne autres harnois de guerre, ſans le congé du Preuoſt de Paris, ſur peine d'amende arbitraire.

Eo autem audaciæ & inſolentiæ proceſſiſſe *Magnam illam Societatem* ait, Kgnyghtonius, vt Ciuitatem Pariſienſem obſidere præſumpſerit.

Anno 1368. Vrbanus in Oppido Montis-faliſci, quò propter nimios æſtatis calores ſeceſſerat, litem quandam, quæ inter Ciſtercienſes & Dominicanos de Corpore S. Thomæ Aquinatis intercedebat, compoſuit. Ciſtercienſes quidem in Monaſterio Foſſæ-nouæ huius Sancti Corpus condiderant apud ſe ſcilicet fato functi anno 1274. At tunc pio quodam furto ſublatum repetebant. Dominicani vt ſuum ſibi vendicabant. Tandem re diſcuſsâ illud conceſſit Eliæ Raimundo Toloſano Ordinis Prædicatorum Generali Magiſtro, Toloſam ad Monaſterium ſui Ordinis deferendum. Idem quoque ſpeciali Bulla ad Archiepiſcopum & ad Academiam Toloſanam data ſancti Viri virtutes extulit, illiuſque doctrinam tanquam ſanam & verè Catholicam amplectendam præcepit. 1368.

Eodem anno Vniuerſitas & Monachi San-Germano-Pratenſes permutarunt, ſi ita Papæ placeret, jura Patronatuum Capellaniæ ſancti Martini de Ordeis juxta Abbatiam ſitæ, & ſancti Germani veteris in Vrbe Pariſienſi. Fuitque eo pacto Capella prædicta deſtructa, vt facilius Abbatia propugnaculis quibuſdam muniretur & vallis aduerſus hoſtiles impetus & excurſiones. Et ex hoc tempore cœpit Vniuerſitas præſentare ad Parochiam ſancti Germani: vt patet ex ſequenti inſtrumento deprompto è tabulario Vniuerſitatis, munito Bullâ pendente è filis ſericeis & notato hiſce majoribus Characteribus C. B. F. Tunc autem erat prædicti Monaſterij Abbas Richardus de Létré qui Nicolao Ladito ſucceſſerat. Sic igitur ſe res habet.

Permutatio Patronatus Eccleſiarum inter Vniuerſitatem et San-Germano-Pratenses.

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Richardus permiſſione Diuina humilis Abbas Monaſterij ſancti Germani de Pratis juxta Pariſius, totuſque ejuſdem loci Conuentus æternam in Domino ſalutem. Notum facimus quod cum nuper ex deliberatione matura magni Conſilij Domini noſtri Regis, pro totius Regni, Reipublicæ villæque Pariſienſis & ſuæ noſtræque Eccleſiæ commodo, tuitione ſeu defenſione ſpeciali ab inimicis dicti Regni infeſtantibus circumquaque nobis præceptum fuit & mandatum Eccleſiam noſtram prædictam muris, propugnaculis & foſſatis aliiſque temparamentis neceſſariis claudi, circundari, ſeu fortificari debere, ac pro fortalitio deinceps reputari & haberi, Domoſque & alia ædificia & ſingula alia hereditagia circa prædictos muros exiſtentia, nociuâ quomodolibet aut præjudicialia fortalitio prælibato deſtrui totaliter & demoliri omnino, ne per ea aut eorum aliqua, aut aliquod clauſuræ ſeu fortalitij prædicti completio differri aut impediri valeret. *Inter Rectorem & Matrem noſtram Vniuerſitatem ex vna parte & Nos Abbatem & Conuentum prædictos pro euidenti vtilitate dicti noſtri Monaſterij præuiis pluribus deliberationibus in Capitulo noſtro ſpecialiter propter hoc factis ex altera, tractatum eſt quod Capellania ſancti Martini de Ordeis cum Domibus & Iardinis eiuſdem, cæteriſque pertinentiis, cujus Collatio, præſentatio & omnimoda diſpoſitio ad dictos Rectorem & Matrem noſtram Vniuerſitatem pleno iure dignoſcitur pertinere, ſita prope muros noſtræ prædictæ Eccleſiæ & fortalitij antedicti occaſione foſſatorum faciendorum debet totaliter deſtrui & demoliri omnino.* Et Nos ad quos ſpectat ius patronatus ſeu præſentatio Eccleſiæ Parochialis ſancti Germani antiqui in Ciuitate Pariſienſi de permutando inuicem

" iura ſingula, quæ dicti Rector & Mater noſtra Vniuerſitas & Nos in prædictis
" Eccleſijs habemus & habere poſſumus in futurum. Dum tamen D noſtri Papæ
" interueneric conſenſus, ad quem conſenſum procurandum & etiam obtinen-
" dum cum dictis Rectore & Matre noſtra Vniuerſitate promittimus bona fide
" opem, conſilium, auxiliumque daturos quam citius poterimus bono modo.
" Quæ præmiſſa omnia & ſingula prout ſuperius ſunt expreſſa, tenenda firmiter
" & inuiolabiliter obſeruanda promittimus bona fide ſub hypotheca & obliga-
" tione omnium bonorum Eccleſiæ noſtræ præſentium & futurorum adimplere
" omnino, renunciantes in hoc facto, omnibus exceptionibus doli mali, fraudis,
" læſionis, deceptionis, rei ſic non geſtæ, dictæ, compoſitionis non factæ, & ne
" poſſit dici aliud ſcriptum eſſe quàm concordatum, & aliud eſſe concordatum
" quàm ſcriptum, & omnibus alijs exceptionibus & allegationibus quæ contra
" præſentes litteras dici poſſent modo quolibet vel opponi Iurique dicendo ge-
" neralem renunciationem non valere. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra
" præſentibus litteris duximus apponenda. Datum & actum in Capitulo noſtro 11.
" die menſis Septemb. an. Dom. 1368.

Cæterum, ſi ſcire cupis, Lector, quo tempore fundata fuerit Capella illa S. Martini de Ordeis & quâ occaſione, reuoca in memoriam quæ ſcripſimus ad an. 1280. fol. 452. nimirum ob vulneratos plurimos Scholares Academicos, interfectoſque nonnullos à Monachis San-Germano-Pratenſibus, aut certè à famulis ipſorum, ipſis videntibus nec improbantibus facinus, coactos fuiſſe fundare duas Capellanias, 20. Vtramque libellarum annui reditus, vnam quidem in æde Vallis-Scholarium, alteram in æde S. Martini de Ordeis.

Quod te ò omiſimus illic referre, hîc reponimus, nempe Præſentatorem vtriuſque, quoties vacare contingeret, conſtitutum Rectorem Vniuerſitatis: idque conſtar ex diplomate Regio, quod R. P. Molinetus Canonicus San-Genoueſianus ex Archiuo S. Catharinæ Vallis-Scholarienſis legendum & exſcribendum pro ſua ſingulari benignitate mihi conceſſit. Eſt autem illud diploma anni 1278. quo anno vel ſuperiore 1277. cædem prædictam fuiſſe perpetratam intelligimus. Et eſt eiuſmodi.

» Philippus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus vniuerſis tam præ-
» ſentibus quàm futuris, quod graui ad nos ex parte Magiſtrorum & Scholarium
» Vniuerſitatis Pariſienſis conqueſtione delata, quod cum Monachi S. Germani
» de Pratis Pariſ. muros ſeu ædificia quæ conſtrui faciebant procedentibus in vi-
» cum, quo itur ad *Pratum Vniuerſitatis* ſitum ſubtus Abbatiam ipſorum Mona-
» chorum in præiudicium ipſius dictæ Vniuerſitatis ac denunciantibus illis qui ad
» hoc ex parte Vniuerſitatis miſſi fuerant, ne vlterius ipſi Monachi ædificarent
» in loco prædicto, homines de villa S. Germani & quidam Seruientes non abſ-
» que conſenſu Gerardi Abbatis & quorundam adminiſtrationem in dicto Mo-
» naſterio habentium, banno præconizato cum armis exeuntes de Abbatia coï-
» uerunt fortiter in Denunciantes vt dictum eſt ex parte Vniuerſitatis & quoſ-
» dam Scholares tam aſſiſtentes quàm qui ad ſpatiandum exierunt, ac eos vſque
» ad portas murorum villæ Pariſienſis & per campos inſequentes cum clamore
» ad mortem Clericorum plures de ipſis Scholaribus omnino innocentes letha-
» liter vulnerauerant & quoſdam mutilauerant, ac nonnullos eorum turpiter
» verberauerant, & exertis gladijs, dictum ſæpè repetentes clamorem fugarant,
» de quibus vulneratis duo Scholares ad minus, videlicet Gerardus de Dola, &
» filius Petri Sigillaris ex illa vulneratione poſtmodum obierunt, ac petentibus
» Magiſtris & Scholaribus quod nos hæc omnia, prout ad nos pertinebat, ſibi
» competenter emendare faceremus. Nos ſuper præmiſſis veritatem inquiri fe-
» cimus diligenter, & viſa inqueſta inde facta, ſuper his definiuimus ſeu ordina-
» uimus quantum ad nos ſpectabat, in modum qui ſequitur, videlicet quod Ab-
» bas & Conuentus S. Germani de Pratis duas Capellanias perpetuas inſtitue-
» rent pro dictis duobus Clericis interfectis, vnam videlicet in Eccleſia *Vallis-*
» *Scholarium*, in qua vnus de Fratribus eiuſdem loci pro remedio animæ dicti
» Gerardi de Dola defuncti qui inibi ſepultus eſt, perpetuò celebrabit, & aliam in
» veteri Capella S. Martini exiſtentis infra muros Abbatiæ, in qua vnus Capel-
» lanus pro defunctis perpetuò celebrabit; *ad quas cum vacauerint, ille qui pro tem-*

pore

Digitized by Google

pore Vniuerſitatis erit Rector, perſonam idoneam præſentabit Abbati S. Germani; & «
vtramque Capellaniam Abbas & Conuentus de 20. libris Pariſ. annui & perpe- «
tui reditus dotabunt, ac pro ipſa Capella reparanda, & libris & ornamentis ad «
opus eius quærendis 200. libras Turonenſes ſtatim ſoluent. Soluant Perro Si- «
gillario 100. libras eiuſdem monetæ & 40. libras Turonenſ. ſimiliter Parenti- «
bus dicti defuncti Gerardi; *& præterea 200. libras Rectori Vniuerſitatis ſemel tan-* «
tùm Pauperibus Magiſtris & Scholaribus per eum diſtribuendas de conſilio Magiſtro- «
rum. Quæ vt perpetuæ firmitatis robur obtineant, præſentes litteras fecimus «
ſigilli noſtri munimine roborari. Datum Pariſius anno Domini 1278. «

Harumce Philippi litterarum mentio fit in alijs quas Philippus Pulcher eius filius dedit menſe Iulio an. 1286. in confirmationem prædictæ dotationis, ſeu fundationis duarum Capellaniarum.

Die 10. Octob. eiuſdem an. 1368. electus eſt in Rectorem M. Franciſcus de S. Michaële vulgò de S. Miel: quo Rectore licet mulra geſta ſint digna memoria, quæ habentur in antiquo libro Rectoris, nihil tamen quidquam ſcriptum extat de illa permutatione. Itaq; veriſimile eſt prædeceſſorem Rectorem ad Vrbanum Pontificem nomine Vniuerſitatis ſcripſiſſe, vt eam authoritate ſua firmaret & roboraret. Prædicto autem Rectore quatuor potiſſimum geſta ſunt poſteritate digna. Primum eſt quod pecuniam accepir fundando Collegio à M. Ioanne Dangerant Epiſcopo Carnotenſi relictam & deſtinatam. 2. Quod à Carolo V. Rege priuilegium Officiarijs & Miniſtris ſeu Seruiroribus Vniuerſitatis impetrauit, quo ſicut Magiſtri, eximebantur ab omni onere ciuili. 3. Quod Lexouienſem Epiſcopum cuius famuli Nuncium Normanicæ Nationis malè tractauerant, ad procurandam ſatisfactionem compulerit. 4. Eodem Rectore concluſus eſt Rotulus nominandorum, ſtatutumque vt Officiarij Vniuerſitatis locis conſuetis reponerentur in Rotulo. De quibus omnibus ſic habetur in antiquo libro Rectoris.

Anno Domini 1368. primo die legibili ordinariè ſcilicet in æſtiuo S. Dio- «
nyſij electus fuit concorditer viâ Spirirus ſancti per 4. Intrantes in Rectorem «
Vniuerſitatis Pariſ. M. Franciſcus de S. Michaële in Lotharingia Virdunenſis «
Diœceſis Magiſter in Artibus. In cuius Rectoria quamuis multa ſint acta, ta- «
men quia hominum memoria breuis ſit, hæc quæ ſequuntur in litteris ſunt re- «
dacta. 1. Multis congregationibus celebratis ſuper quadam ſumma quam de- «
dit Vniuerſitati D. Carnotenſis, qui obijt anno quo ſupra ad fundandum Scho- «
lares Pariſius, tandem idem Rector recepit 4000. francos & totum in forma- «
liter francis, niſi quod ibi fuit quædam mitra in vadio pro 660. francis, & to- «
tum includebatur in quadam arca duabus firmata clauibus in Theſauraria no- «
ſtræ Dominæ Pariſienſis collocata. Et ſuper hoc fuerunt confectæ litteræ Re- «
gis & Vniuerſitatis ad D. Papam & Cardinales duos. «

Item in iſta Rectoria conceſſit nobis illuſtriſſimus Carolus Francorum Rex «
quoddam pulchrum Regale Priuilegium, ſcilicet quod ſexagiata homines puta «
noſtri Seruitores, Libratij Scriptores, Illuminatores, Pergamenarij, Stationarij «
ſuis nominibus nominati, vt in litteris Regijs cera alba ſigillatis ſuper hoc con- «
fectis contenta nomina ſunt... Quæ quidem litteræ in Archa Vniuerſitatis ſunt «
recluſæ, & retinuerunt vnum Vidimus. «

De nuncio Norman. Nationis et Episcop. Lexov.

Item cum lis mouebatur inrer Nationem Normanorum pro eo quod Equo «
amoto Nuncio eiuſdem Nationis, vt aſſerebat, per quendam familiarem D. «
Lexouienſis Epiſcopi, qui ſcilicet voluit defendere Familiarem; & Vniuerſitas «
volens iuuare Nationem tanquam filiam, trahi voluit prædictum Epiſcopum «
ante Præpoſitum Pariſienſem in Caſtelleto. Qui Epiſcopus recuſando dicebat «
ſe debere placitare in Parlamento aut Domo Requeſtarum Regis, cum ſit de «
Dominis Requeſtarum, qui ante ſeipſos debent placitare per priuilegium Re- «
gium. Tandem habito noſtrorum Iuris legiſqne peritorum conſilio ſuper hoc «
vocatorum per prædictum Rectorem, concluſum eſt quod nullo modo placi- «
tabimus, ſed ibimus ad Regem & factum explanabimus. Epiſcopus verò hæc «
audiens venit ad Congregationem Generalem non obſtante graui infirmirate «
quâ grauabatur, & fecit ordinauitque tantum fieri qnantum Nationi ſuffecit. «
Quidam verò eius cógnatus dicto Nuncio ſupradicto poſtmodum vnam aut «

» duas dedit alapas. Et iterum ab Vniuerſitate & Natione mirabiliter tractatus
» fuiſſet, niſi emendaſſet in manu eiuſdem Rectoris nomine Vniuerſitatis & Na-
» tionis ſupradictæ in quantum tenebatur.

» Epiſcopus ille Lexouienſis vocabatur Alphonſus Chevrier, cui anno 1377.
» defuncto ſucceſſit in Epiſcopatu M. Nicolaus Oreſmius Magnus olim Collegij
» Nauarrici Magiſter, tunc Decanus Rotomagenſis.

» Item anno quo ſupra quamuis bis in deliberatione Magiſtrorum ad Congre-
» gationem Generalem vocatorum proponebatur, vtrum expediens eſſet facere
» Rotulum, & non concludebatur, tamen tertiâ vice propoſito Rotulus con-
» cluſus eſt Decembris die 10. Et hoc in deliberatione propoſitum eſt, & con-
» cluſum tandem fuit, per omnes Nationes & Facultates, quod Officiarij rema-
» neant in locis ſuis in Rotulo. Nempe vt Rector veluti caput Vniuerſitatis ſpecia'em locum & primum haberet: Decani verò & Procuratores in Capite Magiſtrorum ſuarum quiſque Facultatum & Nationum.

Priuilegium autem illud Caroli V. de quo ſupra mentio facta de ſexaginta Officiarijs Vniuerſitatis Exemptis nondum mihi venit in manus, & vereor ne perierit, reperio quidem hoc anno die 5. Septemb. illum Librariorum Iuratorum numerum ad 24. redegiſſe, quorum 4. dicuntur Maiores, cæteri communi nomine Librarij Iurati Vniuerſitatis appellantur.

Prædicto Rectori de S. Michaële ſucceſſit die 16. Decemb. *M. Guillelmus Carnificis Diœceſis* Pariſienſis, ac proinde Nationis Gallicanæ, quo Rectore 1. tandem compoſita eſt diſcordia quæ intererat inter Scholares Nationum Gallicanæ & Picardicæ, quâ totum ſtudium Pariſienſe diſturbabatur & diſturbatum fuerat iam pluribus annis. Deinde contra Præpoſitum Pariſienſem Hugonem Aubriotum qui Scholares illos diſcholos & ſeditioſos malè tractauerat, egit idem Rector apud Regem, ſed quanquam increpitus eſt Præpoſitus, in multis tamen à Rege comprobatus fuit. Poſtremo ſub eodem concluſus eſt Rotulus nominationum, & 4. tantùm è 4. Nationibus Nuncij Portitores deputati ſunt. De quibus omnibus ſic habetur in eodem libro Rectoris.

» Anno 1368. die 16. menſis Decemb. facta Congregatione Facultatis apud S.
» Iulianum ad eligendum Rectorem per venerabilem & diſcretum virum M. Fran-
» ciſcum de S. Michaële tunc Rectorem, caſſatâ primâ electione Priorum In-
» trantium, ſcilicet M. Heruæi, M. Ioan. de Trelon, M. Rodulphi Boutin & M.
» Guill. Buſy (Buſer) datis nouis Intrantibus ſcilicet M. Heruæo Carnemori,
» M. Nicolao Ionglet, M. Thoma Durandi, M. Henrici electus fuit concorditer
» viâ Spiritus ſancti in Rectorem Vniuerſitatis Pariſienſis, licet inuitus M. Guill.
» Carnificis Diœceſis Pariſienſis de villa Alneti iuxta Goneſſiam. In cuius Re-
» ctoria licet multa contigerint pro quibus maximos labores perpeſſus eſt, iſta
» tamen principaliter in ſcriptis redacta ſunt ad præteritorum perpetuam me-
» moriam.

» 1. Cum lis & diſcordia, imo veriùs guerra mortalis orta fuiſſet inter quoſ-
» dam Scholares de Natione Franciæ ex vna parte, & Natione Picardiæ ex alia
» parte ante tempus Rectoriæ ſuæ, nec potuerat terminari: qua durante plura
» ex vtraque parte ſcandaloſa perpetrata ſunt, tempore ſuæ Rectoriæ firmata eſt
» pax & bona concordia inter iſtos Scholares promittentes pro poſſe nunquam
» in talia recidiuare. Et hoc in plena Congregatione Generali. Etiam amore
» Vniuerſitatis indulſit eis Rex quidquid commiſerant.

» Item eodem exiſtente Rectore dati ſunt Articuli contra Præpoſitum Pari-
» ſienſem, qui reſponſurus ad dictos Articulos Deputatis Vniuerſitatis præſenti-
» bus apparuit coram Rege & ſuo Conſilio munitus multo Conſilio Aduocato-
» rum, principaliter M. Ioannes de Mareſco qui proponendo articulos factos
» contra Scholares aliquos de Vniuerſitate offuſcauit articulos Vniuerſitatis
» contra Præpoſitum in tantum, quod dictus Præpoſitus in multis à Rege fuit
» Aduoatus. Attamen dictum fuit, ſibi per os Regis, quod Scholares & Magi-
» ſtros de cætero tractaret amicabiliter cum reuerentia & honore ſub pœna me-
» rendi perpetuam Regiam offenſam. Quod ſic fecit poſtea.

» Item cum Rotulus tempore ſui Prædeceſſoris concluſus eſſet obſequenter,
» in eius Rectoria in pluribus Congregationibus ad lucem emicuit quod non

Digitized by Google

fuerat cõcluſus, niſi ſub iſtis proteſtationibus. 1. Quod Rotuli omnium Facultatũ «
conſuerẽtur, & quod non poſſunt tres Facultates, ſc. Medicinæ, Decretorum & «
Theologiæ cogi ad nuncium miniſtrandum, & quod aliter nolebant Rotulum. «
Quod ſic cum maximo labore fuit finaliter in eius Rectoria executũ. Quia fue- «
runt omnes Rotuli conſuti, tam articuli communes, quàm Rotuli Facultatum, «
dempta tamen ſupplicatione Rectoris quæ ſigillabatur ad partem. Nec fuerunt «
aliqui nuncij, niſi 4. Magiſtri de 4 Nationibus in Facultate Artium & Bedellus.

Ad eundem annum ſcribit Hemeræus facta fuiſſe quædam ſtatuta ad Scholam Sorbonicam pertinentia à MM. Grimerio Bonifacij Cancellario & Guill. de Saluauilla abſente Cardinale Morinenſi, tum Domus eiuſdem Prouiſore. *Anno*, inquit, 1368. *Bonifacius & Saluauilla abſente Cardinale Morinenſi Prouiſore quamplurima de lectionibus Sorbonæ tam ordinarijs quàm Curſoriis, deque Auditorio, cum Collegialibus aliis ejuſdem Societatis vtiliter ordinarunt.*

1369. Anno 1369 acceptis ab Vrbano V. Litteris Apoſtolicis, quibus juxta Vniuerſitatis & Mouachorum San-Germano-Pratenſium ſupplicationes, permutationi Patronatuum, de quibus ſupra dictum eſt, conſentiebat, Executionemque Officiali Pariſienſi demandabat, hoc publicum inſtrumentum confectum eſt, quod in Tabulario Vniuerſitatis ſeruatur ſub hiſce Litteris C. B. y.

PERMVTATIO PATRONATVVM AVTHORITATE PAPÆ CONFIRMATA.

Vniuerſis præſentes Litteras ſeu præſens publicum Inſtrumentum inſpectu- «
ris Officialis Pariſienſis Executor & Commiſſarius in hac parte ſolus & in ſoli- «
dum à Sede Apoſtolica Deputatus ſalutem in Domino. Noueritis Nos Litteras «
Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Vrbani Diuina Prouidentia Pa- «
pæ V. cum chordula canapis vera Bulla plumbea ipſius Domini noſtri Papæ «
more Romanæ Curiæ Bullatas, ſanas & integras omnique vitio & ſuſpicione «
carentes Nobis pro parte venerabilis in Chriſto Patris & Religioſorum Abba- «
tis & Conuentus Monaſterij S. Germani de Pratis iuxta Pariſius Ordinis ſancti «
Benedicti, ac venerabilium & diſcretorum virorum Rectoris, Magiſtrorum & «
Scholarium Vniuerſitatis Pariſienſis ſtudij præſentatas, cum ea quâ decuit reue- «
rentia recepiſſe: quarum quidem Litterarum tenor ſequitur in hæc verba. «

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Officiali Pariſienſi «
Salutem & Apoſtolicam Benedictionem, juſtis petentium deſideriis libenter «
annuimus, & ea quæ à rationis tramite non diſcordant, fauore proſequimur «
opportuno. Sanè petitio pro parte dilectorum filiorum Richardi Abbatis & «
Conuentus Monaſterij ſancti Germani de Pratis juxta Pariſius Ordinis ſancti «
Benedicti, *ac Rectoris, Magiſtrorum & Scholarium ac Vniuerſitatis ſtudij Pari-* «
ſienſis petitio continebat, quod ad Abbatem & Conuentum præſentatio perſonæ «
idoneæ ad Eccleſiam Parochialem ſancti Germani veteris Pariſienſis, *& ad* «
Rectorem, Magiſtros, Scholares & Vniuerſitatem prædictos Collatio Capellæ S. Mar «
tini de Ordeis prope muros dicti Monaſterij conſiſtentis, dum vacant, de antiquâ & ap- «
probatâ & hactenus pacificè obſeruatâ conſuetudine pertinere noſcuntur: quodque de «
demoliendâ dictâ Capellâ & accipiendo duo arpenta, quorum quodlibet centum «
virgas continet, & etiam decem virgas prati Clericorum iuxta dictum Monaſte- «
rium conſiſtentis, & ad ipſos Rectorem, Magiſtros, Scholares & Vniuerſita- «
tem iuſto titulo pertinentis; quarum quidem virgarum prati quælibet viginti «
pedes contineat, pro foſſatis circa dictum Monaſterium pro eius defenſione ac «
tuitione Ciuitatis Pariſienſis contra inimicos Regni Franciæ, ex ordinatione «
tamen Conſilij Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Francorum Illu- «
ſtris tractatus eſt habitus. Quodque iidem Abbas & Conuentus, ac Rector, «
Magiſtri, Scholares & Vniuerſitas pro bono Pacis & Concordiæ, iura quæ ha- «
bent in Eccleſia & Capella prædictis, deſiderant inuicem permutare. Ac Ab- «
bas & Conuentus prædicti pro demolitione loci dictæ Capellæ ac Domorum «
& hortorum Iardinorum nuncupatorum ac pertinentiarum eorundem, Recto- «
ri dictæ Capellæ pro tempore exiſtenti octo libras amortizatas annui & perpe- «
tui reditus ſupra quandam Domum in Ciuitate Pariſienſi iuxta locum FF. Or- «
dinis Eremitarum ſancti Auguſtini conſiſtentem, ſupra quam decem libras an- «
nuas dictæ Monetæ percipiunt. Ac præfatis Rectori, Magiſtris & Scholari- «
bus pro dictis duobus arpentis & decem virgis prati, duo & dimidium arpenta «
terræ dictorum Abbatis & Conuentus iuxta præfatum pratum conſiſtentia aſſi- «

» gnabant. Quare pro parte dictorum Abbatis & Conuentus ac Rectoris, Magi-
» ſtrorum, Scholarium & Vniuerſitatis nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis
» faciendi præmiſſa licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.
» Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica
» ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, eiſdem Abbati & Conuentui, Rectori,
» Magiſtris, Scholaribus & Vniuerſitati permutandi ad inuicem huiuſmodi iura,
» quæ in Eccleſia ac Capella prædictis habent, vt præfertur, ac etiam eiſdem
» Abbati & Conuentui, Rectori dictæ Capellæ qui nunc eſt, & eius ſucceſſori-
» bus huiuſmodi 8. libras Pariſ. pro demolitione loci dictæ Capellæ ac Domo-
» rum & hortorum prædictorum, necnon Rectori, Magiſtris, Scholaribus &
» Vniuerſitati prædictis pro dictis duobus arpentis & decem virgis prati prædicta
» duo & dimidium arpenta terræ aſſignandi, authoritate Apoſtolica licentiam
» largiaris. Volumus autem quod idem Rector dictæ Capellæ, qui nunc eſt &
» ſucceſſores ſui, reditus & prouentus ad Rectorem dictæ Capellæ pro tempore
» exiſtentem pertinentibus integrè percipiant, ac Diuinum Officium per eos ra-
» tione dictæ Capellæ fieri debitum in Eccleſia dicti Monaſterii aut alio loco con-
» gruo & honeſto, de quo tibi videbitur, perpetuò facere teneantur. Datum Ro-
» mæ apud ſanctum Petrum 16. Kalend. Decemb. Pontificatus noſtri anno 7.

» Poſt quarum quidem Litterarum Apoſtolicarum præſentationem & recep-
» tionem fuimus ex parte dictorum Abbatis & Conuentus ac Rectoris, Magiſtro-
» rum, Scholarium & Vniuerſitatis cum inſtãtia requiſiti vt ad executionem con-
» tentorum in eiſdem Litteris Apoſtolicis procedere curaremus juxta traditam ſeu
» directam ab Apoſtolica Sede nobis formam. Nos igitur Officialis & Executor
» præfatus volentes ſuper præmiſſis procedere vt tenemur, artentâ diligenter ea-
» rundem Litterarum Apoſtolicarum forma de Iuribus quæ dictis Abbati & Con-
» uentui, ac Rectori, Magiſtris, Scholaribus & Vniuerſitati in Eccleſia & Capel-
» la de quibus in dictis Litteris Apoſtolicis fit mentio, competebant. Et inſu-
» per an de demolienda dicta Capella & accipiendo duo arpenta & decem vir-
» gas Prati Clericorum juxta dictum Monaſterium conſiſtentis, ad ipſos Recto-
» rem, Magiſtros, Scholares & Vniuerſitatem pertinentis pro foſſatis circa di-
» ctum Monaſterium ex ordinatione Conſilij Illuſtriſſimi Principis ac D. noſtri,
» D. Caroli Dei gratia Francorum Regis pro eiuſdem Monaſterij defenſione ac
» tuitione Ciuitatis Pariſienſis aduerſus inimicos Regni Franciæ tractatus habitus
» eſſet. Et an aſſignationes tam dictarum octo librarum amortizatarum annui
» & perpetui reditus pro demolitione loci dictæ Capellæ ac Domorum & horto-
» rum Iardinorum nuncupatorum ac pertinentiarum eorundem, Rectori dictæ
» Capellæ pro tempore exiſtenti, quàm ſupradictorum duorum arpentorum &
» dimidij terræ præfatis Rectori, Magiſtris, Scholaribus & Vniuerſitati pro di-
» ctis duobus arpentis & decem virgis prati per dictos Abbatem & Conuentum
» faciendæ, permutationem huiuſmodi faciendo, ſufficere deberent. Et de aliis
» omnibus & ſingulis in dictis Litteris Apoſtolicis contentis, de quibus expedie-
» bat informari, eorumque dependentiis inquiſitionem & informationem feci-
» mus, per quas nobis legitimè conſtitit petitionem eorundem Abbatis & Con-
» uentus, ac Rectoris, Magiſtrorum, Scholarium & Vniuerſitatis Apoſtolicæ
» Sedi ſuper præmiſſis oblatam & in eiſdem Litteris Apoſtolicis explicatam, ve-
» ritatem abſque falſi ſuggeſtione continere. Hinc eſt quod conſtitutis propter
» hæc & conuenientibus coram nobis hac præſenti die 6. menſis Auguſti Vene-
» rabili in Chriſto Patre D. Richardo Abbate dicti Monaſterij tam ſuo quàm
» dictorum Conuentus & Monaſterij nomine ex vna parte, & Venerabilibus &
» diſcretis viris Rectore & Deputatis Vniuerſitatis prædictæ, prout dicebant, à
» nobis decerni, declarari & fieri petentibus ſuper informatione & inquiſitione
» per Nos earundem Litterarum Apoſtolicarum rigore & authoritate facere
» quod ratio ſuaderet. Nos attentis præmiſſis, habitaque ſuper his deliberatione
» matura cum peritis, eorundem Abbatis & Conuentus, ac Rectoris, Magiſtro-
» rum, Scholarium & Vniuerſitatis petitionem prædictam fuiſſe & eſſe rationa-
» bilem ac iuſtam decernentes & declarantes, eiſdem permutandi ad inuicem jura
» quæ in Eccleſia & Capella ſæpè fatis habere dignoſcuntur, præfatiſque Reli-
» gioſis, Abbati & Conuentui, Rectori dictæ Capellæ qui nunc eſt & eius ſucceſ-

Digitized by Google

ſoribus ſupradictas octo libras Pariſienſes pro demolitione loci dictæ Capellæ «
ac Domorum & hortorum prædictorum; necnon Rectori, Magiſtris, Scholari- «
bus & Vniuerſitati prædictis pro dictis duobus arpentis & decem virgis prati «
prædicta duo & dimidium arpenta terræ aſſignandi iuxta dictarum Litterarum «
Apoſtolicarum ſeriem & tenorem licentiam conceſſimus & concedimus per «
præſentes. Verum quia ſuper contentis in vltima Clauſula Litterarum Apoſto- «
licarum ſupradictarum, quæ incipit *Volumus autem* nondum potuimus ad ple- «
num deliberare, Nos ſuper eiſdem deliberandi & inde diſponendi, prout ius & «
ratio ſuadebunt, poteſtatem penes Nos omnimodam reſeruamus. «

In quorum omnium teſtimonium & certitudinem pleniorem præſentes lit- «
teras ſeu præſens publicum Inſtrumentum, huiuſmodi Decretum, declaratio- «
nem & licentiam continentes ſeu continens, per Notarios publicos infra ſcri- «
ptos fieri & publicari mandauimus, & ſigilli Curiæ Pariſ. appenſione muniri. «
Acta fuerunt hæc Pariſius prope Parquetum, vbi ſententiæ proferuntur iuxta «
Cameram noſtram in Domo Epiſcopali anno à Natiuitate Domini 1369. In- «
dict. 7. die 6. menſis Aug. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini «
noſtri D. Vrbani diuina Prouidentia Papæ VI. an. 7. præſentibus venerabilibus «
& diſcretis viris MM. Ioanne Tonſoris, & Guill. Miée in Curia Pariſienſi «
Aduocato. MM Guillelmo Carpentaroris & Ioanne Chapperon Magiſtris in «
Artibus, Alano Nudi, Iacobo Foretij & Iac. Vauaſſoris Bedellis Vniuerſitatis «
prædictæ Pariſius commorantibus, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & «
rogatis ex altera. «

Et ego Robertus Muſardi de Meldis Clericus, publicus authoritate Impe- «
riali Notarius, venerabiliſque & Diſcreti viri D. Officialis Executoris, ſeu «
Commiſſarij prædicti Scriba ac Curiæ Pariſienſis Iuratus; quia prædictis De- «
creto & Licentiæ, Conceſſioni, reſeruationique prædictæ vltimæ clauſulæ in «
litteris Apoſtolicis prædictis contentæ per dictum D. Executorem ſeu Com- «
miſſarium factæ; ac omnibus alijs & ſingulis ſupradictis, dum ſic agerentur & «
fierent, vnà cum diſcreto viro M. Thoma Socij Clerico publico authoritate «
Apoſtolica & Imperiali Notario ſubſcripto & teſtibus prænominatis præſens «
fui, collationemque de prædictis Litteris Apoſtolicis ſuperius inſertis diligenter «
feci cum dicto publico Notario, eaque concordare inueni nihil addito vel re- «
moto quod ſenſum mutet vel intellectum. Ideo hîc me ſubſcripſi, ſignumque «
meum conſuetum vnà cum ſigno & ſubſcriptione prædicti publici Notarij & «
ſigillo Curiæ Pariſ. appoſui requiſitus & rogatus in teſtimonium præmiſſo- «
rum. «

Ego verò Thomas Socij Clericus Sueſſionenſis Diœceſis publicus authori- «
tate Apoſtolica & Imperiali Notarius, ac Curiæ Pariſ. Iuratus præmiſſis De- «
creto, Licentiæ, Conceſſioni, reſeruationi, ac alijs omnibus & ſingulis ſupra- «
dictis, dum per venerabilem & circunſpectum virum D. Officialem Pariſien- «
ſem Executorem ſeu Commiſſarium præfatum, ad requeſtam Partium prædi- «
ctarum ſic vt præmittitur, agerentur & fierent, vnà cum diſcreto viro M. Ro- «
berto Muſardi Notario publico ac Scriba dicti D. Officialis & teſtibus ſuperiùs «
nominatis præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audiui. Et hoc præſens publicum «
Inſtrumentum de mandato dicti D. Executoris manu mea propria ſcripſi, facta- «
que collatione debita de prædictis litteris Apoſtolicis, quarum tenor ſuperius «
eſt inſertus ad præſens publicum Inſtrumentum, & eiſdem repertis inuicem «
concordare nihil addito vel remoto quod ſenſum mutet aut variet intellectum «
huic Inſtrumento præſenti publico ſignum meum ſolitum vnà cum ſigillo Cu- «
riæ Pariſienſ. ac ſigno & ſubſcriptione Notarij præfati requiſitus & rogatus «
appoſui, hîc me ſubſcribens in teſtimonium veritatis. Has dictiones, *Ex altera*, «
quæ intelligi debent in 28. linea præſentis Inſtrumenti ſub tali ſigno N. ſcriptas «
in fine præſentis Inſtrumenti ante ſubſcriptionem præſentem approbo. «

Ex hoc ergo Patronatus S. Germani veteris eſſe cœpit Vniuerſitatis, & qui deinde Curiones conſtituti ſunt, ab eadem fuerunt nominati, & præſentati. Quorum Catalogum tom. 3. fol. 624. contexuimus, quàlem potuimus ex Actis noſtris & Reg. Epiſcopij Pariſienſis. Et ſi quæ ſunt in eo lacunæ, ſupplebit Lector ex Indice quem mihi benignè tradidit M. Simon Piérre nunc eiuſdem

Curiæ Parochus, quanquam & in enumeratione primorum Curionum non ſatis accuratus eſſe videtur.

1. M. Andreas de S. Clodoaldo Doctor in Theol. poſſeſſionem Curiæ adiſſe legitur an. 1367.

2. M. Dominicus Parui, Licentiatus an. 1388. qui dicitur obiſſe an. 1438. ſed inter M. Andream & Dominicum, conſtat ex Actis Academicis Curiæ præfuiſſe Ioannem Toupeti ab Epiſcopo Aymerico contra iura Vniuerſitatis circa an. 1383. conſtitutum. Deinde M. Guill. Pinguis-auis, fato functum an. 1429. qui fuerat Licentiatus in Theologia an. 1406. & M. Guillel. de Cella, fato quoque functum an. 1435.

Illi ergo Guillelmo ſucceſſit forte M. Dominicus Parui.

Dominico ſucceſſit M. Guill. Paumier Doctor Theologus; & is deceſſit an. 1463.

Et ſubſtitutus eſt M. Iacobus Aubry Doctor in Decretis, & iſto fatis functo communibus an. 1478. ſucceſſit ex nominatione & præſentatione Vniuerſitatis M. Ioan. Doujan Doctor in Theolog. qui legitur obiiſſe an. 1487.

Doujano ſucceſſit M. Petrus Foliot Doctor in Theol. & is obijt an. 1498.

Succeſſit M. Nicolaus Dorigny Doctor Regens in Decretis, Curiæ Pariſienſis Senator, obijtque an. 1502. vt legitur in illo Indice, ſed malè, nam an. 1508. eiurauit Sacerdotium in gratiam M. Nicolai Pericardi, vt patet ex Reg. Epiſcopij Pariſienſis.

Pericardo ſucceſſit an. 1510. M. Petratcha de la Magdelaine: & ille deceſſiſſe legitur an. 1517. biennio tamen ante reſignarat M. Dominico *le Cirier*.

Succeſſit ergo Petrarchæ Dominicus prædictus. Cui in illo Indice, ſubſtituitur M Ludouicus Quelain Doctor in Theologia. Et is dicitur obiſſe an. 1547. eiurato ſacerdotio in gratiam M. Gerardi *Chefdeville*.

Gerardo an. 1564 vel veriùs an. 1566. ſucceſſit M. Antonius *de Mouchy*, qui in Indice vocatur Andreas Maucharts Doctor Theologus.

Iſti ſuccedit Iacobus Burlæus ex reſignatione. Burlæo Nicolaus Beuuartius, Beuuartio Ægidius Sauantius, Sauantio Nicolaus Meſnilius qui obijſſe legitur, die 17. Maij 1616.

Meſnilio ſuccedit Franciſcus Riolanus Licentiatus in Decretis, cui fatis functo an. 1646 ſubſtituitur Henricus Peigné Baccalarius in Decretis; & eo defuncto an. 1652. M. Simon *Pietre* Doctor in Iure, & in Parlamento Cauſidicus ad eandem Curiam præſentatur.

REVOCATIO ERRORVM F. DIONYSII SOVLECHAT. Eodem anno F. Dionyſius Soulechat Ordinis Fratrum Minorum, de quo iam pluries mentio facta eſt, nonnullas propoſitiones erroneas de rerum abdicatione, charitate & amoris perfectione à Facultate Theologica damnatas, Auenioni quoque, per prouocationem Dionyſij ad Sedem Apoſtolicam delatas, Cardinalium cenſurâ reprobatas an. 1365. nunc denuo ad Vniuerſitatem à Papa remiſſus, Pariſijs in ſolennibus Diſputationibus die Iouis poſt Quaſimodo in Eccleſia Prædicatorum de mandato D. Ioannis de Dormano Cardinalis Beluacenſis tituli SS. 4. Coronatorum ad hoc per Sedem Apoſtolicam delegati publicè reuocauit & abiurauit, quâ de re ſic legitur in 4. tomo Bibliothecæ Patrum.

» De Mandato Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & D. D. Cardinalis Belua-
» cenſis Commiſſarij ad hoc per Sedem Apoſtolicam deputati.

» Item cum debui exponere dicta mea in Curia Rom. coram Reuerendiſſimis
» Patribus DD. Cardinalibus Remanſenſi & Vabrenſi addidi propoſitiones quæ
» ſequuntur. Videlicet quod Chriſtus omnia ſimpliciter abdicauit. Iſtam repu-
» to tanquam falſam, erroneam & hæreticam.

» Item dixi quod quando Corpus in ſepulchro manſit, ibi Charitas abſtulit
» ab eo omnem proprietatem & dominium. Iſtam reuocaui tanquam falſam,
» erroneam & hæreticam.

» Item dixi quod tunc vacauit ſedes generalis Domini vſque ad diem iſtam:
» vt ſequitur ex prædictis, ſeu ad ſenſum prædictarum. Reuocaui & reuoco tan-
» quam falſum & erroneum.

» Item quod aliqui dicunt quod dixi in prædicta declaratione. 1. Quod lex

amoris id eſt Charitas, quæ ſtatum perfectum facit, eſt inſeparabilis à nobis: «
& quod loquebatur de charitate ſiue de lege amoris, ex cuius obſeruatione ſeu «
obſeruantia vniuſcuiuſque ſtatus perfectio menſuratur, loquendo de meritoria «
& in homine vſum rationis habente. 2. Quia cuilibet creaturæ rationali hæc «
lex naturaliter eſt indita. Et 3. Quia Deus ſecundum hanc legem viuit. Iſtas «
propoſitiones non credo me dixiſſe, neque dixi; quia iſtas reputo falſas, erro- «
neas & hæreticas. Prædictas autem propoſitiones per me reuocatas abiuro & «
promitto, eas de cætero nec tenere nec dogmatizare publicè vel occultè. Et «
veniam petiui & peto humiliter de commiſſis. «

Eodem anno cum nonnulli è Scholaribus fuiſſent interfecti, Vniuerſitas adiit Curiam & perpetrati facinoris injuriam tanquam à Rege poſtulauit reſarciri. Sic enim in Actis legitur. *Le 14. Aouſt 1369. l'Vniuerſité a dit qu'elle s'adreſſoit à la Cour comme au Roy, pour vn meurtre perpetré.*

Anno 1370. die 23. Iunij legitur facta fuiſſe Reformatio quædam Vniuerſitatis, cuius exemplar ſeruabatur olim in Tabulario Nationis Gallicanæ, vt ex Indice rerum & Chartarum in Carthophylacio contentarum anno 1557. facto liquet. Notaturque illud exemplar charactere B. ſed hodie non extat. Illa eſt forte Reformatio, cuius leguntur ſtatuta in tomo 6. Spicilegij Dacheriani fol. 388. ex MS Corbeiano, ſub hac Epigraphe. 1370. STATVTA FACVLTATVM.

Conſuetudines ſiue ſtatuta Obſeruata ab antiquo tempore in venerabili Facultate Artium Liberalium.

1. Sciendum eſt, quod in prædicta Facultate Artium Liberalium obſeruatur, quod in quocunque Feſto, in quo non legitur in vigilia, non diſputatur in Vico ſtraminis.

2. Item nota quod quando in Vigiliis non legitur in Vico ſtraminis, vltra etiam in vico Brunelli non legitur in Nonis noſtræ Dominæ, vt in pluribus.

3. Item nota *quod in illis diebus quibus eligitur nouus Rector, in quolibet illorum dierum non legitur poſt prandium in vico ſtraminis.*

4. Item nota quod à quinta Feria ante Ramos Palmarum vſque ad diem Lunæ proximam poſt Quaſimodo non legitur ordinariè in vico ſtraminis.

5. Item nota quod totiens quotiens legitur curſoriè in vico ſtraminis, non diſputatur in illo vico.

6. Item non poſſunt fieri Baccalarij neque Magiſtri in illo vico, niſi quando legitur ibidem ordinariè.

7. Item quando legitur ordinariè in prædicto vico, Magiſtri ibi legentes non poſſunt legere de mane niſi in Capis nigris fouratis in Caputio de minutis variis: tamen poſt prandium debent legere in capis rugatis cum capucio de eodem panno fourato.

8. Item nota, quod quando legitur curſoriè in vico ſtraminis, tunc Baccalarij & Magiſtri tam de mane quàm poſt prandium legunt in capis rugatis de tali panno, ſicut cuilibet Legenti placet.

9. Item *nota quod non eligitur nouus Rector, niſi quando legitur ibidem ordinariè.*

10. Item nota quod quando legitur curſoriè in vico ſtraminis, tunc non ſunt diſpenſationes, nec poſſunt ibi fieri Magiſtri nec etiam Baccalarij.

11. Item nota, quod ab vltima die legibili ante Feſtum B. Petri vſque ad craſtinum B. Ludouici non legitur ordinariè & proclamantur curſus, ſcilicet in Vigilia B. Petri.

12. Item nota quod quando legitur in vico ſtraminis ordinariè, non legitur ibi in Nonis S. Iacobi; ſed quando legitur curſoriè, tunc legitur ibi in Nonis ſancti Iacobi, niſi ſit Vigilia alicuius Feſti non legibilis.

Sequuntur aliæ Regulæ Generales conſuetæ ſeruari in Vniuerſitate Pariſienſi.

ET primò, Notandum in 5. Feſtis Virginis Mariæ, 12. Apoſtolorum, 4. Euangeliſtarum, & 4. Doctorum non legitur in aliqua Facultate & ſemper debet fieri ſermo.

2. Item nota, quod quando moritur aliquis Magiſter in Theologia, vel

Doctor in Decretis, vel Magiſter in Medicina vel in Artibus, ſi ſit actu Regens, quando Vigiliæ ſolennes celebrantur, poſt prandium non legitur in aliqua Facultate, nec in ſequenti die in qua inhumatum eſt Corpus.

Item nota quod quando fit Proceſſio generalis in Vniuerſitate, tunc illa die non legitur aliqua hora in aliqua Facultate.

Item nota *Quod Rector Vniuerſitatis de conſenſu aliarum Facultatum poteſt indicere Feriam repentinam, vel ceſſationem facere in tota Vniuerſitate, & omnes indiſtinctè tenentur obedire ſub pœna perjurij & priuationis Priuilegiorum Vniuerſitatis.*

In eodem libro leguntur quædam alia ſtatuta, ſimiliter antiqua ad Facultates Theologiæ & Decretorum pertinentia, quorum ætas ignoratur. Hîc verò ea reſcribimus, ad memoriam, vt ſi fortè annus inuentus fuerit, quo condita ſunt, à poſteris noſtris ſuo loco reponantur.

Sequuntur Regulæ ſeu Conſuetudines aut ſtatuta obſeruata ab antiquo tempore in venerabili Facultate Theologiæ.

STATVTA FACVLT. THEOLOG. SCiendum eſt primò, quod in prædicta Facultate Theologiæ aliqua craſtina alicuius ſancti. ......

Item nota quod in omni tempore duo Doctores Decretorum ceſſant à Lectionibus ſuis Ordinariis. Doctores in Theologia ceſſant ſimiliter, & è conuerſo, vt in pluribus.

Item nota quod quando eſt aliquod Feſtum, quo aliquæ Facultates non legunt, ſi eodem Feſto legatur in Theologia, tunc non fit ſermo illa die in Vniuerſitate.

Item nota quod quando Theologi habent aliquod Feſtum, quo ipſi non legunt, licet in illo Feſto legatur in aliis Facultatibus, nihilominus in illa die fit ſermo de mane & Collatio in Veſperis in Cordigeris, vel in Iacobitis.

Item nota quod quando Magiſtri in Theologia legunt in Primis, tunc Baccalarij legentes Sententias illis diebus legunt in Tertiis; alias ſemper legunt Sententias in Primis S. Iacobi dicti Bachalarij.

Item nota quod quando vnus Magiſter in Theologia habet aulam ſuam, illa die non legitur in Sententiis nec in Biblia.

Item quando vnus Baccalarius in Theologia habet Veſperias ſuas, tunc vnus ſolus Magiſter legit in Primis, & primâ die non legitur in Sententiis, nec in Biblia.

Item nota quod quando vnus Magiſter in Theologia debet diſputare, tunc ipſe ſolus legit, vt in pluribus, in primâ die non legunt alij Magiſtri, nec etiam Baccalarij legentes Sententias & Bibliam.

Item nota quod Baccalarij in Theol. qui debent legere Sententias, & illi qui habent legere Bibliam in 4. Ordinibus Mendicantium debent facere Principia ſua infra Feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis & Feſtum B. Dionyſij. Et præſuppoſito quod tot ſint quod non poſſint complere, tamen non fit in quolibet die, niſi vnum Principium, & ſemper in Primis S. Iacobi immediatis poſt prædictum Feſtum B. Dionyſij, illi qui non fecerunt, faciunt; nec legitur aliquâ horâ in ipſa Facultate quouſque omnia prædicta Principia ſint facta totaliter & completa. Tamen ſi pauciora eſſent Principia, ita quod finita eſſent ante Feſtum beati Dionyſij, nihilominus non legitur in ipſa Facultate à Craſtino Exaltationis S. Crucis vſque ad Craſtinum S. Dionyſij in aliqua hora.

Item nota quod ſtudentes in Theologia, ſi ſint ſeculares, habent ibi audire per 7. annos antequam admittantur ad lecturam Bibliæ; ſed Regulares admittuntur in ſexto anno.

Item nota quod admiſſi ad lecturam Bibliæ debent ſolum legere duos libros & tales ſicut voluerint legere, ſcilicet vnum de Veteri Teſtamento & alium de nouo, exceptis illis de 4 Ordinibus Mendicantium, qui debent Bibliam continuè legere per 2. annos, & etiam vnus de S. Bernardo.

Item nota quod Baccalarij in Theologia, qui incipiunt legere Sententias in Craſtino ſancti Dionyſij tenentur finire vel in Feſto Apoſtolorum Petri & Pauli.

Digitized by Google

Pauli. Tamen ſi contingeret illos infirmari infra prædicta Feſta Dionyſij & Apoſtolorum, vel propter aliam cauſam aut cauſas dimitterent legere in aliquibus diebus legibilibus, tunc tenerentur tot lectiones legere poſt prædictum Feſtum Apoſtolorum, quot dimiſerant infra prædicta Feſta Dionyſij & Apoſtolorum.

Item nota quod Baccalarij qui legerunt Sententias, debent poſtea proſequi facta Facultatis per 4. annos antequam licentientur, ſcilicet prædicando, argumentando, reſpondendo; quod verum eſt, niſi Papa per Bullas, vel Facultas ſuper hoc faceret eis gratiam: imò & per 5. annos aliquando expectat, ſcilicet quando annus Iubilæus non cadit in quarto anno poſt lecturam dictarum Sententiarum.

Item nota quod quando vnus Magiſter in Theologia, qui eſt de Ordine Mendicantium facit Sermonem de mane in Vniuerſitate in Domo Ordinis ſui, ipſe tenetur eadem die facere collationem. Sed ſi faciat in Domo alterius religionis Sermonem de mane, tunc non tenetur facere Collationem.

Item nota quod illi qui volunt legere curſus ſuos in Theologia, debent facere in quolibet libro vnum Principium ſolenniter in aliquibus Scholis, & poſſunt legere in tali hora ſicut ſibi placet, dummodo non legant in illa hora in qua leguntur Sententiæ, tamen non poſſunt facere ſua principia, niſi in hora Tertiarum duntaxat.

Item nota quod illi qui legerunt curſus ſuos in Theologia, debent expectare poſtquam inceperunt legere Bibliam per duos annos, antequam admittantur ad lecturam Sententiarum.

Item nota quod quando vnus Prælatus vel vnus Magiſter in Theologia facit Sermonem de mane in Vniuerſitate in aliquo Feſto in aliqua Domo Mendicantium vel alibi, tunc ille qui facit Collationem poſt prandium, debet accipere illud Thema in Collatione quod aſſumptum fuit per Prælatum, vel per Magiſtrum qui fecit Sermonem eadem die.

Item nota quod Baccalarij in Theologia tenentur reſpondere de Quæſtione in locis publicis aliis Baccalariis, quinquies ad minus antequam licentientur, ſcilicet in Aula Epiſcopi Pariſienſis, quando fit ibi aliquis nouus Magiſter in Theologia. Item in Veſperiis alicuius Magiſtri. Item ſemel in Aula Cerbonitarum tempore quo Magiſtri in Theologia non legunt, ſcilicet inter Feſtum Apoſtolorum & Feſtum Exaltationis S. Crucis. Item ſemel de Quodlibeto in Aduentu vel circiter. Item ſemel in Diſputationibus Generalibus antequam permittatur ſibi legere Sententias.

Extant ibidem ſtatuta Facultatis Iuris Canonici antiqua & in Conſuetudinem reuocata ſtatuto nouo anno 1370.

Sequuntur aliquæ Conſuetudines laudibiles ſiue ſtatuta obſeruata ab antiquo tempore in Venerabili Facultate Decretorum.

Primum ſciendum eſt, quod in prædicta venerabili Facultate quando Baccalarij licentiantur, non legitur aliqua hora poſt prandium nec in toto ſequenti die propter reuerentiam eis debitam. STATVTA FACVLT. DECRETORVM.

Item nota quod Bachalarij qui faciunt propoſita ſua inter Paſcha & Feſtum S. Ioan. Baptiſtæ, tenentur iterum aliud propoſitum facere poſt Feſtum ſancti Michaëlis, ſecus ſi fecerint in Quadrageſima, vel ante, quia tunc non tenerentur.

Item nota, quod quando vnus de Doctoribus in Decretis facit aliquod Factum ſolenne, puta quia repetit aliquod Decretum, legit in ortu ſolis, ſicut in Vigilia Magni Paſchæ. *Cap. Omnis vtriuſque. De Pœnitent. & remiſſion.* vel in Vigilia Pentecoſtes, vel in Vigilia Natalis Domini aliquam Decretalem; tunc poſt lecturam ſuam vel repetitionem ſuam non legitur aliqua hora poſtea illâ die in vico Brunelli.

Item nota quod Bachalarij in Decretis non debent recipi ad Bachalariatum, nec ad examen, nec ad dicendum harengam, niſi quando Doctores legunt in Decretis ordinariè.

» Item nota quod quando fit vnus Doctor in Decretis in vico Brunelli, in » prima die in qua ſunt Diſputationes, non legitur vltra Primam, nec etiam in » die Doctorizationis nec per totum diem immediatè ſequentem poſt Doctori- » zationem propter reuerentiam ſibi debitam.

» Item nota quod in omnibus feſtis, in quibus Doctores conſueuerunt dare » craſtinum in Vigilijs, non legitur in Nonis noſtræ Dominæ in vico Brunelli, vt » in pluribus.

» Item nota quòd quando vnus Bachalarius nouus vel antiquus facit Propo- « ſitum ſuum in vico Brunelli, in illa hora alij Bachalarij non legunt propter re- » uerentiam Societatis.

» Item nota quòd nullus Bachalarius in Decretis poteſt facere harengam, » niſi quando Doctores legunt in Decretis.

» Item nota quòd Bachalarij noui tenentur facere harengam ſuam poſt Pro- » poſitum ſuum antequam legant, ſed alij veteres non faciunt harengam poſt » Propoſita ſua.

» Item nota quòd quilibet Bachalarius in Decretis tam nouus quàm anti- » quus, tenetur ad minus facere vnum Propoſitum in anno, ſi velit legere Pariſius, » aliàs non teneretur.

» Item nota quòd quando poſt prandium non legitur in Biblia, tunc aliquo- » ciens non pulſatur in Iacobitis pro Nonis S. Iacobi; & tunc Bachalarij in De- » cretis legentes in illa hora, debent legere ſine expectatione pulſationis alicuius » Campanæ.

» Item nota quòd in quinque Feſtis glorioſæ Virginis Mariæ non legitur in » Nonis noſtræ Dominæ in vico Brunelli. Et de quolibet feſto faciunt Decre- » tiſtæ Craſtinum; ſed alij non.

» Item nota quod Bachalarij in Decretis legentes in Nonis S. Iacobi, ſemper » in diebus Veneris, in Vigilijs Sanctorum, in Ieiunijs 4. Temporum, legunt illis » diebus in Tertijs.

» Item nota quòd Doctores non legunt in Decretis diebus Iouis propter Miſ- » ſam Facultatis. Et ſi contingat, quod aliquod feſtum eueniat in prædicta die » Iouis, tunc recuperant Miſſam ſuam in vna alia die illius hebdomadæ; nec le- » gunt in illa die propter prædictam Miſſam ſeu recuperationem.

» Item nota quòd ſtatuta quæ ſequuntur ſeruantur quaſi ad vnguem in Fa- » cultate Decretorum, & leguntur in quolibet anno in prima Lectione Magi- » ſtrorum legentium in aurora in vico Brunelli, in Scholis coram omnibus Scho- » laribus per Bedellum Generalem illius Facultatis, leguntur etiam poſt feſtum » Omnium Sanctorum in Scholis omnium Doctorum in primis Lectionibus » ſuis.

» *Statuta facta, an. Dom. 1370. 23. die Ian. quæ debent quolibet anno legi cum alijs* » *quæ ſolent legi.*

1. Cum ſit nimis abſurdum, vt quis cum vanitate & impetitia ad honorem aſcendat peritiæ litteralis, *Nos Decanus & Collegium Facultatis Decretorum Pariſienſis* maturâ deliberatione præhabitâ pro ſtatuendo, vt moris eſt, tribus Edictis ſolenniter euocatis conſiderantes quod cum pro eo quod impediti in audiendis legibus pariter non admittuntur ad Lectutam, niſi in certis temporibus leges audiuerint, plurimi qui leges non audierunt, habentes hîc audiendi & ſtudendi opportunitatem, ab huiuſmodi Facultate diſtrahantur & quandoque penitus reuocentur, ſtatuimus & ordinamus etiam reuocando & ſupplendo ad alia ſtatuta, quòd de cætero in formis inferius declaratis quilibet ad Lecturam & licentiam admittatur, etiamſi nec leges audiuerit, nec in ipſis audiendis habuerit aliquod impedimentum.

2. Item quòd nullus in forma Legiſtarum admittatur, niſi in *Studio Generali* vel in *Studijs Generalibus* in 3. annis per 24. menſes, in quibus 3. annis, vel ordinariè vel extraordinariè audiuerit Decretum & Lectionem Matutinalem, ſaltem per 20. menſes. Et tunc niſi examinatus Collegio vel maiori parte fuerit approbatus. Licentiati tamen in Iure Ciuili neceſſariò non examinabuntur.

Cæterum volumus quòd cum auditione, vel Lectura Canonum auditio vel Lectura alterius ſcientiæ concurrat, vt vtraque auditio computetur. Quin imò

qui ſic Canones & aliam ſcientiam audiuerit, iuuari volumus & tempus ſibi « computari in altera earum Facultatum quam prius elegerit duntaxat, nec ad- « mittatur ad Licentiam niſi in duobus annis non currendo, ſed temperatè & « decenter, provt eſt legere communiter conſuetum, legerit per 16. menſes com- « pletos ad minus, & in ipſis duos libros Iuris Canonici, quarto libro minimè « computato, niſi cum illo legerit Clementinas. Poterit tamen cum illo qui le- « gerit vnum librum, & maiorem partem alterius (dum tamen perfecerit menſes) « per Facultatem diſpenſari; ita tamen quod ipſum librum poſtea perficiat per « iuramentum. «

3. Item quia dubitatur à multis, an per integros annos admittendus ad Le- « ctaram audire vel ad Licentiam legere debuerit, Nos huiuſmodi dubitationem « amouentes, ſtatuimus & ordinamus quòd Religioſi & alij Seculares impediti « in legibus audiendis, qui per prædictum tempus huiuſmodi leges non audierint, « non admittantur ad Lecturam Iuris Canonici, niſi in Studio Generali Iura Ca- « nonica audierint in ſex annis per 48. menſes completos, & Decretum Ordina- « riè vel Extraordinariè à Doctore per 30. menſes completos, & tantundem « ſcilicet per 30. menſes de mane: nec ad Licentiam admittantur niſi in quinque « annis per 40. menſes completos legerint Iura Canonica vt præmittitur, in Stu- « dio Generali. In ſupradictis verò caſibus 28. dies continuos, ſeu 4. ſeptimanas « continuas pro menſe volumus computari. «

4. Item quia in teſtificando prædictis Auditione & Lectura Canonum plu- « rimæ fraudes, provt experientia docuit, committuntur, ſtatuimus & ordina- « mus quod de cætero Quilibet Scholaris quater in anno ad minus, ſcilicet circa « feſtum Natalis Domini, Paſchæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Remigij « habeat Cedulas à Magiſtro ſuo; in quibus teſtimonium perhibeatur ſuper au- « ditione & Scholaritate ipſius: ita tamen quod ſuper auditione Decretalium « ipſe Magiſter priùs informetur per Cedulas illorum Bachalariorum, à quibus « teſtificandus audiuerit, vel aliàs competenter, aliàs tempus auditionis vel « Scholaritatis ſibi non computabitur. Teſtificabitur tamen ſuper minori tem- « pore ſi hoc petat Scholaris. Et idem circa Bachalarios legentes volumus ob- « ſeruari, vt per Magiſtros in quorum Scholis legerint, vel Decanum Facultatis, « ſi Magiſtros non habuerint ſub forma & pœna prædictis teſtificetur. «

5. Item vt ceſſet rumor teſtificandorum & fauor ex parte teſtificantium, « ſtatuimus & ordinamus Cedulas prædictas Teſtificatorias faciendas ſub hac « forma & apportandas per illos qui voluerint teſtificari. *Ego talis N. aſſero bona* « *fide & per iuramentum meum, quòd fui verus & continuus Scholaris in Iure Canonico* « *per tale tempus. Datum ſub ſigillo meo*, &c. Et poſtmodum ſequitur teſtificario « Doctoris ſub hac forma. *Et Ego talis Actu Regens Pariſius in Facultate Decre-* « *torum* per Iuramentum dicti *Scholaris*, vel aliàs informatus teſtificor dictum ta- « lem audiuiſſe per tempus ſuperius expreſſum. «

Et vt huiuſmodi ſtatuta irrefragabiliter obſeruentur, nemini contra ipſa fiat gratia per iuramentum.

Eodem anno M. Ioannes de Dormant Epiſcopus Bellouacenſis & Cardina- lis tit. Sanctorum 4. Coronatorum die 8. Maij, *Collegium Dormanum* vulgò Bellouacenſe erexit & dotauit, vt patet ex Inſtrumento ea de re confecto, poſt empta ante aliquot annos Domicilia & habitacula tum à Collegij Laudunenſis Magiſtris, tum à Nicolao Sueſſionenſi Primario Gymnaſij Rodulphi Preſlæi. In Dormano autem ſeu Beluacenſi ædificatum eſt poſt mortem fundatoris Sacellum à Milone de Dormano Epiſcopo quoque Beluacenſi, Ioannis nepo- te: cuius primum lapidem in fundamentis poſuit Rex Carolus in D. Ioannis Euangeliſtæ honorem: à quo vicus proximus denominatur S. Ioannis Bellouacenſis, qui ante Clauſus ſeu *Clauſum Brunelli* vocabatur, *le Clos Bruneau*. Burſarum collatio pertinet ad Cœnobiarcham S. Ioannis de Vineis apud Sueſſionas. Præſentatio ad Senatum Pariſienſem, ſeu ad Principem Senatus & Senatorum Decanum nomine Curiæ. Obijt autem Ioannes Cardinalis paulò poſt Lutetiæ, nim. an. 1373. 7. Nouemb. in ſuo Palatio Beluacenſi, ſepultuſque eſt cum Fratre Guillelmo, qui eodem anno die 11. Iulij deceſſerat, ante altare Carthuſianorum Pariſienſium cum hoc Epitaphio.

Collegium Bellovacense seu Dormanum.

Digitized by Google

Anno milleno ter c ter 1. ſeptuageno
Soluitur ex membris ſeptenâ luce Decembris
Ioannes de Dormano primo Prole, Romano
Præſule ſuſceptus, pater hinc Beluacenſis adeptus:
Sub Franco Rege cancellauit duce lege.
- - - - - - - - - - Fouendo ſub alis
Intus Confratrum, puerorum quem ſcito Patrem
Collegij Clauſtri Brunelli, ſit Ciuis aſtri.

Eodem anno die 5. Septemb. Stephano Epiſcopante dedicatum fuit templum Cœleſtinorum Pariſienſium à Guillelmo Archiepiſcopo Senonenſi, inſtante Rege Carolo.

Eodem M. Nicolaus Oreſmus Magnus olim Collegij Nauarrici Magiſter & Decanus Rotomagenſis iuſſu Caroli V. cuius Præceptor fuerat, Ethica Ariſto- » telis verſione Gallica donauit. Qua de re ad finem Prologi ſic ait. Quia mo- » rales libri Ariſtotelis ſermone Græco primum fuere conditi, quoſque Latinos » habemus, non eſt cuiuſlibet intelligere, placuit Regi boni publici ergo Gallicis » auribus donari: vt & ille & Conſilij Principes poſſint celeriùs penitiuſque » intelligere. Quamobrem palam eſt Regem noſtrum Carolum meritò vocan- » dum Carolum M. in Sapientia. Politica quoque & Oeconomica eadem verſio- » ne donauit, & cum his verbis præfatur. Sicque complens ſuperis iuuantibus » librum de cœlo & mundo, iubente Carolo V. Rege Francorum, qui tum me » deſignauit Epiſcopum Lexouienſem (an. 1377.) & ad excitandos ſtudioſorum ani- » mos, laudabilemque mei reprehenſionem, auſim iurare neminem Mortalium » vidiſſe librum de Philoſophia naturali Hebraïcè, Græcè, Latinè vel Arabicè » iſto meliorem.

Colleg. Gervasii. Eodem anno fundatum eſt à M. Geruaſio Chriſtiano Bajocenſis Diœceſis, alumno quondam Regiæ Domus Nauarricæ, tunc verò Caroli V. Medico, qui cum ingentes opes comparaſſet, earum partem ad Dei gloriam contulit, & alendis pauperibus Scholaribus deſtinauit. Extant quædam Confirmationis Regiæ litteræ, de vnione & incorporatione certæ partis redituum Eccleſiæ Parochialis de Sanauilla Rotomag. Diœceſis facta Collegio Scholarium Geruaſianorum in vico qui tunc dicebatur *Illuminatorum.* Extant quoque litteræ Pontificiæ in hanc rem.

» Karolus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus Vniuerſis, præſenti- » bus & futuris Nos vidiſſe litteras ſigillo dilecti & fidelis Conſiliarij noſtri Epiſ- » copi Pariſ. ſigillatas, ſignoque & ſubſcriptione cuiuſdam Notarij publici au- » toritate Apoſtolica & Imperiali approbatas & ſignatas, formam, quæ ſequitur, » continentes. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Aimericus diuina miſera- » tione Pariſienſis Epiſcopus, Commiſſarius ad infraſcripta à Sede Apoſtolicâ » ſpecialiter & in ſolidum Deputatus ſalutem in Domino. Litteras ſanctiſſimi in » Chriſto Patris & Domini noſtri D. Gregorij diuina Prouidentia Papa XI. eius » vera Bulla plumblea cum cordula canapis more Rom. Curiæ bullatas, non vi- » tiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed ſanas & integras » ac omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes Nobis per venerabilem virum M. » Geruaſium Chriſtiani, Magiſtrum in Medicina præſentatas, dudum cum qua » decuit reuerentia recepimus, formam quæ ſequitur, continentes.

» Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo » Pariſ. Sal. & Apoſtol. bened. Indeſinentis Curæ velut totius Dominici Gregis » Paſtor ſolicitudine premimur & aſſiduæ meditationis excitamur inſtantia, *vt* » *ſtudia litterarum per quæ ſtudentes ibidem cooperante illo à quo omnium Cariſmatum* » *dona manant, viri efficiuntur ſcientijs eruditi, per quos æquum ab iniquo diſcernitur,* » *erudiuntur rudes, prouecti ad altiora concreſcunt & fides Catholica roboratur, ac ſtu-* » *dentes ipſi proſperè & ſalubriter dirigantur, eorumque neceſſitatibus conſulatur: &* » *ad id quantum cum Deo poſſumus, partes noſtræ ſolicitudinis adhibemus.* Sanè petitio

pro parte Dilecti filij Geruaſij Chriſtiani, Canonici Pariſienſis in Medicina « Magiſtri nobis exhibita continebat, quod nuper ipſe cupiens terrena in cœle- « ſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare ad honorem omni- « potentis Dei quoddam Collegium Clericorum in Theologica Facultate Pari- « ſius in Vico Eremburgis de Bria, dicto Illuminatorum prope magnum vicum « S. Iacobi inſtituit & de certis bonis dotauit; quodque Collegium huiuſmodi « pro congrua ſuſtentatione ibidem ſtudentium maiori dotatione noſcuntur in- « digere. Quare pro parte dicti Geruaſij nobis fuit humiliter ſupplicatum vt in « hoc de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere de benignitate Apoſtolica di- « gnaremur, Nos igitur attendentes quod Cariſſimus in Chriſto filius noſter « Carolus Rex Francorum Illuſtris inter cæteros fideles Principes Chriſtianiſ- « ſimus, & ad exaltationem & promotionem ſtudij huiuſmodi Theologiæ Facul- « tatis ſpecialem gerens affectum, Nobis humiliter ſupplicauit, vt Parochia- « lem Eccleſiam de Sanauilla Rotomagenſis Diœceſis, quæ de Patronatu ipſius « Regis exiſtit, & quæ in redditibus vt aſſeritur, bene abundat, eiſdem Colle- « gio vnire dignaremur. At de præmiſſis nobis expoſitis certam notitiam non « habentes, fraternitati tuæ de qua in his & alijs gerimus in Domino fiduciam « ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi « dicta Parochialis Eccleſia in reditibus abundet, ita quod perpetuo Vicario qui « eidem Eccleſiæ deſeruiet, portio congrua aſſignari valeat, & vltra hoc de « reſiduo ipſorum Collegij neceſſitatibus conſulatur, & tibi videatur quod hu- « iuſmodi vnio ſit facienda, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, prædictam « Parochialem Eccleſiam cum omnibus Iuribus & pertinentijs ſuis eidem Col- « legio ex tunc autoritate Apoſtolica vnias, annexes & incorpores, ita quod ce- « dente vel decedente ipſius Eccleſiæ Rectore, qui eſt pro tempore, vel ipſam « Eccleſiam aliàs quomodolibet dimittente, liceat eidem Collegio corporalem « poſſeſſionem dictæ Parochialis Eccleſiæ eiuſque Iurium & pertinentiarum li- « bere ingredi & apprehendere, ipſamque Eccleſiam licitè in perpetuum retine- « re, fructuſque, reditus & prouentus ipſius in ſuſtentatione perſonarum eiuſ- « dem Collegij liberè & licitè conuertere valeant, Diœceſani loci & cuiuſlibet « alterius licentia minime requiſitâ; reſeruatâ tamen prius per te congrua por- « tione de fructibus, reditibus & prouentibus ſupradictis pro perpetuo Vicario « ibidem inſtituendo, ex qua poſſit commodè ſuſtentari, Epiſcopalia iura per- « ſoluere, ac alia ei incumbentia onera ſupportare. Contradictores autoritate « noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante felicis recor- « dationis Vrbani Papæ V. Prædeceſſoris noſtri & alijs conſtitutionibus Apo- « ſtolicis contrarijs quibuſcunque, ſeu ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi facien- « dis de huiuſmodi Parochialibus Eccleſijs aut alijs Beneficijs Eccleſiaſticis in « illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolicæ Sedis vel Legatorum eius litte- « ras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem & Decretum, « vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum: quas litteras & proceſſus habitos per eaſ- « dem ad dictam Parochialem Eccleſiam volumus non extendi; ſed nullum per « hoc eis quoad aſſecutionem Parochialium Eccleſiarum ac Beneficiorum alio- « rum præiudicium generari, & quibuſlibet priuilegijs, indulgentijs & litteris « Apoſtolicis, generalibus & ſpecialibus quocunque tenore exiſtant, per « quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus præſentium « impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis te- « noribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Prouiſo quod dicta Pa- « rochialis Eccleſia debitis non fraudetur obſequijs & animarum cura in ea nul- « latenus negligatur. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus « ſuper his à quoquam, quauis autoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit at- « tentari. Datum apud Pontem ſorgiæ Auenionenſis Diœceſis 4. Idus Iunij, « Pontific. noſtri an. 3. «

Quibus Litteris per nos, vt præmittitur, receptis, cupientes ipſas Litteras « & contenta in eis exequi & executioni debitæ demandare prout adhoc teneba- « mur, ad inſtantem requeſtam dicti M. Geruaſij de valore fructuum annuorum di- « ctæ Eccleſiæ de Sanavilla & de cuius patronatu exiſtit, qui eſt Rector ſeu Cura- « tus eiuſdem. In quibus reditibus & emolumentis conſiſtunt iura & obuentio- «

nes Eccleſiæ ſupradictæ quot ſunt Parochiani & larem fouentes ibidem, quanti communibus annis, quanti groſſæ decimæ & quanti oblationes dictæ Eccleſiæ Parochialis valoris exiſtunt, & quantum poteſt aſcendere annuatim ſalarium ſeu ſtipendium Presbyteri deſeruientis Eccleſiæ prælibatæ, quantaque & qualia onera Curato ſeu Receptori ipſius Eccleſiæ imminent ſuſtinenda, & ad quantum valorem omnia emolumenta dictæ Eccleſiæ deductis oneribus annuis aſcendere poſſunt, necnon de cæteris circunſtantiis & dependentiis quæ conſcientiam noſtram mouere poterant ac debebant, dictam conſcientiam noſtram informauimus, & de præmiſſis inquiſiuimus & inquiri fecimus diligenter, per quas informationem & inquiſitionem, nec-non & per relationem venerabilis viri M. Guiberti de Salceto Magiſtri in Medicina Rectoris dictæ Eccleſiæ de Sanavilla per nos ſuper his per ſuum iuramentum diligenter interrogati viuæ vocis oraculo nobis factam, reperimus dictam Ecccleſiam de Patronatu dicti D. noſtri Regis exiſtere & in redditibus taliter abundare quod vnionem, annexionem & incorporationem ipſius Eccleſiæ de Sanavilla cum Collegio Scholarium in domo dicti M. Geruaſij Chriſtiani Pariſius fundato, de quo in dictis Litteris Apoſtolicis mentio ſpecialis habetur, modo & forma in dictis Litteris Apoſtolicis annotatis ſanâ conſcientiâ facere, & ipſas Litteras Apoſtolicas iuxta earum tenorem plenariè exequi poſſumus & debemus. Et ideo nos præmiſſa attendentes, & etiam dictum D. noſtrum Regem adhoc conſenſum ſuum præbuiſſe, qui vt dicta vnio fiat, D. noſtro Papæ prædicto propter hoc ſupplicauit, vt in dictis Litteris Apoſtolicis ſupraſcriptis plenius continetur, die datæ præſentium ſuper præmiſſis debitè & maturè conſulti cum peritis autoritate Apoſtolicâ nobis in hac parte commiſsâ dictam Parochialem Eccleſiam de Sanavilla dictæ Rotomagenſis Diœceſis cum omnibus Iuribus & pertinentiis dicto Collegio Scholarium in domo dicti M. Geruaſij Chriſtiani vt præmittitur Pariſius fundato, vniuimus, annexuimus & incorporauimus, vnimuſque, annectimus & incorporamus per præſentes reſeruatâ portione congruâ de fructibus, redditibus & prouentibus dictæ Eccleſiæ pro perpetuo Vicario ibidem inſtituendo de qua poſſit commodè ſuſtentari & onera dictæ Eccleſiæ incumbentia ſupportare. Super qua reſeruatione declarationem noſtram ex conſilio peritorum fecimus in hunc modum. Videlicet quod omnes groſſæ decimæ Eccleſiæ Parochialis de Sanavilla prædictæ hactenus pertinentis dicto Collegio de cætero perpetuis temporibus pertinebunt, vnâ cum duabus granchiis Domus Presbyteralis Eccleſiæ ſupradictæ & earum introitu & exitu competenti. Quas quidem Granchias vnâ cum Cancello Eccleſiæ prædictæ, quod Curatus eiuſdem antea tenebatur de reparationibus retinere. Idem Collegium de reparationibus neceſſariis tenebitur perpetuò ſuſtinere. Vicarius verò qui eidem Eccleſiæ de cætero perpetuis temporibus deſeruiet & onus Curæ animarum Parochianorum eiuſdem Eccleſiæ habebit pro portione ſua omnes minutas decimas ad dictam Eccleſiam pertinentes percipiet vna cum Altalagio, terris laborabilibus & aliis reditibus quibuſcunque ad dictam Eccleſiam ſpectantibus ſi qui ſint. Qui quidem Vicarius propter hoc ipſam Eccleſiam de omnibus deueriis & redhibentiis communibus, vtpote Synodalibus, viſitationibus, procurationibus & aliis conſimilibus tenebitur acquitare. Habebit inſuper Vicarius prædictus Domum Presbyteralem eiuſdem Eccleſiæ vnâ cum Columbario & aliis pertinentiis dictæ Domus, præterquam granchias prædictas & earum introïtus, qui vt præmittitur dicto Collegio pertinebunt per quam domum Presbyteralem ipſum Collegium ad ipſas Granchias quotiens opus fuerit, introitum opportunum & vtilem & exitum habebunt. Quam quidem domum dictus Vicarius tenebitur de reparationibus neceſſariis retinere. Vt autem Archiepiſcopalia & Archidiaconalia iura quæ Reuerendiſſimus Pater D. Archiepiſcopus Rotomag. & Archidiaconus Eccleſiæ Rotomag. in cuius Archidiaconatu eadem Eccleſia de Sanavilla conſiſtit, in eadem Eccleſia recipere conſueuerunt, quatinus ipſam Eccleſiam vacare contingebat, eiſdem illæſa remaneant, quia data Eccleſia amplius non cadet in deportu, decernimus, declaramus & ordinamus autoritate quâ ſupra de peritorum conſilio Vicariorumque in ſpiritualibus dicti D. Archiepiſcopi quantum ipſi poſſunt, & D. Archidiaconi dicti loci & Capituli

Eccleſiæ Rotomag. expreſſo conſenſu peritorum & aſſenſu quoad hoc interueniente, prout nobis per publica inſtrumenta & alias debitè conſtitit quod propter hoc dictum Collegium de & ſupradictis groſſis fructibus ſex libras Turonenſes Archiepiſcopo, & dictus Vicarius & ſucceſſores ſui 60. ſolidos Turon. Archidiacono ſupradictis in recompenſatione Iurium ſuorum prædictorum de cætero quolibet anno perpetuis temporibus ſoluere tenebuntur. Si quæ verò onera extraordinaria ibidem emergi contingat, ad quæ ſoluenda dicta Eccleſia compellatur, per Collegium & Vicarium prædictos in communi perſoluentur. Decernentes inſuper autoritate Apoſtolicâ ſuprafcriptâ vt cedente vel decedente Rectore ipſius Eccleſiæ qui nunc eſt, vel ipſam Eccleſiam dimittente, Collegium valeat & ſibi liceat corporalem poſſeſſionem dictæ Parochialis Eccleſiæ iuriumque & pertinentiarum ipſius liberè ingredi, apprehendere & in perpetuum retinere, fructuſque, reditus & prouentus ipſius juxta declarationem noſtram ſuperius factam recipere, & in ſuſtentationem perſonarum dicti Collegij licitè conuertere, Ordinario loci & cuiuſcunque alterius licentia minimè requiſita. Reſeruantes inſuper nobis à Commiſſariis noſtris ad hoc per nos deputatis vel in poſterum deputandis declarationem & ordinationem partitionis ſeu ſeparationis dictæ Domus Preſbyteralis, introituſque & exitus granchiarum prædictarum & aliarum Litterarum Apoſtolicarum prædictarum & noſtrarum præſentium interpretationem per nos & dictos Commiſſarios noſtros faciendam quotiens fuerit opportunum. Quocirca vobis Archiepiſcopo & Archidiacono ſupradictis & omnibus aliis & ſingulis quorum intereſt vel intererit & quos infraſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum communiter & diuiſim, vnionem, annexionem & incorporationem hujuſmodi intimantes & ad veſtram notitiam deducentes, vos & veſtrum quemlibet requirimus & monemus primò, ſecundò & tertiò, peremptorie & diuiſim, vobis nihilominus & veſtrum cuilibet inhibentes & interdicentes ſpecialiter & expreſsè autoritate qua ſupra, ne ipſum Collegium, quominus poſſeſſionem corporalem dictæ Parochialis Eccleſiæ de Sanavilla Iuriumque & pertinentiarum eiuſdem liberè ingredi & apprehendere ipſamque Eccleſiam in perpetuum retinere, & ipſius fructus, reditus & prouentus modo ſuperius expreſſo in ſuſtentationem perſonarum eiuſdem Collegij liberè ac licitè conuertere etiam vobis irrequiſitis valeant atque poſſint, impedimentum aliquod præſtetis per eos vel alium ſeu alios, nec ipſum Collegium impedientibus, detis auxilium, conſilium vel fauorem publicè vel occultè. Quod ſi contrarium feceritis, & hujuſmodi monitionibus & inhibitionibus noſtris, imò verius Apoſtolicis infra ſex dierum ſpatium poſtquam pro parte dicti Collegij ſuper hoc fueritis requiſiti, quorum ſex dierum duos pro ſecundo & reliquos duos pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica vobis omnibus & ſingulis & cuilibet veſtrum aſſignamus, non parueritis cum effectu, nos ex nunc prout ex tunc in vos omnes & ſingulos generaliter præterquam in vos D. Archiepiſcopum, cui ob reuerentiam Pontificalis dignitatis deferre volumus in hac parte prædicta Canonica monitione præmiſſa in his ſcriptis excommunicationis Sententiam ferimus & promulgamus in his ſcriptis. Si verò vos D. Archiepiſcopo præfatis monitionibus & inhibitionibus noſtris infra dictum terminum ſex dierum non parueritis cum effectu, vobis ingreſſum Eccleſiarũ prædictâ Canonicâ monitione præmiſſa interdicimus in his ſcriptis. Etſi huiuſmodi interdictum per ſex dies præfatos ſex immediatè ſequentes ſuſtinueritis, vos in his ſcriptis prædicta Canonica monitione præmiſſa ſuſpendimus à Dininis. Quodſi huiuſmodi interdicti & ſuſpenſionis ſententias alios præfatos ſex dies, præfatos 12. immediatè ſequentes ſuſtinueritis animo indurato, quod abſit, vos in his ſcriptis præfata Canonica monitione præmiſſa excommunicationis ſententia innodamus. Cæterum cum ad executionem præmiſſorum vlterius faciendam vacare non poſſimus de præſenti pluribus arduis negotiis Nos & Eccleſiam noſtram tangentibus impediti, venerabilibus viris D D. & MM. Nicolao Oreſmo Decano, ſacræ Theologiæ Profeſſori, Ioanni de Pontiſara Cancellario, Guillelmo Iacob Canonicis Eccleſiæ Rotomag. & Roberto Iacob Preſbyteris vniuerſiſque & ſingulis Decanis, Cantoribus, Archipreſbyteris, Preſbyteris, Curatis & Eccle-

ſiarum Rectoribus ac Tabellionibus publicis vbilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum quo ad dictam vlteriorem executionem præmiſſorum, & ad diuiſionem dictæ Domus Preſbyteralis aſſignationemque & declarationem introitus & exitus granchiarum prædictarum & ad omnia & ſingula ſupraſcripta loco noſtri faciendum, præterquam ad declarationem & interpretationem dictarum Litterarum Apoſtolicarum & noſtrarum præſentium, ſi ſuper his in poſterum aliquod dubium oriatur. Quam declarationem & interpretationem cum earum dependentijs & connexis nobis ſpecialiter, vt præmittitur, reſeruauimus & etiam reſeruamus tenore præſentium committimus vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, Quos & eorum quemlibet tenore præſentium 1. 2. 3. & peremptoriè requirimus & monemus, eiſque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis ſupraſcriptis, quas ipſos incurrere volumus ipſo facto, dicta Canonica monitione præmiſſa, ſi ea quæ ipſis in hac parte committimus, neglexerint ſeu contempſerint contumaciter adimplere, diſtrictè præcipimus & mandamus autoritate quâ ſupra, quatenus quotiens ſuper his fuerint requiſiti, ipſi aut eorum alter & eorum quilibet ſuper his requiſitus præſentes litteras & omnia & ſingula in ipſis contenta omnibus quorum intererit, denuncient, legant, intiment & fideliter publicare procurent, Monitioneſque & mandata noſtra ſupraſcripta faciant ac cætera alia quæ circa hæc requiruntur, plenariè exſequantur iuxta præſentium litterarum continentiam & tenorem. Ita tamen quod in præiudicium præſentis noſtræ, imò verius Apoſtolicæ declarationis & ordinationis nihil valeant attentare, nec circa ſupra ſcriptas ſententias per Nos latas aliquid immutare. Si verò nos contingat ſuper præmiſſis aliqualiter procedere aut aliqualiter declarare, interpretari vel etiam ordinare, de quo Nobis vt præmiſſum eſt, plenariam poteſtatem reſeruamus, non intendimus propter hoc Commiſſionem noſtram prædictam reuocare, niſi de reuocatione huiuſmodi ſpecialis & expreſſa mentio in noſtris litteris haberetur. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias per Nos latas vel earum aliquam incurrerint, quoquomodo Superiori noſtro vel nobis duntaxat reſeruamus. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium præſentes litteras fieri & publicari mandauimus per Notarium publicum infraſcriptum & ſigilli noſtri appenſione vnà cum ſigni & ſubſcriptionis dicti Notarij publici appoſitione communiri. Acta fuerat hæc in Domo noſtra Epiſcopali ſita infra ſeptas Monaſterij S. Victoris prope Pariſius anno Domini 1374. Indictione 12. die penult. menſis Iunij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. noſtri Papæ prædicti an 4. præſentibus venerabilibus viris DD. Nicolao de Boſco vtriuſque Iuris Profeſſore, D. noſtri Regis Conſiliario, Ioanne Perrerij Curato Parochiæ Eccleſiæ de Franconuilla noſtræ Diœceſis, Durando Marie Preſbytero, Stephano Quadrigarij Sororio Adæ Richeux Clerico & Ioanne Barbitonſore Cubiculario noſtris teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Ioannes Barbitonſoris dictus de Sanctis Beluacenſis Diœceſis Clericus Apoſtolica & Imperiali autoritate Publicus Notarius, Reuerendique in Chriſto Patris D. D. Aymerici Dei gratia Pariſienſis Epiſcopi Commiſſarij ſupranominati Scriba Iuratus qui præmiſſis omnibus & ſingulis, dum vt ſupraſcripta ſunt, agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus præſens fui, eaque fieri vidi & audiui, præſentes litteras ſeu præſens publicum inſtrumentum in notam per me receptas, ſeu receptum de dicta nota per alium extrahi & groſſari pluribus alijs occupatus negotijs, & deinde ipſius D. Epiſcopi & Commiſſarij mandato præmiſſa publicando hîc me manu propriâ ſubſcripſi & ſignum meum conſuetum appoſui requiſitus. Quas quidem litteras, vnionem & annexionem & incorporationem ſupradictas ad contemplationem noſtram ita factas, necnon omnia alia & ſingula ſupraſcripta prout ſuperius ſcribuntur & continentur, rata & grata habentes, ea volumus, laudamus, ratificamus & approbamus, & de gratia ſpeciali, certa ſcientia, autoritate Regia & plenitudine poteſtatis ad perpetuam rei memoriam confirmamus per præſentes, ſaluo & retento nobis & ſucceſſoribus noſtris Iure Patronatus vel diſpoſitionis aut prouiſionis dictæ Parochialis Eccleſiæ aut Vicariatus ſupradicti. Dantes tenore

præſentium

præſentium in mandatis dilectis & fidelibus Gentibus Parlamenti noſtri & «
Compotorum noſtrorum Pariſien. Præpoſito Pariſienſi, Balliuo Rotoma- «
gen. cæteriſque Regni noſtri Iuſtitiarijs, aut eorum loca tenentibus præſen- «
tibus & futuris, & eorum cuilibet qui ſuper his fuerit requiſitus provt ad eum «
pertinuerit, quatenus Magiſtros & Scholares dictæ Domus, Curatumque præ- «
fatæ Parochialis Eccleſiæ, in quantum quemlibet ipſorum tangit aut tangere «
poteſt, vnione, annexione & incorporatione ac confirmatione noſtra ſupra- «
dictis vti & gaudere faciant & permittant ſecundum præſentium formam & te- «
norem, ipſos aut eorum alterum in contrarium nullatenus impediendo vel mo- «
leſtando, ſaluo in alijs Iure noſtro & in omnibus quolibet alieno. Quod vt fir- «
mum & ſtabile maneat perpetuo, ſigilli noſtri præſentes litteras fecimus ap- «
penſione muniri. Datum apud Melodunum 10. die Octob. anno Domini 1374. «
Regni verò noſtri 11. «

Die 23. Nouemb. eiuſdem anni habitis Comitijs Vniuerſitatis, de pœnis actum eſt infligendis Librarijs qui in venditione librorum non ſatis fideliter ſe gerebant. Item & de appellatione, quam Decretorum Facultas interpoſuerat: at quamobrem, non liquet. Actum diei apponam.

Anno Domini 1370. Congregatione Vniuerſitatis Generali facta apud S. « DE LIBRARIIS.
Mathurinum per Iuramentum 23. Nouemb. Rector duos articulos propoſuit «
ibidem determinandos. Primus art. fuit ſuper punitione Librariorum delin- «
quentium in ſuis Officijs iniuſtè gubernatis: quibus correctis ſuper eorum ad- «
miſſione & cæterorum conſimilia habentium Officia ad renouationem audien- «
dam Iuramentorum ſuper obligationibus ſuis fidejuſſorijs exhibendis à quibuſ- «
cunque aliquos receperint libros vendendos. Cui articulo cum ſuis membris «
ſeruandis Natio noſtra deliberando aſſentiebat. Secundus articulus concer- «
nens appellationem quandam factam per Collegium Facultatis Decretorum «
nullius virtutis in Natione reputabatur. «

Et quoniam in Librariorum mentionem incidimus, notatu dignum eſt quod illi cum admittebantur, fideiuſſores dabant, ſe fideliter munus ſuum exercituros: & tam ipſi quam fideiuſſores apud Præpoſitum Pariſienſem ſimiliter Iuramentum præſtabant: vt patet ex ſequenti Inſtromento deprompto è tabulario Vniuerſitatis & notato hiſce Characteribus D. 18. OO.

RECEPTIO LIBRARIORUM APUD CASTELLETUM.

A Tous Ceux qui ces preſentes lettres verront, Hugues Aubriot Garde de «
la Preuoſté de Paris ſalut. Sçauoir faiſons que pardeuant Nous vint en «
Iugement Henry Luillier Libraire demourant à Paris, Iuré de l'Vniuerſité de «
Paris, & afferma en bonne verité pardeuant Nous, que de nouuel ladite Vni- «
uerſité de Paris l'auoit ordonné & inſtitué vn des 4. Principaux Libraires Iurez «
de ladite Vniuerſité pour priſer & taxer les liures en ladite ville de Paris de l'au- «
torité de ladite Vniuerſité de Paris. Et pour ce ledit Henry Luillier de ſon «
bon gré & bonne voulenté ſans contrainte ou aucune deceuance, de ſon pro- «
pre mouuement & certaine ſcience promit & iura en noſtre preſence que bien «
iuſtement & loyaument tous les Liures qui monſtrez luy ſeront, à ſon pouoir «
taxera & priſera, ledit office gardera, fera, exercera bien & loyaument ſans «
fraude ne faueur, & à ladite Vniuerſité obeïra, & l'ordonnance de Libraire Iu- «
ré gardera bien & loyaument ſans enfraindre. Et à ce fut preſens pardeuant «
Nous Robert Leſcuyer Libraire & Raoul d'Orliens demourans à Paris, qui de «
leur bonne voulanté ſans contrainte ou aucune deceuance à la priere & requeſte «
dudit Henry Luillier s'eſtablirent pleiges chacun pour le tout: & s'obligerent «
enuers ladite Vniuerſité, chacun pour le tout iuſques à la ſomme de 100. liures «
Pariſis que ledit Henry fera & exercera bien, loyaument, ſans fraude, pro- «
mettans leſdits Henry Robert & Raoul Dorliens par leur ſerment & par la foy «
de leur corps, pour ce donnée corporellement en noſtre main que contre les «
choſes contenuës en ces preſentes ils n'iront, aller ny venir feront par eux ne «
par autres ou temps aduenit au contraire & rendront & payeront tous couſts, «
dommages, deſpens, intereſts qui faits ſeroient par leur defaut. Et pour tout «
ce que dit eſt, interiner & accomplir les deſſuſdits nommez & chacun d'eux «
pour le tout ont obligé & obligent eux, leurs hoirs, tous leurs biens, & les «

Digitized by Google

„ biens de leurs hoirs, meubles & immeubles, preſens & aduenir quels qu'ils
„ ſoient, leſquels ils ont ſouſmis quant à ce à la Iuriſdiction, execution & con-
„ trainte de Nous & de Nos ſucceſſeurs Preuoſts de Paris, & à toutes autres Iu-
„ ſtices & Iuriſdictions où ils ſeront & pourront eſtre trouuez pour ces lettres
" accomplir. Et meſmement ledit Henry ſon corps pour ſe mettre & tenir pri-
" ſon fermée outre le guichet du Chaſtelet de Paris & par tout ailleurs où il pour-
" ra eſtre trouué, à ſes couſts & dépens, renonçant en ce fait leſdits obligez par
" leur foy & ſerment à tout ce que tant de fait comme de droit l'on pourroit dire
" & alleguer contre la teneur de ces lettres & contre aucune choſe des choſes deſ-
" ſuſdites, & au droit diſant generale renonciation non valoir. En teſmoin de ce
" nous auons mis à ces lettres le ſcéel de ladite Preuoſté l'an 1370. le Lundy 10.
" iour de Mars. Signé POVRQVAVT auec paraphe.

" Eodem anno Vrbanus V. Pontifex in Galliam reuertitur, bono quidem conſilio; vt ſcilicet Francorum Anglorumque diſſidia præſens componeret; at malo exitu, ſuo & publico. Suo quidem, quia paulo poſt reditum, Auenioni moritur. Cui olim Romam petenti à Petro Arragonio Minorita & S. Brigitta ex reuelatione diuina declaratum fuerat, ſi vnquam Auenionem reuerteretur, breui moriturum, locumque Schiſmati longo & diuturno facturum, in magnũ Eccleſiæ diſpendium. Verum ille ſpretis eiuſmodi Reuelationibus, quas ex cerebro malè affecto profluere putabat, die 5. Septemb. Corneto ſoluens, Maſſiliam appellit 16. eiuſdem menſis, & 24. Auenionem peruenit, vbi menſe Decembri ſequente in morbum incidit, & 14. Kal. Ianu. circa horam 9. ætatis anno 61. Pontificatus 8. duobuſque menſibus & 23. diebus fato communi defungitur. Vir ſingularis virtutis, ingentis animi, vitæ innocentiſſimæ & illibatæ caſtitatis. In Cathedrali Auenionenſi primò ſepultus poſt 17. dies ad Monaſterium S. Victoris Maſſilienſis vt ipſe teſtamento decreuerat, transfertur.

Factis de more Nouendialibus ſacris Cardinales Conclaue ingreſſi 4. Kal. Ian. poſtridie ſucceſſorem diligunt Petrum Monſtrium Rogerij de Malmonte Lemouicenſem, Belfortij Comitem in Valle oppidi, in Regione Andegauorum, Diaconum Cardinalem tit. S. Mariæ Nouæ. Clementis VI. ex Fratre Guillelmo Belfortij Comite nepotem: qui die 4. Ianu. Preſbyter ordinatus, poſtridie conſecratus & coronatus Gregorij XI. nomen accepit; vir ſingularis modeſtiæ & Chriſtianæ pietatis, qui Baldum olim Peruſij in Iure Cardinali audierat.

1371. Anno 1371. vt habetur in antiquo libro Rectoris, in feſto S. Ioannis Baptiſtæ electus eſt in Rectorem pro ſecunda vice M. Marcilius de Inghen, de quo ſupra mentio facta eſt, nullo Quatuor-virorum ſeu Intrantium reclamante, *qui iteratò habuit labores & expenſas licet non tot & tantas*, quantas nempe tulerat & habuerat priore ſuo Rectoratu.

Die verò 16. Decemb. eidem Marcilio ſucceſſor ſuffectus eſt M. Mathæus de Herſino vel Herſmo: quo regente ſtatutum fuit, vt ſacræ Conciones ſeu Sermones haberi ſoliti diebus SS. Ambroſij & Hieronymi, deinceps in Eccleſia Minoritarum haberentur, ſi feſta illa diebus profeſtis acciderent, ſi Dominicis, in Domo FF. Prædicatorum. Qua de re ſic legitur in eodem antiquo libro Rectoris.

Anno Domini 1371. 16. die menſis Decemb. electus fuit concorditer in Re-
" ctorem Vniuerſitatis Pariſ. M. Mathæus de Herſmo nullo Intrantium recla-
" mante. In qua Rectoria habuit labores plurimos & expenſas. Illo anno fue-
" runt ordinati ſermones in Vniuerſitate de S. Ambroſio & Hieronymo, quod de
" cætero fierent in Domo Minorum, niſi feſta acciderent diebus Dominicis, qui-
" bus diebus fierent in Domo Prædicatorum.

" Eodem anno Quidam M. Ioannes de Latone Gerundenſis ex Ordine Minoritarum cum nonnullis alijs aſſeruit de Hoſtia conſecrata, ſi caderet vel proijceretur, aut à bruto ſumeretur ſpeciebus remanentibus, ſub eis deſiturum eſſe Corpus Chriſti, & ſubſtantiam panis redituram. Et ſi à Iuſto, vel à peccatore ſumeretur, dum ſpecies tererentur, Chriſtum ad cœlum raptum iri, nec in ſtomachum hominis deſcenſurum. Quâ de re reprehenſus eſt primùm & repreſſus à F. Nicolào Eymerico Dominicano, tunc temporis in Aragonia fidei

Inquiſitore : deinde à Gregorio XI. Pontifice prohibitus ſub excommunicationis pœnâ ob metum ſcandalorum hæc & ſimilia deinceps prædicare. Non quod propoſitiones illæ putarentur hæreticæ : quippe multi viri graues ante & poſt Gregorium illas ſuſtinuerunt : ſed quia Chriſtianis mentibus injicere poterant irreuerentiam & ſcandali periculum ; de cætero futiles & inanes.

Longam hac de re diſſertationem facit Wadinghus in Annalibus Minorum ad hunc annum. Et primùm ait haſce propoſitiones non Ioanni de Latone, ſed Petro Bonagetæ Minoritæ hujuſmodi errores in Arragonia diſſeminanti attribui à Bzouio ſcriptore Dominicano : contra quem Bonagetam vult Bzouius ſequentem Sententiam, quæ legitur in Directorio Inquiſitorum, fuiſſe à Cardinalibus pronunciatam.

Miſeratione Diuina Petrus ſancti Euſtachij, & Guillelmus ſancti Angeli « Diaconi Cardinales Reuerendis Patribus Tarracon. & Cæſar Auguſtan. Pro- « uinciarum Archiepiſcoporumque Suffraganeis,necnon Inquiſitoribus hæreticæ « prauitatis à Sede Apoſtolica in ipſis Prouinciis Deputatis ſalutem & ſinceram « in Domino Charitatem. Relatione Religioſi Fratris Nicolai Eymetici Magi- « ſtri in Theologia ac in dictis Prouinciis hæreticæ prauitatis Inquiſitoris ad au- « dientiam D. noſtri Papæ nuper peruenit,quod tam in veſtris quam in Suffraga- « neorum veſtrorum Eccleſiis palam & publicè per certos Religioſos prædicati « fuerunt tres articuli ſubſequentes in effectu. «

1. Quod ſi hoſtia conſecrata cadat ſeu projiciatur in Cloacam, lutum ſeu « aliquem turpem locum, quod ſpeciebus remanentibus, ſub eis deſinit eſſe « Corpus Chriſti & redit ſubſtantia panis. «

2. Quod ſi hoſtia conſecrata à mure corrodatur, ſeu à bruto ſumatur, quod « remanentibus dictis ſpeciebus ſub eis deſinit eſſe Corpus Chriſti & redit ſub- « ſtantia panis. «

3 Quod ſi hoſtia conſecrata à Iuſto vel à peccatore ſumatur ; quod dum « ſpecies dentibus teritur, Chriſtus ad cœlum rapitur & in ventrem hominis « non trajicitur. «

Supplicato igitur per ipſum Inquiſitorem eidem Domino noſtro Papæ ſu- « per huiuſmodi articulis, ex quorum prædicatione poſſent ſcandala ſuſcitari, « ſalubriter prouideri. Idem D. noſter Papa nobis ibidem præſentibus viuæ vo- « cis oraculo expreſsè commiſit,quatenus authoritate ſua Apoſtolica vobis man- « daremus, vt omnis moræ ſublato diſpendio in dictis veſtris Prouinciis ſub pœ- « na excommunicationis inhibeatis, ne quis deinceps dictos articulos publicè « præſumat prædicare. Nos igitur Petrus & Guill. Cardinales prædicti huiuſ- « modi mandatum Apoſtolicum cupientes exequi, vt tenemur, vobis & veſtrum « cuilibet in virtute S. obedientiæ præcipimus & mandamus, ne ab inde in an- « tea dictos articulos, ſeu eorum alterum, ſub eiſdem vel aliis verbis idem ſonan- « tibus in ſubſtantia ſeu in effectu, in veſtris Eccleſiis vel alibi palam ſeu publicè « prædicari à quoquam permittatis, & hoc ſub pœna excommunicationis, quâ « contrarium facientes innodetis ipſo facto. Notificantes vobis nihilominus « ſimili mandato per ipſum D. noſtrum Papam nobis facto, quod idem Dominus « noſter Papa Fratri Ioanni de Latone Ordinis FF. Minorum, qui aliquos de di- « ctis articulis in veſtris Eccleſiis frequenter recitando prædicauerat, inhiberi fe- « cit ſub pœna excommunicationis, ne dictos articulos de cætero publicè præ- « dicare præſumat. In quorum omnium teſtimonium, ſigilla noſtra præſentibus « duximus apponenda. Datum apud Villam Nouam Auenion. Diœceſis die 8. « menſis Aug. anno 1371. Indict. 9. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris D. « D. noſtri Gregorij diuina Prouidentia Papæ XI. anno 1. «

De Ioanne Latone dicetur ad an. 1376. «

Contendit autem Wadinghus contra Bzouium nihil hîc dici de Bonageta, ſed de quibuſdam tantum Religioſis ; item contra Gabriëlem Vaſquez & Franciſcum Pennam, prædictos articulos non fuiſſe condemnatos à Gregorio Pontifice, ſed tantum prohibitos publicè prædicari, quia ſcandalo eſſe poſſent. Doctrinam autem illam fuiſſe temporibus Alberti Magni, Alex. de Ales, D. Thomæ & Bonauenturæ probabilem, quamquam eam ipſi ſecuti non fuerint, ſed eius ſectatores non fuiſſe ab eis de hæreſi vllo pacto ſuſpectos, quia niteban-

Digitized by Google

tur tum multis rationibus probabilibus, & maximè authoritate M. Petri Lombardi Sententiarum Magiſtri, Hugonis de S. Victore & Innocentij III. quorum verba neque extra rem noſtram erit referre.

» Sic ergo Lombardus in 4. diſt. 13. in fine. Illud etiam ſanè dici poteſt, quod
» à brutis animalibus Corpus Chriſti non ſumitur, etſi videatur. Quid ergo ſu-
» mit mus vel quid manducat? Deus nouit hoc. Hugo de ſancto Victore lib. 2.
» de Sacrament. par. 8. cap. 13. Quando in manibus Sacramentum eius tenes,
» corporaliter tecum eſt. Quandiu ſenſus corporaliter afficitur, præſentia eius
» corporalis non aufertur. Poſtquam autem ſenſus corporalis in percipien-
» do deficit, deinceps præſentia corporalis quærenda non eſt, ſed ſpiritualis
» retinenda. Diſpenſatio completa eſt, perfectum Sacramentum, virtus ma-
» net. Chriſtus de ore ad cor tranſit. Melius eſt tibi vt ea in mentem tuam, quàm
» in ventrem tuum. Cibus iſte animæ non corporis eſt. Noli in ipſo quærere con-
» ſuetudinem cibi corporalis. Venit ad te vt comedatur, vt non conſumatur. Ve-
» nit vt guſtetur, non vt incorporetur. Hodie reſpuitur & rejicitur omnino hæc
» Sententia.

Innocentius III. lib. 3. de Myſterio Miſſæ cap. 15. Hugonis verba eadem
» repetit & addit inſuper. Ore comeditur, ſed ſtomacbo non digeritur, Reficit
» animum, ſed non effluit in ſeceſſum. Illud ergo ſanè debet intelligi, quod Do-
» minus ait, Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emitti-
» tur, cum conſtet illud fuiſſe dictum non de ſpirituali cibo, ſed carnali.
» Et de 2. articulo ſupra allato, cap. 11. ſic ſcribit. Si verò quæratur quid à
» mure comeditur, cum Sacramentum corroditur? vel quid incineratur cum
» Sacramentum crematur? Reſpondetur quod ſicut miraculosè ſubſtantia panis
» conuertitur in Corpus Dominicum, cum incipit eſſe ſub Sacramento; Sic quo-
» dammodo miraculosè reuertitur, cum ipſum ibi deſinit eſſe; non quod illa
» panis ſubſtantia reuertatur, quæ tranſiuit in carnem, ſed quod eius loco alius
» miraculosè creatur, quamuis huius accidentia ſine ſubiecto poſſint ſic corrodi,
» ſicut edi.

Bonauentura in 4 diſt. 13. art. 2. q. 1. in corp. præmiſſis Doctorum illorum ſententiis qui ſicut & hodierni dicunt Theologi, contrarium aſſerebant, quique pro ſuæ opinionis fundamento ponebant, quod Chriſti Corpus inſeparabili vnione adhæreat ſpeciebus, quandiu ſalua eſt forma panis & vini, & quantum projiciatur in cloacam aut alia loca immunda, aut à creaturis irrationabilibus rodatur ac comedatur, nullam patiatur injuriam, non inquinetur, nec
» corrumpatur, cum ſit glorificatum & impaſſibile, ſubjungit, Quantumcun-
» que autem hæc opinio muniatur, nunquam tamen adeo munitur, quando au-
» res piæ hoc abhorreant audire, quod in ventre muris vel in cloaca ſit Corpus
» Chriſti, quandiu ſpecies ibi ſubſiſtunt. Propter hæc eſt alia opinio, quod Cor-
» pus Chriſti nullomodo deſcendit in ventrem muris. Ratio autem quæ hos mo-
» uet, eſt quia Chriſtus non eſt ſub illo Sacramento, niſi eatenus quod ordina-
» bile eſt ad vſum humanum, ſcilicet ad manducationem. Sed ſicut mus rodit,
» ita & inhabile facit, & ita Sacramentum eſſe deſinit, & Corpus Chriſti ibi eſſe
» deſinit, & ſubſtantia panis redit, vt Innocentius dicit, & hæc opinio commu-
» nior eſt, & certè honeſtior & rationabilior. Viden' lector, vt ait hanc opinionem
» ſuo tempore fuiſſe communiorem.
» Circa tertium verò articulum, quem probabiliter doceri quoque poſſe af-
» firmat, ſic reſoluit q. 2. ad 1. *Nihilominus tamen alia* (Sententia) *videtur ſecu-*
» *rior & authoritatibus magis concordare, quia Corpus Chriſti cum illis ſpeciebus deſcendit*
» *ad ſtomachum & ſub illis eſt, quandiu illæ ſunt ſub propria forma; & habent rationem*
» *reficiendi, & ſecundum ordinationem ad refectionem humanam Sacramentum erat. Vnde*
» *concedunt, quod Corpus Domini eſt in ſtomacho, quia ibi ſunt ſpecies, vt cibus; & ideo*
» *ſi euomuntur ſpecies, euomitur Euchariſtia, & ſi ſpecies poſſit ab aliis diſcerni, eſſet ſu-*
» *menda.*

Hujuſce autem opinionis, etſi eam non probat Wadinghus, hæc fundamenta refert: nempe quod piæ aures horreant audire Chriſtum in cloaca aut ſordido loco jacere, quod in ventrem aut ſtomachum injiciatur, aliis cibis aut excrementis miſcendus, aut quod brutis animantibus conuertatur in cibum, ne hinc

Google

occaſionem ſumant hæretici ſacra noſtra irridendi : præcipuè verò, quia Sacramentum iſtud inſtitutum eſt in Medicinam & vſum humanum : eatenus ergo putabant Chriſti Corpus remanere ſub ſpeciebus, quatenus vſui deſeruiunt humano : quod ſi vſuales eſſe deſinunt, vel per inquinationem ſordium, vel corroſionem à mure, aut aliunde, aiebant deſinere eſſe ſub illis Corpus Chriſti, & redire vel creari ſub eiſdem ipſam quæ prius extitit, aut alteram panis ſubſtantam. Sic Wadinghus.

Ad eundem annum notat idem Wadinghus promotos fuiſſe ad ſactæ Theologiæ Magiſterium è Minoritis Thomam Portugallenſem, qui Oxoniæ & Pariſijs ſtuduerat, in Portugallia & Salmantiæ legerat, & in Comitijs Generalibus Ordinis electus fuerat vt Cantabrigiæ Sententiarum libros interpretaretur, & Thomam de Roſſibus Scotum, qui Pariſijs ſeptem Artes liberales audiuerat, & in Scotia Theologiam prælegerat : pro cuius promotione ait Carolum Francorum & Robertum Scotorum Reges interceſſiſſe.

De Erroribus Raimvndi Lvllii.

Anno 1372. ex Relatione Eymerici Inquiſitoris fidei in Hiſpania Gregorius mandauit Archiepiſcopo Tarraconenſi, vt libros Raymundi Lulli examinaret, quos Eymericus Directorij Inquiſitorum Author aſſerebat plurimis erroribus ſcatere. Imò in ipſo Directorio legimus fuiſſe errores illos à Gregòrio condemnatos : cum tamen plurimi Authores graues Raimundum ab omni erroris & hæreſeos ſuſpicione vindicent, cenſuram verò à Gregorio factam ſuppoſititiam eſſe contendant. Quæ Quæſtio adhuc ſub Gregorio XIII. & Sixto V. agitata eſt atque indeciſa relicta. Malè autem errores iſtos affingia nonnullis Magno Raimundo Lullo, qui iam pridem obierat. Alter fuit eiuſdem nominis, ſed cognomento Neophytus & de Tarraga, quod ex Iudaïſmo ad Chriſti fidem conuerſus fuiſſet, iſque ad Dominicanorum Ordinem ſe contulit veteris pellis retentâ ſemper aliquali tinctura, tuncque in Arragonia docebat, cum Gregorius Auenione ſedebat Quod Magno Lullo nequaquam conuenire poteſt inquiunt, qui ante annos prope ſexaginta obierat. Fortaſſis Eymericus Dominicanus Fratrum ſuorum honori parcens quingentos errores, quos ait ſe in Lulli voluminibus inueniſſe, ipſi affingit, quos Raymundo Neophyto ſeu de Tarraga attribuere debuiſſet. Sed vt vt ſit, ita in 2. parte Directorij habetur n. 189. Quæſt. 9. poſt Titulum, *de Raymundo Lullo & eius erroribus*.

Poſtea D. Papa Gregorius XI in Conſiſtorio etiam de Conſilio Fratrum «
interdixit & condemnauit Doctrinam cuiuſdam Raymundi Lulli Catalani «
Mercatoris de Ciuitate Majoricarum oriundi, Laïci phantaſtici, imperiti, qui «
quamplures libros ediderat in vulgari Catalanico, quia totaliter Grammati- «
cam ignorabat. Quæ Doctrina erat plurimùm diuulgara : quam creditur ha- «
buiſſe à Diabolo, cum eam non habuerit ab homine, nec humano ſtudio, nec «
à Deo, cum Deus non ſit author hæreſium nec errorum. Licet ipſe Raymun- «
dus aſſerat in libris ſuis quod eam habuit in quodam monte à Chriſto, qui ſibi, «
vt dixit, apparuit Crucifixus, qui putatur fuiſſe diabolus & non Chriſtus. «
Quæ doctrina ferè auocauit per 80. annos, quo vſque ſcilicet Fr. Nicolaus Ey- «
merici Ordinis Prædicatorum in Dominio Regis Arragoniæ Inquiſitor hære- «
ticæ prauitatis ex certis cauſis habens eandem multùm ſuſpectam de hæreticâ «
prauitare, illam multo cum labore tranſcurrit & poſtea præſentauit prædicto «
D. Papæ Gregorio 20. volumina : & cauſa commiſſa fuit D. Cardinali Ho- «
ſtienſi ; & de eius mandato fuerunt per 20. & vltra Magiſtros in Theologia di- «
ligenter examinata. Et tandem de Fratrum Conſilio, vt verè hæreticalia con- «
demnata, & tota Doctrina generaliter interdicta, quæ Doctrina continebat «
pluſquam quingentos articulos erroneos, de quibus, vt prolixitati parcatur, «
centum præſentibus inſeruntur «

Statvtvm Nationis Picardicæ de Pecvniæ diſtribvtione.

Eodem anno Natio Picardica ſtatutum fecit de pecuniarum ſuarum diſtributione, quod legitur in Antiquo illius libro ſub hoc titulo. *Statutum quod pecuniæ Nationis non inſumantur in alios vſus quàm in Nationis.* Tale autem eſt.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Omnes & ſinguli Magiſtri Pariſius «
in Artium Facultate Nationis Picardiæ ſalutem in Domino ſempiternam. «
Cum Nos ſtrictius obligemur ea deſideranter exquirere necnon diligenter pro- «
ſequi, quæ noſtræ Nationis decus reſpiciunt & decorem, idcirco mentium no- «

Digitized by Google

» ſtrarum ſtudia adhoc conuertimus vt præfata Natio honore præfulgeat am-
» pliore, proſperetur ſalubrius, hiſque abundet vberius per quæ ſibi valeat ne-
» ceſſarijs prouidere, & in aduerſis validius ſe tueri. Ea propter poſt plures Coo-
» uocatiooes & Tractatus ſupra infra ſcripto negotio præhabitos an. 1372. Indi-
» ctione 11. menſis Ianuar. die 12. die ſcilicet Mercurij poſt Epiphaniam Domini
» apud S. Iulianum Pauperem Omnes & ſinguli tam Regeotes quàm non Re-
» gentes & ſub iuramento ad ſtatuendum ſuper ipſo negotio per Procuratorem
» dictæ noſtræ Nationis hora Primarum conuocati, omnibus Nobis qui com-
» modè potuimus intereſſe, congregatis ne pecunia noſtræ Nationis io Co-
» meſſationibus ſeu potationibus conſumatur quoquómodo aut alijs quibuſcun-
» que vſibus præterquam per modum ſubſcriptum applicetur, vnanimi omnium
» conſenſu ordinando ſtatuimus & ſtatuendo ordinauimus per modum qui
» ſequitur.

» 1. Quod Procurator Nationis noſtræ pro tempore exiſtens amodò Con-
» gregationem non faciet nec facere poterit ad ordinandum de pecunia Nationis,
» nec de ipſa pecunia in deliberationem per ſe vel per alium directè vel indirectè
» ponere poterit, permittere aut procurare vt in aliquos vſus conuertatur, exce-
» ptis ſolum articulis & caſibus infra ſcriptis, vtpote defenſionis neceſſariæ Iuris
» Nationis, Contributionis cum alijs Nationibus, ſeu Facultatibus, in feſtis
» Communibus Nationum ſeu Facultatum, ſolutionis Scholarum, Emptionis
» & ædificatioois earundem, diſtributionum Magiſtrorum in feſtis per Nationem
» ordinatis, in quibus antiquam conſuetudinem volumus obſeruari, duplicatio-
» nis ſalarij Receptoris, ſi Nationi placuerit, aut in alijs honeſtis negotijs noſtræ
» Nationi expedientibus & opportunis omni fraude & dolo in præmiſſis ſemotis
» penitus & excluſis. Adijcientes vt cum huiuſmodi exponenda emerſerint,
» Procurator noſter, Receptor & Deputati ſi qui fuerint, io ſolemni Coogre-
» gatione ob hoc facientes Nationi fideliter referre teneantur & ſub iuramento
» quantitatem, modum & formam pecuniæ in dictis caſibus exponendæ, nulluſ-
» que Magiſtrorùm aut Bedellorum interſit, aut intereſſe præſumat, vbi aliquid
» de pecunia Nationis præterquam in huiuſmodi caſibus exponatur.

» Item Ordinamus quod Receptor noſter quicunque pro tempore fuerit, in
» præſentia Nationis computare teneatur ter in anno, videlicet in medio Qua-
» drageſimæ, vltima die ordinariè legibili poſt feſtum Remigij, quodque pecu-
» niam totam quam computauerit Nationi debitam & per eum receptam infra
» fra octo dies à die Computi ſui teneatur plenariè in præſentia Nationis delibe-
» rare, vt per ipſius Nationis deliberationem in Archam ſeu locum tutum & ſe-
» curum & ſub clauſura fideli reponatur reſeruanda.

» Item volumus & ordinamus quod Procuratores & Receptores futuri in ſua
» Inſtitutione iurent ſingulariter ante Officij ſuſceptionem publicè in præſeotia
» Nationis præmiſſæ in quantũ eos tangunt, quod pro poſſe ea fideliter obſerua-
» bũt. Et quod idem Procurator ſimiliter iuret, quod ſucceſſorem ſuum hoc idem
» faciet iurare, nec ſuper huiuſmodi Iuramentis ijdem Procurator & Receptor
» per ſe vel alium, ſeu alios diſpenſationes per ſua Iuramenta poterunt procura-
» re, retentâ nihilominus liberâ nobis poteſtate ſuper Burſis, Bedellis noſtris, ex
» gratia pluries conceſſis, ſi Nationi placuerit, ordinandi. Intentionis tamen
» noſtræ non exiſtit alicui noſtrorum Statutorum per præſentes derogare, niſi in
» quantum præſenti ſtatuto videantur obuiare. In quorum omnium teſtimonium
» & munimen præſentes mandauimus & fecimus ſigilli noſtri communis appen-
» ſione communiri, præſentibuſque honorandis & circunſpectis viris MM. Io.
» de Dyodena, Bachalario io Theologia, Iacobo dicto Iuueois, Ioanne de Tre-
» lon, Petro de Ripa, Nicolao de Iongheti, Ioanne dicto Walties, Ioan. de
» Dunghen, Io. de Chymaco, Io. de Ponce, Godefrido de Bleſia, Oſtooe de
» Villa Regentibus & non Regentibus pluribuſque alijs Magiſtris noſtræ Natio-
» nis fide dignis ſuper præmiſſis, vt præfertur, ſpecialiter conuocatis.

Eodem anno die 24. Martij electus eſt in Rectorem M. Ioannes de Behe Brabantinus: qua de re ſic legitur in libro Rectoris f. 146. recto. Anno D. 1372. die 24. menſis Martij electus fuit *in Rectorem Vniuerſitatis Pariſienſis M. Ioannes de Behe Brabantinus, Leodienſis Diœceſis: & fuerunt intrantes Lambertus de Marchia,*

Digitized by Google

Iacobus Vincent, *Thomas Mielle & Marcilius de Inghen Gallicanæ, Picardiæ, Norm. & Anglicanæ Nationum*, iſte Marcilius olim Rector, tunc erat Romæ cum ſchiſma exortum eſt in Eccleſia ob electionem Vrbani VI. anno 1378.

Festum Præsentationis B Virginis institutur.

Hoc anno primùm inſtitutum eſt in Francia Præſentationis B. Virginis in Templo Feſtum, hac occaſione. Cum Philippus de Maſſeriis vulgò de Maiſieres, nobilis Picardus ex agro Sangterrenſi ortus, Regni Cyprij ſub Petro de Luſignano Rege Cancellarius, poſt obitum Petri Auenionem ad Gregorium Legatus veniſſet, inter cætera Papæ obtulit Officium prædicti Feſti, quale erat in vſu apud Græcos & in Oriente, poſtulauitque Feſtum illud in Occidente quoque celebrari. Gregorius examinato per viros Doctos & DD. Cardinales Officio, habitoque ſuper ea re eorum conſilio Feſtum prædictum inſtituit; illudque 21. Nouemb. anni 1372. in Baſilica Minoritarum Auenionenſium tum primum celebratum, qua decuit ſolemnitate. Tota huius rei hiſtoria ex Epiſtola Philippi erga B. Virginem toto animo affecti intelligitur, quæ legitur in libello excuſſo Metis anno 1638.

Vniuerſis in Domino fidelibus, maximè Chriſtianis Occidentalibus Philip- «
pus de Maſeriis Picardiæ miles infimus, Regni Cypri indignus Cancellarius vo- «
catus, ac glorioſæ Virginis Mariæ zelator abortiuus ſententias irati ſummi Iu- «
dicis per Mariam euadere & ad vitam ſempiternam peruenire. Exclamare ple- «
rumque compellitur dolorem omnem & mala Gentis noſtræ in lucem ad me- «
moriam reducere. Dicant igitur nunc cum lachrymis qui redempti ſunt à Do- «
mino Ieſu. Væ nobis Chriſtianis rubor in facie & liuor infamiæ, quia non ſunt «
occultata hodie à filiis alienigenarum Infidelium qui in circuitu noſtro ſunt, «
mala inexplicabilia Chriſtianis à Deo inflicta, peccatis hæc impetrantibus. «
Quantæ nempe peſtilentiæ, ſeditiones, mortalitates, guerræ, proditiones «
& hæreſes temporibus noſtris inſurrexerunt, maximéque ad plagam Occiden- «
talem, patet intuenti. «

Flagellauit etenim Deus & continuè flagellat Chriſtianos qui ad mortem, «
qui ad gladium, qui ad famem, & captiuitatem, Ieremiâ prædicente & verè «
cum Bernardo ad Oſtienſem, Prænestinum & Tuſculanum Cardinales ſcriben- «
te. Hodie non immerito dici poteſt, Sapientiam vincit malitia, adduntur «
vbique cornua impiis & exarmatur Iuſtitiæ zelus, & non eſt qui facere bonum «
non dico velit, ſed poſſit. Superbi iniquè agunt vſquequaque & nullus audet «
contra mutire, & vtinam vel ignorantia tuta eſſet, & juſtitia ipſa ſibimet ſuf- «
ficeret defenſioni. Hæc ille, &c. «

Ad hunc annum legitur in Codice MS. membranaceo qui pro Titulo habet *De Temporalitatibus*, cuius mihi copiam fecit D. d'Herouval, litem interceſſiſſe inter Epiſcopum Pariſienſem & Inquiſitorem hæreticæ prauitatis occaſione cujuſdam Iudæi Chriſtiani ad Iudaïſmum relapſi, titulus eſt des Herezes.

Monte de Siluanecto erat incarceratus in Caſtelleto, quia fuerat ad fidem «
conuerſus, & tamen poſtea ſe geſſerat pro Iudæo, provt antea erat. Inquiſi- «
tor authoritate Apoſtolica requirebat ſibi reddi pro inquirendo de dicto crimi- «
ne & cognoſcendo. Epiſcopus Pariſienſis petebat ſibi reddi cum eſſet Iudex «
Ordinarius Iuriſdictionis ſpiritualis Ciuitatis & Diœceſis Pariſ. aut ſaltem cum «
dicto Inquiſitore redderetur pro cognoſcendo. Per Arreſtum Curiæ traditus «
fuit Epiſcopo Pariſienſi & Inquiſitori ſimul pro faciendo & ordinando adinui- «
cem de dicto Monte quod juſtum foret. 15. Ian. 1372. «

Viſa Sententia data pro dicto Monte per Inquiſitorem & Officialem Pariſ. «
ſimul abſolutiua, Curia omne impedimentum appoſitum in corpore & bonis «
dicti Monte leuauit & mandauit Bailliuo Siluanectenſi vt ſibi ſua bona reſtitue- «
ret. 15. Iunij 1374 Sic cauetur inter Litteras huius Parlamenti. Ex his patet tum «
fuiſſe in Francia Inquiſitores hæreſeon à ſummis Pontificibus conſtitutos. «

Anno 1373. Gregorius XI. Ordinem Eremitarum ſancti Hieronymi à non- « 1373.
nullis eximiæ ſanctitatis viris Italis Inſtitutum confirmauit. Et eodem anno «
S. Brigitta Sueca Romæ obiit ſeptuagenaria, octo liberorum mater, qui om- «
nes ſanctitate vitæ conſpicui fuerunt, omneſque poſt mortem inter Cœlites re- «
lati. Fuit illa Diuinis reuelationibus celebris. Filiam habuit Catharinam Senen- «
ſem, etiam virtutibus inſignem, quæ Eghardum virum Nobilem ad nuncu- «

pandum Deo Caſtitatis votum adduxit, ipſaque Ordinis Monialium, quem Mater inſtituerat, habitum ſumpſit.

Eodem anno obiit inſignis Iuris Canonici Doctor Stephanus Pariſienſis, aliàs de Piſſiaco, Epiſcopus Par. & Cardinalis ſancti Euſebij, obiit autem Auenione 16 Kalend. Nouemb. cuius tumulo ante maius Altare Cathedralis inſculptum eſt hoc Epitaphium.

Stephanus hic Sedis Romanæ Collateralis
Deſertis terris ſpe ſanctis jungitur alis.
M. C. ter ac anno tribus aucto ſeptuageno
Octobris decimâ ſexta Domini quoque primâ
Clauditur hoc lapide lux Iuris Pariſiorum
Paſtor voce, fide Dux Regis Conſiliorum,
Fautor egenorum, damnans hereſes Reproborum.

Ei ſucceſſerat in Sede Pariſienſi Aimericus de Maignac Lemouicenſis, libellorum ſupplicum Magiſter ex Decano eiuſdem Eccleſiæ, anno 1368. Et hoc anno intereſt Dedicationi Capellæ Nauarricæ cum aliis plurimis Prælatis: vt habetur in tabella eiuſdem Capellæ, quæ à dextra eſt ingredientibus per valuas ipſius: in qua hæc verba leguntur. Anno Domini 1373. die Dom. quæ fuit 16. menſis Octob. Indictione 11. fuit hæc Capella dedicata per Reuerendum in Chriſto Patrem Dominum Petrum de Villaribus tunc Epiſcopum Niuernenſem in honore ſanctæ Trinitatis, Victorioſiſſimæ S. Crucis Chriſti, glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, B. Ludouici Francorum Regis, B. Catharinæ Virginis totiuſque Curiæ ſupernorum Ciuium. Inſuper quinque Altaria per eundem conſecrata ſunt, pretioſis in eis SS. Reliquiis incluſis. Præſentibus ven. in Chriſto Patre D. Epiſcopo Nannetenſi Hugone Boileauë, Subeleemoſynario Regis, Hugone de Rora Domino Cameræ Compotorum, *Simone Freron Magiſtro Principali huius Collegij, M. de Crenoyo Magiſtro Artiſtarum, Guidone Guerini Magiſtro Grammaticorum, cum Theologis, Grammaticis, Capellanis & Clericis eiuſdem*, adſtante multitudine maxima Cleri & populi, occaſione cuius Reuerendi in Chriſto Patres, idem D. Petrus Niuernenſis, Ioannes Nannetenſis & Aimericus Pariſienſis eiuſdem loci Ordinarius, Pontifices conceſſerunt quilibet 40. dies Indulgentiæ deuotè ipſam Capellam viſitantibus, verè pœnitentibus & confeſſis.

DEDICATIO CAPELLÆ NAVARRICÆ.

Eodem anno hi fuerunt ſucceſſiuè Rectores Academiæ Pariſienſis. Magiſtro quidem Ioanni de Behe Brabantino die 24. Martij electo, ſuffectus eſt die 24. Iunij M. Guill. Cheuenardi Trecenſis Magiſter in Artibus & Scholaris in Theologia. Eidem 11. menſis Octobris ſuffectus M. Ioannes de Roncuria de Natione Gall. Tullenſis Diœc. qui, vt habetur in antiquo libro Rectoris, *Fecit præcedentem librum Rectoriæ cooperiri pelle rubea ponendo noua firmacula.*

Die 16. Decembris prædicto Ioanni ſubrogatus eſt M. Guillelmus Gorrien ſeu de Gorran Normanus Rotomag. de quo ſic habetur in prædicto libro Rectoris. Anno Domini 1373. 16. die menſis Decembris electus fuit in Rectorem Vniuerſitatis Pariſ. M. Guill. Gorrien de Natione Normaniæ Rotomagenſis. In cuius Rectoria fuit Arreſtum datum in Parlamento ſuper emenda tam honorabili quàm pecuniaria à Roberto de Puincomo Armigero & à quodam ſibi ſeruiente facienda Vniuerſitati & M. Simoni de Ceruoy, quæ debebat fieri in pleno Parlamento die Lunæ poſt *Lætare* eiuſdem anni. De qua emenda pecuniaria ſumma aſcendit ad 120. Francos adiudicatos Vniuerſitati, ita quod prædictus Armiger ſoluat centum, & Seruiens ſuus 20. Quam ſummam recipere debet ſequens Rector.

Eodem anno Natio Gallicana per ſuum Procuratorem *M. Lucam du Ruad*, & quinque Tribuum Decanos *Hebertum Courtois, Petrum de Seillenay, Nicolaum de Soiſſons, Guill. le Dos & Petrum de Luques* emit quandam Domum in vico ſtramineo ab executoribus Teſtamentariis M. Dionyſij Fardelli olim Notarii

Curiæ

Curiæ Officialis Pariſienſis, quam in rem confectum Inſtrumentum extat in Antiquo libro Procuratorum ipſius Nationis.

Anno 1374. emerſerunt quidam Hæretici in Academia Pragenſi apud Bo- 1374.
hemos, Ioannis Huſſi Præcurſores: inter alios verò Malleſius quidam Canonicus Pragenſis aſſeruit iam Antichriſtum veniſſe in mundum: in Papa, in Cardinalibus & in Epiſcopis nullam reſidere pietatem, nullam veritatem; ſed ſe ſolum & eos qui ſibi adhærebant, docere quæ tenenda, quæ facienda eſſent. Ex ijs initijs ſumpta libertas loquendi de abuſibus Curiæ Romanæ, de vitijs ſacerdotum, deque eorum faſtu & ſuperbia: vnde ſenſim in apertam hæreſim prolapſi ſunt Pragenſes duce Ioanne Huſſo, vt ſuo loco dicetur.

Eodem tempore prodijt in lucem *Somnium Viridarij* de Authoritate Regia & Sacerdotali. In quo Clericus & Miles interloquuntur, & vterque partis ſuæ cauſam potiorem eſſe & præualere conatur demonſtrare.

Eodem anno obijt Franciſcus Petrarcha Poëta Laureatus anno ætatis 70. Archidiaconus olim Parmenſis & Canonicus Patauinus. Cuius exequias celebrarunt Epiſcopus, Princeps, Academia & tota Ciuitas Patauina. Laudationem habuit Bonauentura Peraginus, Eremita Auguſtinianus, & paulò poſt Prior Generalis creatus.

Die 10. Octob. huius anni electus eſt in Rectorem M. Nicolaus Cuſſangego Nat. Gall. Diœceſis Lugdunenſis, qui vt habetur in libro Rectoris, *fecit nouam catenam argenteam ſigillo Rectoriæ apponi.*

Eodem anno Picardica Natio ſtatuit de modo eligendi ſuos Officiarios: quod ſtatutum legitur in antiquo libro Procuratorio ſub hoc titulo. *Stattuum de modo eligendi Officiarios Nationis.*

Statutum de Officiariis Nationis Picardicæ.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Omnes Magiſtri Facultatis Artium tam Regentes quam non Regentes Nationis Picardicæ ſtudij Pariſienſis ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam experientia rerum Magiſtra edocente didicimus quod damnandæ ambitionis improbitas quorundam Magiſtrorum dictæ noſtræ Nationis animos in tantum excœcauit, vt cum per oſtium veræ Electionis ad Officia Nationis noſtræ aſſumi nequeunt, ſeu veriſimiliter dubitant, aliunde tanquam fures & latrones exquiſitis fraudibus ad eadem Officia intrare ſatagunt & nituntur, cum nunc per ſeipſos, nunc per interpoſitas perſonas apud Procuratorem vt ipſos ad huiuſmodi Officia nominet, vel apud alia ipſius Nationis ſuppoſita, vt vota ſua in electione facienda in ipſos dirigant, inſtant illicitis practicationibus & precibus importunis, propter quod libertas eligendi à pluribus præſertim Iuuenibus impeditur, ac inducuntur frequenter ad dirigendum vota ſua contra eorum conſcientias in minus idoneos, qui huiuſmodi Officijs licet immeriti præficiuntur in dictæ Nationis ac ſuppoſitorum ſuorum ſcandalum, detrimentum non modicum & iacturam. Hinc eſt quod tantis fraudibus in quantum poſſumus obuiare volentes, ac id de cætero diſtrictius prohibentes ſtatuimus & ordinamus, vt ſi quis pro ſe aut pro alio apud Procuratorem vel alium quemcunque vt ad aliquod Officium Nationis noſtræ nominetur, eligatur, aut aliter quomodolibet promoueatur, ſeu vt voces vel vota Magiſtrorum ſibi impetret, vel quod continuetur in Officio ſi quod obtineat, verbis, ſcriptis, vel ſignis per ſe vel per alium interceſſerit, inſtitit, ſupplicauit, vel quomodolibet laborauit, ſit eo ipſo ad omnia Officia Nationis inhabilis per vnum annum, præterea iuxta qualitatem exceſſus dictæ noſtræ Nationis arbitrio puniendus. Volentes nihilominus, vt cum quem per ſcrutinium ad huiuſmodi Officium eligi contigerit, quod Scrutatores ad hoc Deputati Iuramento eorum adſtricti ſint, vt ab omnibus, qui coram ipſis compareant ad vota ſua ipſis nuncianda, iuramentum capient, quod in tales quos nominabunt, vota ſua non dirigent pretio, precibus, aut alia quacunque illicita inſtantia inducti, ſed ſolum zelo Iuſtitiæ ac honoris & vtilitatis Nationis. Demum Serutinio publicato vel ſi etiam quis abſque ſcrutinio concorditer electus fuerit, Procurator illum qui plures voces habuerit, vel in quem omnes vt præmittitur, conſenſerint, ante omnia iurare faciat, quod pro huiuſmodi Officio hac vice non inſtitit pretio, precibus, verbis, factis aut aliter qualitercunque. Et ſi Officium forte fuerit, quod aliquando continuari conſuetum eſt, quod pro huiuſmodi Officij continuatione per ſe vel per alium non ſupplicabit, nec

» quomodolibet inſtabit. Quæ omnia prædicta nedum ad illa quæ ſecundum antiqua ſtatuta Nationis noſtræ Officia nuncupantur, ſed ad alia etiam ipſius Nationis miniſteria, vt pote ad Officia Intrantium pro eligendo Rectore, Nunciorum ad Curiam Rom. deſtinandorum, Examinatorum S. Genoueſæ & Determinantium, & ad omnia alia Officia ſeu Deputationes tam maiores quàm minores, ad quas iuxta ritum & conſuetudinem dictæ noſtræ Nationis quis per ſcrutinium eligi ſeu aſſumi poteſt, referri volumus & extendi. Noſtræ tamen intentionis non exiſtit, quin Congregatione ad prouidendum huiuſmodi Beneficijs facta & Natione per Bedellum ad Procuratorem more ſolito vocata, hi qui iuxta ſuas conſcientias in huiuſmodi Officijs ad honorem & vtilitatem Nationis ſe profuturos crediderint ſeipſos poſſent coram Procuratore & Natione publicè præſentare, & ad huiuſmodi Officia obtinenda promptos ſi Nationi placeat, ſe offerre. In quorum omnium teſtimonium & munimen præſentibus litteris ſigillum dictæ noſtræ Nationis duximus apponendum. Datum & actum apud S. Iulianum Pauperem Natione ad ſtatuendum debitè ac ſolemniter vt moris eſt, conuocata, præſentibus venerabilibus & diſcretis viris MM. Ioanne Waltier Receptore, Io. Bourdone, Io. de Trelon, Io. de Bche, Ingerano Iuuenis, Petro Moyart, Michaële Danchart, Io. Calui, Guill. de Roka, Ioan. Comitis, & pluribus alijs Magiſtris dictæ Nationis, anno Domini 1374. die penultima menſis Martij.

1375. Anno 1375. Florentini aduerſus Gregorium & Sedem Apoſtolicam inſurgunt infinitaque prope modum ſcelera & flagitia perpetrant, Eccleſiæ bona diripiunt, multaſque vrbes ad defectionem hortantur. Gregorius de acceptis iniurijs Regem Carolum admonet. Illi ſuos etiam ad ipſum Legatos expediunt, & de Pontifice ſimiliter conqueruntur litteris ad eum datis Florentiæ die 12. Octob. his verbis, *Tacuimus, Illuſtriſſime Principum, & honeſto, imo mæſto ſilentio crudeliſſima vulnera quibus transfixi fueramus intrinſecus, diſſimulanda cenſuimus.* Princeps Legationis erat Donatus de Barbadoris vtriuſque Iuris Profeſſor, Regemque Aureliæ conuenit, & ſuorum innocentiam perſuadere conatur aſſumpto hoc themate. *In te Domine ſperaui, non confundar in æternum, in Iuſtitia tua libera me.* Die 25. Iulij an. 1376.

Hiſce temporibus Nouatorum quorundam ſerpebat hæreſis in Delphinatu & locis vicinis: ad quam euellendam Pontifex miſit Inquiſitores fidei. Verum illis parum proficientibus, quia Regnum Gallicanum Inquiſitionem non facilè admittit, nec Gubernatores Delphinatus à Rege conſtituti fauorem auxiliumque præſtabant, ſcripſit ad Regem, vt ijs mandaret tam neceſſario operi fauere.

De Inquiſitione fidei in Francia. » Gregorivs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ Illuſtri S. & Apoſt. bened. Zelus Catholicæ fidei & tui honoris & meriti nos inducit, vt pro defenſione dictæ fidei, præſertim in tuis partibus deuotionem Excellentiæ Regiæ fiducialiter requiramus. Quare ex Dilecti filij Inquiſitoris hæreticæ Prauitatis Partium Delfinatus Vienneuſis expoſitione didicimus, quod in dictis partibus Hæreticorum multitudo copioſa conſiſtit, quos nonnulli Nobiles partium earundem poſtpoſito Dei timore fouentes non permittunt eundem Inquiſitorem procedere contra illos, & quod Dilectus filius Nobilis vir Gubernator Delfinatus eiuſdem contra tales de fauore ſui officij requiſitus, illum impendere negligenter omittit: propter quæ multiplicantur execrabiles hæreſes & hæreticorum inficientium illas & vicinas Patrias numerus, proh dolor: continuè adaugetur. Vnde ſi ſuper ijs cum tuæ deuotæ Celſitudinis auxilio, ſine quo non poteſt Iuſtitia miniſtrari, celer & efficax remedium non apponatur, in omnibus dictis partibus & etiam Regno vepres & ſpinæ hæreticalium errorum poſſent citò ſuccreſcere, non de facili euellendæ in periculum animarum grauiſſimum & obnubilationem Claritatis Catholicæ, ſinceritatis fidei Orthodoxæ quam tui Chriſtianiſſimi & inclyti Progenitores non ſolum defenderunt viriliter, ſed magnificè extulerunt. Ea propter Regiam Maieſtatem requirimus inſtantiuſque rogamus, quatenus ſuper præmiſſis tam deuotè quàm feruenter & efficaciter atque celeriter non ſolum litteralibus mandatis, ſed nuncijs & Executoribus feruentibus, audacibus &

deuotis ad dictas partes per te mittendis provt tanta materia exigit, prouidere feſtines, quod exinde tua multiplicentur merita apud Deum & præconium in hoc Dei negotio, quod cuncta præcellit, glorioſius extollatur, & nos contra Nobiles & alios tuos ſubditos defendentes & fouentes eoſdem hæreticos, exigente Iuſtitia quam nullo modo poſſimus omittere, procedere non cogamur. Cæterum vt contra huiuſmodi hæreticos & fautores eorum efficacius procedatur, venerabilem fratrem noſtrum Antonium Epiſcopum Maſſanen. Apoſtolicæ Sedis Nuncium, harum latorem, ad dictas partes dirigimus, cui velis tuam aſſiſtentiam adhibere in conſilio ac auxilio & fauore ac credere indubiè ea quæ de præfatis ex parte noſtra tibi duxerit referenda. Datum Auenioni Nonis Maij anno 5.

Quia verò veritus eſt Pontifex ne non ſatis aſſentientem huic rei Regem haberet, ſcripſit quoque ad Aymericum de Maignac Epiſcopum Pariſienſem, vt quâ valebat gratiâ apud ipſum, eâ vteretur ad eum inducendum vt Inquiſitioni quam inſtituere volebat, aſſenſum præſtaret & fauorem.

Gregorivs.... Venerabili fratri Epiſcopo Pariſienſi Sal. & Apoſt. bened. ijs diebus cùm in noſtra fuiſti præſentia, tuæ fraternitati narranimus ea quæ nobis erant relata de multis Hæreticis in Delfinatu Viennenſi morantibus & de fauore Nobilium dicti Delfinatus qui præſtabatur eiſdem, ac etiam de negligentia dilecti filij Nobilis viri Gubernaroris Delfinatus eiuſdem non curantis contra eoſdem hæreticos fauere dilecto filio Franciſco Borelli ſacræ Theologiæ Magiſtro, Inquiſitori hæreticæ prauitatis in illis partibus conſtituto, *& tibi commiſimus provt noſti, quod Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Regi Franciæ Illuſtri hæc ex parte noſtra exponeres viua voce, vt ſuper eis debitè prouideret.* Nunc autem eidem Regi ſcribimus ſecundum tenorem præſentibus interclusum, & litteras noſtras dicti tenoris cum ijs mittimus alligatas, vnde ipſas litteras eidem Regi præſentes ac ſollicites, *quod tam pio ac vrgenti fidei Orthodoxæ negotio mittat celeriter nuncios zelantes & litteras opportunas; alioquin contra dictos Gubernatorem & Nobiles procedere cogeremur. Datum Auenione.*

In eandem rem ſcripſit Archepiſcopis & Epiſcopis illarum partium, nobilibus quibuſdam & præſertim Carolo de Banvilla Delphinatus Pro-Regi, hoc modo comminatorias miſit litteras & increpatorias in hunc modum.

Gregorivs..... Dilecto filio Nobili viro Carolo Domino de Banvilla Militi Gubernatori Delfinatus Viennenſis Sal. & Apoſt. bened. Ex dilecti filij Inquiſitoris hæreticæ prauitatis partium Delfinatus Viennenſis expoſitione didicimus, quod in dictis partibus hæreticorum multitudo copioſa conſiſtit, quos nonnulli Nobiles partium earundem poſtpoſito Dei timore fouentes non permittunt eundem Inquiſitorem procedere contra illos, adeo quod nonnulli hæretici anno iſto contra Iudicium ſeu Officium dicti Inquiſitoris publicè rebellarunt; & quod tu contra tales de fauore tui Officij requiſitus, illum impendere negligenter omittis, propter quæ multiplicantur execrabiles hæreſes & hæreticorum inficientium illam & vicinas Patrias numerus, proh dolor! continuè in periculum animarum grauiſſimum, & Regij ac tui honoris non modicum detrimentum adaugetur. Quare Nobilitatem tuam requirimus, rogamus & hortamur attentè; nihilominus tibi per Apoſtolica ſcripta mandantes quatenus præteritam negligentiam ſic emendare procures, eidem Inquiſitori contra quoſlibet Hæreticos & ſuſpectos de hæreſi ac contra quoſlibet Nobiles & alios fautores & defenſores eorum tui auxilij & fauoris brachium promptè ac efficaciter impendendo, ac in ijs quæ ad tuum ſpectant officium fideliter obediendo iuxta Canonicas ſanctiones, quod non oporteat Nos qui pati tantum diſcrimen dictæ fidei non debemus, contra tuam huiuſmodi negligentiam nimium vtique periculoſam aliud remedium, quod non poſſemus nec deberemus omittere, provt ad noſtri Apoſtolatus ſpectat Officium, adhibere; & ſi hoc contemneres agere, magnum procul dubio incurreres periculum ſtatus tui. Cæterum vt contra huiuſmodi hæreticos & fautores eorum efficacius procedatur, &c. vt in Ep. ad Regem.

Ex ijs paret quam ægrè fuerit ijs temporibus recepta in Regno Gallicano Inquiſitio; quam ſi quando qui à Summis Pontificibus miſſi ſunt exercuerunt,

vtique nacti ſunt occaſionem turbulentorum temporum: vixque vnquam bene cum eis coouenit Vniuerſitas Pariſienſis, vt ex hiſtoria patebit.

Eodem anno Carolus Rex cognomento ſapiens in Parlamento Pariſienſi frequentiſſimo Principum & Prælatorum legem tulit de Majoritate Regum ad aonum ætatis 14. idem ſapieotiſſimus Princeps Præſentationis B. Virginis Feſtum in Francia inſtitui voluit hoc anno datis Litteris ad M. Nicolaum de Arceiis Epiſcopum Autiſſiodorenſem fideliſſimum tunc ſubditum & amicum: item ad Magnum Collegij Nauarrici Magiſtrum & Scholares, quæ tales ſunt ex MS. San-Victorioo notato hiſce characteribus 478.

De Feſto Præſentationis ad Coll. Navarricum.

Carolus Dei gratia Francorum Rex dilectis noſtris *Magiſtro & Scholaribus* » *Domus noſtræ Scholarium de Campania Pariſius in Monte S. Genoueſæ fundatæ ſalu-* » *tem in eo qui non ceſſat Matrem honorare in terris.* Inter cætera quæ ſolicitudi- » ois noſtræ cura quotidiana diligenti meditatione reuoluit, illud occurrit no- » ſtræ conſiderationi præcipuum, qualiter B. Virgo & Imperatrix Sanctiſſima à » nobis colatur, affectuque maximo & debitâ veneratione laudetur. Ad eius ſi- » quidem exaltationem & gloriam ex debito iocitamur; & oculos mentis ooſtræ » ad eam ſurſum erigimus, vtpote quia eſt omnium ſingulare præſidium. Et » ipſam puro corde colentibus apud benedictum ſuum filium potentiſſima media- » trix. *Cum itaque ſicut nouimus, veſtra deuotio in laudem ipſius Virginis ſolicitè fer-* » *ueat, veſtræ deuotioni harum ſerie præſentium nuntiamus dilectum*, & fidelem Mili- » tem & Conſiliarium noſtrum Philippum de Mazeriis Cypri Cancellarium to- » tum eidem Virgini deditum in noſtra præſentia piè inter alia recitaſſe, quali- » ter in partibus Orientalibus vbi per multa tempora moram traxit, Feſtum Præ- » ſentationis B. Mariæ Virginis in Templo à ſuis pareotibus, dum ipſa adhuc in » triennio exiſteret, 21. die menſis Nouembris anno quolibet ſolenniter celebra- » tur, ipſeque perpendens quod in Eccleſia Occidentali lateret tanta ſolennitas, » dum certo tempore ad Summum Pontificem Ambaſſiator cariſſimi conſanguinei » noſtri illuſtris Ieruſalem & Cypri Regis exiſteret, ſolennitatem eiuſmodi eidem » Summo Pontifici enarrauit. Officium de ipſa ſolẽnitate muſicè notatum humili- » tate quâ decuit, ſpecialiter offerendo. Qui quidẽ Summus Pontifex poſt exami- » nationem multiplicem tam per ipſum quam per nonnullos Cardinales alioſque » Prælatos & Magiſtros in Theologia ſuper dicto Officio de mandato ſuo habi- » tam in laudes Virgiois prorumpens celebrare dictum Feſtum in Rom. Curia to- » lerauit miſericorditer ac permiſit. Et ſic dictâ die celebrata fuit dicta ſolenni- » tas in eadem Curia aſſiſtentibus Cardinalibus & Prælatis aliis pluribus, popu- » loque vtriuſque ſexus in quantitate maxima congregato. Quare præfatus Phi- » lippus exultans in Domino nobis memoratum Officium humiliter præſentauit, » quod ſuſcipiens vehementi gaudio dictum Feſtum 21 die menſis Nouembris » nuper per dilectum & fidelem noſtrum Petrum Abbatem Monaſterij Coochen- » ſis Sedis Apoſtolicæ in his partibus tunc Nuncium & Decretorum ſolennem » Doctorem, qui etiam Abbas multum eleganter prædicauit ipſa die ip ooſtra » præſentia vocatis & præſentibus multis Prælatis, Baronibus & Nobilibus, in » Capella noſtra ſolemniter celebrari fecimus, ſicut & idem proponimus facere » dicta die annis etiam ſingulis Deo auxiliante durante curriculo vitæ noſtræ & » Regni noſtri excitare fidelem populum ad ſolennizationem huius Feſti. *Igitur* » *dictum Officium ad cumulum Gaudiorum veſtræ deuotioni tranſmittimus, vos hortantes* » *quatenus dictam ſolennitatem ad gloriam dictæ Virginis faciatis celebrari. Nam nihil* » *eſt poſt Deum vtilius memoria Matris eius, condignumque ab ea pro tanto honore habe-* » *bitis præmium.* Datum apud Meledunum 10. Nouemb. 1375. & regni noſtri » vndecimo.

1376. Eodem die eodemque loco dedit eiuſdem tenoris Litteras Dilectis Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ de Meleduno Senonenſis Diœceſis. Item Nicolao Epiſcopo Autiſſiodorenſi, Pariſius 10. Febr. 1375.

Ad annum 1376. narrat Wadinghus plurimos ſui Ordinis viros, Academiæ Pariſienſis alumnos ad Magiſterium in Theologia fuiſſe promotos. Arnoldum Grillæ, Thomam de Riſſy Vicarium Generalem in Regno Scotiæ, Baccalaureum Pariſienſem, poſt profeſſionem 4. annorum, Vpertum de Halueſnahen Baccal. item Pariſ. Oxonienſem & Cantabrigienſem, Nicol. Baldacre Eugubi-

num in ſtudiis Pariſienſi & Bononienſi Baccal. Ioannem de Latone Gerundenſem, cui ante diximus indictum ſilentium circa ptopoſitiones aliquas de Euchariſtia, de quo extant hæ Gregorij Litteræ ad Cancellarium Pariſienſem.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Cancellario Pari- «
ſienſi ſalutem Apoſtolicam & benedictionem, Viri Sacræ Lectionis .. cum itaq; «
ſicut accepimus, Dilectus filius Ioannes de Latone de Gerunda Ordinis Fratrum «
Minorum Profeſſor in ſacra Theologica Facultate in plutibus ſtudiis iuxta mo- «
rem dicti Ordinis, *poſtquam de ſtudio Pariſienſi, in quo in Facultate ipſa laudabiliter* «
ſtuduerat, per plures annos viriliter legerit & adeo Doctrina profecerit, quod ſe dignum «
reddidit ad obtinendum honorem Magiſterij in eadem, Nos volentes eundem Ioan- «
nem propterea fauoribus proſequi gratioſis, ipſius in hac parte ſupplicationi- «
bus inclinati Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ip- «
ſum Ioannem ad legendum librum Sententiarum in ſtudio Pariſienſi prædicto «
in vacationibus in proxima futura æſtate, ſi eum ad hoc idoneum eſſe repere- «
ris, ſuper quo ei tenore præſentium licentiam elargimur, authoritate Apoſto «
lica admittas & admitti facias vt eſt moris, contradictores, &c. deinde eiuſmodi «
lectura completa ſi dictus Ioannes per tuam & aliotum examinationem dicti «
ſtudij reperiatur idoneus, ſeruatis ſolennitatibus conſuetis ptouidè promoueas. «
Datum apud Villam-nouam Auenionenſ. Diœc. 8. Id. Iulij an. 6. «

Eodem anno in Vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ electus eſt in Rectorem M. Guillelmus de Gardino vel Gardinon Normanus, in cuius Rectoria, vt habetur in libro Rectoris, *fuit priuatus Guill. de Boudeville ſe gerens pro tunc Officialem Pariſ. propter demerita ipſius.*

Hæresis Vvicleffi.

Hoc quoque anno exardeſcete cœpit in Anglia, præſertim verò Oxoniæ hæreſis Ioannis Wicleffi, quæ hunc ortum habuiſſe fertur. M. Ioannes Wicleffus Doctor Theologus in Academia Oxonienſi Rector Eccleſiæ Lurtleworth Lincolnienſis Diœceſis iratus Pontifici, quod eius decreto à præfectura Collegij Cantuarienſis in Vniuerſitate Oxonienſi, quam contra Interdictum Archiepiſcopi, contra fas iuſque inuaſerat, dejectus fuiſſet, arreptâ occaſione alienationis animorum, quæ tunc erat in Anglia à Romano Pontifice proptet Beneficiorum non ſatis æquas collationes & pecuniarum exactiones, ſcripſit aduerſus Papæ principatum & anthoritatem, eamque longè infra Regiam depreſſit. Præſertim verò in exactiones eius immodicas inuectus eſt, inſatiabilemque Romanorum Legatorum ambitionem ingluuiemque maternâ & Latinâ linguâ plurimum accuſauit. Quæ doctrina ſparſa in vulgus placuit, nec populo ſolùm, ſed Procetibus Regni & plurimis etiam Eccleſiæ Prælatis & inferioribus Sacerdotibus, qui bonorum Eccleſiaſticorum deprædationem eiuſmodi moleſtè ferebant.

Initio quoque complures docti viri eidem publicè patrocinati ſunt, vt colligimus ex Thomæ Waldenſis Carmelitæ ſcriptis: atque imprimis illi fauebant Oxonienſes Theologi & Proceres Academici, Robertus Ridge Cancellarius Vniuerſitatis, MM. Ioannes Huntman & Gualterus Daſhe Procuratores Nationum, Laurentius Redman, Thomas Brithwel, Dauid Gotrey, Nicol. Herforde, Philippus Repington, Ioan. Aſton, Ioan. Asheuuarby, Ioan. Puruy, Richardus With, Guill. Tamys, Guill. Havulam legiſperiti, & alij plures. Eidem de Magnatibus fauebant Edvvardus Angliæ Rex, Ioannes filius Lanclaſtriæ Dux, Ludouic. Clyfforde, Eques, Guill. Neuylle, Ioan. Clenbovu, Richardus Sturry, Thomas Latymer, Ioannes Montagu, qui in ſua Ditione ſuſtulit Sanctorum Imagines; & alij multo plures.

Ex aduerſo pugnabant complures Epiſcopi, Abbates & alij Prælati, nonnulli quoque optimates, qui quò Doctrina iſta tenderet, proſpiciebant. Sed nulli vehementius & acrius quàm Mendicantes, & inter omnes maximè Dominicani & Carmelitæ. Illi Londini, hi Oxoniæ, qui ſuis Concionibus populum aduerſus Wicleffum & Wicleffiſtas concitare conabantur. Quod vt vidit improbus Hæreſiarcha, hincque & inde inſtructas ſic eſſe acies ſuâ cauſâ, audacius alias hæreſes longè impudentiores & deteſtabiliores ſpargere cœpit, communemque Hæreticotum omnium ſcopulum, Sacramentum Euchariſtiæ oppugnate. Quid verò inde ſecutum ſit, ad ſequentes annos referemus.

Eodem anno Gregorius priuſquam Auenione digreditur Romam verſus has dat ad Miniſtrum Generalem Ordinis Minoritarum Litteras, quibus concedit poteſtatem conferendi aliquibus idoneis Gradum Magiſterij in Theologia.

» Gregorius, &c. ſicut debetur benemeritis præmium & ſeruitiis gratitudo, ſic » etiam dignum reputamus & congruum vt illis, qui ſacræ Theologiæ ſtudio lon- » gæuis temporibus inſudarunt, laborum ſuorum honor debitus impendatur. » Cum itaque ſicut accepimus, in tuo Ordine ſint nonnulli Fratres qui ſacrarum » Litterarum ſtudiis dudum laborando adeo profecerunt, quod in huiuſmodi » Theologiæ Facultate Magiſterij gradum obtinere meruerunt; tuque in Ciuita- » te Aquileienſi Generale Capitulum tui Ordinis cum Dilectis filiis Miniſtris Pro- » uincialibus ac Cuſtodibus & Fratribus eiuſdem Ordinis celebrare debeas infra » breue, Nos volentes tuam honorare perſonam & per honorem tibi exhibitum » aliis prouidere, circunſpectioni tuæ de qua in his & aliis ſpecialem in Domino » fiduciam obtinemus, concedendi authoritate Apoſtolica in ipſo Generali Ca- » pitulo duobus ex huiuſmodi Fratribus prædicti tui Ordinis, quos ad hoc duxe- » ris eligendos, & qui per tuam & ſaltem 4. aliorum Magiſtrorum in dicta Fa- » cultate diligentem examinationem adhoc idonei & ſufficientes reperti fuerint, » ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Magiſterij honorem & docendi Li- » centiam in eadem Facultate ſeruatis Conſtitutionibus Viennenſis Concilij & » aliis ſolemnitatibus conſuetis: ita tamen quod ex hoc præfatus Ordo ad præ- » ſtandum aliquid ſic Magiſtratis pro ſuis expenſis vel aliis neceſſariis ratione dicti » Magiſterij vltra quam antea minimè teneatur, non obſtantibus quibuſcunque » Priuilegiis ac Statutis & Conſuetudinibus dicti Ordinis, ac etiam ſtudiorum » quorumcunque in quibus ſic Magiſtrandi ſtuduerunt, contrariis, iuramento, » confirmatione Apoſtolica vel quacunque firmitate alia roboratis, etiamſi de » illis & totis eorum tenoribus ſpecialis expreſſio, ac de verbo ad verbum eſſet in » præſentibus mentio facienda, quæ aliàs in ſuo robore volumus permanere, ei- » dem Circunſpectioni tuæ plenam & liberam tenore præſentium concedimus » facultatem. Datum Auenioni 6. Id. Maij an. 6.

De Licentia Magistrandi.

Ex his patet Licentiandi authoritatem impertiſſe Summos Pontifices iſtis temporibus, cuilibet pro libito. Hinc legimus in nonnullis Academiis Archiepiſcopos, vel Cancellarios hanc eius nomine, nempè authoritate Apoſtolica exercere Prouinciam. In Capitulis Generalibus, Miniſtrum Generalem aut alium quemcunque qui à Pontifice acceperit, eandem exercere: vt pluribus exemplis liquet, quæ apud Vvadinghum legere eſt. Et plura ipſe refert ad hunc annum; nimirum Fr. Ludouicum Franciſci Aſſiſiatem, qui multis annis Peruſij & Aſſiſij legerat, per manus Guillelmi ſancti Angeli Diaconi Cardinalis, in Italia Vicarij Generalis Gradum Magiſterij accepiſſe; Bartholomæum de Rinouencho Piſanum, qui Piſis & in aliis ſtudiis Generalibus docuerat, atque in vltimo Capitulo Generali Minoritarum deſtinatus fuerat, vt legeret libros Sententiarum Cantabrigiæ, per manus Thomæ Patriarchæ Gradenſis. Arnoldum Grillæ per Cancellarium Pariſienſem, Thomam de Riſſy per Gualterum Epiſcopum Glaſquenſem Auenione commorantem. Bernardum de Gariſono deſtinatum Lectorem Toloſanum per manus Fr. Arnaldi de Seranno, aliàs Sarnano Miniſtri Prouinciæ Aquitaniæ. Antonium Marcellini Anconitanum virum doctum & pium ad preces Vrbis Anconæ, per manus Leonardi Miniſtri Generalis. Nicolaum de Caſtro Bittonij Aſſiſinatis Diœceſis per manus eiuſdem. Ioannem Cremonenſem Lectorem Bononienſem per manus Thomæ Patriarchæ Gradenſis. Vpertum de Haluesnahen per manus Fr. Philippi Minoritæ Archiepiſcopi Caſſellenſis tunc Auenioni commorantis. Petrum Maiora Venetum deputatum à Capitulo Generali ad legendum in ſtudio Generali Peruſino per Ludouicum Donatum Venetum Cardinalem. Nicolaum Baldacre Eugubinum per manus Franciſci de Corneclano etiam Minoritæ Magiſtratos fuiſſe.

Hocce tempore grauis intercedebat inter Gregorium Pontificem & Florentinos diſcordia vt ante dictum eſt. Florentini pertæſi Rom. Pontificum Imperium, iugum excutere voluerunt, Romanoſque & alios Italiæ populos ad libertatem inuitarunt, ſed cum ab omnibus fuiſſent derelicti, Gregorius acerbiſſimas de

ijs pœnas exegit, Illi ad Regem Franciæ Carolum confugerunt, Carolus ad Papam Legatos miſit MM. Ioannem Fabri Abbatem S. Vedaſti Atrebatenſis, & D Ferricum de Metis legum Doctores. Quorum ille ad Pontificem verba habuit die 21. Aug. aſſumpto hoc themate. *Nos præcedentes Patres ſequimur, quia authore Domino ab eorum doctrina non diſcordamus.* Hæc ſunt verba cuiuſdam veſtræ Sanctitatis Prædeceſſoris nomine Gregorij 50. D. 1. *c. quia tua.* Quæ verba recipio tam pro veſtræ ſanctitatis perſona quàm pro Chriſtianiſſimo ſuo veſtro Rege Francorum Domino noſtro, &c.

Anno 1377 videtur reſtitutus fuiſſe in integrum M. Guillelmus de Boudeville Officialis Pariſienſis, quem anno præterito diximus priuatum fuiſſe ſuo munere ob ſua demerita, quamobrem lis intercedebat inter Epiſcopum Pariſienſem & Vniuerſitatem, quid verò peccaſſet Officialis, non habemus ex Regeſtis. Hoc tantummodo legitur ad hunc annum in libro antiquo Rectoris. 1377.

Anno Domini 1377. die 23. Iunij in Vigilia B. Ioan. Baptiſtæ facta congregatione Facultatis more ſolito apud S. Iulianum Pauperem ad eligendum nouum Rectorem per venerabilem & diſcretum virum M. Herucum Syluen, fuit electus in Rectorem Vniuerſitatis M. Vlricus de Conſtantia in Almania Nationis Anglicæ, qui multa habuit agere ſuper Impoſitionibus & ſuper vnitate pacis & concordiæ inter Epiſcopum Pariſienſem & eius Officialem & Vniuerſitatem.

Quod autem pax illa & concordia facta fuerit, ſaltem ad tempus, videtur colligi poſſe ex eo, quod M. Guidomarum Senis Magiſtrum in Artibus & Librarium Iuratum in Officialitatis Regeſtis inſcribi fecit 21. Octob. vt patet ex hoc inſtrumento.

Receptio Librarii ab Officiali Paris.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Officialis Curiæ Pariſienſis ſalutem «
in Domino. Notum facimus quod coram nobis, Ioanne Cardonis & Nicolao «
Charroois Clericis Notarijs noſtris Iuratis propter hoc perſonaliter conſtitutus «
M. Guidomarus Seois Magiſter in Artibus in Vico Nucum citra apud Pontem «
Pariſius commorans, ſtationarius Iuratus & vnus de 4. Librarijs Superioribus «
Iuratis ab Vniuerſitate Pariſienſi quoad taxandum, cognoſcendum & appre- «
tiandum libros Magiſtrorum & Scholarium cuioſlibet Facultatis, quotieſcun- «
que à dicta Vniuerſitate vel aliquo ab eadem ſeu quocunque alio requiſiti fue- «
rint, deputati, volens & cupiens ſub protectione Matris ſuæ Vniuerſitatis præ- «
dictæ viuere, & Officium Librariæ, ſtationariæ, & Officium prædictorum 4. «
Librariorum Superiorum Iuratorum bene & fideliter in villa Pariſienſi gerere. «
Nolens nec intendens aliquem Magiſtrum ſeu Scholarem per culpam & factum «
ipſius, damnum aliquod incurrere oec etiam detrimentum; nec quod Magiſtri «
ſeu Scholares dictæ Vniuerſitatis per amiſſionem, celationem vel taxationem, «
ſeu appretiatiooem librorum ſuorum ab ipſis eidem traditorum vel per eum «
cum alijs Iuratis taxatorum, per culpam vel dolum ipſius defraudarentur, vel «
in aliquo læderentur, vt dicebat, promiſit coram nobis per ipſius Iuramentum, «
quod dictum Officium ſtationariæ & librariæ in villa Pariſienſi bene & fideliter «
ac ſollicitè faciet & exercebit, ac libros appretiandos fideliter appretiabit & ta- «
xabit, ſecundum quod Iuſtitia ſuadebit & omnia alia dicto Officio annexa ſeu «
pertinentia fideliter faciet pro poſſe ſuo ſecundum quod hactenus in talibus eſt «
fieri conſuetum. Pro quibus omnibus & ſingulis adimplendis & etiam obſer- «
uandis dictus M. Guidomarus obligauit Domum ſuam de Vannis, vineas & re- «
ditus ſuos, ac omnia bona ſua heredumque ſuorum mobilia & immobilia præ- «
ſentia & futura. Et cum hoc Ioannes Corderij Cordobenarius iuxta ſcutum «
S. Gregorij in vico Citharæ, Martinus Adeſtre in Domo FF. Carmelitarum & «
eorundem Bidellus commoraotes Pariſius coram Nobis Notarijs Iuratis, pro- «
pter hoc perſonaliter conſtituti pro præmiſſis omnibus & eorum quolibet te- «
nendis & obſeruandis obligauerunt ſe & eorum quemlibet in ſolidum coram «
Nobis Iuratis Notarijs prædictis, fide data in manibus noſtris in plegijs & fide- «
iuſſoribus pro dicto M. Guidomaro vſque ad ſummam 200. librarum Pariſ. «
obligantes etiam omnia bona ſua heredumque ſuorum mobilia & immobilia, «
præſentia & futura, vſque ad prædictam pecuniæ ſummam pro dicto M. Gui- «
domaro reddendam, & ſi neceſſe fuerit, perſoluendam. Et quoad hoc ſup- «
poſuerunt ſe Iuriſdictioni & coërcitioni Curiæ Pariſienſis, vbicunque ſe duxe- «

Digitized by Google

» rint transferendos; renunciantes in hoc facto omni exceptioni doli mali, frau-
» dis, læſionis, deceptionis, omni actioni Iuris vel facti, & omnibus alijs exce-
» ptionibus, defenſionibus & cauillationibus quibuſcunque quæ contra præmiſ-
» ſa dici poſſent vel opponi. In cuius rei teſtimonium *Sigillum Curiæ Pariſienſis*
» præſentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini 1377. die
» 21. menſis Octob. ſignatum I. *Charronis cum Syngrapha. Ita eſt. I. Cardonis cum*
» *Syngrapha. Ita eſt.* Exſcriptum eſt è tabulario Vniuerſitatis 12. Inſtrumento
» notato hiſce Characteribus D. 18. XX.

Eodem anno Carolus IV. Romanorum Imperator reuiſendæ Galliæ, vbi in ſtudijs educatus fuerat, ſtudio, & adimplendi cuiuſdam voti quod nuncuparat, deſiderio ductus, Lutetiam venit, & Carolum Regem inuiſit circa finem menſis Decembris: primumque in San-Dionyſio commoratus, deinde omnibus ad eius receptionem paratis, in Regia magnificè & Regaliter exceptus eſt. Cui aduenienti omnes vrbis Ordines obuiam proceſſerunt; nec defuit officio Vniuerſitas, gaudio exultans ſingulari, quod tantum Principem, tamque excelſum inſtituiſſet. Orator ad eum nomine Vniuerſitatis ſalutandum delectus eſt communibus omnium votis M. Stephanus Bruliſer Doctor Theologus.

Eodem anno Iana Borbonia Caroli V. vxor fato fungitur, eiuſque exequias Academia celebrat in æde S. Catharinæ de Valle-Scholarium die Iouis 18. Feb. ſic enim legitur in Actis Curiæ. *Le Ieudy 18. Feb. 1377. l'Vniuerſité de Paris fit les obſeques de Madame Ieanne de Bourbon Reyne de France, femme de Charles V. en l'Egliſe de ſainte Catherine du Val-des Eſcholiers.*

DE HÆRESI VVICLEFFIANA.

Eodem anno Gregorius Pontifex admonitus quid rerum in Anglia moliretur Wicleffus, quamque pernicioſa dogmata ſpargeret, Bullâ 11. Kal. Iunias datâ Cancellarium & Vniuerſitatem Oxonienſem increpauit grauiter, quod peſtiferos Hæreſiarchæ illius errores in Anglia paterentur agere radices in ſcandalum Religionis, exitium fidei & damnationem animarum, præcepitque hominem capi, & captum tradi in manus Archiepiſcopi Cantuarienſis, aut Epiſcopi Londinenſis, vt ſcribit Walſinghamus in Richardo II. Bulla talis eſt.

» GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Cancellario &
» Vniuerſitati ſtudij Oxonienſis Lincolnienſis Diœceſis Sal. & Apoſtol. bened.
» Mirari cogimur & dolere quod vos propter gratias & priuilegia veſtra ſtudio
» Oxonienſi ab Apoſtolica Sede conceſſa, & propter ſcientiam ſcripturarum, in
» quarum pelago felici remigio, dante Domino, nauigatis tanquam pugiles &
» propugnatores Orthodoxæ fidei, ſine qua ſalus animarum non prouenit, eſſe
» deberetis, lolium inter purum triticum Campi glorioſi ſtudij veſtri prædicti
» per quandam deſidiam & ignauiam permittitis pullulare, & quod pernicioſius
» eſt, etiam adolere, nec circa extirpationem huius lolij, ſicut nuper apud Nos
» inſonuit, curam aliquam adhibetis non ſine clari nominis obfuſcatione & ani-
» marum veſtrarum periculo, & contemptu Eccleſiæ Rom. & memoratæ fidei de-
» trimento. Et quod nos torquet acerbiùs, prius de incremento lolij prædicti
» ſentitur in Roma quàm in Anglia, vbi tamen extirpationis remedium appone-
» retur. Multorum ſiquidem fide dignorum inſinuatione admodum dolentium
» noſtris eſt auribus intimatum Ioannem Wicleff Rectorem Eccleſiæ de Lut-
» teworth Lincolnienſ. Diœceſis ſacræ Paginæ Profeſſorem, vtinam non Ma-
» giſtrum errorum, in illam deteſtabilem erupiſſe vecordiam, nonnullas propo-
» ſitiones & Concluſiones erroneas & falſas, ac prauitatem hæreſeos ſapientes,
» quæ ſtatum totius Eccleſiæ, & etiam ſecularem policiam ſubuertere & eneruare
» nituntur, quarumque aliquæ licet quibuſdam mutatis terminis ſentire viden-
» tur peruerſas opiniones & doctrinam indoctam damnatæ memoriæ Marcilij
» de Padua & Ioannis de Gandauo, (Ianduno) quorum vterque per felicis re-
» cordationis Ioannem Papam XXII. Prædeceſſorem noſtrum reprobatus extitit
» & damnatus in Regno Angliæ nempe glorioſo potentiâ & copiâ Facultatum,
» ſed glorioſiore pietate fidei rutilante, ſacræ paginæ claritate conſueto viros
» producere, Diuinarum ſcripturarum rectâ ſcientiâ illuſtratos, morum graui-
» tate maturos, deuotione conſpicuos & Catholicæ fidei defenſores, dogmatizare
» & publicè prædicare; ſeu potius de virulento Clauſtri ſui pectore euomere non
» veretur, nonnullos Chriſti fideles earum reſperſione commaculans & à fidei

præfatæ

præfatæ recta ſemita in præcipitium perditionis abducens. Quare cum tam «
letiferam peſtem, cui, ſi eius non obſtetur principiis, & ipſa radicitus euella- «
rur, ſerò poſſet medicina parari, cum per contagionem plurimos infeciſſet, «
noluimus provt nec velle debemus ſub conniuentia pertranſire. Vniuerſitati «
veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute S. obedientiæ & ſub pœna priuationis «
omnium gratiarum, Indulgentiarum & Priuilegiorum vobis ac ſtudio veſtro «
à dicta Sede conceſſorum diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus Conclu- «
ſiones & propoſitiones in bonis operibus & fide malè ſentientes, licet eas pro- «
ponentes ſub quadam verborum ſiue terminorum curioſa implicatione nitantur «
defendere, de cætero non permittatis aſſeri vel proponi; dictumque Ioannem «
autoritate noſtrâ capiatis ſeu capi faciatis, & ipſum venerabilibus Fratribus no- «
ſtris Archiepiſcopo Cantuarienſi & Epiſcopo Londonienſi, aut eorum alteri «
ſub fida cuſtodia tranſmittatis. Contradictores quoque de dicto ſtudio veſtræ «
Iuriſdictioni ſubjectos, ſi qui forſan, quod Deus auertat, eſſent eiuſmodi er- «
roribus maculati, ſi in illis pertinaciter perſtiterint, ad ſimilem captionem & «
miſſionem aliaſque provt ad vos ſpectat, firmiter & ſolicitè procedatis, perin- «
de veſtram ſuppleturi diligentiam, hactenus in præmiſſis remiſſam, noſtram- «
que & dictæ Sedis, præter Diuinæ retributionis præmium & meritum, gratiam «
& beneuolentiam adepturi. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 11. Kal. «
Iun. Pontif. noſtri an. 7. «

Vniuerſitas, ſeu metu Regis Wicleffo fauentis, ſeu muneribus & gratiâ fautorum retardata, hæſit diu, ſuſciperet ne prædictas Pontificis Litteras cum honore, an cum dedecore repudiaret. Vnde Walſinghamus, *Oxonienſe ſtudium Generale quàm graui lapſu à ſapientiæ & ſcientiæ culmine decidiſti! quod quondam inextricabilia atque dubia toti mundo declarare conſueſti, jam ignorantiæ nubilo obfuſcatum dubitare non vereris, quæ quemlibet è laicis Chriſtianis dubitare non decet. Pudet recordationis tantæ impudentiæ, & ideo ſuperſedeo in hujuſmodi materia immorari, ne materna videar vbera diſcerpere dentibus quæ dare lac potum ſcientiæ conſueuire.*

Similiter aliam Bullam dedit idem Pontifex eadem die ad Archiepiſcopum Cantuarienſem & Epiſcopum Londinenſem, vt Regem Angliæ & Magnates mouerent, ne prædicto Ioanni fauerent, aut quovis modo adhærerent.

Venerabilibus Fratribus Cantuar. Archiepiſcopo & Epiſcopo Londonienſi «
ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Super periculoſis admodum erroribus «
quarundam deteſtabilium propoſitionum & Concluſionum ad eneruationem «
totius Eccleſiaſtici ſtatus tendentium ſcriptas in ſcedula incluſa præſentibus. «
Ioannes Wiclef Rector Eccleſiæ de Luttlevvorth Lincoln. Diœc. dictus Theo- «
logiæ Profeſſor aſſeritur tam impiè quàm temerè ſuſcitaſſe, plenius vobis ſcri- «
bimus per alias noſtras patentes Litteras quas cum præſentibus deſtinamus. «
Volumus igitur & veſtræ fraternitati mandamus, quatenus clariſſimum in «
Chriſto Edvvardum Regem Angliæ illuſtrem & dilectos filios nobiles viros «
natos dicti Regis ac dilectam in Chriſto filiam nobilem mulierem Ioannem «
Principiſſam Aquitaniæ & Vvalliæ & alios Magnates de Anglia & Conſilia- «
rios Regis per vos & alios Magiſtros & peritos in ſacra Pagina, non maculatos «
hujuſmodi erroribus, ſed in fide ſinceros & feruidos ſtudeatis facere plenariè «
informari, ac eis oſtendi quanta verecundia deuoto Regno Angliæ oriatur ex «
inde: & quod non ſolum ſcilicet ipſæ Concluſiones erroneæ in fide, ſed ſi bene «
aduertantur, innuunt omnem deſtruere policiam. Et requiratis eos ſtrictiſſimè «
quod ad extirpationem horum errorum pro reuerentia Dei & Apoſtolicæ Sedis «
& noſtra, ipſorumque merito apud Deum & honorem in ſeculo tanquam Ca- «
tholici Principes & Pugiles dictæ fidei omni quâ poterunt efficacia tribuant «
auxilium & fauorem. Datum Romæ apud ſanctm Mariam Majorem 10. Kal. «
Iunij an. 7. «

Item extat eiuſdem Pontificis alia Bulla ad eoſdem his verbis. Venera- «
bilibus Fratribus Archiepiſcopo Cantuar. & Epiſcopo Londonienſi, ſalutem & «
Apoſtolicam benedictionem. Nuper per Nos non ſine graui cordis turbatione «
& plurium fide dignorum relatione, percepto quod Ioannes Vviclef Rector «
Eccleſiæ de Luttlevvorth Lincoln. Diœceſis ſacræ Paginæ Profeſſor, vtinam «
non Magiſter errorum in tam deteſtabilem veſaniam temerè prorupit, quod «

» nonnullas ptopro ſitiones & Concluſiones erroneas ac falſas, & malè in fide ſo-
» nantes, quæ ſtatum totius Eccleſiæ ſubuertere & eneruare nituntur, quarumq;
» aliquæ (quibuſdam mutatis terminis imitari videbantur peruerſas opiniones &
» doctrinam indoctam damnatæ memoriæ Marſilij de Padua & Ioannis de Ganda-
» uo quorum quilibet per felicis recordationis Ioannem Papam XXII. prædeceſ-
» ſorem noſtrum reprobatus extitit & damnatus non verebantut in Regno Angliæ
» aſſerere, dogmatizare & publicè prædicare, illis nonnullos Chriſti fideles mali-
» gnè inficiens, ac à fide Catholica, ſine qua non eſt ſalus, faciens deuiare. Nos
» attendentes quod tam pernicioſum malum, quod in plurimos ſerpere poterat,
» eorum animas lethali contagione necando, non debebamus prout nec debemus
» ſub diſſimulatione tranſire, vobis per alias Litteras noſtras commiſimus & man-
» dauimus, vt vos vel alter veſtrum de dictarum propoſitionum & Concluſio-
» num aſſertione, quarum copiam ſub Bulla noſtra miſimus intercluſam, vos ſe-
» cretè informantes, ſi ita eſſe inueniretis, præfatum Ioannem authoritate no-
» ſtar capi & carceribus mancipari faceretis, eumque ſub bona cuſtodia te-
» neretis in vinculis, donec à nobis ſuper hæc reciperetis aliud in mandatis prout
» in dictis Litteris plenius continetur. Conſiderantes vtique quod præfatus Ioan-
» nes huiuſmodi captionem & carceratioñe fortè præſentiens poſſet, quod abſit,
» perfugete, ſeu latitationis præſidio dictum noſtrum mandatum in grauiſſimum
» fidei detrimentum eludere. Nos ne tam dãnabiles propoſitiones & Concluſiones
» indiſcuſſæ, & earum temerarius aſſertor impunitus remaneret in detrimentum
» grauiſſimum fidei prælibatæ, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſctipta commit-
» timus & mandamus; quatenus vos vel alter veſtrum per vos vel alium ſeu alios
» præfatum Ioannem, ſi per vos capi & incarcerari non poſſit, per edictum publi-
» cum proponendum in ſtudio Oxoniæ Lincoln. Diœceſis & aliis locis publicis;
» de quibus ſit veriſimilis conjectura, quod ad dicti Ioannis notitiam peruenire
» valeat, & de quibus vobis expedire videatur, ex parte noſtra peremptoriè mo-
» nete & citare cutetis; quod infra 3. menſium ſpatium à die citationis hujuſmodi
» in antea computandum, vbicunque tunc nos eſſe contigerit, comparere, ac
» perſonaliter cotam Nobis ſuper propoſitionibus & concluſionibus hujuſmodi
» reſponſurus ac auditurus & facturus quidquid ſuper eis duxerimus ordinan-
» dum, & ordo dictauerit rationis, prædicendo in hujuſmodi citationis edicto,
» quod ſiue idem Ioannes in hujuſmodi termino comparuerit, ſiue non compa-
» ruerit; Nos ſuper præmiſſis & contra eum vſque ad debitam condemnarionem
» ipſius incluſiuè procedemus, prout eius demerita exigent, ac nobis ſecundum
» Deum & conſeruationem fidei videbitur expedire. Volumus autem & præ-
» ſentium tenore ſtatuimus, quod prædicta citatio ſic facta prouidè præfatum
» Ioannem arctet, ac ſi ſibi perſonaliter inſinuata & intimata fuiſſet, conſtitu-
» tione quacunque contraria non obſtante. Diem verò citationis & formam &
» quidquid feceritis in prædictis, Nobis per veſtras Litteras ſigillis munitas barum
» ſeriem continentes fideliter & quàm citius poteritis, intimare cutetis. Datum
» Romæ apud ſanctam Mariam Majorem 11. Kalendas Iunij, Pontificat noſtri
» anno 7.
» Dedit aliam eodem die ad eoſdem his verbis. Venerabilibus Fratribus Ar-
» chiepiſcopo Cantuar. & Epiſc. London. ſalutem Apoſtolicam & benedictio-
» nem. Regnum Angliæ glorioſum nempe potentia & abundantia faculta-
» tum, ſed glotioſius pietate fidei & ſacræ Paginæ claritate coruſcum conſueuit
» viros producere diuinarum Scripturarum rectâ ſcientiâ præditos, maturitate
» graues, deuotione pręclaros & pugiles fidei Orthodoxę, & qui non ſolum pro-
» prios, ſed alienos populos documentis inſtruebant veriſſimis, & in mandato-
» rum Domini ſemitam dirigebanr. Et ſicut ex effectu contingentium temporis
» antiqui colligitur, dicti Regni Præſules in ſpecula ſollicitudinis poſiti proprias
» excubias exercentes ſollicitè non permittebant aliquod oriri erroneum, quod
» poſſet inficere oues ſuas, ſed ſi oriretur zizania ex inimici hominis inſperſione,
» illam protinus euellebant, creſcebat aſſiduè putum triticum in Dominicum
» horreum inferendum. Sed, proh dolor! nunc apparet quod in ipſo Regno Of-
» ficio Vigiles, negligentia verò deſides non circuiunr Ciuitatem, dum hoſtes in-
» grediuntur in eam, animarum theſaurum precioſiſſimum prædantur. Quorum

Digitized by Google

latentes ingreſſus & patentes aggreſſus prius ſentiuntur in Roma intercape- «
dine longa remota quàm eis in Anglia reſiſtatur. Sanè plurium fide dignorum «
inſinuatione admodum dolenter audiuimus quod Ioannes Vviclef Rector Ec- «
cleſiæ de Luttlevvorth Lincoln Diœceſis ſacræ Paginæ Profeſſor, vtinam non «
Magiſter errorum in illam deteſtabilem veſaniam diceretur temerè prorupiſſe, «
quod nonnullas propoſitiones & Concluſiones erroneas & falſas in fide malè «
ſonantes quæ ſtatum totius Eccleſiæ ſubuertere & eneruare conantur, qua- «
rumque aliquæ licet aliquibus quibuſdam mutatis terminis ſentire videtur per- «
uerſas opiniones & doctrinam indoctam damnatæ memoriæ Marcilij de Pa- «
dua & Ioan. de Gandauo, quorumquilibet per felicis recordationis Ioannem Pa- «
pam XXII. prædeceſſorem noſtrum reprobatus extitit & damnatus, non ve- «
retur in præfaro Regno aſſerere, dogmatizare & publicè prædicare nonnul- «
los Chriſti fideles eis malè inficiens, ac à fide Catholica ſine qua non eſt ſa- «
lus faciens deuiare, de quibus ſic ſubortis & non extirpatis, ſeu ſaltem eis «
nullâ factâ reſiſtentiâ quam ſciamus, ſed tranſactis ſeu toleratis conniuenti- «
bus oculis tam negligenter tranſeundo, non immerito deberetis rubore per- «
fundi, verecundari & in propriis conſcientiis remorderi. Quare cum tam perni- «
cioſum malum quod non præciſum ſeu radicitus extirpatum ſerpere poſſet in «
plurimos in animabus eorum, quod abſit, lethali contagione necandos, nolu- «
mus, ſicut nec debemus ſub diſſimulatione tranſire. Fraternitati veſtræ per «
Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus receptis præſentibus «
vos vel alter veſtrum de dictarum propoſitionum ſeu Concluſionum aſſertione, «
quarum copiam vobis mittimus ſub Bulla noſtra incluſam vos ſecretè infor- «
mantes ſi inueneritis ita eſſe, præfatum Ioannem faciatis authoritate noſtrâ «
capi & carceribus mancipari, eiuſque confeſſionem ſuper eiſdem propoſitio- «
nibus ſeu concluſionibus recipere ſtudeatis, ac ipſam confeſſionem & quæcun- «
que dictus Ioannes dixerit ſeu ſcripſerit ſuper earundem propoſitionum ſeu «
Concluſionum inductione ac probatione, & quidquid feceritis in præmiſſis «
ſub veſtris ſigillis clauſa & nemini reuelata nobis per fidelem nuncium tranſ- «
miſſuri, eundemque Ioannem ſub fideli cuſtodia teneatis in vinculis, do- «
nec à nobis ſuper hoc aliud receperitis in mandatis. Contradictores, &c. Inuo- «
cato, &c. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. præde- «
ceſſoris noſtri Conſtitutionibus, in quibus cauetur ne aliquis extra ſuam Ciui- «
tatem vel Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus & in illis vltra vnam dietam «
à fine ſuæ Diœceſis ad Iudicium euocetur, ſeu ne judices à Sede Apoſtolica de- «
putati aliquos vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſeos euocare præſumant, & «
de duabus dietis in Concilio generali, ac conceſſionibus & aliis Priuilegiis, Con- «
ſtitutionibus & Litteris Apoſtolicis, Prædicatorum, Minorum, Eremitarum «
ſancti Auguſtini & S. Mariæ de Monte Carmeli & aliis quibuſcunque Mendi- «
cantium vel aliis Ordinibus, & locis aut ſpecialibus perſonis ſeu Capitulis & «
Conuentibus ipſorum Generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum «
exiſtant, nec non ſtatutis & conſuetudinibus eorundem Ordinum & locorum «
contrariis, per quæ effectus præſentium impediri valeat quomodolibet vel «
differri, etiamſi de eis eorumque tenoribus ac de verbo ad verbum plena & ex- «
preſſa mentio in noſtris Litteris ſit habenda, ſeu ſi Ioanni prædicto vel quibuſ- «
uis aliis communiter vel diuiſim à dicta Sede ſit indultum, quod perſonaliter «
capi, aut queis jus dici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras «
Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de In- «
dulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 11. «
Kal. Iunij an. 7. «

Scripſit quoque idem Pontifex ad Regem Eduardum, vt prædictos Archiepiſ-
copum & Epiſcopum authoritate ſuâ juuaret in capiendo Ioanne Vviclefo, &
executioni mandandis Litteris Apoſtolicis.

Cariſſimo in Chriſto Filio Eduardo Regi Angliæ Illuſtri ſalutem & Apoſtoli- « Ad Regem Edvardum.
cam benedictionem. Regnum Angliæ quod Altiſſimus tuæ ſuppoſuit po- «
teſtati glorioſum nempè potentia & abundantia facultatum, ſed glorioſius pie- «
tate fidei & ſacrę Paginę claritate coruſcum conſueuit viros producere diuina- «
rum Scripturarum recta ſcientia prędito, maturitate graues, deuotione fer- «

» uentes & Catholicæ fidei defenſores qui non ſolum proprios, ſed alienos po-
» pulos præceptis ſalutaribus inſtruebant dirigebantque in diuerſorum ſemitam
» mandatorum, ſed nuper cum ingenti cordis amaritudine plurimorum fide
» dignorum ſignificatione percepimus Ioannem Vvicleff Rectorem Eccleſiæ de
» Luttleworth Lincol. Diœc. ſacræ paginæ Profeſſorem, &c. vt ſuprà vſque ad
» illa verba. Præcipitium perditionis abducens. Nos itaque tantum malum quod
» non præciſum ſeu radicitus extirpatum ſerpere poſſet in plurimos, in animabus
» eorum, quod abſit, lethali contagione necandos, nolentes provt nec velle
» ſine noſtræ morſu conſcientiæ poſſumus conniuentibus oculis pertranſire, ve-
» nerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Cantuarenſi & Epiſcopo Lond.
» per litteras noſtras commiſimus & mandauimus, vt ipſi vel alter eorum receptis
» per eos noſtris dictis litteris de dictarum propoſitionum & Concluſionum aſſer-
» tione, quarum copiam eis ſub Bulla noſtra miſimus interclusam, ſe informantes,
» ſi ita inuenirent eſſe, facerent præfatum Ioannem authoritate noſtra capi &
» carceribus mancipari, eius confeſſionem ſub eiſdem propoſitionibus ſeu Con-
» cluſionibus recipere ſtuderent, ac ipſam confeſſionem & quæcunque dictus
» Ioannes dixerit vel ſcripſerit ſuper earundem propoſitionum ſeu Concluſionum
» inductione & probatione nobis per fidum nuncium tranſmiſiſſe non poſtponant.
» Cum itaque dicti Archiepiſcopus & Epiſcopus in proſecutione huius negotij
» noſcantur fauore & auxilio tuæ Celſitudinis indigere, Maieſtatem tuam quam
» & tui progenitores & inclyti Catholicæ fidei, cuius in hac parte res agitur ſem-
» per conſueuetunt eſſe, & præcipui zelatores, requirimus & deprecamur atten-
» tè, quatenus ob reuerentiam Dei, dictæ fidei & Apoſtolicæ ſedis & noſtrum in-
» tuitum digneris præfatis Archiepiſcopo & Epiſcopo & alijs qui hominum ne-
» gotium perſequentur, in ipſa proſecutione tui fauoris & auxilij Patrocinium
» exhibere prouidè, præter humanæ laudis præconium dictæ retributionis præ-
» mium, noſtram & dictæ Sedis adepturus beneuolentiam ampliorem. Datum
» Romæ apud S Mar. Maiorem 11 Kal. Iunij, Pontif. noſtri an. 7.

Idem Author ſubiungit præcipuos eiuſdem Vvicleffi errores in propoſitionibus & concluſionibus quas in ſcriptis dedetat, contentos; quoſque publicè prædicauerat.

» 1. Aſſertio. Totum Genus humanum citta Chriſtum non habet poteſta-
» tem ſimpliciter ordinandi, vt Petrus & omne genus ſuum dominetur politicè
» in perpetuum ſuper mundum.

» 2. Deus non poteſt date homini pro ſe & heredibus ſuis in perpetuum, Ci-
» uile Dominium.

» 3. Chartæ humanitus adinuentæ de hereditate Ciuili perpetua ſunt im-
» poſſibiles.

» 4. Quilibet exiſtens in Gratia gratificante finaliter, nec dum habet ius, ſed
» in re habet omnia dona Dei.

» 5. Homo poteſt ſolum miniſtratoriè dare tam naturali filio, quàm inui-
» tationis in ſchola Chriſti tam temporale Dominium quàm æternum.

» 6. Si Deus, Domini temporales poſſunt legitimè ac meritoriè auferre bo-
» na fortunæ ab Eccleſia delinquente.

» 7. Nunquid Eccleſia eſt in tali ſtatu vel non, non eſt meum diſcutere, ſed
» Dominotum temporalium examinare: & poſito caſu confidenter agete, &
» ſub pœna damnationis æternæ eius ſpiritualia auferre.

» 8. Scimus quod non eſt poſſibile vt Vicarius Chriſti purè ex Bullis ſuis, vel
» ex illis, cum voluntate & conſenſu ſuo & ſui Collegij, vel habilitet vel inha-
» bilitet.

» 9. Non eſt poſſibile hominem excommunicari niſi prius & principaliter
» excommunicetur à ſeipſo.

» 10. Nemo ad ſui deteriorationem excommunicatur, ſuſpenditur, vel alijs
» Cenſuris cruciatur niſi in cauſa Dei.

» 11. Maledictio vel Excommunicatio non ſimpliciter, niſi quatenus fertur
» in aduerſarium legis Chriſti.

» 12. Non eſt exemplificata poteſtas à Chriſto, vel ſuis Diſcipulis excommu-
» nicandi ſubditos præcipuè propter negationem temporalium, ſed è contra.

13. Diſcipuli Chriſti non habent poteſtatem coactè exigere temporalia per Cenſuras.

14. Non eſt poſſibile de potentiâ Dei abſolutâ quod ſi Papa, vel alius prætendat ſe quouiſmodo ſoluere vel ligare, eo ipſo ſoluit vel ligat.

15. Credere debemus quod ſolum tunc ſoluit vel ligat quando ſe conformat legi Chriſti.

16. Hoc debet credi Catholicè quod quilibet Sacerdos ritè ordinatus habet poteſtatem ſufficientem Sacramenta quælibet conferendi, & per conſequens quemlibet contritum à peccato quolibet abſoluendi.

17. Licet Regibus auferre temporalia à viris Eccleſiaſticis, ipſis abutentibus habitualiter.

18. Siue Domini temporales, ſiuè SS. Papæ, ſiuè Petrus, ſiuè caput Eccleſiæ qui eſt Chriſtus dotauerit Eccleſiam bonis fortunæ vel gratiæ, & excommunicauerit eius temporalia auferentes, licet tamen propter conditionem implicitam delicto proportionabiliter eam temporalibus ſpoliare.

19. Eccleſiaſticus, imò & Romanus Pontifex poteſt legitimè à ſubditis & à Laïcis corripi & etiam accuſari.

Igitur vbi prædicti Archiepiſcopus & Epiſcopus Bullas Pontificias & aſſertiones huiuſmodi acceperunt, initio quidem profeſſi ſunt ſe nullis minis aut blandirijs adductum iri, quin Ioannem damnarent, ſi errores ſuos prædicare aut aſſerere pergeret: ſed cum ei diem dixiſſent, adeo minis cuiuſdam Ludouici Cliffordè territi ſunt, vt arma conſtantiæ abiecerint: cumque in Capellam Archiepiſcopi apud Lambheth conueniſſent, & Vvicleffum adeſſe iuſſiſſent, viliſſimis quibuſque irrumpentibus & ne quid aduerſus eum ſtatuerent, deterrentibus, re infectâ abierunt. Ne tamen nihil egiſſe arguerentur, ipſius Vvicleffi explicationes acceperunt, quibus videbatur tenere quod in dictis propoſitionibus durius eſſe videbatur. Ita ſuos Examinatores deluſit & irriſit adiutus ope Londinenſium Ciuium & vilium opellarum; indeque magnos animos ſumpſit, præſertim poſt Gregorij obitum, qui antequam in eum poſſet fulmina vibrare, deceſſit.

Cum verò quidam illi obijcerent quod neque Vniuerſitatum Decretis, neque Collegiorum ſeu Eccleſiarum Cathedralium ſanctionibus pareret, reſpondebat Vniuerſitates, ſtudia Generalia, Graduationes, & Collegia & Magiſteria in eiſdem eſſe vanâ gentilitate introducta & tantùm prodeſſe Eccleſiæ, quantum diabolus prodeſſe ſolet. Collegia quoque Cathedralium Eccleſiarum atque Academiarum eſſe Caſtra Caïmitica.

Nemo melius totum hanc Hiſtoriam Wicleffianam conſcripſit quàm Henricus de Knyghton Canonicus Leyceſtrenſis lib. 5. de Euentibus Angliæ ſcriptor contemporaneus, qui hiſtoriam ſuam ad annum vſque 1395. deduxit. Ille autem ad an. 1382. ſic habet.

In iſtis temporibus floruit M. Ioannes Vvicliff Rector Eccleſiæ de Lutturworthe in Comitatu Leyceſtriæ, Doctor in Theologia eminentiſſimus in diebus illis. In Philoſophia nulli reputabatur ſecundus, in Scholaſticis diſciplinis incomparabilis. Hic maximè nitebatur aliorum ingenia ſubtilitate ſcientiæ & profunditate ingenij ſui tranſcendere & ab opinionibus eorum variare. Hic multas dicitur introducere in Eccleſia opiniones quæ à Catholicis Eccleſiæ Doctoribus reprobantur, quæ in ſuo loco pro parte patebunt. Hic habuit Præcurſorem Ioannem Balle, veluti Chriſtus Ioannem Baptiſtam, qui vias ſuas in talibus opinionibus præparauit, & plurimos quoque in Doctrina ſua, vt dicitur, perturbauit. Hic M. Ioannes Wicliff Euangelium quod Chriſtus contulit Clericis & Eccleſiæ Doctoribus, vt ipſi Laïcis & infirmioribus perſonis ſecundum temporis exigentiam & perſonarum indigentiam cum mentis eorum eſurie dulciter miniſtrarent, tranſtulit de Latino in Anglicam linguam non Angelicam. Vnde per ipſum fit vulgare & magis apertum laïcis & mulieribus legere ſcientibus, quàm ſolet eſſe Clericis ad modum litteratis & bene intelligentibus. Et ſic Euangelica margarita ſpargitur, & à porcis commaculatur. Et ſic quod ſolet eſſe charum Clericis & Laïcis, iam redditur quaſi iocoſitas communis vtriuſque, & Gemma Clericorum vertitur in ludum Laïcorum, vt Laïcis ſit

» commune æternum, quod ante fuerat Clericis & Eccleſiæ Doctoribus talen-
» tum ſupernum. Sicque ſponſus Eccleſiæ conqueritur, & cum Propheta poteſt
» clamare. *Sedebit honor Eccleſiæ ſolitarius & tacebit, quia leuabit ſe ſuper ſe.* Et ſic
» adimpletum eſt, quod prædixit Willielmus de S. Amore longo ante tempore
» & poteſt applicari congruè; de eodem Populo ſic inquiens. *Aliqui laborant ad*
» *mutandum Euangelium*.....

Refert deinde loca & authoritates plurimas Vvillielmi: Quibus ſubiungit.
» Prædictus M. Ioan. Vvicliff tenuit, vt prædictum eſt, ſingulares opiniones &
» Concluſiones, & in tantum in eis delectatus eſt & ſedens, quod ſæpius aſſere-
» bat ſe velle & eſſe paratum ire in carcerem, & ignem atque mortem ſubire pro
» defenſione earum, ſi neceſſitas temporis illud ab eo poſtulaſſet: ſimiliter & cæ-
» teri ſui Hæreſiſtæ Diſcipuli & Complices atque fautores arridente ſibi proſ-
» peritatis quiete omnes ſe eſſe paratos affirmabant. Interim occidit eis lux au-
» daciæ, & tenebræ eos vecordiæ comprehenderunt. Nam idem M. Ioannes ci-
» tatus fuit & vocatus mandato D. Papæ ad comparendum coram Archiepiſcopo
» Cantuarienſi, & multis alijs Eccleſiæ Doctoribus in Eccleſia FF. Prædicato-
» rum Londonijs ad reſpondendum ſuper hæretica prauitate, vbi habuit præci-
» puum adiutorem Pium Ducem Lancaſtriæ, qui ſemper ei & ſuis in omnibus
» neceſſitatibus inuincibili præſidio affuit, & aliter ipſe & ſui in foueam interitus
» viliter cecidiſſent. Cumque die ſtatuto ad obiecta reſpondere deberet, omnem
» præjactitatam cordis audaciã ſine mora dimiſit & induit vecordiæ loricam fan-
» taſticoſque errores dediſcere ſuos eſſe molitus eſt, atque opiniones & conclu-
» ſiones ſuas eſſe vel fuiſſe firmiter negare conatus eſt, & eas ab alijs inuentas &
» nomine eius prædicatas & doctas, & illi adſcriptas fuiſſe proteſtatus eſt. Cum
» tamen ipſe & ſui eas omni niſu fouerant retroacto tempore & publicauerant
» veras fuiſſe, & antiquos libros de ſolida fide Eccleſiæ ſcriptos raſerant, litte-
» ralique Doctrina nouæ opinionis in pluribus locis reſcripſerant. Thomamque
» Aquinum in ſuis ſcriptis eorum opinionibus contrariabant; *& quia Frater erat*,
» concludebant; *Igitur mendax eſt*, ſicque deiectis armis totius non Diuinitatis
» imò vanitatis affugit. Idem M. Ioannes Vvicliff ſub alas maternæ diſciplinæ
» pro refugio mortem euadendi, quàm à matre didicerat à cunis ſub forma quæ
» ſequitur. Tum ſequitur Profeſſio fidei Anglicè ſcripta, cui attexit opiniones
& Concluſiones eius, quarum nouem reputatæ ſunt hæreticæ, & quindecim
erroneæ.

» Hæreſis 1. Quod ſubſtantia Panis materialis aut vini manet poſt conſecra-
» tionem in Sacramento Altaris.

» 2. Quod accidentia non manent ſine ſubiecto poſt conſecrationem in eo-
» dem Sacramento.

» 3. Quod Chriſtus non eſt in Sacramento Altaris identicè, verè & realiter
» in propria perſona corporali.

» 4. Quod Epiſcopus vel Sacerdos ſi exiſtat in mortali peccato, non ordi-
» nat, conficit nec baptizat.

» 5. Quod ſi homo fuerit debitè contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi
» ſuperflua vel inutilis.

» 6. Quod pertinaciter aſſerere non eſt fundatum in Euangelio, quod Chri-
» ſtus Miſſam ordinauerit.

» 7. Quod Deus debet obedire Diabolo.

» 8. Quod ſi Papa ſit præſcitus & malus, ac per conſequens membrum dia-
» boli, non habet poteſtatem ſupra fideles Chriſti ab aliquo ſibi datam niſi forte
» à Cæſare.

» 9. Quod poſt Vrbanum VI. non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed vi-
» uendum eſt more Græcorum ſub proprijs legibus.

Sequuntur ibidem Propoſitiones erroneæ.

» 1. Quod nullus Prælatus debet aliquem excommunicare, niſi prius ſciat
» ipſum excommunicatum à Deo.

» 2. Quod ſic Excommunicans ex hoc ſit hæreticus vel excommunicatus.

» 3. Quod Prælatus excommunicans Clericum qui appellauit ad Regem &
» Conſilium Regni, eo ipſo traditor Dei eſt & Regis & Regni.

4. Quod illi qui dimittunt prædicare ſeu audire verbum Dei, ſeu Euangelium prædicarum propter excommunicarionem hominum, ſunt excommunicati, & in die Iudicij traditores Dei habebuntur.

5. Aſſerere quod eſt contra ſacram ſcripturam, quod viri Eccleſiaſtici habeanr poſſeſſiones temporales.

6. Aſſerere quod liceat alicui etiam Diacono vel Preſbytero prædicare verbum Dei abſque aurorirate Sedis Apoſtolicæ, vel Epiſcopi Catholici, ſeu alia de qua ſufficienter conſtar.

7. Aſſerere quod nullus eſt Dominus Ciuilis, nullus eſt Epiſcnpus, nullus eſt Prælatus dum eſt in mortali peccato.

8. Quod Domini remporales poſſunt ad arbitrium auferre bona temporalia ſibi ab Eccleſia habitualiter delinquente, vel quod populares poſſunt ad eorum arbitrium Dominos delinquentes corrigere.

9. Quod Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & quod Parochiani poſſunt propter peccata ſuorum Curatorum eas detinere, & ad libitum eas alijs conferre.

10. Quod ſpeciales orationes applicatæ vni perſonæ per Prælatos vel Religioſos, non plus proſunt eidem perſonæ, quàm generales orationes eidem perſonæ cæteris paribus.

11. Quod eo ipſo quod aliquis ingreditur Religionem priuatam quamcunque, reddirur ineptior & inhabilior ad obſeruantiam mandatorum Dei.

12. Quod ſancti inſtituentes Religiones quaſcunque priuatas tam poſſeſſionatorum quàm mendicantium, in ſic inſtiruendo peccauerunt.

13. Quod Religioſi viuentes in Religionibus priuatis, non ſunt de Religione Chriſtiana.

14. Quod frarres Mendicantes teneantur per laborem manuum ſuarum & non per mendicationem victum ſuum acquirere.

15. Quod fratres Mendicantes poſt ſermones ſuos eo ipſo ſunt Simoniaci, vel quod conferentes eis Eleemoſinam, ſunt excommunicati, & dans & recipiens.

Noluit Archiepiſcopus eâ die decidere, donec amplius & frequentius Concilium conuocaſſet: itaque eidem Wicleſo diem aliam dixit apud Oxoniam, vt cum Vniuerſitate maturius deliberare & prudentius procedere, demumque Schiſmati metuendo finem imponere poſſet. Die autem ſtatuto conuenerunt cum Archiepiſcopo Epiſcopi qui ſequuntur, Lincolnienſis, Northvicenſis, Vigornienſis, Londonienſis, Saliſberienſis, & Herefordenſis: item Cancellarius Vniuerſitatis, pluresque Doctores, & plurimi quoque de Clero & Populo. Adfuit quoque Wiclefus, qui de opinionibus & concluſionibus ſuis interrogatus reſpondit neque eas ſe tenere neque tenuiſſe. Nihilominus Concilium poſtquam librauit ſingulas, examinauit & diſcuſſit, pronunciauit tandem eas damnandas eſſe & damnatas; alias quidem vt hæreſes, alias verò vt Errores; omneſque & ſingulos earum defenſores in poſterum Excommunicationis ſententia innodatum iri declarauit. In eamque rem litteras expediendas curauit ad omnes Prælatos per Epiſcopum Lincolnienſem, quæ ſunt eiuſmodi.

" IOANNES permiſſione Diuina Lincolnienſis Epiſcopus Dilectis in Chriſto "
" filijs Vniuerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconatus Leiceſtriæ "
" & eiuſdem loci Archidiaconi noſtri, Officiali ſeu Commiſſario cuicunque, nec- "
" non Decanis Eccleſiarum, Rectoribus & Vicarijs perpetuis, ac eorum Capel- "
" lanis Parochialibus & alijs quibuſcunque Diuina celebrantibus per ipſum Ar- "
" chidiaconatum vbilibet conſtitutis ſalutem, gratiam & benedictionem. Litteras "
" Reuerendi in Chriſto Patris D. Roberti Dei gratia Londonienſis Epiſcopi "
" ſalutem & ſinceram in Domino Charitatem. Mandatum venerabilis in Chriſto "
" Patris & D. D. Willielmi Dei gratia, Cantuarienſis Archiepiſcopi totius An- "
" gliæ Primaris & Apoſtolicæ Sedis Legati venerabili fratri noſtro D. Roberto "
" Dei gratia Londonienſi Epiſcopo ſalutem & fraternam in Domino Charitatem. "
" *Eccleſiarum Prælati circa Gregis Dominici ſibi commiſſi cuſtodiam eò vigilantius inten-* "
" *dere debent, quò lupos intrinſecus Ouium veſtimentis indutos ad rapiendum & diſpergen-* "
" *dum oues nouerint fraudulentius circuire.* Sanè frequenti clamore & diuulgata fa- "

” ma, quod dolentes referimus, ad noſtrum peruenit auditum, quod licet ſecun-
” dum Canonicas ſanctiones nemo prohibitus vel non miſſus abſque Sedis Apo-
” ſtolicæ vel Epiſcopi loci authoritate ſibi officium Prædicationis vſurpare de-
” beat publicè vel occultè, Quidam tamen æternæ damnationis filij in inſaniam
” mentis ptoducti ſub magnæ ſanctitatis velamine authoritatem ſibi vendicant
” prædicandi, ac nonnullas propoſitiones & concluſiones infra ſcriptas hæreticas
” atque falſas ab Eccleſia Dei damnatas & determinationibus ſanctæ Eccleſiæ
” repugnantes ſtatumque totius Eccleſiæ noſtræque Prouinciæ Cantuarienſis &
” tranquillitatem Regni eneruare nituntur, tam in Eccleſijs quàm in Plateis &
” quampluribus alijs locis profanis dictæ noſtræ Prouinciæ non verentur aſſerere,
” dogmatizare & publicè prædicare; illis nonnullos Chriſti fideles inficientes &
” à fide Catholica ſine qua non eſt ſalus, facientes flebiliter deuiare. Nos itaque
” attendentes quod tam pernicioſum malum quod ad plurimos ſerpere poterit,
” eorum animas lethali contagione necando, non debeamus ſicuti nec debemus
” ſub diſſimulatione tranſire ne ſanguis eorum de noſtris manibus requiratur, ſed
” illud quantum Nobis ex alto permittitur, extirpare volentes, de quamplurium
” *Fratrum ſuffraganeorum noſtrorum* Conſilio & aſſenſu conuocauimus plures ſacræ
” Theologiæ Doctores ac Iuris Canonici & Ciuilis Profeſſores, & alios Clericos
” quos famoſiores & peritiores de Regno credidimus, vt ſuper dictis Concluſio-
” nibus & aſſertionibus in noſtra & eorundem Confratrum noſtrorum ac dicto-
” rum Conuocatorum præſentia patentibus expoſitis & diligenter examinatis fi-
” naliter eſt compertum, noſtroque & eorum omnium communicato Conſilio
” declaratum quaſdam Concluſionum illarum hæreticas eſſe, quaſdam verò Er-
” roneas atque Dererminationibus Eccleſiæ repugnantes provt inferius deſcri-
” buntur, Fraternitati veſtræ committimus & mandamus in virtute obedien-
” tiæ firmiter iniungentes, quatinus omnibus & ſingulis fratribus noſtris, Coepiſ-
” copis noſtris & Eccleſiæ noſtræ Cantuarienſis ſuffraganeis cum ea celeritate
” qua poteritis, iniungetis, provt eis & eorum ſingulis in Eccleſijs ſuis & alijs
” Ciuitatum ſuarum & Diœceſum voſque in veſtra & cæteris veſtræ Ciuitatis
” Diœceſis moneant & inhibeant, moneatis & inbibeatis provt Nos tenore
” præſentium monemus primo, ſecundo & tertio, & diſtrictius inhibemus pro
” prima monitione vnum diem, pro ſecunda alium, & pro tertia monitione vnum
” diem, pro ſecunda alium, & pro tertia monitione Canonica ac peremptoria
” vnum alium diem aſſignando. Ne quis de cætero cuiuſcunque ſtatus aut con-
” ditionis exiſtat hæreſes ſeu errores prædictos, vel eorum aliquem teneat, do-
” ceat, prædicet ſeu defendat; aut aliquem prohibitum non miſſum vel alium
” de cuius poteſtate non conſtiterit ad prædicandum admittat, aut hæreſes ſeu
” errores huiuſmodi vel eorum aliquem prædicantem audiat vel auſcultet, ſeu ei
” faueat vel adhæreat publicè vel occultè; ſed ſtatim quaſi tanquam ſerpentem
” venenum peſtiferum emittentem fugiat & euitet ſub pœna excommunicatio-
” nis maioris, quam in omnes & ſingulos in hac parte rebelles & noſtris moni-
” tionibus non parenres, lapſis ipſis tribus diebus pro monitione Canonica aſ-
” ſignatis, mora culpa & offenſa ſuis præcedentibus & id fieri meritò exigenti-
” bus ex nunc ptovt extunc ferimus in his ſcriptis, & per ſingulos Confratres no-
” ſtros & ſuffraganeos noſtros in ſuis Ciuitatibus & Diœceſibus, ac per vos in
” veſtta Ciuitate & Diœceſi, quatenus ad eos & ad vos pertinet, ex abundanti
” præcipimus fulminari. Dictos noſtros Confratres inſuper omnes & ſingulos.
” per vos bortari volumus & mandamus per aſperſionem Ieſu Chriſti & ſimiliter
” vos hottamur quod cum iuxta ſacrotum Canonum inſtituta quilibet eorum in
” ſuis Ciuitatibus & Diœceſibus bæreticæ prauitatis Inquiſitor exiſtat, ac in
” veſtris ſimiliter exiſtatis, de buiuſmodi præſumptoribus ſollicitè & diligenter
” inquirant & inquiratis. Ac contra eos & iuxta Officij ſui debitum cum effectu
” procedant, ſimiliter procedatis ad laudem & bonorem nominis Crucifixi &
” ſaluarionem fidei Orthndoxæ. Concluſiones hæreticæ & Determinationibus
” Eccleſiæ repugnantes, de quibus fit mentio de verbo ad verbum ſupra, quæ
” vocantur *Concluſiones Wiclif*, ſimiliter & Concluſiones erroneæ recitantur ibi-
” dem. Datum in Manerio noſtro de Ottoforde penultimo die menſis Maij anno
” Domini 1382. & noſtræ Conſecrationis. 1.

Cuius

Cuius authoritate mandati, vobis Reuerende Pater cum ea quæ decet reue- « rentia firmiter iniungendo mandamus, quatinus omnia & ſingula in mandato « prælibato contenta, quatinus vos in Ciuitate & Diœceſi veſtra aut perſonas ea- « rundem concernunt iuxta formam & tenorem eiuſdem executioni plenariè de- « mandetis & faciatis effectualiter demandari, vos etiam eadem quatenus per- « ſonam veſtram contingant, curetis diligentius adimplere. Et inſuper ex parte « dicti venerabilis Patris vos hortamur per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti « quod cum iuxta ſacrorum Canonum inſtituta in veſtris Ciuitate & Diœceſi « Inquiſitor exiſtatis hæreticæ prauitatis, de præmiſſis præſumptionibus dili- « genter & ſollicitè inquiratis, ac contra eos iuxta officij veſtri debitum proce- « datis effectualiter ad laudem & honorem nominis Crucifixi & ſaluationem fidei « Orthodoxæ. Datum Londonijs die 5. Iunij anno Domini noſtri & noſtræ Con- « ſecrationis primo. «

Volentes igitur omnia & ſingula in dictis ſcriptis contenta quatenus Nos « & Ciuitatem & Diœceſim noſtras ac perſonas earundem concernunt, execu- « tioni debitæ demandare, vobis firmiter præcipiendo mandamus, quatinus in « ſingulis Monaſteriorum veſtrorum Eccleſijs ac ſingulis Parochialibus Eccleſijs « dicti Archidiaconatus provt ad quemlibet veſtrum pertinet, vos Abbates, « Priores, Archidiaconi, Officiales ſingulique quibus præſentes noſtræ litteræ « diriguntur, publicè Mandatum Reuerendi Patris & D.D. Cantuarienſis Archi « epiſcopi prædicti omniaque & ſingula contenta in eodem cum omni celeritate « Clero aut populo Archidiaconatus & Eccleſiarum earundem fideliter exponatis « & exponi faciatis & eis ac eorum cuilibet inhibeatis & moneatis eoſdem provt « & tenore præſentium nos etiam inhibemus & monemus quod mandato huiuſ- « modi & omnibus quæ in eodem mandato eis iniunguntur, pareatis & pareant « cum effectu. Cæteraque faciatis & faciant, & ab his quæ mandato huiuſmodi « prohibentur, abſtineatis & abſtineant iuxta eiuſdem mandati exigentiam & « tenorem ſub pœnis & cenſuris in eodem latis, quas monitione ſupradicta in « omnes & ſingulos in hac parte rebelles & monitionibus huiuſmodi non parentes « præſentium ſerie fulminamus & per vos præcipimus ſolemniter fulminari. Et « vt nulli pateat ignorantia præmiſſorum, vobis præcipimus & mandamus qua- « tinus poſt publicationem & executionem prædictorum per vos fiendas, præ- « ſentium litterarum ſeriem ſub vera Copia valuis Eccleſiarum prædictarum af- « figi faciatis & dimittatis affixam ad extirpationem hæreſum & errorum prædi- « ctorum & exaltationem fidei Orthodoxæ. Datum apud Parrum Stowe, ſub « ſigillo noſtro 12. die menſis Iulij, anno Domini 1382. & noſtræ conſecratio- « nis 20. «

Similiter Vniuerſitas Oxonienſis publicis litteris ſuis declarauit eiuſdem M. Ioannis Wiclefi damnatas fuiſſe propoſitiones communi ſuffragio Docto-rum in Theologia & in Iure Canonico.

Willielmus de Berthon Cancellarius Vniuerſitatis Oxoniæ Omnibus dictæ « Vniuerſitatis filijs ad quos præſens noſtrum mandatum peruenerit, ſalutem, & « mandatis noſtris firmiter obedire. Ad noſtrum non ſine grandi diſplicentia per- « uenit auditum, quod cum omnium hæreſum Inuentores, Defenſores ſeu fau- « tores cum eorum pernicioſis dogmatibus ſint per ſacros Canones ſententia « maioris excommunicationis damnabiliter inuoluti, & ſic à cunctis Catholicis « rationabiliter euitandi, nonnulli tamen maligni ſpiritus repleti conſilio in in- « ſaniam mentis producti molientesque tunicam Domini, videlicet S. Matris « Eccleſiæ ſcindere vnitatem, quaſdam hæreſes ſufficienter ab antiquis Patribus « reprobatas & per Eccleſiam ſolemniter condemnatas his diebus, Proh dolor! « innouant, & tam in iſta Vniuerſitate quàm extra publicè dogmatizant. Duo « inter alia ſua documenta peſtifera aſſerentes 1. *In Sacramento altaris ſubſtantiam* « *panis materialis & vini poſt conſecrationem realiter remanere.* 2. Quod execrabilius « eſt auditu, *In illo venerabili Sacramento non eſſe Corpus Chriſti & Sanguinem æqua-* « *liter, nec ſubſtantiale, nec ſubſtantialiter, nec etiam corporaliter, ſic quod Chriſtus ſit ibi* « *in ſua propria præſentia corporali?* Ex quibus documentis fides Catholica pericli- « tatur, deuotio populi minoratur & hæc Vniuerſitas mater noſtra non medio- « criter diffamatur. Nos igitur aduertentes quod aſſertiones huius partis ſe«

" deteriores haberent ſi diutius in hac Vniuerſitate ſic tolerarentur, conuocauimus " omnes ſacræ Theologiæ Doctores & Iuris Canonici Profeſſores, quos ad hoc " aptiores credidimus, & in Vniuerſitate præſentes reperimus, & præmiſſis " aſſertionibus in eorum præſentia patenter expoſitis ac diligenter diſcuſſis, tan" dem finaliter eſt compertum atque judicio omnium declaratum ipſas eſſe erro" neas, fidei orthodoxæ contrarias, & determinationibus Eccleſiæ repugnantes, " contradictoriamque earundem eſſe veritates Catholicas determinationibus Ec" cleſiæ & dictis Sanctorum conſonas firmiterque credendas, videlicet quod per " verba ſacramentalia à Sacerdote ritè prolata panis & vinum in Altari in verum " Corpus Chriſti & Sanguinem tranſubſtantiantur ſeu ſubſtantialiter conuertun" tur, ſic quod poſt conſecrationem non remanent in illo venerabili Sacramento " panis materialis & vinum ſecundum ſuas ſubſtantias & naturas, ſed ſecundum " ſpecies earundem ſub quibus ſpeciebus verum Corpus Chriſti & Sanguis conti" nentur, non ſolum virtualiter ſeu figuraliter, ſed eſſentialiter, ſubſtantialiter & " corporaliter, ſic quod in illo venerabili Sacramento eſt Chriſtus licet indiuiſiſſi" mè in ſua propria præſentia Corporali. Hoc credendum, hoc docendum, hoc " contra omnes homines viriliter defendendum. Authoritate igitur noſtra mone" mus 1. 2. & 3. ac diſtrictius inhibemus pro prima monitione aſſignando vnam " diem, pro ſecunda aliam diem, pro tertia monitione Canonica & peremptoria " vnam aliam diem, ne quis cuiuſcunque gradus, ſtatus aut conditionis exiſtat, " præmiſſas aſſertiones erroneas vel earum alteram publicè tenentem, docentem " ſeu defendentem quovis modo audiat vel auſcultet, ſed ſtatim cum perceperit " tanquam ſerpentem venenum peſtiferum emittentem fugiat & abſcedat ſub pœ" nis in Iure expreſſatis & ſub pœnis incarcerationis & ſuſpenſionis ab omni actu " Scholaſtico, etiam ſub pœna excommunicationis majoris, quam in omnes & " ſingulos in hac parte rebelles & noſtris monitionibus non parentes lapſis ipſis " tribus diebus pro monitione Canonica aſſignatis, mora, culpa & offenſa præce" dentibus & id fieri meritò exigentibus ferimus & in his ſcriptis. Quorum om" nium & ſingulorum abſolutionem & abſoluendi poteſtatem, præterquam in " mortis articulo, nobis & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſeruamus. Inſuper vt " homines quamvis non per timorem latæ ſententiæ, ſaltem propter defectum " audientiæ à talibus doctrinis illicitis retrahantur, & eorum opiniones erroneæ " ſopiantur, authoritate eadem qua prius monemus primo, ſecundo & tertio, ac " diſtrictius inhibemus ne quis de cætero aliquem publicè docentem, tenentem " ſeu defendentem præmiſſas aſſertiones erroneas in Scholis vel extra ſcholas quo" vis modo audiat vel auſcultet, ſed ſtatim ſic docentem tanquam ſerpentem ve" nenum peſtiferum emittentem fugiat & abſcedat ſub pœna excommunicationis " majoris in omnes in hac parte rebelles non immerito fulminandæ & ſub pœnis " aliis ſuperius annotatis.

Hujus Hæreſeos deteſtandæ Anteſignanus fuit, vt dictum eſt, Ioannes Balle; Sectator Nicolaus Herford qui fruſtra conatus in Anglia virus illud ſuum ſpargere, Romam profectus eſt, & cum publicè eoſdem errores prædicaſſet, Vrbanus Papa habito Cardinalium Conuentu eos examinari curauit. Conuictus ergo eiuſdem juſſu carceri mancipatus eſt, vnde poſtea ſolutus in Angliamque reuerſus, demum ab Archiepiſcopo Cantuarienſi vinclis oneratus in carcerem compactus eſt. 3. M. Ioannes de Aſton nominatiſſimus non modò Magiſtri ſui opiniones publicè prædicauit, ſed & de ſuo nouas commentus eſt. 4. Ioannes Purneye Capellanus ſimplex, in geſtu vultuque maturus & formam ſanctitatis prætendens. 5. Nicolaus Smyth. 6. Richardus Vvaytheſtate imaginum deſtructores. 7. Vvillielmus de Vvindurby Preſbyter Diœc. Lincolnienſis. Hæc ferè Knyghtonius.

1378. Anno 1378. iterum Rectoratum Academiæ geſſit M. Guillelmus Gorran ſeu de Gorien Normanus, electus ſcilicet menſe Martio: quo Rectore obiit Romæ Gregorius XI. & exortum eſt in Eccleſia Chriſtiana Schiſma deplorandum, de quo ſpecialius infra dicetur. Eodem Rectore concluſus fuit Nominationum Rotulus. Sed orta eſt difficultas, an Rotularij ſeu Inrotulatores contribuere deberent ſicut cæteri ad impenſas pro legatione Nunciorum ſeu Portitorum Rotuli faciendi, qua de re ſic habetur in Commentariis Nationis Anglicanæ.

Anno Domini 1378. 12. die Iunij fuit Congregatio ad ſanctum Mathurinum « ſuper 3. articulis. Primus erat ad videndum de remedio ſuper grauamine quod « Nationem vrget in tentamine S. Genoueſæ. Secundus ad audiendum aliqua, « quæ Nuncius haberet Nationi referre. Tertius an DD. Rotularij deberent « mutuò contribuere, ſicut & cæteri: & maximè cum jam duo eorum dediſſent « & ſolum tertius nondum dediſſet. Super 1. fuerat concorditer deliberatum « quod eſſet ſcribendum M. Henrico de Athenis & M. Marcilio (de Inghen) « *pro tunc exiſtentibus in Curia*, quatenus hoc factum velint ſollicitare & meliori « modo quo poſſent, elaborare; etſi laboribus, ſeu quouis alio modo expenſas « facerent, Natio refunderet nec haberetur ingrata, ſi pro ea contingeret eos oc- « cupari. Super 2. Nuncius primò retulit, cum aliàs Natio ei promiſerit, quod « ſi contingeret eum in laboribus eius aliquas expenſas vlterius illi datas rationa- « biliter facere, de quibus prius reddiderit fidele compotum, quod in huiuſmo- « di expenſis eum redderet indemnem, quatenus huiuſmodi promiſſio melius « memoriæ commendaretur, Natio Litteras teſtimoniales huiuſmodi facti ei or- « dinaret, & ex plenâ concordiâ Magiſtrorum fuit ei data Littera cuius tenor « talis extiterat. «

De Rotulo Rotulariis et Nuncio.

Vniuerſis præſentia viſuris ſeu audituris. Nos Procurator & omnes ac ſin- « guli Magiſtri Nationis Anglicanæ ſtudij Pariſienſis recognoſcimus & publicè « proteſtamur in his ſcriptis, quod cum venerabilem & diſcretum virum M. Ge- « rardum Hypot de Kalker Baccalarium in Theologia & Canonicum Beatorum « Apoſtolorum Eccleſiæ Colonienſis ad Romanam Curiam deſtinaremus in Ro- « tulo & aliis noſtris negotiis expediendis, in eadem illi ad omnes & ſingulas ex- « penſas rationabiles in prædicta legatione neceſſarias, quas dictus M. Gerar- « dus ſecundum conſcientiam ſuam & fide teſtimonium duxerit legitimè compu- « tandum, ſumus & erimus veraciter obligati, facto tamen prius fideli computo « de receptis ex parte noſtra defalcandis per eundem. In cuius teſtimonium, &c. « Super 3. deliberatum fuit, quod contribuerent mutuò (Rotularij) ſicut & alij « maximè cum jam duo eorum contribuiſſent.

Iſti Nuncij ad Vrbanum recens creatum, quem tunc pro vero Papa habe- bat Francia deſtinabantur. Tunc autem Romæ erant ab Vniuerſitate M. Hen- ricus de Athenis, & M. Marcilius de Inghen vir Rectorius, cuius ſupra memi- nimus; & cuius Litteras de electione Vrbani accepit Vniuerſitas, quas infra referemus.

Idem M. Guillelmus Gorran Rector admiſit Stephanum Angeuin in Scri- ptorem librorum, nam inter Officiarios Vniuerſitatis erant quoque *Scriptores*: nec multum abludunt Litteræ Officiariorum illius temporis, ab iis quas hodie expedimus.

Receptio Scriptoris Iurati.

Guillelmus Gorran Rector Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pari- « ſius ſtudentium Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino. « Noueritis quod in noſtra præſentia perſonaliter conſtitutus Stephanus dictus « Angeuin *Scriptor Pariſius commorans Clericus Senonenſis Diœceſis, volens & deſide- rans ſub protectione Vniuerſitatis Matris noſtræ viuere, ac Officium Scripturæ & Li- brariatus ibidem exercere*, nobis humiliter ſupplicauit, quatenus eundem velle- « mus ad Officium prædictum exercendum admittere. Nos autem ſuper bona « fama, bonaque vita, conuerſatione, ac ſufficienti litteratura ipſius primitus, « vt decebat, informati, habitaque cautione ſufficienti ab eodem, prædictum « Stephanum jurare fecimus iuramenta in Officio Scripturæ & Librariatus in « Vniuerſitate prædicta jurari conſueta. Et ad requiſitionem noſtram omnia « eius bona mobilia & immobilia nobis obligauit per ſuum juramentum, nobiſ- « que & Vniuerſitati promiſit & aſſeruit de reddendo Magiſtros & Scholares « indemnes, qui libros ſibi tradiderint ad vendendum. Quare ipſum gaudere « volumus tenore præſentium Franchiſiis, Libertatibus, Priuilegiis & Immu- « nitatibus, quibus alij Librarij & Scriptores Officium prædictum in Vniuerſi- « tate prædicta exercentes gaudere conſueuerunt. Datum ſub ſigillo Rectoriæ « Vniuerſitatis prædictæ anno Domini 1378. die 5. menſis Iunij. ſign. I. Gorelli « cum Syngrapha. «

Digitized by Google

Quis Gorrano Rector ſuſtitutus fuerit, non inuenio : at ex hoc tempore videntur Officiarij Vniuerſitatis in Curia Officialitatis deſtitiſſe præſtare iuramentum ſponſoreſque dare; & in Curia Caſtelleti frequentius apud Præpoſitum recipi cœpiſſe. Moris enim erat antiquitus, vt qui à Rectore ad Officium aliquod exercendum admiſſi fuerant, apud Officialem quoque iuramentum præſtarent & ſponſores obligarent, vt ſi minus religiosè Officio ſuo defungerentur, ab Officiali Cenſuris Eccleſiaſticis ad illud præſtandum adigi poſſent. Verum fortè propter diſſidia, quæ inter Vniuerſitatem & Epiſcopum ac Officialem interceſſerunt, deſierunt ſenſim illam adire Curiam, & apud Præpoſitum iuramentum ſponſoreſque præſtare cœperunt Hoc autem anno ita receptus eſt Gaucherius Beliart Librarius Iuratus : vt conſtat ex hoc inſtrumento.

Receptio Librarij in Caſtelleto.

» A TOVS ceux qui ces preſentes Lettres verront Hugues Aubriot, Cheua-
» lier Garde la Preuoſté de Paris, Salut. Sçauoir faiſons, que pardeuant
» Eſtienne de Mirabel, & Nicaiſe le Muſnier, Notaires du Roy noſtre Sire au
» Chaſtelet de Paris, fut preſent Gaucher Beliart Libraire demourant à Paris,
» lequel Gaucher affirma en bonne verité pardeuant leſdits Notaires, comme
» en droit pardeuant Nous, que comme le Recteur à preſent de l'Vniuerſité de
» Paris, le ait fait, creé & ordonné Libraire pour ladite Vniuerſité, pour faire
» bien & loyaument, ſans aucune deception ou fraude, tout ce qui en tel cas
» eſt accouſtumé à faire & appartient, & qu'vn Libraire de ladite Vniuerſité
» peut & doit faire .... Ce que iceluy Gaucher a promis & iuré, & encore par
» la teneur de ces preſentes Lettres, promet & iure par ſon ferment, & par la foy
» de ſon corps, pour ce baillée corporellement és mains deſdits Notaires comme
» en la noſtre, de iceluy Office de Libraire de ladite Vniuerſité, & de toutes les
» appartenances d'iceluy Office, faire & exercer bien & loyaument ſans y faire
» ou ſouffrir eſtre fait à ſon pouuoir aucune deception & fraude ou mauuaitié qui
» ſoit ou puiſſe eſtre ou dommage, ou preiudice, lezion ou villenie de ladite Vni-
» uerſité, des Eſcoliers ou frequentans icelle; à & ſur peine de cinquante liures
» Pariſis qu'il engagea és mains deſdits Notaires, comme en la noſtre, & promit
» dés maintenant pour lors & deſlors, comme maintenant, payer & rendre au
» Recteur de ladite Vniuerſité, qui eſt à preſent, & qui ſera pour le temps adue-
» nir, ou au porteur de ces Lettres pour ladite Vniuerſité, ou cas que defaut y
» auroit de bien & loyaument exercer iceluy Office, comme dit eſt. A ce vint
» & fut preſent pardeuant leſdits Notaires Giraut Iulien, Courtier de vin de-
» mourant à Paris, ſi comme il dit, lequel pleigea ledit Gaucher, ſe conſtitua
» & conſtituë principal Payeor de ladite ſomme de cinquante liures Pariſis, ou
» cas deſſuſdits, promettent leſdits Michel & Pleige par leurs ſermens & par la
» ſoy de leurs corps, & chacun pourtant comme il luy touche à auoir, & tenu
» faire tout ce que dit eſt, & non venir, ne faire ou ſouffrir, aller ou venir au
» contraire comment que ce ſoit, & rendre & payer tous couſts, dépens, dom-
» mages & intereſts, qui faits ſeroient par defaut de ce que deſſus, non accomply
» ſur l'obligation de tous leurs biens, meubles & immeublés, preſens & aduenir,
» qu'il en a ſoûmis quant à ce à Iuſtice, & par toutes Iuſtices où ils ſeront trou-
» uez pour ces Lettres, & leur contenu du tout enteriner & accomplir, renon-
» çants en ce fait expreſſement leſdits Gaucher & Pleige, par leurſdits ſermens
» & foy, à toutes exceptions & autres choſes quelconques, qui aider & valoir
» leur pourroient, ou à l'vn d'eux à venir, & dire contre ces Lettres, ou l'exe-
» cution ou effet d'icelles, & au droit diſants generale renonciation non valoir.
» En témoin de ce, Nous à la relation deſdits Notaires auons mis à ces Lettres
» le Seel de la Preuoſté de Paris l'an mil trois cens ſoixante & dix-huit, le Mardy
» derniet iour d'Aouſt.

Signez, N. Le Mvsnier, Mirabel, auec paraphes.

Origo Schiſmatis anni 1378.

DVm hæc & alia in Vniuerſitate Pariſienſi geruntur, funeſtior & calamitoſior Tragœdia Romæ & in Italia præparatur. Hoc enim anno initium ſumit periculoſiſſimum & damnoſiſſimum, ſi quod vnquam in Eccleſia Dei fuit, ſchiſma; quo nauis Petri, veluti grauiſſima tempeſtate per plures annos agitata & propè ſubmerſa eſt. Nempè cum Gregorius Romæ in vitæ diſcrimen certiſſimum incidiſſet, cœperunt Cardinales Itali cum Banderoſiis, ſeu Præfectis Regionariis Vrbis agitare conſilium de retinenda in Italia Sede Pontificiâ, ac proinde de creando Pontifice, ſi contingeret Gregorium mori, qui Romanus eſſet aut Italus. Interea obit Gregorius die 27. Martij, calculi dolore correptus acutiſſimo, vir equidem longiori Pontificatu dignus, ſepeliturque in Diaconia ſanctæ Mariæ Nouæ. Et ſtatim Banderoſij poſitis vbique cuſtodibus Cardinales adigunt ſubire Conclaue ad Electionem noui Pontificis; nec abſtinent minari, fortè vehementiùs, non impunè laturos, niſi Romanum aut Italum crearent. His acceſſit fremitus tumultuſque populi, iniquo animo ferentis tranſlationem Sedis in alias terras. Cardinales autem ſeu paci & tranquillitati Eccleſiæ bona mente ſtudentes, ſeu timore adducti Bartholomæum Butillum Barrenſem Archiepiſcopum, de genere Prignano Neapoli ortum, virum in rebus Curialibus peritiſſimum, egregiumque Iuris Pontificij Doctorem Pontificem creant. Is nempe Auenione in Contubernio Petri Cardinalis Pampilonenſis Vice-Cancellarij Apoſtolicum Tribunal rexerat, & Romæ eodem abſente idem munus prudenter exercuerat, à Gregorio ob virtutes maximas ab Archiepiſcopatu Acheruntino tranſlatus ad Barrenſem.

Igitur Cardinales, 13. nempè Galli, & 4. Itali Conclaue ingreſſi 7. Aprilis, 8. prædictum Bartholomæum eligunt; 18. die ſcilicet Paſchæ publicè Tiarâ Pontificio inſigniunt, & 19. ad ſex Cardinales qui proficiſcente in Italiam è Galliâ Gregorio, remanſerant Auenione Litteras dant ſignificantque electionem Bartholomæi in Vrbanum VI. Pontificem fuiſſe concordem & vnanimem, vt ſuum quoque eidem electioni præſtent aſſenſum. Iidem ad Imperatorem & Principes ac Monarchas Chriſtianos, Circulares, vt vocant, Litteras mittunt, admonentes ne credant falſis rumoribus, quos jam vbique ſparſos eſſe conſtabat de vi illata. Ait tamen M. Henricus de Haſſia Academicus Pariſienſis, & Socius Sorbonicus, Dialogo de hoc Schiſmate, in MS. Victorino fol. 142. Vnum eorum ſecretò ſcripſiſſe Regi Francorum, ne vllis Cardinalium Litteris, non etiam ſuis fidem adhiberet, quandiu Romæ eſſent, quia metu populi tenebantur.

Die 25. Aprilis Cardinalis Ambianenſis de Legatione Serazaniana reuerſus, eidem Vrbano reuerentiam & obedientiam publico in Conſiſtorio exhibet; vt & cæteri fecerant; ſicque omnes eidem per aliquot menſes parent. At ille, vt ſcribit Vvadingbus, cum in honore eſſet, non intellexit, oblitus ſtatim qualis fuiſſet, prudentiam quâ prius enituerat, viſus eſt omnem exuiſſe: quippè teſte Thoma Vvalſinghamo, minatus eſt ſe Cardinalium mores reformaturum, nondum ſatis ſui ſtatus ſecurus, quod certè non ferebat infauſti temporis conditio. Hinc prima mali labes. Acceſſit & alia, quod Ottonem Brunſvvicenſem generoſiſſimum adoleſcentem Ianæ Siciliæ Reginæ virum contemnit, & Honoratum Caietanum Fundorum Comitem ſpoliat Campaniæ Præfecturâ.

Cœpit Cardinales tædere moræ, & habito inter ſe ſecreto Conſilio & Colloquio ex Vrbe diſcedere decernunt, præſertim omnes Vltramontani. Itaque vt vident omnia pacata, jamque neminem ſuſpicari quid conſilij cepiſſent; quodque exequi vellent, quod in Conclaui metu adducti ſe executuros promiſerant, ſtatim atque liberior exeundi locus eſſet, alij ocyus, alij ſerius Anagniam. Mox Fundos in Caietani Comitis Vrbem, vitandi æſtus ſpecie & prætextu, quo in loco præteritam æſtatem cum Gregorio transegerant, migrant, nec deſiſtunt tamen cum Vrbano qui cum 4. Italis Cardinalibus Tibur ſeceſſerat clementioris quoque auræ capiandæ gratiâ & per Litteras & per Nuncios agere tanquam cum vero & legitimo Pontifice. Donec tandem menſe Iulio

omnes Vltramontani conſilium ineunt de creando altero Pontifice, electionem Vrbani affirmantes fuiſſe coactam, ac proinde illegitimam. Hoc Conſilio capto mittunt ad Carolum Regem Francorum M. Nicolaum de S. Saturnino, Dominicanum, Natione Aruernum, Magiſtrum ſacri Palatij, & Doctorem Theologum. Scribuntque ſimiliter ad Rectorem & Vniuerſitatem Pariſienſem, & admonent, quid conſilij vnanimiter cepiſſent. Et hoc factum 15. Iulij.

Interim verò accerſitis Britonibus & alijs armatis hominibus ad ſui cuſtodiam, prædicto Caëtano auxilium præbente euocant 4. Cardinales Italos, qui Tibure cum Vrbano verſabantur; atque ad ipſum quoque Vrbanum ſcribunt, admonendo vt Pontificatum liberè & ad conſcientiæ ſecuritatem deponat, non ignarus quippe, ſe vitio creatum. Iamque non dubitatur, quin res in apertum Schiſma proceſſura ſit. Quanta autem Romæ & Tibure conſternatio fuerit animorum, intelligitur ex M. Marcilij de Iughen viri Rectorij qui tum erat cum Vrbano, litteris ad Vniuerſitatem Pariſienſem 27 Iulij datis. Dant etiam ijdem Cardinales litteras Circulares ad omnes Reges & Principes, quibus ſignificant ſe Vrbanum & Cardinales Italos, qui cum eo erant Fundos vocaſſe ad alterius legitimi Pontificis liberam & non coactam electionem. Præuiderat hoc malum Vrbanus, & iam 3. Iulij cutauerat ad Vniuerſitatem Pariſ. perſcribi per M. Iacobum de Sena, Creationis ſuæ circunſtantias. Cuius Epiſtolam, ſeu vt vocant, *Factum* infra referemus. Sic omnibus ad Schiſma pernicioſiſſimum Iuridicè apparatis, Cardinales Fundani 13. Kalend. Octob. Pontificem renunciant Robertum Gebennenſem Cardinalem Preſbyterum tituli 12. Apoſtolorum à Gregorio prius creatum, illique vltimâ Septembris coronam Pontificiam, & Clementis VII. nomen imponunt, qui Auinione ſedem habiturus eſſet, ſanctâ iam & vrbis Romæ æmulâ Ciuitate. Statimque de hac noua creatione certiores faciunt Reges, Principes & Vniuerſitates. Nec obliuiſcitur ſui Vrbanus, qui Romam regreſſus ad animos Ciuium confirmandos, dat quoque ad omnes Monarchas litteras, & ad Vniuerſitatem Pariſienſem 11. Kalend. Decemb. admonens quid rei molirentur Schiſmatici, quamque pernicioſam Religioni Chriſtianæ cladem illaturi eſſent, niſi conatibus eorum obſiſteretur.

Ex tam varijs vtrinſque Partis litteris difficile fuit etiam Doctis & pijs hominibus ferre Iudicium, & vter verus Pontifex cenſendus eſſet, declarare. Conſultus ſuper ea re eaque recente Baldus peritiſſimus Iuris Ciuilis Pontificijque Interpres reſpondet, vt habetur in lib. 6 Codic. tit. *ſi quis aliquem*, Vrbanum ſibi videri ſummum Pontificem: tum quòd ijs præfulſerit meritis, quæ Pontificatui deferendo abſque vlla vi ſufficerent; quibus allecti Patres hunc alijs Curiæ Rom. Prælatis præferre debuerint; tum quod loco, ſummæ ſedi velut Natali ſederet: tum demum quod conticeſcente Populi Rom. tumultu omnes Cardinales Electores ad Vrbanum regreſſi, eum Pontificijs inſulis magnâ excoluerint ceremoniâ; magnum ſanè cauſæ fulcimentum, ſi enim inuiti elegerant, cur in vrbem reuerſi, inaugurationis Majeſtati interfuerunt? Si liberè & voluntariè, quæ peruerſitas cum publico periculo quæ probauiſſent, retractare? Tum poſtremò, quod ritè Electionis verbis, bis factis, his ſententijs omnes repleuiſſent regiones, adeo vt totus fermè terrarum orbis ita ſit opinatus, Vrbanum eſſe verum legitimumque Pontificem. Imò ipſe Robertus Gebennenſis teſte Froiſardo 1. 2. ſub recentem Vrbani Electionem ad Flandrum Comitem & Britannos ſcripſerat eundem conſenſu vnanimi riteque delectum.

Itaque ad partes Vrbani acceſſerunt. S. Catharina Senenſis virgo ſanctiſſima, reuelationum & Miraculorum gloria tum illuſtris, quæ ad Carolum Imperatorem, ad Cardinales qui ab Vrbano defecerant, & ad Vrbanum ipſum multas dedit ea de re litteras. Catharina Sueca ſancta quoque virgo D. Brigittæ filia, & Petrus Aragonius Infans Minorita, vir quoque ſanctiſſimus. Itali omnes, Germani, Angli, Hiberni, Hungari, Belgæ, Britanni, Luſitani, & mutatâ tandem ſententiâ Aragones & Catalani. Clementis verò Partes amplexi ſunt initio ſoli Galli, mox Scoti, Nauarræi, deinde Hiſpani: & multi quoque viri pietate non minus quàm doctrinâ illuſtres. Nobilior certè fuit ſub initia conditio Clementis, adhærentibus ei omnibus Cardinalibus & relicto Vrbano ſolo, qui ob eam rem coactus eſt nouos creare Cardinales.

Hæc ſummatim dedimus ad planiorem & clariorem totius Hiſtoriæ intelligentiam: de qua triginta duo volumina ſeruantur in Archiuo Vaticano, vt ſcribit Wadinghus in annalibus Minorum adhunc annum: in quibus congeſta reperiuntur quæ pro vtraque parte acta vel ſcripta ſunt: atque inter ea, multa Autographa ipſorum Cardinalium qui Vrbani electioni ſubſcripſerant. Præter multorum Doctorum virorum Tractatus, Vrbanum verum Pontificem probantes. Nunc verò ſigillatim, quid in huiuſmodi Electionibus acciderit, placet proſequi. Nam Vniuerſitas Pariſienſis antequam alterutri parti accederet, curauit ad ſe perſcribi quæcunque geſta fuerant. Imprimis igitur Cardinales ſupradicti qui Vrbanum elegerant, factam electionem perſcribunt ad Collegas qui Auenioni remanſerant.

Ad Cardinales Auenionenses.

« Reuerendiſſimi Patres & Domini, quia plerumque, imò plurimùm præſertim in rebus arduis famæ loquacitas veritatem quibuſdam coloribus adulterinis obnubilat; ideo quid in his diebus in Romana Eccleſia, cuius honorabilia membra & ſublimes columnæ pariter nobiſcum exiſtitis, geſtum ſit, vobis præſenti ſcriptione veridica curauimus intimare, vt ſi qui vobis rem aliter narrauerint ſeu ſcripſerint, non credatis; & mentes veſtræ hac noſtra inſinuatione clarificatæ in tranquillo & ſereno veritatis littore conquieſcant. Veſtris igitur Paternitatibus innoteſcat, quòd ſanctæ feliciſque recordationis Patre noſtro D. Gregorio Papa XI. 27 die menſis Martij nuper elapſi viam vniuerſæ carnis ingreſſo, & ſicut de largiſſima Dei pietate confidimus, poſt labores ad præmia euocato, ſicut aliàs vobis ſcripſimus, tantique Patris vt erat iuris & moris, omni debito honore & reuerentia exequijs celebratis, die 6. præſentis menſis Aprilis Conclaue Palatij Apoſtolici, in quo præfatus D. noſter obierat, ne dicamus, abierat, iuxta ſanctiones Canonicas decreuimus introïre, certis ex cauſis ad id noſtrum introïtum ad diem immediatè ſequentem duximus differendum. Quâ quidem die, videlicet 7 huius menſis, primitus gratiâ S. Spiritus inuocatâ Conclaue præfatum intrauimus de electione futuri ſummi Pontificis tractaturi. Sequenti die Luciferi neſcientis occaſum, vt piè credimus, radijs illuſtrati circa illam diei horam quâ Spiritus ille paraclitus in SS. Diſcipulorum corda deſcendit, ad perſonam Reuerendiſſimi in Chriſto Patris D. Bartholomæi Archiepiſcopi Barrenſis, viri vtique magnorum meritorum claritate conſpicui & multiplicium virtutum lampade refulgentis liberè & vnanimiter dreximus corda noſtra, eum ad celſitudinis Apoſtolicæ ſpeculam concorditer euocantes: & hanc noſtram euocationem ſeu electionem in conſpectu maximæ Chriſtianæ plebis multitudine nunciantes. Cæterum die 9. huius menſis idem D. noſter electus coram fidelium turba copioſa ſuper thronum dignitatis Apoſtolicæ ſublimatus ſibi Vrbani VI. nomen adſciuit, ac die heſternâ qua Chriſtus Ieſus ſummus Pontifex vitam noſtram reſurgendo reparauit, ſicut in Rom. Eccleſia conſuetudinis eſt in Baſilica Principis Apoſtolorum de vrbe cum ingenti tripudio & lætitia innumerabilis populi Chriſtiani Pontificali Regno magnificè & ſolenniter extitit coronatus. Quæ quidem vobis ideo nunciamus, vt ſicut obitus D. memorati Gregorij vobis amaritudinis & triſtitiæ propinauit, ſic de præſentis Patris confeſſione hactenus vobis & nobis factâ gaudij & exultationis ſpiritum aſſumatis in illo, in cuius vices idem D. noſter gerit in terris, firmam ſpem fiduciamque tenemus, quod ſub eius felici regimine ſtatus Rom. Eccleſiæ reflorebit, & orthodoxa fides felix optatumque ſuſcipiet incrementum, Saluator noſter Ieſus Chriſtus diu & feliciter in ſuo ſeruitio vos perſeuerare faciat iuxta vota. Datum Romæ die 19. dicti menſis Aprilis ſub ſigillis noſtrûm Petri Portuenſis Epiſcopi, G. tit. S. Stephani in Celio Monte & Iacobi tit. Georgij ad velum aureum Diaconi Cardinalium, hîc Prioratus locum obtinentium in Ordinibus antedictis. Sequuntur nomina vndecim aliorum Cardinalium.

Menſe Iulio ſequente Cardinales qui Anagniam ſeceſſerant, iam liberiores facti & ſecuriores omnis tumultus inito conſilio conſtituunt admonere Principes de rerum veritate in electione Vrbani tranſactarum. Ad Regem Carolum mittunt M. Nicolaum de S. Saturnino, & per eundem quoque ſuas dant ad Vniuerſitatem litteras. Hoc modo.

« Cardinales Anagniæ exiſtentes venerabilibus amicis noſtris Cariſſimis

Litteræ Cardin. ad Vniverſitatem.

» Rectori, Doctoribus & Magiſtris Vniuerſitatis Pariſienſis. Venerabiles amici
» Cariſſimi mittimus ad Sereniſſimum Principem D. noſtrum Regem venerabi-
» lem & Religioſum virum M. Nicolaum de S. Saturnino Magiſtrum Palatij, nec-
» non ſacræ Theologiæ ſolenniſſimum Profeſſorem, latorem præſentium, de no-
» ſtra intentione plenariè informatum ſuper nonnullis arduiſſimis negotijs fidem
» Catholicam ac ſtatum ſacroſanctæ Rom. & vniuerſalis Eccleſiæ continentibus
» & honorem. Ea propter vos affectuoſiſſimè deprecamur, quatinus propter
» Deum & Eccleſiam ſponſam ſuam dictum M. Nicolaum velitis gratioſè reci-
» pere, benigniter audire, ac ſibi tanquam perſonis noſtris proprijs in exponen-
» dis per eum fidem credulam adhibere, reſcribentes in omnibus fiducialiter
» quæque grata. Valete in Domino fideliter & votiuè. Scriptum Anagniæ die 15.
Iulij anno 1378

Tunc cum Vrbano in receſſu Tiburtino morabatur M. Marcilius de Inghen Vniuerſitatis Pariſienſis olim Rector, qui orientem tempeſtatem præuidens ſcripſit ad eandem Matrem ſuam, petijtque quid fieri placeret; & an apud Vrbanum, an apud Collegium Cardinalium res ſuas promoueris an paulùm exſpectari iuberet.

Litteræ M. Marcilii ad Vniverſitatem.

» Venerabilibus & diſcretis Rectori & omnibus Nuncijs Vniuerſitatis Pari-
» ſienſis, Dominis & Magiſtris ſuis prædilectis. Reuerendi Magiſtri mei & Do-
» min. ſingulares noueritis me Tibure in Territorio Romanorum, vbi pro nunc
» eſt Papa, ſanum quamuis triſtem & multis præpeditum anguſtijs reſidere. In-
» ſuper quod Eccleſia Dei, videre meo, non in centum annis in tanto fuit Schiſ-
» matis periculo, quod Deus auerrat. Nam Papa, ſicut præſcripſi cum Floren-
» tino & Mediolanenſi S. Patri & de Vrſinis Cardinalibus reſidet in Ciuitate Ti-
» burtina. Cardinales verò alij 13. in numero reſident in Anagnia, & vt dicitur,
» iſti primi & populus Romanorum ac Communis Italiæ dicunt eum qui fuit Ar-
» chiepiſcopus Barrenſis, eſſe verè ac ritè Papam. Cardinales verò illi 13 vt dici-
» tur, referunt contrarium, ſcilicet propter Romanorum impreſſionem, electio-
» ctionem eſſe nullam & fuiſſe irritam, eo quod non libera; ſicque dictum quon-
» dam Barrenſem non eſſe verè Papam. Propter quod etiam dicti Cardinales
» Britones & alios armorum homines & ſtipendiarios aduocari fecerunt pro ſui
» Cuſtodia, qui actu venerunt Anagniam & tranſeundo Romanorum magnam
» inter emerunt multitudinem. Quapropter omnes Gallici Romæ etiam exiſten-
» tes fuerunt periclitati & plurimi interfecti, & quaſi omnes forenſes furia ſua-
» dente fuiſſent interfecti. Quid autem Cardinales facere velint cum dictis ar-
» morum Gentibus, vulgo ignotum eſt. Quidam tamen aiunt ipſos ad nouam
» electionem velle procedere. Vnde & alios Cardinales Tibure exiſtentes citari
» fecerunt, & neſcitur ad quid; Quidam dicunt, ad Papæ nouam electionem
» vel creationem; alij dicunt ad videndum agi & diſcuti de nullitate electionis
» Vrbani Papæ moderni; alij dicunt Cardinales cum dictis Gentibus velle con-
» duci ad locum tutum, & ibi de nouo velle eligere. Quid autem verum ſit, latet
» omnes; quamuis vt hoc occultum ſatis & citò ſciatur, oportet. Inſuper ob
» hanc cauſam Aduocatum veſtrum Anagniæ, Procuratorem in via ad Auinio-
» nem, me verò Tibure ſubſiſtere, nec aliquid vlterius attentaturum, niſi de
» nouo percepero litteris veſtris mentem veſtram, ſcilicet quomodo & coram
» quo volueritis procedi, & ſi vellem, non auderem neque poſſem. Quare ſuper
» hoc non ſitis negligentes, ſupplico, quin voluntatem veſtram reſcribatis: quia
» reuera maximis periculis hîc maneo & ſumptibus mihi intolerabilibus, faciatis
» in hoc diligentiam veſtram ſupplico, deuotè. Inſuper ſi Romæ & coram D.
» Vrbano volueritis procedi, ſicut vobis nuper ſcripſi, remittatis copiata priui-
» legia virtute cõpulſoriæ, quia illis vti vos oportebit in proceſſu cauſæ. Publi-
» cis enim litteris per Epiſcopum Siluanectenſem quas mecum duxi, non ſtatur
» nec datur fides, ſicut pluries vobis ſcripſi, quare etiam in hoc non deficiatis.
» Cæterum de Rotulo veſtro nihil percepi, niſi quod M. Guill. de Coſter zelo
» venit Romam & fuit Anagniæ. De cæteris Nuncijs bene audiui, quod viſi
» ſunt Auinioni, plus non percepi. Inſuper nulla ſunt noua niſi mala; hoc ſolo
» dempto quod Papa heri publicè in Conſiſtorio confirmauit electionem factam
» de Rege Almanorum per Electores, & ipſum denunciauit futurum Imperaro-
rem,

Digitized by Google

rem, quamuis ex parte Imperatoris nulli Ambaſſiatores pro eo fuerint miſſi. Cæterum Regina Siciliæ miſit Papæ 2000. lanceas & 100. homines pedites valentes pro ſui defenſione. Papa dicitur infra octo dies Romam reuerſurus; neſcio, ſi fui. Vtinam cum bona voluntate veſtra vobiſcum exiſterem, & infra biennium carnibus non veſcerer, quia reuera pericula grauiſſima ſunt omnibus foreoſibus, nunc in Patria iſta, diſcordia ſeriùs ſcripta hoc inducente & procurante. Dominus vos dirigat feliciter & longæuè. Scriptum Tibure die 27. Iulij aono 1378.

Hinc rerum ſtatus agnoſcitur, & quo pacto ſignificaſſent Cardinales Anagnienſes Vrbano Tibure ſedente ne Papam ageret, tumultuoſæ conſcius electionis. Eorum ad ipſum litteras habeo ex MS. Herovuallij, & tales ſunt.

Litteræ Cardinalium ad Vrbanum.

Epiſcopi, Preſbyteri & Diaconi Cardinales Apoſtolica Sede vacante Bartholomæo olim Epiſcopo Barrenſi ſpiritum conſilij ſanioris. Exigit ſanctæ ac Catholicæ fidei puritas, exigit & Catholici ac Chriſtiani populi deuotio ſalutaris: exigit totius Eccleſiæ ſtatus clara profeſſio ac ſalus aoimarum Chriſti fidelium ſingulorum, vt ea quæ diſſimulata in fide, maculant, ſubuerſionem in Chriſticola populo, ſtatus Eccleſiaſtici encruationem ac euidens animarum inducerent periculum, palam notificentur, omnibus annuncientur in populis & iuxta doctrioam Euaogelicam ſuper tecta prædicentur, ne indiſcretum ſilentium in errore derelinquat qui poterant erudiri, & ij ad quos ex officio pertinet, ſubiaceant reprehenſioni Prophetæ dicentis, *Prædicatores tui videbant tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.* Cum igitur nuper Apoſtolica Sede vacante per obitum piæ ac ſanctæ memoriæ D. Gregorij Papæ XI. qui de menſe Martij vltimò præterito in vrbe diem ſuum clauſit extremum, Noſque pro electione ſummi Pontificis vt iuris & moris eſt, celebranda in Conclaui ad hoc in Palatio Apoſtolico, in quo idem S. memoriæ S. Gregorius obierat, deputati conueniſſemus, populus Rom. etiam ad campanarum ſonitum congregatus hoſtili more, totum circundans ab extra, & ab intus ferè implens Palatium, & terrori tam vehementi minas etiam ſuperaddeos, quod niſi eligeremus & ſine mora Romaoum vel Italicum, ſtatim incideremur per fruſta, etiam congruo ſpatio temporis in quo ſaltem de perſona deliberare poſſemus, penitus nobis ſubſtracto contra voluntatem & propoſitum noſtrum ad eligendum Italicum ſubito & ex abrupto per violentiam & metum mortis coëgerunt inuitos. Propter quod ad euitandum mortis duntaxat periculum, aliàs non facturi, vt etiam tunc palam inter nos diximus, te in Papam duximus eligendum, exiſtimantes te, cui rum nefanda impreſſio ſicuti & toti Clero & populo nota erat, tali eſſe conſcientia quod eam nullatenus acceptares, at tu propriæ ſalutis immemor omni pura conſcientia procul pulſa, ambitionis aliàs in auditæ ardore quam maximè inflammatus præſentationi electionis huiuſmodi ab illis ex nobis qui in vrbe remanſerant etiam per metum extorta contra Canonicas ſanctiones in ſcandalum maximum Cleri & populi Chriſtiani ac exempli perniciem, electioni huiuſmodi licet nullæ & inualidæ ipſò iure conſenſiſti, oecnon metu & ipſius metus cauſa adhuc procul dubio perdurantibus in vrbe ipſa inthronizatus & coronatus de facto, te in Papam & in Apoſtolicum nominaſti, qui à SS. Patribus & iure communi Apoſtaticus, anathematizatus, Antichriſtus & totius Chriſtianitatis inuaſor & deſtructor potius & meritò nominaris. Nempe cum iſta tua tam nefaria Intruſio in Papatu iam ſit ſicut diuulgata per orbem, veluti tam notoria, quod iam alicubi celari non poteſt, cum eo tempore ſcilicet modicum ante Paſcha facta fuerit, quando de vniuerſis partibus Chriſtianitatis maior adeſt in vrbe populi multitudo, quod errores quamplurimi pullulare incipiunt & fidelium Chriſtianorum illaqueari conſcientiæ, tuque diutius exſpectatus, ac in ſecreto charitatiuè admonitus immemor ſalutis propriæ tecum in præcipitium cupiens trahere Clerum & populum vniuerſum, ad corredire non cures, ſed inanem & tranſitoriam mundi gloriam ſaluti animæ tuæ propriæ & aliorum Chriſti fidelium anteponeres animo obſtinato, ſatagis ipſum Papatum tyranoicè poſſidere, qui per oſtium non intraſti. Nos non valentes præmiſſa ſaluis conſcientijs, amplius ſub diſſimulatione tranſire, ad tuam & aliorum Chriſti fidelium notitiam

» præmiſſa omnia licet ipſa tibi quam penè toti Clero & populo exiſtant notoria, deducentes te anathematizatum ac tanquam intruſum in Papatu nulla electione Canonica præcedente totius Chriſtianitatis inuaſorē, qui caput ipſius ſanctæ Chriſtianitatis inuadere non formidas, vel deſtructorem qui vt ſub tua occupatione tyrannica efficere ſatagis, vt fere Sacramenta deficiant, vt Chriſticola populus vero Paſtore carens per abrupta ducatur in deuium, publicamus ac etiam denunciamus. Te nihilominus exhortantes & obſecrantes per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, cuius Eccleſiam ſponſam ſuam non erubuiſti inuadere, vt de fine cogitans ad quem jam te trahit plenitudo dierum, ad Deum & puram conſcientiam dirigas aciem tuæ mentis, ipſamque B. Petri Sedem ſanctiſſimam quam ſine titulo occupas, liberam & vacuam omnino dimittas, inſignia deponas Papalia, ac ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium Papatus Romanæ Eccleſiæ abſtineas indilatè, & aliàs Domino & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ per fructus veræ pœnitentiæ ſatisfacere ſtudeas juxta poſſe. Quod ſi feceris, gratiam Dei, gloriam mundi ac laudes Cleri & populi Vniuerſi mereberis obtinere ac acerbarum pœnarum per iura communia tibi impoſitarum & etiam imponendarum remiſſionem cum miſericordioſa indulgentia mereberis obtinere, aliàs indignationem Dei omnipotentis ac Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli Sanctorumque omnium non immeritò incurſurus. Noſque Diuinum & humanum auxilium, cum Chriſti ſponſa & omnium Chriſtianorum communis Mater pro te proculdubio violetur, inuocabimus, aliiſque vtemur remediis per Canonicas ſanctiones conceſſis, abinde in anteà nullam ſpem de miſericordia habiturus. Datum Anagniæ, &c.

Die 2. Auguſti iidem Cardinales publicum conficiunt inſtrumentum, quo teſtatum volunt electionem Vrbani eſſe irritam propter tumultum vimque manifeſtam, præſertim verò Carolo Regi Exemplar eiuſdem tranſmittunt, quod mihi benignè conceſſit Bonauentura Bauduiſius Celeſtinus Pariſienſis.

Exemplar Atteſtationis Cardinalium de Electione Vrbani VI.

CVm propter falſam aſſertionem iniquorum veritas quandoque in lucem venire nequeat, rationabiliter iura ſanxerunt, vt ea quæ in alterius poſſunt redundare præjudicium, ſcripturis authenticis annotentur, ne in poſterum cum ab hominum memoriâ, quæ naturaliter labilis exiſtit, diſceſſerint, falſitas veritati præjudicet aut iniquitas præualeat æquitati. Vt igitur veritas eorum quæ nouiſſimis diebus in Eccleſiæ S. Rom. præjudicium, vituperium ac dedecus inauditum in Vrbe attentata ſunt, cunctis pateat, nec valeat per falſitates quomodolibet obumbrari, dignum & rationi congruum eſt, vt in eorum ac ipſa perpetrantium deteſtationem & confuſionem perpetuam præſentibus inſerantur.

Sciant ergo vniuerſi Chriſti fideles quod cum S memoriæ & felicis recordationis D. Gregorius Papa XI. die 27. præteriti menſis Martij obiiſſet, Officiales Vrbis diuerſa Conſilia in Capitolio tenuerunt aliqua ſecreta, aliqua generalia, vt moris eſt inter eos in expeditione magnorum negotiorum, in quibus tractatum fuit quis modus inter eos teneri deberet in electione Papæ; & provt per plures Ciues Romanos aliquos qui intererant conſiliis, aliquos qui dicebant ſe audiuiſſe ab iis qui conſiliis interfuerant, reportatum fuit pluries DD. Cardinalibus quod in eiſdem Conſiliis concluſerunt, vt omnino cogerent DD. Cardinales ad eligendum Romanum vel ſaltem Italicum, eo vt dicebant quod aliter non poterant eſſe ſecuri quod Curia in Italia remaneret. Et in vno ex iſtis Conſiliis fuit iſte D. Bartholomæus tunc Archiepiſcopus Barrenſis, provt ipſe publicè confeſſus eſt, licet aſſerat modò quod ipſe impreſſionem fieri diſſuaſit; qui etiam Bartholomæus poſtea vt aſſerunt fide digni, ſe multum commendauit Banderenſibus exiſtentibus in Eccleſia B. Mariæ nouæ antequam Conclaue intraretur.

Item præfati Officiales ſtatim poſt mortem eiuſdem D. Gregorij voluerunt habere cuſtodiam omnium portarum & pontium Vrbis, etiam quæ prius per Gentes eiuſdem D. Gregorij & ſuo nomine cuſtodiebantur, eaſque die & nocte cuſtodiri fecerunt diligenter, ea vt veriſimiliter & communiter creditur, causâ

vt DD. Cardinales ante celebratam electionem Vrbem egredi non valerent pro libera electione alibi celebranda.

Item prædicti Officiales Vrbis pendentibus decem diebus qui effluxerunt inter mortem D. Gregorij & introitum Conclauis ſimul adunati cum alio magno numero Ciuium omnibus DD. Cardinalibus inſimul adunatis pluries ſupplicauerunt eoſque requiſierunt vt eligerent Papam Rom. vel ſaltem Italicum, addentes vt ante ingreſſum Conclauis vellent ipſos ad conſolationem populi de hoc clarificare, & aliquibus vicibus ſubjunxerunt quod aliter dubitabant de maximis & irreparabilibos periculis & ſcandalis, cum viderent & cognoſcerent corda Ciuium nimium ſubleuata, & vlterius certos Ciues miſerunt ad domos multorum DD. Cardinalium, qui ex parte Officialium & populi ſimiles requiſitiones fecerunt ipſis DD. Cardinalibus in particulari.

Item præfati Officiales mandauerunt omnibus Nobilibus Vrbis, per quos furor populi reprimi poterat ſub pœnis maximis, ne infra tres dies exirent Vrbem, quod mandatum nunquam pro parte DD. Cardinalium requiſiti reuocare voluerunt; imò quod fuit deterius, requiſiti vt ſaltem Comites Nolanum & de Fundis qui erant Officiales Eccleſiæ permitterent ſtare Romæ, negauerunt expreſsè; ac etiam poſtea requiſiti vt ſaltem Comitem Nolanum & D. Agapitum de Columna Epiſcopum Vliſbonenſem, magnos Ciues & notabiles in Vrbe deputarent pro cuſtodia Conclauis, hoc facere denegauerunt, volentes quod aliquis qui dubitaretur offendi à populo, ſe haberet intromittere quoquo modo. Propter quod DD. Cardinales dubitantes de eo quod poſtmodum accidit, miſerunt pro Officialibus & expoſuerunt eis cum magna fide errores qui poſſent ſequi ex modis quos ipſi tenebant circa ipſos, expreſsè etiam eis dicendo quod ſi propter præmiſſa quæ minas & impreſſionem eos velle facere ſapiebant, aliquis in Papam eligeretur, non eſſet verus Papa, & quomodo ipſi tendentes vt Curia penes ipſos remaneret, eſſet cauſa ipſam perdendi; & requiſierunt eos de duobus in effectu. 1. Quod Ruſticos de Comitatu, quos in magna multitudine fecerant ad Vrbem venire, remitterent & populum ita ordinarent quod non poſſet eſſe ſcandalum & quod abſtinerent ab illis conſiliis quæ videbantur eſſe cauſa inflammandi populum. 2. Quod ipſi ordinarent vnum bonum Capitaneum ad cuſtodiam Burgi ſancti Petri cum certo numero Gentis confidatæ de Cardinalibus, offerentes ſe Cardinales præfati velle ſoluere ſtipendia dictæ Gentis, quandiu eſſent in Conclaui, & quod ipſe faceret taliter cuſtodiri pontes, vel ipſos tenendo clauſos vel ſaltem de bona gente in ſufficienti numero munitos, quod populus non poſſet tranſire ad Palatium, qui omnia verbo conceſſerunt & vnum Banderenſem fecerunt Capitaneum, & ille fecit 4. Ciues Coneſtabularios, & iſti vltra juramentum quod prius præſtiterunt Officiales juxta formam Capituli vbi magis ſolenniter jurauerunt bene & fideliter DD. tenere ſecuros & ab omni violentia & impreſſione cuſtodire, & alia multa prout ab eis petita fuerunt. Sed nihil penirus obſeruauerunt, imò antequam Domini intrarent Conclaue, tota platea S. Petri adeo plena fuit populo pro magna parte armato, quod vix potuerunt intrare Palatium, & cum eis fere quot in Palatio recipi potuerunt, intrauerunt, & eadem nocte portas Palatij apertas tenuerunt, nec ipſas claudi permiſerunt, ac diuerſarum domorum portas eiuſdem Palatij ruperunt, ipſumque Palatium ab omni parte circundederunt armatis hominibus, vt nullus poſſet intrare vel exire ſine eorum ſcitu.

Item ſubſequenter poſtquam omnes exiuerunt Conclaue excepto Senatore cum paucis perſonis qui loquebantur DD. Cardinalibus, & porta Conclauis cuſtodiretur vt nullus poſſet intrare, ſuperuenerunt omnia Capita Regionum Vrbis ſimul cum multis Ciuibus volentes intrare Conclaue. Et licet fuerit eis mandatum, quod non eſt de more quod poſt clauſam portam maximè ita tarda hora aliquis intraret Conclaue, nihilominus intrare omnino voluerunt ipſique DD. Cardinales fracturam portarum & pericula perſonarum timentes intrare permiſerunt, & ſimiliter requiſitiones fecerunt, petentes etiam vicibus iteratis quod antequam exirent Conclaue, de hoc declararetur expreſsè

ſubjungentes quod ita videbant populum diſpoſitum quod iſtud fecerunt, aliter tranſire ſine periculo perſonarum non poterat.

Item quod per multos bonos Ciues reportatum fuit DD. Cardinalibus antequam intrarent Conclaue quod aliqui Prælati erant in Roma, quorum aliqui erant de Vrbe, aliqui de extra, Italici tamen, qui ad hoc vt impreſſio fieret, totis viribus populum inflammabant, & qui multa promittebant Officialibus Vrbis, quilibet ipſorum in caſu quo in Papam eligeretur.

Item ſciendum quod mortuo D. Gregorio præfato S. memoriæ, remanſerunt duntaxat 16 in Curia DD. Cardinales, ſcilicet DD. Petrus de Vrbinis Portuenſis & S. Rufinæ, Ioan. de Croſo Preneſtinus Epiſcopus, Guill de Agrifolio tituli ſancti Stephani in Celio monte, Francif. de Thebaldechis tit. S. Sabinæ, Bertrandus Agerij tit. S. Ceciliæ, Robertus de Gebennis tit. Baſilic. 12. Apoſtolorum. Simon de Broſſane tit. SS. Ioannis & Pauli, Hugo de Montelegum tit SS. 4. Coronatorum, Guido de Malaſſinio tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem, Petrus de Forcenaſo tit. ſancti Laurentij in Lucina, Geraldus de Podio tit. ſancti Clementis Preſbyteri. Iacobus de Vrſinis tit. S. Georgij ad velum aureum, Petrus Flandini ſancti Euſtachij, Guill. Noleti ſancti Angeli, Petrus de Veuehio ſanctæ Mariæ in via lata, Petr. de Luna S. Mariæ in Coſmedin Diaconi Cardinales, ad quos ſolos ius & poteſtas eligendi Romanæ & Vniuerſalis Eccleſiæ Summum Pontificem tum pertinuit, quorum 12. erant vltramontani, & 4. tantum Italici, & omnes Cardinales Vltramontani facientes vltra duas partes Collegij poſt vacationem, antequam intrarent Conclaue & in introitu & poſt vſque ad tempus impreſſionis, de qua dicetur infra, fuerunt continuè in voluntate, propoſito & deliberatione etiam ex cauſis tangentibus Eccleſiam ſanctam Dei eligendi de Collegio & non de extra & eligendi Vltramontanum & non Italicum, & DD. Italici erant etiam in deliberatione eligendi etiam de Collegio & non de extra, licet tenderent, vbi bono modo poſſet fieri, vt vnus ex Italicis de Collegio eligeretur, & in iſta voluntate continuè permanſerunt etiam poſtquam intrauerunt Conclaue vſque ad craſtinum quo audierunt more Italico Miſſas ſuas nonobſtante quod poſtquam intrauerunt Conclaue Romani vt moris eſt, non permiſerint quod porta Conclauis muraretur, imo poſtquam Domini jam lectum intrauerant cum magna difficultate Cuſtodes Conclauis dictam portam cum quadam barra lignea claudere permiſſi ſunt & expoſt occupauerunt palatium, & ſpecialiter partem illam quæ de directo erat ſubtus Conclaue, ſolarium dicti Conclauis ictibus & percuſſionibus tota nocte commouentes & etiam exiſtentes armati vt plurimum, quaſi ſine intermiſſione clamantes *ò Romano, lo volemo, ò vero Italiano*. Et aliqui aſſerunt ſe audiniſſe aliquos clamantes *moriantur*, & ita continuauerunt clamores iſtos vſque in craſtinum, adeo quod vix aliquis de Dominis de tota nocte dormierit; poſt verò circa auroram fatigati aliquo modico tempore à clamoribus quieuerunt. Demum audientes dicti Domini Miſſas ſuas, clamores conſuetos reſumpſerunt, imò validiores quam prius, ſic quod vix Miſſas audire & intelligere poterant: quibus auditis dum dicti DD. Cardinales ſe diſponerent ad procedendum in facto Electionis, Campanæ Capitolij & Eccleſiæ ſancti Petri quæ erant propè Palatium inceperunt pulſari ad martellum pro Congregatione populi totius ad rumorem, & tunc populus fortius more ſolito cum furore magno incepit clamare *Romano lo volemo ò Almanco Italiano*. Fuerant etiam DD. Cardinales aduiſati per illos qui ad extra cuſtodiebant Conclaue, quorum aliqui erant Vltramontani & aliqui Romani, quod niſi ſtatim ſine aliqua moroſa deliberatione eligerent Romanum vel Italicum, omnes DD. Cardinales erant in periculo quod inciderentur per fruſta, propter quod DD. Cardinales Vltramontani propter vitandum mortis periculum, aliàs non facturi prout etiam tunc dixerunt, condeſcenderunt vt Italicus eligeretur, & quod etiam ex DD. Cardinalibus Italicis aliqui dixerunt, quod veraciter ſi eligerentur, non acceptarent electionem cum viderent eis notoriè impreſſionem fieri, omnes ſimul volentes vitare periculum mortis, cui proculdubio ſubjacebant, quaſi ex abrupto & ſine alia diſcuſſione meritorum & ſtatus perſonæ nominauerunt dictum D. Bartholomæum tunc Archiepiſc. Barrenſem & ipſum

Digitized by Google

tanquam eis vt credebant magis notum, & in factis & moribus Curiæ magis expertum, licet ſequens experientia contrarium oſtenderit manifeſtè, elegerunt in Papam, & eorum aliqui tunc dixerunt quod eligebant ipſum animo, & poſito quod ipſe non erat verus Papa, timore tamen mortis in eorum animis perdurante continuè excepto vno D. Cardinale Italico Romano, qui dixit quod propter notoriam impreſſionem quam videbat, nec ſibi nec alteri daret vocem ſuam niſi primò ceſſaret impreſſio & eſſet in ſua libertate, & vno Vltramontano qui primo vnum de Cardinalibus Italicis nominauit, licet poſtea terrore mortis adhæſerit Barrenſi prædicto, & vno altero D. Cardinale Vltramontano qui nominando ipſum proteſtatus fuit quod nulla propter impreſſionem poterat fieri electio, ſed ipſum timore mortis nominabat, & ſaluo quod vnus alius Vltramontanus priuſquam hoc fieret, fuit poteſtatus ſolenniter coram Notario publico quod ſi cõtingeret ſibi ipſum conſentire in aliquem Italicum, hoc faceret duntaxat timore mortis, aliàs non facturus. Et vlterius dixerunt aliqui DD. Cardinales inter ſe, quod volebant & intentio eorum erat facere ſicut fuit aliàs factum, vt per Chronicas apparet, ſcilicet quod quamprimum commodè poſſent, ſecederent ad locum tutum & ſecurum, & tunc ipſi eum reeligerent de nouo. Demum DD. Cardinales ad populum tumultuantem & jam diſpoſitum ad rumpendum Conclaue miſerunt. Et quia non audebant eis exiſtentibus in illo furore publicare electionem, per 3. primos DD. Cardinales. Fecerunt eis dici & promitti & promiſerunt quod infra diem craſtinum ante horam tertiam conſolarentur eos de Papa Romano vel Italico, & fecerunt rogari quod recederent; quod facere diu renuerunt non permittentes intrare cibaria DD. Cardinalium eis portata pro prandio cuius hora inſtabat. Demum receſſerunt de vna domo ante Conclaue exiſtente, ſed nullatenus nec Palatium exire nec arma deponere voluerunt & interim Domini miſerunt pro multis Prælatis, inter quos ille tunc Barrenſis & jam per modum ſupradictum electus fuit, qui venit & vidit populum furentem & audiuit clamores ſupradictos ipſius populi furentis & totam violentiam & impreſſionem factam per totam diem, & ab ingreſſu Conclauis ſciuit vel ſcire debuit tanquam notoria, & vt creditur aliquid de electione huiuſmodi præſentiens, & ei ſaltem tacitè conſentiens juuabat ad expellendum populum de illa domo & vt cibaria permitterentur intrare. Ex tunc populus, continuè tamen remanens in Palatio & armatus vt prius aliquantulum quieuit à clamoribus & violentiis inferendis, & DD. comederunt. Et poſtea omnes exceptis 3. Vltramontanis redierunt ad Capellam Palatij, & eis congregatis vnus ex DD. Italicis dixit quod modo ceſſabat impreſſio & quod religeretur, vnus verò de Vltramontanis dixit quod non ceſſabat, imò Domini erant in majori periculo quàm ante. Et finaliter aliqui ex præſentibus, aliis 3. abſentibus non requiſitis, imò penitus inſciis dixerunt licet nondum eſſent in libertate ſua tali quod ſine primo periculo aut majori potuiſſent reſilire, aut alium prout ante impreſſionem deliberauerant, eligere, ego dico idem quod hodie. Sed antequam omnes finiuiſſent loqui, cum iam veniſſent Prælati, pro quibus miſſum erat populis, etiam multis ex Officialibus ad hoc inſtigantibus ipſum populum magno furore exclamando *per la clana lata di dio Romano lo volemo*, irruerunt in Conclaue & ipſum in 4. partes fregerunt, & intrauerunt Officiales & populus armatus ferè quantum potuit recipere Conclaue: propter quod Domini ſe quaſi mortuos exiſtimantes in Capella ſecreta pro majori parte ſe reduxerunt, cuius porta ſtatim fuit cum magnis ſecuribus etiam in pecias fracta, & intrauit populus armatus adhuc clamans vt ſupra, omneſque Dominos hinc inde circundedit. Et niſi quod vnus Dominus volens ſuum & aliorum vitare periculum dixit eis, quod Dominus ſancti Petri erat electus, ſed nolebat conſentire, & quod inducerent eum ad conſentiendum, creditur quod omnes ſaltem Vltramontani fuiſſent interfecti, ſed audito quod D. S. Petri erat electus, in ipſum D. S. Petri irruerunt & præciſè inuitum bis poſuerunt eum in vna Cathedra, & dum attenderent ad faciendum ei reuerentiam, quilibet ex Dominis prout melius potuit, exiuit Palatium ad domos proprias vt plurimum ſinè cappis & capellis aut peditando receſſerunt. Demum adueſperaſcente aliqui etiam ſub diſſimulatis habitibus ſe reduxerunt ad Ca-

ſtrum S. Angeli, aliqui exierunt Roma vel de nocte, vel diſſimulato habitu aliqui in ſuis domibus latuerunt, poſtea in craſtinum aliqualiter quietaro populo iſte tunc Barrenſis qui remanſerat in Palatio & in Cameris Papalibus & nullo modo etiam per aliquos de Dominis qui de vrbe receſſerant, requiſitus, exire voluit, miſit & etiam per Officiales ad populum adhuc exiſtentem in ſuo motu furioſo mitti fecit ad Dominos qui erant in Caſtro & illos qui in eorum domibus remanſerant, reiteratis & ferè continuatis vicibus ipſos requirendo & requiri faciendo vt pro maioris periculi euitatione venirent ad ipſum, qui tunc venire noluerunt, ſed quaſi faſtidiri de ſuis requiſitionibus miſerunt ad illos qui in ſuis domibus remanſerant, qui ab eo & Officialibus requiſiti iam venerant ad Palatium, vnam Scedulam eorum manibus ſcriptam, per quam ſex tunc cum eo in Palatio exiſtentibus committebant poteſtatem eum inthronizandi, qui de hoc non contentus nec vti curans, quia non obediebant, fecit eos iterum atque iterum requiri vt pro maioris ſcandali vitatione omnino Caſtrum exirent & venirent ad Palatium, ipſi verò dubitantes de maiori ſcandalo, maximè quia ſex ex DD. Cardinalibus & tam ipſorum quàm aliorum DD. familia & bona ferè tota erant diſperſa per vrbem, & quia Caſtrum non erat de victualibus ſufficienter munitum, & quia etiam non habebant locum ad quem tutè poſtquam ſciebatur quod intrauerant Caſtrum, poſſent recedere, & quia Romani prædicti circa Caſtrum ipſum de nocte ſtacatum ſeu planearum facere tentauerant, exiuerunt Caſtrum & venerunt ad Palatium & ipſum inthronizauerunt more ſolito. Quod cum ſciuerunt illi qui ab vrbe receſſerant, licet cum magna cordis amaritudine, timentes quod ſi tunc non veniſſent Romani, ſuſpicantes quod vellent impugnare Electionem iſtius, alios Dominos & eorum familiam trucidaſſent ipſorumque bona diripuiſſent, redierunt ad vrbem & ipſum poſtea coronarunt, & ab illo tempore DD. Cardinales in reuerentijs & alijs tractauerunt eum vt Papam, non tamen cum intentione & propoſito ex ijs aliquid ſibi noui iuris tribuere aut ipſum in primo confirmare. Et ipſe in Conſiſtorijs & extra in promotionibus & alijs vſus eſt vt Papa. Tamen omnia iſta facta fuerunt in vrbe vt prædicitur, vbi DD. Cardinales ſaltem Vltramontani nunquam ſe reputauerunt ſecuros, imò veriſimiliter crediderunt & communiter creditur, quod ſi in vrbe ſuam promotionem reuocaſſent in dubium vel eam impugnaſſent, omnes interfecti fuiſſent, cum cauſa impreſſionis continuò perduraret, propter quæ exiſtentes in Roma nec etiam inter ſe de iſta materia vnquam ex propoſito ſaltem conferre ſunt auſi, ipſeque licet pluries requiſitus vſque modo vrbem cum DD. Cardinalibus exire noluit, nec DD. Cardinales ponere in loco ſecuro: quinimo poſtquam DD. Cardinales vltramontani cautius quàm potuerunt, paulatim venerunt Anagniam volentes ſuper præmiſſis deliberare & pericula eis imminentia ex eorum mora inter Romanos poſſe tenus euitare, ipſe quaſi ſolus ſaltem ſine ſocietate alicuius D. Cardinalis venit Tiburim, qui locus etiam diſtringitur per Romanos, ad quem eos ſæpiùs euocauit, quaſi eos volens prioribus vel æquis periculis implicare, qui de ijs iuſtè ſibi timentes ſuæ aduocationi rationabiliter obtemperare recuſarunt. Quæ omnia & ſingula pro tanto præſentibus ſunt ſcripta, inſerta & annotata vt per ipſorum inſpectionem vniuerſis nota fiant & de ipſis boni & iuſti doleant, iniqui verò hoc eſt ipſa attentantes de commiſſis pœniteant & ad ſimilia in poſterum proſilire non præſumant, in quantum ſuæ voluerint ſaluti conſulere, famam quoque ſuam illibatam ſeruare.

Et ego Guill. Perfecti Clericus Ebroïcenſis Diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius anno à Natiuitate Domini 1378 Indict. 1. & die 2. menſis Aug. Apoſtolica Sede vacante omnia & ſingula ſupra ſcripta quæ incipiunt. *Cum propter falſam aſſertionem* & ſic finiunt, per *illæſamque ſeruare* ad requiſitionem & mandatum Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum & DD. S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium qui inferius ſe manibus proprijs ſubſcripſerunt, manu propria ſcripſi & ea Anagniæ in Palatio Apoſtolico coram ipſis DD. Cardinalibus audientibus & intelligentibus vt dicebant in præſentia Notariorum & teſtium infraſcriptorum publicè & alta voce de verbo ad verbum legi & publicaui & in hanc publicam formam redegi, manu etiam propria me

ſubſcripſi & ſigno meo conſueto ſigoaui cum ſignis ac ſubſcriptionibus, ac appenſionibus ſigillorum DD. Cardinalium & Camerarij infra ſcripti, ac Notariorum prædictorum requiſitus vnà cum Notarijs ijſdem ad hæc præſentibus per ipſos DD. Cardinales vt præmittitur, ſubſcriptos & in eorum conſcientijs firmiter aſſerentes præmiſſa ſic per me ſcripta, lecta & publicata vera & ita facta eſſe nec non per Reuerendiſſimum io Chriſto Patrem & D. D. Petrum miſeratione diuina Archiepiſcopum Arelatenſem S. Rom. Eccleſiæ Camerarium taoquam Iudicem Ordinarium ibidem pro Tribunali ſedentem & interponentem in præmiſſis vt infetius continetur, ſuam autboritatem pariter, &. decretum ſuper his fieri vnum vel plura publica inſtrumeota in teſtimonium eorundem. Præſentes autem fuerunt cum Norarijs infra ſcriptis lectioni, publicationi, dictorumque DD. Catdinalium aſſertioni, requiſitioni, & Decreti interpoſitioni præfatis Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & D. D. Ioannes miſeratione diuina tit. S. Marcelli Preſbyter Cardinalis, etiam Reuerendus in Chriſto Pater D. Ioannes eadem miſerarione Epiſcopus Gebennenſis, ac venerabiles, ac diſcreti viri DD. Bertrandus Ruffini & Seguinus de Ancona Cameræ Apoſtolicæ Clerici, ac frater Petrus de Silua Prior Prioratus de Vziaco Claromontenſis Diœceſis Ordinis S. Benedicti teſtes ad ea vocati ſpecialiter & rogati. «

Et ego Ioaones Roſſeti de Martiniaco Clericus Æduenſis Diœceſis autho- «
ritate Apoſtolica & Imperiali publicus Notarius præmiſſis lectioni, publica- «
tioni & DD. Cardinalium aſſertioni & appoſitioni Decreti per dictum D. Ca- «
merarium, & alijs præmiſſis omnibus vnà cum prænotatis teſtibus & Nntarijs «
publicis ſupra & infra ſcriptis præſens fui, & hic manu propria me ſubſcripſi & «
ſignum meum conſuetum appoſui in teſtimonium præmiſſorum vocatus & «
rogatus. «

Et ego *Simon le Iay* Clericus Antiſſiodorenſis Diœceſis Apoſtolica authori- «
tate & Imperiali publicus Notarius lectioni, publicationi, aſſertioni & decre- «
ti interpoſitioni prædictis vnà cum teſtibus & Notarijs publicis ſuptadictis præ- «
ſens interfui, ideoque ad requiſitionem DD. Cardinalium, & de mandato præ- «
fati D. Camerarij, qui vt dicitut, pro Tribunali ſedens in præmiſſis authorita- «
tem ſuam Ordinariam interpoſuit & Decretum, hîc propria manu me ſubſcri- «
pſi & ſignum meum appoſui conſuetum. «

Er ego Ioannes de Croſo prædictus Epiſcopus Preneſtinus S. Eccleſiæ Car- «
dinalis præmiſſa omnia & ſingula vt conſcripta ſunt, in mea conſcientia & aſ- «
ſero eſſe vera & in eorum teſtimonium hîc manu mea me ſubſcripſi & ſigillo «
proprio ſigillaui. «

Et ego Guill. de Agriſolio prædictus tit. S. Stephani in Celio monte Pres- «
byter Cardioalis præmiſſa omnia & ſingula vt ſcripta ſunt in mea conſcientia «
aſſero eſſe vera & in eorum teſtimonium hîc manu ptopria me ſubſcripſi & ſi- «
gillo proprio ſigillaui. «

Et ego frater Bertrandus Algerij tit. S. Ceciliæ Preſbyter Cardinalis præ- «
miſſa omnia & ſingula vt ſcripta ſuot, in mea conſcientia aſſero & credo eſſe «
vera omnino, & in eorum teſtimonium hîc manu proptia me ſubſcripſi, & ſi- «
gillo proprio ſigillaui. «

Et ego Robertus de Gebennis Baſilicæ 12. Apoſtolotum Preſbyter Cardi «
nalis præmiſſa omnia & ſiogula vt ſupra ſcripta ſunt, in mea conſcientia aſſero «
& teneo omoino vera eſſe. Et in eorum teſtimonium hîc manu propria me ſub- «
ſcripſi, & proprio ſigillo ſigillaui. «

Et ego Hugo de Monte Legum tit. SS. 4. Coronatorum Preſbyter Cardina- «
lis prædictus præmiſſa omoia & ſingula vt ſcripta ſunt, in mea conſcientia aſſe- «
ro eſſe vera. Et in eorum teſtimonium hîc manu propria me ſubſcripſi & pro- «
prio ſigillo ſigillaui. «

Et ego Petrus de Forſeoaco tit. S. Laurentij in Lucina Preſbyter Cardinalis «
prædictus præmiſſa omnia & ſingula vt ſuper ſcripta ſunt, in mea conſcientia «
aſſero eſſe vera. Et in eorum teſtimonium hîc manu propria me ſubſctipſi & «
proprio ſigillo figillaui. «

Et ego Guido de Maleſicco tit. S. Crucis in Ieruſalém Preſbytet Cardina- «
lis prædictus præmiſſa omnia & ſingula vt ſuper ſcripta ſunt, in mea conſcientia «

Digitized by Google

,, aſſero eſſe vera, & in eorum teſtimonium hîc manu propria me ſubſcripſi & ſi-
,, gillo proprio ſigillaui.
,, Et ego Geraldus de Podio tit. S. Clemenris Preſbyter Cardinalis prædictus
,, præmiſſa omnia & ſingula vt ſupra ſcripta ſunt, in mea conſcientia aſſero eſſe
,, vera, & in eorum teſtimonium hîc manu propria me ſubſcripſi & ſigillo pro-
,, prio ſigillaui.
,, Et ego Petrus Flandini S. Euſtachij Diaconus Cardinalis præmiſſa omnia &
,, ſingula vt ſupra ſcripta ſunt, in mea conſcientia aſſero eſſe vera, & io eorum
,, teſtimonium hîc manu propria me ſubſcripſi & ſigillo proprio ſigillaui.
,, Et ego Guill. Peleri S. Angeli Diaconus Cardinalis præmiſſa omnia & ſin-
,, gula vt ſupra ſcripta ſunt, in mea conſcientia aſſero eſſe vera, & in eorum teſti-
,, monium hîc manu propria me ſubſcripſi & ſigillo proprio ſigillaui.
,, Et ego Petrus de Luna S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis præ-
,, dictus præmiſſa omnia & ſingula vt ſupra ſcripta ſunt, in mea conſcientia aſſe-
,, ro eſſe vera. Et in eorum teſtimonium me propria manu hîc ſcripſi & ſigillo
,, proprio ſigillaui.
,, Et ego Petrus de Veruchio S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis præ-
,, miſſa omnia & ſingula vt ſupra ſcripta ſunt, in mea conſcientia aſſero eſſe vera,
,, & in eorum teſtimonium hîc manu propria me ſubſcripſi & ſigillo proprio
,, ſigillaui.
,, Et nos Petrus miſeratione diuina Archiepiſcopus Arelatenſis S. Rom. Ec-
,, cleſiæ Camerarius & Iudex ordinarius prædictus ad requiſitionem & manda-
,, tum Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum & DD. DD. eiuſdem S. Rom.
,, Eccleſiæ Cardinalium eorum manibus proprijs ſubſcriptorum præmiſſis om-
,, nibus & ſingulis interfuimus vna cum Notarijs & teſtibus antedictis, in hiſque
,, in dicto Palatio in loco ad hoc per nos electo pro tribunali ſedentes autori-
,, tatem noſtram ordinariam interponimus pariter & Decretum, ac in teſtimo-
,, nium eorundem ſigillum noſtrum proprium præſentibus duximus appo-
,, oendum.

Similiter ijdem Cardinales vniuerſis Chriſti fidelibus per litteras notum faciunt Bartholomæum Intruſum eſſe, non verum Papam, admonentque proinde nullatenus eſſe ei parendum, aut ab eo tanquam à Papa eſſe quidquam expectandum. Sunt autem litteræ tales.

Litteræ Cardinalium Anagnienſium Circulares.

,, Vniuerſis Chriſti fidelibus. Miſeratione diuina Ioannes Epiſcopus Prene-
,, ſtinus Guill. tit. S. Stephani in Celio monte,. Bertrandus tit. S. Ceciliæ. Ro-
,, bertus tit. Baſilicæ 12. Apoſtolorum, Hugo tit. SS. 4 Coronatorum, Guido tit.
,, S. Crucis io Ieruſalem, Io. tit. S. Marcelli, Petrus tit. S. Laurentij in Lucina,
,, Girardus S. Clementis Preſbyteri, Petrus S. Euſtachij, Guill. S. Angeli Petrus
,, B. Mariæ in via lata & Petrus S. Mariæ in Coſmedin Diaconi S. Romanæ Ec-
,, cleſiæ Cardinales facientes vltra duas partes omnium Cardinalium in vrbe exi-
,, ſtentium tempore obitus S. memoriæ Gregorij Papæ XI. eo tempore quo ſui
,, ſucceſſoris debuit Electio celebrari in eadem vrbe, Ananiæ pro nunc, quem lo-
,, cum ad infra ſcripta omnia peragenda tanquam Idoneum elegimus prout no-
,, bis eſt licitum exiſtentes, abſentibus Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus DD.
,, Petro Portuenſi, Franciſco tit. S. Sabinæ, Symone tit. SS. Ioannis & Pauli
,, Preſbyteris, & Iacobo tit. *S. Georgij* ad vellus aureum Diacono eadem miſera-
,, tione diuina eiuſdem *S. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus*; tamen pro noſtra parte vt
,, propter inferius ſcripta vellent hic conuenire vna nobiſcum literatoriè requi-
,, ſitis, Apoſtolica Sede vacante, Salutem & in Domino vincula Charitatis. Exi-
,, git ſanctæ ac Catholicæ fidei puritas, exigit & Catholici ac Chriſtiani populi
,, deuotio, exigit totius Eccleſiæ ſtatus, clara Profeſſio ac ſalus animarum Chri-
,, ſti fidelium ſingulorum, vt ea quæ diſſimulata in fide maculant ſubuerſionem
,, in Chriſticola Populo, ſtatus Eccleſiaſtici eneruationem ac euidentia anima-
,, rum inducerent pericula, palam notificentur, annuncientur in populis & iux-
,, ta Doctrinam euacuatam ſuper tecta prædicentur, ne indiſcretum ſilentium in
,, errore derelinquat qui poterat erudiri: ac hi ad quos ex officio pertinet, ſub-
,, jaceant reprehenſioni Dei per Prophetam dicentem Prophetæ cui videbantur
,, tunc falſa & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam vt te ad pœnitentiam pro-
uocarent.

notaret. Cum igitur nuper Apoſtolica Sede vacante per obitum piæ ac S. Recordationis D. Greg. Papæ XI. qui de menſe Martij proximò præterito in vrbe Romæ diem ſuum clauſit extremum, Nos pro electione futuri ſummi Pontificis, vt iuris & moris eſt celebranda, in Conclaue ad hoc in Apoſtolico Palatio in quo idem S. memoriæ D. G. obierat, deputato vnà cum præfatis DD. abſentibus conueniſſemus, Officiales vrbis cum magna multitudine populi pro magna parte armati, etiam ad Campanarum pulſationem factam propter hoc congregari hoſtili more & etiam circundantes ab extra & ab intus ferè implentes Palatium & terrore tam vehementi minas etiam ſuperaddentes quod niſi eligeremus & ſine morâ Romanum vel Italicum ſtatim interficeremur, etiamſi congruo ſpatio temporis in quo ſaltem de perſona deliberare poſſemus, penitus nobis ſubſtracto, contra voluntatem & propoſitũ noſtrum ad eligendũ Italicum ſubitò & ex abrupto per violentiam & metum mortis & ad euitandum duntaxat periculum quod in terrore populi tam furentis nobis proculdubio imminebat, aliàs non facturi, vt etiam tunc palam inter nos diximus, Bartholomęũ tunc Barrenſem Archiepiſcopum in Papam duximus eligendum, æſtimantes ipſum cuì neſanda impreſſio ſicuti & penè toti Clero & populo nota erat, talis eſſe conſcientiæ quod eam nullatenus acceptaret. Ar ipſe propriæ ſalutis immemor animi pura conſcientiâ procul pulsâ, ambitionis aliàs inauditæ ardore maximè inflammatus præſentationem Electionis hujuſmodi ab illis ex nobis qui in Vrbe remanſerant & per Officialium & populi diuerſas minas & ſuas importunas requiſitiones extortam contra Canonicas Sanctiones in ſcandalum maximum Cleri & populi Chriſtiani ac exemplum & perniciem Electioni huiuſmodi licet nullæ & inualidæ ipſo iure conſenſit. Nec non metu & ipſius metus causâ adhuc proculdubio perdurantibus in Vrbe ipsâ intronizatus & coronatus de facto ſe ipſum Papam & Apoſtolicum nominauit, qui à S. Patribus & à Iure Can. Apoſtaticus, Anathematizatus, Anti-Chriſtus & totius Chriſtianitatis illuſor ac deſtructor merito nuncupatur. Nempè cognitâ ſua cauſa neſaria inſtructo in Papatu jam ſic diuulgatâ per Vrbem veluti tam notoria quod iam alicubi celari non poteſt, cum eo tempore ſaltem modicum ante Paſcha facta fuerit, quando de vniuerſis partibus Chriſtianitatis major adeſt in Vrbe populi multitudo quod errores quamplurimi pullulare incipiunt & fidelium Chriſtianorum conſcientiæ illaqueari; ipſeque diutius exhortatus atque in ſecreto caritatis admonitus in memoriam ſalutis propriæ, ſecum in perniciem cupiens trahere Clerum & populum vniuerſum ad cor redire non curet, ſed inanem mundi & tranſitoriam gloriam ſaluti animæ propriæ & cunctorum Chriſti fidelium anteponens, animo obſtinato ſatagit rotam Chriſtianitatem ſcandalizando, ipſum Papatum tyrannicè occupare qui per oſtium non introiuit, nos non volentes præmiſſa ſaluis conſcientiis amplius ſub diſſimulatione tranſire, ad veſtram omnium Chriſti fidelium notitiam præmiſſa omnia licet ipſa tam ſibi quam penè toti Clero & populo exiſtat, notoria deducantur, ipſum anathematizatum & tanquam intruſum in Papatu nulla electione Canonica præcedente, totius Chriſtianitatis inuaſorem, qui caput ipſius Chriſtianitatis inuadere non formidat, deſtructorem quodque ſub ſua occupatione tyrannica efficere ſatagit vt verè Sacramenta efficiat Chriſticolæ populo ſi Paſtore carens per abrupta ducatur. Demum publicamus & etiam denunciauimus vobis, & veſtrum ſingulos ſolenniter, & publicè ſerie præſentium exhortantes & obſecrantes per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, vt de cætero eidem ſceleſto viro qui Dei Eccleſiam & ſponſam non erubuit inuadere, nolitis aliqualiter adhærere, nec eius factis, mandatis, monitionibus atque dictis quæ omnino ſunt falſa, & ſimulatione imbuta aliqualiter obedire. Cum jam eundem per alias noſtras patentes Litteras, etiam per præſentes exhortamur & obſecramus ſolenniter & publicè etiam per eadem viſcera vt de fine cogitans ad quem iam ipſius trahit plenitudo dierum ad Deum & puram conſcientiam dirigat aciem mentis ſuæ ipſamque ſancti Petri Sedem ſanctiſſimam quam ſine Canonico titulo occupat, liberam & vacuam omnino demittat & inſignia deponat Apoſtolica & ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium Papatus & Romanæ Eccleſiæ abſtineat, idem illibatæ & Dei Eccleſiæ ſponſæ perfructus veræ pœnitentiæ ſatisfacere

» ſtudeat iuxta poſſe. Quod ſi fecerit, gratiam Dei & gloriam mundi ac laudes » Cleri & populi vniuerſi, & variarum pœnarum per iura communia ſibi impoſi- » tarum & imponendarum remiſſionē cum miſericordia, & indulgentia merebitur » obtinere : aliàs indignationem Dei omnipotentis ac BB. Apoſtolorum Petri & » Pauli Sanctorumque omnium non immeritò incurſurus. Noſque diuinum & » humanum auxilium ne Chriſti ſponſa & omnium Chriſtianorum communis ma- » ter per ipſum procul dubio violetur, inuocabimus; aliſque vtemur remediis per » Canonicas ſanctiones conceſſis ab inde in antea nullam ſpem de miſericordiâ ha- » biturus. Datum Anagniæ in Comitatu Prouinciarum Campaniæ & Mariti- » mæ : quem locum propter probitatem & fidelitatem conſtantiſſimam magni viri » Honorati Caietani Comitis Fundorū ac dictarum Prouinciarum Rectoris ſingu- » larem deuotionem quam ad Rom. Eccleſiam & fidem Catholicam & ad nos » gerere comprobatur, tanquam magis ſecurum & idoneum nobis ad præmiſſa » omnia duximus eligendum anno à Natiuitate Domini 1378. die 9. menſis Aug. » prima Indict. ſub propriis ſigillis noſtris pendentibus Sede vacante.

Iidem Cardinales ſcripſerunt Litteras circulares ad omnes Chriſti fideles his verbis.

Epiſtola Cardinalium Anagniæ exiſtentium.

» VNIVERSIS Chriſti fidelibus Miſeratione Diuina Io. Epiſcopus Præ- » neſtinus G. tit. ſancti Stephani in Celio Monte, Bertrandus tit. ſanctæ » Ceciliæ, Robertus Baſilicæ XII. Apoſtol. Hugo tit. SS. 4. Coronat. Guido » tit. ſanctæ Crucis in Ieruſalem. Io. tit. S. Marcelli, Petrus ſancti Laurentij in » Lucina. Geraldus tit. ſancti Clementis Preſbyteri, Petrus ſancti Euſtachij. » Guill. ſancti Angeli, Petrus B. Mariæ in via lata, Petrus B. Mariæ in Coſme- » din Diaconi S. Eccleſiæ Romanæ Cardinales facientes vltra duas partes om- » nium Cardinalium in Vrbe exiſtentium tempore obitus ſanctæ memoriæ D. » Gregorij Papæ X I. & eo tempore quo ſui ſucceſſoris debuit in eadem Vrbe » electio celebrari, Anagniæ pro nunc, quem locum ad omnia infraſcripta pera- » genda tanquam idoneum eligimus prout nobis fuit licitum, exiſtentibus abſen- » tibus Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus DD. Petro Epiſcopo Portuenſi, » Franciſco tit. S. Sabinæ, Simone Sanctorum Ioannis & Pauli, Iacobo tit. » ſancti Georgij ad velum aureum Diacono eadem miſeratione eiuſdem ſanctæ » Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, tamen pro noſtra parte vt propter infraſcri- » pta vellent hìc conuenire vnà nobiſcum, litteratoriè requiſitis Apoſtolica ſede » vacante, *Salutem & in Domino vinculum Caritatis.* Exigit ſanctæ & Catholicæ » fidei puritas; exigit & Catholici & Chriſtianiſſimi populi deuotio ſalutaris; » exigit totius Eccleſiaſtici ſtatus clara profeſſio & ſalus animarum Chriſti fide- » lium ſingulorum; vt ea quæ diſſimulata in fide maculant ſubuerſionem in Chri- » ſticola, populo ſtatus Eccleſiaſtici eneruationem & euidentia animarum indu- » cerent pericula, palam notificentur omnibus, annuncientur in populis, & iux- » ta Doctrinam Euangelicam prædicentur ſuper tecta, ne indiſcretum ſilentium » in errore derelinquat qui poterant erudiri, & his ad quos ex officio pertinet, » ſubjaceant reprehenſioni Dei per Prophetam dicentis, Prophetæ tui videbant » tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam vt te ad pœnitentiam pro- » uocarent.

» Cum igitur nuper Apoſtolica Sede vacante per obitum ſanctæ & piæ recor- » dationis D. Gregorij Papæ X I. qui de menſe Martij proximò præterito in Vr- » be Roma diem ſuum clauſit extremum. Nos pro electione futuri Summi Pontifi- » cis vt moris eſt & iuris celebranda in Conclaui in Apoſtolico Palatio, in quo » idem ſanctæ memoriæ D. Gregorius obierat, deputato vnà cum præfatis DD. » abſentibus conueniſſemus, Officiales Vrbis cum magna multitudine populi pro » magnâ parte permoti etiam ad campanarum pulſationem factam propter hoc » congregati hoſtili more totum circundantes ad extra & ab intus ferè implentes » Palatium, & terrore tam vehementi minas ſuperaddentes quod niſi eligeremus » & ſine mora Romanum vel Italicum ſaltem, ſtatim interficeremur etiam con- » gruo ſpatio temporis, in quo ſaltem de Papa poſſemus deliberare, penitus no- » bis ſubſtracto contra voluntatem & propoſitum noſtrum ad eligendum Itali-

Digitized by Google

cum ſubitò & ex abrupto per violentiam & metum mortis coëgerunt inuitos: «
propter quod ad euitandum mortis duntaxat periculum, quod in rumore po- «
puli tam furentis nobis proculdubio imminebat aliàs non facturi, vt etiam tunc «
palam inter nos diximus, Bartholomæum tunc Barrenſem Archiepiſcopum «
in Papam duximus eligendum, exiſtimantes ipſum cui tam nefaria intruſio ſicuti «
& penè toti Clero & populo nota erat, talis eſſe conſcientiæ quod eam nullate- «
nus acceptaret vt ipſe propriæ ſalutis immemor omni purâ conſcientiâ procul «
pulſâ ambitionis aliàs inauditæ ardore maximo inflammatus præſentationem «
Electionis huiuſmodi ab illis qui ex nobis in Vrbe remanſerant etiam per Offi- «
cialium & populi diuerſas minas & ſuas importunas requiſitiones extorta contra «
Canonicas ſanctiones & maximum ſcandalum Cleri & populi Chriſtiani ac «
exempli perniciem electioni huiuſmodi licet nullæ & inualidæ ipſo iure con- «
ſenſit, necnon metu ac ipſius metus adhuc cauſa proculdubio perdurante in «
Vrbe ipſa intronizatus & coronatus de facto ſe Papam & Apoſtolicum nomi- «
nauit, qui à Sanctis Patribus etiam de jure communi Apoſtaticus & anathe- «
matizatus Antichriſtus & totius Chriſtianitatis illuſor & deſtructor potius & «
meritò nominatur. Nempe cum iſta ſua tam nefaria intruſio in Papatu jam ſic «
ſit diuulgata per orbem veluti tam notoria quod jam alicubi celari non poteſt, «
cum eo tempore, ſcilicet modicum ante Paſcha facta fuerit quando de vniuer- «
ſis partibus Chriſtianitatis major adeſt cauſa conſcientiæ in Vrbe populi mul- «
titudo, quod errores quamplurimi pullulare incipiunt & Chriſti fidelium Chri- «
ſtianorum illaqueari conſcientiæ. Ipſeque diutius expectatus ac in ſecreto «
caritatiuè ammonitus, immemor ſalutis propriæ ſecum in præcipitium cupiens «
trahere Clerum & populum vniuerſum ad cor redire non curat, ſed inanem & «
tranſitoriam mundi gloriam ſaluti animæ propriæ & cunctorum Chriſti fide- «
lium anteponens animo obſtinato ſatagit totam Chriſtianitatem ſcandalizando «
ipſum Papatum tyrannicè occupare qui per oſtium non intrauit. Nos non vo- «
lentes præmiſſa ſaluis conſcientiis amplius ſub diſſimulatione tranſire, ad ve- «
ſtram & omnium Chriſti fidelium notitiam præmiſſa omnia licet ipſa tam ſibi «
quàm penè toti Clero & populo exiſtant notoria deducentes, ipſum anathema- «
ticum & intruſum in Papatu nulla electione præcedente Canonica totius Chri- «
ſtianitatis inuaſorem, qui caput ipſius S. Chriſtianitatis inuadere non formidat «
deſtructoremque, qui vt ſub ſuâ occupatione tyrannica effugere, ſatagit vt ferè «
Sacramenta deficiant. Et ne Chriſticola populus vero Paſtore carens per cor- «
rupta ducatur in deuium, publicamus & etiam denunciamus vos & veſtrum «
ſingulos nihilominus ſolenniter & publicè ſerie præſentium exhortantes & ob- «
ſecrantes per viſcera Miſericordiæ Ieſu Chriſti vt de cætero eidem ſceleſto viro «
qui Dei Eccleſiam & ſponſam non erubuit inuadere, nolitis aliqualiter adhæ- «
rere, nec eius factis, mandatis atque dictis quæ omnia ſunt falſa ſimulatione «
imbuta aliqualiter obedire; cum jam eundem per noſtras alias patentes Litte- «
ras exhortati & obſecrati fuerimus: & per præſentes exhortamur & obſecra- «
mus ſolenniter & publicè per eadem viſcera, vt de fine cogitans ad quem jam «
ipſum trahit plenitudo dierum, ad Deum & puram conſcientiam dirigat aciem «
mentis ſuæ ipſamque B. Petri Sedem ſanctiſſimam quam ſine titulo Canonico «
occupat, liberam & vacantem omnino dimittat, inſignia deponat Epiſcopalia, «
& ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium Papatus & Romanæ Eccle- «
ſiæ abſtineat indilatè, & aliàs Deo & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per fructus veræ pœ- «
nitentiæ ſatisfacere ſtudeat iuxta poſſe: quod ſi fecerit gratiam Dei, gloriam «
mundi & laudem Cleri & populi vniuerſi, ac acerbarum pœnarum per iura con- «
traria ſibi impoſitarum & imponendarum remiſſionem cum miſericordioſa in- «
dulgentia merebitur obtinere, aliàs indignationem Dei omnipotentis & Bea- «
tiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli Sanctorumque omnium non immeritò «
incurſurus; Noſque Diuinum & humanum auxilium cum Chriſti ſponſa & «
omnium Chriſtianorum, ne communis mater per ipſum proculdubio violetur, «
inuocabimus, aliiſque vtemur remediis per Canonicas ſanctiones conceſſis ab «
inde in antea nullam ſpem de miſericordia habiturus. Datum Anagniæ Recto- «
ratus Prouinciarum Campaniæ & maritimæ, quem locum propter probitatem, «
fidelitatem conſtantiſſimam magnifici viri Honorati Gaytani Comitis Fundo- «

rum & dictarum Prouinciarum Rectoris, & ſingularem Deuotionem quam ad Rom. Eccleſiam & fidem Carholicam ac ad Nos gerere comprobarur tanquam magis ſecurum & idoneum nobis vt ſupra ad præmiſſa omnia peragenda, duximus eligendum anno à Natiu. Domini 1378. die 9. Aug.

Scripſit quoque idem Collegium ad Ludouicum Ducem Andegauenſem, eumque de rei veritate certum eſſe voluit.

Miſeratione diuina Collegium S. Rom. Eccleſiæ Cardinalium dilecto eiuſdem Eccleſiæ filio Ludouico Duci Andegauenſi Illuſtri ſalutem & deſideratum gaudium in Domin. ſempiternum. Quia vrget nos Chriſti Charitas, vrget & zelus fidei, vrget certè Petri Nauicula, quam continuis concuſſam fluctibus, cernimus procelloſo in æquore Nauta patetico circunduci. Vrget arca fœderis Domini quæ nouorum Philiſtæorum impetu Iſraëlitarum erepta de manibus, prof[illegible]nis Sacerdotibus, peccaro populi in miniſterium* tempore eſt relicta. Vrgent vaſa ſacrarij quæ ab Ieruſalem ad Babylonem portata ſunt, quibus temerariam manum iniecit præſens Babylonis Balthaſar, ſic vt eis ad vſus proprios potiatur. Vrget Domini inconſutilis tunica, quæ iam forte non vni traditur, imò ſub..... hoc partienda ſi foret poſſibile, Miniſtris Satanæ exhibetur. Vrget pudoratæ Chriſti ſponſæ calamitas quæ vim quam patitur, eo ægrè ferens nos omnes iam de tarditate arguens impellit ad debitum, ne ob defectum obſequij lenonum pateat incurſibus & infelicibus manibus attrectanda linquarur. Vrget vltra hæc omnia ſingularis illa affectio quam te erga orthodoxæ fidei conſeruationem habere cognouimus, vt ea quæ ijs nouiſſimè lapſis temporibus in vacatione Romanæ Eccleſiæ occurrerunt, nobilitati tuæ nota fiant, ne forte vulgaris opinio quæ veritatis ignara errorem ſæpè parturit, te in hàc parte traheret ad illa forſitan opinanda, quæ nec veritatem ſapiunt, nec Catholicæ fidei ſe coaptant. Nos enim non reuocamus in dubium quin ſicut veritatis Magiſter & rerum omnium prouidus diſpenſator te inter alios Principes voluit dignitate fulgere, ſic dum lamentabilem caſum ipſius Eccleſiæ ſponſæ ſuæ Matriſque tuæ & fidelium omnium per præſentis ſcripturæ paginam quam pro rei geſtæ veridico teſtimonio mittendam decreuimus, ſenſeris, pia certè compaſſionis viſcera mouebuntur, mens tua exaltabitur, auferetur opinio & gementi Matri non deerit tam probati filij præſidium, imò ſub corona capitis illius protegetur. Nulla ergo te obumbratæ veritatis ſeducat phalerata opinio, nulla ſcriptura præter hanc certum reddat, nulla Nunciorum multiplicata congeries litteris latens ſuis fictè tamen compoſitis ſermonibus tuas ſic aures demulceat, quin ſedenti arido ſuper ſurculo & ad nil aliud quàm lamentoſis luctibus iam vacanti ſubueniat raptæ Matri oculus filij hoc cernentis, ne raptoris ipſius ſatietur taliter ingluuies quin filij baculo atteratur. Nos igitur Matris huius vernaculi qui vim quam patitur, vnà cum ipſa patimur, nec immeritò inceſſanter vſque ad hæc tempora diſtulimus in bac re procedere ad actus debitos metu iuſto nuſquam à nobis abſente, ſed ne tam flagitioſi ſceleris occultatio mentes fidelium forſan faceret titubare, Chriſti cuius res agitur, timore antepoſito, hominum verò terroribus procul pulſis, volentes potius vbi neceſſitas hoc exiget, in manus hominum incidere quàm derelinquere legem Dei noſtri, ad publicationem proceſſimus modo & forma tibi exhibendis pro noſtri parte per di'ectum filium Ioannem de Baro Præpoſitum Valentinienſem præfaræ Rom. Eccleſiæ Subdiaconum exhibitorem præſentium, quem vt ſuper præmiſſis omnibus plenius informeris, ad tuæ Charitatis præſentiam duximus deſtinandum, ipſam affectuosè deprecantes exhortanteſque per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, vt fidem plenariam adhibens dictis ſuis in omnibus ſtatum dictæ Eccleſiæ ſanctæ concernentibus ſic, & taliter te habere diſponas, quod perinde præmium ſempiternum merearis, nomen quoque tuum in præſenti ſeculo gloriam conſequatur & laudem, noſque ex hoc tibi per amplius adſtricta pro tuo ſalubri regimine Deum exorare propenſius inducamur, qui te Dominum feliciter protegat cum vtriuſque hominis ſoſpitate. Datum Anagniæ 18. Kalend. Septemb. primæ Indict. anno à Natiuit. Domini 1378. Apoſtolica Sede vacante.

Et in dorſo ſic habetur. Dilecto S. Rom. Eccleſiæ filio Nobili D. Ludouico

Digitized by Google

Duci Andegauenſi. Superſunt adhuc tria ſigilla integra DD. Cardinalium, & videntur alia 9. fuiſſe.

Ad Vniuerſitatem noſtram ſcripſit idem Collegium Anagniæ adhuc ſedens, necdum factâ electione nouâ.

Ad Vniuerſitatem.

Miſeratione diuina Collegium Romanæ Eccleſiæ Cardinalium dilectis filijs «
Rectori, Magiſtris, Doctoribus & Scholaribus Vniuerſitatis Pariſienſis, ſalutem «
& poſt litterarum glorioſa certamina, æternæ felicitatis brauium adipiſci. Scri- «
pſiſſe nos vobis recolimus per dilectum filium Ioannem de Guinecurte in ſacra «
Theologia Baccalarium ea quæ per inſanum populum miſerabilis vrbis nouæ «
eiuſque Officiales perfidos dirâ Tyrannide auſuque ſacrilego belluarum ſæ- «
uientium more, dum poſt obitum felicis recordationis D. Gregorij Papæ XI. «
ad futuri electionem Pontificis curaremus, tam in perſonas noſtras quàm bona «
enormi actuum multiplicatione infeliciter patrata ſunt, vt per ipſorum effre- «
natam maliciam aliquis in Sede Apoſtolica intruderetur, prout rei exitus lu- «
cidè demonſtrauit. Hac itaque occaſione habet Petri ſedes Seſſorem Apoſta- «
ticum, vnicæ dilectæ Domini inuaſorem, erroneorum dogmatum & veritatis «
totius contemptorem. Hunc certè non tradidit Canonica electio. Hunc ſpi- «
ritus Domini non vocauit. Hunc non ſtabiliuit conſenſus. Hunc truculenta «
rabies & Senatinorum intruſio in Apoſtulica Sede intruſit. Ne igitur Intruſus «
ipſe qui datus in ſenſum reprobum terreni faſtus apperitor factus eſt, per ſuam «
obſtinatam maliciam & obſtinationem iniquam fideles aliquos ſuper præſenti «
negorio faceret dubitare, ad publicationem quandam proceſſimus, ſicut per «
Dilectum filium de Corbeia Secretarium Regium præſentium portitorem in- «
formabimini pleniùs, cuius relatibus petimus fidem adhiberi. Datum Anagniæ «
12. Kalend. Septemb. an. Dom. 1378. Apoſtolica Sede vacante. «

Scripſit quoque in eandem rem Petrus Archiepiſcopus Ebredunenſis, paulo poſt Cardinalis Sabinenſis, ad M. Ioannem de Calore Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis Cancellarium.

Ad Cancellarium.

Petrus Archiepiſcopus Ebredunenſis. Venerabili viro D. Ioanni de Calore «
Cancellario B. Mariæ Pariſ. & Amico Cariſſimo. Reuerende Pater, Domine «
& Amice Cariſſime, Quia ſciui vos eſſe Caput omnium Pariſius ſtudentium ex «
Officio præcipuè veritatem ſequentium ex doctrina, & teſtimonium veſtrum «
ex perſona ſore præcipuum apud D. noſtrum Regem, idcirco hactenus diſtuli «
vobis reſcribere quid eſſet tenendum de Papatu iſtius Bartholomæi quondam «
Barrenſis. Nunc autem viſâ per me authenticâ ſcripturâ legitimæ promotionis «
& aliâ Canonicæ declarationis, quod ipſe non fuit nec eſt verus Papa; quas «
etiam ſcripturas aliquando videbitis, ex nunc autem earum *Vidimus* mittuntur «
D. Regi ſub forma quam paſſa eſt celeritas, non quam autoritas exigebat. «
Reſpondendum vobis duxi, quod pro certo ſecundum Deum & conſcientiam «
verum reputo & teneo ipſum nunquam fuiſſe Papam; nec eſſe debuiſſe conſide- «
ratis quæ circa eius electionem ſciuit attentata fuiſſe. Et certè ſi fuiſſet bonus «
homo, ſicut antea credebam, adeptâ ſecuritate pro ſe & DD. Cardinalibus «
& Curialibus debuiſſet ipſe de facto ceſſiſſe, quatenus de facto tenebatur. Etſi «
alij voluiſſent eum reeligere, potuiſſent remanſiſſe ſicut ipſi prædixerant; adhuc «
tamen fuiſſet pernicioſum exemplum & in futurum certum ad conſequentiam, «
quod per Impreſſionem laïcalem poſſet finaliter obtineri Papatus, & multò «
facilius Dignitates inferiores. Abſit autem hoc tanti mali ſeminarium ab Ec- «
cleſia Dei. Abſit & à noſtris temporibus tantum malum, qui non ſufficimus re- «
furmare errores alios multiplices, imò nec enarrare per ſingula, tot videmus «
quotidie pullulare. Itaque Pater & Domine, quia de veritate principalis con- «
ditionis D. Rex iam habuit quamplures informationes particulares à quibuſ- «
dam DD. Cardinalibus & per D. Epiſcopum Famaguſtanum, & iterum per «
Magiſtrum Palatij à 13. Dominis de Anagnia, & ſimul quinque de hoc loco, «
nunc autem debitis ſolemnitatibus ſeruatis ſufficit & iuridicè in bona forma ha- «
bebit hanc de conſequentia promiſſi probationem & deciſionem, teneatis, con- «
ſularis, prædicetis & Chriſti fidelibus diuulgetis, quod non obſtante introni- «
zatione facta de Bartholomæo adhuc vacat Apoſtolica Sedes, & adhuc perdu- «
rat metus mortis in cordibus Cardinalium, ſi eligerent quemcunque citra «

» montanum. Orandus eſt igitur Deus vniuerſaliter & ſingulariter, vt proſpi-
» ciat de excelſo & viduitati ſubueniat ſponſæ ſuæ, Pater & dilectiſſime Domi-
» ne, ſecundum ſcientiam & prudentiam tibi datam *hæc loquere & exhortare* in
» Chriſto Ieſu Domino noſtro qui te multis prodeſſe faciat & præeſſe tribuat ad
» ſalutem. Scriptum Auinioni die 7. menſis Septemb. anno 1378.

Ita omnium animis infotmatis Cardinales die 20 aut 21. Septemb. elegerunt Fundis Robertum Gebennenſem tit. 12. Apoſtolorum Preſbyterum Cardinalem: iſque protinus Clementis VII. nomen aſſumpſit, & ea de re ſtatim Carolum noſtrum, Vniuerſitatem Pariſienſem, aliosque Chriſti ſeruos faciunt certiores.

Atque ex hoc varij Tractatus editi ſunt à viris Doctis & ab Vniuerſitatibus pro & contra electionem Vrbani, quos antequam referimus, operæ pretium eſt admonere Vniuerſitatem Pariſienſem hæſiſſe diu ancipitem, vtri ſe Pontifici adiungeret. Habitis enim Eccleſiaſticorum Procerum Comitijs, cum Gerardus de Dainuilla Epiſcopus Cameracenſis neutrum eſſe pro Pontifice agnoſcendum contenderet, M. Ægidius Cantor Pariſienſis Vrbano faueret, illa exiſtimauit abſtinendum aliquandiu, vrgentibus tamen negotijs ad Vrbanum confugiendum, donec rei geſtæ ſeries certiùs pateret. Paulus Æmylius enumeratis Gentibus quæ Vrbano, quæ Clementi fauerent, hæc ſubiungit.

„ Eam ob rem, inquit, Cantor ſanctæ Eccleſiæ Pariſienſis Epiſcopum Ca-
„ meracenſem neutras partes aſciſcendas prædicantem auſus eſt litteris, quæ
„ extant, ſubincuſare, quod cum ſemel atque iterum Lutetiæ habitum fuerit Ec-
„ cleſiæ Gallicæ Concilium, vbi idem Epiſcopus ſediſſe credatur, mox tamen
„ eius Synodi Decretorum immemor videatur. Priore enim Conuentu qui men-
„ ſe Septembri coactus ſit, conſeſſu ſex Archiepiſcoporum, 30. Epiſcoporum,
„ complurium Cœnobiorum Patrum, ſimul Theologiæ Iuriſque & Ciuilis &
„ Pontificij Profeſſorum conſtitutum, *Cardinalibus Romana Comitia Fundo impro-*
„ *bantibus non aſſentiendum, niſi maiore Conſilio grauioreque deliberatione*, poſterius
„ Concilium menſe Nouembri coactum, ſed id infrequentius: iccirco priori
„ ſtandum ſibi viſum; nec eam ob rem, cum duo exiſtant qui ſe Pontifices Maxi-
„ mos contendant, neutrum ſequendum. *Etenim ſiuè Cardinalibus*, inquit, *credis*,
„ *neutrius eſſe non potes: ſiue non credis, prioris Concilij Pariſienſis Decreto ſtandum tibi*
„ *eſt.* Is tamen vir primò Clementem, quem & Rex, deinde Vrbanum ſecutus
„ ac Romam profectus eſt.

Interim Vniuerſitas Pariſienſis ſua de more Comitia celebrat 10. Decemb. ad electionem Rectoris, & eligit M. Franciſcum *d'Eſtele* virum ante annos decem eodem munere perfunctum. Quo Rectore primùm agitatum eſt, an Rotulus Nominatorum ad Vrbanum, an ad Clementem mittendus eſſet. Contendebat Rector Paſchalis iam ante decretum fuiſſe, vt ad Vrbanum mitteretur, nominatoſque & delectos Portitores & Nuncios: ſed ob nouam rerum faciem, nihil potuit decerni. Rex authoritatem quoque ſuam interponit ſcriptiſque ad Vniuerſitatem litteris Clementi faueri iubet; nec tamen tunc Vniuerſitas Regio mandato paret, vtendumque apud Regem demonſtratiuis rationibus decernit. Quâ de re ſic habetur in Antiquo libro Rectoris fol. 147 verſo.

" Anno Domini 1378 in Craſtino S. Dionyſij fuit electus concorditer via Spiritus
" ſancti in Rectorem Franciſcus *d'Eſtele* pro 2. vice, ſcilicet anno denario reuoluto
" à prima ſua electione. In cuius Rectoria fuerunt multa aliàs inaudita. De Con-
" trouerſia ſcilicet duorum, quorum ſe quilibet dicebat ſummum Pontificem.
" Noua Electio D. Clementis VII. Nec habuit Rotulum propter diſcordiam
" Rotuli facti in Rectoria Paſchæ mittendi ad Vrbanum VI. vt prætendebat
" Rector Paſchalis. Item Rex ſcripſit Vniuerſitati ſuper diſcordia duorum
" Rectorum.

Et quia grauis adhuc erat inter Epiſcopum Pariſienſem pro Officiali ſuo & Vniuerſitatem diſcordia, quamobrem Epiſcopus interdixerat Conſeruatori Priuilegiorum, ne Curiam exerceret, Rex eam compoſuit, & ad honorem Vniuerſitatis Curiæ prædictæ functiones reſtitui voluit, quâ de re ſic ibidem legitur.

PAX FACTA INTER

Item tunc fuit pax facta inter Vniuerſitatem de vna parte, & Epiſcopum & eius

Officialem Pariſienſem de altera parte, & ad arbitrium Regis, quia voluit, & nomine ſuo Pacem fecit Vniuerſitas, quam non factura erat.

VNIVERSITATEM ET OFFICIALEM PARIS.

Item reaperta fuit Curia Conſeruatoris quæ fuerat clauſa ferè per annum cum damno Vniuerſitatis, & aperta fuit cum vtilitate eius.

Sub huius autem Schiſmatis initia maximum rei momentum fuit habere fauentem Vniuerſitatem. Itaque vterque Pontifex eam ſibi couatus eſt conciliare, laudibus, pollicitationibus, famæ commendatione. Anceps autem & dubia fluctuabat, Regem videbat Clementi fauere, ipſa initio magis propendebat in partes Vrbani, cuius electionem magis Canonicam eſſe putabar: quod vt intellexit Vrbanus, ad eam litteras dedit menſe Nouembri ſequente plenas amoris & famæ ingenris teſtimonijs, quæ ſunt eiuſmodi.

LITTERÆ VRBANI AD VNIVERSITATEM.

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Rectori, Magi- “
ſtris, Doctoribus, Scholaribus ac Vniuerſitatij ſtudij Pariſienſis Sal. & Apoſtol. “
benedictionem. Inter, imò ſupra cæreras ſtudiorum Vniuerſirares, in quibus “
ſcientiarum gemma reſplendet, veſtra Pariſienſis velut quoddam ſidus irradiat, “
& pulſis procul ignorantiæ ac errorum tenebris doctrinâ ceu lumine circum- “
lucet. Ex ipſa namque ſicut ex quodam puriſſimo fonte ſemper ſani verique “
dogmatis riuuli profluxerunt: qui per innumeros alueos pronius decurrentes “
falſarum opinionum limum abſterſerunt: Cuius quidem fontis claritatem nulla “
vnquam quantalibet impetuoſa vis pluuiæ turbidauit. “

Vobis itaque, Dilectiſſimi filij, qui ex hoc limpidiſſimo fonte dulciſſimas lit- “
terarum aquas auido hauſtu elicitis, congaudemus vobis, & S. Rom. Eccleſia “
congratulatur, cui talia ligna fructus producentia ſecus decurſus aquarum in “
tam ingenuo viridario ſummus parens rerum plantauit. Quidni gaudeamus & “
exultet ſpiritus noſter, quando intra felicia Caſtra Pariſienſis ſtudij doctiſſimos “
& magnanimos veritaris & orthodoxæ fidei pugiles intuemur, ſæuas hæretico- “
rum prauitates, quantum poteſt, euacuat, nec contra tam munitiſſima Caſtra “
pharetras ſuas armat turba Schiſmatica. Nam ſunt Milites alumni veſtri ad reſi- “
ſtendum promptiſſimi, veritatis & fidei thorace muniti, habentes victricia ſpi- “
cula, quibus hoſtium præcordia penetrentur. Habent faces ardentiſſimas Cha- “
ritatis, quibus illorum machinæ confundantur; habent ſcaturientis fontis vn- “
das, quibus eorum faculæ protinus extinguanrur. Vt nec illud prætereamus “
cuius ſola recordatione plurimum conſolamur, quod nuper cum ingenti gau- “
dio fide dignorum relatione percepimus, quemadmodum vos aduerſus eorum “
hæreticorum atque Schiſmaticorum aſſertionem ſubdolâm contra nos impu- “
dicè loquentium, nonnullas cauſas ſanctas, veras ac ſaluberrimas, & quales pro- “
feſſionem veſtram decet, in noſtrum, imò in Catholicæ fidei fauorem & veri- “
tatis defenſionem ſententias publicè tenuiſtis, & eas contra quoſcumque con- “
trarium profitenres defenſaſtis. Pro quibus Vniuerſitatem veſtram meritò lau- “
damus, perſequentes deuotionem veſtram requirimus & hortamur attentiùs, “
ac per aſperſionem pretioſiſſimi ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti cuius in “
hac parte res agitur, obſecramus, quatenus cauſam Iuſtitiamque noſtram toti “
mundo notiſſimam quam dicti Pſeudo-Chriſtiani veri ſatellites Antichriſti ob- “
nubilare, ac ſchiſma pernicioſiſſimum in Eccleſia ſuſcitare moliuntur, ſuſcipe- “
re; imò iam ſuſceptum defenſare tanquam legitimi certatores: & ne inconſu- “
tilis veri Ioſeph tunica lanietur, ſub diuinæ potentia dexteræ vos murum in- “
expugnabilem opponatis hoſtiumque multitudinem nullatenus formidetis, “
ſub ſignis militanres victricibus veritatis; quæ licet quandoque calumnian- “
tium fucatis argumentorum coloribus impugnetur, vinci tamen non poteſt, “
& illorum multitudine nequit conculcari. Nihil enim felicius quàm pro veri- “
tate bellare, nulli clariores triumphi, nulla pinguiora ſpolia reportantur quàm “
quæ veritas defenſa pollicetur. Eia ergo Athleræ magnanimi, ac veritatis & “
orthodoxæ fidei deuotiſſimi defenſores contra illarum impugnatores & hoſtes “
feliciter inſurgatis, vt proinde præter æternæ mercedis præmia humanarum- “
que laudum præconia noſtram & Apoſtolicæ Sedis benedictionem & gratiam “
ac exauditionem in veſtris periculis tanquam bene meriti reportetis. Datum “
Romæ apud S. Mariam Trans-Tiberim 11. Kalend. Decemb. Pontificat. noſtri “
anno 1. “

Interim ad ipſam Vniuerſitatem variæ rei geſtæ relationes mittuntur, varijque Tractatus eduntur, quorum aliquos his adnectere non erit inutile.

Factum D. Ioannis de Ligniano ſuper Electione Vrbani miſſum Vniuerſitati Pariſienſi.

»
» CVm ſanctæ memoriæ D. Gregorius Papa XI. die 27. Martij obijſſet
» in Roma, Officiales vrbis diuerſa Conſilia tenuerunt, aliqui ſecreta,
» aliqui non ſecreta provt inter eos moris eſt in expeditione magnorum Ne-
» gotiorum in quibus tractatum fuit quis modus teneri deberet in Electione
» Papæ. Et provt per plures Romanos relatum fuit D D. Cardinalibus,
» quotum omnium aliqui Conſilio interfuerant, ſemper in illis Conſilijs con-
» cluſerunt quod omnino expediebat eis habere Papam Italicum vel Roma-
» num; & quod de hoc pulchro modo ſupplicarent Dominis quantum poſſent,
» & quod ſi precibus obtinere non poſſent, quod ad hoc omnino cogerent Domi-
» nos, & de hoc erat continuus ſermo in Roma inter omnes; & in omnibus locis
» publicis, dicebant enim ſe aliter non poſſe eſſe ſecuros quod Curia in Italia
» manet. Mottuo tamen D. Gregorio præſtiterunt Senator & alij Officiales vrbis
» debitum Iuramentum de obſeruando Conſtitutionem *vbi Periculum*, &c.
» Item prædicti Officiales vrbis diebus decem pendentibus qui effluxerunt
» inter mortem D Gregorij & introïtum Conclauis vnà cum alio numero Ci-
» uium omnibus DD. Cardinalibus ſimul adunatis ſupplicauerunt, & eos requi-
» ſiuerunt, vt eligerent Papam Rom. vel Italicum, addentes quod ante ingreſ-
» ſum Conclauis vellent eos ſuper hoc declarare ad conſolationem populi, & ali-
» quibus verbis ſubiunxerunt quod aliàs dubitabant de maximis & irreparabilibus
» periculis, cum viderent & cognoſcerent corda Ciuium nimium ſubleuata. Et
» vlterius certos Ciues miſerunt ad domos DD. Cardinalium ex parte DD. Of-
» ficialium & populi, qui ſimiles requiſitiones fecerunt Dominis in particulari.
» Propter quod Domini dubitantes miſerunt pro Officialibus & expoſuerunt
» eis errores qui poterant ſequi ex modis quos tenebant circa ipſos, & quomodo
» ipſi tendentes quod Curia Rom. circa eos remaneret, eſſent cauſa perdendi, &
» requiſuerunt eos de duobus. 1. Quod expellerentur ruſtici qui erant in magnâ
» quantitate in Roma, ptovt teportabatur Dominis; & taliter ordinaretur po-
» pulus quod non poſſet eſſe ſcandalum; & quod abſtinerent ab illis Conſilijs
» quæ videbantur cauſa inflammandi populum. 2. Quod ordinarent vnum bo-
» num Capitaneum ad cuſtodiam Burgi S. Petri cum certo numeto gentium; &
» quod Gentes eſſent benè confœderatæ Dominis, & quod facerent benè cu-
» ſtodiri pontes, vel ipſos tenendo clauſos vel ſaltem de bona gente in bono
» numero munirent taliter quod populus ad Palatium tranſire non poſſet; quæ
» omnia verbo conſenſerunt; & vnum Bandarenſium fecerunt Capitaneum: &
» ille fecit 4. Conneſtabiles. Et iſti vltra Iuramentum quod prius Officialibus
» præſtiterant iuxta formam *Capituli vbi periculum*, &c. Iurauerunt benè & ſolen-
» niter Dominos tenere ſecuros ab omni violentia & impreſſione, & alia multa
» provt ab eis petita fuerant, ſed finaliter nihil ſeruauerunt.
» Aduertendum eſt autem quod dictis 10. diebus pendentibus mandatum fuit
» omnibus Nobilibus vt ſub grauiſſimis pœnis exitent vrbem, & DD. Cardinales
» multotiens requiſiuerunt Officiales, vt Nobiles ſtare permitterent, pro eorum
» ſecuritate; quod penitus negauerunt ſub colore quod tenebant infra Ciuita-
» tem. Et finaliter DD. Catdinales togauerunt DD. Officiales vt ſaltem duos
» ex dictis Officialibus ſtare permitterent, qui erant Officiales Eccleſiæ: quod
» etiam negatum fuit expreſsè. Adueniente autem horâ introïtus Conclauis, tota
» Platea S. Petri fuit impleta populo pro magna patte atmato; & intrantibus
» Cardinalibus magna pars populi intrauit Palatium, & infra Palatium per totam
» noctem vſque ad exitum Conclauis ſteterunt & ruperunt diuerſas portas diuer-
» ſarum domorum in Palatio, & ipſum Palatium ab omni parte circundederunt
» armatis hominibus, itavt nullus poſſet inttare vel exire ſine eorum voluntate.
» Item ſubſequenter priuſquam omnes vt moris eſt, exiuerant Conclaue ex-
» cepto Senatore & quibuſdam alijs paucis, qui cum Dominis aliquibus loque-
batur,

batur, & porta Conclauis cuſtodiretur, ita vt nullus ſine licentia intrare poſſet, «
ſuperuenerunt Capitanei regionum vrbis cum aliquibus Ciuibus in bono nu- «
mero volentes intrare Conclaue: & licet eis ſæpè fuerit dictum quod non erat «
de more, quod poſt clauſam portam maximè ita tardâ horâ aliquis intraret, «
nihilominus omnino intrare voluerunt, & Dominis licet cum diſplicentia con- «
gregatis in Capella ſimiles requiſitiones fecerunt petentes etiam vicibus itera- «
tis, quod antequam exirent Conclaue de hoc declararent expreſsè, ſubiun- «
gentes & pluries repetentes quod ita videbant populum diſpoſitum, quod iſtud «
non poterat aliter tranſiri ſine periculo perſonarum. «

Item ſciendum quod ante introitum Conclauis fuerat per multos repor- «
tatum Dominis quod erant aliqui Prælati in Roma quorum aliqui erant Ro- «
mani, alij Italici qui ad hoc vt impreſſio fieret, totis viribus populum inflam- «
mabant, & qui multa promittebant Officialibus in caſu quo quilibet eo- «
rum eligeretur in Papam. Et licet iſte tunc Barrenſis à principio non fuerit «
nominatus, tamen expoſt relatum eſt quibuſdam ex Dominis, licet non cla- «
rè conſtet & credam non eſſe verum, quod fuerat vnus ex ſolicitatoribus an- «
tedictis. «

Item aduertendum eſt quod mortuo Patre noſtro D. Gregorio remanſerunt «
in Curia ſexdecim tantummodo Cardinales, ad quos ſolos competebat ius eli- «
gendi ſummum Pontificem: quorum duodecim erant vltramontani & 4. Itali- «
ci, & omnes Cardinales vltramontani antequam intrarent Conclaue in introitu «
& poſt vſque ad tempus Impreſſionis continuo, prout aſſerunt, fuerunt in de- «
liberatione & propoſito & voluntate eligendi de Collegio & non de extra, & «
vltramontanum non citramontanum. Etiam DD. Italici erant in propoſito «
eligendi de Collegio & non de extra, licet tenderent vbi bono modo poſſet fie- «
ri, quod vnus ex Italicis eligeretur de Collegio tamen vel extra Collegium, «
dummodo debito modo eligeretur. Prætuliſſent tamen illos de Collegio. Et «
in iſta voluntate permanſerunt continuè; etiam poſtquam intrauerunt Concla- «
ue vſque in Craſtinum poſt Miſſas, non obſtante quod Romani occupauerant «
Palatium & tota nocte exiſtentes armati vt plurimum ſine intermiſſione clama- «
runt *Romano volemo, Italiano non volemo*, & ita cum ſonitu tubarum & tambu- «
rum & cætera continuarunt per totam noctem; adeoque aliqui ex Dominis «
modicum dormiuerunt, & dictos rumores etiam continuauerunt vſque ad ru- «
pturam Conclauis per eos factam. Demum auditis Miſſis dum Domini ſe diſ- «
ponerent vt de Electione tractarent, Campanæ Capitolij & Eccleſiæ S. Petri «
quæ Eccleſia eſt iuxta Palatium inceperunt..... pulſari pro congregatione po- «
puli. Et populus fortius cœpit clamare *Romano volemo, Italiano non volemo*. Fue- «
runt etiam Domini aduiſati quod ab extra cuſtodiebant Conclaue, quorum «
aliqui erant Romani per Dominos electi; & aliqui Extramontani, quod niſi «
ſtatim ſine aliquâ morâ eligerent Romanum vel Italicum, omnes Domini Car- «
dinales erant in periculo quod inciderentur per fruſta: propter quod Domini «
Vltramontani propter vitandum mortis periculum prout tunc maior pars dixit, «
& nunc etiam tamen ſacramento affirmat, aliàs niſi propter mortis periculum «
non facturos; conſenſerunt quod Italicus eligeretur. Et quia ex Italicis Car- «
dinalibus dixerunt quod nullatenus acceptarent ſi tali modo eligeretur, cum «
viderent impreſſionem quæ fiebat, omnes quaſi ex abrupto ſine alia diſſenſio- «
ne perſonæ nominarunt D. Vrbanum tunc Archiepiſcopum Barrenſem & ip- «
ſum tanquam illum quem credebant eis magis notum & in factis Curiæ exper- «
tum, elegerunt in Papam animo & propoſito prout tunc dixerunt, vt eſſet «
verus Papa, timore tamen dicto durante vt nunc aſſerunt. Exceptis duobus, «
vno Vltramontano qui dixit quod conſentiebat taliter qualiter tanquam pul- «
ſus & credebat quod electio eſſet nulla, & vno Cardinale Romano qui dixit «
quod propter notoriam impreſſionem quam videbat, nec ſibi nec alteri daret «
vocem ſuam, niſi ceſſaret impreſſio & eſſet in ſua libertate. Et vlterius dixerunt «
inter ſe aliqui de Cardinalibus facere prout factum fuerat aliàs, & per Cano- «
nas apparet: ſcilicet quod quamprimum commodè poſſet, ſuccederent ad lo- «
cum tutum & ſecurum; & tunc quod ipſe renunciaret ad cautelam; & tunc «
quod ipſi de nouo reeligerent dictâ die propter Schiſma euitandum ſibi admui- «

Digitized by Google

» cem condixerunt. Demum DD. Cardinales cum iam pluries ſuper expeditione
» fuiſſent per Cuſtodes Conclauis ſolicitati ad populum clamantem & tumul-
» tuantem & iam diſpoſitum ad furioſa, miſerunt tres ex DD. Cardinalibus, &
» quia non audebant eis in illo furore exiſtentibus publicare electionem, per eos
» fecerunt eis promitti & promiſerunt quod eos infra diem craſtinam conſola-
» rentur ante Veſperas, eos de Papa Romano vel Italico, & fecerunt populum
» rogati quod recederet: qui cum magna difficultate receſſit de aulâ; non tamen
» exiuit Palatium vel circuitum eius, ſed aliquantulum timor ceſſauit; & iterum
» DD. miſerunt pro multis Prælatis inter quos iſte fuit tunc Barrenſis & per præ-
» dictum modum electus; qui venit & vidit populum furentem; & totam violen-
» tiam & impreſſionem factam; & ante viderat & audiuerat clamores populi
» furentis; & ſciuit & ſcire debuit quicquid per populum actum eſt tanquam
» rem notoriam. Et tunc populo aliqualiter à clamoribus ceſſante, eo tamen
» iuxta & infra Palatium exiſtente DD. aliqualiter comederunt & interim Præ-
» lati pro quibus miſſum fuerat, venerunt; & poſt comeſtionem Cardinales ve-
» nerunt ad Capellam in eodem loco vbi electio antea facta fuerat, exceptatis
» tribus qui non interfuerunt, & tunc vnus è Dominis dixit, modò ceſſat illa vio-
» lentia, & illi clamores qui erant de mane concitati: iterato reeligamus eum.
» Tunc ſibi dictum fuit per quendam Cardinalem alium quod non ceſſabat vio-
» lentia nec timor qui fuerant per prius; & quidquid fieret non valeret: nam
» ſemper armati & clamantes erant in Palatio, licet non ita fortiter nec in tanto
» numero. His tamen ſpretis, exceptis illis tribus & etiam excepto illo Romano
» qui dixit vt prius, reelegerunt eum & adhuc durantibus verbis, cum perpen-
» diſſent Romani ex aliquis ſignis, quod non eſſet electus Romanus, cum maxi-
» mo rumore inceperunt frangere Conclaue & ipſum per tres partes fregerunt &
» vocauerunt Officiales. Et populus armatus quantum ferè recipi potuit: pro-
» pter quod Domini plus ſolito mortis timore timentes in Capella ſecreta ſe pro
» maiori parte reduxerunt; cuius porta fuit ſtatim cum ſecuribus fracta; & in-
» trauit Populus armatus adhuc clamans vt ſuprà, & omnes Dominos hinc inde
» circundedit. Et niſi quia vnus Dominus volens ſuum & alium periculum eui-
» tare, dixit eis quod Dominus S. Petri erat electus ſi volebat conſentire & quod
» ipſi inducerent eum ad conſentiendum; credidit quod omnes fuiſſent inter-
» fecti maximè Vltramontani. Sed audito illo irruerunt in prædictum Dominum
» S. Petri; & præciſè inuitum & renitentem poſuerunt in vna cathedra: & dum
» accederent ad faciendum ſibi reuerentiam, quilibet ex Domin's exiuit Pala-
» tium vt potuit melius & aliqui exiuerunt Romam de nocte vel de ſimulato
» habitu; & aliqui etiam ſub diſſimulatis habitibus retraxerunt ſe ad Caſtrum
» S. Angeli. Aliqui tamen pauciores in ſuis domibus remanſerunt. In Craſtino
» autem quietato populo aliqualiter, iſte tunc Barrenſis qui remanſerat in Pala-
» tio, & nullo modo etiam pluries per aliquos ex Dominis requiſitus exire noluit,
» miſit ad Dominos qui erant in Caſtro iteratis vicibus vt venirent ad ipſum: &
» quia non cito venerunt, fecit eos requiri per Bandarenſes & alios Officiales
» Vrbis pro parte Populi, vt Domini aſſerunt, quod pro maioris ſcandali euita-
» tione omninò exirent caſtrum & venirent ad Palatium. Ipſi verò vt affirmant
» dubitantes de maiori ſcandalo maximè quia tam ipſorum quàm aliorum Domi-
» norum familia erat diſperſa per orbem, primum ſcripſerunt manibus proprijs
» quod erant contenti quod Domini qui erant ab extra intronizarent eum & ad
» hoc faciendum eos Procuratores conſtituerunt. Demum quia fuerunt modo
» præmiſſo requiſiti exiuerunt & venerunt ad Palatium & ipſum intronizauerunt
» more conſueto. Et tamen hoc ſic verum qui ab vrbe receſſerunt rediuerunt
» ad vrbem, & ipſum poſt coronauerunt, & ab illo tempore DD. Cardinales in
» reuerentijs & alijs tractauerunt ipſum vt Papam; tamen vt aſſerunt, nunquam
» intentionem habuerunt, vt per hoc aliud ius ſibi tribuerent quàm quod eſſet
» ex electione quæſitum. Ipſe autem in Conſiſtorijs & aliàs vſus vt Papa. Tamen
» omnia facta ſunt in vrbe, vbi Domini ſaltem Vltramontani vt dicunt, nunquam
» ſe reputauerunt ſecuros; imò veriſimiliter credunt quod ſi in vrbe ſuam Ele-
» ctionem reuocaſſent in dubium, quod fuiſſent in magno periculo: ipſeque licet
» requiſitus pluries voluit exire vrbem vſque ad diem... quâ, &c. quâ omnes

Cardinales Vltramontani erant in Anagnia; & tunc venit ad Ciuitatem Tibur- «
tinam populo Rom..... «

Modò 1. quæritur vtrum iſtius electio fuerit Canonica. 2. Si à principio «
non fuerit Canonica, vtrum tacitus conſenſus omnium Cardinalium præmiſſo «
modo ſubſecutus ſufficiat: ita quod iſte ſit verus Apoſtolicus, an Apoſtaticus «
iudicari. Circa thema præmiſſum 1. demonſtrabitur quod hæc Electio non te- «
nuerit. 2. demonſtrabitur quod tenuerit. 3. Concludetur ſuccinctè quid Iuris.

Tria iſta puncta proſequitur & rationibus plurimis probat, quas qui legere volet, reperiet in MS. Biblioth. Victorinæ notaro hiſce Characteribus 685. quem refurauit Abbas S. Vedaſti Doctor Academiæ Pariſienſis, vt legitur in eodem libro. Altera verò Epiſtola ſeu alterum Factum M. Iacobi de Sena ex parte Vrbani VI. & pro eius cauſa, 3. Iulij an. 1378.

Factum M. & D. Iacobi de Sena miſſum Vniuerſitati Pariſienſi ſuper electione Vrbani.

IN nomine Domini, Amen. Quia quæcunque diſtinguntur, facilius capiun- «
tur & animo melius retinentur, ideo quo dilucidius ſeries proceſſus feliciter «
ad Apoſtolatum ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Vrbani diuina «
fauente Clementia Papæ VI. percipi ac memoriæ tenacius commendari poſ «
ſint eiuſdemque proceſſus geſta, per certa tempora veritati ſemper innuentes in- «
ſtructione præſenti, capitulatim duximus diſtinguenda. Tempus primum ægri- «
tudinis felicis record. Gregorij Papæ XI. quo de vita illius Cardinales deſpe- «
rabant, & tempus ſecundum quod fluxit à tempore dicti obirus vſque ad tem- «
pus electionis & inthronizationis ipſius D. noſtri Vrbani, & tempus 3. lapſum «
poſt electionem, ac inthronizationem prædictas, ac eiuſdem temporis geſta vſ- «
que in præſens. Primum ergo tempus & eiuſdem temporis geſta propoſitum no- «
ſtrum tangentia ſunt hæc. In primis tamen ſcitum & viſum & notorium fuit, «
quod fel. record. Gregorij Papa prædictus ante menſem & in menſe Martij «
anni præſentis, videlicet numerandi à Natiuitate Domini 1378. in vrbe Roma «
cum ſua Romana Curia & DD. Cardinalibus 16. numero moram trahebat. Et «
ipſe in ſuo Palatio Apoſtolico apud Baſilieam S. Petri ſito continuè habitabat: «
quorum 16. Cardinalium nomina ſunt hæc, &c. «

Item quod cæteri Cardinales S. Romanæ Eccleſiæ vltra ſuperius nominatos «
videlicet Albanienſis, Tuſculanenſis, Sabinenſis, S. Anaſtaſiæ, S. Viralis & «
S. Mariæ in porticu dictis temporibus fuerunt & erant abſenres à Romana Cu- «
ria & in remotis partibus, videlicet apud Ciuitatem Aueuionenſem, & hoc fuit «
& erat & eſt verum, publicum & notorium. «

Item quod verum, publicum & notorium fuit & eſt, quod Ioannes tit. S. «
Marcelli Preſbyter Cardinalis vulgò dictus Ambianenſis dictis temporibus, & «
etiam poſt & vſque ad tempus de quo dicetur infra, ſimiliter fuit & erat abſens «
à dicta vrbe & à Rom. Curia miſſus per dictum Gregorium ad partes Thuſciæ «
pro tractatu concordiæ, de qua tunc agebatur inter Eccleſiam & Florentinos. «

Item quod præfatus Gregorius Papa per prædictum menſem Martij vſque «
ad 27. dicti menſis quo deceſſit, vt infra dicetur, in dicto Palatio infirmitate cor- «
porea grauiter ægrotabat. «

Item quod dicto menſe Martij & per nonnullos dies ante 27. diem eiuſdem «
menſis per Medicos & alios de vita ipſius Greg. penitus deſperabatur, & dies «
eius obirus proxima tunc eſſe communiter & publicè ac omnino credebatur. «

Irem quod præfati Cardinales omnes prærer Cardinalem S. Petri qui pro «
tunc propter ſuam debilitatem non poterat illis Congregationibus intereſſe: «
qui Cardinales, vt præmittitur, in vrbe tunc erant præſentes, quorum nomina «
in 1. artic. ſunt deſeripta & ſuperius per ordinem. Ante dictam 27. diem menſis «
Martij, & diebus illis quibus vt dictum eſt Gregorius adhuc tunc viuebat & de «
vita eius longa deſperabatur, interdum ſimul omnes in certo loco & interdum «
in diuerſis locis, quidam ex eis ſeparati ab alijs conuenerunt, & diuerſa collo «
quia ſuper electione futuri Rom. Pontificis & ſuper perſona ad Apoſtolatus «
apicem prius morte D. Gregorij eligenda inter ſe habuerunt. Et tandem pro- «

,, pter varias & diuerſas voluntates inret ſe diſcordanrium de perſona aliqua vltra
,, montes nata in Papam eligenda concotdare pro tunc minimè potuerunt. Et de
,, his fuit & eſt commune dictum, communis opinio, communis aſſertio & repu-
,, tatio ac publica vox & fama in vrbe & Rom. Cutia ac Italia & alibi, &c.
,, Item ipſi Cardinales etiam viuente adhuc dicto Gtegorio veriſimiliter ſuſ-
,, picanres de proxima tunc futura ipſius morte deliberauerunt adinuicem aliqua
,, ordinare & facere pro cautela ac cuſtodia atque tuitione perſonarum & rerum
,, ac bonotum ſuorum, & quod inter cætera ordinauerunt & fecerunt quamplu-
,, rimi & maior pars ipſorum, maximè illi qui erant & ſunt Gallici ſeu vltra-
,, montani, quæ pecuniæ, vaſa argenrea, libri, jocalia, & alia eorum bona mo-
,, bilia fuer int portata, recondita & poſira in Caſtro S. Angeli fortiſſimo & tu-
,, tiſſimo Quod caſtrum ſitum eſt iuxta vrbem & prope burgum S. Petri, ac te-
,, nebatur pro parre & nomine Rom. Eccleſiæ & per Caſtellanum natione vlrra-
,, montanum: & quædam coram ex ipſorum bonis fuerunt poſita in certis alijs
,, locis ſecreris tam inrra quam extra vrbem.
,, Item quod Officiales vrbis, videlicet D. Guido de Prohinis, Senator, miles
,, vltramontanus, Conſeruatores Cameræ vrbis, nec non Bandarenſes & alij ad
,, quos ſpectat & ſpectare conſueuit gubernario & regimen publicum & Rom. po-
,, pulus, ac etiam nonnulli alij probi & honeſti viri Ciues Rom. percipientes tunc
,, & cngitanres debilem ſtarum ac grauiſſimam infirmitatem perſonæ præfati
,, Gregorij & quod deſperabatur de longæua vita illius, acceſſerunr ad præfatos
,, Cardinales tunc ſimul congregatos in Eccleſia S. Spiritus de vrbe. Et nomi-
,, nibus ipſorum Officialium & aliorum Ciuium, & populi Ro. coram ipſis Car-
,, dinalibus ac multis alijs boneſtis, probis, & magnis viris ram Prælaris quàm
,, alijs de graui & periculoſo ſtatu perſonæ dicti Greg condolebant ac ſe condo-
,, lere dicebant, ipſiſque Catdinalibus runc dixerunt & obrulerunt ſe ſtare para-
,, tos, illis in omnibus aſſiſtere, fauere & obedire, & eorum exequi beneplacita
,, & mandata, ſupplicantes etiam quod in caſu vacationis Sedis Apoſtolicæ ipſi
,, Cardinales dignarentur perſonam talem in Romanum Pontificem eligere, quæ
,, attento ſtatu moderno eidem Eccleſiæ vrilis eſſet. Qua de bona & liberali ac
,, grata oblatione dictorum Officialium, & Ciuium ac populi ipſi Cardinales fue-
,, runt & erant merito valdè conrenri, & ipſam oblarionem cum grariarum actio-
,, nibus valde gratam & acceptam habuerunt, & babere ſe reſponderunt &
,, dixetunt; de perſona verò in Romanum Pontificem eligenda reſponderunt,
,, quod talem intelligebant eligere remotâ omni affectione inordinatâ quam
,, reputarent vtiliorem Eccleſiæ & quam eligendam eis Deus inſpiraret. Et
,, inſuper ipſi Cardinales requiſiuerunt Officiarios prædictos quod eſſent di-
,, ligenres & ſoliciri circa bonam cuſtodiam vrbis, ne in nouitate quæ runc immi-
,, nebat, poſſet in eadem vrbe aliquod malum vel ſiniſtrum contingere, dictique
,, Senator & Officiales, & alij hoc vrique ſe facturos ipſis Cardinalibus dixerunt &
,, reſponderunr. Inrerea quia ex runc & continuè & vſque poſt factam electionem
,, dicti Rom. Ponrificis, de qua infra dicetur, urbs & ipſa Roma & præfatus Bur-
,, gus & Palatium ac Conclaue, de quo inferius, dicetur, bene, fidelirer & diligen-
,, rer fuerunt cuſtodita & à quacunque violentia, imptesſione, iniuria & ſcanda-
,, lo præſeruata. Et hoc fuit & eſt verum, publicum & notorium ac etiam dictum,
,, creditum & pro vero, publico & notorio habitum & reputatum. Et de præmiſ-
,, ſis fuit & eſt publica vox & fama in vrbe & Rom. Curia & Italia prædictis &
,, alibi.
,, Item quia poſt prædicta, infra paucos dies præfatus Greg. Papa obijt vide-
,, licet die 27. dicti Martij menſis; & quia per eius obirum Sedes Apoſtolica runc
,, vacauit & vacabar palam & notoriè: & quia propterea dictis Cardinalibus im-
,, minebat & incumbebat negotium & cura prouidendi Rom. Eccleſiæ & Sedi
,, Apoſtolicæ de Rom. nouo Ponrifice.
,, Item quia præfati Cardinales conuocatis ſupradictis Senatore & alijs Offi-
,, cia'ibus vrbis, illos requiſiuerunr quod præſtarent iuramenrum in forma Iuris
,, debitum de obſeruanda Decrerali *Vbi Periculum:* ipſique Senator & Officiales
,, ad requiſirionem prædictam dictum iuramentum ſuper ſancta Dei Euangelia
,, per eorum quemlibet corporaliter tacta ſponte & liberaliter præſtiterunt: &

Digitized by Google

nihilominus oblationem gratam per eos aliàs factam de qua ſuperius dictum « eſt, repetierunt, & iterato ipſam oblationem dictis DD. Cardinalibus fe- « cerunt. «

Item quia ſubſequenter quodam alio die præfatis Cardinalibus ſimul congre- « gatis in conuenientibus in Vrbe in Eccleſia ſanctæ Mariæ Nouæ, in qua corpus « dicti Gregorij traditum ſeu commendatum fuerat Eccleſiaſticæ ſepulturæ, « præfati Officiales nominibus eorum & aliorum Ciuium & populi Romani ipſis « Cardinalibus ſimul ibidem exiſtentibus humiliter & deuotè ſupplicauerunt: « quatenus ipſi Cardinales dignarentur eligere aliquem idoneum, bonum, ſuffi- « cientem ac probum virum, qui eſſet Natione Italicus; dicentes & aſſerentes « iidem Officiales videri eis hoc eſſe expediens & vtile ſanctæ Romanæ ac etiam « vniuerſali Eccleſiæ, & etiam toti Chriſtianitati propter rationes quæ ſtatim « dicentur, & tunc verba ſeu ſimilia dixerunt & repetierunt in effectu multis vi- « cibus dictis Cardinalibus in loco prædicto. «

Item quia poſt prædictam ſupplicationem immediatè & eodem conceptu & « pro dictæ ſupplicationis fundatione & ejuſdem obtinenda exauditione, mul- « ti & complures coram ipſis Cardinalibus dicti Officiales propoſuerunt & alle- « garunt rationes; & inter cæteras dixerunt & propoſuerunt aliquas: earum « effectus ſtatim ſequitur. Videlicet quod Sedes Rom. quæ erat & eſt Apoſtolica « propter longiſſimam abſentiam Rom. Pont. temporibus retroactis quibus ipſi « Pontifices ab Vrbe Romana, & etiam tota Italia fuerunt abſentes; ac etiam ip- « ſa Vrbs, in qua diuina & immutabili ordinatione dicta Sedes ſtabilita fuerat, « fuerunt & ſunt multipliciter collapſæ & depreſſæ: & quod Eccleſiæ, Monaſte- « ria, Clauſtra, Palatia, Reditus, bona ferè omnia Eccleſiarum, Monaſterio- « rum & locorum quibus ſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinales erant & ſunt intitulati « in eadem Vrbe & circa & eidem Vrbi adjacentibus fuerant à longiſſimo tem- « pore & ſunt diruta, neglecta & collapſa: ac in ſpiritualibus & temporalibus « enormiter & quaſi irrecuperabiliter ad exinanitionem deducta, in pernicio- « ſum exemplum & ſcandalum omnium Eccleſiarum, perſonarum Eccleſiaſtica- « rum & etiam Chriſtianorum. Et quia non erat nec eſt via, modus ſeu reme- « dium reparationis & reformationis dictorum defectuum; niſi Romani Ponti- « fices & ipſi Cardinales faciant reſidentiam in Vrbe, quam reſidentiam Rom. « Pont. qui fuerunt hactenus ſucceſſiuè à tempore Clementis V. incluſiuè & Car- « dinales illis pro tempore aſſiſtentes facere neglexerunt & contempſerunt ſal- « uis infra & ſupra ſcriptis. Et dictorum contemptus & negligentiæ vitium ma- « ximè cauſa fuit & contigit ex eo quòd dictorum temporum Rom. Pontifices « fuerunt & erant non Italici ſed Gallici ſeu Vltramontani, & à Natione Itali- « ca penitus extranei. Et quia viſum toti mundo neceſſarium erat & eſt quod « occaſione præmiſſorum deficiunt Ciuitates, oppida, Caſtra, Villæ, terræ & « Prouinciæ Romanæ Eccleſiæ in Italia conſtitutæ, & in quibus antiquum & « peculiare patrimonium ac etiam de ipſius Eccleſiæ in temporalibus conſiſtebat « & conſiſtit, fierent per dicta tempora ipſa guerris, diſſenſionibus, partialita- « tibus & infinitis tribulationibus vexatæ & laceſſitæ, & per tyrannos ac malos « Officiales maximè Vltramontanos miſerabiliter ſubjugatæ & oppreſſæ, in « tantum quod ſancta Romana Eccleſia ex ipſis Ciuitatibus, Oppidis, terris & « circa, valde modicam, imo nullam vtilitatem fuerat dictis temporibus conſe- « cuta, quinimò pecunias & theſauros omnes quos aliunde eadem Eccleſia etiam « cum magnis operibus & grauaminibus omnium Eccleſiarum mundi acquiſiue- « rat, & congregauerat, conſumpſerat & conſumpſit & quotidie conſumit pro « ipſarum Ciuitatum, terrarum, &c. defenſione: adeoque eadem Eccleſia quo ad « temporalia & territorium fuerant, erant & ſunt maximè, nouiſſimis tempori- « bus ipſa penitus ad nihilum notoriè reducta, exhauſta & in magno contemptu « vbique poſita. Et quia non videbatur honeſtum vel tolerabile, quod dicta « Sedes Rom. remaneret & remaneat tanto tempore ſui Paſtoris & Sponſi præſen- « tia & ſolatio deſtituta. Et quia occaſione præmiſſorum defectuū retroactis tem- « poribus ſæpius contigerat & contingebat, quod quidam ſeculares Principes, qui « tunc habebant ſibi ſubditos & vaſallos, & ſub dominatione ſua conſanguineos, « affines Romanorum Pontificum Gallicorum ſeu Vltramontanorum ac etiam «

» Cardinalium Rom. Eccleſiæ eiſdem Pontificibus dictis temporibus aſſiſtentium,
» per inſtantias precum per dictos Conſanguineos, affines & amicos vt'à Cardina-
» libus dicti Pont. porrectarum obtinuerunt & obtinebāt ſæpiſſimè multa incom-
» moda & inconuenientia, & Eccleſiæ Dei nociua, tam circa reſeruationes
» Eccleſiarum, Prælaturarum ac Beneficiorum quàm circa promotiones Prælato-
» rum & Rectorum inſufficientium, excluſis etiam electis ſufficientibus in dam-
» num Eccleſiarum & Beneficiorum quibus præficiebantur. Quin etiam quando-
» que circa creationes & promotiones Romanorum Pontificum & etiam Cardi-
» nalium, qui quidem in fauorem & contemplationem dictorum ſecularium Prin-
» cipum eligebantur, dictiſque temporibus creabantur & promouebantur, par-
» riales & illis Principibus fauorabiles & de Natione illis ſubdita, ex qua re
» mnlta inconuenientia & Eccleſiæ Dei ac toti Chriſtianitati diſpendioſa & noci-
» ua ſequebanrur & fuerunt ſecuta, & præſertim indeuotio & inobedien-
» tia & rebellio ſubditorum & populorum partium diuerſarum, palam no-
» torium. Et quia verum, clarum & notorium erar & eſt, cuilibet intuenti,
» quòd in conſequenti, reſidentia Romanorum Pontificum in Vrbe vel ſaltem in
» Italia veriſimiliter ſecutura multa Romanæ ac vniuerſali Eccleſiæ & toti Ita-
» liæ ac Chriſtianitati dante Deo profutura, videlicet recuperatio terrarum,
» ac Dominiorum dictæ Rom. Eccleſiæ prædictorum, quæ notoriè propter ra-
» tiones jam dictas contra ipſam Eccleſiam rebellarunt; necnon pax & tranquil-
» litas & pacificus ſtatus totius eiuſdem Italiæ quæ maxima & optima pars erat
» totius Chriſtianitatis. Et quod prædictis rationibus moti & conſcientia com-
» puncti fel. record. Vrbanus Papa V. dictas Vrbem & Italiam viſitauit, qui
» licet poſt aliquot annos Auenioni redierit, vbi quaſi in continenti poſt ſuum re-
» ditum deceſſit, tamen ipſe intendebat & proponebat ac communiter diceba-
» tur, & ſuper ſe quidem qui de hac eius intentione erant & ſunt informati, quod
» ſi ſuperuixiſſet, & Italiam procuIdubio rediſſet: necnon Gregorius Papa XI.
» prædictus qui contra voluntatem & magnas precum inſtantias Patris, fratrum,
» Conſanguineorum, Affinium & amicorum ſuorum omnium; ac etiam multo-
» rum Regum & Principum & Magnatum & omnium ferè Cardinalium & fami-
» liariorum ſuorum lares proprios dimittendi de partibus Vltramontanis venire
» voluit & venit cum magnis laboribus & expenſis, & perſonarum periculis ad
» ipſas Vrbem & Italiam: ibidem & palam & publicè ipſe idem dicebat (vt euen-
» tus poſtea oſtendit) quod in ea perpetuò eſſet moraturus & in eadem moritu-
» rus. Aſſerebat tunc idem Gregorius & multis perſonis hoc idem dixit, quod
» tempore quo fuit Cardinalis & viuente dicto Vrbano diſplicuit ipſi Gregorio
» dictus Vrbani de Italia reditus ſeu receſſus; & quod ipſe Gregorius exiſtens
» tunc Cardinalis Belliſortis hanc ſui diſplicentiam præfato Vrbano dixit &
» patefecit.

» Item quod præfati ſupplicationem & rationes ſupradictas plenè & patien-
» ter audiuerunt & intellexerunt; & tandem habita inter ſe deliberatione con-
» cordi prædictis Officialibus, vt præmittitur, ſupplicantibus prædictas rationes
» allegantibus, conſtanter & intrepidè reſponderunt quod ipſi Cardinales non
» habendo reſpectum magis ad vnam nationem quàm ad alteram & ſepoſita ſeu
» dimiſſa omni affectione inordinata intendebant procedere ad electionem præ-
» dictam & prouidere de Rom. Pontifice, non aliter.

» Item quoad requiſitionem dictorum Cardinalium & pro majori & tutiori
» cuſtodia dicti Palatij & Conclauis de quo infra dicetur, & etiam Burgi ſancti
» Petri: in quo Burgo ſitum eſt Palatium prædictum; necnon Pontium per quos
» tranſiebatur & tranſitur ad Burgum de Vrbe certi cuſtodes videlicet vnus Ca-
» pitaneus, Officialis Rom. vocatus Bandarenſis, & 4. alij viri boni Ciues Rom.
» de quibus ipſi Cardinales conferebant, deputati fuerunt. Et quod ipſi Capi-
» tanei & alij proximè dicti vltra juramentum de quo ſuperius dictum ſupra ſan-
» cta Dei Euangelia per eos corporaliter tacta iurauerunt quod perſonas & famu-
» los eorum cuſtodirent & tenerent ſecuros.

» Item quod ipſi Cardinales ſimiliter ordinauerunt & fecerunt quod reſidua
» ipſorum bona mobilia, imo bona Romanæ Eccleſiæ mobilia in Vrbe tunc con-
» ſiſtentia, maximè jocalia & alia pretioſa fuerunt portata, poſita & recondita

infra Caſtellum ſancti Angeli : & quod etiam Camerarius Papæ conditis bonis infra idem Caſtrum cum multis Nobilibus militibus armigeris & viris ſcientibus & bellicoſis ſe recepit, & victualibus & gentibus illud etiam minitans & fuit ibidem continuè donec electus fuit nouus Summus Pontifex, vt infra dicetur.

Item quod dictus Camerarius ex voluotate & ordinatione dictorum Cardinalium fecit, conſtituit & ordinauit ſuum locum teneotem ſeu Vice-Camerarium D. Guillelmum tunc Epiſcopum Maſſilienſem, nunc verò Epiſcopum Valentinienſem Vltramontanum ad cuſtodiendum dictum Palatium & Conclaue, de quo infra fit mentio, ac ad faciendum & exercendum omnia quæcunque per Camerarium facienda emergerent emergentia.

Item quod vltra prouiſiones prædictas præfati Cardinales ordinauerunt & fecerunt quod dictus Maſſilienſis Epiſcopus cum duobus aliis Prælatis videlicet Tiburtinenſi & Cyderanenſi Epiſcopis, de quibus ipſi Cardinales confidebant & confidere dicebant ; & cum nonnullis aliis Nnbilibus laïcis Vltramontanis fuerunt, & erant continuè ad cuſtodiam dictorum Palatij & Conclauis vſque ad cooſummationem & perfectionem electionis, de qua infra dicetur.

Item quod toto tempore & per totum tempus quo ipſi Cardinales fuerunt infra dictum Conclaue, donec celebrata fuit ipſa electio, ipſum Palarium & Conclaue fuerunt bene, fideliter & tutè cuſtoditi, & ab omni violentia, impreſſione, ſcandalo, injuria & malo præſeruati ; & hoc fuit & eſt verum, publicum & notorium, ac tunc dictum, aſſertum, creditum & pro verò publicè & notoriè habitum & reputatum : Et de prædictis fuit & eſt publica vox & fama in Vrbe & in Rom. Curia & Italia prædictis & alibi.

Item quod antequam prædicti Cardinales intrareot prædictum Conclaue, ipſi Cardinales in certo loco conuenerunt & fuerunt congregati, & habuerunt inter ſe collocutionem & verba ſuper electione Rom. Pontificis quæ tunc facienda imminebat ; & ſuper perſona tunc in Papam eligenda ; ſed propter tunc varias & diuerſas eorum voluntates, repetti fuerunt inter ſe diſcordantes & varij ſuper perſona, ipſa & quod ipſa diſcordia proceſſit ac decreta & nota fuit modo qui ſequitur, videlicet quod ex ipſis Cardinalibus quinque, ſcilicet Cardinalis Lemouicenſis, de Agrifolio, Pictauienſis, Majoris Mnnaſterij & de Veru & qui ſuæ Natiuitatis Lemouicenſem volebant & aſpirabant tunc fieri, & habere Papam aliquem patriotam ſuum vel ſaltem vicinum & de ſequela eorum, & primo principaliter Cardinalis Pictauienſis Sed quia erat eis dictum de Pictauienſi, non poterat fieri ex cauſa quæ infra dicetur. 2. Nominabant & nominauerunt Cardinalem Viuarienſem qui eſt & erat Nationis Cantuarienſis, ac vicinus Patriæ & de ſequela eorum vel illorum Quinque verò alij ex dictis Cardinalibus quotum 4. reputantur Gallici videlicet Glandacenſis, ſancti Euſtachij, de Britannia & Gebennenſis, necnon quintus ſcilicet de Luna Aragonenſis Cardinalis aſpirabant & volebant habere & eligere alium ; & iſtis videbatur etiam velle conſentire & adhærere Cardinali de Vrſinis. Alij verò tandem qui erant Italici tres numero ſcilicet Florentinus, ſancti Petri & Mediolanenſis videbantur aſpirare ad eligendum Papam Italicum ſi potuiſſent, ſed nihilominus dicti Lemouicenſes & cum eis Viuarienſis Cardinalis per varias inductiones conabantur trahere dictos qui reputabantur Gallici, & etiam Italici Cardinales ad eligendum ex ſeipſis vnum, Lemouicenſem ſcilicet vel Pictauienſem Cardinales. Et finaliter fuit eis dictum & declaratum expreſsè pro parte dictorum Gallicorum & ſequacium pro iſta vice nullomodo conſentirent eligere aliquem in Papam de Natione Lemouicenſi, & hoc expreſsè dixit & aperuit D. Cardinalis ſancti Euſtachij reddendo & aſſignando illis rationem, videlicet quod totus mundus videbatur attædiatus de Lemouicenſi eo quod hactenus habuerunt & tenuerunt in Papatu.

Item quod propter dicta & narrata ſupra in præcedenti articulo proximè ſtatim & in contioenti tunc fuit aperta & mota diſcordia inter DD. Cardinales de Natione Lemouicenſi & ſequaces ex vna parte, & dictos alins Cardinales ex altera parte. Et præterea dicti Cardinales qui dicuntur Gallici, cœperunt Conſilia ad partem cum Cardinalibus Italicis & apertè dixerunt eiſdem Itali.

» cis quod potius ipſi volebant eligere in Papam Italicum vnum quàm vnum de
» Natione Lemouicenſi.
» Item quod dicti Cardinales de Natione Lemouicenſi propter dictam vo-
» luntatem & intentionem dictorum aliorum Cardinalium percipientium & cog-
» noſcentium multis inter ſe habitis collocutionibus de variis perſonis diuerſa-
» rum Nationum in Papam eligendis, finaliter tunc deliberauerunt ac ſuos ani-
» mos inclinauerunt & concluſerunt ac determinauerunt inter ſe, quod ſi poſſent
» ad ſe trahere & habere pro ſe ſufficientem numerum aliorum Cardinalium pro
» eligendo in Papam aliquem de Natione Lemouicenſi, aliàs ſaltem pro eligendo
» dictum Cardinalem Viuarienſem eorum ſequacem, tunc eligerent & nomina-
» rent in Papam D. noſtrum Vrbanum Papam modernum qui tunc erat Archie-
» piſcopus Barrenſis.
» Item quod tunc motiua, cauſa & ratio quæ tunc mouit & mouebat dictos
» Cardinales de Natione Lemouicenſi ad nominandum & eligendum in Papam
» dictum D. noſtrum Vrbanum tunc Barrenſem Archiepiſcopum, vt dictum eſt,
» fuiſſet & erat iſte videlicet, quod in hoc eorum propoſito concurrerent non
» tantùm dicti Cardinales Italici, ſed omnes alij Cardinales etiam Vltramontani
» multiplici conſideratione. Tum quia ipſe Barrenſis Archiepiſcopus erat in
» ſcientia ſufficientiſſimus & valde practicus, verſatus & inſtructus de antiquo in
» cauſis & negotiis Rom. Curiæ; & fuit & erat ipſis Cardinalibus omnibus ab an-
» tiquo notus & familiaris, ac ſocius Capellanus ac ſatis familiaris & domeſticus
» Cardinalis Pampillonenſis Vice-Cancellarij Rom. Curiæ qui erat & eſt de Na-
» tione Lemouicenſi. Tum quia loco & in abſentia ipſius Cardinalis Vice-Can-
» cellarij præfatus Gregorius Papa cum fuit in partibus Italiæ, ipſum tunc Ar-
» chiepiſcopum Barrenſem poſuit & præfecit in locum dicti Cardinalis Pampil-
» lonenſis ad gubernandum Officium Cancellariæ ipſius D. Papæ & Rom. Curiæ.
» Et idem Officium tanquam confidens de ipſo & ipſius ſufficientia eidem tunc
» Barrenſem Archiepiſcopum tanquam locum tenentem dicti D. Cardinalis
» Pampillonenſis Vice-Cancellarij plenariè commiſit. Et idem Officium dictus
» tunc Archiepiſcopus Batrenſis benè, fideliter & laudabiliter geſſit & gubernauit
» continuè vſque ad mortem Gregorij Papæ prædicti. Tum etiam quia ipſi
» Cardinales habebant & reputabant ipſum tunc Barrenſem Archiepiſcopum
» tanquam bonum Vltramontanum & illorum moribus conformem: ex eo quod
» plurimis annis ſeu multo tempore fuerat nutritus & conuerſatus cum Vltramon-
» tanis in Ciuitate Auenionenſi & Rom. Curia. Et etiam quia fuit & eſt de Sici-
» lia & Ciuitate Neapolitana oriundus, quorum Regni & Ciuitatis erat & eſt D.
» Ioanna Siciliæ quæ fuit & erat Romanæ Eccleſiæ deuota filia & ipſis Cardina-
» libus valde grata & accepta; & pto dicto Regno dictæ Eccleſiæ fidiſſima
» vaſalla.
» Item etiam ante tempus quo dicti Cardinales intrauerunt Conclaue præfa-
» tum, vt ſtatim dicetur, dicta voluntas & inclinatio animorum ac deliberatio
» dictorum Cardinalium Lemouicenſium, de qua ſupra dictum eſt, quoniam ipſe
» tunc Barrenſis debebat eligi in Rom. Pontificem, in Rom. Curia fuit patefacta
» quampluribus, & de hoc fuit & eſt publica vox & fama ac communis aſſertio &
» commune dictum in Vrbe & Rom. Curia prædictis & alibi.
» Item quod ſubſequenter poſt prædicta & jam factis dictis prouiſionibus &
» ordinationibus per dictos Cardinales, prout dictum eſt, ac etiam peracto & per-
» fecto Conclaui ſecundum formam Iuris infra Palatium ſupradictum, dicti 16.
» Cardinales omnes die 7. menſis April. anni ſupradicti ipſum Conclaue intra-
» uerunt.
» Item quod commune dictum, communis aſſertio, viſum & notorium fuit
» & eſt, quod multi ex Romanis qui erant ante & circa dictum Palatium altis vo-
» cibus & ſæpè clamabant, *Papam Romanum volumus.* Iſta verba repetierunt &
» dixerunt multis vicibus tam in ingreſſu quàm poſt ingreſſum Palatij & Con-
» clauis prædicti, palam, publicè & notoriè.
» Item quod ipſa eadem die poſt ingreſſum dictorum Cardinalium in dictum
» Conclaue, ipſum Conclaue fuit vndique bene clauſum & firmatum, & quod
» ipſo Conclaui exiſtente bene clauſo & firmato duo Cardinales videlicet de
Agrifolio

Agrifolio & Pictauenſis, Lemouicenſis Cardinales hora ſatis tarda eiuſdem diei «
acceſſerunt ad Cardinalem ſancti Petri tunc exiſtentem in dicto Conclaui; & «
aperientes ei eorum intentionem requiſiuerunt illum quod in caſu quo ipſi re- «
manerent & eligerent in Papam dictum Archiepiſcopum Barrenſem, ipſe Car- «
dinalis ſancti Petri vellet concurrere & concurreret cum eis in hac eadem vo- «
luntate: ipſeque Cardinalis ſancti Petri huic eorum petitioni reuertendo an- «
nuit & conſenſit, & ante etiam annuerat & conſenſerat ſuper his interro- «
gatus. «

Item quod die ex tunc immediatè ſeqnente quæ fuit 8. menſ. April. 17. Car- «
dinales prædicti fecerunt ante omnia infra Conclaue de mane coram ſe duas «
Miſſas celebrari & imploratâ per eos Spiritus ſancti gratia & dicto Conclaui «
adhuc tunc exiſtente bene clauſo vndique & firmato exiſtentes tunc in capella «
dicti Palatij prædicti infra dictum Conclaue in quo dictus Gregorius Papa dum «
viuebat ſolitus erat Miſſas audire, inceperunt de dictæ modificationis negotio «
inuicem colloqui & communicare: & quod præfatus Cardinalis Pictauenſis di- «
xit etiam ad partes & præfato Cardinali Mediolanenſi hæc verba in effectu. «
Quid dicitis vos Domine Mediolanenſis? videtur ne vobis bonus Papa Archiepiſ- «
copus Barrenſis? Et ipſe Mediolanenſis confeſtim reſpondit ipſi Cardinali Pi- «
ctauenſi, quod bonus Papa videretur ipſi Cardinali Mediolanenſi Archiepiſ- «
copus Barrenſis; & ſtatim vnà cum præfato Cardinale de Agrifolio computa- «
uerunt eos qui conſentiebant & deliberauerunt eligere dictum tunc Barrenſem, «
& inuenerunt quod erant vltra duas partes præſentium Cardinalium prædicto- «
rum. Et præmiſſa ſunt vera, publica & vt ſupra. «

Item quod dicto Conclaui adhuc tunc exiſtente bene clauſo vndique & fir- «
mato vt dictum eſt, duo videlicet de Agrifolio & Pictauenſis Cardinales prædi- «
cti inceperunt ſecretè inquirere & inueſtigare cum aliis Cardinalibus an præli- «
gendo in Papam dicto tunc Barrenſi Archiepiſcopo poſſent ad ſe trahere & ha- «
bere & vota & voces aliorum ipſorum Cardinalium ad hoc in numero ſufficien- «
ti concurrentium. «

Item quod ibidem poſtea immediatè & incontinenti præfatus Cardinalis «
de Agrifolio dictis aliis Cardinalibus omnibus ibidem etiam tunc exiſtentibus «
dixit hæc verba, *Domini ſedeamus ſtatim quia pro certo ego credo quod incontinenti* «
eligemus & habebimus Papam. «

Item quod dicto & circa vt jam dictum, Cardinalis de Vrſinis cum videretur «
tunc præſentire concordiam votorum dictorum aliorum Cardinalium concur- «
rentium ad eligendum in Papam dictum tunc Barrenſem Archiepiſcopum: de «
qua concordia Votorum ſupra dictum eſt. Et idem D. Cardinalis de Vrſinis «
ſatagebat & volebat tunc ipſum electioni dicti Barrenſis Archiepiſcopi Nego- «
tium dimittere & differre, vel vt creditur impedire: & propterea protulit & «
dixit dictis & aliis Cardinalibus verba quæ ſequuntur, vel ſimilia in effectu. O «
Domini mei ſi placet differamus iſtam electionem, vt poſſimus deludere iſtos «
aliquos de populo Rom. qui vellent habere & clamantes petierunt Papam Ro- «
manum, & vocemus ad nos vnum Fratrem Minorem Romanum & imponamus «
ei Capam & Mitram Papalem, & fingamus ſeu ſimulemus nos elegiſſe in Papam «
ipſum Fratrem Minorem, & ſic recedamus de loco iſto & poſtmodum alium «
alibi eligemus. «

Item quod ibidem tunc incontinenti auditis per dictos alios Cardinales dicto «
Cardinali de Vrſinis ſupra proximè recitatis Cardinalis Epiſcopus Preneſtinus «
vulgariter nominatus, Cardinalis Lemouicenſis & alij eius ſequaces reſponde- «
runt & dixerunt dicto Cardinali de Vrſinis per hæc verba vel æquipollentia in «
effectu, *Certè Domine de Vrſinis non faciemus ſicut vos dixiſtis, quia Nos nolumus fa-* «
cere populum idolatrare nec decipere & animas noſtras damnare, imò de præſenti in- «
tendimus eligere verum Papam & de clamoribus & verbis iſtorum populorum non cu- «
ramus. «

Item quod dicto Conclaui adhuc bene & vndique & ex omni parte clauſo & «
firmato ipſi Cardinales ſtatim ibidem conſederunt ad dictam Electionem cele- «
brandam: & quod ipſis conſidentibus Cardinalis Florentinus volens ſimiliter «
dimittere & impedire quod dictus Barrenſis Epiſcopus non eligeretur, ſuaſit «

» dictis aliis Cardinalibus quod eligerent in Papam Cardinalem ſancti Petri : &
» eum ad hoc nominauit. Et fuit eidem reſponſum per dictum Cardinalem Le-
» mouicenſem, quod licet dictus Cardinalis ſancti Petri eſſet vnus bonus & ſanctus
» homo, tamen duo obſtabant : Et 1. erat Romanus, & Romanus per aliquos de
» populo petebatur; & ideo non haberent Romanum. 2. Quia Cardinalis ſancti
» Petri erat nimis debilis & infirmus, nec poſſet ſufficere ad omnia perpetuo ſup-
» portanda. Et etiam adjecit idem Cardinalis Lemouicenſis hæc verba in effectu :
» *Vos Domine Florentine eſtis de Florentia quæ eſt terra inimica Eccleſiæ Romanæ,*
» *& ideo non eligemus vos.* Dominus Cardinalis Mediolanenſis de terra Barnabo-
» nis tyranni quæ ſemper fuit contra Eccleſiam. Dominus Cardinalis de Vrſinis
» ſimiliter eſt Romanus & partialis, & nimis Iuuenis pro Papatu, ideo vos vel eo-
» rum aliquem non eligemus in Papam.
» Item quod poſtea ibidem in continenti dicto & circa, & omnibus qui erant
» in dicto Palatio & circa ipſum Palatium exiſtentibus tunc in pleno ſilentio præ-
» fatus Epiſcopus Preneſtinus vulgariter dictus Cardinalis Lemouicenſis præſen-
» tibus & audientibus omnibus aliis Cardinalibus, & eorum quilibet, eis ibidem
» tunc exiſtentibus, in Papam Romanum Pontificem ſanctiſſimum Dominum
» noſtrum Vrbanum VI. qui, vt jam dictum eſt, tunc erat *Barrenſis Archiepiſcopus,*
» nominauit & elegit vtendo in effectu verbis iſtis. *Ego purè & liberè eligo & aſſumo*
» *in Papam D. Bartholomæum Archiepiſcopum Barrenſem animo & voluntate quod ſit*
» *verus Papa*; & quod ibidem illico & ſine temporis interuallo præfati alij Car-
» dinales quaſi omnes & in numero ſufficientes & facientes multò majorem par-
» tem duarum partium ipſorum omnes Cardinales purè & liberè eundem tunc
» Barrenſem Archiepiſcopum ſimiliter in Rom. Pontificem elegerunt. Et quod
» Cardinalis Florentinus videns quod duæ partes & plures D. Archiepiſcopum
» Barrenſem elegerunt, ipſe etiam illis adhæſit & eundem Archiepiſcopum ſimili-
» ter purè & liberè ibidem in continenti elegit.
» Item quod de præmiſſis ſicut ſupra proximè recitata ſunt per dictos Cardi-
» nales factis & geſtis : & poſt illa quaſi in continenti ipſi Cardinales inuicem pro-
» locuti fuerunt deliberantes inter ſe an expediebat dictam electionem ſtatim po-
» pulo publicari. Tandem concluſerunt & determinauerunt quod habita publica-
» tio differretur, donec tranſiuiſſet tempus prandendi, & donec ipſi pranſi fuiſſent;
» & quod ad hoc mouebantur & dicebant ſe moueri multiplici ratione. Tum quia
» dictus Electus non erat in Palatio tunc præſens; & ſi antequam idem Electus ad
» dictum Palatium & ad ipſos Cardinales veniret, dicta publicatio facta eſſet, du-
» bitari poterat quod aliquod ſiniſtrum vel tædioſum eidem Electo poſſet con-
» tingere pro eo quod ipſe Electus non erat Rom. & Romani libenter habuiſſent
» & haberent Papam Nationis Romanorum. Tum quia ex eo quod ipſi Cardinales
» jam elegerunt, intendebant ante publicationem prædictam aliqua vaſa argen-
» tea & quædam alia bona quæ tunc habebant infra dictum Conclaue facere re-
» portari, & illa ſaluare quod non credebant ſe facere poſſe, ſi tunc in conti-
» nenti dictam electionem publicarent.
» Item quod ſubſequenter ibidem in continenti præfati omnes qui vt præ-
» mittitur dictum tunc Barrenſem Archiepiſcopum in Papam elegerant, pro ma-
» jori ſecuritate perſonæ ipſius Electi, & vt pro tunc aliquis ſcienter crederet vel
» præſumeret quod ipſe fuiſſet jam electus, deliberauerunt mandare & manda-
» uerunt nonnullis Prælatis Rom. & Italicis in Vrbe & Romana Curia tunc tra-
» hentibus moram, videlicet dicto tunc Barrenſi Archiepiſcopo jam vt præmitti-
» tur Electo, ac etiam Patriarchæ Conſtantinopolitano & Epiſcopo Vliſſipo-
» nenſi & Electo Miniocenſi & Epiſcopis Aſtamenſi & Nucerenſi, ac Abbatibus
» Caſſinenſi & S. Laurentij extra muros Vrbis, quod ipſi Archipatriarcha & Epiſ-
» copi & alij prænominati in continenti ad dictum Palatium accederent pro ma-
» gnis & arduis Eccleſiæ Rom. negotiis.
» Item quod præfati tunc Archiepiſcopus Barrenſis ac nonnulli ex prædictis
» Prælatis ſicut præmittitur per dictos Cardinales vocati, tunc acceſſerunt in con-
» tinenti dictum Palatium, in quiete exiſtentibus & dicto Conclaui adhuc exi-
» ſtente bene & ex omni parte clauſo & firmato, dicti Cardinales infra Capellam
» ſupradictam iterato ſe traxerunt, & ibidem ſimul iterato conuenerunt : & ad

Digitized by Google

maiorem expreſſionem liberæ voluntatis & liberi conſenſus eorum & ad maio- « rem cautelam in præfatum tunc Barrenſem Archiepiſcopum iteratò purè & « liberè & concorditer ac vnanimiter conſenſerunt & cum iteratò in Papam ele- « gerunt dicentes expreſsè quod eum liberè & purè ac animo & voluntate vt eſſet « verus Papa eligebant.

Item quod de præmiſſis ſciendis vt præmittitur iam factis, perfectis & con- « ſummatis vox etiam cæpit exire & dici apud aliquos de Romano populo ſicut & « verum erat, quod dicti Cardinales iam elegerunt Papam : non tamen ſciebatur « nec dicebatur in populo quis ſeu de qua natione electus eſſet. Ex quo propte- « rea ipſi de populo dicebant, petebant & clamabant, quod hoc diceretur & in- « dicaretur eis; quodque eiſdem de populo tunc dictum & reſponſum fuit per « Epiſcopum Maſſilienſem tunc locum tenentem Camerarij & Cuſtodis dicti « Conclauis, quod ipſi de populo irent ad S. Petrum, & tunc hoc diceretur & « publicaretur eis. «

Item quod per dictos aliquos de populo auditis dictis verbis per dictum Epiſ- « copum Maſſilienſem vt præmittitur, prolatis, nonnulli ex eis malè percipientes « ſeu malè intelligentes ipſa verba, intellexerunt quod verba ſonarent quod ipſi « de populo irent ad hoſpitium Cardinalis S. Petri credentes ipſi aliqui de po- « pulo licet malè quod ipſe Cardinalis S. Petri eſſet electus in Papam, maximè « quia erat Natione Romanus & ipſi deſiderabant habere Papam de ipſorum Na- « tione. Et propterea multi ex ipſis de populo ſubitò iuerunt & concurrerunt ad « hoſpitium Cardinalis S. Petri ſitum infra vrbem & ipſum hoſpitium intraue- « runt ac ſupellectilem & nonnulla bona mobilia in eodem hoſpitio tunc exiſten- « tia cœperunt & ſecum apportauerunt. Nonnulli verò alij de populo ad dictum « hoſpitium non accedentes, ſed præ lætitia in conſpectum dicti Palatij tunc ad- « huc ſtantes clamabant & dicebant hæc verba vel ſimilia in effectu, Papam à « Natione Romanum habere deſiderabamus, & Papam Rom. habemus. «

Item quod non obſtantibus proximis dictis verbis cum dicti Cardinales di- « ctam veram de dicto Archiepiſcopo Barrenſi factam electionem nondum publi- « caſſent, nonnulli alij de populo ſuſpicati fuerunt fraudem ſeu deluſionem « aliquam de ipſis de populo in præmiſſis fieri; ac etiam præſenſerunt quod ipſum « Conclaue ex alia parte ſtatim tunc fuerat apertum cauſa recludendi ac extra- « hendi & reportandi vaſa argentea & bona quæ ibidem portari fecerant dicti « Cardinales. Et ideo nolentes ipſi de populo quod Cardinales exirent Conclaue, « niſi prius Papam elegiſſent & electionem publicaſſent, vnam portam dicti Con- « clauis tunc clauſam aperuerunt, & in dictum Conclaue intrauerunt cauſa ex- « plorandi & ſciendi an nullus vel aliquis, & quis eſſet in Papam electus. «

Item quod præfati Cardinales maximè Vltramontani videntes tunc infra « Conclaue prædictos Populares ac ſuſpicantes forſitan de indignatione illorum « quia ipſi Cardinales non elegerant in Papam Ciuem Rom. finxerunt illis & ſi- « mulauerunt ſe elegiſſe in Papam Cardinalem S. Petri; & per rogamina & pre- « ces ipſorum Cardinalium, cum eodem Cardinale S. Petri tunc obtinuerunt « quod ad complacendum populo & vitandi cauſa omnem iniuriam & moleſtiam « ipſorum Cardinal. ipſe Cardinalis S. Petri indueretur, & fuit indutus cappa & « mitra Papali qui etiam in ſede fuit poſitus. Quodque tunc illi populares qui tunc « ibi erant credentes reuera quod ipſe Cardinalis S. Petri eſſet electus in Papam, « exhibuerunt illi & exhibebant reuerentiam tanquam electo in Papam. «

Item quod proximis dictis ſicut præmittitur ſic pendentibus præfati Cardi- « nales omnes excepto Cardinale S Petri de dictis Conclaui & Palatio receſſerunt « & ad eorum hoſpitia pacificè & tutè reuerſi fuerunt: & quod quilibet ipſorum « dum recedebant ad Domos ſuas per nonnullos Ciues Rom. eorum amicos « fuit honorificè vſque ad domos ipſas adſociatus. Er quod dictus Cardinalis « Barrenſis Archiepiſcopus in dicto Palatio ex tunc continuè remanſit. «

Item quod poſt dictorum Cardinalium receſſum & facto aliquo temporis « interuallo dictus Cardinalis S. Petri in dicto Palatio adhuc tunc exiſtens multis « rationibus & alijs tunc ibidem coram eo exiſtentibus dixit hæc verba in effectu. « *Ego non ſum Papa nec volo eſſe Antipapa, ſed melior me eſt Electus in Papam ſcilicet* « *D. Archiepiſcopus Barrenſis.* «

» Item quod verum, publicum & notorium ac etiam commune, communis
» aſſertio, communis opinio & reputatio, publica vox & ſama in vrbe & Roma-
» na Curia ac Italia prædictis, & alibi ſuit & eſt, quod dictus Cardinalis de Luna
» recedebat de Palatio prædicto equitans ſuper equum ſuum ad hoſpitium ſuum
» ſitum in vrbe aſſociatus honorificè multis honeſtis viris Ciuibus Rom. vicinis
» ſeu amicis ipſum Cardinalem eundem circundantibus recedendo: & fecit tranſi-
» tum ante dictum Caſtellum S. Angeli. Quodque Camerarius ipſe ſuperius no-
» minatus & nonnulli alij qui tunc erant in Caſtello ipſo putantes tunc quod ipſe
» Cardinalis de Luna duceretur Captiuus per dictos Rom. quandam portam
» quæ eſt ſuper pontem & prope ipſum Caſtrum, per quam portam ipſe Car-
» dinalis cum dictis Rom. faciebant tranſitum, fecerunt claudi, ad finem vt ip-
» ſum Cardinalem eriperent de manibus Romanorum. Et nihilominus etiam qui
» erant in dicto Caſtro fecerunt inſultum & iactauerunt ſeu proiecerunt lapides,
» iacula ſeu ſagittas cum baliſtis de ipſo Caſtro contra aliquos de populo vrbis
» ante ipſum Caſtrum ſupra dictum pontem tranſeuntes ſeu exiſtentes.
» Item quod occaſione dictorum in proximè præterito articulo ſama ſeu ru-
» mor inualuit in vrbe à Rom. populo quod prædicti qui erant in dicto Caſtro,
» incipiebant guerram ſeu bellum mouere contra Romanos, & quod propterea
» tunc pulſatæ fuerunt Campanæ adhoc vt redderent cautos, & illi de populo ſci-
» rent & redderentur inimici de his, qui prædicti, qui in dicto Caſtro erant iam
» inceperunt ſacere contra illos de dicto populo inſultum; vt dictum eſt. Quod-
» que poſtmodum infra breue temporis ſpatium audita & intellecta veritate, Et
» quod dictus Cardinalis non ducebatur Captiuus, ſed honeſtè & honorificè aſ-
» ſociabatur per dictos Romanos, dicti inſultus & rixa ſeu commotio ſedata fuit
» hinc inde.
» Item quod prædicto tunc Barrenſi Archiepiſcopo electo in Papam, vt di-
» ctum eſt, exiſtente in dicto Palatio rumor peruenit ad ipſum, quod aliqui de
» Populo prædicto quærebant & minabantur ipſum tunc interficere pro eo & ex
» eo quod idem electus in Papam non erat Romanus, & ipſi de populo prius pe-
» tierant habere aliquem Romanum in Papam. Et quod propterea idem Archi-
» epiſcopus tunc electus abſcondit & continuit ſe in quodam loco ſecreto eiuſ-
» dem Palatij, & ibidem latebat & latuit, donec dicta electio per vrbem & dictum
» populum ſuit publica.
» Item quod publica vox & communis & ſama, ac commune dictum, commu-
» nis opinio, communis aſſertio & reputatio, & indubitata credulitas in vrbe &
» Romana Curia & in Italia, & alibi ac etiam verum fuit & eſt quod electio de
» præſato D. noſtro Vrbano tunc Barrenſi Archiepiſcopo in Papam per dictos
» Cardinales vt ſuperius ſerioſè dictum eſt, eſt facta & celebrata & omnia inde
» ſecuta fuerunt & ſunt facta & celebrata per dictos Cardinales liberè, purè, gratis
» & ſpontè, ac omni ceſſante impreſſione, & non via metus, violentia vel iniurijs
» aut vlla ira. Et quod populus Rom. vel aliquis de ipſo populo præſato vel con-
» tra eoſdem Cardinales infra dictum Conclaue vel Palatium aut etiam extra,
» vltra illo vllo vnquam tempore iactationes, vel minas aliquas minimè fecerunt
» aut aliàs quoquo modo illos terruerunt, maximè ad finem ſeu cauſam ab ipſis
» Cardinalibus extorquendi ſeu obtinendi, quod ipſi Cardinales præfatum D.
» noſtrum Vrbanum tunc Archiepiſcopum Barrenſem aut aliquam aliam certam
» perſonam eligerent in Papam. Et ſi per aliquem diceretur vel allegaretur, aut
» fuiſſet dictum vel allegatum, quod dictis Cardinalibus in præmiſſis vel in aliquo
» præmiſſorum fuiſſet metus illatus vel vis, violentia aliqua illata talis, inquan-
» tum allegatio fuiſſet, ac eſſet ſalſa, ac calumnioſa, ac noua maximè ſecundum
» diſcuſſionem, opinionem & iudicium cuiuſcunque boni, iuſti & æqui, ac ſapien-
» tis Iudicis & cuiuſcunque alterius diſcreti, ac rectè ſentientis viri.
» Item quod quidam ex dictis Cardinalibus vltramontanis, qui vt ſuperius di-
» ctum eſt, de dicto Conclaui ad hoſpitia ſua redierant ſuſpicantes ſorte quod,
» quam fictionem & ſimulationem prædictam in perſona dicti Cardinalis S. Petri
» fieri fecerant, ad vſque diſplicabile poſſet eis contingere, videlicet Cardinales
» Lemouicenſes, de Agriſolio, Pictauienſis, de Britannia, Viuarienſis, de Vechuyo
» Cardinales voluerunt accedere & acceſſerunt de eorum hoſpitijs & intrauerunt

dictum Caſtrum S. Angeli. Quidam verò alij ex dictis Cardinalibus receſſerunt " ad quædam Caſtra & loca fortiſſima extra vrbem & longè ab vrbe conſiſtentes, " videlicet Cardinalis Gebennenſis receſſit ad Caſtrum Zagorali, & Cardinales " de Vrſinis & S. Euſtachij receſſerunt ad Caſtrum de Viconaro, & Cardinalis " Sancti Angeli receſſit ad quoddam Caſtrum Ardeæ, quod eſt M. S. Pauli de " vrbe. Et quod cæteri alij Cardinales tam Vltramontani quam Citramontani, " qui vt præmittitur de dicto Conclaui ad eorum hoſpitia etiam redierant, vide- " licet Florentinus, Maioris Monaſterij, Mediolanenſis, Glandacenſis, de Luna " Cardinales in ipſis eorum hoſpitijs & in vrbe cum eorum familijs tutè & pacificè " & ſine aliqua moleſtia permanſerunt. Et hoc fuit verum & notorium, ac etiam " dictum, creditum, ac pro vero & notorio habitum & reputatum. Et de hoc fuit " & eſt publica vox & fama in vrbe & Romana Curia & in Italia & alibi. "

Item quod eadem die 8. qua dicta electio fuit, vt præmittitur, celebrata, " ſerò & horâ tardâ eiuſdem diei, qui vt præmittitur acceſſerunt, nuntios ſcrip- " ſerunt & intimauerunt præfato Archiepiſcopo Barrenſi electo tunc exiſtenti " infra dictum Palatium, quod erat ipſe electus in verum Papam. Et quod quia " pro eo quod ipſe electus non erat Romanus, poſſet ei aliquid ſiniſtrum vel tæ- " dioſum contingere, conſulebant ei & ſupplicabant, quodque cum ſecuritate & " ſaluatione honoris & perſonæ ſuæ & ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ exiret & rece- " deret de dicto Palatio & ad aliquem locum tutum ſe reciperet. "

Item quod præfatus Electus audita requiſitione & ſupplicatione prædicta " dictum Cardinalem S. Petri adhuc tunc in dicto Palatio exiſtentem conſuluit " ſuper requiſitione illa, & quid eidem Cardinali videretur ſuper hoc faciendum " per ipſum electum. Ipſeque Cardinalis S. Petri tandem eidem electo reſpon- " dens perſuaſit & conſuluit quod ipſe Electus nullo modo recederet de dicto Pa- " latio, cum ipſe Electus eſſet verus in Papam, Ipſeque Electus ſecutus in hac par- " te conſilium eiuſdem Cardinalis tota nocte eiuſdem diei vnà cum ipſo Cardi- " nale in ipſo Palatio quieuit & permanſit. "

Item die craſtina ex tunc immediatè ſequente quæ fuit 9. dies dicti menſis " Aprilis manè eiuſdem diei conſulente, volente, ac procurante dicto Cardinale " S. Petri, veritas dictæ Electionis, videlicet qualiter Archiepiſcopus Barrenſis " in verum Papam per Cardinales electus, fuit intimata, notificata & patefacta " Officialibus & Rectoribus Romani populi. Quodque ipſi Officiales & Recto- " res de Electione huiuſmodi fuerant valde contenti: & quod propterea ſtatim " tunc in continenti voluerunt accedere & acceſſerunt ad dictum Palatium, cau- " ſâ exhibendi reuerentiam dicto Electo. "

Ipſe verò Electus noluit, nec paſſus fuit ei per illos, nec per quemcunque " alium reuerentiam adhiberi, dicendo etiam inter cætera, quod pro tunc nolebat " nominari niſi Archiepiſcopus Barrenſis. "

Item quod prædicto eodem mane diei proximè dictæ præfati quinque Car- " dinales qui, vt iam dictum eſt, in hoſpitijs eorum permanſerant, videlicet Flo- " rentinus, Maioris Monaſterij, Mediolanenſis, Glandacenſis & de Luna Car- " dinales venerunt ad dictum Palatium & ad dictum Electum; & eidem dicti Car- " dinales & quilibet eorum congratulando de felici electione & aſſumptione " ipſius ad Papatum, ac etiam dicendo alia verba multum grata & humilia. Et " inſuper dixerunt, ſuaſerunt, inſtanter ſupplicarunt, quod electioni de ſe factæ " conſentiret tanquam concorditer & Canonicè factæ. Et demum conſuluerunt & " dixerunt eidem Electo quod ſtatim mitteretur; ac etiam miſſum fuit à dictis ſex " Cardinalibus qui, vt iam dictum eſt, erant in Caſtro S. Angeli, rogando & re- " quirendo eos quod conuenirent omnes ſimul in dicto Palatio & dictam Electio- " nem eidem Electo præſentarent ad finem, vt ipſi Electioni idem Electus ſuum præ- " beret aſſenſum; & vt demum idem Electus intronizaretur per eos vt eſt moris. "

Item quod idem Electus auditis verbis & ſuaſionibus quinque Cardinalium " in præcedenti articulo nominatorum volens eſſe clarus in ſua Conſcientia ac " firmus & ſecurus in ſtatu ſuo, interrogauit illos & eorum quemlibet ſingulariter " & ſigillatim, ac voluit ab illis ſcire, an ipſe reuera ac ſincere, purè, liberè & " Canonicè per omnes Cardinales in Conclaui fuerit Electus in Papam: dixitque " illis quod ſi Electio ipſa non fuiſſet libera & Canonica, eidem Electioni nulla- "

» tenus conſentiret. Quodque ipſi quinque Cardinales eidem Electo firmiter &
» conſtanter reſponderunt quod pro certo ipſe ita ſincerè, purè & liberè ac Ca-
» nonicè fuerat & fuit per DD. Cardinales electus, ſi aliquis potuiſſet in Rom.
» Pontificem liberè & Canonicè eligi: ſuadentes eidem quod pro Deo ſuper id
» Electus nullatenus recuſaret ſeu dimitteret, aut differret conſentire. Quod-
» que quidam ex eiſdem Cardinalibus vlterius eidem Electo dixerunt quod ipſe
» magnum peccatum faceret, ſi dictæ Electioni non conſentiret. Nam ex hoc
» veriſimiliter poſſet contingere, quod Sedes Apoſtolica diu vacaret pro eo quod
» DD. Cardinales cum magna difficultate iterato ſimul congregarentur & con-
» uenirent ſuper alio in Rom. Pontificem eligendo.
» Item quod dicto mane dicti ſex Cardinales, qui, vt dictum eſt, erant in dicto
» Caſtro S. Angeli per eos requiſitione ſupra proximè dicta incontinenti fieri
» & ſcribi feccrint vnam ſcedulam ſeu literam proprijs eorundem nominibus ſub-
» ſcriptam & roboratam; & fecerint eam præſentari ac aſſignari dictis quinque
» Cardinalibus in dicto Palatio cum dicto Electo tunc exiſtentibus. Cuius qui-
» dem ſcedulæ tenot & forma noſcitur eſſe qui ſtatim ſequitur.
» In Chriſtl nomine, Amen. Anno Domini 1378. Indict. 1. die 9. menſis April.
» Romæ in Caſtro S. Angeli præſente Reuerendo Patre D. Ioanne Dei gratia
» Epiſcopo Sarlatenſi venerabili viro S. Præfecto Abbate Monaſterij Ciſter-
» cienſis, Miternenſis Diœceſis & Nobili viro Petro Roſtangui de S. Criſpino
» teſtibus ad infraſcripta vocatis, Reuerendi in Chriſto Patres & D. D. Ioannes
» Epiſcopus Preneſtinus, Guill. tit. S. Crucis in Hieruſalem. Petrus tit. S. Lau-
» rentij in Lucina, & Petrus S. Mariæ in via lata Diaconus S. Romanæ Eccleſiæ
» Cardinales omni modo & viâ quibus melius potuerunt propriâ & liberâ volun-
» tate tradiderunt omnes & quilibet eorum in ſolidum omnem & totalem po-
» teſtatem eis & cuilibet eorum in ſe dictam poteſtatem competentem pro intro-
» nizatione & quolibet alio actu fiendo in perſonam & de perſona Reuerendi in
» Chriſto Patris D. Bartholomæi Archiepiſcopi Barrenſis Electi in S. Romanæ
» & vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem, Reuerendiſſimis in Chriſto Patri-
» bus & DD. DD. Petro Portuenſi & S. Rufinæ, Franciſco tit. S. Sabinæ, Sy-
» moni tit. SS. Ioannis & Pauli. Geraldo tit. S. Clementis & Petro S. Mariæ in
» Coſmedin Diacono S. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus & cuilibet ipſorum in ſo-
» lidum, promittentes dicti DD. committentes ratum & gratum habere omne &
» totum quidquid per præfatos DD. Cardinales fiet circa intronizationem præ-
» dicti D. ſummi Pontificis Electi, ad quorum omnium maius robur præfati DD.
» Cardinales Committentes & quilibet ipſorum huic ſcedulæ ſe & eorum pro-
» prijs manibus ſubſcripſerunt in præſentia mei infra ſcripti Notarij & teſtium
» prædictorum.
» Ego Ioannes Epiſcopus Preneſtinus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis dictis
» omnibus conſentio & manu propria me ſubſcribo.
» Ego Guillelmus tit. S. Stephani in Celio monte Preſbyter Cardinalis dictis
» omnibus conſentio & manu propria me ſubſcribo.
» Et ego Guido tit. S. Crucis in Ieruſalem Preſbyter Cardinalis præmiſſis om-
» nibus conſentio.
» Et ego Petrus tit. S. Laurentij in Lucina Preſbyter Cardinalis præmiſſis om-
» nibus conſentio.
» Et ego Hugo tit. SS 4. Coronatorum Preſb. Cardin. ſupradictis conſentio.
» Et ego Petrus tit. S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis omnibus præce-
» dentibus me ſubſcribo.
» Item quod paulò poſt prædicta Senator & alij Officiales vrbis audiuiſſent,
» quod dicti ſex Cardinales, qui, vt dictum eſt, erant in dicto Caſtro S. Angeli
» ſcripſerant & miſerant dictam ſcedulam, vt dictum eſt ſuperius, ac ſupplicantes
» propterea Senator & Officiales ipſi, quod ipſi Cardinales eſſent nimis meticu-
» loſi & dubitarent de dicto Caſtro accedere ad dictum Palatium, pro eo quod
» non elegerunt Romanum, ipſi inquam Senator & Officiales acceſſerunt ad
» ipſum Caſtrum & ad ſex Cardinales prædictos, & de voluntate & licentia
» ipſorum Cardinalium, fuerunt per Caſtellanum ipſius Caſtri in illud intromiſ-
» ſi & peruenerunt ad dictorum Cardinalium præſentiam; ac facta pro eis illis de-

Digitized by Google

bira reuerentia dixerunt illis quod audacter & ſecurè poterant ad Electum præ- «
dictum accedere, nec oportebat illos de aliquo timete vel dubitare. Quia licet «
ipſi Cardinales non elegiſſenr Ciuem Rom. in Papam, ſicut aliqui Romani de- «
ſidetabant, tamen reuera populus Rom. de electione per illos facta de Archi- «
epiſcopo Barrenſi erat valde contenrus, & erat valde pacificus & quietus. «

Item quod tunc præfati ſex Cardinales audientes verba dictorum Senatoris «
& Officialium, fuerunt inde valde contenti & conſolati, de dicto caſtro ad di- «
ctum Palatium acceſſerunt. Et cum quinque alijs Cardinalibus ſuperius ſpe- «
cialiter nominatis ibidem in præfatum Barrenſem Archiepiſcopum iam in Pa- «
pam, vt ſupradictum eſt, electum, idcirco licet ex abundanti, concorditer & «
vnanimiter ac purè & liberè, vt idem Electus eſſet Papa, conſenſerunt. De- «
mum Electum ipſum in quadam ſecreta parre infra dictum Palarium tunc exi- «
ſtenrem per Cardinalem de Agrifolio, vt ad dictam Capellam accederet, vo- «
cari fecerunt. Ipſeque Electus ad dictam Capellam & ad dictos Cardinales om- «
nes ibidem tunc congregatos acceſſit, & per eos ibidem tanquam Electus in «
Rom. Pontificem, & in eum tanquam in electum conſentienter receptus fuit, «
& pro tunc inter ipſos Cardinales ibidem conſedit. «

Irem quod proximè dictis Cardinalibus & dicto Electo in dicta Capella vt «
præmirtitur, conſidentibus, Cardinalis Florentinus inter illos & de voluntate «
ipſorum Cardinalium præmiſſa quadam authoritate diem ſcripſit videlicet. «
Talis decebat vt eſſet nobis Pontifex impollutus, &c. & eiuſdem authoritare aliqua- «
li introductione facta. Et dicto Electo dicta electione etiam notificatâ & pate- «
factâ Cardinales de volunrare ac more omnium ipſorum Cardinalium requiſi- «
uit ipſum Electum, quod ipſe Electus electioni prædictæ de ſe factæ conſentiret: «
& tunc in continenti ibidem ipſe Electus audita requiſitione prædictâ indixit & «
allegauit quandam aliam diuinæ ſcripturæ authoriratem, videlicet iſtam, *Ti- «
mor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ.* Et cum ipſe Electus «
ipſam authoritarem per eum aſſumptam vellet proſequi ad finem vt à tanti ho- «
noris ſarcina omnino excuſaretur, vel ſaltem pro eiuſdem honoris ſuſceptione «
per aliquod remporis inreruallum deliberaret, & poſtea dictis Cardinalibus «
conſultius reſponderet, dictus Florentinus & alij Cardinales ijdem tunc dixe- «
runt eidem Electo, quod proſecutionem ipſius authoritatis pro tunc omitteret «
quia non erat de more, & quod collationem ſeu ſermonem aliàs eis faceret. «
Et requiſiuerunt eum iteratò & inſtanter quod eis reſponderet & Electioni «
conſentiret; ipſe vero Electus illorum inſtantia & precibus deuictus Cardinalium «
cum rimore & tremore animi dictæ Electioni humiliter conſenſit. «

Item quod illico poſt prædicta proximè dicti Cardinales cum magna læti- «
tia decantantes canticum. *Te Deum laudamus*, & induto per eos ipſo Electo & «
Romano Pontifice veſtibus Papalibus. Er dictis per eos conſuetis orationibus «
ac ſeruatis in hoc omnibus & ſingulis ſolennitatibus & ceremonijs ſeruari con- «
ſuetis eundem Electum intronizauerunt & propterea dictam campanam dicti Pa- «
latij pulſare fecerunt. «

Item quod ſubſequenter explicitis iam præmiſſis præfati Cardinales more «
ſolito petiuerunt ab eodem Electo quomodo ſeu quo nomine vellet vocari, qui «
reſpondit eis quod veller vocari Vrbanus V I. & ſtatim reuerentiam conſuetam «
eidem omnes ipſi Cardinales cum magna inclinarione purpuram ſeu Pallium «
eius oſculando. Et quod Cardinalis de Veruhuyo exiuit ibidem in continenti ad «
feneſtram, dixit multis ibidem congregatis. *Nuncio vobis gaudium magnum, Pa- «
pam habemus & vocatur Vrbanus Papa VI.* «

Item quod præmiſſa & ipſa eadem die tres ex dictis Cardinalibus, Lemoui- «
cenſis, videlicet Cardinal. Lemouicenſ. & de Agrifolio & Pictauienſ. Cardinal. «
ſeceſſerunt ad partem in dicto Palatio cum præfato D. noſtro Papa in loco ſtu- «
dij, & dixerunt eidem quod ipſi rres Cardinales fuerant motiuum & cauſa pro- «
motionis ipſius Domini noſtri Papæ. Ac ſupplicauerunt eidem quod ipſe di- «
gnaretur habere recommendatos Executores Teſtamenti dicti D. Gregorij & «
Fratres & alios de genere ſuo, &c. & certum ſubſidium præſtare pro redem- «
ptione D. Rogerij fratris ipſius D. Gregorij in Anglia Captiui. Et quod in «
prima Creatione Cardinalium vnum eorum Conſanguineum quem dictus D. «

Digitized by Google

» Gregorius facere intendebat, videlicet quendam filium D Hugonis de Rupe
» militis, nepotem dicti quondam D. Gregorij. Supplicauerunt etiam eidem Do-
» mino noſtro Papæ, quod ipſe Dominus noſter Papa retineret in Cubicularium
» D. Ioannem de Baro eorum conſanguineum, qui etiam fuerat Cubicularius Do-
» mini noſtri Gregorij. Idemque Dominus noſter Papa eiſdem Cardinalibus
» ſupplicibus benignum & gratioſum reſponſum dedit, & ad rogationem eorum
» recepit dictum Ioannem de Baro in Cubicularium. Et præmiſſa fuerunt & ſunt
» vera, &c.
» Item dicitur & eſt verum, publicum, &c. quod Electione & Intronizatione
» præfati ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac D. D. noſtri Papæ Vrbani VI. moderni,
» ſicut ſuperius ſerioſius recitatum eſt, tantâ celebritate geſtis & perfectis, &
» poſt omnia ſuperius recitata, & adueniente die Sabathi quæ fuit 10. April. idem
» Dominus noſter Papa cum ſupra notatis 12. Cardinalibus qui dictæ ſuæ introni-
» zationi ſicut præmittitur, interfuerant, & quotcunque tunc in Vrbe præſentes
» fuerunt & etiam cum dicto Cardinale de Vrſinis qui iterum jam redierat de
» Caſtro ad quod vt ſuperius dictum eſt, receſſerat; & aliis Cardinalibus ab Vrbe
» tunc abſentibus deſcendit de dicto ſuo Apoſtolico Palatio in Baſilicam ſancti Pe-
» tri: ſed ibidem in ſua Papali ſede poſita in capite ipſius Baſilicæ ante majus
» Altare eiſdem ipſis Cardinalibus & vniuerſo populo in eadem Baſilica tunc
» exiſtente & præſente receperit à Canonicis reuerentiam, eiſdem decantanti-
» bus etiam cum jubilo *Te Deum laudamus*. Dictam Miſſam in eodem altari licet
» ſubmiſsâ voce præſentibus & aſſiſtentibus ſibi eiſdem Cardinalibus celebrauit:
» & dictâ Miſsâ ac datâ per eum Benedictione ſuper populis vnà cum eiſdem Car-
» dinalibus ad dictum palatium rediit, ac eis iuxta morem nouorum Pontificum
» Rom. Collationem ſeu Sermonem fecit. Ipſique Cardinales ibidem ab eodem
» Domino noſtro petierunt ea quæ à Romano Pontifice creato per Cardinales
» ſimul congregatos peti conſueuerunt; & inter cætera humiliter ab eo petie-
» runt plenariam abſolutionem omnium peccatorum ſuorum & diſpenſationem
» ſuper quibuſcunq; irregularitatibus, quas ipſi forſitan incurriſſent quoquomodo.
» Et demum ipſa omnia per eos ibidem petita. Idem Dominus noſter nunc & li-
» beraliter eiſdem conceſſit; & ſubſequenter quilibet eorum elegit ſibi ſuper hoc
» Confeſſorem per quem in forma Eccleſiæ ſe abſolui fecerunt.
» Item quod ſubſequenter die Dominica Ramiſpalmarum quæ fuit 11. dicti
» menſis April. præfati Cardinales hora Matutina venerunt ad dictum Palatium &
» cum dicto Domino noſtro Papa iuerunt ad Baſilicam ſancti Petri prædictam, &
» de mandato ipſius Domini noſtri Papæ Palmis & Ramis per vltimum Preſby-
» terum Cardinalem Majoris Monaſterij juxta morem & concelebrationem
» Miſſæ benedixit; ac etiam ſuperuenientibus multis aliis Prælatis & non-
» nullis magnis & honeſtis viris ac vniuerſo populo ad dictam Baſilicam, ipſe
» Dominus noſter Papa Pontificalibus indutus vt eſt moris in dicta ſua Papali
» Cathedra in dicta Baſilica ſedens eiſdem Cardinalibus omnibus etiam in-
» dutis veſtibus ſacris & etiam Prælatis aliis vnà cum multis honeſtis perſonis
» atque ſucceſſiuè omnibus aliis quampluribus de populo ad eum concurrentibus
» Ramos Palmarum, ſicut moris eſt Romanorum Pontificum, manus ſuas palam
» & publicè tradidit & per Cancellos majoris Altaris Ramos Oliuarum in vulgus
» ſicut moris eſt projecit: demum cum dictis Cardinalibus ſic vt præmittitur indu-
» tus proceſſionaliter infra dictos Cancellos inceſſit, & in Altari prædicto vnus
» ex dictis Cardinalibus videlicet Cardinalis Florentinus præſente ipſo Domino
» noſtro Pontificaliter induto ac præſentibus dictis Cardinalibus Miſſam ſolenni-
» ter celebrauit; & ibidem ipſi Cardinales omnes eidem Domino noſtro tanquam
» verè & Canonicè aſſumpto ipſo & Romano Pontifice in omnibus intendentes
» ſicut moris eſt, palam & publicè aſſenſerunt & obſecuti fuerunt, *ipſeque Domi-*
» *nus noſter*, Benedictionem ſuper ipſos Cardinales & ſuper vniuerſum populum
» dedit, & omnia palam & publicè & notoriè coram dictis Cardinalibus præſen-
» tibus & eidem aſſiſtentibus, coram maximo & numeroſo populo ibidem exiſten-
» te exercuit & fecit quæ Romani Pontifices in talibus facere & exercere con-
» ſueuerunt.
» Item quod omnibus & ſingulis diebus poſt dictum diem Dominicum Ramiſ-
Palmarum

Digitized by Google

Palmarum concurrentibus & vſque ad Feſtum Reſurrectionis Dominicæ, tunc «
ſequens præfatus Dominus noſter Vrbanus Papa VI. de dicto ſuo Palatio exiens «
palam & publicè, manè & ſerò & aliis diuerſis horis in talibus conſuetis pro dan- «
dis Indulgentiis Peregrinis & populis vniuerſis in quodam longo Deambulato- «
rio ſuo ſuper gradus Baſilicæ ſancti Petri dictis Peregrinis in infinito numero ac «
vniuerſo populo ſe palam & publicè exhibendo ibidem Indulgentias talibus die- «
bus per Romanos Pontifices dari conſuetas ſuper eoſdem peregrinos & popu- «
lum in forma talibus conſueta dabat & dedit. Et quod dicti Cardinales in his «
omnibus eidem Domino noſtro Papæ continuè ac palam publicè & notoriè co- «
ram peregrinis & populo prædictis aſſequebantur & aſſiſtebant. Et quod vnus «
ipſorum Cardinalium ipſas Indulgentias ipſis peregrinis & populo palam & pu- «
blicè alta voce proferebat, nunciabat & diuulgabat, protulit, nunciauit & di- «
uulgauit. «

Item quod die Iouis ſanctâ poſt diem Ramis-Palmarum immediatè tunc ſe- «
quente, quæ dies Iouis ſancta fuit 15. April. in qua die Rom. Pont. proceſſus ge «
nerales excommunicationem & Anathematizationem facere & publicare con- «
ſueuerunt, præfatus Dominus noſter Vrbanus Papa VI. in loco prædicto ſuper «
gradus dictæ Baſilicæ ſancti Petri in veſtibus Pontificalibus vniuerſo populo ſe «
exhibens accenſo cereo proceſſus generales in forma conſueta fecit, & etiam «
ſpecialiter contra Florentinos tunc Romanæ Eccleſiæ inimicos, quinq; præfati «
Cardinales & quilibet eorum eidem Domino noſtro Papæ in veſtibus ſacris & «
mitris ac etiam cereis quos in ſuis manibus tenebant, accenſis aſſiſtebant & aſti- «
terunt ac obſequebantur: & quod vnus Cardinalis juxta morem dicti proceſ- «
ſus capitulatim & diſtinctè coram dicto populo publicauit & vulgarizauit. De- «
mum Dominus noſter Papa & conſecutiuè dicti Cardinales omnes dictos ce- «
reos deorſum in locum publicum projecerunt ſicut dicta die jam ab antiquo «
tempore per Rom. Pontifices & Cardinales fieri conſueuit. Et quod præmiſſis «
expletis ſtatim & in continenti ipſe D. noſter Papa Vrbanus VI. cum dictis «
Cardinalibus rediit infra dictum ſuum Palatium ad magnam Capellam eiuſdem «
& ibidem coram ipſis Domino noſtro & Cardinalibus & multo populo tam Præ- «
latorum quàm Laïcorum Cardinalis de Agrifolio indutus Pontificalibus veſti- «
mentis & ornamentis Miſſam ſolenniter decantando celebrauit dictis Cardina- «
libus Domino noſtro Papæ aſſiſtentibus, obſequentibus palam, publicè & no- «
toriè. «

Item quod die Veneris ſanctâ poſt dictam diem Iouis immediatè ſecutam Car- «
dinalis Florentinus in dicta Capella magna coram dictis Domino noſtro Papa «
& Cardinalibus ibidem præſentibus dixit & celebrauit Officium illa die dici & «
celebrari conſuetum. Et ibidem D. noſter Papa & poſt eum dicti Cardinales «
eundem ſecuti pedibus diſcalciatis accedentes ad orandum, Crucem eandem «
omnes ſuo ordine ſubſecutiue deoſculati fuerunt palam, publicè & notoriè & in «
conſpectu multi populi ibidem tunc præſentis. «

Item quod die Sabathi ſancta præfatus Dominus noſter Vrbanus præſenti- «
bus aſſiſtentibus ac obſequentibus eidem Domino noſtro Cardinalibus in dicta «
Capella dicti Palatij ſui fecit, coram ſe & ipſis Cardinalibus ac etiam coram «
multo populo ibidem præſente decantari & ſolenniter dici Officium in die Sab- «
bathi ſancta juxta ritum Eccleſiæ dici & celebrari conſuetum: & etiam Miſſam «
ſolenniter dici & ipſam Miſſam in veſtibus & ornamentis Pontificalibus celebra- «
uit Cardinalis Gebennenſis. «

Item quod die proximè dicta 4. Cardinales ſuperius nominati, qui vt ſupra «
dictum eſt, ad Caſtra extra villam receſſerunt, jam tunc ad Vrbem reuerſi fue- «
runt; & quod appropinquante die Paſchæ ſeu Reſurrectionis Dominicæ fuit «
deliberatum, & determinatum per dictum Dominum noſtrum Papam & dictos «
omnes 16. Cardinales, quod ipſe D. noſter Papa coronaretur ipſa die Reſurre- «
ctionis Dominicæ, quodque ipſi D. noſter Papa & Cardinales ipſo die Paſchæ «
valde mane in dicta Baſilica ſancti Petri fuerunt ſimul congregati, & ibidem «
dictis orationibus conſuetis ac per Cardinales ipſi D. noſtro traditis annulo & «
pallio & ſeruatis omnibus aliis ceremoniis, quæ ſecundum libros Ceremoniales & «
Pontificale Rom. ſeruari debebant & quæ in talibus ſeruari conſueuerunt, ipſe «

» D. noſter Papa ac eidem aſſiſtentibus, & ſeruientibus ipſis Cardinalibus omni-
» bus, & ipſis etiam indutis ſacris veſtibus Miſſam ſolenniter celebrauit. In qua
» vnus ex Cardinalibus Diaconis præſentis Officium Diaconi fecit, & Euange-
» lium decantauit,& nonnulli ex ipſis Cardinalibus,videlicet omnes Diaconi Car-
» dinales Communionem & Sacramentum Euchariſtiæ de manibus ipſius D.noſtri
» Papæ palam & publicè tunc receperunt.

» Item quod proximè jam expletis ipſe D. noſter Papa die Reſurrectionis Do-
» minicæ mane more Rom. Pontificis ſacris veſtibus indutus & ornatus vnà cum
» dictis Cardinalibus omnibus ſacris veſtibus ac Mitris etiam indutis & ornatis de
» dicta Baſilica proſiliens acceſſit ad gradus ante fores eiuſdem Baſilicæ ; & ſuper
» altum Thalamum ſeu eminentem & altum locum ibidem propterea conſtru-
» ctum & ornatum idem D. noſter aſcendit cum ipſis Cardinalibus omnibus ei-
» dem D. noſtro Papæ tunc aſſiſtentibus, obſequentibus & ſeruientibus, & quod
» ſeruatis ceremoniis & ſolennitatibus omnibus in coronatione Summi Pontificis
» debitis & ſeruari conſuetis,ipſe D.noſter per dictum Cardin.de Vrſinis priorem
» Diaconorum Card.cum aliis Cardinalibus Oſtienſ. tunc nomen eo quod Eccle-
» ſia Oſtienſis tunc vacabat palam & publicè coram vniuerſo& innumerabili popu-
» lo& coram infinitis peregrinis hæc omnia cum deuotione perſpicientibus, &
» coram dictis Cardinalibus omnibus ibidem præſentibus & ſic fieri volentibus &
» conſentientibus coronam ac Diadema ſeu Tiaram, qua Rom. Pontifices coro-
» nari conſueuerunt, ſacro capiti ſuo impoſitum ſuſcepit ſeruatis omnibus ſolen-
» nitatibus & ceremoniis conſuetis & benedictionem ſolennem ſuper dictum po-
» pulum Iterum dedit palam, publicè & notoriè.

» Item quod ſubſequenter peractis feliciter per Dei gratiam jam proximè di-
» ctis præfatus Dominus noſter Papa ſicut præmittitur ornatus & coronatus ac
» portans continuè Diadema ſeu Tiaram prædictam in ſacro ſuo capite, & præ-
» fati Cardinales omnes etiam induti & ornati, provt ſuperius eſt dictum, de dicto
» thalamo ſeu alto & eminenti loco ſimul deſcenderunt & immediatè manè eiuſ-
» dem diei ſuper equos phaleratos, ornatos & albis pannis coopertos aſcende-
» runt & cum multitudine magna & copioſa Prælatorum ſimul armatorum Nobi-
» lium & honeſtorum virorum eundem Dominum noſtrum Papam concomita-
» uerunt. Cuius equum juxta morem Senator Vrbis & nonnulli Nobiles & Ma-
» gnates peditando adextrabantur de dicta Baſilica ſancti Petri, per Vrbem Rom.
» vſque ad Eccleſiam Lateranenſem proceſſionaliter equitauerunt, & infra ean-
» dem Lateranenſem Eccleſiam vnà cum dictis Cardinalibus idem Dominus no-
» noſter Papa intrauit ; & ibidem tunc ante fores Baſilicæ ipſius, ſicut erat de
» more, exiſtens Iuramentum à Senatore Vrbis ac Dominis noſtris ſpiritualium
» & temporalium recepit ; & Canonicis eiuſdem Lateranenſis Eccleſiæ factis de-
» bitis & conſuetis ſeſſionibus in locis ad hoc deputatis & dictis debitis orationi-
» bus, genuflexionibus Letania eſt ſolenniter decantata, ac diſtributa certa Sum-
» ma pecuniæ inter dictos Cardinales juxta morem quæ pecunia vocatur *Presby-*
» *terium*, ac ſeruatis omnibus ſolennibus & ceremoniis conſuetis & debitis, ibi-
» dem Canonicis præſentibus ac eidem Domino noſtro Papæ aſſiſtentibus & ſic
» fieri volentibus & conſentientibus Cardinalibus omnibus ſupradictis. Quodque
» omnia & ſingula quæ ſuperius & in præſenti Capitulo ſunt deſcripta fuerunt &
» ſunt vera & notoria,&c.

» Item quod poſt præmiſſa præfatus Dominus noſter Papa cum Cardinalibus,
» Prælatis & aliis viris prædictis omnibus eundem vt præmittitur, concomitanti-
» bus, ipſa eadem die ante prandium de dicta Eccleſia Lateranenſi ad dictum Pa-
» latium ſuum Apoſtolicum ſecum apud ſanctum Petrum ſimiliter equitando
» & adextrato eius equo vt ſupra per Ciuis Vrbem reuerſus fuit palam publicè
» & notoriè.

» Item quod die Lunæ poſt dictum Feſtum Paſchæ immediatè tunc ſequente
» dictus Dominus noſter Vrbanus Papa VI. propter reuerentiam & memoriam
» S. memoriæ Gregorij immediati prædeceſſoris ſui dictis Cardinalibus ac eiſ-
» dem vt moris eſt aſſiſtentibus & obſequentibus in magna ſua Capella in dicto
» Palatio præſentibus etiam Prælatis & compluribus aliis etiam Nobilibus magnis
» & honeſtis perſonis in multitudine copioſa celebrari fecit coram ſe ſolemniter

Digitized by Google

& alta voce cantando Miſſam pro Defunctis palam & publicè & notoriè,&c. «
& eam celebrauit in veſtibus & ornamentis Pontificalibus Cardinalis Picta- «
uenſis. «

Item quod commune dictum, communis aſſertio,&c. ac tunc verum, pu- «
blicum & notorium,&c. Quod immediatè poſt completa & conſummata om- «
nia & ſingula ſuperius narrata præfatus ſanctiſſimus Dominus noſter Vrbanus «
Papa VI. cum tota Rom. Curia. Et etiam præfati Cardinales omnes qui, vt «
ſuperius dictum eſt, electioni Domini Papæ interfuerunt, fecerunt continuam «
moram & reſidentiam: ac fuerunt continuè præſentes in Vrbe per ſpatium «
trium menſium paucis vel circa exceptis diebus. Et donec dicti Cardinales ſeu «
eorum aliqui de ipſa Vrbe de licentia eiuſdem D. Papæ ad Ciuitatem Anagniæ «
ſe tranſtulerunt, vt inferius dicetur. «

Item quod publica vox & fama,&c. & etiam verum, publicum & notorium «
fuit & eſt, quod præfati Cardinales omnes & quilibet ipſorum per dictum tem- «
pus præfatum Dominum noſtrum Vrbanum Papam tanquam verum & Cano- «
nicè Papam & Rom. Pontificem aſſumptum tenuerunt, habuerunt & reputa- «
uerunt, ac eum viſitauerunt & honorauerunt. Et eidem tanquam Romanæ «
Eccleſiæ nouo & vero ſponſo, ac eorum Domino annulos aureos variis gem- «
mis ornatos & alia bona & res donarunt & eidem aſtiterunt & obſecuti omni- «
bus & ſingulis diebus, horis & interuallis, quibus Cardinales in Rom. Curia «
præſentes Romanos Pontifices viſitare & honorare ac eidem aſſiſtere ſeu ob- «
ſequi conſueuerunt in omnibus & ſingulis actibus in quibus Cardinales Rom. «
Pontifices tam publicè quàm priuatim viſitare, honorare, ac illis obſequi ſeu »
aſſiſtere conſueuerunt; & ſpecialiter ac maximè in actibus & circa actus de «
quibus inferius ſerioſius mentio fit. «

Item quod communis opinio, commune dictum,&c. ac verum publicum «
notorium fuit & eſt; & poſtquam dictus Dominus noſter Vrbanus Papa VI. «
per dictos Cardinales fuit vt ſupra dictum eſt in Papam electus & dictæ Electio- «
ni conſenſerunt Cardinales ipſi qui ex eis tunc erant Epiſcopi & etiam qui ex «
eis erant Preſbyteri quandoque coram præfato Domino noſtro Papa; & etiam «
quandoque in Eccleſiis titul. eorundem Cardinalium. Et etiam quandoque «
in domibus habitationum eorundem, ipſi iidem in propriis eorum perſonis «
Miſſas tam ſolennes cantando, quàm etiam ſubmiſſa voce celebrarunt. Quod- «
que ipſi Cardinales in celebratione ipſarum ſuarum Miſſarum omnium & ſin- «
gularum, & iterum ipſarum ſuarum Miſſarum ſolennia, Collectas ſeu Oratio- «
nes pro Rom. Pontificibus viuentibus dici conſuetas: dixerunt palam & pu- «
blicè quod præfato Domino noſtro Vrbano Papa VI. videlicet illam ora- «
tionem, *Deus omnium fidelium Paſtor & Rector famulum tuum Vrbanum, &c.* Et per «
illas orationes auxilium Diuinum pro ipſo D. Vrbano tanquam pro vero Papa «
implorabant & implorauerunt. «

Item quod publicum, verum & notorium,&c. quod omnes & ſinguli Car- «
dinales prædicti ſingulis diebus totius dicti temporis quo in Vrbe & Romana «
Curia cum dicto Domino noſtro Vrbano Papa VI. fuerunt prout ſuperius di- «
ctum eſt & per aliqua tempora quibus fuerunt in Ciuitate Anagniæ fecerunt «
in eorum hoſpitiis ſeu habitationibus celebrari coram ſe vt plurimum; Et quan- «
doque etiam in eorum abſentia Miſſas tam cantando & alta voce quàm etiam «
ſubmiſſa voce. Et quod Preſbyteri qui dictas Miſſas celebrarunt in omnibus «
Miſſis ipſorum mandantibus, volentibus, audientibus ac patientibus ipſis Car- «
dinalibus dixerunt & dicebant orationes prædictas pro dicto Domino noſtro Vr- «
bano Papa VI. Et ipſum D. Papam in eiſdem orationibus expreſsè nominando «
& auxilium Diuinum pro eodem D. Vrbano tanquam vero Papa miſericorditer «
implorando. «

Item quod verum, publicum & notorum fuit & eſt, quod ante menſem Mar- «
tij ſuperius dictum præfatus Gregorius Papa XI. tunc agens in humanis miſit «
Legatum ſeu Nuncium ſuum Cardinalem Ambianenſem prædictum ad partes «
Thuſciæ cauſa tractatus pacis de qua tunc agebatur inter Romanam Eccle- «
ſiam ex vna parte & Ciuitatem ac Ciues Florentinos ex altera. Ipſe Cardinalis «

Digitized by Google

» propter Miſſionem huius de Vrbe & Rom. Curia prædictis ante menſem præ-
» dictum ſe abſentauit palam & notoriè.

» Item quod occaſione Legationis & Miſſionis prædictæ præfatus Cardinalis
» Ambianenſis à tempore ipſius Miſſionis & vſque ad diem 28. Aprilis immediatè
» ſequentem fuit abſens ab Vrbe & Rom. Curia prædictis. Et hoc fuit verum &
» eſt, ac dictum, aſſertum, &c.

» Item quod idem Cardinalis Ambianenſis poſt mortem præfati Domini no-
» ſtri Gregorij Papæ XI. ac etiam poſt Electionem, Intronizationem & coro-
» nationem præfati Domini noſtri Vrbani Papæ VI. exiſtens tunc abſens ab Vrbe
» & Rom. Curia prædictis habuit & habebat plenam & indubitatam notitiam
» vel ſaltem firmam & indubitatam credulitatem de morte, electione, intronıza-
» tione, & coronatione prædictis.

» Item quod præfatus Cardinalis Ambian. habitâ notitiâ ſeu indubitata cre-
» dulitate de prædictis, vt dictum eſt, voluit & præparauit venire ſeu redire ad
» Vrbem & Rom. Curiam prædictas; & tandem peruenit ad Vrbem die 24. men-
» ſis Aprilis, & in Monaſterio S. Pauli propè Vrbem applicuit, ac ibidem illâ
» die quieuit & pernoctauit.

» Item quod die tunc immediatè ſequenti quæ fuit dies 25. dicti menſis Aprilis
» præfatus Dominus noſter Vrbanus Papa VI. tum honorificè recepit Cardina-
» lem Ambianenſem præfatum redeuntem tunc de Legatione prædicta vt di-
» ctum eſt horâ matutinâ ac more Rom. Pontificis indutus veſtibus & Mitra
» Pontificalibus Conſiſtorium publicum tenuerit præſentibus congregatis & ſe-
» dentibus ibidem Collegialiter omnibus aliis Cardinalibus prædictis. Quod-
» que dictus Cardinalis Ambianenſis ad ipſum Dominum noſtrum Papam in
» dicto Conſiſtorio vt præmittitur tunc ſedentem venit; ac eidem tanquam vero
» & Canonicè aſſumpto Rom. Pontifici genuflectens reuerentiam exhibuit &
» pedem ac manum ipſius Domini noſtri Papæ deoſculatus fuit: demum ad oſcu-
» lum oris per ipſum Dominum noſtrum Papam vt moris eſt receptus fuit: præ-
» ſentibus, adſtantibus & videntibus in dicto Conſiſtorio omnibus aliis Cardi-
» nalibus prædictis & quampluribus aliis tam Prælatis quàm Nobilibus ac mag-
» nis & honeſtis perſonis in multitudine copioſâ in ipſo Conſiſtorio etiam tunc
» exiſtente; ipſe quoque Cardinalis Ambianenſis ex tunc & à dicta die 25. dicti
» menſis Aprilis & ad tempus quo de licentia dicti Domini noſtri Papæ de Vrbe
» acceſſit Anagniam de qua infra dicetur, fuit continuè & moram traxit in Vrbe
» & Rom. Curia prædictis. Et quod prædicta fuerunt vera, publica, notoria, &c.
» Et de prædictis fuit & eſt publica vox, &c.

» Item quod vltra diuina Officia per dictum Dñm noſtrum Vrbanum Papam VI.
» ad dictos Cardinales ſolenniter & publicè celebrata de quibus & prout ſuperius
» dictum eſt Dñs noſter Papa in die Feſtiu. Aſcenſionis Dñi noſtri anni præſentis
» à Natiuitate Dñi 1378. Miſſam ſolenniter & publicè in Baſilica S. Petri in Vrbe
» celebrauit præſentibus & eidem aſſiſtentibus ac miniſtrantibus & obſequenti-
» bus ac indutis veſtibus ſacris Cardinalibus prædictis, ſicut moris eſt, per Cardi-
» nales fieri quando Romani Pontifices hactenus celebrabant. Quodque vnus
» ex Diaconis Cardinalibus videlicet Cardinalis de Luna in recitatione Euan-
» gelij & ceremoniis conſuetis & ad Officium Diaconi ſpectantibus eidem Domi-
» no noſtro Papæ principaliter in ipsâ Miſsâ ſeruiuit & miniſtrauit, ſicut eſt fieri
» conſuetum: & quod dictus Cardinalis de Vrſinis publicè, palam & alta voce
» ſeu cantando, recitando *Confiteor Deo, &c.* ibidem peccata generaliter Domino
» noſtro tanquam vero Papæ & vero Rom. Pontifici confeſſus fuit, ac veniam,
» abſolutionem & indulgentiam peccatorum ab eodem Domino noſtro Papa
» publicè & palam ibidem poſtulauit & petiit. Quam abſolutionem & indul-
» gentiam præmiſsâ oratione & ſeruatis aliis in talibus conſuetis idem Dominus
» noſter Papa ibidem palam & publicè conceſſit; ipſeque Cardinalis de Luna
» principaliter deſeruiens Communionem Corporis Chriſti, ſeu Euchariſtiam de
» manu eiuſdem Domini noſtri Papæ palam & publicè recepit. Et quod præ-
» miſſa omnia fuerunt & ſunt vera publica, &c. & etiam dicta, credita, &c.

» Item quod ſubſequenter in die Feſtiuitatis Pentecoſtes, & in die Feſtiui-

Digitized by Google

tatis Corporis Chriſti ex tunc immediatè ſucceſſiuè ſequentibus præfatus Do- «
minus noſter Vrbanus ſimiliter Miſſam palam & publicè ac ſolenniter in dicta «
Baſilica celebrauit præſentibus ac eidem aſſiſtentibus, miniſtrantibus & oble- «
quentibus ac indutis veſtibus ſacris Cardinalibus ſupradictis, ſicut moris eſt per «
Cardinales fieri, quando Rom. Pontifices hactenus celebrabant. Quodque duo «
ex Diaconis Cardinalibus videlicet Cardinalis de Vrſinis in die Penrecoſtes, & «
Cardinalis de Veruhyo in die Corporis Chriſti in recitatione Euangeliorum & «
ceremoniis conſuetis; & ad Officium Diaconatus Portuenſis eidem Dño noſtro «
Papæ principaliter in dictis Miſſis ſeruierunt & miniſtrauerūt ſicut eſt fieri con- «
ſuetum; & inſuper publicè & palam & altâ voce ſeu cantando & recitando «
Confiteor Deo, &c. ibidem peccata generaliter eidem Domino noſtro tanquam «
Papæ vero & vero Rom. Pontifici vnus ex Diaconis generaliter confeſſionem «
fecit, ac veniam, abſolutionem & indulgentiam præmiſsâ oratione & ſeruatis «
aliis in talibus conſuetis, idem Dominus noſter Papa ibidem palam & publicè «
conceſſit: ipſique Diaconi Cardinales præſentes, ſeruientes Communionem «
Corporis Chriſti de manu eiuſdem Domini noſtri Papæ palam & publicè rece- «
perunt. Et quod præmiſſa omnia & ſiugula fuerunt & ſunt vera, &c. & etiam «
dicta, credita, aſſerta, &c. «

Item quod verum, publicum & notorium &c. & etiam publica vox & fama «
in Vrbe & Rom. Curia ac Italia prædictis & alibi fuit & eſt, quod præfatus «
Dominus noſter Vrbanus papa VI. vnà cum omnibus Cardinalibus ſuperius in «
1. articulo nominatis excepto Cardinale Ambianenſi, donec de dicta Lega- «
tione rediit, vt ſupra dictum eſt, & ipſi Cardinales omnes Collegialiter vnà «
cum Domino noſtro Vrbano papa & omnibus & ſingulis diebus Conſiſtoriali- «
bus, videlicet die Lunæ & Mercurij ac etiam Veneris, qui dies interuenerunt & «
lapſi fuerunt inter tempora coronationis ipſius Domini noſtri Papæ, videlicet «
diem Reſurrectionis Dominicæ, vt ſupra dictum eſt, & tempus quo dicti Cardi- «
nales recepta ab eodem licentia de Vrbe receſſerunt Anagniam; de quo «
tempore etiam infra dicetur, ipſi in quantum Dominus noſter papa & Cardi- «
nales tenuerunt Conſiſtoria tam publica, quæ vt plurimum tenebantur in die- «
bus Veneris vt eſt moris, quàm etiam priuata quæ vt plurimum juxta morem in «
diebus Lunæ & Mercurij tenebantur. «

Item quod præfatus Dominus noſter papa Vrbanus VI. in omnibus & ſin- «
gulis Conſiſtoriis prædictis palam, publicè & notoriè cum dictis Cardinalibus «
Collegialiter & Conſiſtorialiter ibidem ſedentibus & etiam coram omnibus «
aliis maximè Curialibus ſeu Rom. Curiam ſequentibus & ad eadem Conſiſtoria «
venientibus ſe exhibebat & exhibuit ſicut Rom. pontifices prædeceſſores ab «
antiquo facere conſueuerunt in eiſdem Conſiſtoriis, veſtibus & ornamentis «
pontificalibus indutus ſuper Thronum ſeu Sedem ſuam pontificaliter pro tribu- «
nali ſedebat & ſedit. Et quod omnia & ſingula quæ in præſenti articulo con- «
tinentur, fuerant & ſunt vera, publica & notoria; & de eis fuit & eſt publica «
vox & fama in Vrbe Rom. Curia & Italia prædictis & alibi. «

Item quod idem Dominus noſter Vrbanus papa VI. in omnibus & ſingulis «
Conſiſtoriis publicis quæ vt præmittitur, tenebat & tenuit; & in quibus pro «
Tribunali ſedebat & ſedit cum Cardinalibus prædictis audiebat & audiuit Ad- «
uocatos & alios proponentes Electiones ſeu cauſas & negotia Electionum tam «
Eccleſiarum Cathedralium quàm Monaſteriorum; & etiam querelas & cauſas «
alias. Quodque tam Aduocati quàm etiam dictas cauſas, negotia & quere- «
las varias in maximo & quaſi in infinito numero coram ipſis Domino noſtro «
papa & Cardinalibus in dictis Conſiſtoriis propoſuerunt. Et hæc fuerunt & ſunt «
vera, publica & notoria & de eis fuit & eſt publica vox & fama in Vrbe, Rom. «
Curia, & Italia prædictis & alibi. «

Item quod notorium, publicum & verum, & etiam communis opinio, «
communis aſſertio & reputatio, publica vox & fama in Vrbe, Rom. Curia & «
Italia prædictis & alibi fuit & eſt quod præfatus Dominus noſter Vrbanus VI. «
in dictis Conſiſtoriis publicis omnibus, quandoque etiam in priuatis faciebat & «
fecit quamplurimas & varias & in maximo numero commiſſiones præfatis Car- «
dinalibus ſeparatim ſeu ſingulariter, quandoque vni & quandoque pluribus «

» eorum ſimul ſeu coniunctim ibidem vt iam dictum eſt tunc exiſtentibus & con-
» ſidentibus, ipſique Cardinales per ipſum D. noſtrum Papam dati ſic Commiſ-
» ſarij ipſas Commiſſiones ab eodem D. noſtro recipiebant & acceptabant, acce-
» ptarunt, receperunt & ipſarum Commiſſionum vigore in cauſis & negotijs eiſ-
» dem Cardinalibus per eum commiſſis ad multos & varios actus procedebant &
» proceſſerunt, & eorum aliqui etiam definitiuas & alias ſententias etiam excom-
» municationis protulerunt palam & notoriè.

» Item quod in Conſiſtorijs publicis prædictis præfatus D. noſter Papa præ-
» ſentibus & eidem aſſiſtentibus Cardinalibus prædictis omnibus fecit & publica-
» uit ſeu publicari mandauit & fecit nonnullos proceſſus continentes Excommu-
» nicationis ſententias & alias cenſuras & aggrauationes Eccleſiaſticas.

» Item quod in omnibus & ſingulis Conſiſtorijs tam publicis quàm priuatis
» prædictis Cardinales prædicti & eorum ſinguli, antequam ſederent in eorum
» Conſiſtorijs, accedebant & acceſſerunt ad D. noſtrum Papam ibidem in ſua Ca-
» thedra tunc ſedentem; & inclinantes ſe & eorum capita eiuſdem D. noſtri Pa-
» pæ pluuiale ſeu pallium humiliter deoſculabantur & deoſculati fuerunt; ac om-
» nem ei reuerentiam per Cardinales Eccleſiæ Rom. retroactis Rom. Pontifici-
» bus exhiberi & fieri conſueuerunt, exhibebant & faciebant, exhibuerunt & fece-
» runt palam, publicè & notoriè.

» Item quod in Conſiſtorijs priuatis ſupradictis quaſi ſingulis præfatus D. N.
» Vrbanus Papa VI. nonnullas & quamplurimas relationes dictorum Cardina-
» lium ſuper cauſis & negotijs per eum illis, vt dictum eſt, commiſſis audiuit, & ſua
» authoritate Apoſtolica in eiſdem Conſiſtorijs præſentibus & eidem aſſiſtentibus
» & conſidentibus dictis Cardin. & vt præmittitur etiam vt plurimum volentibus
» & conſentientibus nonnullis Eccleſijs Cathedralibus & Monaſterijs tunc vacan-
» tibus de Epiſcopis, Prælatis, Abbatibus prouidit & inter cæteras prouiſiones,
» quas vt præmittitur fecit & prouidit Eccleſijs & Monaſterijs & de perſonis in-
» fraſcriptis. Primò Epiſcopum Maſſilienſem Eccleſiæ Cathedralis à vinculo
» quo Eccleſia Maſſilienſis tenebatur, abſoluit. Et ad tunc vacantem Eccleſiam
» Valentinienſem & Dienſem tranſtulit præficiendo eum in Epiſcopum & Paſto-
» rem ipſius Eccleſiæ Valentinienſis & committendo ſibi curam & adminiſtratio-
» nem ſpiritualium & temporalium vtendo verbis per Rom. Pontifices in talibus
» conſuetis vti, videlicet authoritate Dei omnipotentis & Apoſtolorum Petri &
» Pauli & noſtra abſoluimus præfatum Epiſcopum à vinculo quo tenetur ipſi
» Maſſilienſi Eccleſiæ, & eum transferimus ad Eccleſias Valentinienſem & Dien-
» ſem ipſum præficimus in ipſius Eccleſiæ Epiſcopum & Paſtorem, eique com-
» mittimus curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ in ſpiritualibus & tempo-
» ralibus, ac ſicut in talibus per Rom. Pontifices eſt fieri conſuetum.

» Item Epiſcopum tunc Gracenſis Eccleſiæ Cathedralis ab eadem Eccleſia ab-
» ſoluit & ad tunc vacantem Eccleſiam Maſſilienſem tranſtulit.

» Item Epiſcopum tunc Guenenſis Eccleſiæ Cathedralis ab eadem Eccleſia
» abſoluit & ad tunc vacantem Eccleſiam Conchenſem tranſtulit.

» Item Eccleſiæ Guenenſis tunc vacantis de perſona Ioannis Roderici tunc
» prouidit.

» Item Eccleſiæ Venetenſi Cathedrali tunc vacanti de perſona Ioannis de
» Montelongo prouidit.

» Item Monaſterio B. Mariæ de Zimebelſa Monnienſis Diœceſis tunc vacanti
» de perſona fratris Iuliani prouidit.

» Item Monaſterio S. Sepulchri Cameracenſis tunc vacanti de perſona fratris
» Roberti de Pratis prouidit.

» Item Monaſterio de Monterolio Pictauienſis Diœceſis tunc vacanti de per-
» ſona fratris Guidonis Pallardici prouidit.

» Item de Monaſterio S. Crucis de Cypro Nymocienſis Diœceſis tunc vacan-
» te de perſona fratris Petri Iordanis prouidit.

» Item de Monaſterio S. Proculi Bouanicenſis Diœceſis tunc vacante de per-
» ſona Prioris S. Bertholi prouidit.

» Item Monaſterio S. Mariæ de Ypoſi Giracenſis Diœceſis tunc vacante de
» perſona fratris Sarrij prouidit.

Digitized by Google

Item Monaſterio Cauenſi in Regno Ceciliæ tunc vacante de perſona Abba- «
tis Monaſterij S. Bartholomæi Ferrarienſis Diœceſis prouidit. «
Item Eccleſiæ Cathedrali Dinicenſi tunc vacanti de perſona fratris Bene- «
dicti de Thuderto. «
Item Eccleſiæ Cathedrali Parmenſi tunc vacanti de perſona Bertrandi de «
Broſuno prouidit. «
Item Monaſterio de Longouillari Mortuenſis Diœceſis tunc vacanti de «
perſona fratris Thomæ Regue prouidit. «
Item Eccleſiæ Cathedrali Bretonarienſi tunc vacanti de perſona Theobal- «
di Pellifiæ prouidit. «
Item Eccleſiæ Cathedrali Camerinenſi tunc vacanti de perſona fratris Ioan- «
nis Alberi Monachi S. Proculi prouidir, &c. «
Item quod præfati Cardinales omnes ſeu eorum ſinguli à præfato D. noſtro «
Vrbano Papa VI. vt pote vero Papa & vero Rom. Pontifice diuerſis & varijs «
temporibus & locis frequentiſſimè ac humiliter & inſtanter petiuerunt tam ſibi «
ipſiſmet quàm Conſanguinis, amicis & familiaribus eorum, & etiam extraneis «
quantumlibet & valde multis varias gratias & in maximo & quaſi infinito nu- «
mero tam verbo quàm etiam in ſupplicationibus redactis in ſcripturarum Rotu- «
lis ſuper variis rebus, cauſis & negotijs, videlicet promotionibus diuerſarum «
perſonarum ad Prælaturas & Beneficia faciendas & ſuper Expectationibus ad «
Beneficia Eccleſiaſtica in diuerſis mundi partibus. Et etiam ſuper reſeruationi- «
bus Beneficiorum Eccleſiaſticorum concedendis. Et pro diſpenſationibus in «
Matrimonijs & gradibus prohibitis obtinendis & ſuper irregularitatibus & alijs «
inhabilitatibus diuerſis tollendis vel abolendis. Et etiam ſuper quamplurimis «
alijs Caſibus & negotijs, pro quibus Sedes Apoſtolica erat merito requirenda, «
ſeu eius gratia vel miſericordia imploranda. Quodque idem D. noſter Papa ad «
petitiones, ſupplicationes & Inſtantias dictorum Cardinalium nonnullas ſeu «
quamplurimas gratias & diſpenſationes prædictas benigniſſimè conceſſit & fe- «
cit. Et quod omnia & ſingula in præſenti articulo contenta fuerint & ſint vera, «
publica & notoria, ac etiam dicta, credita & pro veris reputata. Et de eis fuit «
& eſt publica vox & fama in vrbe & Rom. Curia, ac Italia prædictis & alibi. «
Item quod inter cæteros actus, quod dictus D. noſter Vrbanus Papa VI. vnà «
cum dictis Cardinalibus provt infra dicetur, volentibus & conſenrientibus, «
approbantibus in Conſiſtorijs factis fuit & eſt, quod cum Illuſtris Princeps Wen- «
ceſlaus Rex Bohemiæ per Principes Almaniæ ad quos ſpectabat, fuerit in Re- «
gem Romanorum electus. Et ipſe D. noſter Papa & S. Sedes Apoſtolica fuiſ- «
ſent per Nuncios dicti Wenceſſaui humiliter requiſiti quod Electionem prædi- «
ctam approbarent & confirmarent, Idem D. noſter Papa examinato per eum «
& per dictos Cardinales dictæ Electionis negotio & habita informatione de per- «
ſona Electi prædicti conſuluit in Conſiſtorio dictorum Cardinalium, cum dicta «
confirmatio & approbatio eſſet per eundem D. noſtrum Papam facienda & «
concedenda: ad quem concedendam ipſe D. noſter ipſis Cardinalibus videba- «
tur exhibere ſe merito & ex iuſtis cauſis fauorabilem & benignum, propter quod «
ipſi Cardinales pro maiori parte horum & illorum quærerent hoc negotium po- «
nere in dilationibus ſeu impedire. Tandem deliberarunt & conſuluerunt ipſi D. «
noſtro Papæ quod dicta confirmatio & approbatio erat & eſſet per ipſum D. «
noſtrum Papam concedenda & facienda. «
Item quod ſimiliter præfatus D. noſter Vrbanus Papa VI. in Conſiſtorio «
præſentibus & eidem aſſiſtentibus Cardinalibus prædictis, ac præmiſſo per eum «
ſecreto, ſeu auriculari Conſilio ipſorum Cardinalium, vt eſt moris, & habitis, «
ac perceptis per eum illorum vocibus in hoc concurrentibus Bertrandum Car- «
dinalem Glandacenſem tunc Cardinalem Preſbyterum ad vacantem tunc Ec- «
cleſiam Catholicam Hoſtienſem & Veletrenſem promouit: ad quam ſoli Car- «
dinales Rom. Eccleſiæ ab antiquo inſtituere ſolenr & debent promoueri; ac «
eundem Cardinalem Glandacenſem eidem Eccleſiæ Hoſtienſi & Veletrenſi in «
Epiſcopum & Paſtorem præfecit. Ipſeque Glandacenſis Cardinalis ſic factus «
Epiſcopus, & vt eſt dictum, & in vigore promotionis prædictæ pro Epiſcopo Ho- «
ſtienſi & Veletrenſi palam, publicè & notoriè ſe tenebat, nominabat, gerebat «

Digitized by Google

» & reputabat, tenuit, nominauit & reputauit & geſſit. Et talis & pro tali erat, » & fuit: per quæ aliàs habitus, tractatus, cognitus, nominatus & reputatus palam, publicè, communiter in vrbe & Rom. Curia & in Ciuitatibus Hoſtienſi & » Veletrenſi, & in Italia & alibi.

» Item quod verum, publicum & notorium ac etiam commune dictum, communis opinio, communis aſſertio, & reputatio in vrbe, Rom. Curia, Ciuitatibus & locis prædictis fuit & eſt quod poſt promotionem dicti Cardinalis Glandacenſis in Epiſcopum Glandacenſem & Veletrenſem factam, prout ſupra dictum eſt; & ipſius promotionis vigore idem Glandacenſis Cardinalis & Epiſcopus Hoſtienſis & Velitrenſis geſtioni, gubernationi & adminiſtrationi bonorum, rerum & iurium tam ſpiritualium quàm temporalium eiuſdem Eccleſiæ » Hoſtienſis & Velitrenſis per ſe ſeu Vicarios, Officiarios, Procuratores & Miniſtros ſe immiſcuit, & ipſam Eccleſiam in ſpiritualibus & temporalibus palam, » publicè & notoriè gubernauit, adminiſtrauit; & inter cætera Epiſcopatum ſuum » viſitauit & Sacramentum Confirmationis in fronte contulit multis perſonis » palam, publicè & notoriè. Deinde ad vrbem & ad præfatum D. noſtrum poſtea » ſponte redijt, & eidem Dominò noſtro ſicut prius adſtitit, &c.

» Item quod poſt Electionem, intronizationem, coronationem & aſſumptionem in Papam præfati ſanctiſſimi in Chriſto D. noſtri, D. Vrbani Papæ VI. de » quibus ſuperius ſerioſè dictum eſt, præfati Cardinales maximè vltramontani » ſcientes ac huiuſmodi veritatem præmiſſorum tunc cognoſcentes per diuerſas » mundi partes maximè vltramontanas, præmiſſorum veritatem notificare tunc » volentes, ipſi inquam Cardinales tam ſimul Collegialiter & aliqui eorum particulariter ad gaudium & conſolationem Chriſtianorum nonnullis Regibus & » Principibus Chriſtianitatis, ac etiam Cardinales tunc & nunc Auenioni commorantes quorum nomina ſuperius ſpecificè ſunt deſcripta. Imò multis alijs » magnis & honeſtis perſonis vltra montes & alibi commorantibus per ſuas veras » & indubitatas Epiſtolas & literas ſcripſerunt, notificauerunt, & pro vero & indubitato publicauerunt, quod ipſi Cardinales dictas Epiſtolas mittentes & alij » Cardinales ad quos dictæ Electionis intronizatio & coronatio pertinebat, præfatum ſanctiſſimum D. noſtrum Vrbanum Papam VI. & Rom. Pontificem qui » primo nominabatur & fuerat D. Bartholomæus Archiepiſcopus Barrenſis in » verum Papam & Rom. Pontificem canonicè elegerunt & elegerant. Et quod » ipſe D. Vrbanus erat & eſſet verus Papa & Rom. Pontifex. Et quod ipſi Principes & Cardinales qui erant Auinioni & alij quibus dicti alij Cardinales prædicta » ſcribebant & notificabant præmiſſa pro vero & indubitato haberent & tenerent » & crederent, aut fidem aliquam darent alicui, qui contrarium aſſerere vel ſuper » eis dubitare quoquomodo vellent, dictæque literæ ſeu Epiſtolæ peruenerunt ad » illos, quibus vt præmittitur directæ & miſſæ fuerant: & illi illas ſe habuiſſe & » recepiſſe palam & publicè aſſeuerant, dicunt & aſſerunt, *&c.*

» Item quod notorium, publicum, verum, &c. quod toto præſenti anno 1378. » ſeu menſibus & temporibus & partibus ipſius anni iam præteriti maximè menſis Martij, Aprilis, Maij, Iunij ac Iulij ipſius anni, & etiam poſt Ciuitas, ſeu » vrbs Roma habebat & habuit continuè Magiſtratus & Officiarios, per quos » totis ipſis temporibus gubernabatur & gubernata fuit, videlicet Senatorem, » Conſeruatorem, Bandarenſes, Iudices & alios Magiſtratus & Officiarios ſufficientes & idoneos ad Iuſtitiam per totam ipſam vrbem & eius diſtrictum miniſtrandam, &c.

» Item quod Romanus Populus & Senator ac Officiales ipſius vrbis in publico Conſiſtorio conſiſtentibus omnibus ſupradictis Cardinalibus ac ſeruatis » ſolennitatibus præſentauerunt præfato D. noſtro tanquam vero Rom. Pontifici Dominium ipſius vrbis iuxta morem, præfatuſque dictus D. noſter cum » ſolitâ ſolennitate præfatam præſentationem & nonnullas alias eorum gratas » oblationes tanqnam Papa & Dominus in ſignum Dominij & poſſeſſionis recipit palam, publicè, & notoriè, &c.

» Item quod verum, publicum & notorium eſt, &c. quod Petrus Archiepiſcopus Arlecenſis qui erat & fuit Camerarius præfati Domini noſtri Papæ Gregorij XI. tempore quo idem Gregorius infirmabatur & erat propè tempore obitus

Digitized by Google

obitus ſui, & tempore ipſius obitus. Et poſt ipſum obitum cepit nonnulla bo- «
na videlicet ornamenta, iocalia & res pretioſas multas ad præfatum Grego- «
rium & Cameram Apoſtolicam, ſeu Rom. ſpectantia, ſeu ſpectantes, ac ipſas «
& ipſa penes ſe retinuit, occultauit, omiſsâ receptione cuiuſcunque Inuentarij «
de illis conferri, &c. «

• Item quod dictus Archiepiſcopus cum dictis bonis, iocalibus & rebus præ- «
dictis abſque licentia D. noſtri Vrbani Papæ VI. & per menſes poſt ipſius D. «
noſtri coronationem receſſit ab vrbe ad Ciuitatem Anagniæ palam & notoriè. «
Et quod idem D. noſter commiſit & mandauit Cardinalibus de Agrifolio, Picta- «
uienſi & Viuarienſi tunc exiſtentibus Anagniæ, quod eundem Petrum Archi- «
epiſcopum & olim Camerarium vnà cum dictis bonis & rebus ibidem arreſta- «
rent, ipſique Cardinales mandatum & commiſſionem huiuſmodi exequentes «
præfatum arreſtum ibidem fecerunt. «

Item quod præfatus D. noſter Vrbanus propter præmiſſa per dictum Pe- «
trum Arlecenſem Archiepiſcopum, vt dictum eſt, commiſſa & perpetrata. Et «
etiam pro eo quod idem Petrus Archiepiſcopus quædam temeraria verba di- «
cebatur protuliſſe, aliquos ſeu de parentela dicti Petri Archiepiſcopi allocutus «
fuit conquerendo eis Cardinalibus de illo, & inſuper dixit dictus Vrbanus D. «
noſter & comminatus fuit quod ipſe non poſſet pati inſolentias Petri Archi- «
epiſcopi & quod faceret de illo iuſtitiam. «

Item quod commune dictum, &c. quod in Caſtro S. Angeli de vrbe quod «
erat S. Rom. Eccleſiæ, erat, fuit & eſt aliquis nomine Petrus, ſeu Peyronius «
Caſtellanus eiuſdem Caſtri potius ibidem ad inſtantiam dicti Cardinalis maioris »
Monaſterij per dictum Gregorium Papam XI. ſeu per ipſum Cardinalem tem- «
pore quo erat Abbas maioris Monaſterij, & gubernabat nonnullas terras Ita- «
liæ pro S. Rom. Eccleſia, & quod dictus Petrus Caſtellanus erat, fuit & eſt «
ipſius Cardinalis familiaris, domeſticus & amiciſſimus palam, publicè & notoriè. «

Item quod præfatus D. noſter Vrbanus poſt promotionem ſuam & pro «
maiori ſecuritate ſua & ſuæ Rom. Curiæ à dicto Caſtellano voluit habere & re- «
petere, ac repetijt Caſtrum prædictum S. Angeli, petens illi per eundem Caſtel- «
lanum ipſi D. noſtro reſtitui & expediri. Quodque idem Caſtellanus tanquam «
infidelis & rebellis quærendo excuſationes, ſeu occaſiones friuolas ac malitio- «
ſas idem Caſtrum D. noſtro Papæ reſtituere & expedire penitus denegabat, ſi- «
cut hodie denegat, quinimo rebellem & inimicum ipſius D. noſtri Papæ in ipſo «
Caſtro ſe contulit. Et quod denegationis & rebellionis prædictarum erat, «
fuit & eſt tractator, particeps & conſcius ac etiam cauſa dictus Cardinalis ma- «
ioris Monaſterij. Et quod præmiſſa omnia & ſingula fuerunt & ſunt vera, pu- «
blica, &c. «

Item quod præfatus D. noſter Vrbanus Papa VI. de prædictis in proximè «
præcedentibus articulis informatus reprehendit propterea Cardinalem maioris «
Monaſterij, ac eidem dixit & comminatus fuit, quod propterea procederet «
contra ipſum Cardinalem & Iuſtitiam de illo faceret iuxta formam & tenorem «
proceſſuum felicis recordationis Ioan. XXII. contra talia perpetrantes promul- «
gatorum. «

Item quod publica vox, fama, &c. & eſt verum, publicum, &c. quod Fran- «
ciſcus de Vico qui ſe intitulat Præfectum vrbis & Ciuitatis Viterbienſis quæ vti- «
que ad S. Rom. Eccleſiam pleno iure pertinuit & pertinet, & tyrannicè contra «
eandem Eccleſiam & dictum D. noſtrum Papam, detinuit & detinet occupa- «
tam; ac fuit & eſſe conſueuit ac eſt notorius & antiquus hoſtis & inimicus S. «
Rom. Eccleſiæ & ipſius D. noſtri Papæ: & quod ſupradictus Cardinalis Am- «
bianenſis cum dicto Franciſco de Vico magnam contraxit amicitiam & familia- «
ritatem ac compaternitatem: & eidem Franciſco fauebat & fauit etiam in præ- «
iudicium & damnum S. Rom. Eccleſiæ, eundem Franciſcum in ſuis ſceleribus «
confouendo. Et quod ipſe dictus Papa ſuper hoc reprehendit dictum Cardina- «
lem Ambianenſem dicendo & comminando eidem, quod ipſe D. noſter non in- «
tendebat nec vellet talia ſuſtinere. «

Item quia dicebatur quod præfatus D. noſter Vrbanus Papa VI. fuerat in- «
formatus quod Cardinalis S. Euſtachij ſuperius nominatus non nullas occultas & «

» fraudulentas conuentiones fecerat cum Societatibus Britonum...... in dam-
» num & præiudicium ipſius D. noſtri Papæ. Et quod idem Cardinalis fraudu-
» lenter egerat contra ipſum D. noſtrum recipiendo certas pecunias ad finem
» quod tractaret & faceret quod Caſtrum prædictum S. Angeli reſtitueretur D.
» noſtro Papæ: quod idem Cardinalis minimè fecit, & nihilominus dictas pecu-
» nias ſibi retinuit: Ipſe inquam D. noſter Papa eundem Cardinalem de hoc
» redarguit, & eumdem dixit & comminatus fuit quod non intendebat talia
» ſuſtinere.
» Item quod verum, publicum, &c. quod D. Cardinalis S. Euſtachij per ſuos
» ſubtiles tractatus ac blanda & deceptoria verba, ac falſas & doloſas inductiones
» ſolicitauit præfatum D. noſtrum Papam & eum induxit ad dandum dictis So-
» cietatibus Britonum magnas pecuniarum ſummas quas idem D. noſter median-
» tibus verbis & aſſertione ipſius credebat illis dare propter virtutem & pro de-
» fenſione terrarum Rom. Eccleſiæ: & tamen ipſi Britones receperunt dictas
» pecunias ab ipſo D. noſtro Papa contra Rom. Eccleſiam: & contra ipſum D.
» noſtrum hoſtiliter ſe oppoſuerunt & opponunt palam, publicè & notoriè: &
» quod dictæ fraudis, machinationis fuerunt conſcij nonnulli alij Cardinales vl-
» tramontani in Italia commorantes. Et quod ipſi Cardinales expoſt ſciuerunt
» & ſciunt quod D. noſter Papa de dictis fraudibus contra eum vt præmittitur
» commiſſis fuit & eſt informatus. Et quod idem D. noſter tam per litteras dicto-
» rum Cardinalium interceptas quàm alias præſuppoſitiones & coniecturas erat
» & fuit & eſt informatus de prædictis & multis alijs machinationibus, tractatibus
» & conſpirationibus contra eundem D. noſtrum Papam multipliciter per-
» petratis.
» Item quod forma & indubitata credulitas apud diſcretas perſonas & gra-
» ues quamplurimas, ac etiam dictum, aſſertum, &c. nec non publica vox & fa-
» ma in vrbe & Rom. Curia, &c. ac tunc verum fuit & eſt quod prædicti Cardi-
» nales in vrbe tunc exiſtentes maximè Cardinales Gallici & vltramontani om-
» nes per dictum D. noſtrum Papam, vt præmiſſum eſt, eiſdem dictis & de alijs
» per ipſum D. noſtrum Papam vt præmittitur geſtis & factis; & propter illa ma-
» ximè. Et etiam in concedendis eiſdem Cardinalibus nonnullis petitionibus
» quas importunè & iniuſtè quandoque faciebant, idem D. noſter non eis facilis
» erat, fuerunt & ſunt malè contenti: quin imò & indignati contra eundem D.
» noſtrum Et quod propterea ipſi cogitabant & cogitauerunt & machinaban-
» tur & machinati fuerunt erigere ſua cornua & maleuolos animos ac conſpirare
» contra eundem D. noſtrum Papam.
» Item quod dudum circa finem menſis Iunij dicti anni præſentis 1378. &
» etiam nonnulli ex ipſis ante ipſum menſem præfati Cardinales Gallici & vltra-
» montani in vrbe tunc exiſtentes volentes de ipſa vrbe ad Ciuitatem Anagniæ
» recedere; videlicet Lemouicenſis, de Agrifolio, Glandacenſis, Gebennenſis,
» de Britannia, Pictauenſis, Viuarienſis, maioris Monaſterij, S. Angeli, S. Eu-
» ſtachij, de Veruhyo & de Luna Cardinales ipſi & quilibet ipſorum illis licen-
» tiam recedendi de ipſa vrbe ad dictam Ciuitatem Anagniam prætendentes &
» allegantes cauſas, videlicet quod aër Romanus in feruoribus æſtatis erat nimis
» calidus & intemperatus quàm Anagniæ, vbi erat bonus aër. Et quod ipſi Car-
» dinales habebant ibi prouiſiones ſuas de victualibus: quodque ipſe D. noſter
» volens tunc eiſdem Cardinalibus in hac parte complacere, & illorum precibus
» annuere, dedit illis & conceſſit prædictam licentiam.
» Item quod ſubſequenter infra paucos dies à die petitæ & obtentæ per dictos
» Cardinales vt præmittitur dictæ licentiæ, ipſi de eadem vrbe receſſerunt ad di-
» ctam Ciuitatem Anagniæ & ibidem ex tunc per multos menſes permanſerunt.
» Et quod præfatus D. noſter Papa poſt illorum receſſum per nonnullos dies in
» vrbe remanſit & donec de ipſa vrbe paulo ante feſtum B. Petri & Pauli Apoſto-
» rum ad Ciuitatem Tiburtinam receſſit.
» Item quod verum, publicum, &c. ac Ciuitatibus Anagniæ & Tiburtina præ-
» dictis & in Italia & alibi fuit & eſt, quod Cardinales ſupra proximè nominati,
» & eorum quilibet ſaltem & in maiori parte ipſorum poſt deceſſum illorum de
quo dictum eſt & exiſtentes tunc in Ciuitate Anagnia tam per literas quàm per

Nuncios ipſorum requiſiuerunt & requiri fecerunt præfatum D. noſtrum Vr- «
banum Papam VI. tanquam Papam & verum Rom. Pontificem de & ſuper «
multis negotijs & gratijs in & ſuper beneficijs Eccleſiaſticis, ac alijs gratijs eiſ- «
dem Cardinalibus & alijs perſonis per ipſum D. noſtrum Papam concedendis, «
ipſum D. noſtrum Papam & Rom. Pontificem in ſuis ſcriptionibus & verbis & «
per ſuos Nuntios nominando & reputando palam & notoriè. «

Item quod verum, publicum, &c. quod dicti Cardinales qui vt ſuperius di- «
ctum eſt, receſſerunt Anagniam, & maximè Cardinalis Lemouicenſis qui tunc «
erat ſummus Pœnitentiarius, exiſtentes tunc in eadem Ciuitate Anagniæ in «
eorum ſigillis, inſtrumentis & ſcripturis authenticis ſigillis ipſorum Cardina- «
lium ſigillatis, maximè dictus ſummus Pœnitentiarius in literis ratione Officij «
quod gerebat ab eodem ceu eius Cancellarius proceſſerunt præfatum D. no- «
ſtrum Vrbanum Papam VI. tam in denunciatione aoni Pontificatus quàm in «
alijs verbis in quibus fiebat meotio de Papa, nominabant & reputabant Papam «
& verum Rom. Pontificem: ac talem & pro tali audierunt & ſciuerunt ac paſſi «
fuerunt, ac etiam mandabant & maodauerunt, faciebant & fecerunt eum «
nominari & reputari & haberi in inſtrumentis publicis quæ eiſdem Cardinali- «
bus ſeu amicis eorum mandato conficiebantur ſeu recitabantur. «

Item quod publicum, &c. quod præfatus D. noſter Vrbanus Papa VI. fuit «
& eſt & eſſe debet verus Papa & verus Rom. Pontifex & talis fuit & eſt habitus, «
cogitatus, nominatus & reputatus, palam, publicè & notoriè per omnes & ſin- «
gulos fideles & Catholicos Chriſtianos mundi. Et talem & pro tali ſe conceſ- «
ſit, nominauit & reputauit; & à tempore Creationis ſuæ de quo ſupra dictum «
eſt, & vſque in præſens tempus, per Dei gratiam laudabilem exercuit & geſſit «
ac fecit omnes & ſingulos actus ad Officium Rom. Pontificis & veri Papæ «
ſpectantes; fuitque per dictum tempus & eſt in plena poſſeſſione, ſeu quaſi «
officij veri Papatus & Rom. Pontificatus, ac etiam exercitij eiuſdem & om- «
nium & ſingulorum actuum ad idem officium ſpectantium palam, publicè «
& notoriè. Et de præmiſſis fuit & eſt publica vox & fama, communis opi- «
nio, communis aſſertio & reputatio, commune dictum, ac fama & indubitata «
credulitas in vrbe, Romana Curia, Italia & alijs prædictis partibus & alijs lo- «
cis, &c. «

Vt autem per recitationem & diſcuſſionem eorum quæ dicuntur ex aduerſo «
propoſita veritas tanquam ſæpius agitata ſplendeſcat in lucem, & huiuſmodi «
negotij merita partium aſſertiooe pendantur; ac proinde Iuſtitia dicti ſanctiſ- «
ſimi D. ooſtri Vrbaoi Papæ VI. circa ſummi Pontificatus adeptionem quan- «
quam luce meridiana clarior, quorundam tamen æmulorum factum pertinaci- «
ter impugnantium; ſeu vt veritas amœnius, ſuam in effectu turpitudinem tam «
inuerecundè quam calumnioſè proponentium aſſertionibus impugnata, & «
quo ad vulgares & imbecilles obſcura forſitan ſeu dubia reddita ſemetipſam io «
luculentam erigat firmitatem. Idcirco tempeſtiuum videtur commemorare «
breuiter quæ contra eandem in ſuæ calumniæ clypeum ijdem æmuli proponere «
machinantur; ac illis verboſa diſputatione rejecta & iuris allegationibus qui- «
bus ſuis peritioribus & prolixioribus temporis deliberationi relinquo, petiuiſſem «
reſpondere prout diuina gratia capacitatis meæ modulum dignabitur adim- «
plere. Circa quod io ſumma pronuntiandum eſt quod Aduerſarij pro ſuæ fun- «
dationis fundamento nihil aliud producunt in medium, niſi quia electio dicti «
D. noſtri, intronizatio, coronatio & alia circa hæc geſta per impreſſionem «
ſeu metum, qui debebat cadere in conſtantes viros, fuerunt extorta & ſic nulla, «
quam allegationem per varias circunſtantias & media quæ per ordioem ſubtus «
recitabo ſatagunt deducere. Dicunt enim «

1. Quod mortuo D. Gregorio, per cuius obitum Sedes Apoſtolica tunc vaca- «
bat, Officiarij vrbis habuerunt diuerſa Colloquia ſuper modo per eos tenendo «
ſuper electione futuri Rom. Pontificis quæ tunc fienda imminebat, conclu- «
dendo ſemper in illis Concilijs quod omnino expediebat Romanis habere Pa- «
pam Italicum vel Romanum & quod de hoc pulchro modo ſupplicarent Cardi- «
nalibus, quod etſi precibus impetrare non poſſent, compellerent ad hoc Car- «
dinales. «

Digitized by Google

» 2 Quodantequam dicti Cardinales intrarent Conclaue, dicti Officiarij cum
» quibuſdam alijs Rom. Ciuibus ſupplicauerunt ipſis Cardinalibus ſimul congre-
» gatis, & eos requiſiuerunt vt eligerent Papam Rom. ſeu Italicum, addentes in
» requiſitione ſua quod ipſi Cardinales ante ingreſſum Conclauis vellent eos ſu-
» per hac re pro conſolatione Populi declarare ſeu certos facere. Et etiam ſub-
» iungentes ijdem ſupplicantes, quod aliàs dubitabant de maximis & irreparabi-
» libus periculis cum viderent & cognoſcerent corda nimium ſubleuata: & hanc
» eandem requiſitionem fecerunt & repetierunt ſingulis Cardinalibus in domibus
» eorum. Et quod poſtea cum 4. de Cardinalibus Italicis de mandato omnium
» aliorum conuocaſſent dictos Officiarios in loco certo, increpabant illos de mo-
» dis quos tenebant & verbis quæ dicebant ſuper præmiſſa. Ipſi verò Officiarij
» reſponderunt eis quod niſi haberent Papam Rom. vel Italicum, ipſi eſſent in
» periculo & alium facere non poterant.
» 3. Quod Cardinalibus ad Conclaue pergentibus & tranſeuntibus per pla-
» team S. Petri, tota ipſa platea fuit impleta populo pro magna parte armato,
» & quod ipſis Cardinalibus in Palatium intrantibus magna pars illius populi
» etiam intrauit Palatium, & ibidem per totam noctem & vſque ad exitum Car-
» dinalium de Conclaui ſteterunt & ruperunt diuerſas portas diuerſarum domo-
» rum in Palatio, & ipſum Palatium circundederunt ab omni parte armatis ho-
» minibus, ita quod non poſſet intrare, vel exire ſine eorum voluntate.
» 4. Quod Cardinalibus ingreſſis Conclaue, poſtquam alij omnes inde receſ-
» ſerunt excepto Senatore & quibuſdam paucis; & cum porta eiuſdem Concla-
» uis cuſtodiretur, ita quod nullus ſine licentia poſſet intrare, ſuperuenerunt
» quidam Miniſtri, ſeu Officiarij populi qui vocantur Capita Regionum cum
» nonnullis alijs Ciuibus & Conclaue voluerunt omnino intrare & intrarunt
» licet cum diſplicentia Cardinalium. Et eiſdem Cardinalibus congregatis ſi-
» milem requiſitionem fecerunt petentes vicibus iteratis, quod antequam exirent
» Conclaue, de hoc declararetur expreſsè ſubiungentes etiam & pluries repeten-
» tes, quod ita videbant populum diſpoſitum quod iſtud non poterat aliter tran-
» ſire ſine periculo perſonarum.
» 5. Quod antequam Cardinales intraſſent Conclaue, fuerat eis per multos re-
» portatum quod erant in vrbe aliqui Prælati quorum aliqui erant Romani, ali-
» qui Italici vt impreſſio fieret Cardinalibus, totis viribus inflammabant popu-
» lum, & multa quilibet promittebat officia in caſu quod ipſe eligeretur in
» Papam.
» 6. Quod mortuo D. N. Gr. ſolum 16. Cardinales erant in vrbe ad quos ſpe-
» ctabat ius eligendi Rom. Pontificis quorum 12. erant vltramontani & 4. Italici,
» & quod omnes vltramontani ante ingreſſum Conclauis & in ipſo ingreſſu, vt
» poſt vſque ad tempus impreſſionis continuè prout ipſi aſſerunt, fuerunt in pro-
» poſito eligendi in Papam aliquem ex ſeipſis: Italici autem erant in propoſito eli-
» gendi aliquem de Collegio, & vbi bono modo poſſet fieri, erant in propoſito
» quod Italicus eligeretur de Collegio, vel extra Collegium, dum tamen debito
» modo eligeretur, protuliſſent tamen illos de Collegio, & in iſta voluntate
» permanſerunt etiam poſt ingreſſum Conclauis, vt eſt dictum, vſque in Craſtinum
» poſt Miſſas, non obſtante quod Romani occupaſſent Palatium, & tota nocte
» exiſtentes armati quaſi ſine intermiſſione clamabant *Romanum vel Italicum vo-*
» *lumus*. Et ita cum ſonitu tubarum & tympanorum ſeu taburnorum continuaue-
» runt. Et quod Romani dictos rumores continuauerunt etiam vſque ad ruptu-
» ram Conclauis per eos factam.
» 7. Quod auditis Miſſis dum Cardinales ſe diſponerent ad tractandum de Ele-
» ctione Rom. Pontificis, Campanæ Capitolij & Eccleſiæ S. Petri quæ eſt iuxta
» dictum Palatium, inceperunt pulſari pro congregatione populi: & quod tunc
» populus fortius cepit clamare *Romanum vel Italicum volumus*.
» 8. Quod Cardinales fuerunt tunc aduiſati per illos qui ab extra cuſtodie-
» runt Conclaue, quorum aliqui erant Romani per Cardinales electi & aliqui
» vltramontani; quod ſi non ſtatim ſine aliqua mora eligerent Romanum vel
» Italicum, omnino ipſi Cardinales eſſent in periculo quòd inciderentur per fru-
» ſta, propterea quod Cardinales vltramontani propter vitandum mortis peri-

Digitized by Google

culum, provt tunc maior pars dixit, & nunc omnes etiam affirmant cum ſacramenro quod aliàs niſi ob mortis periculum noo conſenſerunt, quod Italicus non eligeretur; Et quod aliqui ex Cardinalibus Italicis dixerunt quod nullatenus acceptarent ſi talis non eligeretur, cum viderent impreſſionem quæ fiebat. Ob quæ ex abrupto ſine aliqua diſtinctione perſonæ nominauerunt D. B. Archiepiſcopum Barrenſem & ipſum tanquam illum quem credebant eis magis notum & expertum magis in factis Rom. Eccleſiæ elegerunt in Papam animo & propoſito vt ipſi tunc dixerunt vt ipſe verus Papa eſſet, timore tamen prædicto durante vt nunc aſſerunt, exceptis duobus, vno vltramontano qui dixit quod conſentiebat taliter qualiter tanquam pulſus; & quod credebat quod Electio eſſet nulla; & vno Cardinale Rom. qui dixit quod propter notoriam impreſſionem quam videbat, nec ipſi Archiepiſcopo Barrenſi, nec alteri daret vocem ſuam niſi ceſſaret impreſſio & eſſet in ſua libertate. Et vlterius dixerunt aliqui Cardinales inter ſe quod fieret provt aliàs fuerat factum & per Chronicas apparet, videlicet quod quam primum commodè poſſent, recederent ad locum tutum, & quod ipſe Electus renuociaret ad cautelam & quod pro tunc de nouo reeligeretur.

9 Quod Cardinales cùm iam pluries ſuper expeditione negotij fuiſſent per Cuſtodes Conclauis ſollicitati ad Populum clamanrem tumultuantemque & iam diſpoſitum ad furioſa, miſerunt tres ex ſe ipſis Cardinalibus. Et quia non audebant eis in illo furore exiſtentibus publicare Electionem factam per eos, fecerunt eis promitti & promiſerunt quod illos infra tunc diem craſtinam conſolarentur ante Veſperas de nouo Papa Romano vel Italico, ac fecerunt populum rogari vt recederet, qui tum magnâ difficultate receſſit de aula, non tamen exiuit palatium vel circuitum eius, ſed aliquantulum rumor ceſſauit. Et nuocium Cardinales miſerunt pro multis Prælatis qui erant in vrbe, inter quos erat dictus Archiepiſcopus Barrenſis electus, & per prædictum modum ipſe Electus vidit Populum furentem & impreſſionem & violentiam factam & clamores, &c. & ſciuit omnia facta per Populum tanquam rem ootoriam.

10. Quod cum Romaoi ex aliquibus ſignis perpendiſſent, quod non erat electus Romanus Pontifex, tum maximè furere inceperunt, frangere Conclaue, & per tres partes fregerunt, & ipſum introïuerunt Officiarij & Populus armatus quantum ferè recipi potuit: propter quod Domioi plus ſolito timentes de morte, in Capella ſecreta ſe pro maiori parte reduxerunt; cuius porta fuit ſtatim cum ſecuribus fracta; & intrauit Populus armatus clamans vt ſupra: Et omnes Cardinales hinc inde circundedit, niſi quod vnus ex Cardinalibus volens ſuum & aliorum periculum euitare, dixit illis de Populo quod Cardinalis S. Petri erat Electus qui erat Romaous: ſed nolebat conſentire, & ipſi de Populo inducerent eum ad conſentiendum, creditur quod omnes Cardinales fuiſſent interfecti, maximè vltramontani: ſed audito illo verbo per illos de Populo ipſi irruerunt in prædictum Cardinalem S. Petri; & dum accederent ad faciendum ei reuerentiam, quilibet ex Cardinalibus vt melius potuit, exiuit Palatium & aliqui exiuerunt Romam, vel de nocte, vel diſſimulato habitu & aliqui etiam ſub diſſimulato habitu ſe retraxerunt ad Caſtrum S. Angeli: aliqui tamen pauciores in domibus ſuis remanſerunt.

11. Quod in Craſtino quieto Populo aliqualiter D. Barrenſis Electus qui remanſerat in Palatio & nullo modo voluit exire, licet pluries per aliquos ex Cardinalibus requiſitus eſſet vt exiret, miſit ad Cardinales qui tunc erant in Caſtro S. Angeli iteratis vicibus vt veoirent ad ipſum: & quia non veniebant citò, fecit eos requiri per Bandarenſes & alios Officiarios vrbis pro parte Populi, vt ipſi Cardinales aſſeruerunt, quod pro maioris ſcandali euitatione omnino exireot Caſtrum & venirent ad Palatium. Ipſi verò Cardinales vt affirmant, dubitantes de maiori ſcandalo, maximè quia tam ipſorum quàm aliorum familiæ erant diſperſæ per vrbem primò ſcripſerunt manibus proprijs quod erant contenti quod Cardinales qui erant ab extra intronizarent dictum Electum; & ad fiendum illud illos conſtituebant procuratores. Demum quia fuerunt prædicto modo requiſiti, exiueruot Caſtrum & venerunt ad Palatium, & ipſum Electum intronizauerunt more cooſueto. Et cum hoc ſciuerunt Cardinales

» qui de Vrbe receſſerant, redierunt; & Cardinalem ipſum poſtea coronauerunt,
» & ab illo tempore in reuerentia & aliis tractauerunt eum in Papam; tamen vt
» aſſerunt, nunquam intentionem habuerunt vt per eos aliud ius tribueretur
» quàm quod eſſet ei ex Electione quæſitum. Ipſe autem in Conſiſtoriis & aliis
» vſus eſt vt Papa. Hæc tamen omnia facta ſunt in Vrbe vbi Cardinales ſaltem
» Vltramontani vt dicunt, nunquam reputauerunt ſe ſecuros; imo veriſimiliter
» credunt quod ſi in Vrbe dictam Electionem reuocaſſent in dubium, fuiſſent in
» magno periculo. Ipſeque licet requiſitus pluries noluit exire Vrbem, niſi
» poſtquam omnes Cardinales Vltramontani iuerunt Anagniam, & tunc venit ad
» Ciuitatem Tiburtinam populo Rom. ſubjectam.

» Recitatis ergo ſubtiliter aduerſariorum allegationibus ſupereſt quod de
» illis breuiter reſpondeamus. Quibus vt reor dari poſſunt duplicis modi Reſ-
» ponſiones, generales videlicet quoad omnes, quatinus in facto conſiſtunt
» omni ferè veritate deſtitutæ, & nedum non probatæ, ſed tanquam calumnio-
» ſæ à beneficio probandi propellendæ: quinimò in magnâ ſui parte per rerum
» naturam improbabiles, provt earum inſpectio ſatis oſtendit. Vnde circa hoc
» latius non inſiſto; ſed bono viro relinquo. Et ſpeciales, quodlibet capitulum
» ſigillatim & familiariter tangendo & oſtendendo quod nullum eorum etiam ſuo
» modo probatum impreſſionem aut juſtum metum juſtis ſufficientem probat. Ex
» ordine itaque quodlibet eorum in Dei nomine proſequamur & diſcutiamus,
» omiſſis vt præmiſimus, allegationibus Iuris.

» Ad primum reſpondeo quod de ſe patet Conſilia quæ tum concludebant
» quod expediebat Romanis, &c. Et quod pulcro ſeu honeſto modo ſupplica-
» rent & eſſe laudanda, vtpote ad finem laudabilem & Deo gratum tendentia,
» videlicet quod Papa in ſede ſua & à Deo immutabiliter præordinata continuam
» reſidentiam faceret, & etiam propter rationes juſtiſſimas per Romanos allega-
» tas: quibus reſponderi non poteſt in tertio decimo articulo recitato ſuperius.
» Quantum verò concludebat quod ad hoe compellerentur Cardinales, licet hoc
» malè ſonare videatur, tamen vana ab omni excuſatione nuda & in abſentia
» Cardinalium prolata verba fuerunt; & ideo nunc impreſſionem nec metum
» juſtum inducere potuerunt. Et vtinam à jure datus eſſet Cardinalibus ſeue-
» rior & rigidus executor cum poteſtate etiam præcisè eos compellendi talem &
» taliter eligere cum Electio fienda immineret qui dictam reſidentiam omnino
» facturus eſſet: nam multa ſequerentur toti Chriſtianitati vtilia, abſurda & dam-
» noſa vitarentur; ſicut inconuertibiliter demonſtrant rationes præallegatæ;
» & eſſet æquè ratiouabile ſtatuere & modum inuenire quod Romanus Pontifex
» jam creatus, quæ tamen & toti mundo ſunt vtilia, faceret, ſicut quod tem-
» pore vacationis eius Electio celeriter expediatur, proinde ſuper quo emanauit
» Conſtitutio Greg. X I. in Concil. Lugdunenſi.

» Ad ſecundum vt loquat cum Sceuola, dico ſupra reſponſum, niſi fortè ta-
» les & tanti quales & quanti debent eſſe & oſtendere ſe Cardinales Eccleſiæ,
» quod puſillanimes & vltra modum formidoloſi in ſuæ dignitatis minutionem &
» ridiculum ad Eccleſiæ & fidei Catholicæ graue diſpendium multorum etiam
» ſcandalum velint nuncupari. Rurſus niſi calumniari velint prouiſiones, cautio-
» nes, juramenta & cautelæ à prædictis minantibus poſtmodum per eos ſolenni-
» ter & prouidè receptæ debuerunt tunc ad plenam ſecuritatem induendam eſſe
» ſtantes........ quoad fortitudinem allegandam inimicitiæ præcedentis.

» Ad tertium dico rogans vt mihi reſpondeas quæ admiſerit populus armatus
» in platea? quæ fractura portarum aliquarum & circunſeſſio populi, Palatij?
» Conclauis? &c. .... ſaluis remanentibus & illæſis nunquam ad illos de
» populo tanquam Miniſtros & Coadjutores Cuſtodiæ de mandato ſeu conſenſu
» Officiariorum & .... Palatium ad Cuſtodiam Conclauis etiam à Iure
» Deputatorum ibidem etiam præſentium & circunſpicientium ſpectat etiam
» Conclauis Cuſtodia, qnod vtique nequibat fieri niſi Palatium intraſſent & il-
» lud vndique circundediſſent portarum apertione non potuiſſent domos quibus
» indigebant, introïre: quam apertionem non poterant facere ſine fractione;
» quia non eſt veriſimile quod haberent penes ſe Claues illarum. Nec potentes
conſiſtere ſub domo vel ad aërem pro cuſtodia maximè noctis tempore quo

Digitized by Google

etiam de jure geminari debet cuſtodia, remanere niſi contra profeſſionis tuæ de- «
bitum ac contra velis omnia in deteriorem partem interpretari, quod non «
licet. «

Ad quartum eodem ſtemate reſpondeo quo ad primum & ſecundum qui «
bus iſtud quartum per omnia conformatur. «

Ad quintum, quod vtique non meruit recitari præ verecundia tua cum «
allegas. «

Ad ſextum per reſponſionem volo tu Tranſmontane; qui hodie in hoc cum «
arduo negotio contra dictum Dominum noſtrum Vrbanum Papam te partem «
conſtituiſti principalem, imò aduerſarium & inimicum Capitalem an tunc «
quod aſſeris te fuiſſe illius propoſiti? ſic danda fides & idoneum ſic teſtimo- «
nium tuum? de quo etiam propoſito ſeu mentione nullus alius teſtari poſſet, «
quia ſoli Deo qui renes ſcrutatur & corda & nulli alij extra te mens tua patuit «
aut poteſt eſſe nota. Præterea bene noſti quod poſt Aſſumptionem ejuſdem «
Domini noſtri captandæ beneuolenriæ causâ ac eius gratiam, ad tuum fauo- «
rem attrahendi pro rei veritate conſtaotis dixiſti te fuiſſe cauſam, principium «
& fundamentum promotionis eius ad apicem Apoſtolicæ dignitatis: malè ergo «
conueniunt quæ nunc de tua intentione præterita nimis calumnioſè aſſeris; & «
qui dictam aſſumptionem eidem ſicut præmittitur incontinenti tunc aſſeruiſti. «
De intentione autem Italicorum, quæ ſeu qualis fuerit & eſt tunc penitus inco- «
gnita, nihil ad cœnam, reprobatum lapidem quem tu inique reprobas qui per «
Dei gratiam factus eſt in caput anguli. «

Ad ſeptimum Reſpondeo quod pulſationes campanarum multominus quàm «
verba vociferantium timere & pro juſto metu allegare debuiſti. Hæ autem «
vociferationes non ſufficiunt: ergo nec illæ pulſationes per argumeotum ſep- «
timum. «

Ad octauum Reſpondeo quod ex his quæ hic partim aſſeris probata te in di- «
ctum Dominum noſtrum vt Papa verus fieret, liberè conſenſiſſe: nam licet «
verba comminationum quæ aſſeris teodentium ſecundum te ad finem mentien- «
di, circa metum, tua tamen intentio talem timoris incuſſionem non ſecuta «
conſtiterit te iſtum verum Papam eſſe voluiſſe, non enim ſequitur *Titius eſt vir* «
crudelis & potentiſſimus, mioatnr mihi mortem aut aliud facit, ſufficit ne ad «
incutiendum mihi juſtum metum, vt Mæuium eligam, & Mæuium elegi: ergo «
per metum elegi. Potuit enim nihilominus habere voluntatem liberam Mæ- «
uium eligendi: nec illi qui ſe putat metum incutere meæ potuit voluntati vel «
voluntati dominari, quando ſpontanea ad volendum eſſe potuerit & libera «
vel omois etiamſi excoriarer, abeſſe. Exuberanter tuis quibus declaraſti, «
te eligere animo, vt eſſet verus Papa, euidenter conuincitur, quod metu non «
elegiſti: ſi enim metu elegiſſes, vtique verus Papa non eſſet. Iſta enim duo «
inuicem ſibi repugnant, eſſe verum Papam & eſſe electum per metum, qui cade- «
bat in conſtantem; rurſus nec metus ex minis, jactationibus vel conteſtationibus «
reputatur ſufficiens, ſed & ipſa atrocitate facti, maximè vbi jactationes non «
procedunt à tali qui ſolitus eſt illas ad effectum perducere, quod vtique per «
Dei gratiam de Officialibus & populo Romano probari non poſſet. Vnde ta- «
les populi voces lex varias appellat, & propterea non inaudiendas, ſed parui «
pendendas eſſe mandat. «

Ad nonum Reſpondeo, quod aut te non intelligo aut calumnioſè & quaſi im- «
plicando verbis contradictionem ſic loqueris. Habeo enim vbique per verba «
tua quod illi de populo Rom. petebant Italicum vel Romanum alterutrum. Ergo «
pariter aut è continenti, quia hoc ſignificat alternatim, vel nec magis Romaoum «
vel Italicum deſiderabat habere vel cootra modo cum dicis quod Cardinales «
tres miſſi non fuerunt auſi tunc illis de populo publicare Electionem jam factam «
quaſi fortè diſplicibilem populo. Videris innuere quod non fuiſſent contenti «
electiooe facta licet electus eſſet Italicus. Et etiam ſtatim ſubjungis, quod dicti «
tres Cardinales promiſerunt illis quod infra diem, &c. conſolarentur illos de «
Romano Papa vel Italieo. Dic mihi ergo, quare die futura magis eſſent con- «
tenti de Electione Papæ Italici quàm ipſa die tunc præſenti. Verba ergo tua in «
hac parte tuam detegunt calumniam. Et poteſt tuuc dici quod citius capita men- «

Digitized by Google

» dax quàm claudus ; & quod tanquam implicans in effectu contra ſis impellen-
» dus, nec tibi ſit danda fides.

» Ad decimum Reſpondeo quod hoc quod aſſeris hic & in principio,contraria-
» tur ei quod ſæpius dixiſti, videlicet quod populus clamabat & deſiderabat alter-
» natiuè Romanum vel Italicum: quare ergo proceſſiſſet cum furore ad aliquid illi-
» citum ; licet non fuiſſet Electus Romanus ? Hoc quod dicis, hoc in veriſimili-
» tudinem non cadit. Et idem non eſt tibi danda fides,& potius credẽdum eſt quod
» hoc quod aſſeris contigerit,quia non publicaueras populo Electionem jam prius
» per te liberè factam quod vtique fuiſſet iuri conſonum. Et ſic populus crede-
» bat & credere debebat quod infecto negotio forſitan volebas recedere vel illud
» plus debito dicere ; ſicut deductum eſt ſuperius in articulis. Præterea quod ad
» Romanorum violentiam quam hîc prætendis , commiſſam ; cum ſecundum
» verborum tuorum ſeriem facta fuerit, poſt jam perfectam & perfectiſſimam ac
» etiam geminatã liberam Electionem,cum factum legitimè ex ſuperuenienti caſu
» non ſit retractandũ. Item poteſt dici quod nimium fuiſti meticuloſus quia nullus
» fuit verberatus,pulſatus,vel gladius euaginatus,imò nec minæ mortis vel crucia-
» tus corporis fuerant ibidem illatæ,nec verba aliqua per illos dicta, niſi quod po-
» pulus clamabat vt ſupra videtur , *volumus Romanum vel Italicum*, nec videtur
» an abeſſet culpa,eo quod ſecuram tenebat Electionem de vero Italico per te fa-
» ctam, quam ſi eis tunc vel ante publicaſſes, veriſimiliter eadem eſt illarum com-
» motionum ſeu vociferationum ſatis fuiſſe datum eo quod vidiſſent eorum peti-
» tioni & deſiderio ſatisfactum.

» Ad vndecimum & vltimum Reſpondeo quod ſicut verba tua ſonant, ſi quid
» hic dicitur quod videatur pungendum, eſt aſſertio tua vt ipſi Cardinales aſſe-
» runt,&c. Et teſtimonio tuo & aſſertioni tuæ non eſt credendum per ea quæ
» dixi circa ſextum. Et tamen dicis quod Officiales illi incuſſerunt metum per
» eorum verba Cardinales in Caſtro ſancti Angeli,&c. Satis videtur friuolum &
» calumnioſum, quia Caſtrum illud eſt tutiſſimum & inexpugnabile : nec curat
» de Romanis : quod hodie Magiſtra rerum docet experientia,&c.

» Hiſce duobus Tractatibus qui in MS. San-Victorino tribuuntur DD. de
» Lignano & de Sena Doctoribus Bononienſibus, accedit tertius Pilei de
» Prata Archiepiſcopi Rauennatis & Cardinalis ad Ludouicum Flandriæ Comi-
» tem, quem hortatur ad partes Vrbani tuendas. Quam quidem Relationem ex
» MS. Abbatiæ Gemmeticenſis edidit in lucem Lucas Dacherius in 4. Tomo
» ſpicilegij eſtque hujuſmodi.

PILEI DE PRATA ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS R. E. Cardinalis ad Ludouicum Comitem Flandriæ.

ILluſtris Princeps & Domine Confidentiſſime. Experientia rerum Magiſtra mihi de veſtra benignitate monſtrauit Catholicum Principem vos ſemper fuiſſe, ac fore Eccleſiæ ſponſæ Chriſti zelatorem & brachium ſingulare, veritatis defenſorem, reproborum damnatorem, Iuſtitiæ & æquitatis ſpeculum & exemplar. Hæc in cauſa fuerunt omnia vt Excellentiæ veſtræ clarè aperiam mentem meam, vt veritatem loquar, vt abſconſa patefaciam, ne ex facti ignorantia & Schiſmaticorum quorundam Cardinalium detractionibus eorumque ſequacium, Canonicæ Electionis & inthronizationis ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri D. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ VI. veritas tanto Principi & eius ſubditis atque beneuolis occultetur. Hinc eſt, *Sereniſſime Princeps*, quod Chriſti vnica & inconſutilis Tunica ſcindi queritur ab his qui erant ſuæ cuſtodiæ deputati, templumque pretioſiſſimum Dei in deriſum fidelibus ponitur : & quæ prius ſedebat ornata in thalamo, planctu & dolore veſtitur, & proh dolor ! à Miniſtris Templi, qui debebant contra quoſcunque nefarios proprio ſanguine juxta piorum prædeceſſorum veſtigia defenſare. *O Sacra Petri ſedes ſolita dudum à Regibus & Principibus defenſari!* cur ſic ab illis ſcindi quereris, qui te vnicam ſine parcendo ſuæ vitæ, ſi fuiſſet expediens, ſeruare debebant, qui tibi de ſponſo juxta cor tuum & populi tui prouiderunt. O Chriſti Catholici Princeps ! ô fortia Eccleſiæ brachia quid dormitis ! quid tardatis eorum

eorum furorem compeſcere, qui ſuæ ſalutis immemores ſanctiſſimam Chriſti fidem deſtruere tanto quondam per orbem totum progenitorum veſtrorum ſanguine propagatam? vbi eſt fides, vbi prudentia, vbi fortitudo, vbi magnanimitas, vbi charitas, vbi ſpes, vbi omnis ſtrenuiſſima virtus veſtra? cur ſic, ſi mihi cum reuerentia vos arguere liceat, à claris priſcorum veſtrorum operibus ob tantam inertiam deuiatis? Reſpicite cum lachrymarum profluuio, ſupplex oro, & intelligite totius negotij veritatem, ac demum exurgite ad ſanctiſſimi Domini noſtri præfati & Sponſæ Chriſti defenſionem & tanti erroris purgationem, ne in deriſum populis Mater fidelium exponatur.

Clareat namque Celſitudini veſtræ, Magnanime Princeps, quod Sede Apoſtolica vacante Paſtore Domini Cardinales Vltramontani ſæpius antequam Conclaue intrarent, vt de jure tenentur, inter eos de nouo Pontifice eligendo tractarunt, patriæ ſuæ ac ſanguini potius quàm Chriſtiano populo prouidere volentes. Inter quos orta fuit diſſenſio, Lemouicibus quærentibus pro vno ipſorum Papatum habere, aliis Vltramontanis reſiſtentibus eis & volentibus pro aliquo eorum Apoſtolicam Sedem cum maximis induſtriis obtinere. Sed immenſa Chriſti bonitas, quæ volebat virtuti & non ſanguini de ipſius Vicariatu diſponere, eos in tanta & tali diſſenſione paſſa non eſt diutius perdurare itavt meretricis illius more quilibet ipſorum dixerit, *Nec mihi nec tibi*, ſed de illo cujus ſit, in Conclaui ſortiemur. Nam tunc pars quælibet illorum, præcipuè Lemouicenſium ad Italicum ſe diſpoſuit eligendum: itavt ſanctiſſimo Domino noſtro præfato quem poſtea elegerunt, per ſecretos Nuncios notum fecerint, antequam introiſſent Conclaue, quod eum Romanum eligerent in Paſtorem. Iſta eſt puriſſima veritas, Fideliſſime Princeps, ſicut Chriſtus veritas eſt & Filius Dei Patris. Deinde exiſtentes in Conclaui licet Romanum Romani velle ſe Pontificem acclamarent, nihilominus ipſi dictum ſanctiſſimum Dominum noſtrum concorditer & Canonicè elegerunt, nemine excepto, niſi Florentino qui elegit Dominum S. Petri, & demum Domino noſtro præfato per acceſſionem conſenſit, hanc electionem tenendo ſecretam, vt poſſent interim cum Romano populo concordare. Et vt Domini noſtri perſona in tuto eſſet, ne à populo læderetur. Et tamen diutius quod factum fuerat, celari non potuit, etſi primo vox inſonuit in populo de Domino S. Petri, tamen ſecundario quòd Barrenſis eſſet Electus, in populo vox inſurrexit: ad quam vocem Romani furere cœperunt & Conclaue frangere violenter. Quod videntes DD. Cardinales & periculum perſonale timentes indui fecerunt Papaliter Dominum ſancti Petri, fractoque Conclaui & Romanis eum videntibus vt Papam, à furiâ quieuerunt, & DD. Cardinales Conclaue exierunt: quorum Gebennenſis ad Caſtrum Sagaroli, quod eſt D. Agapiti de Columna diſtans à Roma per ſex milliaria. D. ſancti Angeli ad Rocam Ardiæ tutiſſimam Monaſterij ſancti Pauli juxta mare, DD. De Vrſinis & ſancti Euſtachij ad Caſtrum Vici Varri tutiſſimum dicti Domini de Vrſinis pariter confugerunt, quod millibus .... diſtat ab Vrbe. Octo ex aliis Dominis prælibatis Caſtrum ſancti Angeli tutiſſimum & inexpugnabile intrauerunt; quatuor in Vrbe remanſerunt, videlicet Florentinus, Mediolanenſis, de Arragonia, & Majoris-Monaſterij, quibus nulla moleſtia prorſus facta fuit, maximè ſubſedente & populo totaliter quietato. Officiales Vrbis ſe inermes ad Palatium vt Domino ſancti Petri tanquam Summo Pontifici reuerentiam facerent, contulerunt. Quod cum dictus recolendæ memoriæ Dominus ſancti Petri vidit, eos fortiſſimè increpauit dicens ſe nullum in Papatu habere Iuris titulum quoquomodo, & ideo perſuadebat eiſdem, quod dimiſſis eorum opinionibus prauis irent ad eidem vero Papæ reuerentiam exhibendam, Domino ſcilicet dudum Barrenſi. Quibus auditis ſtatim nullâ intermediâ morâ dicti DD. Officiales ad Dominum noſtrum olim Barrenſem acceſſerunt, eidem vt Summo Pontifici volentes reuerentiam exhibere, qui Dominus omnino inhibuit eis, dicens quod ipſe de ſua Electione certus non erat, volebatque ſcire à DD. Cardinalibus ſi erat Canonica, ſi erat libera, ſi erat ſolemnis: & propterea antequam clarus eſſet, ab eis non permitteret ſibi reuerentiam exhiberi. Statim igitur pro illis 4. Cardinalibus, qui remanſerant, miſſum fuit, qui venerunt ſine morâ, & videntes quod D. ſancti Petri dicebat ſe in Papatu

ius nullum habere, ſtatim miſerunt ad illos de Caſtro, quod liberè vellent venire, quia D. ſancti Petri de Papatu nullatenus contendebat: qui reſponderunt non audere ſe venire; quia licet Dominus ſancti Petri taliter eſſet diſpoſitus, tamen dubitabant ne conſanguinei ſui & populus totus, quod de eo factum fuerat, ad injuriam recepiſſent; ſed ex tunc committebant eis, quod dictum Dominum noſtrum inueſtirent de Papatu & eum inthronizarent omnium vice cum omnibus ceremoniis conſuetis: quia ipſi dicebant & confitebantur ipſum veriſſimum & liberum Chriſti Vicarium & Románum Pontificem. Ad fidem præmiſſorum ſinguli Cardinales prædicti ſe in dicta Commiſſione propriis manibus ſubſcripſerunt.

Hoc non obſtante dictus Dominus noſter & Cardinales cum eo præſentes iterum remiſerunt ad eos, quod nec de populo, nec de alio debebant dubitare, quia Dominus ſancti Petri jam eidem vt Summo Pontifici reuerentiam exhibuerat, & exhibebat, & populus erat totaliter quietatus, nec de iſta materia volebat ſe amplius impedire. Qui Domini his auditis ſtatim de Caſtro tutiſſimo deſcenderunt & ad Papale Palatium venerunt, & ſtatim vnà cum aliis quinque Cardinalibus in Capellam Conclauis concorditer intrauerunt vnà cum Domino noſtro. Quibus Dominus noſter dixit, quomodo erat ſibi relatum, quod eum in Papam elegerant, & propterea de meritis Electionis informari volebat; ſed ante omnia ſupplicabat, quod de digniori prouidere deberent, quia ipſe erat indignus ad tantum onus Eccleſiæ ſupportandum. Qui DD. Cardinales facientes vltra duas partes Collegij reſponderunt, quod erat ipſe Canonicè electus & liberè & cum omni ſolemnitate, & etiam verus Paſtor Eccleſiæ & Vicarius Ieſu Chriſti & quod pro Deo vellet Electioni liberè conſentire. Et ipſo Domino noſtro iterum replicante, quod pro Deo de digniori prouiderent, reſponderunt concorditer, quod eum pro digniſſimo elegerant, & quod pro Deo aſſentiret ſi non volebat, & fidem & populum Chriſtianum in periculo poneret. Tuncque Dominus noſter cum omni humilitate & lachrymis acceptauit & voluntati acquieuit eorum. At DD. Cardinales cantantes *Te Deum laudamus*, pulſatâ Campanâ eum habitu Papali induerunt, & eum inthronizauerunt cum omnibus ceremoniis conſuetis, ipſumque adorauerunt, vt Chriſti Vicarium, & ſuper Altare poſitum populo exhibuerunt, vt eidem tanquam Chriſti Vicario reuerentiam exhiberent, & tunc Rom. populus ad eius pedes cœtuit.

Hiſque omnibus per alios DD. Cardinales ſcitis, qui extra Vrbem ad ſupradicta Caſtra confugerant, ſcientes quod ceſſerat D. ſancti Petri, non vocati non requiſiti per litteras, nullâ morâ factâ redierunt ad Vrbem, & antequam proprias Domos intrarent, ad dictum Dominum noſtrum cum omni gaudio acceſſerunt, ad ſuæ Sanctitati reuerentiam exhibendam, congratulantes quod Dominus ſancti Petri ſanctè & juſtè recognouerat veritatem. Et ſic ex tunc cum plena concordia inceperunt de ſua coronatione tractare & cócorditer terminauerunt in die Dominicæ Reſurrectionis debere fieri. Interim autem in hebdomada ſancta cum eo in Proceſſionibus ordinariis quæ fiunt...... fer........ Majoris hebdomadæ Pontificaliter induti adſtiterunt eidem Domino noſtro, ſicut ſæpius eſt de more, nobiliſſima annlorum dona & jocalia donauerunt, ſpecialiter D. de Agrifolio & D. Gebennenſis. Iſto etiam tempore medio ab eius Sanctitate plura Beneficia petierunt & obtinuerunt; ſed quod potentius eſt, & in quo nulla cadere poteſt excuſatio metus, eidem Domino noſtro abſolutionem à pœna & culpa de ſuis criminibus concorditer petierunt, ſicut fuit ſemper de more per nouos Pontifices Cardinalibus concedi debere, & ſic D. noſter Summus Pontifex prænominatus eiſdem gratioſè conceſſit.

Denique in die ordinato ſanctiſſimæ Reſurrectionis ipſum cum omni ſolemnitate & ceremoniis conſuetis ante fores Baſilicæ ſancti Petri circunſtantibus quaſi omnibus Nationibus Chriſtianorum qui ad ſacram Vrbem pro deuotione acceſſerant, publicè coronauerunt. Prius tamen factis Officiis conſuetis, idem Dominus noſter Rom. Pontifex ſuper Altare ſancti Petri ſolemniter & deuotè in Pontificalibus celebrauit; in qua omnia ſecundum formam rubricæ

fuerunt obſeruata, & vltimo omnes Diaconos Cardinales ſua manu pretioſo Corpore & Sanguine Chriſti communicauit, ſicut de more Summorum Pontificum ſemper fuit. Sicque eum coronatum, Pontificalibus indutum ipſi DD. Cardinales Pontificaliter induti cum equis albo panno coopertis & tota proceſſione in ſimili habitu Pontificalium & equorum, ac etiam Religioſorum, Clericorum, & Laïcorum per ſacram Vrbem cum maximâ tripudiatione & feſtiuitate Rom. populi & cunctarum fidelium Nationum ibidem aſtantium exultatione atque lætitiâ ad Lateranenſem Eccleſiam conduxerunt, ibique eum in ſedibus ordinatis ſecundum formam Romanæ Eccleſiæ, ceremoniis omnibus obſeruatis inthronizauerunt, & cuncta ibi ſeruauerunt, quæ debebant de conſuetudine ſeruari. In eademque Eccleſia certum numerum monetarum quæ in Coronatione Summi Pontificis conſueuerunt Cardinalibus dari, receperunt: & deinde Pontificem cum eadem ſolemnitate ad Papale Palatium reduxerunt omnibus Cardinalibus ſecum prandentibus, vt eſt moris. Et poſt hæc dicti Cardinales in Conſiſtoriis & ſingulis Conciliis, vbi facta Imperarorum, Regum & Principum ſunt tractata, promotiones Archiepiſcoporum & Epiſcoporum & aliorum Prælatorum, factæ ab eodem Domino noſtro pro eorum conſanguineis Capellanis & familiaribus Archidiaconatus & Dignitates petierunt, & Beneficia obtinuerunt, nec in hoc poſſunt aſſerere metum. Et inter cæteros Gebennenſis, qui Petri Sedem velut alius Lucifer nititur occupare, Epiſcopatus plures pro ſuis & petiit & habuit, faciens Epiſcopos ex illis in ſua Capella, in qua moram trahebat, ex Priuilegio ſpeciali Domini noſtri particulariter conſecrari. Vltra hæc omnia ſecundum morem antiquum Domino noſtro Rotulos pro Beneficiis & gratiis obtinendis pro ipſorum Conſanguineis, Capellanis & familiaribus & amicis ſuis ſecundum placitum ſuum cuilibet dedit. Nec poſſunt in hoc metum aliquem allegare. Et quod plus eſt, *Catholice Princeps*, D. Cardinalis Glandatenſis Epiſcopatum Oſtienſem qui tunc vacabat, à Domino noſtro petiit, & ſeruatis omnibus ſolemnitatibus Dominus noſter ipſum conceſſit eidem. Poſt quam cõceſſionem ex Commiſſione ſua Epiſcopos & Archiepiſcopos conſecrauit, Abbates benedixit, Ordines fecit, Diaconos, Subdiaconos, Preſbyteroſque faciendo, tanquam verus Epiſcopus Oſtienſis, & tandem ad ſuam Eccleſiam Oſtienſem acceſſit, ibique pueros confirmauit & cætera Epiſcopalia exercuit, & reditus ſui Epiſcopatus pro cenſu annuo adfirmauit. Ad majorem autem affirmationem prædictorum D. Ambianenſis qui Nuncius Apoſtolicus in Tuſcia morabatur, ad Vrbem poſt dicta tempora venit; & Dominum noſtrum Rom. Pontificem in publico Conſiſtorio adorauit tanquam verum Vicarium I. Chriſti & eidem vt vero Pontifici reuerentiam fecit.

Superuenerunt demum, Excellentiſſime Princeps, calores æſtiui, & ſub primo calore Cardinales à Domino noſtro licentiam eundi Anagniam petierunt, vbi reſidentia Curiæ pro æſtiuo tempore per ſuum prædeceſſorem fuerat ordinata, quam eis liberè & bona fide conceſſit, & ſic cum eius verbo receſſerunt ab Vrbe. Ipſis autem exiſtentibus in Anagnia ſæpè Domino noſtro tanquam Vicario Chriſti litteras reſcripſerunt, & ab eo Beneficia & Dignitates plurimas petierunt, & de aliquibus obtinuerunt petita. Demum inimicus humanæ naturæ qui nunquam ceſſat in agro Domini zizania ſeminare, eos in reprobum ſenſum duxit, & contra ipſorum factum proprium cœperunt in diſputationem reuoluere de Pontificatu Domini noſtri, & ad tantam deuenerunt inſaniam, quod per eorum patentes litteras proruperunt Dominum noſtrum non eſſe verum Pontificem, ſed intruſum; & ſubſequenter creſcentes inſaniâ ad Electionem Antipapæ, imò potius Antichriſti damnabiliter proceſſerunt, & Gebennenſem quondam Cardinalem in Antipapali imò Luciferi ſede tenent intruſum.

Iſta eſt facti veritas, Dux Excelſe, quæ omni veritate vallatur, quam ſi velitis inquirere, inuenietis, vt præfertur, eſſe ſine vnius apicis vel iota diminutione quaquam. Nunc igitur, Generoſiſſime Princeps, notum eſt vobis quare Petri Nauicula fluctibus expoſita eſt in mari per Nautas illos, qui eam ſtabilem in portu quietis tenere debebant, hoc agentes in Chriſti Redemptoris inju-

riam, Petri Piſcatoris offenſam, & totius Chriſtiani populi contumeliam grauiſſimam & iacturam. Non ergo non ſanguis, non parentela, non aliqua particularis affectio veſtram Celſitudinem tardent; quinimo ardentiſſima fides & deuotio veſtra Chriſtianiſſima ſurgant omni tardirate remota ad ſanctam Dei Eccleſiam ſuſtinendam & veriſſimum Dominum noſtrum ſummum Pontificem à cunctis conatibus impiorum veſtro fortiſſimo brachio defenſandum, & tanti ſceleris parratores, ne virus eorum Catholicum Gregem inficiat, ad exemplum cunctorum pœnâ debitâ caſtigandum; qui ideo ad hanc deuenerunt inſaniam, quia ſanctiſſimus D. noſter præfatus erga eos bono & ſancto zelo potius pro quorumdam correctione vitiorum alloqui eos cœpit, vt ſanctè & honeſtè viuerent, vt exemplum virtuoſum alijs præberent: quod cum nullâ patientiâ eorum animus potuit tolerare: & ſic ſanctiſſimus D. noſter pro verbo veritatis ab eis perſecutionem patitur, quæ tamen actore Deo in eorum capita reuertetur. Concludendo igitur ex omnibus Celſitudini veſtræ, Dux Chriſtianiſſime, ſupplico quatenus Dei Iuſtitiæ, honoris ac perpetuæ famæ veſtræ intuitu dignemini iuxta poſſe tanto Schiſmati obuiare & hanc veritatem per me ſcriptam inueſtigare, & pro viribus facere quod ſacroſancta Mater Eccleſia libera maneat & qnieta cum ſanctiſſimo Domino noſtro præfato Vicario Ieſu Chriſti, aurea quondam ſecula reuertantur, ne prædicta nefariorum opprobria & ſpiritualiter & temporaliter tanrùm ignominioſa fidei noſtræ perdurent, quæ tractu temporis poſſent, quod abſit, inexcogitabilia diſpendia parere cuncto Populo Chriſtiano & potiſſimè Regibus, Ducibus & cunctis Principibus Orthodoxis, quos ſemper oportet ſuo ſanguine proprio tutores eſſe & pugiles fidei Chriſtianæ.

» Hanc autem veritatem, Inclyte Domine, recolendæ memoriæ Dominus
» S. Petri, dum adhuc in humanis ad finem poſitus in extremis ageret, toti mun-
» do notam & clariſſimam fecit per publica Inſtrumenta, de quo non eſt veri-
» ſimile quod tam ſanctæ famæ tamque Catholicus vir & Dominus æuo pleniſſi-
» mus, immemor fuerit ſalutis æternæ, præſertim in tanto negotio, vbi pericu-
» lum vertebatur omnium animarum, & ideo hanc eſſe puriſſimam veritatem
» nullus debet Catholicus dubitare. Cæterum, Illuſtris Domine, noueritis me de
» mandato D. noſtri præfati greſſus meos dirigere verſus Cæſaream Majeſtatem
» reſcripturus exinde Magnificentiæ veſtræ quæcunque cognouero reſcribenda,
» eidem me intimè recommendans, quam feliciter conſeruare dignetur Altiſſimus
» iuxta vota. Datum Venetijs die 15. menſis Decemb. primæ Indictionis.

His addamus Anglorum reſponſum ad Cardinales Clementis Electores. Anglia enim habito Concilio & aduocatis ad illud Oxonienſis Academiæ Magiſtris Vrbani cauſam amplexa ad ipſos Cardinales acerbiſſimè reſcripſit, vt legitur apud Walſingbamum.

LITTERÆ ANGLORVM AD CARDINALES SCHISMATICOS SEV CLEMENTINOS.

» Vniuerſi Chriſti fideles ſuo ſacroſancto Charactere inſigniti ſuper firmam
» Petram fidei ſic fundati, vt manu tenente Domino & noſtræ S. fidei irrigante ra-
» dicem, nullo turbine hæreticæ aut ſchiſmaticæ perſuaſionis extirpari poterimus
» aut euerti, Ioanni Epiſcopo Præneſtino, Guillelmo titulo S. Stephani in Celio
» monte, &c. non prout nobis ſcribitis, miſeratione diuina S. Rom. Eccleſiæ
» Cardinalibus, imò ſuper vos maledictione fulminante Lupis rapaciſſimis to-
» tius Gregis Chriſti inuaſoribus, ac vulpibus callidiſſimis vineam Domini Sab-
» baoth cupientibus demoliri, non ſalutem, ſed languorem, non gaudium, ſed
» mœrorem & in diu ſicut diploïde confuſione veſtrâ. Tenor inſipidus litera-
» rum veſtrarum, quas inſtigante Diabolo per omnes ſingulas Chriſtianitatis
» Prouincias temerè deſtinaſtis, corda & intima quæque noſtra ſauciauit, non in
» fidei noſtræ læſione, ſed piâ cordis compaſſione de tam horrendo ſcandalo in
» Eccleſia ſancta Dei nouiter ſuſcitato, veruntamen væ vobis per quos ſcanda-
» lum venit. Nam pallida facta eſt Matris Eccleſiæ facies, pallore nempe turba-
» tionis immenſæ, & ex errore ſcelerum veſtrorum à ſeculis inaudito, qui puta-
» bamini eſſe legis æmulatores, ſed eſtis ſacrilegi, rubor verecundiæ interdum
» conſpergitur, dum ex veſtris actibus ſcandaloſis fines totius Chriſtianitatis
» vruntur. O veſtra deteſtabilis & infelix ambitio, qui tunicam Domini incon-
» ſutilem, quam ſors beata veſtræ diſpoſitioni non annuit, ſcindere nititur &

partiri quæ diuiſionem non patitur, ſed congaudet potius vnitati: ſerui nequam ex ore veſtro iudicandi modum Electionis ſummi Pontificis nuper celebratæ Nobis per literas veſtras declaraſtis, dicentes, *quod Conclaue veſtrum vallauit armatorum indomita multitudo, minas vobis facientes terribiles & lethales, niſi eligeretis Italicum vel Romanum, nullam tamen certam vobis limitando perſonam, ad quam compellerent eligendam.* Manifeſtum eſt igitur quod perſonam quam vos concediris elegiſſe liberè & non coactè, & ſic quantum ad perſonam à vobis tunc electam tenemus firmiter & tenebimus ipſam electionem eſſe & fuiſſe ritè & canonicè celebratam, & ipſo electo, inttonizato & coronato tanquam ſacroſanctæ Eccleſiæ vero Capiti & Petri ſucceſſori & in terris Chriſti Vicario fideliter adhæremus, & ipſius monitionibus, & dictis & factis, vt viri fideles & Catholici humiliter promittimus obedire, veſtram pernicioſam rebellionem & ſacrilegam atque hæteticam contumaciam in exemplum damnabile non trahentes. Deteſtamur inſuper veſtram vecordiam, qui cum in acie Eccleſiæ ſitis conſtituti, velut pugiles & propugnatores orthodoxæ fidei & Eccleſiæ libertatis Capellos in Capitibus rubeos comportantes, ob ſignum ſtrenuitatis & audaciæ, quod intrepidè vſque ad mortem certare pro iuſtitia deberetis, quomodo metus mortis vos inuaſit & vicit, vt perire Iuſtitiam ſineretis? quomodo qui vos Eccleſiæ columnas nominatis, facti eſtis & infirmi & debiles, vt ſuſtinere non poſſetis tectum quin rueret? Numquid affuit ibi Samſon qui longè prius obierat? Sed dicetis fortaſſe ad excuſationes in peccatis, quod Petrus petra fidei, & poſt Petrum Chriſtum primum Eccleſiæ fundamentum ad vocem ancillæ oſtiariæ expaueſcens ipſum Chriſtum deteſtando & iurando negauit. Cuius infirmitatis vos eſtis participes & ſequaces, Genimina viperarum, callidi ſerpentes veneno nutriti, ſi amaram guſtatis herbam, guſtate ſimiliter dulcem & ſuauem. Et poſt Capitis veſtri damnabilem negationem redite cum Petro ad confeſſionem; verùm verbum hoc ſeminamus ſuper petram, cum veſtra deteſtabilis obſtinatio inde proditoris vos efficiat participes & conſortes, cuius iniquitas reſidet ſuper talentum plumbi. Cæterum non exiſtimet veſtra ſtulta cæcitas & cæca ſtultitia, quod illa verba, quæ interdum in veſtris literis videntur ſapere pietatem & zelum domus Dei, nos commoueant vel quicquam vobiſcum conſentiendo perſuadeant. Satis & luculenter perpendimus, quod ipſa verba Phariſæorum fermento condiuntur, à quo in Euangelio Chriſtus ſuos cauere præcepit; locum ergo quem elegiſtis veſtris perpetrandis ſceleribus idoneum vobis nominatis, oſtendentes clarè vos verum caput Eccleſiæ reliquiſſe, & effectos membra Diaboli in deſertum abijſſe cum Iuda proditore, vbi voſmetipſos eſtis laqueo ſuſpenſuri, vt de vobis verificetur id Propheticum, fiat habitatio eorum deſerta, & in habitaculis eorum non ſit qui inhabitet. Et iterum de ſingulis veſtrum dictum eſt, fiant dies eius pauci, Epiſcopatum eius accipiat alter. Præterea Comitis Fundorum, claram famam veſtris commendationibus in toto Chriſticola populo denigratis, cum dicat Poëta, idem eſt laudari à turpibus & ob turpia. Animaduerte igitur Fundorum Comes, quod per quamplures Chriſtianorum fines eras incognitus, & eò infelicius præſertim cum iam tibi non nomen, ſed ignominiam perquiris, inimicos Chriſti & vnitatis Eccleſiæ diuiſores, ac pacis & tranquillitatis totius Chriſtianitatis turbatores inuitando, eos in ipſorum deteſtabili perfidia confouendo, vt etiam contra Chriſtum & populum Catholicum ædificaſſe videaris azylum. Exurge ergo ô Comes & mures de pera proijcias, de tabernaculo tuo fuga ſerpentes, & carbones ſulphureos à ſinu tuo excute, ne flamma inextinguibili te exurant, & Dei gratiam & benedictionem totius populi Chriſtiani, gloriam mundi & commendationem adipiſceris, & diuinam mereberis effugere vltionem. Datum, &c.

Extat quoque in Codice MS. Herouuallij Tractatus M. Vbaldi pro Canonica Electione Bartholomæi, his verbis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. *Domine Deus qui illuminas omnem hominem*, &c.

Ex aduerſo editi quoque ſunt varij Tractatus miſſæque Relationes plurimæ contra electionem Vrbani & ad confirmationem electionis Clementis. Imprimis verò Carolus noſter Flandrenſem Comitem rei geſtæ ſeriem veritatemque

edoceri curauit. Extant in hanc rem duæ Expoſitiones ex MS. Gemmeticenſi, quarum copiam mihi fecit Bonauentura Bauduiſius Cœleſtinus Pariſienſis. Prior eſt huiuſmodi.

Expoſitio Miſſi Regij ad Comitem Flandrum facta.

MOriente Papa Gregorio Romæ Banderenſes Rectorque populi Rom. in Eccleſia Hoſpitali S. Spiritus de vrbe præſentibus bene 7000. Romanis iurauerunt DD. Cardinalibus, quod permitterent eos liberè Papam eligere ſine omni violentia. Papa mortuo in illis 9. diebus quibus exequias celebrarunt.

Item idem iurauerunt. Cardinales confidentes in ijs iuramentis intrauerunt Conclaue in Palatio S. Petri: ante tamen ingreſſum Romani expulerunt nobiles ſub maxima pœna timentes quod ſuccurrerent Cardinalibus & introduxerunt in vrbe bene ſex millia Sicariorum, Ribaldorum de Montanis & Cardinalibus incluſis intrauerunt illa nocte Conclaue contra morem bene Capita Regionum vſque ad 30. vel 40. homines & comminati ſunt Cardinalibus dicendo quod Populus Rom. erat ſic commotus, quod ipſi Cardinales non poterant euadere damnum mortis irreparabile, niſi eligerent ad eorum voluntatem, Romanum vel Italicum de quo eſſent certi quod omnino teneret Curiam Romæ. Quibus cum Cardinales dicerent verba generalia quod facerent bene, &c. dicebant Romani, *Loquimini clarè, aliàs vos eſtis perditi, &c.* Maxima pars Cardinalium volebat vnum de Ducatu Aquitaniæ per quem ſperabatur pacem fieri inter Reges.

De mane cum dicerent Miſſam S. Spiritus, ſubito cum clamore moriantur, minantur *Romano lo vogliemo.* Bene ad ſonum Campanæ ad martellum hoſtiliter tam in Campanali S. Petri quàm in Capitolio crepauerunt muros bene in quinque locis, comminando Cardinales de morte niſi ſtatim eligerent, qui timore mortis nominauerunt B. ſiue Turzillum illum Archiepiſcopum Barrenſem qui fecerat ſe Ciuem Rom. & multum erat Banderenſibus de vrbe recommendatus. Cardinalis autem Hoſtienſis dixit modicum antequam intraret conclaue coram pluribus teſtibus, quod non intendebat eligere Italicum de extra Collegium, niſi timore mortis, quod ſi faceret, nolebat ſibi prodeſſe vocem ſuam, & de hoc fecit fieri publicum Inſtrumentum. D. de Vrſinis Cardinalis Romanus nunquam nominauit eum aſſerendo quod faciebat Antipapam non Papam. Ad idem Cardinales S. Angeli & de Britannia, etiam nullus niſi timore mortis Deo teſte, ſicut ipſi aſſerebant omnes. Ipſe nominatus ſic popularem tumultum metu mortis per impreſſionem notoriam & publicam fecit ſe coronari in die Paſchæ timens ſi prorogaretur, ſacram communionem Populi cum ſuis diſcurſibus impediendo. Demum Cardinales videntes periculum animarum & Schiſmatis dicebant inter ſe ſecretè, *Iſte non eſt Papa.* Si dicatur publicè, nos & omnes Vltramontani per iſtos Romanos interficiemur, & habebunt quidquid volunt. Prouerbium enim eorum vnum erat quotidie *Corpo di Dio vecidiamo queſti Cardinali haueremo Papa quale lo Vogliemo & delli danari aſſi.* Dicebant enim Domini, dimittamus eum facere quidquid vult & cum erimus in Anagnia Ciuitate noſtra fideli, reeligemus eum cum Electione libera & omnia facta per eum Apoſtolica autoritate confirmabuntur: ſi tamen ſe habeat bene; ſed ipſe ſe peſſimè babuit. Erectus eſt enim in infinitam ſuperbiam & loquacitatem. Iactabat ſe de proſtrando Reges, Regna, quare Cardinales receſſerunt de vrbe & conuenerunt in Anagnia modò tres, modò duo, modò vnus, & non reelegerunt eum, ſed potius non eſſe *Papam* declarauerunt, quando habuerunt D. Bernardum de Sala & alios Vaſcones & Britones cum quibus poſſent ſe tueri. Et hoc propter rationes multas, quarum ponuntur 4. 1. cum D. Ægidius Sancij ſuper vero ſtatu Regis Angliæ quomodo ad Eccleſiam Tractator retuliſſet coram dicto Intruſo & Cardinalibus, quod eximiæ memoriæ D. Eduardus Rex Angliæ auus Regis hodierni arrogabat ſe ad duos annos in conferendo omnia Beneficia vacantia *in Regalia*, & quod ex tunc non prouideret nec præſentaret omnibus Cardinalibus gaudentibus, Barth. iſte intruſus dicit quod Rex Angliæ cum fautoribus ſuis erant hæretici ex eo quod impediebant Papam in libera Collatione Beneficiorum, ſiue in Regalia, ſiue extra.

Tunc Cardinalis Hoſtienſis frater Iunior qui paulo ante ſub Themate *Rex es Tu* in Anagnia in ſermone publico coram Papa Gregorio & ipſum Regem Eduardum præſente tota Curia teſtibus bene 50. Anglicis quorum plures ſunt in Anglia in infinitum commendante & maximè de zelo & Eccleſiæ contradicente eidem intruſo aſſerens, quod Reges Angliæ erant & fuerant ſummè Catholici & fideles. Et bene apparebat in dotatione Eccleſiarum, in auditione Miſſarum. Idem ſtatim dicit Cardinalis Mediolanens. Idem Cardinalis S. Euſtachij & breuiter omnes Cardinales, quibus omnibus contradixit aſſerens Anglicos eſſe prauos hæreticos in collatione ſeu præſentatione prædictis, & quod pro certo ipſe non ſuſtineret. Et certè Papa verus Clemens VII. tunc Cardinalis Gebennenſis dixit dictum Intruſum fatuum & ſtultum & Reges Angliæ Catholicos & fideles & ita Cardinales omnes nullo excepto. Et credant DD. Anglici ſi dictus Intruſus remanſiſſet Papa per veram electionem, quod hodie Regnum eſſet interdictum & per eum tribulatum contra omnium Cardinalium voluntatem. Et iſtud eſt verum ſicut Deus eſt verus.

2. Eius ſtultitia fuit cauſa, quod Magiſter Hoſpitalis cum ſua militia fuerunt victi & pro magna parte occiſi, qui detinuit Romæ Ambaſſiatores Hoſpitalis & reuocauit quidquid Papa Gregorius ordinauerat de omnium fratrum conſilio, nullo penitus diſcrepante.

3. Regina Siciliæ Domina ſua Naturalis cum ipſe ſit de Neapoli, petijt prorogationem & terminum ſolutionis pecuniæ tributi ſaltem per duos menſes, cuius pecuniæ medietas pertinuit ad Cardinales, omnibus volentibus quod terminus ſoluendi prorogaretur, iſte Intruſus excommunicabat eam ſine miſericordia dicens quod faceret eam Monacham & daret Regnum ſuum filio Regis Franciæ, cum filia Regis Hungariæ eius ſponſa futura, & ſic lucraretur hos duos Reges, & per Regem Franciæ haberet auunculum ſuum Imperatorem; Et ſic proſtraret Cardinales vltramontanos. Et de alijs Principibus & Regibus habitis his tribus & Rom. populo parum curaret.

4. Pacem factam inter Eccleſiam & Romanos ex vna parte & Præfectum vrbis ex alia in quam conſentiebant omnes Cardinales penitus reuocauit, de capite ſuo depilato, cum tamen eſſet honorabilis Eccleſiæ & Romanis, ex qua reuocatione iniuriæ, deprædationes & mortes ſunt ſecutæ, maximè in portu Ciuitatis veteris quam tenebant Gentes Præfecti.

5. Pacta facta cum Florentinis ſuper infinitis & nefandis Eccleſiæ iniurijs illatis, pro quibus in emendam volebant ſoluere nongenta millia Florenorum ad reparandum damna data, totum reuocauit diffamando mendaciter Cardinales dicens, Iſti vltramontani volunt implere Burſas ſuas de pecunijs noſtris cum de hac pecunia ſi fuiſſet ſoluta, DD. Cardinales non fuiſſent.

6. Perſequebatur iniquè & ſine cauſa non ſolum Dominam Reginam Dominam ſuum naturalem, ſed etiam Principes excellentes Regni, omnes proſtrare volens, ſcilicet Comitem Fundanum, Comitem Carſete, Comitem Camarium Ducem Duratij. D. M. de Neapoli Præfectum vrbis, D. Iordanum de Maruili qui eſt magnus homo ditior & potentior vrbis, quos habet vſque hodie maximos inimicos. Prouerbium vulgare ibi eſt, *Qui fade ſa fenna dona, & de ſon varlet ſenhor non po viuere ſen deshonor.* Ipſe erat famulus & ſeruitor Cardinalis & ſubiectus tripliciter D. Reginæ Neapolitanæ; & eleuatus ſtatim fuit dementitus. Et fuit extra ſe ipſum, aſſeruit etiam falſa multa.

Et primum fuit quod manſio Papæ in vrbe facit eum ſanctum dans exemplum, quod Vrbanus & Gregorius qui fuerunt Romæ, ſancti ſunt, alij non. Et tamen Ioannes XII. Silueſter II. Benedictus VII. fuerunt Romæ & non fuerunt ſancti; ſi autem intelligat de ſanctitate dignitatis, ita eſt ſanctus, hoc modo Regij & Eugubij ſicut Romæ, & S. Petrus ita ſanctus dignitate Antiochiæ ſicut Romæ.

2. Quod ſedes B. Petri eſt immutabilis Romæ, quod eſt falſum, ſi nunc iuſtificetur Propheticæ Min. 24. quod Roma quæ vaſtauit Hebræos, etiam periret, non tamen propter hoc periret Apoſtolica Sedes.

3. Quod nullus intrat per oſtium in Ouile Chriſti niſi habeat 13. conditiones, quas ponit Apoſtolus ad Titum & Timotheum. *Oportet Epiſcopum eſſe irrepre-*

henſibilem, &c. Et ſic Petrus non intrauit per oſtium cum in veritate eſſet reprehenſibilis teſte Paulo ad Galat. 2. imò nullus intraret hoc modo per oſtium; omnes enim peccatores, ideo reprehenſibiles ſumus.

4. Cum Quidam Florentinus præſentibus bene 5000 perſonarum diceret ſibi in harengua quod Eccleſia quæ multis annis Paſtore fuerat viduata propter defectum Papæ Italici, nunc in eo erat Paſtoris ſolatio conſolata. Iſte Intruſus multum applauſit huic dicto: quare Petrus Galilæus, Sixtus & Anicetus de Græcia, Benedictus, Damaſus de Hiſpania non fuerunt Eccleſiæ veri ſponſi & plures alij qui non fuerunt Italici; quod eſt blaſphema.

5. Cum in feſto Aſcenſionis prædicaret Quidam Magiſter in Theologia de ordine Seruitarum B. Mariæ, & diceret Corpus Chriſti olim corruptibile, vt pote compoſitum ex 4. elementis, nunc glorificatum in cœlis non corruptibile, ſtatim rumpens ſermonem coëgit eum reuocare tanquam erroneum contra ſcripturam dicentem, non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, neſciens diſtinguere inter corruptibile & corrumpendum de facto, tantæ enim loquacitatis erat quod nunquam ſermonem audire poterat, quin immiſceret alia verba: quod nunquam de alio Pontifice viſum fuit.

Cum igitur fuiſſet Anagniæ declaratum non eſſe Papam, ipſe in Ciuitate Tiburtina quæ ſubeſt Romanis ab omnibus Cardinalibus & Romanis derelictus de proprio capite ſine omni Conſilio Cardinalium quia nullum habebat, fecit 29. Anticardinales ſeu Antichriſtos, quorum plures, imo in maiori parte renuerunt. O bone Deus quare per eum decepti non legunt Capita Decretal. 23. di. in nomine Domini 79 D. ſi quis pecunia. Et dicant qui viderunt ſi fuit ibi popularis & militaris tumultus, imò dictum Ariſtotelis 3. Ethic. quod quid fuit timore mortis factum vt puta projectio mercium in mari, licet partim fuit voluntaria, partim inuoluntaria, nullus tamen ſimpliciter eligit talia; Electio enim eſt libera, potiſſimè Papæ, aliter non ſortitur effectum.

Quod dicunt aliqui quod Cardinales citius debuerint ſe permittere interfici quàm diſſimulationes illas facere Romæ, non dicunt bene quod Ius Canonicum mortem ſi videatur iniuſtè inferri Cardinalibus, permittit talem Electionem fieri, ſi ita dici debeat, vt ſic mortem euadant, & tandem dicit eam nullam eſſe. Certè niſi fuiſſet ſimulatio illa, Cardinales & omnes Vltramontani fuiſſent interfecti. Et ſic Romani deſcriptiper Bernardum l. 4. de Conſider. ad Eugenium Papam, habuiſſent Papam quem vellent & reportaſſent de malicia ſua lucrum. Eſt ergo ſciendum quod vbi Intruſus fuit nominatus in grandi diſcordia tam populari tumultu mortiſque timore, & ſtatim quando Cardinalis Florentinus dicit ſibi quod Domini nominabant eum in Papam, ſtatim ſine omni humilitate dicit, *Ego conſentio, Ego conſentio*, bis ſicut ambitioſus, qui potius debuit diſſentire viſâ impreſſione & coactione, ſed è contra D. Cardinalis Gebennenſis præſentibus omnibus Cardinalibus in Ciuitate Fundorum, præſentibus ſiquidem omnibus Cardinalibus Italicis & alijs nullo deficiente, niſi Domino S. Petri infirmo ea infirmitate magna quâ & mortuus eſt, qui videns ſe ſic electum ſecundum Canonicas ſanctiones renuit toto poſſe, allegans ſe defectuoſum, imperitum & inſufficientem cum maximâ humilitate, ita quod præſentes prouocabat ad fletum, & omnibus mouentibus coactus conſenſit, qui ſicut eſt genere nobilis, ita moribus maturus & tacitus, deuotus & honeſtus & prouidens. Alter ſtultus & porcus vocatus, vocatur in Italia fatuus, ſuperbus & loquax, qui non facit niſi loqui.

Quod autem dicunt aliqui, quod Cardinales ſcripſerunt aliqnibus Principibus ipſum eſſe Papam, hoc nunquam ſcripſit Collegium, ſed aliqui forſan in particulari, ſperantes ipſum bene agere, vt reeligeretur Canonicè Anagniæ, ſed poſtea non fuit electus, & ſic non fuit nec eſt verus Papa propterea, propter illam ſcripturam quam ipſe Antipapa faciebat fieri, veritas non mutatur. De litteris autem vbi eſt datum Romæ, non curetur quod timore mortis, &c. ſi verò eſt datum Anagniæ, illæ ſunt veræ, quia tunc Domini erant in libertate & extra timorem peſſimi populi Romani & crudelis. Explicit.

Poſterior Expoſitio in eodem Codice & in Cod. Bibliothecæ S. Germani Pratenſis ſequitur hoc modo.

Tradita

Digitized by Google

Tradita Comiti Flandriæ & eius Conſilio per D. Ioannem Fabri Abbatem S. Vedaſti miſſum ex parte Regis Franciæ.

CAuſæ Miſſionis Regiæ pet Nuncios ſolennes ad Principes ſeculares pro materia tangente D. Clementem VII. & eius aduerſarium Bartholom. quondam Archiepiſcopum Barrenſem, ſunt tres in effectu.

1. Eſt vtilitas fidei Catholicæ vniuerſalis Eccleſiæ & ſpecialiter Eccleſiæ Gallicanæ quæ veriſimiliter prouenire ſperatur ex reductione Schiſmatis ad vnitatem; quæ reductio poteſt contingere per bonam concordiam Principum ſecularium.

2. Vitatio inconuenientium ex duratione Schiſmatis prouenientium, quibus occurri poteſt per concordiam Principum.

3. Peculiaris amicitia & confidentia ſingularis quam Rex habet ad eos ratione generis, probitatis, ex parte confœderationis alligatæ.

Secundus Articulus eſt de narratione facti, quomodo Papa Gregorio XI. mortuo Romani coëgerint DD. Cardinales nominare in Papam Italicum vel Romanum, ex qua violentia & impreſſione nominatio Barthol. tunc Barrenſis Archiepiſcopi proceſſit, prout teſtimonialis aſſertio DD. Cardinalium de data 2. diei Aug. plenius continet: de qua impreſſione per famam plurium de Roma redeuntium facta fuit D. Regi fides. Demum per P. de Chaſtiauvillain Seruientem armorum de menſe Maij demum circa initium Iunij per D. quatuor ſuos Secretarios & per 4. famulos 3. Cardinalium fuit Rex adidem informatus voce tenus per litteras Cardinalium quorundam credentiæ ſibi miſſas remiſitque D. Rex alterum illorum Secretariorum ad DD. Cardinales, vt per eos poſſet plenius de veritate præfatæ impreſſionis informari. Eodem menſe Iunij venerunt ad Regem ex parte dicti Barrenſis alij duo Nuncij, vnus miles Neapolitanus & vnus Armiger de Regno Franciæ oriundus Bullas ex parte dicti Barrenſis, & litteras ex parte dicti Collegij ſigillatas duobus tantum ſigillis præſentantes, quibus receptis reſpondit D. Rex Nuncijs quod dubitabat per aliqua quæ audierat, ne promotio dicti Bartholomæi foret iniuſta & minus Canonica, ſed in breui ſperabat plenius informari, & ideo fecit eos exſpectare. Sed ad partem dictum Scutiferum examinauit qui ſibi confeſſus eſt impreſſionem de qua prius in rei veritate factam fuiſſe, licet Dominum ſuum quod de ea eſſet inculpabilis, niteretur excuſare. Subſequenter circa menſis Iulij initium venit Quidam Magiſter in Artibus Baccal. in Theologia M. Ioannes de Guignecourt afferens litteras credentiæ DD. Cardinalium Citramontanorum numero 13. & ſigneris ſigillatas, qui virtute credentiæ D. Regem vt prius de prætacta impreſſione informauit & de diſcuſſione quam fecerunt DD. Cardinales cum optimis Clericis & de concluſione quâ concluſerant nominationem Barrenſis illius fuiſſe violentam & impreſſiuam, nullumque ius ei tribuiſſe in Papatu. Et hanc Concluſionem appprobant DD. Cardinales in Auignione commorantes, prout D. Regi ſcripſerunt. Et poſtmodum circa medium menſis Auguſti applicuerunt penes Regem duo ſolennes Nuncij D. S. Epiſcopus Famaguſtanus & M. N. de S. Saturnino Magiſter ſacri Palatij pro parte DD. Cardinalium deſtinati qui D. Regem informauerunt de prædicta impreſſione, nam Romæ præſentes erant quando credebant DD. Cardinales vltramontani Papam eligere. Attulerunt etiam litteras credentiæ DD. Cardinalium tam exiſtentium vltra quàm citra montes, quarum virtute cum inſtantia magna D. Regem requirebant quod parti DD. Cardinalium contra præfatum Barrenſem vellet adhærere & ſe ſuper hoc declarare, Cardinales autem in Auignione degentes tum in tantum proceſſerant, quod fecerant ibidem præconiſari quod nullus auderet ibi tenere dictum Barrenſem pro Papa, Tabellionibus interdixerunt ne in ſcriptis ſuis illius Pontificatum annotarent, & eius arma quæ cum cum clauibus in Auinione fuerant depicta, fecerunt abradi. Poſt quæ D. Rex fuit per dictos Nuncios ad partem informatus & quod DD. Cardinalibus adhæreret, requiſitus, volens in hoc negotio maturê procedere, conuocauit multitudinem Prælatotum & magnorum Clericorum ſui Regni ad octauam

diem menſis Septembris, coram quibus exponi fecit ſeriatim quæ per præfatos Nuncios ei fuerant explicata, necnon informationes quas ſuper hoc facto habuerat, de quibus præmiſſum eſt, requiſiuitque dictos Prælatos & Clericos quod in hac materia ſibi conſilium darent quid eſſet acturus & quid dictis Nuncijs DD. Cardinalium reſponſurus. Poſt longam diſcuſſionem & inter conuocatos diſceptationem, licet maior & ſanior pars vocatorum reneret DD. Cardinales partem ſuſtinere potiorem de iure, tamen quia DD. Cardinales D. Regi ſignificauerant ſe quoſdam proceſſus patentes facturos & D. Regi miſſuros, quos Rex nondum receperat. Et ne in tanto negotio nimis videretur feſtinare, datum fuit D. noſtro Regi conſilium quod pro tunc ſe non determinaret, ſed adhuc differret ſe determinare. Et ſic fuit præfatis Nuncijs DD. Cardinalium pro parte D. Regis præſentis publicè per os D. Abbatis S. Vedaſti Doctoris Decretorum in Camera magna Palatij reſponſum.

Tandem circa menſem Octobris reuerſus eſt ad Dominum noſtrum Regem Secretarius ſuus quem prius remiſerat ad DD. Cardinales afferens 3. Litteras patentes in forma publica redactas ſigillis DD. Cardinalium ſigillatas, & in vna earum erant ſubſcriptiones manuales DD. Cardinalium qui fuerant in Conclaui Romæ tempore impreſſionis ſæpius memoratæ. Quibus ſcripturis per Regem receptis, licet prout per DD. Cardinales fuerat requiſitus, eas permitteret publicari, tamen adhuc diſtulit ſe determinare ſeu declarare.

Finaliter circa menſem Nouembris habuit noua Dominus noſter Rex per certum Nuncium bene ſibi familiarem & notum, quod DD. Cardinales vltra montes exiſtentes tam non Italici quàm Italici numer 16. in Ciuitate Fundorum ad quam ſe retraxerant pro loco tutiori, concorditer elegerant in Papam D. tunc Gebennenſem Cardinalem, cujus Electioni Cardinales 6. in Auenione exiſtentes tunc conſenſerunt, prout de his per Litteras & Nuncios Dominus Rex extitit certificatus. Voluitque idem D. Gebennenſis Electus Clemens nuncupari, miſitque Litteras ſua manuſcriptas D. Regi noſtro de ſua promotione cui per Litteras ſuas DD. Cardinales teſtimonium perhibuerunt. His nouis auditis fuit D. Rex per Nuncios DD. Cardinalium, quia adhuc erant Pariſius cum inſtantia requiſitus quod vellet ſe declarare, & allegabant fortiter quod non debebat amplius differre. Tunc Rex conuocauit Prælatos & Clericos, Conſiliarios ſuos & alios Nobiles Pariſius exiſtentes pro tunc, & in magno numero qui ad eum accederent apud nemus Vincennarum, quos ibi congregatos ſigillatim adjurauit quod omni fauore poſtpoſito ſibi conſuleretur quid in hac materia eſſet acturus: qui omnes & ſinguli dederunt Regi conſilium quod ſe declararet & determinaret ad partem D. Papæ Clementis VII. cuius promotionem Canonicam reputabant, & contra dictum Barrenſem, cuius nominatio fuerat violenta & impreſſiua, & quod nullum ei ius tribuerat in Papatu, & quod amplius non differret ſe declarare. Igitur poſt tot informationes iteratas, poſt tot habita Conſilia & multò plura quàm ſcripſimus, Dominus noſter Rex 16. die menſis Nouemb. determinauit ſtare pro parte D. Papæ Clementis, quam tenet per ea quæ in Conſiliis multis inuenit fore juri & rationi conſonam. Et hæc de 2. art.

Sub 3. art. poſui media aliqua quæ Conſilium Regis ad ſe determinandum nouerunt eo modo quo ſuperius eſt expreſſum. 1. Electio debet eſſe pura & libera C. 11. de Elect. lib. 6. & ex libero conſenſu Eligentium & electi, quod denotat verbum Electionis per Cardin. in Replica facit bene. C. vbi maius. §. cæterum de Elect. l. 6. adeo quod ſi in Electione interueniat violentia, ipſo iure nulla eſt Electio. C. bonæ Magn. de Electi. ſed nominatio Barrenſis per violentiam ac impreſſionem proceſſit vt narrat factum verum. Ergo nulla fuit ipſo iure.

2. Non valet Electio facta ad populi intercеſſionem de Elect. Et nulla eſt illa quæ fit per ſecularis poteſtatis abuſum eod. tit. quiſquis. cuiuſmodi fuit Electio huius Barrenſis, non ad interceſſionem duntaxat, ſed per impreſſionem & violentiam Capitaneorum & populi facta.

3. Matrimonium carnale per violentiam & metum contractum, nullum eſt

C. cum locum de ſponſa. Igitur nec Electio quæ eſt ſpirituale Matrimonium. C. fin. vbi æquiparatur. De Tranſ. Ep.

4. Barrenſis non habuit concordiam Cardinalium in ſua promotione obſtante metu & violentia. Igitur non Apoſtolicus ſed Apoſtaticus. per cap. 1. tit. 79. d.

5. Barrenſis per ſeditionem & tumultum popularem aſſumptus fuit : igitur non eſt verus Papa tenendus. art. 79. di. ſi quis pecunia.

Ad contraria poſſibilia objici, primum eſt quod Cardinales fatentur ſe eum elegiſſe, igitur habendus eſt pro Papa juxta C. licet de Elect. dico quod non ſimpliciter, ſed per metum fatentur eum elegiſſe : ideo cum eorum confeſſio non ſit in parte reſcindenda & Electio per metum & violentiam facta ſit nulla, nihil eis obeſt. Nam ſi abſolutio per metum extorta nulla eſt ipſo jure cap. 1. q. me. C. lib. 6. fortius & Electio, &c.

2. Objicitur quod Matrimonium carnale nullum ab initio, per ſubſequentem conſenſum confirmatur violentiâ ſic purgatâ per C. ad id. de Sponſa. Igitur & Electio de Barrenſi per coronationem, aſſiſtentiam, receptionem beneficiorum & alios actus conſenſum Cardinalium poſtmodum exprimentes validatur. art. cap. ſolitudinem de ap. cap. ex ore. Gl. fin. ama. p. ea. Dico quod major puritas & exuberans conſenſus requiruntur in matrimonio ſpirituali quàm carnali juxta C. fin. de Condi. appo. cap. 11. de Elect. l. 6. Ideo non validatur Electio nulla per conſenſum ſequentem de Elect. audit. ſic notat per Doct. eod. tit. quod ſicut. vbi loquitur de Electione adnullanda, licet nonnulla ipſo iure facit regula iuris *Quod ab initio, &c.* præterea quandiu Cardinales fuerunt Romæ, ſemper continuum habuerunt metum, ideo nec conſenſum dederunt liberum valid. art. cap. 1. quod oſtenditur ex narratione. Quia poſtquam egreſſi ſunt Roma, ſtatim diſſenſum expreſſum nunciauerunt Barrenſi, & quod deſiſteret à Papatu ſibi multipliciter intimantes, nec etiam per conſenſum eorum Electionem Barrenſis ab initio nullam, validam facere potuiſſent.

3. Objicitur quod DD. Cardinales non potuerunt eſſe Iudices nec teſtes in hac re, quia ſua eſt cauſa propria art. 4. qui in omnibus. q. 4. nullus dicitur, quia cauſa cenſetur vniuerſalis Eccleſiæ, ideo deponere poſſunt art. C. cum nuncius veniens, 5. de teſtibus. præſertim cum hîc agatur de facto ſuo in quo conuenientiſſimum eorum teſtimonium art. cap. 30. de probat. C. cum dilecti. de Elect. 5. pot. vbi ratio facit ad propoſitum, ne quis per aſtutiam aſcendat, &c. dicere autem quod poſſint eſſe Iudices in hac re, non eſſet error C. ſi quis pecunia, quod ſimpliciter loquitur, licet Doctores aliter intelligant. Nec obſtat Clement. de Elect. ne Rom. quia non tollit Cardinalibus Iuriſdictionem tanquam Collegio per ius eis attributam ſed Papalem ſolum. Inſuper Cardinales plus vſi ſunt teſtificatione & publicatione quàm iuridica cognitione.

4. Opponitur contra, quod Cardinales perſeuerantiam conſenſus in Barrenſem per tempus 6. hebdomadarum præſumpta juxta regulam Iuris; qui tacet l. 6. Dico quod non habebant alibi munitiones nec loca retractus, nec audebant in Roma ſignum diſſenſus oſtendere verbo vel facto : ideo propter metum mortis multa fingebant & licitè juxta C. vtilem 22. q. 11. cum, &c.

5. Barrenſis non debuit à poſſeſſione Papatus amoueri, etiamſi jus non habuiſſet Arch. Card. licet de præbend. l. 6. imò debet etiamſi malæ fidei poſſeſſor reſtitui ſpoliatus per Card. in Litteris, &c. Item cum quis de reſtit. ſpoli. Dico quod cum non habuerit Canonicam Inſtitutionem, nec verè poſſeſſor fuerit juxta cap. 1. de Reg. Iuris l. 6. ideo nec poteſt ſe conqueri ſpoliatum juxta Card. conſede. de reſtit. ſpol. aliter dicitur vbi conſtat notoriè de mala fide ſicut conſtat notoriè de intruſione Barrenſis, non debet fieri reſtitutio ne detur occaſio peccandi. fact. c. litteras. de reſtit. ſpol. c. Inquiſitioni de Sen. exter. Et ſic tenet Innocentius Card. in litteris de reſtit. ſpol. aliter dicitur ſpeciale in intruſo in Papatu à quo licitè quilibet ſe poteſt ſubſtrahere per C. ſi quis pecunia 79. d. quod ei nulla dari debet audientia 23. diſt.

6. Quia plures Eccleſiaſtici viri Nobiles à Barrenſi receperunt Cardinalatum & beneficia, non concludit quod facere debent hoc, ſed forſan ambitione

vel auaritiâ ducti ſunt juxta C. auarit. de Elect. lib. 6. nec extra titulum ſunt ſequend. de Elect. cum tamen.

7. Si Principes plures & Nationes ſunt cum Barrenſi, non prodeſt ei, quia non excuſat peccatum multitudo 2. q. 1. Multi inſi. Imò paucis quibus potior lux veritatis effulſit, credendum eſt Card. in noſtra de teſti. præſumitur enim quod adhærentes eidem, per errorem facti vel juris deuient; nec enim in materia conſcientiæ debet informatus de veritate conſcientiam alienam ſequi ſed ſuam 23. q. 4. ſi quis ſicut excellentiam à Catholica juxta C. Litteras de reſtit. ſpol.

Pro parte Clementis VII. conſiderauit Conſilium Regis, quod Electio ſua facta fuit per Cardinales exiſtentes vltra montes ad quos de jure congruit & conuenit Electio C. vbi maius. pr. cauſa ne Romani de Elect. l. 6. & in Clem. Et ſic obtentum eſt de conſuetudine à tanto tempore. juxta cap. 1. de præſcrip. lib. 6.

2. Quia in Electione Clementis VII. fuerunt 3. Cardinales Italici conſentientes cum aliis 13. non Italicis: quam Electionem ſtatim quinque in Auenione manentes auditam approbantes ſcripſerunt D. Regi de ſuo conſenſu & aliorum qui in ſimili erant in numero 22. Cardinales.

3. Non eſt præſumendum quod tot ſint immemores ſalutis 1. q. 7. ſanximus de ſerut. inord. facit cap. 1. de præſump. C. fin. & tantæ dignitatis viri 97. d. Nobiliſſimus, qui conſtanter ſtant pro Clemente.

4. Conſiderauit Conſilium Regis poſt dilationem tantum non expedire plus differre, quin Rex ſe determinaret, tum quia ſatis informatus vlterius differendo non ſperabat vlterius informari, tum quia Congregatio Prælatorum & Clericorum magnæ fuiſſet prolixitatis & difficultatis. Tum quia vlterior dilatio determinationis Regiæ magnam induxiſſet contra factum Electionis Canonicæ D. Clementis VII. præſumptionem multis interpretantibus Regem de iure Clementis hæſitare. Tum quia dicebatur quod multi Principes non tanta diſcuſſione quantum Rex fecerat, adhærebant Barrenſi. Nec obſtat Opinio. Gloſ. d. 79. ſi duo & Hug. 5. Patet in q. 1 d. 3. Conſilium Generale ſuper huiuſmodi negotio congregari, quoniam vix infra quadriennium potuiſſet ſedere propter guerras, viarum diſcrimina, nec à quo vocarentur Prælati, videbatur, cum Parem, &c. de Elect. innotuit. Ideo obuiandum fuit ne Intruſus vſurpatione ſua per tantum tempus gauderet: nam Congregatio Concilij fienda eſt, quando Papa pacificè habitus poſtea accuſatur de hæreſi 40. d. ſi Papa, vel de Idololatria 21. d. nunc autem. Sed vbi promotionis initium eſt notoriè vicioſum, non eſt opus examine Concilij 3. q. 1. manifeſta, quoniam intra ortum occidit 1. q. 1. quibuſdam, ſicut fuit in nominatione Barrenſis, C. ſi quis pecunia, non conſtringit Cardinales ad conuocandum Concilium, ſed dat eis ſcientiam recedendi ab Intruſo & alium in loco alio quem acceptauerint, eligendi, nec contrariè Gloſ. allegant iura quæ forſan in Notorijs procedere poſſent.

Extat quoque ad hunc annum declaratio Iacobi Vrſini Cardinalis facta antequam è viuis diſcederet, quæ aliquo modo eſt in fauorem Clementis VII. an. 1379. 13. Aug.

Similiter tres Italici Cardinales ad ipſo Vrbano ad Clementem tranſgreſſi litteras dant ad Principes de Electione vtriuſque Pontificis, quæ leguntur apud Bzouium tom. 15. ad ann. 1378. n. 18. quas tamen ait non fuiſſe manifeſtatas, niſi poſt biennium ſunt autem tales.

Italici Cardinales ad Principes.

NE de proceſſu factorum & geſtorum maximè per nos tres circa iſtam materiam aliquid omittatur, & ne res geſtæ in temporis proceſſu veniant in obliuionem, quod poſſet periculoſum eſſe Eccleſiæ & populo Chriſtiano, clarè ponimus quæ per nos geſta fuerunt. Nam proceſſu temporis cum DD. Cardinales vltramontani omni ſolicitudine quærerent vias & modos exeundi de Roma & conferendi ſe ad aliquem locum tutum, vbi maturè & ſecurè poſſent de-

liberare ad inuicem & prouidere circa præmiſſa de remedijs opportunis, tandem ſub colore exeundi in æſtate de aëre Romano, & quia, vt erat notorium, D. Gregorius felicis recordationis ordinauerat reſidentiam Curiæ illa æſtate in Ciuitate Anagniæ, ad dictam Ciuitatem ſe cautiori modo quo potuerunt, contulerunt, aliqui cum licentia, aliqui ſine licentia vt dicebatur; ſoli 4. Italicis in Roma adhuc remanentibus, ſcilicet nobis tribus & Cardinale S. Petri quos ipſe ire non permittebat, ſed ſub coloribus varijs & maximè dicendo quod illuc ire volebat, & ideo vt eum aſſociarent, illos detinebat, ſed cum Barrenſi (hoc titulo Vrbanum vocabant Apoſtatæ) reportatum fuiſſet, quod ex quo Domini ipſi vltramontani in Anagnia conuenerunt, diuerſa tenebant Conſilia & conueniebant frequenter quærentes maximè diuerſos modos ſecuritatis eorum. Et cum iam licet non publicè ſed quaſi in ſecreto murmuraretur & diceretur, quod eum in illorum ſecreto non habebant pro Papa, quod ipſi publicare non audebant, quia de ſecuritate nondum ad plenum ſibi prouiderant. Idem Barrenſis hos rumores præſentiens locutus fuit DD. Italicis ſupra nominatis, & ordinauit quod tres ex eis, ſcilicet Ego Portuenſis, Mediolanenſis & de Vrſinis iremus Anagniam ad dictos DD. Cardinales, & eiſdem exponeremus quod non erat eis neceſſarium tenere illos modos quærendæ ſecuritatis neque timere de aliqua nouitate quæ ex ſui parte veniret vel procuraretur eis per Romanos & quod ipſe intendebat illuc ire, vel ad Ciuitatem Tiburtinam ipſi venirent vt poſſet eſſe cum eis, offerendo eis multa grata & fauorabilia & vtilia pro ſe & ſuis; quod plus faceret pro eis quàm feciſſet aliquis Pontifex Romanus. Ambaſſiatam igitur nobis 3. impoſitam DD. Cardinalibus ibidem exiſtentibus fideliter expoſuimus, qui ſuper expoſitis per nos habita deliberatione tandem reſponderunt quod mirabantur de tali Ambaſſiata, & mirabantur quod talia fuiſſent Barrenſi relata, & plus mirabantur quod eis fidem daret, rogantes quod de cætero talibus referentibus non crederet. Et hæc reſponſio data fuit in Eccleſia Cathedrali in Anagnia. Dato autem prædicto reſponſo dixerunt nobis, vos expediuiſtis veſtrum Ambaſſiatum, & nos volumus loqui vobiſcum ſicut cum noſtris fratribus & S. R. Ecc. Cardinalibus. Quare placeat vobis vt iſto ſero in Veſperis ſitis in domo tunc Cardinalis Gebennenſis qui erat infirmus, & nos omnes conueniremus ibidem. Dicta autem hora Veſperarum poſtquam omnes ibidem conuenimus in quadam camera ſecreta, ijdem DD. Vltramontani apportato vno Miſſali ſuam nobis intentionem declarauerunt in effectu dicentes, vos ſcitis quomodo notoria impreſſio fuit nobis facta Romæ, propter quam nominatus fuit Barrenſis & intruſus in Apoſtolica ſede propter quod ipſe non eſt Papa neque eum habemus pro Papa, & tenemus pro certo quod vacat Sedes Apoſtolica vt prius, & quidquid in perſonam dicti Barrenſis circa electionem & alia fecerant per impreſſionem & metum mortis, non facturi aliàs, feciſſent & ad ſancta Dei Euangelia coram nobis ſuper Miſſali prædicto iurauerunt; requirentes nos quod ex quo Deus occaſionem ſiue colorem miniſtrauerat quod iueramus ad eos, & cum eis conueniremus, quod remaneremus ibidem, & circa prouiſionem Sedis Apoſtolicæ quæ vacabat, vt præmittitur, intenderemus cum eis. Nos verò attendentes quod tanquam Nuncij & Ambaſſiatores veneramus, & quod circa remedia diſcordiæ quam videbamus in promptu, melius & opportunius tenebamur & debebamus intendere pro bono negotij & pace Eccleſiæ, deliberauimus pro tunc ibi non remanere, ſed ad eum redire vt cum eo de remedijs tractare poſſimus. Et ſic de facto fecimus veniendo ad Ciuitatem Tiburtinam ad quam dictus Barrenſis interim acceſſerat, qui ibidem nos recollegit in prandio, & poſt prandium præſentibus aliquibus nobilibus qui ſecum erant, pertinentia ad Ambaſſiatam per eum nobis impoſitam ac reſponſionem ad ipſam Ambaſſiatam per DD. Cardinales nobis factam plenè retulimus ſubiungentes, *aliqua alia habemus vobis dicere quæ exponemus cum vobis placuerit, & hora opportuna nobis data.* Qui die ſequenti pro nobis tribus ſingulariter & diuiſim miſſis & quemlibet per ſe examinauit ſuper his quæ nos diximus velle ſerio ſibi explicare. Quilibet autem noſtrum eidem explicauit ſeriem veritatis narrando quidquid DD. Cardinales exiſtentes Anagniæ nobis ſub iuramento dixerunt de facto ſuo, vt ſupra præmittitur. Et licet

D. Barrenſis de præmiſſis ſatis appareret rurbarus, tamen conatus & niſus eſt ſimulare ſe illa noo credere, quia omnia bene ſuccederent, dicens quia alia aliuode habebat. Quo reſponſo audito conſiderantes quod ipſe Barrenſis multum regebatur conſilio aliquorum nobilium Laïcorum & maximè Caroli de Pas Ducis Duratij, Nicolai Vrſini, Comitis Nolaoi, D. Thomaſij de S. Seuerino & D. Raynaldi de Vrſinis cum dictis 4. fuimus locuti ſecretò eis oarrantes quæ inuenimus & eos auiſantes de prædictis, requiſiuimus vt inſtarent apud eum quod intenderet ad prouidendum de remedijs opportunis. Hi poſtea oobis retuleruot ſe hoc feciſſe & quod io effectu oihil profecerant apud eum. Itaque nos tres qui fuimus de veritate negotij informati & præuidebamus periculum, poſtqoam conſideraſſemus illum verba non audire, exiſtimauimus debiti noſtri eſſe facti ſeriem ſummatim in ſcriptis redigere & ſibi per modum narrationis caſus ſeu thematis tradere, vt in facto ſuo maturè deliberare valeret, ne ſe poſſet propter facti igooratiooem excuſare, & oos eſſemus in omnem euentum perpetuò excuſati. Et ita caſum noſtrum compoſuimus hooeſtando tameo verba vbi loquebamur de Romaois.

Medio tempore cum circa prædicti caſus ordinationem vacaremus & ſecretò laboraremus, ſuperuenit vna die oobis tribus coogregatis in Domo Prædicatorum, vbi habitabat D. Cardinalis de Vrſinis, Guill. Paris ſeruiens armorum, qui iotrauit cum Notario & teſtibus tenens in manu voam membranam 13. Dominorum qui eraot in Anagnia ſigillis pendentibus ſigillatam, in qua in effectu narrabatur qualiter per impreſſiooem notoriam & metum mortis coacti fuerunt per Romanos inuiti eligere. Quapropter ſub debito fidelitatis quâ Romanæ Eccleſiæ tenebamur, nos requirebaot vt infra certum tempus poſt litterarum receptiooem, conueniremus Anagniæ ad prouidendum ſuper præmiſſis & remedijs opportunis, & ad tractandum & peragendum omnia & ſiogula quæ propter præmiſſa eſſeot oeceſſaria ad ſalubrem & vtilem prouiſionem S. Rom. & vniuerſalis Eccleſiæ & fidei orthodoxæ. Et iotimata littera prædicta rogauit Notarius teſtes, &c. vt in forma, & ſtatim diſceſſit proteſtaos quod præſentiam Cardinalis S. Petri tutò adire non poterat, oos verò ſtatim dicta littera adiuimus Domum D. Cardinalis S. Petri & oſtenſa ſibi illa, inde de ſuo conſilio portauimus eam ad dictum Barreoſem. Hic viſâ illâ ſatis fuit turbatus & ordinauit ſuper eius teoore io Domo Cardioalis S. Petri haberi conſilia. Iterum verò completo per nos caſu & themate eundem caſum ſcriptum maou D. Cardioalis Vrſini copijs apud oos reteotis, vocatis per oos 4. Laïcis ſuperius nomioatis in eorum præſentia tradidimus dicto Barrenſi, inſtantes apud eum quod cum ageretur de ſtatu ſuo & Eccleſiæ, vellet deliberare maturè & ſalubriter prouidere, quooiam oos honori & ſtatui noſtris intendebamus cooſulti attendere & prouidere & pro pace atque voitate Eccleſiæ fideliter laborare cooueniendo cum alijs, & ſic Tibure receſſimus in craſtino S. Iacobi die Luoæ ad Caſtrum Vicouarrum nos conferentes, nec ad eius præſeotiam fuimus vlterius reuerſi. Verum eſt quod poſt receſſum noſtrum nos tres Cardinales Italici prope Ciuitatem Preoeſtinam conuenimus cum 3. DD. Cardinalibus vltramontanis, ſcilicet cum D. Roberto tuoc Cardinale Gebennenſi & cum DD. Pictauieoſis & S. Euſtachij, qui ſuo & aliorum Anagniæ congregatorum nomine ad illum locum venerunt & nobiſcum aliqua ſuper vtilitate & factis Eccleſiæ locuti ſunt. Deiode prædicti tres ad Ciuitatem Anagniæ redierunt & facta ibi publicatiooe ad diem 8. Auguſti de iotruſione Bartholomæi ſeqnenti die contulerunt ſe ad Ciuitatem Fuodanam ad quam ſæpius ab ipſis reqniſiti iuimus, habito tamen ſaluo conductu. Ibidem exiſtentibus nobis & propoſitis eis per oos tres aliquibus ſuper factis Eccleſiæ, io Vigilia B. Matthæi Apoſtoli & factâ nobis per eos reſpooſione, ſcilicet per omoes DD. Vltramootanos qui erant 13. tandem in noſtri præſentia 12. ex eis elegerunt tertium decimum, ſcilicet D. tunc Cardinalem Gebennenſem quem Clementem VII. appellauerunt, cuius electioni per nos non extitit contradictum; cognouimus enim & reputauimus eius electiooem eſſe Canooicam. Hæc eſt, ioquit Bzouius, littera miſſa Vrbaoo & menſe Iulio repræſentata præſentibus Carolo Duce Duracio, Nicolao Vrſino Comite Nolano, Thoma Sanſeueri-

nato & Raynaldo Vrſino. ex l. 13. MS. Archiui Vaticani de Schiſmate, quam in ſua Anglicana hiſtoria adſcripſit Valſinghamus.

Incipit Tractatus factus in fauorem Electionis Clementis Papæ VII. à Reuerendiſſimo D. Petro de Barreria Cardinali Eduenſi contra D. Ioannem de Lignano Doctorem Bononienſem.

SEreniſſimo Principi ac perexcellentiſſimo D. Carolo D. gratia Francorum Illuſtriſſimo Regi ſuus per omnia Petrus de Barreria inter legum Doctores minimus S. Rom. Eccl. Preſbyter Cardinalis dictus Æduenſis ſeipſum & promptum per omnia famulatum. Quia ab experto didici mentem veſtram pijſſimam ad veritatis indaginem incitari in his præſertim quæ fidei ſinceritatem & orthodoxæ ac vniuerſalis Eccleſiæ reſpiciunt vnitatem, quæ & caput fidei penes multos ignaros ſatore procurante zizaniæ ſatis micat, ex eo potiſſimum quod in parte multitudinis mos eſt ea quæ ſenſu placent potius quàm quæ ratione diriguntur, agnoſcere: quare teſtantur Philoſophi quædam falſa quibuſdam veris probabiliora multoties inueniri. Ad iuſſum veſtræ Majeſtatis inclytiſſimæ ea quæ pro nunc à Schiſmaticis agitatur diſcordia, quantum potero ſalubrius, imò quantum Deus annuerit, propono mentis acie ſpeculari vt falſitatem ſubacta veritas euidentibus ſuffulta rationibus eniteſcat, & licet ad conficiendum Tractatum vt fertur per D. Ioannem de Lignano editum ad quodliber verbum ſingulariter reſpondendo, factum ſupplendo & aliàs multùm pulchrè & ſubtiliter ſcripſerit venerabilis Pater D. Ioannes Fabri Abbas S. Vedaſti Doctor eximius Decretorum & nobilitatis veſtræ Conſiliarius prudens ac pro mentis integritate conſpicuus, cuius dicta lucidiſſimam continent veritatem, tamen quia nihil prohibet ad vnum plures concurrere rationes, decreui facto ſuppoſito etiam prout aduerſarius aſſerit ſine præiudicio veritatis ſuper hoc ordinatè reſpondere. Nam formabo 5. Quæſtiones & in earum qualibet arguam ad vtramque partem ponendo aduerſarij & addendo alias, vt nihil remaneat indiſcuſſum & ſublatis contrarijs intentum propoſitum declarabo, dicenda ſubijciens correctioni S. P. & D. Clementis VII. ad cuius nominis exaltationem aggredior præſens opus & Reuerendiſſimorum Patrum DD. meorum coetus Cardinalium ac iudicio cuiuſcunque ſanioris intelligentiæ.

Prima autem Quæſtio erit iſta, vtrum nominatio facta de B. intruſo vera poſſit dici Electio tanquam facta non tantum per duas partes DD. Cardinalium verum etiam nemine diſcrepante.

2. Vtrum potuerit confirmari, ſic quod per reïterationem conſenſuum Dominorum tenuerit, vt ex tunc ſit pro tempore quo facta fuerit, vel indiguerit noua electione.

3. Vtrum ſi indiguerit noua electione, actus ſubſequentes in Conclaui exiſtentibus DD. Cardinalibus vel poſt exitum fuerint ſufficientes ad inducendum nouam Electionem, vel etiam præſumendum tali præſumptione ſecundum quam debeat iudicari.

4. Vtrum publicatio facta per DD. Cardinales renuerit ipſo iure & an ſtandum eſt teſtimonijs eorum, vt ſic procedere potuerint ad ſecundam Electionem primâ non reprobatâ, vel an primam oportuerit reprobari propter titulum etiam intruſiuum Barth. primò nominati, & ad quem ſpectet vtrum ad Concilium Generale vel ad coetum DD. Cardinalium, vel an habeatur ipſo iure reprobata.

5. Concluſiua, vtrum Electio D. Clementis teneat.

Ad primam ſic procedetur. 1. Arguitur quod teneat nominatio B. non enim videtur peccare in materia nec forma; non in materia, cum perſona ſit habilis & elegibilis præſertim ad ſummum Pontificium à quo properante exceptiones excludit, vt patet ex nominibus in C licet de vitanda, & in C. vbi. Nec videtur etiam peccatum in forma eo quod fuit electus per omnes præſentes vt in C. licet. Et in C. in nomine Dom. Et in c. 1 19. d. Inſtitutus eſt & ſunt ſeruata ſolennia, & eſt receptus per Oſculum & reuerentiam etiam ceſſante

metu. Et ſic videtur eſſe vehemens præſumptio iuſtæ Electionis vt in 65. d. c. cum Adrianus. Et ibi per Gloſſ. de Præb. C. Dilect. Et ibi per Innocent. ſuper verbo ad Oſculum, vbi multa iura concordantia præſertim quod Electio Papæ innititur formæ iuris ſcripti, necnon ex de Elect. C. ſi alicui l. 6. Gloſ. nota iſta. 1. Et in C. ne rationi C. ſi. in Clem. Gl. ſed nunquam. Igitur quomodocunque vel præſumptiuè vel aliter conſtet de conſenſu tot Dominorum, non videtur electio peccare in forma, & maximè quia fuit receptus non tantum à Cardinalibus verum ab vniuerſo Orbe fere, & ſic communis error faciet ius, vt L. Barbarius cum ſua materia ff. de Offic. Prætor.

Item vt intrem in materiam Aduerſarij, hæc Electio videtur eſſe facta ex puris conſenſibus & ſine metu & impreſſione, quod declaratur hîc & fortius quantum ad formam quàm aduerſarius declaret.

Imprimis autem ponam vnam rationem quam ipſe non ponit: nam certum eſt quod ideo metus reddit Electionem nullam quia impedit libertatem, ſed hîc nullo modo impedit, non enim eſt adhibitus pro certa perſona ſed pro Romano vel Italico, vbi reperiuntur plures ſufficientes perſonæ ad Papatum, ſed talis conditio non impedit libertatem voluntatis, vt videtur textus in Rom. 4. in l. cum ita & l. ſequenti ff. de conditionibus & demonſtrationibus. Ergo videtur quod huiuſmodi metus non impediat Electiones, maximè quia DD. Cardinales fatentur in facto quod ipſi determinauerunt ſe ad eligendum vltramontanum & ex ſe ipſis, & per conſequens voluntas eorum non videbatur iuſta ſi alibi reperirent magis idoneum, & ſic fiat vtcunque compenſatio, maximè cum eſſent Italici inter eos idonei imò primis aſpectibus videbatur eorum voluntas turpis iuxta illud Pſal qui dixerunt *hereditate poſſideamus ſanctuarium Dei*, & ſic non videbatur poſſe etiam per proteſtationem iuuari vt in C. veniens. de ſponſa vbi per Innocentium & al. c. 1. de conditionibus appoſitis.

Item & iſta eſt aduerſarij ſub alia forma, qui non proteſtatur vbi videt ſibi parari præiudicium, pro conſentiente habetur, ſicut qui non appellat ff. ad Municipales l. 11. §. conſenſiſſe ff de appellat. l. cum Quid. C. de his qui per metum Iudicis non appellauerunt l. 11. de annuali exceptione l. vt perfectius. C. de filio Fr. Minot. l. 11. l. x. in appellatione eſt expreſſum C. quomodo. Et quando Iudæa l. ab eo. de appellat. l. hi. ſic allegat Aduerſarius multa iura Canonica quæ non curo tranſcribere, & ad ſocietatem per I. Monachi. in C. in Generali de re In. & ſcripta coram Iuri Ciuili in l. ac ſi quis §. ſed interdum. Et §. plerique Religioſi. Et videtur textus in propria materia, argumento à contrario de his qui vi metu ve fiunt c. 1.

Sed hîc DD. Cardinales non fuerunt proteſtati de loco non tuto ante ingreſſum Conclauis nec poſt, nec in ipſo Conclaui: ergo videntur ad Electionem liberè proceſſiſſe non obſtante tumultu. Nec obſtat C. veniens ſ. alleg. de ſponſa vbi non nocet, quod culpa præceſſit cauſam in matrimonio carnali, & multo minus deberet notare in matrimonio ſpirituali, quod requirit maiorem libertatem, vt notat Gloſ. in C. inſinuante qui Clerici vel vouentes ſuper verbo modica, quia ibi non fuit certificatus, ſicut hic fuerunt DD. Cardinales. Et ſcienti vel volenti non infertur iniuria neque dolus, multo minus infertur metus vt dicit regula iuris, quia clarum eſt de iure quod metus contrariatur libertati & per conſequens conſenſus, vt l. 1. ff. quia me. ca. & notatur in l. metum in principio c. 11. & ſic qui conſentit, non videtur pati motum.

Item ſi metus nocet huic electioni, aut dicemus de metu præcedente introïtum Conclauis, aut de metu in ipſo introïtu, aut de metu poſt electionem; ſed neutrum ipſorum nocet vt probabitur: ergo non eſt nulla electio propter metum. Maior patet ſufficienti diſtributione. Minor declaratur ſic. Et iſta ratio eſt bene aduertenda, quia hinc pendent lex & Prophetæ. Nam iſta ratione deſtructa, erit euidens ius partis noſtræ. Non videtur quod noceat metus ante introïtum Conclauis, & licet hæc nitatur declarare aduerſarius per plura iura & verba quibus reputo ſufficienter reſponſum, Ego declaro aliter breuius & breuiſſimè.

Nam 1. dico quod metus non eſt ſufficiens nec cadens in conſtantem, nam fuit nudus metus verborum conditionalium & exhortatiuorum qui non cadit in

in conſtantem, vt l. metum §. 1. ff. quia met. ca. & l. 3. §. ſi quis ff. de vi & vi armata. Et l. metum non Iact. Et c. quia me. ca. Et ff. de Iur. l. non apud Labeonem §. quæſtionem cum ſimili, oportet enim talem iactationem quæ inducat præſumptionem, ſecundum quam poſſit iudicari, ſed non per Cy. in alle. l. Metum, talis metus non fuiſſet præſens ſed præteritus, ſi vel plus interueniſſet, & ſic vel plus reſpondebimus vt *l. metum* in principio al. fecerunt quæ not. Innoc. in C. fidelis de his quæ metu viue cauſa fiunt.

Item nec metus, qui fuit illatus ante introïtum Conclauis, & ad hoc allegat aduerſarius 2. rationes. 1. quia Officiales qui habebant poteſtatem comprimendi plebem, præſtiterant iuramentum iuxta C. vbi maius, & ita præſumebatur quod illud iuramentum deberent ſeruare & prouiderent iuxta requiſitionem DD. Cardinalium de Capitaneo & Gentibus ad comprimendum, per conſequens non debebant timere plebem iuxta illud in Comitatu noſtro, &c. maximè quia illi etiam conſtituti præſtiterant iuramentum iuxta C. vbi maius, & ſic habebant duplex iuramentum pro cautione.

Item ſecundum eum, & iſta eſt 2. ratio infra Conclaue nunquam fuit infracta libertas vbi debebat fieri electio, & ſic de clamoribus vltra curare non debuerunt; & per hoc patet quod nec nocet metus ante electionem. De metu poſt, non eſt dubitandum, quia non inficiatur, etiamſi ab initio præſtaret impedimentum vt l. pro parte cum ſimili ff. de ſeruitutibus. Et in cauſa Iuris factum legitimè; videtur ergo quod prima electio ipſo iure tenuerit, & ſic ſecunda ſit nulla.

In contrarium arguitur ſic. Et licet Aduerſarius fortiſſimas poſuerit rationes, tamen quia minores propoſitiones ſcienter vt credo non deduxit, ſupplebo cum deductionibus, quæ factum iudicio meo ſic elucidabunt, quod non remanebit dubium, & quod prima Electio non tenuerit. Prima ratio. Electio facta ad clamorem populi non tenet etiam circunſcripta, quoniam in talibus gratia aut pretium interuenire non debet 8. q. 1. ſi ergo quoniam Populus eſt docendus & non ſequendus 62. d. docendus 61. d. miramur. fac. l. Decurionum. C. de pœnis. textus de plano. de Electi. C. Oſius cum Gloſ. ſua. Hæc Electio fuit talis, ergo. Hæc ſunt verba aduerſarij, ſed ratio iſta eſt incompleta, ideo minus fortis, & ideo ſupplenda eſt ſic. Electio facta ad clamorem populi præcedente tractatu tangente priuatam non publicam vtilitatem, nulla eſt ipſo iure etiam ſi eſſet impreſſio, licet ex hoc etiam vtilitas publica ſequeretur, talis enim electio peccat in tribus. 1. Quia ad clamorem populi vt aduerſarius deduxit. 2. Quia tractatus expreſſus præcedit. 3. Quia vtilitas priuata principaliter attenditur. Et ideo licet publica ex conſequenti ſequeretur, ſicut forte non ſequitur, inficitur. Verum licet contra clamorem populi præſumatur, vt in C. Oſius cum Gloſ. & in C. ſi ergo per aduerſarium allegaro, plus tamen eſt quod præcedat tractatus, quia ſecundum Hoſt. ſi talis tractatus per ſe ſe eſſet probatus vel notorius, electionem redderet vitioſam. Dicit enim ſic Hoſtienſ. in C. licet de vitanda ſuper verbo *Portionem*, quamuis Rom. Pontifex canonicè creatus nullo humano Canone vel iure ligetur, niſi fieret hæreticus vt 40. d. c. ſi Papa, ſi tamen contra formam iſtius inſtitutionis ſibi Papatum vſurpauerit, tam ipſe quàm ſibi adhærentes ſunt excommunicationis vinculo innodati. Sed ſi contra formam Decreti Nicolai Papæ per ſeditionem vel violentiam ſeu impreſſionem à quocunque factas vel præſumptionem ab illo, qui promouendus eſt, ambiente, tractante vel procurante, aut quodlibet ingenium id. calliditatem vel fraudem aut cautelam, vel corruptum tractatum aliquorum quæ ſua ſunt ſolum quærentium, non quæ Ieſu Chriſti, electus, ordinatus vel inthroniſatus fuerit cum ſuis actoribus, fautoribus atque ſequacibus perpetuo anathemate eſt ligatus, vt allegato C. in nomine Domini. Et 79. diſ. ſi quis ex Epiſcopis. Et quod ſic debeamus exponere tam iſta tria verba, ſeditionem, præſumptionem & quodlibet ingenium ſatis elicitur 79. d. C. 1. & 2. Et c. ſi quis ex Epiſcopis & ſequentibus vſque in fi. diſt. quia per iſtam conſtitutionem nihil detrahitur iuri antiquo, ſed additur, vt patet in eod. tit. in fi. Et licet iſta videatur intelligere Innocent. vbi ſunt notoria vel probata, aliàs deficit Iudex, vt I. not. in additione in C. licet in fi. ipſe tamen bene tenet quod

Electio eſt vicioſa in ſe, quia ſolus legitimus conſenſus & non corruptus facit Papam ſecundum eum. Et patet ex C. alleg. Vt notat Gloſ. in c. 1. 79. d. non tamen poteſt negari, quin hîc ſit probatum & notorium 1. ratione popularis tumultus vt C. Oſius. 2. Ratione tractatuum præcedentium de quibus in Inſtrumento facti 3. quos tenebant Maiores Romani, quia hoc expediebat Ciuitati Rom. aliàs non poſſent Papam nec Curiam retinere; & iſtum tractatum non diffitetur aduerſarius licet excuſet. Et per hoc patet hîc iſtum tractatum fieri ad vtilitatem priuatam principaliter ſc. Ciuitatis Rom. quod attenditur licet publica ex conſequenti ſequeretur, vt ſunt leges ff. de probationibus l. Emptorum & l. cum probatio, & eſt expreſſum ff. ex quibus Cauſis Maiores l. non videtur, cum ibi not. in Gloſ. ergo patet quod hoc obmittebat aduerſarius.

2. Ratio Aduerſarij eſt iſta. *Actus Manumiſſionis qui non tantam libertatem requirit, ſicut Electio quæ eſt actus ſpiritualis, ad clamorem populi nullus eſt & præſumitur violentus* ff qui & à quibus. l. ſi priuatus C. qui manumittere non poſſunt L. Diuo Marco, Notat Gloſ. Ioan. in C. ſi ergo & C. miramur ſupra allegato. Et hæc ratio minus plena. Nam non ſolum quia Electio eſt actus ſpiritualis, verum etiam quia eſt actus habens certam præſcriptam formam; ſic quod dependeat ex mero & ſincero conſenſu vt l. ſi quidquid. C. de Epiſcopis & Clericis. Et hanc formam habet præſcriptam de iure naturali, vt notat Innoc. in C. quod ſicut de Elect. quidquid conſenſum viciat in radice, electionem reddit ipſo iure nullam, vt patet in C. vbi maius §. cæterum. Conſeqnens enim eſt, vt cum ex vna radice vicium naſcitur, vna l. tollatur C. de Nuptijs l. ſi libertam; ſed tumultus popularis ſi ipſum ſequatur, conſenſum viciat in radice, non enim eſt ſimplex conſenſus, ſed ſequens popularem tumultum; ergo reddit ipſo iure nullam, maximè cum popularis tumultus propriam non communem quærat vtilitatem ſicut hîc, vt eſt ſupra deductum.

Item tumultus popularis non tantum propter præſumptum metum in Electionibus prohibetur, verum etiam propter exempli perniciem, vt in allegato C. miramur. Et in q. 1. c. principatus, ergo cum ratione exempli multa prohibeantur in Iure vt ff. de perſonis l. ſi quis ad §. abominationis C. de probatiobus l. ex. cum ſimilibus, videtur quod eiuſmodi Electio fuerit ipſo iure nulla.

Item additur alia ratio. Tumultus popularis plus inficit quàm metus per Manumiſſum incuſſus; quia tumultus popularis facit præſumi metum & nihilominus manumittentem metu fuiſſe prædeterminatum vt alleg. l. cum ſua concordia: ſed metus incuſſus per ſeruum manumiſſum neutrum facit præſumi, licet probatus manumiſſionem annullet ipſo iure. vt l. ille ſeruus ff. qui & à quibus; tamen non negabit aduerſarius quin ſi Barth. incuſſiſſet metum, nulla eſſet electio ipſo iure, ergo multo magis per popularem tumultum eſt nulla electio & metus probatus.

3. Ratio eſt iſta; non valet Electio, vbi manente iure eligendi apud aliquos libertas eligendi reſtringitur, ſiue in totum tollitur, niſi hoc fiat per Papam qui poteſt contra & citra iura de Electione C. ſacroſancta. Et c. cum terra. e. tit. ſecundum verum intellectum quod Papa poteſt ſuper iura poſitiua, patet per C. per Principalem, & C. cuncta quæ per mundum 9. q. 3. ſed hîc manente poteſtate eligendi apud Collegium Apoſtolicum quod pendet à iure communi 16. q. 7. Congregatio de Electione c. 1. fuit ſublata libertas eligendi, vel reſtricta, cum fuerit introductum per habentes potentiam intenſiuam facti, quod de certa ciuitate vel Prouincia fieret electio, ergo nulla: hæc etiam ratio non eſt ſufficienter formata; nam dicere quod Papa poſſet conſenſum non liberum quoniam eſt Papæ electio, non credo quod poſſet, quia implicat contradictionem, & eſt de directo contra ius naturale, contra quod non poteſt fieri lex, vt in §. ſed quia Naturalia inſtituta de iure naturali, Gentium & Ciuili. Et in c. erit autem. 4. diſ. ff. de pact. l. iura ſanguinis; licet Papa poſſet hanc electionem vel illam non liberam confirmare, errore tamen non expreſſo, vel vbi non eſſet notorium libertatem reſtrictam, quia exiſtente notorio, ſaluo ſanius intelligentis Iudicio, non credo quod poſſet, ſaltem quod teneret vt Electio; ſed forte vt permiſſio iuxta No. C coram vtriuſque iudicij lib. 2. Et ibi per Chy. cum hoc contradicat iuri Diuino, vt in c. miramur. & c. ſi ergo quis, S. allegetur

& pararetur materia delinquendi contra l. conuenire de pactis dotalibus, niſi fortè hoc faceret diſpenſatiuè ex aliqua cauſa rationabili; vtrum autem ex ſolo facto Principis præſumeretur rationabilis cauſa ex ſolo facto Principis, notant Doctores in l. Reſcripta 2. & 3. quæſt. C. de precibus Imperatori offerendis. Et ſic pernicioſum exemplum & in euidentem deſtructionem Eccleſiæ. Et dicit Apoſtolus quod poteſtatem accepimus ad ædificationem non ad deſtructinnem, & intelligo deſtructionem libertatis quæ eſſet pernicioſa ſicut eſt iſta. Et hîc addo vnam nouam rationem, æquiparantur in iure vis maior & prohibitio potentium; quibus non poteſt reſiſti; textus ſunt expreſſi. ff. locati l. ſi fundus. in fin. & l. ſequenti. ſed ſi prohibiti eſſent per vim maiorem eligere, non eſſet dubium quin reputaretur infracta libertas, vt infra declarabitur, ergo & cum prohibiti ſunt per populum Rom. in Ciuitate Rom. cui & vbi reſiſtere non poterant.

4. Ratio, Electio facta per laïcalem impreſſionem eſt nulla. Extr. de Elect. in nomine Dom. & in fi. & c. licet, & 23. diſt. c. in nomine Dom. Et vtrobique notatur: iſta eſt huiuſmodi vt patet ex themate, ergo, &c.

Hîc ſunt addenda duo. 1. Quod hîc non tantùm eſt impreſſio ſcandaloſa & inductiua ſeditioſi tumultus, & talis non tantum electionem, verum etiam alios actus annullat; & in qua prohibita ſunt non tantum facta, verum etiam petulantia & tumultuoſa verba, & ex ſolis verbis annullantur ſequentia. C. de ſeditioſis, l. 2. ergo cum iſta fuerint huiuſmodi, ſatis patet quod reddit electionem nullam.

5. Ratio, actus metu cadente in conſtantem virum agitati nulli ſunt, vel ad minus annullandi iuris remedio, propter hoc emanauit titulus, Tellus, ff. & c. Quia me. ca. & Id. tit. in compilatione Gregoriana & Bonifaciana: ſed iſta electio eſt huiuſmodi, quæ eſt facta metu mortis, quia eſt cadens in conſtantem virum. l. Interpoſitas. C. de tranſact. Et l. ſi donationis. C. quia me. ca. Ergo hæc electio nulla, vel ſaltem iuris remedio annullanda, ſiue reſcindenda.

Aduertas quod iſta ratio eſt calumnioſa, quia ſi confitetur electionem iuris remedio annullandam, ergo nullo modo poteſt annullari, teſtatur autem Innocent. in C. licet, quod ideo non poteſt agi & contemptu Cardinalium in Electione ſummi Pontificis, quia contemptus non reddit electionem nullam, ſed annullandam, & non eſt ſuperior qui poſſit cognoſcere.

Item ſi teneret ipſo iure, non poteſt negari ipſum non fuiſſe Papam, quis deponeret eum citra hæreſim, eſſetque contra C. ſi Papa. 2. allegatum, maximè quia ageretur de alieno delicto non de proprio, & quod in inferioribus eſſet diſpenſabile, in Papa reputaretur diſpenſatum, cum non eſt qui diſpenſet; ipſe enim ſuperiorem non habet in terris. Et ideo hîc additur alia ratio conſequens ad iſtam. Maius eſt vitium, metus in electione, quàm ſit hæreſis non notoria eligentium vel electi. Probatur: nam hæreſis vitium metus notorij ſic eſt contra formam Electionis, quod ei qui eſt electus per metum maximè notorium inſtè non obeditur, imò tanquam annullatus (anathema) repellitur etiam nullo præcedente iudicio, vt in c. in modo. Et in c. ſi quis pecunia ſ. alleg. hoc notat Innoc. in c. licet & Hoſtienſ. ibidem, hæreſis autem Eligentium vel Electi non notoria, licet etiam deijciat Electionem poſtquam de ea conſtiterit ipſo iure, tamen non repellit, quia excommunicatus propter hæreſim auditur appellans, vt 4. q. 1. c. quia autem, hoc notat Innoc. & Hoſti. In Cap. licet alleg. frequentiſſimè, licet Bernardus Gloſſator Decretalium ibi aliter ſentiat, quorum opinionem approbat Genshelinus inconcluſ. rationis, ſuper verbo cuiuslibet Excommunicationis. Et eſt ratio diuerſitatis, quia de hæreſi poteſt ſemper accuſari ante Electionem, & poſt, ſed non ſic de metu poteſt: ideo ipſo iure metus reddit nullam, non ſic de hæreſi non notoria, facit per rationem art. ff. vt non poſſet Legatorum l. 1. §. ſi debitori. Ergo, &c.

6. Ratio, metus præcedens veriſimilis viciat actum ſequentem, licet damnum dubitatum non ſequatur ff. locati & conducti. l. habitatores §. 1. Et alleget aduerſarius concordantias allegatas in Gloſ. quas vide per te: ſed hîc fuit talis metus; ergo, &c. Minor patet ex themate. Et hæc ratio incompleta ſed complebitur, licet allegabitur l. cum Gloſ. nam iuſta cauſa ſuſpicionis metus tamen

Digitized by Google

aliàs non probabilis, etiamſi damnum non ſequatur, habetur pro iuſto metu, qui reddit electionem nullam vt eſt ſupra probatum: ergo multò magis iuſta eſt & probabilis: ſed iſta eſt iuſta & probabilis, quia ſunt ſufficientes iniuriæ illatæ per populum Rom. tumultuosè commotum, qui non facile retinetur & cui reſiſti non poteſt, imò & per Magiſtratus & maiores populi, quia populum ſollicitabant ad hæc; quæ ſufficientes iniuriæ inferunt iuſtum metum, vt l. ſi donationis C. quia me.ca. ſupra alleg. & not. Gloſ. ff. ex quibus cauſis Maiores, l. metus, ſuper verbo, quod licet timore, & eſt textus ff. de Extraordin. Criminibus. l. ſecularis §. pleriſque, vbi eſt expreſſum; & ſunt minæ ſic notoriæ, quod non poſſunt eſſe non notoriæ: ergo electionem reddunt nullam ipſo iure. Et hæc ratio ſic deducta demonſtrabit iudicio meo.

7. Ratio eſt metus cadens in conſtantem intercedens viciat carnale matrimonium, ergo ſpirituale. Antecedens probatur per C. per locum. Et C. veniens & C. requiſiuit. Et eſt Gen. extra de ſponſa. l. non cogitur & l. ſequenti C. de mult. nec filium quidem familias. Et ideo non admitteretur etiam perſonalis ſtipulatio ff. de verb. Oblig. l. Titia. C. de ſponſ. l. 1. & vlt. cum concord. Conſequentia tenet argumentando de carnali matrimonio ad ſpirituale. Et hæc ratio defectiua: & ideo ſuppletur ſic. Matrimonium Carnale annullatur per metum cadentem in conſtantem propter defectum conſenſus & libertatis, ſine quibus non perficitur, vt in C. cum locum ſupra alleg. Et quia propter defectum libertatis probat textus C. de inutilibus ſtipulationibus l. liberam, quod perficiatur conſenſu, non oportet probare, quia per ſe notum eſt, & eſt textus in l. libertatis de regulis Iuris: ergo multo magis matrimonium ſpirituale quod requirit maiorem libertatem & puritatem & per metum faciliorem annullatur, vt notat Gloſ. in c. inſinuante, qui Clerici vel vouentes, allegat textus 1. q. 7. l. ſi quis autem. Nec mirum ſi matrimonium ſpirituale requirit maiorem libertatem: quia in matrimonio carnali non agitur de tanto præiudicio, agitur enim tantum de præiudicio contrahentium: in matrimonio autem ſpirituali agitur de maximo præiudicio plebium ſubditarum, & ſi hoc in minoribus Eccleſijs, quanto magis in electione illius qui eligitur, vt præſit vrbi & orbi, cuius electionem ſibi Dominus reſeruauit 79. d. c. ſi. & ſic eſt fortificata ratio.

8. Ratio, metus iuſtus annullat ſpirituale matrimonium profeſſionale; etiamſi nulla præceſſerit proteſtatio, ſi metu cadente in conſtantem virum proteſtari non potuit. Ext. quia me. ca. c. 1. 32. q. 2. non ſatis in principio. C. de rebus creditis. l. Generaliter §. Ipſe de ap. C. ſi. ergo ſimiliter vitiabitur ſpirituale matrimonium, cum vtrobique debeat eſſe clara libertas vt patet iuribus ſupra allegatis. Et hæc ratio ſuppletur vt proxima, & addendo, quia ſecundum iſtam videretur quod proteſtatione omiſſa firmaretur actus, quod non eſt verum, nam ſi timore mortis aliquis intraret monaſterium, etiamſi non proteſtaretur, non teneret introitus, nam cum metus præſertim mortis habeat ignorantiam & perturbationem, cum vt l. ſi cum exceptione §. in hac. ff. quia me. ca. C. qui teſtamenta facere poſſunt l. hac conſultiſſima §. hac cum humana. Et ignorantia non obliget, vt l. generali C. de Tabularum, iniquum eſſet vbi conſtaret de metu qui deberet cadere in conſtantem, quod ipſa obligaretur voto, vbi non eſſet conſenſus, eſt tamen proteſtatio vtilis ad animum declarandum, nam facile præſumeretur contra ipſam niſi fuiſſet proteſtatio maximè in caſu c. 1. allegati, vbi fuit tanta perſeuerantia ante mortem viri & poſt.

9. Ratio, electio celebrata precibus corruptiuis maximè tumultuoſis per comminationem admixtam reprobatur l. q. 1. quibuſdam, 8. q. 1. c. Moyſes. Et C. ſi ergo. Et C. Ordinationes. de Elect. C. qualiter. & C. per Inquiſitionem. Hîc interuenerunt preces corruptiuæ cum comminatione, vt patet ex themate: ergo, &c. & videtur textus in alleg. l. ſi quenquam C. de Epi. & Cler. ibi non precio ordinetur Antiſtes, hac autentica quomodo oporteat Epiſ. in principio & §. 1.

10. Ratio, continuatio metus in conſtantem cadentis inficit actum continuatum illo metu commenſuratum ſecundum actus inſtantaneos illo actu pendente confectos. Hîc allegat aduerſarius aliqua iura Ciuilia, quæ modicum faciunt vt infra declarabitur, ſicut l. nouiſſimè §. 1. ff. quia cum falſo Tutore,

actore. nota. in l. 2. C. quia metus cauſa ff. de ſolnt. l. Creditor. & per Dynum Doctorem ibi textus de plano in c. 1. Extr. his quæ metu, viue cauſâ fiunt: ſed hîc fuit metus continuatus pro toto tempore electionis: ergo, &c. Iſta ratio magis ſupplebitur in ſolutione contrariorum.

Hîc ſunt argumenta pro vtraque parte: ſed nunc videndum quid iuris de Quæſtione, ad cuius euidentiam intendo aliqua prænotare ad declarationem terminorum; nam intendo prænotare, *quid eſt metus propriè cadens in conſtantem? quid iuſtus metus*, quomodo differat à vi, quis eſt effectus metus, quantum ad actus quæ fiunt metu.

Ad primum ſic procedetur. Et licet venerabilis Abbas, de quo prius, poſuerit deſcriptionem, quam ponunt Summiſtæ, ſingulariter Azo, & eam probauerit, vt ipſi probant, & per hoc formauerit primam rationem ad propoſitum, quia tamen illa deſcriptio complectitur vtrumque metum, iuſtum & ſanum, vt patet ex continuatione l. 1. cum ſequentibus vſque ad leg. *nec timorem ff. quia metus cauſa*, tamen vt ſic non quietat intellectum aduerſarij, nec bene fundat propoſitum, ideo volo eam deſcribere ſic. Quod ſi metus de quo agimus, fuerit talis vt non poſſit probabiliter contradici, quin fuerit iuſtus, & intendo tantum notificare non propriè definire, vt non capiar in verbis.

Eſt autem metus de quo agimus, imminentis vel futuri periculi capitalis, vel quaſi conditionatè vitabilis, cui reſiſti non poteſt probabiliter, iuſta mentis trepidatio. Nunc definitionem iſtam declarabo per ſingula; dico enim *imminentis vel futuri periculi.* Et licet hoc ſit aliqualiter declaratum per præfatum Abbatem, ſicut declarat Azo, plenius tamen patet ſic. Nam dico quod hoc expreſsè poſcit textus *ff. quo filio tutore Actore*, l. nouiſſimè ibi. *quis enim ſi compulſus aut metu non compelleretur? &c.* Et ſic patet quod lex illa non probat illud ad quod eam allegat aduerſarius: non enim probat quod actus commenſuretur metui, ſed probat quod timor metus probabit, eſt iuſtus. Et ad hoc eum allegat Chy. in l. 2. C. *quia metus cauſa*, quam ipſe allegat. Et ideo dicit nouiter argumentum.

Item in materia propria de qua loquimur, probatur expreſſe, Extr. de Elect. C. bonæ in pr. & ibi per Innocent, vbi iuſtus timor timoris annullat electionem.

Item eſt imminens periculum ff. Quia met. cau. qui in carcerem, ſecundum intellectum gloſ. quæ dicit in caſu illius l. locum habere Edictum quia metus cauſa. *Futuri*, propter capitales minas illatas per illum, cui reſiſti non poteſt cum vel ſine armorum terrore; primum patet in l. ſi damnationis. C. quia me. ca. & in l. ſeculari. §. plerique ff. de Extraordinarijs Criminibus. Secundum ff. de vi & vi armata l. 4. §. qui armat in fi. §. vel per illum cui reſiſti non poteſt, de cuius tyrannide ex conſuetudine vel aliàs veriſimiliter eſt timendnm. Sic intelligitur l. ſi priuatus ff. qui & à quibus ſic intelligitur not. per Gloſ. in c. ſi ergo forte 8. q. 1. C. Oſius, per Ber. de Elect. ſequitur in deſcriptione, *Capitalis, vel quaſi:* non enim omne periculum inducit iuſtum metum, vt patet ex l. ff. quia metus cauſa, l. nec timorem vſque ad l. metum. Et ideo requiritur metus mortis vel cruciatus corporis C. de tranſact. l. Interpoſitas & l. ſi donationis. C. quia me. ca. vel amiſſionis maioris partis fortunarum. C. de reuocand. donationibus l. generaliter prope fi. in Autent. vt cum de appellat. cognoſcitur §. ſi quis de parentibus. C. ſi delator. Ponit Gloſ. iuris Canonici in c. 11. Extra. de his quæ vi metuſue cauſa fiunt. Videntur & alij caſus in iure quoi enumerare non expedit, quia ſunt extra propoſitum.

Sequitur in deſcriptione, *Conditionatè vitabilis:* nam ſi nullo modo vitari poſſet, non eſſet propriè metus, nam ſecundum Philoſophum, *condemnati ad mortem non propriè timent mortem, licet teneantur in morte.* Et ideo metus, de quo loquimur, infertur, vt aliquid fiat; quo facto periculum euaditur, vt habet totus titulus. ff. & C. quia me. ca. nec oportet, licet benefaciat ad infringenda dicta aduerſarij vt inferius patebit. Sed de hoc reputo textum expreſſum ff. quia metus cauſa. l. nec timorem. ff. Pr. 1. & 2. reſp.

Sequitur in deſcriptione *cui reſiſti non poteſt.* iſtud probatur ff. locati. l. item quæritur. §. exercitu veniente. Et l. ſi fundo prope finem. Ibi propter vim aut, &c. Et l. & hæc diſtinctio, cum ſi de vi maiore eſt expreſſum in l. 2. ff. quia me. ca. & ibi per Gloſ.

Sequitur in deſcriptione *Probabiliter iuſta*, ſci. vt iura Canonica præſertim Iuſtum diſtinguunt à probabili, ſicut verum à veriſimili, ſicut patet in appellationibus, quæ quandoque habent iuſtam, quandoque probabilem cauſam: & hoc commune & tritum eſt: quare non oportet declarare, ſed quantum tangit propoſitum, metus alius eſt iuſtus & non veriſimilis, contra quem præſumit lex, ſed admittitur probatio. Vt l. non eſt veriſimile in principio ff. quia me. ca. alius eſt iuſtus & probatus ſicut in caſu noſtro, vbi eſt notorius vel pro notorio habitus, vt ſtatim, vel vbi aliàs legitimè conſtat, alius eſt veriſimilis ſed non iuſtus, quia non contingit damnum, ſicut eſt in l. habitatores. ff. locati cum concord. ibi alleg. quæ pro nullo alio videtur eſſe facta.

Sequitur in deſcriptione, *Mentis trepidatio*: nam licet reuera extrinſecum periculum ſit cauſa metus, metus tamen attenditur in quantum mentem tenet, & metus patitur, licet iuſtitia patiendi attendatur penes periculum extrinſecum; & ideo inquiſitio Iudicis non eſt vtrum quis timuerit, ſed vtrum iuſtè timuerit. Nam cum timere ſit in animo quod eſt occultum & probari non poteſt, de hoc non habet inquirere Iudex cum ſecundum diuerſitates perſonarum Quidam trepidant plus vel minus: Quidam etiam pericula vera non metuunt, alijs etiam periculum tale fuerit, & ſic veriſimile cadens in conſtantem hoc expreſsè textus dicit ff. ex quibus cauſis maiores. l. 11. §. fin. cum l. ſequenti. Et eſt notandum quod plus attenditur, dum tamen periculum ſit ſufficiens, veriſimilitudo quàm iuſtitia. Hæc pro declaratione ſufficiant, licet plura poſſint dici.

Exinde formatur talis ratio. *Vbi eſt mentis trepidatio capitalis periculi, cui reſiſti non poteſt, licet poſſit conditionatè vitari, non tantum veriſimilis, verum etiam notorius eſt iuſtus metus*, vt ex deſcriptione ſuperpoſita patet, qui reddit electionem nullam, vt patet per aduerſarium & per C. in nomine Domini ſupra alleg. frequenter: imò ſic nullam, quod non debet admitti in Papam, qui taliter eſt electus, ſed ei iuſtè reſiſtitur, vt in c. 1. 79. d. & c. ſi quis pecunia. Et c. licet de vitanda, ſed hîc interuenit talis trepidatio ante nominationem Bartholomæi, in nominatione & poſt, actibus ſemper continuatis: ergo eius electio nulla, nec debet dici electio, ſed potius nominatio, & poteſt imò debet ei iuſtè reſiſti. quod talis interuenerit, patet. Ego enim primò noto congregationem Ruſticorum & Populorum ſine ratione ad prouidendum quod eligeretur Papa Rom. vel Italicus precibus, vel vi; & reiectione Romanorum Nobilium, qui potuiſſent DD. Cardinales defendere, quos DD. Cardinales non potuerunt ſuis precibus prohibere. Noto etiam quod Romani Nobiles Officiales Eccleſiæ, de quibus DD Cardinales poterant confidere, petiti vt remanerent, fuerunt ejecti Dominis inuitis, & non petebatur magnus numerus, ſed tantum duo, vt patet ex facto, & hîc non modica eſt præſumptio, dicit enim regula iuris quod non eſt ſingulis concedendum, &c. ideo enim nec in habitantibus Ciuitates priuatas nec villas incolentibus Ruſticis armis vti permittitur aduerſus aduentitios, ne cædes præſumere & ex hoc plurimos homines occidi contingat; publicas verò functiones ſperni, dum Domini terræ cultores vitam amittere metuentes fuga vtuntur, in authent. de armis §. ſin autem. Paria enim ſunt bucellatos, yzauros, latrones tenere & ſeruos armicetos aut ruſticanos in agris, aut iuxta ſe tenere. C. ad l. Iul. de vi publica. l. ſi de his qui latrones l ſi. prope finem. Ruſticis enim, etſi alijs permittatur, armorum vſus interdicitur in feudis de Clerico violatore pacis §. ſi quis Ruſticus & §. ſeq. Noto etiam quod ad hoc fiebant conſilia vt obtineretur Italicus vel Romanus precibus vel vi. Modò arguitur ſic; dolus adhibitus vt metus inferretur, metu ſequuto probat metum illatum ab adhibente dolum ff. vi bonorum raptorum l. 11. §. dolo ad l. Iuliam X. vi publica in l. 3. dolus enim probatur ex iudicijs perſpicuis, aliter non, vt l. dolum ex Iudicijs, c. de dolo. Et ad hoc omnia illa iura quæ allegantur per Azonem in Brocardis ſub illa rubrica dolum præſum. Et per Gloſ. Iuris Ciuilis in l. dolo ff. ad l. falcidiam; ſed hîc probantur doloſa conſilia vt hîc metus incuteretur, & Ruſtici congregati ad hoc, & patet ex facto quod Ruſtici incuſſerunt metum. Si ergo probatus eſt metus, probatus eſt & dolus, ſine quo non eſt metus, vt l. ſi cum exceptione §. eum qui ff. quia metus ca. ff. vi bonorum raptorum l. 2. §. doli.

Noto etiam numerum congregatorum, quia congregauerunt tales quibus non poterat reſiſti. Noto etiam quod requiſiti per DD. Cardinales quod illi eijcerentur, noluerunt facere, ſed dixerunt eis & omnibus ſimul & ſingulis ad partem quod eligerent Italicum vel Romanum, & de hoc eos conſolarentur ante introitum Conclauis, aliàs timebatur de periculo. Noto etiam quod cum DD. Cardinales intrauerunt, inuenerunt multitudinem armatorum in platea S. Petri quæ debebat eſſe terribilis, qui eis capitales minas intulerunt niſi eligerent Italicum vel Romanum, & tantum cui reſiſtere non poterant. Noto etiam quod per totam noctem ſic infra Palatium clamauerunt, multas portas Palatij fregerunt & ſubtus Conclaue ſe poſuerunt, vbi aliquoties clamauerunt *Moriantur* Ergo conſiderans iſtos actus qui fuerunt ante electionem, imprimis conſilia, 2. denunciationes. 3. denunciationum verificationem. 4. continuationem actuum. 5. dolum qui probatus eſt ex perſpicuis indicijs: ergo ſatis conſtat de metu adhibito ante actum, & ſic patet quod preces non fuerunt ſimplices, ſed doloſæ & armatæ. Patet etiam quod non fuit metus periculi tantùm ſed mortis, & ſic talis qui cadit in conſtantem. Patet etiam quod iſte metus non eſt veriſimilis tantùm, ſed probatus eo quod eſt notorius, nec poteſt eſſe non notorius quia incuſſus à populo & in populo; ergo eſt metus qui reddit electionem nullam. Nec curo quot fuerint, nec vtrum fuerint preces corruptiuæ vel non, licet reuera fuerint corruptiuæ & doloſæ. Nec credat aliquis quod improbem preces amicabiles, ſed preces mixtas terroribus quæ ſordidam concuſſionem immittunt: Sic etenim dicit lex in ſimili. Nec enim tranſactionibus eſt interdictum, ſed ſordidis concuſſionibus. ff. de Calumniatoribus l. 1. §. ſin autem. Sic & doloſæ preces, vt violentæ non placabiles reprobantur. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. l. fin. C. eod. tit. l. fi. ſic & conſilia non obligant & ſi inutilia ſint, ſi dolus interueniat. ff. mandati l. 11. in fi. & in Regula Iuris Conſilij Extra. de reg. Iur. C. nemo ex conſilio. cum ibi notat. per Gloſ. & Doctores. Imò plus dico quod ſi vel aliud interueniſſet, dum tamen plebs illa ſtetiſſet in Ciuitate, & non eſſet de alia ſecuritate prouiſum ſicut nec fuit, iſtud ſufficeret ad reddendam electionem nullam: quia ſicut in deſcriptione, *metus eſt incuſſus*, ſi non eligerent Italicum vel Romanum. Da ergo quod ſine tumultu elegiſſent Italicum aliàs non electuri, elegiſſent, metu manente eadem cauſa timendi, & non prouiſo de ſecuritate, ſicut notat Chy. in l. Donationis & l. accuſatur, quia metus cauſa. & l. 11. eod. tit. & eſt expreſſum ff. quia me. cau. l. §. ſed quod ait.

Hîc reſtat ſubiungere tria, primo præſtita iuramenta tam per Officiales Romanos quàm per Ordinatos ab eis Et dico quod ad iſta iuramenta eſt fragilis cautio, cui non debet ſe quis committere. Vt ff. ad Trebell. l. qui ira. Et ſunt aduerſus tot facta contraria, ſicut prolixè declarat Abbas & ſunt præſtita contra aſſertionem eorum qui aſſerebant quod non poterant cohibere periculum, ſi non fieret quod populus optabat. Et ſuper impoſſibili, quod etiam ipſi poſito quod vellent, non poſſent cohibere plebem vt patuit ex facto.

Item fuit iuramentum fallax & doloſum: nam primò conſuluerant, & in hoc remanſerant, quod haberent Romanum vel Italicum prece vel vi, quia hoc expediebat Reipubl. Romanorum. Modo præſumat quicunque voluerit quod contra Rempub. ſuam ipſi haberent propoſitum ſeruandi iuramentum ſuum, imò etiam tale iuramentum, potius erat periurium quod fiebat ad fauendum. Conſiderabant ſiquidem quod ſi ſimpliciter recuſaſſent iurare, DD. Cardinales, aut non intraſſent Conclaue, aut elegiſſent, ante introitum, aut fraude aliqua excluſiſſent quod non fuiſſet pactum ff. de legat. 11. l. cum Pat. §. Titio. Et ſi petatur à me quare præſumis hæc? Reſpondeo ex præcedentibus & ſubſequentibus vt deduxi. Aduerſarius præſumit pro iuramento ſolo, ego præſumo pro pluribus actibus Et ſic plures præſumptiones, plures rationes veriſimiliores vincant vnam verificationem, generalia ſunt: quare non curo allegare.

Eſt hîc notandum quod qui facit fundamentum ſuum ſuper iuramento fundat ſe ſimpliciter ſuper nihil: nam licet iura præſumant pro iuramento, vt in iuribus per aduerſarium allegatis, in caſu tamen noſtro non ſtatus illi præſum-

Digitized by Google

ptioni, quod patet, quia adhibuerunt certam portam contra dejerantes. Vt in C. vbi maius §. ſuper his vſque ad §. cæterum ſupra allegatum de Elect. lib. 6. vbi aduertendum, quod aliquando jura ita præſumunt pro juramento, quod nec admittunt probationem in contrarium, nec volunt de perjurio quæri aut puniri dejerantem, vt in juramento voluntario & judiciali purgatiuo, aut quod authoritate legum defertur hæredi aut à quo legatum eſt, vel fideicommiſſum relictum eſt, vel tranſuehenti merces ad extraneas Nationes Digeſt. de jurejurando l. primo, ſecundo & tertio, & l. ſi poſſeſſori paragr. ſi cum de hæreticis de lite jurando §. 1. de perjuriis C. de jureiurando l. 1. & 2. de his qui ad Eccleſias confu. l. præſenti §. ſic vbi ff. rerum amot. l. Marcelli in fi. extra. de purga, Canonica C. 1. & C ſignificaſti, & quaſi per totum. C. de fideicommiſſ. l. fi. de ſic. & itinerum cuſtodia. l. 1. & 12. aliquando non ſtatur juramento, imò permittitur de perjurio quæri: & admittuntur probationes in contrarium & puniuntur dejerantes vt C. de tranſact. l. ſi ex falſis ff. de his qui notantur infamia l. Lucius C. de Epiſcopis & Clericis. l. Preſbyteri de Teſtibus l. nullum ff. de crimine ſtellionatus l. fi. c. ad l. iii. repetun. l. fi. Modo arguere ex præſumptione juramenti in hoc vltimo caſu eſt arguere ſuper verbo. ſic expreſſ. notat gloſ. Iuris Canonici 1. q. 7. c. ſanctius, ſuper verbo arbitramur. vbi habet hoc notatu dignum, &c.

Et ſi dicatur quare DD. Cardinales crediderunt Iuramentis? Reſpondeo quod aliter pro tunc prouidere non poterant, tempus tunc & locus non patiebantur plenius deliberandi conſilium. Et ſic creſcit perfidiæ crimen & publica vtilitate cohærendum eſt, cum ex neceſſitate crediderunt. Eſtque textus ff. de poſ. l. 1. §. merito. & § ſeq. Et ex his formatur ratio conſequentium quæ talis eſt. Quoties in actu in quo libertas eſt eſſentialis, dolus etiam alienus eſt immediata cauſa acquiſitionis, acquiſitio vitiatur. Iſta t. generaliter probatur per leges ff. de exceptione doli l. ſi per vim cum ibi allegatis in 2. reſponſo. C. de Arbitris l. 3. Probatur ſpecificè ſic. licet in Contractibus in quibus libertas non eſt eſſentialis, alienus dolus non noceat, in Teſtamentis tamen quæ libertatem requirunt, nocet, vt proprius. Sic concord. ff. de dolo l. releganti in princip. Et al. l. 1. ſi procur. in q. 2 C ſi quis aliquem teſtari prohibuerit l. 1. Et quod ita debeant intelligi notat Chy. poſt Petrum C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. 1. lib. 1 §. 1. & l. 2. in princ. ſic intelligitur lex metum § ſed licet ff. quia met. cauſ. ſupra cæterum. Et eſt ibi textus. Ego enim opere metus, &c. Et dico bene ab initio, quia non noceret ſi quæreretur etiam ex poſt facto, ſed dolus interueniens ab initio bene impediret acquiſitionem etiam ex poſt facto vbi eſſet ab initio, ad quærendum committenti dolum ff. quibus bonorum poſſeſſio non competit l. vnica. ſi quis aliquem teſt. proh. l. 1. §. 1. ſed hic dolus & metus populi Rom. fuit immediata cauſa nominationis Bartholomæi, vt patet ex præcedentibus: ergo eſt perinde ac ſi ipſe metum incuſſiſſet. per l. 1. c. ſi quis al. teſt. proh. alleg. Multum facit ad propoſitum: tamen nullus dubitat, quin ſi ipſe incuſſiſſet metum, electio eſſet nulla ipſo iure. Ergo, &c. Imo reuera ibi eſt caſus, ſi bene inſpiciatur ſecundum litteram quam hîc voluerunt.

Item ſubmouendum eſt de proteſtatione, & ſi attendatur veritas facti, ſatis proteſtatum eſt. Dictum enim fuit Romanis quod non obſeruabant bonam viam: nam ea quæ taliter agerentur, nulla eſſent. Et ea dixerunt Majoribus Ciuitatis & per conſequens videntur dixiſſe toti Ciuitati. vt ff. ad Trebell. C. Municipibus, ff. de rebus dubiis l. 2. cum ibi not. Nec multum curo de hac ratione, quia ſi loquimur de publica poteſtatione, minimè idem periculum ſicut in non electione, ſicut patet de ſe, & ſic reputatur impoſſibile proteſtari in periculo mortis, quare non fuit neceſſe. Vt l. item quæritur. §. exercitu ſupra alleg. ff. locati in l. penult. in q. 2. cum ibi not. ff. de furr. Et hæc concedit aduerſarius, & probat per C. fin. de appellat. & per multa alia iura. Si loquamur de proteſtatione inter ſe, hanc frequenter fecerunt, nec erat neceſſaria nec vtilis, cum non tangeret eos vt ſingulos ſed vt vniuerſos, quia ius eligendi conſiſtit penes Collegium non penes ſingulos, vt notat In. c. 1. de Elect. & in fin.

Item non erat proteſtatio neceſſaria quocunque modo, quia Cardinales non poterant vti iure eligendi, nec oportebat proteſtari de loco non tuto, cum eſſet notorium, quod non poſſent priuari. vt in C. ſi. duo 79. diſ. & quod non ſit neceſſaria proteſtatio, credo quod ſit caſus in C. ſi quis pecunia. Et ad hoc videantur not. per Ioan. mo. in Regul. Iuris in Generali.

Tertium, quod eſt ſubmouendum, quod DD. Cardinales videntur contentari illa cuſtodia: ad quod reſpondendum eſt, ſicut dictum eſt ſupra ad iuramentum, quod tempus & locus non patiebantur plenius deliberandi conſilium, & ſic non eſt imputandum eis ſi aliter non prouiderunt, cum immineret neceſſitas art. ff. de exercitatoria l. 1. in princ. in fine 1. reſp. Et quia non potuerunt ſibi aliter prouidere, fuit dolo & culpa adminiſtratorum Romanorum, quia eis ſecuritatem promittebant, nam DD. Cardinales petierunt quod Nobiles remanerent, & non potuerunt. Et iſte modus in illa Ciuitate antiquitus obſeruatus. Et eſt textus cum Gloſſa ſua 79. diſ. cap. ſi quis ex Sacerdotibus vel Primatibus. Et ibi credo quod ſit caſus de hac quæſtione: nam hic non tantum contradixerunt, ſed quod plus eſt, compulerunt ad eligendum, vt ex facto patet, & hoc petierunt pro ſecuritate ſua.

Item petierunt quod ſaltem remanerent duo qui erant Officiales Eccleſiæ Romanæ, nec potuerunt obtinere: ergo oportuit quod contentarentur illis qui remanebant in Ciuitate, nec poterant non eligere commodè quod idem periculum immineret: & ſic omnino erant perplexi: quare elegerunt viam minus periculoſam, Bartholomæum taliter qualiter nominare, vt à periculo liberarentur iuxta C. ne cui 13. diſt. & ita natura negotij, temporis conditio, neceſſitaſque faciebant & publica eligendi vtilitas exigebat: quare prouiſio fuit vtilis & neceſsaria ad inſtar eius quod legitur ff. de Capt. l. in libello §. medio tempore, ſicut etiam licitum eſt quocunque modo redimere ſanguinem ff. de bonis eorum. in l. 1. in fin. & not. & l. tranſigere. C. de tranſact. Nec erat locus non tutus tantummodo præſumptiuè ſed notoriè vt ex prædictis patet, nec erat locus non tutus qui poſset vitari: & ſic non obſtat C. venerab. §. Et hoc ipſum. cum §. ſeq. de ſen. extr. in 6. cum locus notoriè non tutus etiam ipſo iure citationem annullet. vt extr. de ſent. & re Iudic. C. Paſtoralis §. Notorium. in Clem. & non eget probatione Notor. vt ibi.

Et ſi dicatur. iſti clamores fuerunt extra Conclaue, vbi nulla fuit electio facta; ſed intra Conclaue nullæ fuerunt minæ vbi fieri debebat Electio. 1. Imo in Conclaue, quia Capita Regionum ingreſſa ſunt in Conclaue inuitis DD. Cardinalibus & minas intulerunt, ſeu ſaltem denunciauerunt, & ſic in Conclaui patet non fuiſſe ſecuritatem nec libertatem, cum nullus ingredi debeat pendente negotio Electionis ſub pœna excommunicationis, etiam volentibus DD. Cardinalibus, ne poſſit interuenire in negotio fraus neque violentia. Vt in C. vbi maius. §. nulli. Et multo minus ipſis inuitis & cum violentia. Et hic notandum quod multitudo magna erat in Palatio armatorum, infra quod etiam erat Conclaue; nec Conclaue erat clauſum, ſic quod poſſet fieri aliqua defenſio; & ſic reputabantur eſſe intra Conclaue, cum nulla clauſura & inutilis æquiparentur art. ff. ad Velleianum. l. 1. § eadem act. text. ff. de procurat. l. præſens. Quis enim dubitet parem eſſe timorem eius qui eſt expoſitus periculo, & eius qui eſt ita propinquus, quod periculum vitare non poteſt, textus eſt expreſſus in ſimili ff. de incendio, ruina & naufragio l. 3. §. demum ait.

Item dico quod non eſt neceſſe quod fiat violentia infrà Conclaue, ſaltem pendente negotio: nam vt ſupra probaui, non fuit neceſſe periculum eſſe præſens ad incutiendum iuſtum metum, ſed ſufficit iuſtius timere: non poterant autem iuſtius timere quàm propter præcedentes minas & aſſiſtentiam armatorum iuxta & intra Palatium & ſemper comminantium.

Item cuſtodes Conclauis videntes imminens periculum, eis denunciauerunt quod cito eligerent, aliàs non poterant periculum vitare, & quod eligerent Romanum vel Italicum; quia jam populus incipiebat furere: iſta autem faciunt probationem veriſimilis motus, idem probant ſequentia. Quod cum credidit populus ſe fuiſſe deluſum, ruperunt Conclaue, minas intulerunt & de facto manus violentas in DD. Cardinales iniecerunt; & niſi haberent Roma-

num, eos occidere minabantur, & fuit tantus timor, quod oportuit fingere eum electum fuiſſe Romanum ſcilicet Cardinalem ſancti Petri. Vnde ſicut interpretandum eſt ſecundum naturam facti & probabilem conjecturam, populus Rom. timens ſe fuiſſe deluſum credebat magnum quid feciſſe quod dediſſet DD. Cardinalibus electionem eligendi Italicum vel Romanum & conſiderans quod fortè non elegiſſent, aut aliunde elegiſſent, voluit omnino habere Romanum, nec eſt inconueniens conjectura quæ fit ſecundum naturam rei. Vt l. quoties idem ſermo. ff. de re Iu. facit lex cum in Teſt. ff. de rebus dubiis. ff. ad Trebell. l. in princ. cum ſuis. Et ex hoc præſumitur quod omnino volebant eos cogere: nam in violentiis ex conſequentiis præſumimus ad præterita. ff. de vi & vi armata. l. 3. §. ſi quis autem veris. ar. à contrario, vbi prouidè ibi niſi poſſeſſio, &c. Et ſic & in aliis criminibus C. de adulteriis l. ſi qui adult. cum ibi not. Et ibi etiam per Doctores. Non oſtat lex, non eſt veriſimile quæ per aduerſarium allegatur, quia in lege illa qui dicebatur intuliſſe vim, habebat dignitatem ſiue adminiſtrationem, & ſibi poterat aliter prouidere qui dicebatur metum paſſus. Nos autem ſumus in caſu vbi non poterat aliter prouideri. Et patet ex effectu, quia illi præſtiterunt juramentum, non poterant prohibere. Conſtat quod non habebant animum prohibendi, quia permittebant vim fieri, & eodem modo ignorarem electionem ſicut populus. Et ſic patet quod ab initio habuerunt animum vim committendi vel ſaltem permittendi committi. Hoc eſt luce clarius, nec poteſt eſſe non notorium; patet igitur ex definitione metus nullitas nominationis Barthol. de quo agitur.

2. Dixi inquirendum quid ſit iuſtus metus, & in quo differat à vi. Et licet ſatis pateat per præmiſſa quid eſt juſtus metus, quia metus mortis vel quaſi mortis, ſicut cruciatus corporis vel amiſſionis bonorum vel majoris partis. Et quia magnopere nititur aduerſarius oſtendere, quod metus requirit impreſſionem facti ſaluo ſanius cuiuſque intelligentis judicio, hoc non eſt verum. Et quod non ſit verum, declaratur ſic. Nam dico quod metus præſumitur à Iure quandoque ex præſentia perſonarum vt in Illuſtri perſonaliter in Iudicio comparenti C. de procurat. l. quæcunque, & authent. ibi poſito quod præſumitur metus, patet ibi per Chy.

Item metus præſumitur ex ſolo potentioris patrocinio. C. ne liceat potentibus l. 1. ibi, vt hoc propoſito metu, &c.

Item ex ſubſcriptione nominis potentis in aliis rebus, etiamſi potens non conſentiat C. de his qui potentium nomine titulos, &c. l. 1. ibi. at ne in fraudem legum aduerſariorumque, &c.

Item metus præſumitur ratione adminiſtrationis interueniſſe in Contractibus matrimonij ſubditorum: ſecus eſſet ſi non haberent adminiſtrationem expreſſam in matrimonio. C. ſi Rector prouinciæ. l. 1. & quia ibi præſumitur metus, notat ibi Chy. in ſolutione primi contrarij.

Item præſumitur metus in l. Nobiliores Natalibus. C. de commerciis & mercatoribus, quod patet per textum ibi, cum dicit pernicioſum vrbibus nihilominus quod eſt intelligendum ipſo facto, aliàs nihil ſtatueret ſpeciale.

Item in multis ratione conſuetudinis præſumitur quod inferant metum C. locati. l. milites. ibi. ex vicinis graues, &c.

Item in multis aliis caſibus in Iure præſumitur metus vt eſt textus cum Gloſſa ſua C. de Saligamo hoſpitibus non præſtando l. 1. lib. 12. Et ibi multæ concordantiæ ſunt in Gloſ. ne operæ à Collectoribus exigantur l. 1. & ibi etiam multæ ſunt concordantiæ, quas ideo non tranſcripſi, quia per ſe patent. Nec negabit mihi aduerſarius quin præſumptio Iuris probatio ſit, hoc non oportet deducere, quia per ſe patet. Et noto multum quod ad pulſationem Campanarum Capitolij, quæ ſunt ſub poteſtate adminiſtratoris Reipub. Romanorum fiebat Congregatio populi, ſicut & notat Gloſ. ff. de dolo l. ſi ex dolo §. 1. ſuper verbo poſſunt. Hæc dico pro tanto ne videantur ſe excuſare quod faciebant vt ſingulares per nos in l. planè ff. quod cuiuſque vniuerſ. ff. quod vi aut claui l. ſemper §. ſi in ſepulchro. Etſi dicatur quod in iſtis caſibus eſt hoc ſpeciale, non valet l. quia nihil eſt in quo requiratur major libertas quàm in Electione Rom. Pontificis vt per C. funda. Et nihil eſt quod poſſit eſſe magis ter-

ribile quàm populus armatus & commotus : ergo ſi ſolus terror auferat libertatem in caſibus præmiſſis, multo magis in caſu noſtro terror Populi Romani.

Ego quæro hîc de vno quod inſeruiet ſubſequentibus, vtrum Dominus habens familiam non ſeruilem, ſi timeat familiam ſuam occidi veriſimiliter, vtrum ſit iuſtus metus in filio, non eſſet dubium, vt & iſti quidem §. 1. ff. quia met. cau. ff. mandati l. cum ſeruus. nec in fratre fortè aut perſonis quibus ſingularis eſſet affectio, vt alleg. l. cum ſeruus & ff. de raptu nup. l. non ſolum §. 1. nunquam nec fide. Et hîc loquar probabiliter, quia crede quod in tanto Domino qui non poteſt ſine familia honeſtè ſtare, & eſt in patria aliena vbi non reperit ſeruitorem, ſi hoc timore ductus procedat ad actum aliquem, credo iuſtum eſſe metum probabiliter. ratio. omnis timor eſt iuſtus per quem deuenitur ad mortem, vel quaſi mortem, ſed iſte eſt huiuſmodi. Vnus enim talis Dominus non poteſt ſibi ſeruire ſine familia, & ſunt multa ſeruitia ſine quibus humana vita non tranſit, vt eſt clarum in l. ergo per conſequens propter defectum ſeruientium deueniretur ad mortem, ſed ibi eſt iuſtus metus, vt in C. 2. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt, cum ibi not. in Gloſ. Et in l. ſeculari §. plerique frequenter allegata ex l. nec timorem §. 1. & fin. vbi videtur caſus.

Item bonis quibuſcunque ſunt præferendæ perſonæ, vt l. Sanximus. C. de ſacroſanctis Eccleſiis cum ibi allegatis, ſed iuſtus eſt metus amiſſio bonorum, vt ſupra dictum eſt & probatum : ergo & amiſſio ſeruorum ſeruientium perſonarum. Nec obſtat quod videtur ſpeciale in filiis, quia dico quod lex illa non dicit quid ſit ſpeciale, ſed ponit caſum magis communem.

Item hoc probatur clarius. Dominus propter familiam neceſſariam habet jus reuocandi donum, quia eodem modo reputatur impediri, ſicut ſi impediretur in propria perſona, vt eſt textus in l. non verò alleg. §. 1. cum Concord. ibi alleg. ff. de Iudiciis.

Item priuilegia data perſonis extunduntur ad neceſſarios familiares, ideo vt poſſint Dominis ſeruire. C. de Epiſcopis & Clericis l. 11. in fi. de Profeſſoribus & Medicis l. Medicos. faciunt notat. in l. ad Egreg. de Iurejurando. Et videtur textus expreſſus pro ratione extr. de priuileg. l. 6. C. licet nobis in princ. & §. 1. cum ibi not. in Gloſ. ſuper verbo non debent.

Item pro hoc videtur textus in rationem ff. de precario quis rogat ff. de vſu & habitatione l. 2. §. 1. & l. ſic ff. de verbo alleg. l. ſi ſtipulatio ſeruo illud aut illud C. de Aduocatis diuerſorum Iudiciorum in l. reſtituendæ.

Item prohibitâ familiâ videtur Dominus prohiberi ff. de vi & vi armata. l. cum fundum. Et in multis ſi maximè Et in l. 1. §. quia ſeruus. c. tr. cum multis concord. quodammodo ſecunda pars Corporis Domini cenſetur in tali caſu vt in l. quicquam. C. ad l. Inl. Majeſt. ergo iuſtus metus eſt talibus Dominis amiſſio familiæ. non enim eſt inconueniens etiamſi non reperiatur expreſſum trahere metum per ſimilitudinem rationis. vt l. non eſt veriſimile 8. ſi fœnerator ff. quod met. ca. & hoc proficiet ad ſequentia. Et ex hoc formatur talis ratio. Metus amiſſionis majoris partis fortunarum ſeu familiæ eſt iuſtus metus ad Electionem annullandam, vt eſt ſupra probatum, qualis hîc interuenit : ergo electio nulla. Quod talis interuenit, patet, quia jam bona Dominorum quæ intra Conclaue, fuerunt capta, & aliqui deprædati ex Dominis & familia injuriam paſſa, donec deluſi crediderunt ſe habere Papam Romanum : ergo iuſtus fuit timor tanquam periculi imminentis : & ſic continuatis actibus patet, quod fuit metus mortis & cruciatus corporis amiſſionis omnium facultatum & familiæ ; & non credo quod potuerit eſſe iuſtior metus.

Ex his patet quis eſt effectus metus quantum ad actus qui metu fiunt : nam Quidam actus perficiuntur nuda voluntate, quæ generali nomine vocatur conuentio & conſenſus vt ff. de pactis l. 1. §. adeo l. conſenſu ff. de actionibus & oblig. & tales regulariter facti reſcinduntur per metum vel per editum, quia metus cauſa ſi ſit intereſſe ; vel officio Iudicis ſi proueniat reciſio ex æquitate vt conſueuit Notarius in l. Interpoſitas. Et ibi per Chy. C. de tranſact. & per Innoc. in Rubr. de hiſquæ vi metuſve cauſa fiunt. Sed actus qui perficiuntur ex libero conſenſu ſicut ſunt numerati per Gloſ. Iuris Ciuilis vt in l. ſimiliter. §.

ſi dej. ff. qu. met. caut. per gloſ. Iuris Canonici. in C. Abbas de his quæ vi metuſve cauſa fiunt per Gloſ. decreti 15. q. 1. C. meritn cum ibi alleg. & faciunt not. in c. cum Dilectus Ext. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt Sed & actus etiam alij qui perficiuntur libero conſenſu, nulli ſunt ipſo iure, vt in profeſſione, voto, electione & ſimilibus, vt eſt ſupra probatum. Exinde ſumitur ratio. Electio præſertim Rom. Pontificis, quæ fit metu, nulla eſt ipſo iure; patet, quia requirit libertatem conſenſus, vt patet ex præcedentibus. Et eſt textus expreſſus Extra. de Elect. c. funda. §. decet ipſumque Rom. Pont. Et dicit textus quod in omni libertate procedet. Da ergo quod quocunque modo infringatur libertas, Electio nulla eſt ipſo iure. Et eſt notandum quod ille textus licet voluerit Conſilia eſſe libera, Electionem tamen Rom. Pontificis in omni voluit procedere libertate. Eſt aduertendum quod metus non tantùm infringit libertatem eligendi, ſed & conſiliandi & conſentiendi. Et per conſequens, &c. Iſta enim ſecundum .Philoſophos & Theologos ſe habent per ordinem, conſiliari, eligere, conſentire. Nam Electio ſecundum Philoſophum eſt præconſiliati; quod probant etiam iura noſtra. Nam ſi alicui legaretur electio ſeruorum vel aliarum rerum, niſi omnibus ſeruis & rebus exhibitis non conſummatur Electio; nec ſi ignorantia interuenit aut error, puta ſi elegit acetum pro vino ante guſtationem vel exhibitionem, & competit actio vt exhibeantur, aliàs ſi non exhibeantur, videtur auferri facultas eligendi. Et hoc totum eſt, vt poſſit conſiliari quod eligat, vt patet ff. de optione leg. l. 2. §. fi. & l. ſeq. vſque ad l. ſi tibi §. fi. & l. ſi cum optio cum multis alijs ſequentibus. Poſt electionem ſequitur conſenſus, quia eſt executio electionis. Conſenſus tamen non eſt in eo quod non diligitur ſecundum Damaſc. nam poſt Iudicium homo diſponitur & amat quod per conſilium iudicatum eſt ſecundum eundem. Ea propter in Brutis non cadit electio nec conſenſus: non enim præconſiliantur, ideo non eligunt, licet ex inſtinctu naturæ inclinentur ad vnum. Et ſicut patet quod metus impedie conſilium, ſic & conſenſum propriè ſumptum & per conſequens electionem habet ſiquidem ignorantiam & perturbationem, & ignorantis non eſt conſiliari nec conſentire, quia metus habet ignorantiam. Eſt textus ff quia met. cau. l. ſi cum exceptione §. in hac. C. qui teſt. fa. po. l. hac conſultiſſ. §. at cum humana. Et nihil tam contrarium eſt conſenſui ſicut error & ignorantia ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum. l. ſi per errorem de acquirendo rerum dominio. l. ſi procurator. Et non tantum per errorem; imò etiam titubans habetur pro ignorante C. de Condictione Indebiti. l. ſi ergo; non mirum ſi reddat electionem nullam. Nec eſt dubium quin clamores maximè tam vehementes inducant mentis perturbationem, etiamſi nullum aliud malum facerent, & conſequens impediant conſilium. vt eſt textus expreſſus C. de ſtudijs liberalibus vrbis Romæ. l. 2. in fi. ibi enim dicit ne linguarum confuſio permixta vel vocum aures quorundam aut mentes à ſtudio litterarum auertat, & multo magis cum ſunt admixta timori, vt patet ex præcedentibus.

Et per iſta ſatis patet ſolutio ad Obiecta. Nam ad id quod 1. objicitur, quod aut eſt peccatum in materia vel in forma, dico quod eſt peccatum in forma. Nam cum forma Electionis ſit conſenſus liber, quia hîc deficit, vt ſupra probatum eſt, ſatis conſtat quod eſt peccatum in forma.

Ad proteſtationem omiſſam, ſupra reſponſum eſt & ad cuſtodiam admiſſam. Et ad juramenta præſtita per Cuſtodes & Adminiſtratores Reipub. Rom. Iurant enim ſeruare vtilitatem publicam; ſicut & Adminiſtratores aliarum Ciuitatum. Vi autem Iuriſiurandi quod præſtatur ab eis per totum tit. de defen. Ciuit. §. penult. & in mult. ſi modo. cum ſecundum conſilium eorum eſſet vtile Romanorum, ſi eligeretur Italicus vel Romanus, quodcunque iuramentum iſti præiudicans reputabant illicitum, & per conſequens non ſeruandum. vt in C. intellecto Extr. de Iureiur.

Ad hoc quod non fuerit metus adhibitus, pro certo ſatis patet reſponſio, quia dico quod de hoc non eſt curandum, quia d. c. ſicut & Canonici Eccleſiarum primo ponunt eligere ex ſeipſis, 2. ex toto mundo dum tamen eligatur ſufficiens. Cum ergo adſtringantur ad eligendum Italicum vel Romanum, conſtat quod eis aufertur libertas eligendi. Et hîc aduertat Legiſta cui hîc mo-

dus arguendi maximè congruit. Nam hoc probatur ſic. Relegati enim ad tempus vel in perpetuum non aliter puniuntur, niſi quod eis inſulam egredi non licet, vel auſertur libertas vbique commorandi ff. de Interdictis & Relegatis. l. Relegati. Et inter hæc ſunt gradus ff. de pœnis. l. Capitulum. §. in Exulibus e. ti. l. mortis §. ſunt & aliæ. Et e ti. l. 3. modo dicat aduerſarius. Nonne plus interdicitur libertas illi cui interdicitur totus mundus. Sicut dicit l. ff. de Interdictis & Relegatis. Exilium triplex eſt, nec negabit, quoniam ſi fuiſſet interdictum per vim quod non eligerent de Italia vel Roma, eſſet adempta libertas eligendi, eo quod non poſſent eligere vbi vellent, per §. ſunt & aliæ ſupr. alleg. Ergo multo magis cenſetur interdicta libertas, ſi non poſſunt aliunde eligere quàm de Italia vel Roma per iura prædicta. Et non inſpicitur in Matrimonio carnali, in quo loquuntur iura contraria, nam ſufficit quod non iudicatur viduitas in legato, præſertim cum priuato non infert damnum, licet auferat lucrum. Et non eſt par eademque ratio, &c. ff. de his quis in fraudem creditorum l. qui autem in princ. C. de caduc. toll. l. 1. § Ne autem & in multis ſi. Et ſunt textus de hoc ff. de ini. l. ſi quis de honoribus & expreſſim ff. de conditionibus & demonſtra. l. titio 1. centum §. 1. vbi. huic ſententiæ.

Ad rationem de metu ſatis reſponſum eſt. Et hæc dicta ſint de prima Quæſtione.

Ad ſecundam Quæſtionem ſic procedendum & breuius propter dicenda in ſequenti. Nam videtur 1. quod poſſit confirmari. Et hîc faciam rationem aduerſarij & complectar multa ſubinuoluta. Nam actus reſpondens ex conſenſu non circunſcriptus certâ formâ nullus tantum propter defectum conſenſus quocunque tempore ſuperueniſſe conſenſu confirmatur. ff. de ſeruitutibus Ruſtic. perd. l. profund. communia prædiorum. l. eſt receptum cum not. in leg. profund. in magna Gloſ. in talibus enim habet locum retractatio, vt l. potiorem in princ. ff. qui Potiores in pignore habeantur. & l. Pro. ſi certum petatur cum ſi. &c. Et hîc poſſent allegari infinita iura, ſed non curo, quia Brocardica ſunt maximè quando non habent certum tempus adiectum. Hoc dico propter l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Sed hæc electio pendet ex conſenſu nec ſubeſt fortunæ, vt eſt ſupra probatum. Ergo ſi ſit nulla ratione conſenſus, quocunque tempore ſuperueniente conſenſu debet confirmari. De hoc videtur textus de plano in C. dicet de vitand. frequent. alleg. ibi cum dicit niſi maior concordia vbi recitat Hoſt. quod licet publico ſcrutinio in Electionibus non licet variare: vt in C. publico. In Electione tamen Rom. Pontificis eſt ſpeciale, quod poſſunt accedere etiam ad minorem partem Cardinalium: & ex talibus conſenſibus acceſſiuis ſubſequenter fiet verus Papa. Si perueniatur ad numerum duarum partium. Et hoc tenet per textum illum. Nec hoc videtur impediri propter metum præcedentem, qui actus metu factus ratificatur per ſubſequentem conſenſum. Et hoc dicit l. 2. cum ſua materia C. quia me. ca.

Item ratificatio habet locum in Electionibus. Vt in C. quia ſicut de Elect. notat Gloſ. in C. auditis eod. tit. vbi alleg. multa Iura Gloſ. hic videtur, &c.

In oppoſitum arguitur ſic. Non firmatur tractu temporis, &c. vt in Regulis Iuris. Sed iſta Electio nulla eſt, &c. quid dicendum, credo quod non potuerit confirmari. Et hîc noto vnum ad deductionem propoſiti, quod aliquando Electio nulla eſt propter defectum conſenſus, qui aut non interuenit C. ſed vitioſus de Iure nat. aliquando eſt nulla propter defectum conſenſus, non quod interuenit, nec quod fuerit vitioſus, ſed quia non interuenit requiſitus de Iure ſcripto, quia aliquando eſt nulla non propter defectum conſenſus, ſed propter defectum formæ iuris ſcripti. Quando eſt nulla primo modo, nullo modo poteſt confirmari, quia ſimpliciter non eſt Electio. Et quod non eſt, non confirmatur, ſicut nec rumpitur. Vt l. nam & ſi ſub Condict. §. rumpendo ff. de Iniuſto rupto. Et ideo cautè dicit Regula Iuris, quod de Iure ab initio non ſubſiſtit, ſimpliciter non ſubſiſtet: nam iſtud claudit conditionem confirmare quod ſimpliciter non eſt. Iſta enim duo æquiparantur in Iure, *non eſſe & vitioſè eſſe*. Et hoc de directo probatur in l. 5. egreſſa ff. de Tutoribus & Curat. dat. ab his cum intellectu ſuo. dat. per Chy. C. quando prouocare non eſt neceſſe l. 2. & poſſet multipliciter declarari. Et hanc ſententiam amplectitur Innocent. in C.

quia ſicut D. allegato 2. caſu ſupra. Quando non interuenit conſenſus requiſitus de iure ſcripto, vt pote quia interuenit conſenſus minoris partis in alijs Electionibus, vel minus quàm duæ partes in Electione Rom. Pontificis. Et tunc ſubdiſtinguitur; quia aut ſubeſt formæ ſicut Electio Pontificum & aliorum minorum: & tunc ſi ſit nulla, etiam per ſuperuenientem conſenſum non firmatur, vt in C. audit. & ſi. In Electione tamen Rom. Pontificis ſecus eſt, quia poteſt per ſubuenientem conſenſum confirmari. Sic intelligitur in C. ſi alicui de Elect. in 6. Et in C. ne Rom. in Cle. Et ibi redditur iſta ratio.

Eſt tamen vnum aduertendum ſecundum Hoſt. quod ſi DD. Cardinales elegerunt viam ſcrutinij, & completo ſcrutinio non fuerit deuentum ad duas partes, ſi rumpant ſcrutinium, vel aliàs reddatur abſolutum, non poteſt fieri acceſſus. Sed aliquando eſt nulla propter defectum formæ iuris ſcripti, quia peccatum eſt contra l. quia propter. Et tunc non tangit Electionem ſummi Pontificis, quia non ſubijcitur formæ, ſicut aliæ Electiones non confirmantur. vt patet in C. ſi alicui, allegato.

Ex iſtis arguo ſic. Electio Rom. Pontificis nulla propter defectum conſenſus qui non interuenit: vel ſi interuenit, erat natura vitioſus, eſt inconfirmabilis, vt eſt ſupra probatum. Ergo hæc Electio facta per metum eſt inconfirmabilis. Conſequentia eſt nota. Antecedens probatur: quia metus non babet conſenſum. vt in C. eum locum de Sponſal. & in C. vbi maius §. cæterum de Elect. in 6. & eſt ſupra plenius probatum. Et totum de iure naturali, quia aufert conſilium, quod naturaliter præcedit electionem, vt ſupra dictum eſt. Naturaliter cauſæ ignorantiam quæ contrariatur conſenſui. Et ſi babet conſenſum, babet ſine dilectione; qui eſt naturalis conſenſus hominis, per quod dicitur arbitrium. Ergo, &c. Non obſtant rationes in oppoſitum factæ. 1. Non obſtat quod dicitur, quod hæc Electio non eſt nulla ratione defectus conſenſus, cum poſtea ſuperuenerit conſenſus. Quod dico quod eſt nulla, ex eo quod nullus vel vitioſus interuenit conſenſus, & ideo non confirmatur. Et per hoc facit textus cum Gloſ. ſua ff. de act. & Ob. non ſolum de ver. Obli. l. Impoſſibile in principio ff. de ritu nupt. l. ſi. in actu enim qui ſumitur non eſt, non poteſt ceſſare cauſa impediens, nec ſuperueniens confirmans, vt eſt ſupra deductum. Et ſic non obſtant quæ notantur per Dominum in regula Iuris. Nec obſtat quod in Electione poteſt habere locum ratihabitio. Verum eſt ſi actus teneat vel poſſit teneri quocunque modo: ſed iſte non tenet nec poteſt tenere, vt in l. Bonorum ſupra alleg. Nec obſtat l. 2. c. quia me. cau. quia loquitur in actu qui tenet ipſo iure, cum pertineat ad Edictum quia met. caut. Nos loquimur in actu nullo ipſo iure. Et aduertat Legiſta cui loquor nunc, quod actus nullus ab initio vel habens vicioſum principium, nunquam per conſenſum tacitum, nec etiam per retroactionem confirmatur. Secus tamen eſſet ſi babuiſſet principium, & illud principium veniſſet ad nullitatem. Iſtud declaro per textus expreſſos. ff. de Captiuis l. in bello §. Codicilli deleg. 2. l. cum filius §. heres meus. & in multis Iuribus allegatis per Azonem in Brocard. in illa Rubrica initium ſpectan. & per Gloſ. iuris Ciuilis in l. Quoniam id. in princ. ff. de do. l. ſi filius fam. ff. de liber. & poſt l. ſi filius de iniuſto rapto. l. Poſthumus. ſi tabulæ teſti. mille extabant l. 1. §. ſi. ad l. acqui. l. huic ſcripturæ in princ. ff. de do. l. ſi. §. Lucius. & ibi per Gloſ. iſtud patet in ff. de Iudicijs. l. licet C. qui per ſua iura. l. 1. & per notam per G. & Doct. C. vbi de crimine agi oporteat. l. t. 29. Et eſt expreſſum qui dari tutores poſſunt. l. vnumquemque ff. de eo qui pro tutore negotia geſſit. l. quare faciunt not. per G. & Doct. C. ſi aduerſus rem iudicatam l. cum & minor & multis ſimilibus. Non obſtat l. filio ff. de Iniuſto rapto, quia ibi interuenit confirmatio expreſſa ſecundum Quoſdam, vel aliter ibi ſcriptus heres non habet de quo conqueratur ſi legata ſoluantur, cum ipſe habeat ex voluntate ff. de beredib. inſtit. l. ſi. in ſi. Et iſta ratio probatur expreſsè. Inſtit. de exheredat. liber. in princ. Nec obſtat, quia etiam in Imperfectis babet locum Edictum, quod illud eſt in illa propria imperfectione quæ parit exceptionem. Et ſic propriè eſt actio; aliàs non reſcinderetur per reſtitutionem Prætoris, vt l. in Ca. ff. de Min. cum ſimilibus, quia non curo intrare materiam illam, vtrum exceptio ſola excludat in integrum reſtitutio-

nem, quia nil ad propoſitum. de qua per Chy. C. de fil. famil. In not. in l. 2. vel aliter & verius, vt not. per Gloſ. & Doct. C. quia me. ca. l. 2. ſupra. quia ibi reputatur actus perfectus quando non obligatur, & ſolutione interuenit metus, imperfectus autem, quando in ſola obligatione interuenit, nec obligatione ſequitur ſolutio, quia vtrobique habet locum Edictum.

Sed nunc venio ad tertiam Quæſtionem; & iſta eſt magis dubitabilis, licet reuera modicum dubij habeat. Et videtur quod actus fuerint ſufficientes ad veram Electionem vel ſaltem ad præſumptum legitimè. Quoad veram, probatur ſic. Sed factum aduerſarij hîc interuenit.

Secunda electio. Et omnes excepto vno dixerunt ceſſare tumultum & nouiter elegerunt & conſenſerunt vt in verum Papam expreſſè. Ex iſtis argumentor tripliciter. 1. ſic. Electio legitima non inficitur per præcedentem vel ſubſequentem metum; iſta eſt clara ex terminis. Sed iſta fuit legitima, quia facta ſine metu à duabus partibus Cardinalium; ergo non inficitur per metum præcedentem nec ſubſequentem. Minor patet ex facto. Et hîc exaltat aduerſarius vocem ſuam, & dicit quod poſito quod interueniſſet metus, ſi DD. Cardinales non fuiſſent ſequuti metum, ſed elegiſſent liberè, teneret Electio. Iſtud probat quia non eſſet infecta metu. Probatur etiam quod metus dicit rem perfectam Extr. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt. C. 1. & l. 6. tum ibi notatis ſuper verbo *Extorſerunt*. & eſt textus expreſſus ff. Qui & à Quibus l. ille ſeruus ſupra alleg.

Item verba intelligenda ſunt cum effectu ff. quia quiſquis iur. C. 1. §. hæc autem verba. ff. de Iuris vocando l. quamuis qui multum bene facit, ne quis eum qui in ius vocatus eſt, vi eximat l. ſi per alium §. dicere. Et ibi multa ſunt concord. in Gloſ. Ergo cum DD. Cardinales reputabant ſe eſſe in ſecuritate quod dicebant quod ceſſabat tumultus poſito etiam quod non ceſſaret, teneret electio, & viderentur liberè eligere.

2. Argumentor ſic. Ipſi dixerunt quod eligebant in verum Papam. & nemo præſumitur dicere quod mente non agitauit. in l. Labeo in fi. ff. de ſupellectili legata, ſed non poterunt eligere in verum Papam niſi ceſſaret tumultus. Ergo credebant ceſſare tumultum. Et ſic quantum erat in ſe liberè eligebant, quod ſufficit.

3. Ratio ſupponitur in facto, quod vnus contradixit D. non ceſſare impreſſionem: & illi non acquieuerunt: ergo per conſequens bene videbantur firmi quod ceſſaret tumultus & liberè elegerunt, & per conſequens tenet Electio; vt ex nunc etiam, ſi prima nulla fuerit ipſo iure.

Item hæc Electio fuit facta in Conclaui, in loco debito & tempore debito, & ſic ſeruata ſunt ſolennia. C. vbi maius. Et C. licet. Ergo videtur vera fuiſſe Electio & ſine defectu, quia debebat talis præſumi veridicè, patet ex actibus ſequentibus exitum Conclauis. Nam imprimis conſtituerunt Procuratores aliqui ex Dominis exiſtentes in loco tuto, ſcilicet in Caſtro S. Angeli Dominos exiſtentes extra ad inthronizandum: ergo videntur conſentire, & liberè electionem fuiſſe factam: Et illi qui inthronizauerunt ſine tumultu ſecundum factum aduerſarij; quia conſtat quod inthronizatio eſt Electionis executio, & ſic videtur quaſi poſſeſſionis traditio, quod eſt ſignum præcedentis Electionis, vt eſt textus in ratione Extr. de Conſuetudine C. ex litteris, cum ibi not. in Gloſſ. ar. ff. de acquir. poſ. l. quia mea §. ſi per venditorem. & in l. 2. c. eod. tit.

Item omnes publicè eum coronauerunt & ſine tumultu; & talis coronatio eſt vltimata perfectio quæ multum attenditur, ſicut diximus in fi. C. quando liceat ab emptione diſcedere. l. 2. de pactis. l. ab Emptore.

Item omnes eius purpuram adorauerunt, & ei vt ſummo Pontifici reuerentiam exhibuerunt, & pro tali eum habuerunt in Conſiſtorijs: ergo præſumptiuè videtur fuiſſe Electio, omnia enim iſta vehementem faciunt præſumptionem, vt in C. Dilecto. cum ibi not. Extr. de Præbend. & in multis Concord. ſupra in 1. Quæſt. alleg. De actibus ſingulorum non curo facere mentionem, ſicut quod aliqua beneficia petierunt, aliqui ſcripſerunt ad partes & multa talia, quæ non facerent Electionem nec probarent contradicente maiore parte. Sed clarum eſt quod in Conſiſtorijs omnes præſentes fuerunt & ſibi facienti promotiones conſenſerunt, imò penè omnia fecerunt cum eo quæ conſueuerant

fieri eum ſummis Pontificibus. Ergo licet talia non facerent Electionem, videntur tamen probare iam factam. Et per hoc videtur textus expreſſus cum Gloſ. ſua ff. quia iuſſu l. 1. prope princip. v. ſed & ſi ſerui per hoc videtur textus expreſſus; quia iſta duo videntur æquiparari, Electio & Inthronizatio. Et ſic ſicut per Electionem tribuitur ius, ita videtur quod tribuitur per inthronizationem. Ita videtur textus à contrario in C. ſi quis pecunia ſupra alleg. Ergo non videtur quod quocunque modo poſſunt ſe dicere DD. Cardinales coactos poſt tot actus exprimentes conſenſum, maximè poſt tantum tempus in quo potuerunt ſibi prouidere vel per receſſum vel aliter. Et exaltat hic aduerſarius vocem ſuam dicens quod doceat eum contrarium quicunque voluerit. Ex hoc patet quod iſta interpretatio eſt fauorabilis Reipub. & ipſis DD. Cardinalibus, ne dicamus quod ipſi deceperunt populum ſcribendo & habendo eum pro Papa & ſeipſos, quia multi eorum etiam ſacram communionem de eius manu receperunt. Et quia in Diuinis Officijs aſtiterunt, quod non debuerunt facere etiam timore mortis, ſi eum pro Papa non habebant. 24. q. 1. C. cepit Homogildus Iuuenis Rex. cum ibi not. in Gloſſ. nam per quancunque neceſſitatem non debet quis committere peccatum mortale 11. q. 3. C. quiſquis metu. Et C. ſacris de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt cum ibi not. in Gloſſ.

In oppoſitum eſt teſtimonium DD. Cardinalium, cui ſtandum eſt, vt infra patebit in ſequenti Quæſtione. Et nunc videndum eſt quid iuris. Et eſt aduertendum, quod ſecundum veritatem facti quam tradunt DD. Cardinales, & etiam ſecundum Factum Aduerſarij hîc nulla fuit Electio Canonica, quæ peruenerit ad duas partes. Et per conſequens ſuper hoc non oportet dubitare ſecundum Factum Aduerſarij; etiam non credo quod interuenerint. Secunda Electio non fuit vera nec Canonica. Et ſic ſecundum factum DD. Cardinalium de hac Electione nihil poteſt obijci, cum prima ſit inconfirmabilis, vt eſt ſupra probatum. Sed nunc videndum reſtat ſecundum Factum Aduerſarij, vbi aduertendum quid eſt quid facit Papam, vbi loquitur Innoc. qui dicit quod conſenſus duarum partium DD. Cardinalium liber & non vitioſus notoriè animo eligendi adhibitus in perſonam habilem, ſi Electioni conſentiat, facit Papam. Ita not. in C. licet, tam in principali quàm in additione, & ita notat Gloſſa lo. in C. 1. 79. d. Et ita notat etiam Hoſt. in C. licet allegato & Moderni in C. vbi maius. Et in C. nerarioni in 6. & in Clem. Et iſta deſcriptio patet ſatis ex præcedentibus, quam vlterius non perſequor propter authoritatem prædictorum quæ ſufficiunt ad probationem. Sed hîc non fuit talis vt patet ex facto. Et quia hæc venerabilis Abbas plenè deduxit, non deduco amplius, quia non eſſet niſi replicare dicta per eum Ergo, &c. Sed perſequor ſingulos actus. Et 1. Inthronizationem. Et non eſt dubium quod inthronizatio non eſt Electio. textus eſt expreſſus Extr. de Elect. in C. Eccleſia veſtra infra in fin. cum ibi not. in fin. nec reuerentia aut receptio ad Oſculum eſt Electio. Notat Innoc. in C. dilectio ſuper verbum ad Oſculum. Et ideo dicit quod non tribuit ius, ſed tantùm Canonica Electio. Alleg. ad hoc 2. l. C. delibere caut. l. non idcirco. ff. de Decurionibus. l. habemus. Concordat. lex ſi conſtant ff. de appell. de Nummarijs & actuarijs l. actuarios cum ſi. Nec admiſſio ad conſiſtoria eſt Electio; iſtud patet de ſe & ideo licet ipſum admiſerint vt Papam, non propter hoc factus eſt Papa, ſi non erat. textus eſt expreſſus in Clem. ſi ſum. Pontif. in princ. Et §. 1. de ſin. ex.

De Coronatione adhuc minus eſt dubium, quia illa Coronatio non fit ad Papatum ſed ad Regnum. Siquidem Tiara de quo coronatur Papa, non eſt habitus Papalis ſed Imperialis. Et ideo non conſecratur Epiſcopus Rom. ſi eligatur. Nam Epiſcopo non traditur ſibi Tiara ſed mitra. Et clarum eſt, quod ante coronationem ſi ſit verè electus, eſt Papa: & ſtatim poteſt adminiſtrare vt Papa, vt eſt ſupra probatum. Ergo Coronatio non facit eum Papam, quia nullo modo tendit ad eum finem, vt deduxi.

Item nec collatio Beneficiorum facit eum Papam aut dignitatum, cum illud ſit factum ſuum proprium, non Cardinalium. Nec obſtat, quod acceptauerint, quia vt patet ex facto; hoc factum fuit ſimulatè; quod patet, quia cum fuerunt in plena libertate, renunciauerunt & de nouo ſibi conferri fecerunt. Tamen

men ex ſe etiam non facit Papam, cum ſit actus ſingularium vt ſingularium. Et ſic non fit Electio, vt ſupra deduxi. Nec receptio Euchariſtiæ aut participatio in Sacramentis, ſi quæ fuerit, eadem ratione non facit Papam, cum talia non tribuant ius. arg. in C. Religioſi in fi. de Priuileg. modo poſito quod DD. Cardinales peccaſſent, ſicut fortè non peccauerunt, vt ita dicam. Et ſic clarè patet diſcurrendo per ſingulos actus, quod non fuerunt ſufficientes ad electionem faciendum nouam, quod eſt neceſſarium, vt prædixi, cum prima ſit inconfirmabilis.

Sed nunc reſtat oſtendere quod non fuerunt ſufficientes ad præſumendum & ſecundum factum DD. Cardinalium quod eſt verum, non oporteret multum laborare, ſupponunt enim, & verum eſt, quod ſemper durauit idem timor & eadem cauſa timendi, imò ſi verum amamus, erat magis cauſa timendi poſt, quàm ante, quandiu fuerunt ſub poteſtate Romanorum. Nam vt haberent Papam Italicum vel Romanũ, quanto opere laborauerunt minas & terrores inferendo, tot injurias atroces & tantam violentiam committendo, tanto magis veriſimile quod laborarent pro tenendo quem credebant habere. Turpius enim ejicitur, &c. Et non erat prouiſum de alia ſecuritate, nec videntur habuiſſe donec duraret. Cum ergo crederent ſe habere, veriſimiliter præſumendum eſt, quod ipſum veriſimiliter defenderent; maximè quia videbatur eis iuſtum. Et plus videri debebat ſecundum æſtimationem ſuam qui credebant eum Papam, quod deberet eis videri iuſtum habere Papam per violentiam. Argumentum Inſtit. vi bonorum capt. §.1. vniuerſi. quia tantum in intell. 1. poſito. Et in l. C. vnde vi l. ſi quis in tan. vbi quæritur de pupillo, &c. Et ex iis omnibus formabitur ratio concluſiua quæ judicio meo demonſtrat. & erit talis. Qui vult aliquem actum fieri ad aliquem finem præſtitum ab eo, quæcunque ex illo actu conſequuntur, vel ad illum neceſſario, & plus omnibus deſiderat finem. Iſta propoſitio quantum ad quamlibet ſui partem probatur, licet ſit per ſe nota. 1. quantum ad primam partem quod velit quæ ſequuntur ex actu neceſſario, hoc probant 2. l. ff. de except. rei judicatæ l. ſi inter ſe & me de acquitenda. l. illud dubitare poteſt. Poteſt etiam probari per l. fin. ff. de inoffic. teſt. cum Concord. ibi allegatis. Quantum ad ſecundam partem, ſcilicet quod velit illa quæ neceſſario ſequuntur ad illud, poteſt probari in adeunte hereditatem, qui vult omnibus hereditariis implicari. Et ideo cum creditoribus & Legator. quaſi contrahitur Iuſtitia de authoritate Tutorum §. cum intellectu ſuo notato in l. quod fauor. C. de legibus. & Inſtit. de obli. quæ ex quaſi contractu §. heres ff. de re. Iur. l. qui cum alio. probat hoc l. 2. C. de pact. ff. de acquiſ. hæred. l. ſi totam. Poſſent allegari multa ſimilia, quod multo magis velit finem. Probat. l. dedi dotem ff. de collatione dotis. probant etiam hoc omnia illa iura quæ dicunt, quod vbi aliquis ad contemplationem alicuius ad finem vt ad eum perueniat, alium inſtituit, vel ei legat, magis illum vult habere quàm principale Legatum ff. de donat. cauſa mortis, & multa ſimilia. Et probat hoc l. Tit. centum. §. fi. ff. de conditionibus & demon. Et iſtam propoſitionem bene concederent Philoſophi, qui dicunt quod finis eſt cauſa cauſarum: ſed nunc ſubinſertur Minor. Sed voluerunt DD. Cardinales vi compellere vt haberent Papam Rom. vel Italicum ad finem quod Curia remaneret in Vrbe vel in Italia. Ergo voluerunt etiam vi compellere ad omnia quæ neceſſario ſequuntur ex hoc, vt eſt præſentatio Electionis ad habendum conſenſum Electi, Intronizatio ad declarandum Electionem, coronatio ad Regnum. Da ergo quod DD. Cardinales contradixiſſent iſta facere exiſtentes ſub potentia Romanorum & non prouiſo de ſecuritate, nunquid iuſtè timuerunt periculum, cum ſine hoc Romani non haberent intentum? Certè nullus ſanæ mentis dicet contrarium: quia habere Papam denotat rem perfectam ex omnibus ſuis ſolemnibus ff. quod quiſquis Iur. l. 1. §. hæc verba. ff. de in integ. reſt. l. Dinus, & in multis ſi. Et ideo dicit Regula iuris quod non videtur rem habere, cui ex cauſa auferri poteſt.

Videamus quid ſequitur ad hoc. Sequitur quod vtatur vt Papa, ſcilicet tenendo Conſiſtoria, prouidendo de Beneficiis & aliter promouendo ad Dignitates, &c. Da ergo quod Cardinales non adſtitiſſent Bartholomæo in hoc exiſtenti in Vrbe, non prouiſo de alia ſecuritate, iuſtè idem periculum formida-

rent. Et per conſequens non dico quod ſic præſumptus ſed probatus metus attentis præcedentibus Conſiliis, minis, modoque minarum, contumeliis & injuriis facto & verbo illatis juxta illum verſum communem.

Excaturizantes Leges abhorret aquas.

Si enim Cardinales in Vrbe non remanſiſſent, ſed ſtatim receſſiſſent, jam non maneret Curia in Vrbe: quod erat principaliter intentum. Iuſtè ergo ſuper modo exeundi deliberauerunt, vt poſſent exire tutè, ideo dicunt Gloſſ. quod adhoc quod tempus ratificet id quod per metum geſtum eſt, inſpiciantur Circunſtantiæ: & hoc patet ex arbitrio Iudicis. Sic intelligit not. in c. 1. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt. Et in C. fin. qui Clerici vel vouentes. Hîc autem fuit modicum tempus, quia exierunt quamprimum potuerunt commodè. Nec obſtat quod redierint aliqui qui erant extra Vrbem, & aliqui qui erant in Caſtro: quia hoc fuit factum ne illi Domini qui erant in Vrbe, occiderentur, & familiæ eorum qui redierunt & exiuerunt, & omnia bona diriperentur. Et iſta inferunt juſtum metum, vt eſt ſupra probatum, & iſta ſcandala bene ſentientibus Bartholom. vt patet ex facto, mandauit enim illis qui erant intra Caſtrum quod exirent ad euitationem majorum ſcandalorum, & tunc exiuerunt, qui antea nolebant. Et noto multum contra eum, quod cum ſciret tot injurias, tot atrocia facta in DD. Cardinales fuiſſe commiſſa per Romanos ſine quacunque pœnitentia publica, & ..... credens ſe falsò Iudicem, ipſos admiſit ad miſericordiam, quod fuit dolo propter x. ff. depoſiti l. ſi hominem in princ. vbi eſt textus notabilis. Et ad hoc poſſent adduci multa alia Iura quæ imponunt pœnam Iudicibus non punientibus etiam quæ per ſe patent. Nec Caſtrum erat tunc tutus locus, quia non erat munitum victualibus, vt patet ex facto. Et per hoc ſatis poteſt reſponderi ad objecta omnia. Sed vt magis ſit clarum, reſpondebo per ſingula & breuiter. Et 1. ad id quod objicitur de ſecunda Electione, ſicut jam dixi, reſponſum eſt, quia non fuit verum. Et per factum Aduerſarij patet. Adhuc enim ipſis Dominis loquentibus ſuperuenit tumultus & ruptio Conclauis. Ergo non fuit reddita abſoluta à Dominis. Et ſic patet per imperfectam vt l. Iuris Gent. §. 1. ff. de pactis. & l. Contractus. C. de fide Ruſticorum cum multis ſi. Et ſic ex facto patet quod fuerit imperfecta. Et hoc probatur plenius. Nam actus ſecundum deſtinationem facientis limitantur, non naturâ ff. de leg. l. qui in rerum §. quod ſi poſt ff. coram prædiorum l. ſi is qui d. §. ſi in partem. Et ibi multæ concordantiæ ſunt in Gloſ. modo dicit lex quod qui facit partem indiuidui, nihil feciſſe videtur. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. furioſum. ff. de Teſtam. l. ſi is qui. Non obſtat l. Iubemus. C. de Teſt. §. quod ſit. non vt ibi notatur per G. & Doct. Patet etiam quod fuit facta timore, ſicut & prima: quia iam etiam erat controuerſia inter Dominos vtrum ceſſaſſet tumultus: & ſic inter eos erat incertum, vtrum eſſent in libertate aut non. Et patuit ex facto quod ille iuſtè dicebat quod non ceſſauerat. Ergo ille iuſtè timebat, etſi alij non timebant; hoc erat ex errore facti. Ergo illius contradictio qui iuſtè timebat, reddit Electionem nullam, ſuppoſito quod interueniſſet ſicut non fecit, vt in C. bonæ in princip. ſupra allegato cum ibi notis per Innoc. & in l. nouiſſimè. ff. quia cum falſo tutore, actore. Etſi dicatur, ſatis probant quod erant eum electuri etiam ceſſante metu. Dico quod hoc non eſt argumentum bonum: nam poteſt eſſe quod ad vitationem ſchiſmatis ipſum eſſent electuri, quem non fuiſſent ab initio electuri: ſed ipſe maluit habere injuſtum quàm iuſtum titulum, vt patet ex facto. Et hîc aduertat etiam Legiſta. Nam vbicunque aliquid offertur vel traditur ex certa cauſa, quam dans & accipiens gerunt in animo, nunquam ex hac traditione præſumitur noua cauſa ſeparata ab illa, quæ vtrinque aliàs geritur ff. de conditionibus cauſa data l. dedi. §. ſed ſi ſeruus. Et §. ſubtilius C. de conditionibus ob cauſam dator. l. ſi repetendi cauſa. Gloſ. ſuâ & in ſi. Imo plus dico, quod ſi res non erat debita, errans in cauſa non transfert dominium, ſecus tamen eſſet ſi eſſet debita, ſic Concord. ff. de acquir. rerum dominio. l. cum in cor. ſi certum petatur. l. ſi ergo cum concord. vtrobique allegat.

Item etſi non transferatur in accipientem, quocunque modo non recedit à dante. ff. de acq. po. l. ſi me in vacuam. Et dico bene in cauſa ſeparata, quia plerunque bene infertur tacita obligatio. ext. id quod agitur. ff. ſi certum. l. cum fundus. §. ſeruum tantum Commodati l. ſi is qui. §. ſi libero homini in fin. Et hoc fit per modum illationis affectus aut præſumpti animi. Sed ſi aduertamus factum de quo agimus, iſte Barthol. nunquam habuit animum recidendi nouam Electionem, quod patet, quia credebat ſe habere ius ex prima, nec DD. Cardinales, vt patet ex natura facti, habebant animum nouiter eligendi, nam ſemper exeqnebantur antiquam electionem. Ergo qui præſumit eos nouiter velle dare ius, & ex his actibus conſecutis & exſecutis primæ electionis præſumit contra naturam facti; quæ præſumptio non fundatur in ius. Nam cum animus præſumitur, oportet quod ſit aliquid in facto in quo fundetur præſumptio iuxta notata ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. l. fuerimus §. quid ſi auten. latitare. conſueuit notari. C. ad L. Corneliam de a. in l. 1. ff. eod. tit. l. 1. §. diuus. cum multis ſimilibus. Nec infertur purgatio primi metus, quia & acquiſitio & acquiſitum prohibita ſunt vt hîc. Imò ſi primum, eſt nullum & quidquid ſequitur ex eo. C. de legib. l. non dubium cum ibi not. & ſic non obſtat lex ſi ob turpem ff. de conditionibus ob turpem cauſam, vbi tamen modus acquirendi erat prohibitus facit pro Concluſione. C. priuat. 1. q. 1. ſupra alleg. Et ideo Electio metu facta, nulla eſt ipſo iure, non ſic autem in promiſſione, metu, vel ob turpem cauſam facta, vt eſt ſupra deductum. Conſtat autem quod nunquam eſſent eum ſine tumultu electuri.

Ad ſecundam quod dicitur de præſentatione Electionis, illa præſentatio non tribuit ius, imo magis facit contra eum: nam præſentauerunt ſibi Electionem quæ non tenebat & quam ipſe ſciebat non tenere: & ex hoc conſtituit ſe in dolo, licet daremus quod ab initio nullus interueniſſet. vt ff. de except. doli l. 2. §. & generaliter concord. ff. depoſiti. l. 1. §. cum 2. l. ſeq. & l. ſeq. ſi quis inficiatur eod. tit. de pactis l. Iure Gentium §. ſiue de Tributaria. l. illud. §. ſi cult. v. ſi tamen cum ſi. facit C. licet de vitanda. § ſi quis autem frequenter alleg. Et hoc de directo dicit C. in nomine Domini 23. diſt. quia loquitur diſiunctiuè Electus ſiue ordinatus aut Intronizatus fuerit: nam aliter non eſt anathematizatus ex ſola intronizatione, niſi ſolum propter ſuum conſenſum. Nec poteſt dici ignorans, cum in omnibus fuerit præſens. Nec juuaret eum ignorantia Iuris, quia eſſet ignorantia Iuris naturalis de qua loquitur l. 2. C. in ius vocando. Et ipſe eſt Doctor Decretorum & turpe eſt patro. &c. Eodem modo non obſtat intronizatio, quia ſicut jam probaui, inthronizatio non eſt Electio, ſed poſſeſſionis declaratio. Et licet cauſa vel juſtus titulus poſſeſſionem iuſtificet vt l. 2. C. de acq. poſſ. tamen poſſeſſio non iuſtificat cauſam ſeu titulum, vt l. 2. in præc. ff. pro emptore, & l. quod vulgo. eod. tir. cum multis ſi. Nec obſtat lex ſi certis annis, nec lex cum re in reu. ff. de vſurp. nec l. 1. C. de fideicom. nam in l. 1. quam vltimò allegaui, eſt ſpecialis fauore alimentorum & vltimæ voluntatis, vt ibi notatur, & notat Gloſſ. ff. de legat. in l. Latius. §. teſtor & mag. facit & illud eſt enim ſpeciale cuius in contrarium eſt ius. vt l. 1. ad municipal. Non obſtat lex ſi certis annis imo facit pro, quia vbi conſtat de cauſa in vtili, ſicut ibi conſtabat, quod promiſſum erat, pacto nudo non ratificatur: & ſic quantumcunque annis ſolueret, non obligaretur in futurum, vt l. cum in debito §. 1. Digeſt. cum de probab. vbi autem eſt dubium de cauſa aut juſtitia cauſæ ex longo tempore inducitur præſumptio. Et ita loquitur lex de iure in rem verſo. Sed quod monitoria traditio faciat præſumi cauſam niſi probetur, hoc non reperitur iure caurum. Hoc eſt expreſſum C. de patria poteſtate l. 1. cum Gloſſ. ſua. Etſi dicatur, quod iuſtus error habetur pro titulo, iſtud eſt cum lapſu temporis & contra ſcientem verè vel præſumptiuè qui præſumitur iuri ſuo renunciare. Vt l. alienis. Digeſt. de verb. ſignif. non ſic tamen in caſu noſtro vbi agitur de injuſto titulo. Nec debemus præſumere electionem, quia hic iſti actus fuerunt ad alium finem quàm ad conſentiendum vel cõfirmandum: ideo non præſumitur conſentire vel confirmare. Vt l. Gaius Digeſt. de pignorat. act. & in toto illo Brocardico, qui tacet non conſentit. Et hoc probat Clement. ſi Sum. Pontif. ſupra allegata. Et eodem modu reſpondeo ad cotonatio-

nem. Coronatio ſiquidem vllo modo tangit Electionem Summi Pontificis, vt ſupra declaraui, & ad hoc facit optimè ratio textus in C. cum deficeres extr. de Sent. ex. vbi præſtatio juramenti non probat abſolutionem, quia eſt actus diſtinctus, & probat Innoc. in C. cum olim de priuileg. quod Oſculum non probat Electionem, vbi ſententia daretur injuſta; ſed vbi ſententia dicitur nulla, facit præſumptionem, quia non tenebat eum Epiſcopus pro excommunicato, quem excommunicare non poterat. Et ſic illud C. probat expreſsè propoſitum noſtrum ſecundum intellectum Innoc. nec eſt abſolutio, nec in talibus præſumitur tacitus conſenſus, vbi eſt iuſta cauſa tacendi ſicut & metus: ſed eſt caſus in l. penult. Digeſt. de furt. & in 2. reſponſ. & eſt textus Digeſt. de conditione ob turpem cauſam l. ex ea ſtipulati.

Nec obſtant actus Conſiſtoriales, quia reuera ſicut prius probaui, tales actus non faciunt Papam & ſicut jam probaui, interuenerunt ad alium finem ſcilicet ad finem vſus, non ad finem Iuris tribuendi. Et niſi ei in Conſiſtoriis adſtitiſſent, vel ſi eius promotiones impediuiſſent, fuiſſet publicatio nullitatis Electionis, quæ pro illo tempore fuiſſet ſcandaloſa. Quare DD. Cardinales optimè ſunt excuſati. Etſi dicatur, potius debuerunt mortem pati quàm ſic conſentire, & maximè in Sacramentis & actibus ſpiritualibus, licet hanc Quæſt. pulchrè & diffusè tetigerit venerabilis Abbas excuſando DD. Card. quadruplici ratione, ſc. ex neceſſitate pro vitando ſcandalo, pro morte vitanda, & quod minus malum. Quia fortè dicta ſua poſſent recipere dubium. Nam pro quocunq; ſcandalo vitando, pro quacunque neceſſitate, pro propria morte & pro maiori malo vitando, propriè non eſt peccatum mortale committendum. Nam veritas vitæ & doctrinæ non ſunt pro ſcandalo omittenda. Et quia ex tali ſimulatione viderentur damnari animæ proximorum, quæ ſunt præferendæ etiam corporibus propriis. Tamen ego eos excuſo aliter, & credo quod eſt fortius, quia reuelando, attento periculo, peccaſſent mortaliter. Nam ſecundum Iſidorum, Martyrium requirit prudentiam, vt ſi poſſit ſequi fructus, Martyrium ſuſtineat, ſi fructus non ſequeretur, fugiat. Horum vtrumque feciſſe legitur Apoſtolus, nam vt mortem fugeret, per murum ſubmiſſus eſt in ſporta, & ſic euaſit manus eius in nomine Domini. Non ſe dedit in Theatrum Galeonis ſine fructu. Sed cum fructum ſperauit, libera voce dicit. Ego quidem fratres mei, pro nomine Domini non tantum alligari, verum etiam mori cupio in Ieruſalem, nullum enim horum vereor, dummodo poſſim conſummare curſum meum & miniſterium verbi quod accepi. Et multò minus ſe debet quis exponere morti, vbi tantum non ſequitur fructus, verum etiam expoſitione ſequitur ſubuerſio totius Eccleſiæ. Iſtud credo quod ſit ſatis notum; nec aliquis ſanæ mentis dicet contrarium. Nam ſi Martyrẽ facit cauſa ſed non pœna, vt dicunt ſancti, quæ cauſa eſſet mori ad ſubuerſionem Eccleſiæ? Melius fuit Paulum decipi quàm Eccleſiam ſubuerti. Et quod peccaſſent mortaliter, probat Bernardus l. 1. de conſider. ad Eugenium Papam. Dicetur quod fortitudinis Martyrum mater prudentia eſt, cuius terminos egredi temeritatis eſt.

Nunc habeo probare quod ex hoc ſequeretur ſubuerſio Eccleſiæ. Nam ponamus quod DD. Cardinales Citramontani fuiſſent mortui pro tali cauſa, non eſt dubium quin intruſus remanſiſſet in ſede ſicut & nunc nititur non obſtante contradictione multorum. Sed Deo fauente non ſtabit. Quia ſcriptum eſt, *Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, neque proficient ſpuria vitulamina*, Sap. 4. Modò videat quilibet ſanæ mentis, ſi Sacramenta infra paucum tempus deperiſſent, ſi fuiſſent factæ illegitimæ ordinationes, ſi haberemus lupos loco Paſtoris, ſi profanarentur altaria, ſi non ordinati vel illegitimi Ordines celebrarentur, ſi Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrarentur; ſi putridum caput ad ſe traheret membra, & cætera mala innumerabilia ſequerentur. Quomodo Dominus populo Iudæorum per Prophetas comminatus eſt. *Tranſibunt tempora multa ſine Deo vero, ſine lege, ſine Sacramento & ſine Ephod*, Ozeæ 3. & alia innumerabilia mala ſequuta fuiſſent. Quare ad euitationem tantorum malorum melius fuit facere ad tempus, cum hoc facilè ſit, aliud eſſet irreparabile vel ſatis difficulter ſine Dei miraculo reparabile.

Item hîc Bartholomæus adhuc cenſebatur peccator occultus: quia non-

dum DD. Cardinales declarauerant vota ſua, & ſic ſingulares qui ab eo receperant ſacramenta, non debebant ea reuelare, ſicut de peccatore occulto communiter tenetur à Theologis & à Canoniſtis. Et nunquid ſancta Iudith finxit, vt deciperet Holofernem, cui tantam laudem dat ſcriptura, vt dicat *Tu Gloria Ieruſalem?* nunquid ſancta Heſter tranſiuit ad cubiculum Aſſueri incircunciſi, vt liberaretur populus & non omnes perirent, cui dixit Mardochæus; & quis nouit vtrum idcirco ad regnum, &c. Nunquid & Macbabæi bellum Sabbato commiſerunt & non perierunt ſicut fratres ſui? Et ſi dicatur quod DD. Cardinales Italici elegiſſent, verum & Catholicum, in quibus remanſiſſet Collegium, vt ff. quod cuiuſque vniuerſitatis l. ſicut §. in Decurionibus & per conſequens ius eligendi. Dico quod non fuiſſet eis obeditum per Italicos ex quo credebant Bartholomæum verum Papam, nec fuiſſent auſi tranſire ad primum ſibi expedientem, ſicut nec modo audent tranſire, vt dicitur, ad verum Papam, quem ipſi etiam credunt verum. Vnde credo ſimpliciter quod ipſi peccaſſent mortaliter & ita in tanto fauore recidere; cum cordis amaritudine & timore Domini credo eos non peccaſſe ſicut nec vllum qui recordatur de peccato mortali in oblatione ſacrificij, cum non poteſt reſumere ſine ſcandalo, nec babet Confeſſorem de quo communiter tenent Doctores Theologi & Canoniſtæ quod non peccat offerendo ſacrificium & communicando. Et ſic patet ſolutio ad ea quæ obijci poſſent.

Si dicatur quod miſerunt litteras ſecundum veritatem facti, miſerunt ad requiſitionem Bartholomæi, qui procurabat eas; & ita idem periculum, ac ſi ſcripſiſſent contrarium abſque dubio attentâ conſuetudine Italiæ. Nam in Italia vix tranſeunt litteræ quin legantur, in partibus: & ſic remaneret idem periculum quocunque modo poſſet venire ad notitiam Romanorum. Et bæc dicta ſint de hac Quæſtione.

Ad quartam Quæſtionem proceditur. Et hæc Quæſtio babet multas implicitas. Nam imprimis quæritur an publicatio tenuerit facta per DD. Cardinales & anſit ſtandum eorum teſtimonio. Et quod non tenuerit, probatur ſic; nam aut dicemus quod DD. Cardinales hoc fecerint vt Iudices, & boc non poteſt dici, quia ſecundum Clement. ne Rom. omnis Iuriſdictio quam ſibi vendicabant DD. Cardinales ſede vacante, eſt omnino ſublata niſi ſpecialiter reſeruata C. vbi maius. Et ſic ſublata eſt opinio Hoſt. ſecundum notam Innoc. C. cum ex eo de. quam etiam reprobat Ioan. in C. ad ſuccindendum prope ſi. de Scbiſm. l. 56. quam opinionem Hoſt. dicit ante ſublatam per C. alleg. vbi maius periculum §. Id. quoq. Et ſic ſi non poſſunt iudicare de minimis, etiam multo minus erunt Iudices in tam arduo negotio ff. de Pœnis l. Capitalium §. ſolet verò vbi & generaliter. Et eſt expreſſum C. de agentibus in rebus l. ex eo ibi abſurdum etiam. Et ibi multæ concordantiæ ſunt in Gloſſ. facit l. cum pactis ff. de ſeruis expectandis in ſi. cum multis concord. poſitis in G. in l. qui indig. ff. de Senatoribus.

Nec videtur quod boc poſſint facere vt teſtes multiplici ratione. 1. Quia videntur ſingulares; quilibet enim poteſt deponere ſe metum babuiſſe, non tamen ſcit hoc de animo alterius, de quo quis deponere non poteſt: & teſti ſingulari non creditur quantacunque præfulgeat dignitate, vt l. inſumitur. ff. de teſtibus. Et quod communiter conſueuit dici de Canonicis Eccleſiarum Cathedralium, quod ſi ſint ſingulares in depoſitione ſua non audiuntur. Extr. de Elect. C. cum Dilecti. & C. bonæ cum ſi.

Item videntur affectati tanquam pro facto proprio, quia ipſi ſoli Electionem primam accuſant. Et ſic licet non interſit eorum ſingulariter, reputatur tamen intereſſe ratione affectionis, vt in §. præterea ſi quis generaliter Inſtit. de actionibus Legato. ff. de leg. 2. l. ſi cui fundus cum multis ſi. Et non videtur vice duorum poſſe fungi, ſcilicet Denunciatorum & teſtium, vt l. nemo de Aſſeſſoribus. Et videtur facere l. Mag. Puto §. imprimis ff. de rebus eorum Digeſt. de Pactis. l. ſi populum, ibi nam difficile, &c. cum ibi not. in Gloſ. faciunt notæ in C. ſi duo 79. diſt. Imò Doctores tenent vbique quod quandocunque ſic ſit controuerſia Rom. Pontificis, conuocandum eſt Concilium Generale.

Item qui denunciat, videtur eſſe pars in authentica de Quæſitore §. ſuper hoc autem. Et ſic non videntur debere admitti in teſtes, vt l. Diuus ff. de cuſtodia reorum cum ſuis ſi.

Item ipſi videntur ſe ingerere & per conſequens videntur ſuſpecti iuxta ea quæ ſcribuntur in l. contra omnia. §. 1. de Procuratoribus in l. ſemper §. Conductor. de Iure immunitatis cum not. vtrobique. Et iſtud videtur probari fortius; nam iſta violentia fuit publica. Et ita poteſt probari per alios quàm per DD. Cardinales. Et per conſequens videtur quod non ſit ſtandum eorum teſtimonio ſoli. Nam ratio quare creditur Canonicis de his quæ fiunt in Capitulo, eſt quia non poteſt per alios probari: ſed iſta ratio ceſſat hîc cum hoc fuerit publicum; igitur vt videtur, non debet eis credi, quia ceſſante ratione l. &c. Rationum autem contrarietate & varietate ſatis ſoluit Abbas, quare non curo inſerere.

Videtur ergo quod hæc publicatio non tenuerit, & quod titulus intruſiuus non etiam impediat ſecundam Electionem, poteſt probari ſic. Iſte titulus quem habet Bartholomæus, ideo dicitur Intruſiuus, quia Electio nulla: ſed Electio nulla impedit Electionem ſequentem, & eſt caſus in C. auditis. Extr. de Elect. cum ibi notis. Ergo, &c.

Item quamdiu non reprobatur titulus etiam Intruſiuus, debet ſuſtineri, vt in C. cum Eccleſia Sutrina Extr. de cauſa poſſeſſ. & propriet. notat Innoc. & ibi in plena materia de reſtit. ſpol. C. in litteris. Et ibi hoc diſputat per Iura Ciuilia & Canonica. Cum ergo iſte Barthol. fuerit nominatus per DD. Cardinales, vel ſaltem per duas partes, donec eius titulus reprobaretur, non videtur quod debuerint ad aliam Electionem procedere; hoc patet, quia in Beneficialibus oportet etiam mentionem facere de titulo colorato. Cum ergo iſte titulus fuerit plus quàm coloratus, videtur quod impediuerit ſecundam Electionem.

In contrarium arguitur ſic. pluribus teſtibus omni exceptione maioribus deponentibus & denunciantibus ad vtilitatem publicam non priuatam ad idem concordantibus fides adhibenda eſt indubia; iſta eſt per ſe nota, ſed iſti ſunt huiuſmodi, vt patet ex facto, quia ſunt Cardinales qui æquiparantur Præfectis Prætorij & pro quibus tantùm præſumit l. ff. de Offic. Præfect. Prætor. l. 1. in fi. cum ibi notis in Gloſſ. in teſtibus quidem dignitas facultatis & alia inſpiciuntur, iuxta not. in l. Iur. Iur. ſupra alleg. Et hoc textus optimè probat in auth. de Teſti §. fin. & l. ob carmen ff. eod. & in multis ſi. Iſti enim ſunt quorum dignitate nihil altius eſt. C. de Conſulibus & non ſpargendis pecunijs l. 1. in fi. Et deponunt ad vtilitatem publicam, vt ſcilicet Eccleſiam de vero Capite prouideant. Et concordant ad idem, vt patet ex eorum depoſitionibus; ergo eorum teſtimonio eſt ſtandum.

Item poſſunt denunciare id quod eſt euidens & notorium, quia euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris ſeu Denunciatoris, vt in C. tua nos de coh. ele. & mult. & in euid. Nec in hoc aliquis poteſt dici voluntarius. Et ideo dicit C. ſi quis pecunia, quod talis Intruſus per metum anathematizandus & à Cardinalibus & à Laïcis, cum metus eſt notorius, imò & anathematizandus ipſo iure cum ſuis fautoribus, vt in C. in Nom. Dom. 23. diſt. Ergo & potuerunt denunciare, imò debuerunt & potuerunt teſtificari, imò debuerunt. Et quia titulus Intruſiuus notorius non impedit ſecundam Electionem; probo ſic. Titulus intruſiuus notorius non propriè non titulus, quia in ſe importat & habet malam fidem & in accipiente & in obediente, qui ſi non eſſet notorius, obediens poſſet habere bonam fidem, & ſic iuſtus error daret ſibi cauſam obediendi, imò nec ipſe poteſt eum reprobare; ſic intelligitur C. cum Eccleſia. & not. per Innoc. vbi ſupra. Sed hîc eſt titulus notorius Intruſiuus, vt patet ex præcedentibus & declarabitur inferius: ergo iſta eſt veritas: quod ſit notorius, ſatis patet ex præcedentibus, quia metus illatus à populo & in populo publicè, & ſic tantùm non eſt præſumptus; iuxta l. priuatus. Et C. Olius. verum etiam probatur. Et ſi dicatur mihi quod Bartholomæus non dedit cauſam, non curo, quia non refert à quo metus adhibitus fuit C. quia met. cau. l. non intereſt. ff de exceptione doli. l. ap. Celſum. §. penult. & l. ſi exceptionem §. in hæc. ff. quia me. ca. cum vtrobique allegatis. Et licet forte ab initio non

fuerit in culpa, fuit tamen perſeuerando vt eſt ſupra probatum. Nec obſtat l. metum. §. ſed licet ff. quia me ca. quia in alio prorſus caſu loquitur, vt notat Gloſſa in l. non intereſt. Nec obſtat in quo multum aduerſarius fundat intentionem ſuam, ſcilicet quod Curia debet eſſe in Roma cum ibi ſit ſedes. Et ita nitebantur iuri communi & rationi. Et hoc patet ſecundum ſcriptum authenticum ſecundum eum Actuum 11. vbi Petrus miſſus eſt ad Cornelium Centurionem Rom. Et hoc probat per multa iura Canonica, quia hoc ideo non obſtat. Suppoſito quod ita ſit: non vbi quis compellitur vendere etiam iuſto pretio, habet locum actio quia met. cauſ. vt not. in C. intereſt, vbi quis per vim occupat rem propriam, & tenetur ex l. ſi quis in tantum, & eodem modo, vbi pignus ſit obligatum aut. etiam per vim notoriam. Nam licet excuſetur à crimine furti quantum ad pœnam, non tamen excuſatur à l. ſi quis in tant. nec à conditione furtiua, vt notat Gloſſ & bene. ſecundum omnes ff. de furtis. l. Qui vas. Et hoc de directo dicit textus ibi. Nam in actione Pe &c.

Nec iſta ratio habet fundamentum; quid enim ſciebant Romani, ſi eligeretur Citramontanus vtrum vellet remanere in Roma vel Italia, cum felicis recordationis D. Gregorius tranſtulerit ibi Curiam, qui erat Citramontanus: & Vrbanus IV. qui fuit Trecenſis fuit in Roma & Italia toto tempore ſuo; bene forte ſi ipſi non impediniſſent libertatem eligendi, ſed cum conueniſſent cum DD. Cardinalibus, quod quicunque eligeretur Vltramontanus vel Citramontanus remaneret in Curia in Roma vel Italia, licet infringeretur voluntas perſonæ non Electio, vt l. Titio centum. §. 2. de cond. & demon. res haberet colorem, nunc autem nullum, quia poſſibile eſt quod Italicus transferet Curiam ſicut fecit Innocentius III. qui magno tempore moratus eſt Senonis, & Citramontanus non transferet, vt patet de ſupradictis & de Clemente IV. qui fuit de S. Ægidio. Et ſi dicatur. Saltem veriſimile eſt: quod vnicuique patria ſua magis placet, dico quod licet eſſet licitum, non propter hoc fuit vis committenda vel metus inferendus, quia non ſunt facienda mala vt probant Iura communia.

Nec obſtat l. ſimil. ſi quis aliquem teſtam. probib. quia ibi nihil fiebat mali, & ſupponit textus: aliter non eſt dubium quin eſſet illicitum, vt eſt textus in l. apud Labeonem in princip. ff. de Iureiur. Nec credo quod per textum ſacræ ſcripturæ poſſit probare quod ſedes ſit magis Romæ quàm alibi, ſaltem ſecundum intellectum litteralem, qui ſolus facit fidem ſecundum Auguſtinum contra Vincentium Donatiſtam: imò ſecundum textum Act 10. non eſt locorum aut perſonarum acceptio apud Deum. Imò ſecundum textum ſcripturæ melius videtur ſedes in Ieruſalem, vbi mortuus eſt Chriſtus qui eſt Caput Eccleſiæ & lapis angularis, vt dicit Apoſtolus. Et illa Petra ſupra quam Petrus fundatus eſt, vt dixit Maximus in ſermone Quia in Rom. & tamen non eſt ibi ſedes, vt dicit Melchiades in C. futuram 12. q. 1. ideo ſecundum Bernardum de Conſider. ad Eugenium, licet alij Diſcipuli nauigio ad Dominum venerint, Petrus autem præcinxit ſe nuduſque venit, poſuit ſe in mari, quod eſt ſignum ſecundum eum, quod alij Diſcipuli certas Eccleſias per mundum ad regendum acceperint, Papa verò non habet certam Eccleſiam, ſed eſt aſſumptus in plenitudinem poteſtatis, vt in C. cuncta per mundum & C. per Principalem 9. q. vlt. Bene tamen fateor quod Eccleſia Romana ſpecialiter pertinet ad Sedem Petri tanquam per eum electa, an autem poſſit priuari ſede, videtur tex. C felicis de pœnis in 6. §. Ciuitas, facere pro vtraque parte ſecundum duos Intellectus quos ponit ibi Gloſſa, hoc tamen ad præſens diſputare non expedit, quia non facit ad propoſitum, & per hoc non credo quod ſit neceſſarium Concilium Generale. Nam cum nullum ſit dubium propter notorietatem facti, non eſt hîc Bartholomæus admittendus vt Papa, vt dicit Innoc. & per hoc de directo eſt factum. C. ſi quis pecunia. Non enim intelligo quod tribuat aliquam Iuriſdictionem DD. Cardinalibus, ſicut intellexit Hoſtienſis, ſed intelligo anathematizare id. pro anathematizato habere & vt talem reputare, quod patet per textum Qui dicit, & Laïcis. Conſtat autem quod Laïcis non permittitur anathematizare per modum Iuriſdictionis: ideo credo quod non ſit neceſſarium Concilium Generale.

Nec obſtat nota in c. ſi duo, quia ibi erat controuerſia inter Cardinales ſuper aliqua exceptione nullitatis, nam per iura noua additur ad antiqua: quia non admittitur exceptio contra perſonam Electi, vel eligendum niſi notoria nullitas, ergo ſecundum antiqua Iura videbatur quod admitterentur Exceptiones; & tunc ſi eſſet controuerſia inter Cardinales, erat conuocandum Concilium Generale: ſed hodie vbi non admittitur aliqua exceptio niſi notoria nullitas, ceſſat illa ratio. Et hoc videtur dicere textus in ſi. C. licet, cum dicit quod nullus eſſet Iudex, ſi admitteretur exceptio, quia Eccleſia Rom. ſuperiorem non habet; ſed ſi daremus deuolui ad Concilium, non eſſet ſine Iudice, &c.

Item Io. Andr. mouet vnam Quæſtionem in C. ne Romani ſuper verbo appellat. ſi inter Cardinales ſit controuerſia quod aliqui intrent Conclaue, alij non, & Intrantes dicunt imminere periculum mortis, & Dominum Temporalem non eſſe potentem ad defendendum, ſicut fuit dictum poſt mortem Clementis V. quis cognoſcet de Iuſtitia metus, & reſpondet quod ſuper hoc non eſt prouiſum, & egebit prouiſione, quod non eſſet ſi conuocaretur Concilium Generale: ergo ſi in illo caſu non eſſet conuocandum, ſi metus non eſſet notorius, quanto magis in iſto, vbi metus eſt notorius?

Et per hoc reſpondeo ad quintam Quæſtionem ſine argumentis. Et dico quod DD. Cardinales potuerunt eligere legitimè, non obſtante prima illa electione, vel nominatione nulla. Ratio, quia cum ſedes vacaret, nec haberet aliquem titulum Intruſus, imò eſſet notoriè non admittendus, vt eſt ſupra probatum, & ius eligendi pertineat ad Cardinales quo non poſſunt priuari, abſque dubio eligere potuerunt: quia nullum eſt impedimentum. Non enim præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum iuxta Regulam iuris. Et ſic Electio facta tenet. Quare ſanctiſſimus Pater D. Clemens VII. eſt verus Papa & Vicarius Chriſti Ieſu & ſibi tanquam vero Capiti Eccleſiæ obediendum omni exceptione ſemotâ. *Explicit.*

Hæc, inclytiſſime Princeps, ad ſerenationem animi veſtri & eorum qui videbunt, deſcripta ſunt, vt pateat quanta ſit Electio Beatiſſimi in Chriſto Patris & D D. Clementis VII. veritate & ſerenitate ſuffulta, & vt materia claudatur Schiſmati obloquentis, cui in manu & poteſtate veſtris ſpero aſſuturam victoriam Deo præſtante, qui eam dignis dare miſericorditer conſueuit. Ec hoc ſiquidem in noſtro Pontifice ſignificat numerus duplicatus. Ipſe ſiquidem Clemens eſt huius nominis VII. & à Clemente V. qui Romanam Curiam tranſtulit citra montes octauus Pontifex reperitur: & vterque numerus eſt celebris in ſcriptura, quoniam ſcriptum eſt Eccleſ. 11. *Da partem ſeptem nec non octo*, & ſubditur ratio, quia ignorat quid futurum ſit mali ſuper terram. Hoc ſiquidem Schiſma ante tempora noſtra latebat, ſed nunc Noë noſter ſeptimus ab Adam, vir vtique requieſcens ſub alis potentiæ veſtræ contra Impios ab alta Petri ſede prophetando declamat, vt de eo prædictum fuerat per S. Apoſtolum Iudam Thadæum ſuæ Epiſt. c. 2. vbi dicit, prophetat autem de his ſeptimus ab Adam Noë dicens, *Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes & arguere omnes Impios de omnibus operibus impietatis eorum, & de omnibus his quæ locuti ſunt quondam peccatores impij. Hi ſunt murmuratores, queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes & os illorum loquitur ſuperbiam mirantes perſonas quæſtus cauſa.*

Hæc Clementiſſime & Sereniſſime D. Noë noſter VII. ab Adam, hoc eſt à t. Clemente Martyre & ſummo Pontifice glorioſo, qui omnium ſanctorum Pontificum ſui nominis extitit Pater ſanctitate & exemplo contra Impios Romanos, qui perſonas Reuerendiſſimorum Patrum DD. Cardinalium quæſtus cauſa, ſcilicet vt poſſent Romanam Curiam retinere & ſuas ampliare ſubſtantias, ſuis impijs & contumelioſis operibus irritauerunt & impleuerunt Schiſmate Domum Dei quorum os loquitur ſuperbiam, & qui ſecundum deſideria ſua ambulant murmurantes & queruloſi contra præfatum Patrem ſanctiſſimum & eius aſſiſtentes, latè obloquentes, de his prophetat, *Ecce Dominus venit in millibus*, &c. Et quid mirum? ipſe eſt enim Noë Præco Iuſtitiæ octauus ſaluatus in Arca militantis Eccleſiæ, diluuium mundo Impiorum æternæ condemnationis inducens, niſi citò pœnitentia ducti conuertantur. Siquidem Noë noſter eius ſucceſſor eſt cui dictum eſt, *quodcunque ligaueris ſuper terram, &c.* Ego

vtique

vtique non dubito quin gaudentem victoria eum Dominus ſub veſtra poteſtate tueatur ad Ciſmontanas partes fore miraculosè reductum, vt ſic verificetur quod ſcribitur Iud. 13. *reuocauit me vobis gaudentem victoria in euaſione mea & in liberatione noſtra.* Spero enim citò in potentia veſtra, Inclytiſſime Princeps, in qua ſola ſpes noſtra eſt, Dei Eccleſiam ab Impiorum incurſibus liberari, ipſo præſtante qui in Trinitate perfecta viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Huic Tractatui Ioannes de Lignano Tractatum alterum reſponſiuum oppoſuit, quem edidit Odorycus Raynaldus Continuator Baronij in fine tomi 17. quem tu Lector conſule, ſi lubet.

Extat in quodam Codice MS. Antonij Vion d'Herouval in eandem rem Tractatus cui Titulus *eſt Iudicium veritatis* à Quodam Monacho Clareuallenſi compoſitus & editus, in quo poſtquam multa præmiſit ad Controuerſiæ deciſionem, varias rationes pro vtroque Electo deducit & tandem pro Clemente concludit. Similiter in MS. San-Victorino notato hiſce Characteribus B F. 31. fol. 162. legitur alius Tractatus Magiſtrorum Pariſienſium, editus per quendam legum Doctorem, Priorem Carnotenſem, & octo Quæſtiones complectens ſub hoc titulo.

Sequuntur Allegationes Quorundam Magiſtrorum Pariſienſium facta per Priorem Carnotenſem.

VAcante Sede Apoſtolica per obitum felicis recordationis D. Gregorij XI. die 17. menſis Martij, anno Domini 1378. Officiales vrbis diuerſa Conſilia in ſuo Capitolio tenuerunt, in quorum altero B. interfuit, dicit autem quod impreſſionem fieri diſſuaſit. Qui quidem Officiales cuſtodiam omnium Portarum & Pontium vrbis prius exiſtentium in cuſtodiam D. G. die & nocte occupauerunt cum magna multitudine & ante Conclauis ingreſſum requiſierunt Cardinales vt eligerent Papam Rom. vel ſaltem Italicum, & hoc ipſis Officialibus & Ciuibus declararent ante ingreſſum Conclauis, ſubiungentes, quod aliàs timebant pericula & ſcandala maxima & irreparabilia, cum corda Ciuium cognoſcerent nimium ſubleuata. Mandauerunt omnibus Nobilibus vrbis, vt infra tres dies ſub maximis pœnis exirent vrbem, requiſiti per Cardinales edictum reuocare noluerunt. Nec Comites Nolanum & de Fundis voluerunt ſtare Romæ; dictum Comitem Nolanum & D. Agapitum de Columna Ciues Nobiles vrbis pro cuſtodia Conclauis deputare denegarunt. Ruſticos de Comitatu in magna multitudine ad vrbem venire fecerunt. DD. Cardinales impreſſionem & violentiam percipientes Officialibus vrbis expoſuerunt, quod ſi per impreſſionem eligerent, Electus non eſſet verus Papa, & ſequerentur multiplices errores, inſtantes quod prædictos Ruſticos remitterent, populum Rom. totaliter ordinarent quod non poſſet ſcandalum ſoboriri, pontes cuſtodirent taliter, quod populus tranſire non poſſet ad Palatium. Dicti Officiales hoc promiſerunt & iurauerunt. Sed antequam Cardinales intrarent Conclaue, tota platea S. Petri fuit plena populo Rom. armato, & dum ingreſſi fuerunt Palatium, populares intrauerunt cum eis ipſum Palatium totaliter replentes, per totam noctem tenuerunt portas apertas ipſius Palatij & quaſdam ruperunt, totum Palatium armatis Gentibus circundantes. Subſequenter ipſis Officialibus & Popularibus exiſtentibus Conclaue, Senatore cum paucis Perſonis ibidem remanente & clauſa porta ipſius Conclauis ſuperuenerunt omnia Capita Regionum vrbis cum Ciuibus multis, & oportuit quod illa hora tarda permitterent eos intrare timentes fracturam portarum & pericula perſonarum. Ipſi Romani requiſierunt vt prius petentes antequam exirent Conclaue ſuper hoc certificari, intimantes quod ita videbant populum diſpoſitum, quod aliter fieri non poterat ſine periculo perſonarum, non permittentes quod porta Conclauis more ſolito muraretur: imò cum difficultate conſenſerunt, quod cum quadam barra lignea clauderetur, & per totam noctem Palatium tenuerunt occupatum, ictibus & percuſſionibus ſolarium dicti Conclauis commouerunt clamantes ſine intermiſſione *Romanum volumus vel Italicum.* Die ſequenti cum Cardinales ſe diſponerent ad factum Electionis, Campanas Capitolij & S. Petri

pro congregatione totius populi pulſari fecerunt, elamantes fortius ſolito cum furore, *Romano lo Volemo, &c.* Cardinales propter vitandum mortis periculum ex abrupto & ſine diſcuſſione dictum B. elegerunt eis notum & in factis Curiæ magis expertum aliquibus dicentibus quod eligebant eum ſub intentione quod eſſet verus Papa, timore tamen morris ſemper durante, vno Romano & duobus Citramontanis minimè concordantibus. Et dixerunt aliqui Cardinales, quod quamprimum eſſent in loco tuto, Dominum B. reeligerent, licet ante ingreſſum Conclauis deliberaſſent eligere de gremio Rom. Collegij. Demum per 3. Cardinales primos deſignarunr Popularibus, quod in die craſtina ante horam Tertiarum ſignificarent eis Electionem Papæ Romani vel Italici. Ec tunc Romani permiſerunt portari cibaria pro prandio & exierunr Quidam domum ante Conclaue exiſtentem in Palatio armati, remanentes Cardinales poſt Comeſtionem tribus prædictis abſentibus in Tertijs redierunt ad Capellam Palatij. Et tunc dixit vnus Italicus quod ceſſabat impreſſio & qnod reeligeretur dictus B. & reeligendo dixit, *Ego dico ſicut heri*, ſed antequam omnes finiuiſſent loqui, ſuperuenerunt Prælati Romani & Italici pro quibus miſerant Cardinales & tunc populus cum maximo furore clamauerunt, *Romano lo Volemo*, per 4. partes fregerunc Conclaue & ipſi armati intrauerunt, & portam Capellæ ſecretæ ad quam fugerunt Cardinales cum magnis ſecuribus fregerunc circundantes vndique DD. Cardinales. Tunc vnus Cardinalis volens ſuum & aliorum vitare periculum dixit popularibus, quod elegerant Cardinalem S. Petri, ſed nolebat conſentire, requirens eos vt ipſum inducerent ad conſentiendum. Dum populares Cardinalis S. Petri bis inthronizarent, Quidam ſine cappis & Cappellis ad Domos ſuas iam adueſperaſcente, aliqui ſnb habitibus diſſimulatis fugerunt ad Caſtrum S. Angeli, aliqui exiuerunt Romam, aliqui in ſuis domibus latuerunt. B continuè remanſit in Cameris Papalibns in Palatio, nec exire voluit requiſitus per Dominos qui ab vrbe receſſeranr, ſed miſit & mitti fecit per populum adhuc furentem ad Dominos exiſtentes in Caſtro & alios qui in ſuis domibus remanſerant, continuatis vicibus eos requirendo vt pro vitatione maioris periculi ad ipſum venirent: & poſt multa timentes ſcandalum venerunt ad Palatium & B. inthronizauerunr ſolito more. Quo facto alij exiſtentes extra vrbem timentes Dominorum exiſtentium in vrbe, ſuorum familiarium trucidationem & ſuorum bonorum diſſipationem ſeu perditionem venerunt ad vrbem & ipſum B. coronauerunt. Et ex tunc in reuerentijs, Conſiſtorijs, promotionibus B. vſus eſt vt Papa, & ipſum tanquam talem dicti Domini habuerunt, nullum tamen nouum ius intendentes tribuere & in vrbe cum ſolitis periculis exiſtentes vt cautius potuerunt, paulatim venerunt Anagniam ad deliberandum ſuper præmiſſis. Et hæc omnia 12. Cardinales mediante iuramento in eorum conſcientijs depoſuerunt & aſſeruerunt eſſe vera coram D. Arelatenſi Camerario Apoſtolico ac Iudice Ordinario in hac parte provt in litteris factis anno Domini 1378. 2. die Auguſti continetur.

Quæſtio 1. *an Impreſſio dici debeat notoria?* quod non; quia requiritur in notorio, quod circunſtantiæ & facti qualitates per quas tolluntur excuſationes maleficij ſint notoriæ, ſicut in homicida notoriè puniendo requiritur, quod per inſultnm non defendendo ſe cum moderamine, quem occiderit notoriè; de reſtit. ſpol. olim. 1. de homicid. ſign. & eod. tit. in Clem. Idem in ſpoliatione, quod notoriè eam ratam habuerint de reſt. ſpol. cum ad ſedem. Idem in adulterio, quod non ignoranter cognouerit 34. 97. & Nam ſi qualitates facti eſſent dubiæ, locus eſſet infractioni & diſſimulationi per Gloſ. 2. q. 1. quæ Lotharius. G. 1. in principio habetur de Iureiurando ad noſtram in ver. aut eſt factum notorium; non tamen Iudici ſicut eſt in caſu præſenti, vbi licet Congregatio & tumultus populi fuerint notorij, tamen excuſabiles ſunt proprer defenſionem vel potentiam, &c. 2. Non eſt notorium B fuiſſe per impreſſionem prædictam electum, ſed ante omnem impreſſionem per libernm arbitrium non per impedimentum ex futura electione dicitur Electus. 3. Non eſt notorium quod impreſſio fuerir facta per populum pro electione Itali; ſed ſolum Romani, quia videtur huius B. electio Italici per No. Innoc. Io. Andr. de Elect. Bonæ memoriæ, &c.

Digitized by Google

Dic contra per deſcriptionem Notorij, quia eſt publica & famoſa inſinuatio vel proclamatio communis ex euidentia rei proueniens, quæ nullâ tergiuerſatione celari poteſt, quæ ponitur de Cohab. Cleric. & mul.tua. 2. qu. 1. quæ Lotharius de manifeſta ſcelus. Io. Andreas de Cohab. Cler. noſtra. ad intelligentiam, & ibi alia ponitur deſcriptio Notorij, cuius eſt teſtis populus & cuius diſſimularioni non eſt locus l. palam ff. de rit. nup. Modo ſic eſt hic igitur, &c.

Ad Contrarium dic, quod non eſt neceſſe omnes circunſtantias fuiſſe notorias, ſed ſufficit quod factum primâ facie includens maleficium ſit notorium, aliàs nullum maleficium poſſet eſſe notorium propter circunſtantiam aliquam excuſabilem poſſibilem in quolibet tali; nec requiritur per Iura, quod notorium non fit excuſabile; ſed dicunt quod factum illud non poſſit celari, quin ſit factum vt ſit notorium. Nam excuſationes facti venient in defenſionem rei per Innoc. C. tua G. puta poſt principium. ibi Hoſti.

2. Videtur proceſſus factus ſuper notorio facto reuera, licet non inquiratur de Circunſtantijs nec etiam recipiantur excuſationes partis ad defenſionem propoſitæ ex circunſtantijs, nec reuocabitur per Iudicem Superiorem; per Innoc. c. tua G. 3. non habet dicta Impreſſio circunſtantiam excuſantem, quia clamabat populus, *Eligatur Romanus vel Italicus*, quod fuit & eſt damnatiſſimum.

Ad ſecundum friuolum eſt manifeſtum, quia B. fuit electus ante omnem Impreſſionem, cum ante Conclauis ingreſſum Populus fuit ante Palatium congregatus *& intrauerunt cum Dominis*, &c. Nec eſt hoc veriſimile propter formam in Electione ſummi Pontificis traditam per C. vbi maius de Elect. li. 6. quæ ſeruanda fuit, attento C. in nomine Domini 23. d. quoniam de gremio Eccleſiæ primò eligendus eſt ſi fieri poteſt 61. d. nullum obitum. 63. d. Metropolitano 18. q. 2. quam ſit. Et ſic non eſt audiendus B. inthronizatus contra iura. D. quod ante omne vitium ipſe extraneus fuit electus in ſecunda Iuris *qui contra* ſic interpoſita eſt conſuetudo Collegij ab antiquiſſimo ſic obſeruans, tractatur primò ſuper illis de gremio, & poſt 15. dies de Extraneis, quare ſomniant credentes Collegium voluiſſe mutare hoc l. minime Can. de leg. c. ne Romani in principio de Electione in Clem. quæ ſi impreſſio tempore electionis diceretur nondum formata nec in actu, diſpoſitio tamen præcedens iuſtum timorem propter periculum impreſſionis incutiebat Collegio; qui ſolus timor ſufficit impreſſione non ſecuta. C. bonæ 1. de Elect. leg. & notoriè patet in hiſtoria facti. Cardinales etiam aſſerunt quibus credi debet; nec ante impreſſionem fuit electus & inthronizatus abſque dilatione quæſt. 13. à duabus partibus Campana pulſata vt moris eſt in conſuetudine Romana iuxtà C. licet de Elect.

Ad tertium dic, quod Notorietas facti oſtendit contrarium; petebat enim populus *quod eligeretur Romanus vel ſaltem Italicus*, vt in hiſtoria. 2. Auferebatur Collegio liberum arbitrium quod exigitur in Electione, & ad nullitatem electionis ſufficit timor popularium C. bonæ 1. cum notis l. habitator §. fin. ff. loca. 3. & ſi fuit impreſſio clara de Romano, quæ etiam verè fuit de Italico, propter tamen affinitatem & cohærentiam Romanorum cum Italicis intenderunt Domini placere Romanis, placare tumultum, eis imminente periculo prouidere aliàs non facturi, vt in hiſtoria.

Quæſtio 2. *an Eccleſia vniuerſalis quæ eſt Congregatio fidelium debeat reputare & tenere dictam impreſſionem fuiſſe notoriam præſertim in remotis partibus, Almannia, Francia*, &c. quod non, licet fuiſſet notoria in vrbe per C. eorum 2. q. 3. facit de Elect. bonæ 2. ver. & licet. Nam remoti non poſſunt aliquam habere notitiam dictæ impreſſionis per ſenſum viſus, auditus vel alium applicabilem ad materiam. Igitur non poſſunt dici habere ſcientiam dictæ Impreſſionis per Innoc. c. tua. G. puta. V.

Item dicimus; & ibi Hoſtienſis. de Iureiuran. ad noſtram 3. vbi Notorium in vna terra probari debet in alia, præſertim ſi non vt Iudici ſit notorium, ſine examinatione fieri non poteſt ſententia contra negantem, licet ſit alijs notum, quia tunc requiritur probatio 2. qu. 1. ſi peccauerit §. quando vero. Sic poteſt intelligi C. eorum 2. q. 3. C. pudenda 23. q. 1. vbi Iudex ſuper notorio probationes recipi facit pro vicinia facti. de præſump. quod quanto. hoc tenet Ho-

ſtienſis in ſumma de Cohab. Cler. §. fin. v. poteſt tamen. & de actus euidentia.

Dic Contra, quod prædictæ impreſſioni conuenit deſcriptio notorij ſupradicta, quia eum pronlamat Clerus & populus vniuerſus; & hoc ſufficit. 2. Quia factum in vrbe noſci fingitur vbique terrarum in authent. de litig. §. omnem Coll: 8. de albo ſcri. l. 1. C. dudum de Iud. in Clem. in Extrau. rem non nouam l. Roma ad munici. l. 2. de Iudi. in procœmio lib. 6. de foro compet. licet. quia Rom. Eccleſia Caput eſt & in ea factnm eſt, & quod fecit, ad aliarum cenſendum eſt notitiam perueniſſe. ar. hyſto. peregr. in Hieruſalem. 3. Sufficit ad notorium publicè quid fieri, nec eſt neceſſarium ad ſingulorum notitiam deueniſſe; de poſtulat. Præl. c. 1. facit Ioannes Andreas de Sepult. in Cler. ſuper Verbo *publice* de Excommunicatione publica. Nec quis excuſatur in eo quod publicè fit, ignorantia, poſtquam veriſimiliter ad eius notitiam potuit peruenire. 4. Quia notorium probatur per duos; nec in huiuſmodi probabilibus recipiendis oportet ſeruare formam Iuris. de Iureiur. ad neceſſ. ſecundum Goffr. Innocent. de Elect. bono Ioan. Andr. de Adult. Modò dicta Impreſſio fuit ſignificata vbique & certificata per eos plures, qui viderunt eam & per DD. Cardinales quibus credi debet.

Ad Contrarium dic, quod ad notorietatem facti ſufficit quod plurimi ſciant, nec requiritur de omnibus 2. q. 1. de manifeſta. Idem Hoſtienſis vir. C. manifeſta dicit, ad factum notorium ſufficit notitia viciniæ in qua commiſſum eſt. facit 2. q. 1. §. quando in multorum, vbi Hoſti. G. dicunt ſufficere de maiori parte viciniæ, maximè quando in loco eſt maxima multitudo hominum iuxta No. per G. 2. q. 1. de manifeſta Can. de accuſa. l. ea quidem; quod ſi forſan non ſufficeret populus is ad inducendum facti notorietatem, aliàs ſequeretur quod omnes poſſent prætendere excuſationem facti notorij exceptis illis qui præſentes fuerunt in facto commiſſo vel ſententiæ prolatione emiſsâ confeſſione, quod eſt contra iura. Multa namque cognoſcimus indubitanter eſſe vera, quæ nunquam vidimus nec ſenſu exteriori apprehendimus, ſicut de geſtis ſacræ ſcripturæ, Hiſtoriarum authenticarum, ſitu terrarum, &c. de quibus per Innoc. de Iureiur. cum in cauſa, & alij ibi. Poteſt etiam reſponderi per ſuperius allegata, nec eſt neceſſe factum declarare notorium, licet quandoque ſit vtile per Io. Andream de re Iudic. Paſtoral. in Clem. in verbo declarato per Doctores de Officio Dele. C. 1. lib. 6. poteſt tamen iudex ſi velit ad cautelam ex abundanti recipere probationem ſuper notorio de Elect. bonæ 2. Conſ. ſed ſi non recipiat, nihilominus videtur quod agitur.

Sequitur Quæſtio 3. *an ſit credendum aſſertionibus Cardinalium factis 2. die Aug.* videtur quod non. poſſunt hi aſſerere vt Indices propter C. ne Roman. C. in Clem. & C. v. §. ijdem lib. 6. de Elect. quia non fuit vocatus B. ad videndum ipſos iurare iuxta C. in nomine cum No. de teſti. nec vt Partes Can. ne quis in ſua cauſa de teſti. l. omnibus 4. q. 4. teſtes; nec vt dicta eorum in formam publicam reducantur, ad quod tendere niſi ſunt iuxta C. quoniam §. ſunt & alij vt lite. non. contra quam publicatio talis habet locum in eo qui eſt futurus reus ſicut eſt dictus Bartholomęus, imò eſt præſens, quia videtur ſibi quæſtionem moueri iuxta Gloſſam in verbo publicatio; facit No. C. ſignificauit. de Teſtibus. v. Innocentius & Hoſtienſis dicunt quod publicatio non conuenit ei qui habet actionem. Nam tunc etiam vocandus eſt ille cuius ſingulariter intereſt, de quo C. ſignificauit ſecundum Innocent. eod. tit. Ex quibus ſequitur quod dictæ publicationes potius videntur diffamatorius libellus quàm teſtimonialis littera; de quo libello 6. q. 1. per totum.

Dic Contra per C. fin. 97. d. de appel. Conſtitutis 1. ibi intellectio illius ergo de ap. cum pa. de priuil. cum olim. 1. in nos ver. de Elect. C. Innotuit §. multa. 2. B. ſigillis ignoranter Cardin. creditur de Cle. per 11. de fide inſtru. quod ſuper. 5. litteris Cardinalium creditur habentibus ſubſcriptionem teſtium ſicut litteris Epiſcopi; de Procu. C. 1. de teſti. cum à nobis. Nō. de fid. inſtruct. c. 1. cum dilectus 6. 4. 2. placuit de proba. poſſeſſ. 4. de longa conſuetudine creditur etiam ſimplici verbo vnius Cardinalis qui valere poteſt de fid. Inſtruct. cum dilectus. Can. de Adul. quamuis indubitari, quod procedit etiam in Inferioribus Epiſcopis 30. qu. 3. ſtatuimus de Execut. Præl. Dilecta per Hoſtienſem in

Digitized by Google

ſumma de Prec. §. fin. v. Io. 2. q. 6. placuit ergo de Elect. vt circa lib. 6. 5. inferioribus etiam creditur in eis quæ ſpectant ad eorum Officium 18. diſ. ſi Epiſcopus. 65. diſ. 6. in inferioribus credendum eſt in eis quæ fiunt in caſu, quia per alios probari non poſſunt; de Teſti. veniens. 3. alleg. ſic in facto Electionis facta in Conclaui Cardinalibus credi debet per prædicta.

Ad Contrarium poteſt ſuaderi, quod vt Iudicibus credi debet per C. in nomine Domini 23 d. ibi Epiſcopi Cardinales vice Metropolitani funguntur 97. d. ſi quis. Poteſt etiam vt partibus licet non ſit iſta cauſa ſingularium Cardinalium, ſed vniuerſalis Eccleſiæ, in qua teſtificari poſſunt de Teſte. Inſuper com. 12. quæſt. 2. qui manumittitur, & publicatio videtur, cum non habebant Cardinales materiam promptam ad agendum, præſertim ſi diceretur quod Concilium Generale debet eſſe Iudex. Nec erat opus alia citatione propter mortis periculum & arduitatem facti de quo in eo ſignificauit Albericus. Neo erat opus citatione in facto tam notorio. de trausl. Epiſ. nec in receptione teſtium ſuper notorio neceſſe eſt partem vocari No. de Adul. Porro de Offi. dele. C. 1. lib. 6. vt dixi ſupra, ideo non fuit libellus diffamatorius, vt infra dicam ſuſtinendo denunciationem & publicationem factas per Cardinales.

Sequitur Quæſtio 4. *An Electio facta de B. per impreſſionem, vt dictum eſt, notoriam, fuerit ipſo iure nulla, & ipſam valeat & debeat vniuerſalis Eccleſia nullam reputare.* Videtur quod non, quia facta per metum ipſo iure tenetur, licet reſtituatur prudens vel abſoluens metum paſſus l. Metum, §. ſed quia Prætor. ff. quod met. cau. ad aures 1. niſi forte iuramento eod. tit. facit de Iureiur. cum contingat No. de Pactis C. Pactum lib. 6. vbi tenent pacta Iuramenta fundamenta ſuper principio Iuris, quilibet Iuri proprio renunciare poteſt. de regula, ad Apoſtolic.

Item contra Electus à duabus partibus non conuenit aliqua exceptio de Elect. C. licet. ibi Hoſt. Innoc. Io. Andr. facit No. Gloſ. Ioan. Andreas in verbo poſitionem; dicit quod licet Rom. Pontifex canonicè creatus à nemine iudicetur, vſurpans tamen Papatus formam C. licet, eſt excommunicatus. Et ideo idem eſt in Electo vel inthroniſato per ſeditionem, præſumptionem vel aliud ingenium 23. d. in Nomine; quæ exponit Hoſtienſis, ſeditione id eſt violenta impreſſione, præſumptione id. ambitioſo tractatu, ingenio id calliditate vel fraude quacunque. Cum igitur iſta tria pariſicentur ibi, & in eis infligitur eadem pœna per C. in Nomine Domini & non inuenimus quod 2. vel 3. caſu Papa accuſari poſſit, ita nec in primo, ſcilicet ſeditionis vel impreſſionis fortiter; facit 79. d. ſi quis pecunia, dicit quod habens duas partes non poteſt accuſari de Simonia, igitur nec in alijs duobus caſibus ibi poſitis, ſcilicet per gratiam humanam vel militatem ſeu popularem tumultum at. C. tranſlato. de Conſtitut.

Item ſola nominatio & actus eligendi & partium facit illum, qui nominatus eſt, Papam, nec eſt opus receptione ad oſculum in Cathedratione, inthronizatione aut præſtatione obedientiæ; imò authoritate Papa poteſt Papatum accipere 23. d. c. 1. facit Innocent. Hoſtienſ. Ioan. C. licet receptus & nullus tunc iudicabit eum. 9. q. 3. aliorum & C. cuncta vera. Sed *dictus B. fuit nominatus ab omnibus exiſtentibus in Conclaui, & conſenſerunt in ipſum aliqui non obſtante impreſſione ſub intentione quod remaneret Papa & aliqui proponebant reeligere, & ſic in eum conſentiebant, & in iſto tali conſenſu duæ Partes & vltra erant, quia ab iſto 4. Cardinales duntaxat excipiuntur qui dixerunt expreſſè vt patet in hiſtoria geſtæ rei.* Si dicas aliud eſt eligere de præſenti & aliud eſt proponere eligere in futuro, quo caſu non videtur talis conſenſus per C. 2. de Elect. lib. 6. reſpondendum quod in huius electione non eſt neceſſaria forma, ſed ſufficit quod appareat de conſenſu; facit de acq. her. l. Paulus R. ver. in aditione hereditatis non interuenit Procurator, quin Dominus conſtituendo Procuratorem videtur velle etiam conſecutus hereditatem adire. Contra nominatum à duabus partibus in Papam non obijcitur aliquid nullitatis, nec ex ipſis caſibus nullitatis poteſt contra ipſum agi, niſi in caſu hæreſis duntaxat 4. diſt. ſi Papa de Elect. licet vbi maius l. 6. facit G. 79. diſt. ſi quis peccandi, vbi vxoratus qui eſt inhabilis ad beneficium Eccleſiaſticum c. 1. c. diuerſis de Cleric. Coniug. remanet Papa ſi eligetur.

Digitized by Google

Dic Contra, quod Electio fuit nulla, nec ex illius virtute habuit aliquod Ius in Papatu. 1. Quia in ea defecit libertas conſenſus & arbitrij propter metum imminentis periculi ex impreſſione ar. de ſpon. cum locum; igitur ſine conſenſu libero non valet ar. C. licet de tranſlat. Epiſ. C. ſi quis de Elect. 2. arguendo de carnali matrimonio ad ſpirituale quod eſt nullum per metum. de Sponſ. cum locum. 3. ſimplex reſignatio Beneficij facta per metum, nulla eſt, quod met. ca. igitur nulla eſt aſſecutio per metum iuxta ſecundam iuris omnis res ibi con. cor. 4. 23. q. 1. c. 1. & de reſtit. ſpol. c. 2. lib. 6. v. non reſtituitur 79. d. ſi quis pecuniam. 5. Quia ſolus timor impreſſionis facit electionem nullam ſi fuerit impreſſio ſecuta l. habitator. ff. loca ff. fin. per Innoc. de Elect. bonæ. ibi gloſſa hoc eſt; & Gloſ. ſi citati, vbi Io. Andreas. Hic autem fuit & præſens impreſſio. 6. metus etiam leuis reddit electionem nullam quæ aliàs non redderet matrimonium carnale nullum 11. q. 6. ſi quis Epiſcopatum; ibi Gl. Idem Ber. Hoſt. 7. clarè hoc determinat Innoc. de Elect. licet Gl. Et eſt additio, quia nullus Doctorum ſequentium iſtam recitat, comparatur enim Electio per impreſſionem & non facta à duabus partibus C. licet ver. portionem per Hoſti. ibi habetur. 8. facit exemplum perniciosum vt per impreſſionem in futuris electionibus Rom. Pontificum procederetur ſi iſte B. remaneret, contra quod totus Clerus inuigilare debet; ar. de tranſ. Epiſ. ſicut iura contra tales Intruſos inſultarunt, vt dictum eſt.

Ad Contrarium dic ſecundum Quoſdam Contractum per metum nullum, quia non habet conſenſum ar. l. 1. in principio eod. tit.

Item ſpeciale eſt in Electione quæ eſt nulla per metum ſicut matrimonium, delegatio, authoritas, manumiſſio & alia de quibus per Hoſtienſem in ſumma.

Ad ſecundum dic quod C. licet intelligitur in Canonicè Electo. patet 79. d. ſi quis Apoſtol. ſi quis pecuniam. facit Hoſtienſ. Ioan. Andreas in ver. Portionem. per quod videtur, quod ſicut is qui non habet duas partes Cardinalium, cenſetur Intruſus & vſurpatur, nec debet teneri pro Papa per C. licet, ita nec is qui per ſeditionem eſt Electus, prout determinatur in C. in nomine Domini 23. diſt. nec obſtat quod alijs duobus caſibus parificatur, ſcilicet ambitione & fraude, quia ibi eſt liber conſenſus eligentium; facit No. de tali Guig. c. 1. cum ſecundum Io. Nam propter conſenſum in matrimonio, probatio non tenet propter conſanguinitatem vel aliud & perdendo beneficium, ſecus ſi propter furorem vel alium defectum conſenſus, vt propter metum quia non perditur Beneficium, ita quod conſenſus in hoc ponderandus eſt qui non interuenit hîc. Nec parificatio iſtorum trium ſi concederetur, induceret hæreſim, ſuppoſito quod eſſet caſus notorij per Innoc. c. licet. G. 1. in fi. dicens quod Electus prece vel pretio ſi ſit notorium non eſt Papa, ſic poteſt intelligi de Simoniaco occulto qui non poteſt accuſari, ſecus in notorio ſecundum Innoc.

Ad tertium de Electo à duabus partibus, &c. dicit quod etſi omnes Cardinales vnanimiter conſenſerunt in eum B. animo habendi eum in Papam propter impreſſionem, tamen adhuc verum eſt quod Impreſſio fuit cauſa finalis ipſius Electionis, & ſic nulla eſt. Dicunt tamen omnes Cardinales ſe eum elegiſſe per metum quibus credendum, cum ſint 12. ſub juramento deponentes qui non præſumuntur immemores 1. q. 7. Pro quibus multum facit, quia Quidam deponunt prima facie pro B. facientes vt nil veritatis omittatur de præſumptione litteras, quæ ſi pro recipiat ipſe B. etiam ea quæ ſunt contra ipſum debet recipere 4. q. 3. ſi quis teſtibus 19. d. ſi Romanorum per Gloſſ. de Conf. c. 1. lib. 6. per Henricum c. 19. ſuper eod. titulo dicens quod Confeſſio diuidi non debet. 2. non obſtant verba illa, *quod aliqui conſenſerunt in eum*, vt dictus B. remaneret Papa, quia non concludit quod duæ partes conſenſerunt attentis verbis illis, *aliqui vt reeligerent eum*, qui non valet, cum non ſit conſenſus de præſenti qui requiritur in ſpirituali matrimonio c. 2. de Elect. lib. 6. 3. In Electione per impreſſionem conſideratur defectus conſenſus, odium imprimentium & Electi fauor Eccleſiarum. Et ſi ceſſaret ratio quantum ad Eligentes, durabit tamen quoad alios reſpectus, quia ſemper eſt verum per impreſſionem eam fuiſſe factam: quare non valet. 4. Quia actus factus contra Decretum iuris nullus eſt, nec quæritur de cauſa cum ſemper duret legis authoritas per l. non dubium Can.

de legibus. de app. cum ceſſante in reg. Iur. quæ contra, ſicut ponitur in electione per impreſſionem facta c. in nomine Domini 23. d.

Nec obſtat quod non opponitur defectus nullitatis vxorato Electio, quia procedit vbi habent duarum partium conſenſum, aut tolerantiam aut tacitum conſenſum DD. Cardinalium.

Quæſtio 4. ſequitur, *an per tolerantiam vel tacitum conſenſum DD. Cardinalium dicta Electio de B. potuerit conualeſcere.* Quod ſic 12. q. 2. ſi qua de rebus 16. q. 1. C. fin. juncto C. cum vos quæ ſi. à præl. de Iuris pro. Can. de nuptiis etſi con. quod metus cauſa c. 1. & ſponſ. ad id veniens. de ſpon. impu. de illis, in quibus matrimonium per metum contractum ratificatur, licet nullum fuerit juxta c. cum locum de Sponſa. facit quia in pluribus litteris & aliis verbis DD. Cardinales nominauerunt B. Papam conſentiendo in eum vt talem art. aut ſi quis Can. de Natu. lib. in aut. quibus mo na. effi. legi. §. ſi quis coll. 6. in aut. vt li. ma. & à me 5. ad hoc Coll. 8. de probationibus, per tuas, vbi ſtatur nominationi.

Item DD. Cardinales dictum B. coronauerunt, intronizauerunt, rotulos præſentarunt, Beneficia receperunt & gratias, in Conſiſtoriis adſtiterunt, ab eo Sacramentum Euchariſtiæ cum oſculo pacis receperunt, quod Papa conſueuit Cardinalibus dare, ad ipſum poſtquam Vrbem egreſſi fuerant, redierunt, & multa fecerunt alia, propter quæ apparet de conſenſu eorum in ipſum tanquam Papam, quia plus eſt facto monſtrare quàm verbis de Ap. ad audientiam. Dilecti. vt noſtrum gratum de Off. dele. de condi. appo. per tuas 43. D. ſi Rector ver. quid aliud ff. rem. ra. ha. l. 3. in fin. 11. q. 3. æſtimant. 3. q. 6. hæc quippe. 7. q. 1. Pontifices vbi quis alteri reuerentiam impendendo, Vicariam recipiendo, ſubſcribendo, dando pacem, parendo eius ſententiæ, præſtando procurationem, recipiendo conſecrationis munus, exercendo Pontificalia, videtur eum recognoſcere Superiorem. Nec venire poſſunt DD. Cardinales contra factum ſuum, dictum, B. improbando, quem ſemel approbauerunt in Papam. art. de Elect. noſtra & dicti C. diu. 4. q. 3. ſi quis teſt. cum conced. vbique. Dic contra, quia prima Electio vt eſt dictum, notoriè fuit nulla: ideo non potuit poſt conualeſcere 1. q. 1. Principatus, de reſcrip. ſi eo lib. 6. in 5. v. Iuris non firmatur, quod ab initio concord. ius quia initium Electionis inſpicitur eod. tit. auditum, dudum licet, ſecus in carnali Matrimonio per Henricum de Sponſ. duorum. accepiſti per Doct. & Ioan. And. in ſecunda Iuris non firmatur. D. ſpeciale in Electione nulla, quod non poteſt conualeſcere. 2. Tacitus conſenſus non tribuit ius in Beneficio, ſed Canonica Electio. l. habemus de decu. Can. deliber. ca. non idcirco. de Inſtitut. ex frequentibus cauſ. de præben. Dilect. Sed Doctores dicunt quod hoc procedit in inferioribus prout ſunt dicti Cardinales juxta C. ne Romani, vt ſic eorum tacitus conſenſus nullum tribuat ius in Beneficio, ſecus in Papæ conſenſu.

Item licet in Electione Papæ non ſit neceſſaria forma C. quia propter, oportet tamen quod Collegium animo eligendi Congregatum aliquem nominet in Papam, quia ius eligendi ſpectat ad eos Collegialiter non ſingulariter, &c. C. Eccleſia quia propter eod. tit. & ſic conſenſus ſingularium præſtiti non collegialiter non valent ad Electionem & non eſt idem factum Collegij & ſingularium 12. q. 2. qui manumittitur. Modo non apparet quod liberè Collegium habuerit animum eligendi dictum B. ſicut ex depoſitionibus eorum conſtat. Compoſ. de reſcrip. eam tenet G. ſi. Io. Andreas de re, &c. non aliæ. C. 1. lib. c. Henricus de conſtit. cum omnis. facit c. nouit quæ ſi. à Prælatis.

Item nunquam facta per metum ratificantur quandiu durat c. 1. quia met. cauſa. de ſponſ. ad id. & C. veniens de ſponſ. impur. de illis. DD. autem Cardinales ſemper habuerunt continuè metum quandiu fuerunt in poteſtate Romanorum & in eorum diſtrictu. C. accedens vt lite non conteſt. C. Piſanis de reſtit. ſpol. cum mora. Ideo per regreſſum in Vrbem, cum non exiuiſſent diſtrictum Romanorum, non ratificauerunt Electionem per præcedentem metum & perſeuerantem factum, adbuc factus eſt ineligibilis per C. quiſquis eod. tit. 23. diſt. in nomine 79. d. ſi quis pecuniæ ideo non poteſt eius conualeſcere Electio per conſenſum dicti; C. diuerſis C. veniens de ſi. per. c. 2. de ſchiſma.

Digitized by Google

Item expreſsè Ioan. Andreas. C. licet,&c. ſi quis tenet de conſentiente Electioni factæ à minori numero, &c. & in v. Pontificem.

Item Electio nulla poteſt expreſsè ratificari eod. tit. 1. dic. de ap. ſi conſtat per Minor. Pap. c. 2. de tranſact. C. quanto,&c. Ep. C. propoſuit de Conc. Præb. C. ex ore quod loquitur in iure priuato cui renunciari poteſt per tacitum conſenſum, ſecus in Inſtitutione priuati, qui ius publicum habet, nec tacitè ius ſibi datur de Inſtitutione. Cum veniſſent in fin. ſic Concord. ad C. dilect. de præb. ſecundum Hoſtienſem & Ioan. Andream in C. ex ore, in verbo Iuri ſuo. Nec obſtat de Matrimonio & ingreſſu Religionis, quia ſpeciale eſt in Electione C. dudum eod. tit. nec ratificatur, quia initium inſpicitur propter periculum ingreſſus vitioſi art. c. 1. de eo qui mittitur. lib. 6. ſed in carnali non fit aliis præjudicium, nec eſt ibi certa forma & eſt fauorabilis actus: ideo conſenſus ſingulares ſufficiunt ad hoc. C. fin. de re Iudi. C. cum apud cum locum de ſpo. Et quod aliud ſit in ſpirituali & carnali Matrimonio, tenet Ioannes in Regula Iuris non firmat. Henric. de ſpon. duorum accepiſti. Nec obſtat quod Electio ratificari poteſt, quia verum eſt, vbi non eſt defectus in materia nec in forma, ſed forſan aliquis eſt contemptus, vel pronuncians non habet poteſtatem ad hoc, licet aliàs eſſet Canonica, ſecus vbi non fuit Canonica per Hoſt. Ioan. Andream, Henricum de Elect. quod ſicut, quia ob defectus materiæ vel formæ non poteſt ratificari.

Sequitur Quæſtio 6. *An Cardinales potuerint facere declarationem & denunciationem prædictam.* Videtur quod non, cum non habeant Iuriſdictionem. De Elect. ne Romani in Clem. nec ſuperioritatem præſertim in hoc caſu approbando Papam. De Elect. licet in fin. 79. d. ſi duo & §. patet, & per conſequens, non exequi nec committere potuerunt hanc publicationem & denunciationem, nec eſt ſtandum tali intimationi & denunciationi, nec parendum.

Item præcedere debuit citatio denunciationem hanc per Ioan. c. fin. de Cenſi. debet enim citatio præcedere quamcunque declarationem Nou. de Hom. cap. 1. lib. 6. etiam in quocunque caſu, quo quis ſententiam Iuris exequitur, de hoc eod. tit. cum ſecundum lib. 6. geſſ. & g. in C. fin. de Cenſi. in Clem. ſed non apparet per proceſſum Cardinalium quod ipſi dictum B. citauerint, quare dicendus eſt potius libellus diffamatorius & illegitimus proceſſus.

Item in notorio requiritur citatio propter excuſationes & defenſiones quas prætendere poteſt abſens, vt ſupra probaui. 3. q. 1. 24. d. de illicita. 2. q. 1. Deus Omnipotens.

Item Concilium Generale eſt Iudex competens quando contra Papam agitur 2. q. 7. Nos ſi in fin. 17. d. §. hinc. ſic tenet Hoſtienſis in ſumma de accuſa. §. quis accuſari. vt excipitur, dicit ſub verbo *forſan*. quod vbi agitur contra Papam de hæreſi, congregandum eſt Concilium. Facit C. ſi Papa 40. diſt. No. 79. di. ſi duo. Hoc expreſsè tenent G. Ioan. Innoc. de hæreſi c. vnico in principio lib. 7. & in fine præced. eod. tit. Idem Henricus de Elect. licet igitur proceſſus Cardinalium non valuit obſtante defectu Iuriſdictionis & poteſtatis, &c. vrgere multum videntur.

Dic contra quod Cardinales potuerunt facere & debuerunt huiuſmodi publicationem, quoniam contenta in ea ſunt vera & notoria vt probatum eſt, & ſic abſque citatione poſſunt publicari art. l. eum qui nocentem ff. de injur. Can. eod. tit. l. ſi non conuicij. l. ſi quoniam in fin. Idem Hoſtienſis, Ioannes, Henricus C. fin. de injuriis, dicens quod publicans ea quæ expediunt Reipub. bene agit, ſicut factum impreſſionis vniuerſalem Eccleſiam reſpiciens publicè, igitur,&c.

Item Cardinalibus incumbit talis denunciatio, quia melius ſciunt veritatem, & in facto Electionis eis ſolis credendum eſt de proba 3. cum Concord. 2. Quia ius ſuſcipiendi ad ipſos ſolos ſpectat. de Elect. igitur & alia quæ concernunt diſcuſſionem art. c. 1. de re Iud. ibi concord. facit 23. d. In Nomine. 79. di. ſi quis pecunia, vbi tam Electio quàm expulſio Papæ ſpectabat per intruſionem ad eoſdem. ergo, &c. 3. Quia Cardinales ampliores habent prærogatiuas, quia non judicantur ab alio quàm à Papa ſecundum Hoſtienſem, Ioan. Andream de præbend. Dilectis 1. & cum Papa iudicant, vt ibi per C. venerabilem §. rationibus

nibus qui ſi. ſunt legit. de Elect. fundamenta lib. 6 imo in arduis neceſſe eſt procedere de conſilio fratrum de hæreſi hæret. lib. 6. vbi dicunt G. Io. aliquas Prouiſiones factas per Cœleſtinum, ſtatuta facta per Bonifacium renouata fuiſſe per ſucceſſores, & habent ius Collegij ſeu Capituli ſecundum Hoſtienſem. deinde ad liber. in parte de ſchiſ. in verbo Cardin. habent arcam cummunem, habent cognitionem, habent tractatum commodum electiunum Rom. Pontificis C. licet. nec deponuntur niſi congregato Concilio & tunc per Concilium, per Innoc. Hoſt. Io. de Cle. non niſi ex geſtis. De alijs prærogatiuis per G. de off. le. c. 1. lib. 6. in Extrauag. in ver. Prærogatiuam. Et creditur dicto vnius de conſuetudine & Epiſcopi Cardinales vicem obtinent Metropolitani, vt ſupra q. 3. 4. ſede vacante ſuccedit cam. in eis quæ ſunt Iuriſdictionis. de maj. & obed. Nun mirum igitur ſi per modum prærogatiuæ ſeu poteſtatis Collegium Apoſtolicum ſuccedat Papæ, de quo per Hoſt. & non obſtat, quoniam in notorio non requiritur citatio, vt in C. cum olim de re ludi propter notoriam obreptionem imponitur abſenti non citato ſilentium, per B. in fine. ibi abſen. præſertim in notorio actus permanentis de tranſl. Epiſ. maximè quando prouiſio celer deſideratur in facto propter imminens periculum in mora, ſicut eſt in curſu Electionis Papalis C. vbi. nam & priuatus quilibet meritoriè poteſt hoc detegere, vt eſt dictum.

Nec obſtat de Concilio ſuperiori. Papa non habet Concilium vt ſuperiorem 9. q. 3. aliorum & ideo non extenditur Iuriſdictio Concilij ſuper Papam in iſto caſu ar. c. non ſolum Conſtitutionem de Regula. lib. 6. 2. quia omnis audientia denegatur Intruſo C. in nomine. 23. d. nec expulſus reſtituitur 3. q. 1. Nec habet Papa ſuperiorem per. C. licet in fi. ibi Innoc. Hoſti. Ioan. in verbo portionem, quia in notorio actus permanentis quod excuſationem non recipit propter impreſſionem & occupationem, non eſt ſententia neceſſaria, nec per conſequens Concilium expectandum eſt, maximè in publicatione actus vtilis Reipub. per C. licet in fine de Elect. nec per iuſtitiam denunciationis aut publicationis iuſtificatur Electio ipſius B. ideo nihil ad propoſitum.

Sequitur Quæſtio 7. *an Cardinales procedere potuerunt ad Electionem ſecundam factam de R.* videtur quod non, quia etſi prima electio fuiſſet notoriè nulla, non poſſunt tamen ijdem Electores ad ſecundam procedere, ſicut nec ad Collationem C. Interdum §. Præterea de exem. Præb. ſecundum Hoſtienſem de Elect. Auditis. facit l. 1. § actionem ad Turpill. 1. ad diſſoluend. de ſponſ. nupt. l. cum in. in fin. Deleg. 1. l. planè in principio. fortiter facit quod notat Innoc. de Exe. Præl. per Hoſtienſ. Io. Henr. de Elect. auditis. dicunt quod quando prima Electio nulla habet confirmationem vel aliquid loco confirmationis habens vim, vt quia fuit aſſignatum beneficium inductus in poſſeſſionem cum conſueta ſulemnitate per eos ad quos pertinet, non valet Electio ſecunda facta ar. c. quia diuerſitatem cum noſtris litteris. Sicut non valent poſt primam Electionem confirmatam, quoniam per confeſſionem vel aliud habens vim confeſſiunis traditur adminiſtratio per Superiorem quæ non eſt tollenda niſi per Superiorem. Modo B. habet poſſeſſionem loco confeſſionis, igitur, &c.

Dic contra, quia Electio prima nulla eſt ipſo iure notoriè, non igitur præſtabit impedimentum ſecunda, ar. l. de pupillo §. ſi quis riuos de No. o. C. de appell. lib. 6. facit Io. Andr. de vo. te. c. 1. lib. 6. quia receptio Ordinum à non Epiſcopo, ingreſſus religionis non approbatæ non impediunt matrimonium ſecutum. facit de Elect. cum vni. Congregato ven. auditis. de app. conſtitutis. Sic tenet Innoc. expreſsè de Elect. Conſideremus & Io. Andreas C. auditis G. ſi. in princ. & Henricus I. de Sponſ. ad audientiam, dicet quod notoria nulla prima non impedit ſecundam electionem fieri C. in nomine. Si quis pecuniam.

Nec obſtat C. inter. quod loquitur in Collatione, cuius rationem diuerſitatis ponit Ioannes & Henric. in C. Auditis.

Item ſi non debet fieri 2. Electio non caſſata vel nunciata caſſâ primâ, tamen ſecunda non eſſet nulla, ſed forſan annullanda de Elect. bono. 2. Sicut Electio facta à maiori parte contempta minori. Sic tenet Ioan. Andreas de Elect. Auditis ſuper G. prima in ſupple. quæ incipit, vocant prædicti. Modò in caſu iſto non eſt qui poſſit annullare Papalem Electionem, nec de hoc agere

contra Papam per Innoc. C. licet in princip. Igitur 2. Electus remanebit Papa.

Non obſtat contrarium, quia vel loquitur in illis quæ ſola voluntate adimuntur l. 3. §. fin. de adi. vel in illis quæ ab initio valent, ſed ex poſtfacto deſinunt valere vt in Sponſalibus propter ſecutum matrimonium: ſed hæc Electio non habuit ab initio ſuum effectum; ideo non impedit aliam fieri. Si no. in 2. Iure non firmatur per B. de Spon. ad audientiam.

Sequitur Quæſtio 8. *an dicto B. ſit obediendum, & ſit tolerandus in poſſeſſione Papatus & adminiſtratione.* Et videtur quod ſic, quia Electus fuit à duabus partibus, ideo Paparum potuit apprehendere & adminiſtrare per C. licet confirmatus, pulſus, inſtitutus poſſunt. de Elect. tranſmiſſa cauſa nobis olim de Cle. pereg. C. ſi. de Off. Arch. cum ſatis per Innoc. de Exemp. Præl. cum Inter. §. præterea. Fuit etiam receptus in Papam vbique terrarum per litteras etiam teſtimoniales DD. Cardinalium, ideo ei parendum. facit 8. q. 4. ar. l. iuſto. de ac. poſſ. per Innoc. de reſtit. ſpol. in litteris. G. prima & Hoſt. ibi aliàs facile eſſet cuicunque contra Prælatum iura ſuæ dignitatis prætendere excipere.

Dic contra, quia poſtquam Nominatio de dicto B. fuit notoriè nulla, non habuit aliquod ius in Papatu, ſed eſt Intruſus, & per conſequens non tenetur quis obedire ſibi ſaltem extra Iudicium. facit de reſtit. ſpol. litt. de ſen. ex. Inquiſitioni ſecundum Innocent. de reſtit. ſpol. in litteris. ver. item non liber. & ibi Hoſtienſ. per G. de Præbend. enm qui ver. inuaſor lib. 6 & Henricus hoc tenere videtur, de Elect. dicit quod ſi notorium eſt Electum confirmatum non habere ius, tunc retractantur omnia per ipſum geſta. facit de re Iud. ad probandum de Elect ea præl. tanta 32. diſt.

Non obſtat contrarium; quæ poſſunt habere locum in illis qui titulum habent coloratum, cuius nullitas non eſt notoria, ſicut hic. Hæc de iſtis. *Explicit.*

Hic Tractatus videtur à Magiſtris Pariſienſibus, Doctoribus in Decretis editus antequam fuiſſet alterutri Pontifici iurata obedientia, nimirum ad inſtruendum & edocendum eos qui minus gnari eſſent & periti, vtrius pars iuſtior eſſet exiſtimanda.

In eodem MS. leguntur allegationes Quædam Auenioni factæ in eandem Quæſtionem; & præſertim an ad dirimendum iſtud diſſidium conuocare neceſſe foret Concilium Generale, & an non ſufficerent Cardinalium teſtimonia Clementinæ Electioni ſubſcribentium; initium tale eſt.

» Thema. Duæ partes DD. Cardinalium aſſerentes ſe per impreſſionem Ro-» manorum notoriam volentium habere Papam Romanum vel Italicum per me-» tum mortis aſſumpſiſſe B. Barrenſem Archiepiſcopum Italicum ad Papatum, » ſibique per 4. menſes vel circa obediſſe, & ideò à periculo libertati ab eius » obedientia recedentes, ipſumque Intruſum fore publicantes D. noſtrum Cle-» mentem in ſummum Pontificem elegerunt, cui obediunt & magna pars Chri-» ſtianitatis vt vero Romano Pontifici, plures verò obedire detrectant, niſi prius » declaretur per vniuerſale Concilium quis ſit Papa. Et pro deliberatione ſup-» ponitur quod de 23. Cardinalibus qui erant tempore vacationis, vnus fuit mor-» tuus ante ſecundam Electionem; tres quoque diſceſſerunt à dicto B. reliqui 19. » omnino D. Clementi obediunt & obediendum fore docent & inſtruunt, dam-» nantes Italicum & eius ſequaces.

» Ex ijs quæritur vtrum vniuerſale Concilium ſit congregandum pro facienda » declaratione Quis iſtorum ſit Papa; an verò ſufficiat aſſertio DD. Cardina-» lium, de quibus eſt dictum. Deinde Quæritur vtrum adhærentes Italico pec-» cent mortaliter, & incurrant pœnas Generalium Conciliorum Nicolai & Ale-» xandri, de Elect. licet de vitanda. Rurſum quæritur, vtrum Neutri obedire » volentes ſint in periculo æternæ damnationis ſi ſic decedant.

Iſtas & plurimas alias Quæſtiones & dubia ſoluit Author, & tandem concludit indubitanter eſſe parendum Clementi, vt ſummo & vero Pontifici; & ſi conuocandum eſt Concilium, ipſius eſſe vnius & ſolius conuocare.

His aut ſimilibus allegationibus, argumentis, rationibus & teſtimonijs prævijs inſtructus Carolus Sapiens aduocatis pluries ad Conſilium Prælatis Regni, Magiſtris in Theologia & Iure Canonico, omnibuſque tandem initis vijs & modis, quibus agnoſci veritas potuit, tam quoad ius quàm quoad factum,

Clementis partibus adhærendum putauit; eiuſque Decretum ſententia Cardinalium conſtans, & ex iis plurium in extremis vitæ agentium, apud Deum & homines facta rei confeſſio pro Clemente confirmauit. Nam vel dicendum eſt nihil humanitus ſciri poſſe certi, etiam in facto, aut fatendum eum omnia quæ ad faciendam fidem ſufficiunt, præſtitiſſe; nec aliter ipſum, pro prudentia quâ valebat plurimum, ſe gerere potuiſſe; nec, niſi ſubdola fuit tot Cardinalium totque præſtantium & Clariſſimorum virorum fides, debuiſſe Clementem non Papam agnoſci. Vnde nonnullis permirum videtur, Annaliſtas etiam noſtros & Hiſtoricos, cum de eo loquuntur, Clementem Antipapam nominare, pluſque audere calamo & ſtylo, quàm tot Reuerendi Patres grauesque viri auſi ſunt in Concilijs Piſano & Conſtantienſi definire, qui Schiſmatis quidem diuturnitatem pertæſi & Chriſtianæ religionis fideique diſpendium veriti, vtriuſque ſucceſſoribus ceſſionem præſcripſerunt, neutrum tamen eorum pro hæretico aut pro Antipapa habuerunt. Sed id forte factum à noſtris Scriptoribus ignoranter: quippe poſteriores rei veritate & circunſtantijs minus accuratè examinaris Autores Italicos & alios noſtris partibus aduerſos euuluentes eadem dicere & ſcribere ſenſim aſſueuerunt, quæ illi ſcripſerant.

Atque vt omnes intelligant quàm rectè proceſſum ſit in hocce toto negotio, operæ pretium eſt animaduertere, Carolum noſtrum in hanc rem terna habuiſſe Comitia Prælatorum: & prima quidem vice priuſquam de facto factique circunſtantijs planè conſtitiſſet, iudicium ſuſpendiſſe: alterâ, poſtquam ex ſcripto Cardinalium iam extra Romanorum vim poſitorum authentico conſtitit impetum factum, & electionem metu mortis factam, ab Vrbano diſcedendum putauiſſe. Poſtremâ, auditis ipſis Cardinalibus & alijs qui negotio dum gereretur, interfuerant, Clementi palam adhærendum decreuiſſe.

Similiter Vniuerſitas, quandiu non eſt de Vrbani electione dubitatum, ei quoque adhæſit; deinde vt dubitari cœpit, nec ſtatim ei adhærere deſtitit. Quia verò non carebat res iſta difficultate, vtpote eatenus ſine exemplo, eam multi è Magiſtris pro ſuo quiſque genio in vtramque partem agitarunt. Hinc habiti in eam rem multiplices ſingularium Nationum & Facultatum Conuentus, multiplicia quoque omnium Facultatum Comitia apud Bernardinos & Mathurinenſes, & dictæ variæ ſententiæ. 7. quidem Ian. eiuſdem anni, vt legitur in Inſtrumento membranaceo Herouvallij, Vniuerſitas ſtatuit apud Bernardinos, vt ſequitur.

Anno Domini 1377. die 8. Ian. Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium tam
Regentium quàm non Regentium apud Bernardinos legitimè & per iuramen- “
tum à D. Rectore congregata ſuper facto Schiſmatis duorum de Papatu con- “
tendentium ſtatuit hoc modo. Quia virorum non eſt litterali ſcientiæ incum- “
bentium omni vento circunferri, nec rumoribus quibuſcunque aut etiam om- “
nibus teſtimonijs credere, *qui enim citò credit, leuis eſt*, ne aliquando de nobis “
conqueratur S. Mater Eccleſia, quod nos qui poſiti ſumus in ſpecula, *vt redd-* “
mus omni poſcenti rationem, indormiuimus ſuis periculis dicentes relinquamus “
ipſos diſputatiunibus eorum & interim quieſcamus, poſtquam audiuimus plu- “
ries varias allegationes Iuris à Magiſtris Decretorum & in Theologia ſcripto “
& verbo propoſitas, quæ reddunt deliberationem noſtram difficilem, vnanimi «
conſenſu & deliberatione omnium Facultatum & Nationum deliberauimus & «
ſtatuimus in hunc modum. Videlicet rogandum eſſe ſuppliciter & humiliter «
D. noſtrum Regem ex parte Vniuerſitatis filiæ ſuæ, vt pro ſua pia paternitate «
ſuſtineat nos aliquandiu in noſtra dubitatione, nec velit tam citò nos cogere «
ad determinandum pro vno aut pro altero de DD. Contendentibus, attento «
quod difficile eſt filiæ ſuæ in hoc negotio habere concordiam, pro eo quod non «
eſt adhuc ſatis informata de veritate; & quod multi dicunt quod melius eſſet «
vtrumque de DD. Contendentibus cogere ad renunciandum Papatui, & neu- «
tralem eſſe Vniuerſitatem. «

Item decreuimus vnanimi conſenſu quod D. Rector in colligendo vota, «
quando determinandum erit, & concludendo non concludat pro tribus ſicut «
facit aliquando ſecundum quod poteſt per ſtatutum, quando materia non eſt «
tam grauis & ponderoſa, ſed, ita quod omnes ſint contenti, in iſta materia «

» maximè ardua faciat conſentire omnes Facultates & Nationes, ne vna quidem, » ſi fieri poteſt, diſſentiente. Inſuper dicta Vniuerſitas rogauit D. Rectorem, vt » eat ad Vicennas cum bona Comitiua & Bedellis, habeatque vnum Proponen- » tem ad ſupplicandum D. noſtro Regi & Conſilio ſuo ex parte Vniuerſitatis fi- » liæ ſuæ, quod velit vtrumque punctum ſibi concedere. Et deputati ſunt ad co- » mitandum D. Rectorem ex ſingulis Facultatibus & Nationibus duo Magiſtri, » & M. Geruaſius Chriſtiani pro introducendo ad D. Regem. Datum in Con- » gregatione Generali in æde Bernardinorum habita anno & die vt ſupra.

Credibile eſt factum fuiſſe ſtatutum iſtud, ita fieri poſtulantibus duabus Nationibus Picardica & Anglicana, quæ nunquam adduci potuerunt, vt Clementi adhærerent, ſed ad id ſolummodo, vt ſi ab Vrbano recedendum eſſet, vtrique Ceſſionis via proponeretur, interim verò neutri adhæreret Vniuerſitas. Quid autem Rex reſponderit, non habemus præcisè; ex iis tamen quæ infra referemus, facile eſt conjicere liberum Vniuerſitati permiſiſſe ſuorum Statutorum vſum, & quæ ſibi ex omnibus Italiæ partibus ſcripta fuerant, item & deliberationes Prælatorum, eidem communicari & ſignificari voluiſſe.

1379. Anno autem 1379. idem Rex ne diutius protraheretur negotium ſchiſmatis, néue Vniuerſitas in contrariam fortè ſententiam abiret, quanquam apud Vicennas habitis pluribus Comitiis quibus aduocari interfuerant Magiſtri plurimi & Doctores in Theologia & Decretis, ex eorumque conſilio cenſuiſſet eſſe Clementi adhærendum, nihilominus ad Rectorem & Vniuerſitatem ſcripſit datis die 10. Maij litteris per MM. Petrum Aiſcelinum de Monte-Acuto Laudunenſem Epiſcopum, & Ioannem Fabri Abbatem San-Vedaſtinum, atque in eam rem reſponſum per eoſdem poſtulauit. Rector ſtatim Comitia indicit & habet, nec ſemel, propter varias Nationum & Facultatum ſententias. Quædam enim Clementi volebant adhærere, aliæ ſuſpendendam ſententiam exiſtimabant, nonnullæ vtrique Electo indicendam Ceſſionem & abdicationem. In re enim valdè ambigua & dubia bono publico conuenientius eſſe ad nouam Electionem procedere. Poſtremo tandem habitâ plurium concordiâ facta eſt ſequens declaratio Rectore M. Ioanne de Stralen, plurium dico, nam Rector, ſeu quia fauebat Vrbano magis, ſeu propter deliberationem in Comitiis apud Bernardinos habitam die 7. Ianuarij anno 1378. quâ prohibitus fuerat concludere niſi de vnanimi omnium conſenſu, vtpore in re ardua & maximè difficili, non videtur concluſiſſe, ſed expoſuiſſe tantummodo rem vt erat, iis qui à Clemente miſſi fuerant; tres nempe Facultates, Theologiæ, Decretorum & Medicinæ, item duas Nationes Facultatis Artium, Gallicanam & Normanicam Clementi fauere; Picardicam verò & Anglicanam neutrum agnoſcere; & in eam rem confici permiſiſſe publicum Inſtrumentum nomine ipſius Vniuerſitatis. Sequitur ergo Declaratio.

DECLARATIO VNIVERSITATIS PARISIENSIS in fauorem Electionis Clementis Papæ VII. facta 22. Maij anno 1379. ad inſtantiam Regis Caroli V.

IN nomine Domini, Amen. Cum falſitatis & erroris diſpendioſum periculum radicitus exterminet repetita ſæpius publicatio veritatis, cui omnes tenentur teſtimonium perhibere, notum ſit omnibus Chriſti fidelibus præſens Inſtrumentum publicum inſpecturis & etiam auditturis me publicum Notarium ſubſcriptum in teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentia vidiſſe, tenuiſſe, inſpexiſſe, palpaſſe & complerè legiſſe quoddam publicum Inſtrumentum Magiſtrorum Guillelmi de Mareſco Presbyteri Sagienſis Diœceſis & Ioannis Borelli Clerici de S. Iuniano Lemouicenſis Diœceſis publicorum Apoſtolica & Imperiali authoritate Notariorum ſignis & ſubſcriptionibus communitum, ſanum & integrum, non cancellatum, non abraſum, non vitiatum, non ſuſpectum, ſed omni prorſus carens vitio & ſuſpicione quantacunque; cuius quidem inſtrumenti tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

In nomine Domini, Amen. *Vniuerſis Chriſti fidelibus Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum ſtudentium Pariſius in qualibet Facultate ſalutem & ſinceram in Domino veritatem.* Amica Dei veritas quæ tunc de terra orta eſt cum Iuſtitia de Cœlo proſpexit, & quæ apud Eſdram manet & inualeſcit in æternum & obtinet in ſecula ſeculorum, ſic ſuâ virtute magnificâ omnes ad perhibendum ſibi teſtimonium venientes illuminat, quæ quaſi lucernæ ardentes non ſub modio ſed ſuper candelabrum in domo Domini luceant, & cunctis profugatis errorum tenebris tanquam ſidus irradiant matutinum, *ad eius verò præconium Doctorum & Magiſtrorum eſt in Eccleſiâ Ordo præcipuus, per quos Deus errantibus vt in viam poſſint redire Iuſtitiæ, veritatis ſuæ lumen oſtendit;* eorum enim fœcunda facundia Cœleſtis vnguinis gratiâ influente Scripturarum ænigmata reſecat, ſoluit nodos, obſcura dilucidat, dubiaque declarat. Cum igitur dubium fuerit aliquandiu inter nos ſuper facto recentis Electionis Papæ Summi Pontificis agitatum, & per aliquos curioſos qui contra Doctrinam Apoſtoli quærentes plus ſapere quàm oportet ſapere, ſæpè de his diſputatum quæ non multum expediunt diſceptare, tandem ad commonitionem, exhortationem & requiſitionem ſereniſſimi & benigniſſimi Principis Domini noſtri Caroli Dei gratia Francorum Regis Rei & vtilitatis publicæ magnifici Directores ſuper hoc pluries congregati maturâ deliberatione & informatione ſufficienti ac diligenti tam Iuris quàm facti præhabita ex puris mentibus & nullo arctante noſtrum Iudicium, niſi Deo, ad omnem ſcrupulum de cordibus fidelium & diſceptationis materiam amputandam concordauimus, declarauimus, determinauimus noſmetipſos in modum qui ſequitur & in forma, videlicet quod anno à Natiuitate eiuſdem Domini 1379. Indictione 2. die 22. menſis Maij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Clementis Diuina Prouidentia Papæ VII. anno 1. in mei Notarij publici reſtiumque ſubſcriptorum propter hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutis venerabilibus & circunſpectis viris DD. & Magiſtris Ioanne de Stralen Rectore Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium, Guill. dicto le Dos Gallicanæ, Godefrido Balie Picardiæ, Ioanne Pertuiſon Normaniæ & Ioan. de Moguntia Anglicanæ Nationum Procuratoribus facientibus Collegium Facultatis Artium, Ioan. de Bellomonte, Geruaſio Chriſtiani, Heruæo Camarori, Petro Beliardi, Nicolao de Oliueriis, Ioan. Croize, Perro Bouſcheti, Radulpho de Herbes, & Guidone Guerin Magiſtris in Facultate Medicinæ & facientibus Collegium dictæ Facultatibus. Geruaſio Beſſouche Decano, Ioan. de Bouraſſello, Simone de Cramaudo, Petro de Themicuria, Ioan. Balduini, Ioan. Capitiſberi, Henrico Beuue, Petro Blondi & Petro de Lupimonte Doctoribus in Facultate Decretorum, facientibuſque Collegium prædictæ Facultatis, Stephano de Caluomonte præſidente loco Decani. Ioan. de Kaërloer, Henrico Gerone, Reginaldo de la Bucherie, Balduino Agni & Franciſco de Mediolano in ſacra pagina Profeſſoribus facientibus Collegium Facultatis Theologiæ, & omnibus & ſingulis Collegiis Facultatum ſupradictarum ſimul facientibus nobile Collegium Venerabilis ſtudij Vniuerſitatis Pariſ. *ad Congregationem Generalem apud S. Mathurinum ſolenniter factam & per ſcedulas Rectoris*, vt moris eſt, *conuocatam*, prout in arduis dictæ Vniuerſitatis negotiis eſt fieri conſuetum. Ipſeque M. Ioannes de Stralen Rector in præſentia omnium ibidem exiſtentium dixit & expoſuit publicè, quod ſereniſſimus Princeps D. Carolus Dei gratia Francorum Rex ſuas certi tenoris Litteras clauſas ſigillo ſuo ſecreto, vt prima facie apparebat, ſigillatas *Rectori & Magiſtris dictæ Vniuerſitatis direxerat*, ad quas aperiendas, legendas & audiendas prædictos Magiſtros cujuſlibet Facultatis principaliter ibidem conuocari & congregari fecerat. Deinde præfatus M. Ioannes Rector dictas Litteras ad aperiendum mihi Notario publico ſubſcripto tradidit, porrexit ac etiam aſſignauit. Quas quidem Litteras in præſentia omnium & ſingulorum ibidem exiſtentium de mandato & licentia ipſius D. Rectoris in dicta Congregatione aperui, & eaſdem alta & intelligibili voce legi & perlegi. Quarum quidem Litterarum ſupradictarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

» DE par le Roy. Tres-chers & bien-amez ; parce que toûjours auons
» grand deſir & affection, ainſi que à tout Prince Catholique appartient,
» que en ſainte Egliſe air vraye vnité & concorde, & tout ſchiſme & diuiſion ſoit
» oſtée, & meſmement de noſtre Royaume, & d'entre nos ſujets. Et il ſoit ainſi
» que par les arreſtarions des Cardinaux du ſaint College de Rome à Nous en-
» uoyées, ja pieça par écritures authentiques & ſolemnes, & apres la delibera-
» tion, conſeil & auis de pluſieurs Archeueſques, Eueſques, Abbez & autres
» Prelats, de Maiſtres en Theologie & en Decret, ayons eſte conſeillez & dai-
» renement par les aſſertions des Cardinaux qui à preſent ſont en noſtre ville de
» Paris, faites publiquement & ſolemnellement de bouche & lours conſciences,
» en la preſence des Archeueſques, Eueſques & autres Prelats, de pluſieurs de
» vous qui y ont voulu eſtre & de tout le peuple, ſoiens acertenez & affermez
» que Berthelemy jadis Archeueſque de Bar eſt intrus au ſaint Siege de Rome,
» & le Pape Clement VII. eſt vray Paſtour de l'Egliſe vniuerſelle. Nous qui ne
» voudrions aucunement que vous qui eſtes ſi ſouffiſans perſonnes fuſſiez denis
» en tel cas, qui eſt ſi grand & notable & touche noſtre foy, & meſmement que
» les Facultez de Theologie, de Decret & de Medecine, & les Nations de Fran-
» ce & de Normandie, qui ſont la greigneur partie de vous, ſont determinez à la
» ſainte, vraye & ſaine partie de noſtredit ſaint Pere le Pape Clement VII. ſi com-
» me les conſciences de vous tous ſont, doiuent ainſi que nous tenons, eſtre con-
» formes par la maniere que dit eſt, ſçachans que ce vous ſe mettez en refus ou
» delay, vous nous ferez deplaiſir, & que ſur ce aurez deliberé, vueillez rappor-
» ter à nos amez & feaux Conſeillers l'Eueſque de Laon, & l'Abbé de ſaint Vaaſt.
» Et pource que mielx ſçachiez que ce vient de noſtre propre ſcience, Nous
» auons écrit noſtre nom à ces Lettres. Donné au Bois de Vincennes, le vingtié-
» me iour de May.

Quâ lecturâ ſic per me Notarium factâ & per ipſos DD. auditâ, præfatus Rector requiſitus fuit, quod ipſe contenta in dictis Litteris Regiis in deliberatione poneret. Qui D. Rector reſpondens dixit, quod conrenta in eiſdem Litteris erant nimis ardua & pro tunc non auderet ea proponere nec in deliberationem ponere, nec eriam contra Mandatum & Requeſtam D. noſtri Regis ire, vel ei inobedire; ſed petiit quod præfati Magiſtri congregati in ſingulis Facultatibus & Nationibus deliberarent more ſolito, quid eſſet ſuper tenore ipſarum vlterius faciendum, ſeu etiam reſpondendum, nec alio modo præmiſſa poſuit in deliberatione, *ſed requiſiuit præfatas Nationes & Facultates, quatenus ad partem ſe traherent particulariter, vt moris eſt, ſegregatæ, quilibet Magiſtrorum in ſua Natione & Facultate.* Qui quidem Magiſtri ad partem pro deliberationibus ſuper renore dictarum Litterarum habendo, quilibet in Natione & Facultate ſua ſe trahebant. Et paulò pòſt reuerſi fuerunt ad Congregationem communem pro deliberationibus reddendis. *Et primo retulit præfatus* M. Ioannes Rector nomine Facultatis Artium, quòd duæ Nationes adhærebant & adhærere volebant *Domino noſtro Clementi Papæ VII. tanquam verò Pontifici & Vicario Chriſti, & quod ipſæ non intendebant aliqualiter recedere de cætero ab iſta adhæſione. Et duæ aliæ Nationes dixerunt quod fieret alia Congregatio ſolemnis & per juramentum Regentium & non Regentium apud S. Bernardum Pariſius.* Et quod contenta in Litteris Domini noſtri Regis in deliberatione plenius ponerentur, & ſuper hoc fieret reſponſum Deputatis dicti Domini noſtri Regis. Deinde venerabilis vir M. Ioannes de Bellomonre Decanus Facultatis Medicinæ nomine ipſius Facultatis & pro ipſa deliberationem retulit, quod aliàs non ſolum ſemel ſed pluries prædicta Facultas conſenſerat & de præſenti conſentiebat parti & adhæſioni præfati Domini noſtri D. Clementis Papæ VII. tanquam vero Summo Pontifici. Et tunc ſubſequens M. Geruaſius Boiſſouche Decretorum Doctor, Decanus eiuſdem Facultatis Decretorum nomine ipſius & pro ipſa deliberationem habitam per Magiſtros Facultatis retulit & dixit dictam Facultatem aliàs deliberaſſe adhærere parti & Electioni D. Clementis Papæ VII. & ean-

dem Electionem tanquam iuſtam tenere & adhuc adhærebat eidem D noſtro Clementi Papæ VII. tanquam vero Vicario Ieſu Chriſti, & electionem dicti D. Clementis fuiſſe & eſſe veram, iuſtam, ſanctam & Canonicam, & dictum B. intruſum Aotipapam, Antichriſtum & Apoſtaticum reputabat. His dictis vir venerabilis M. Radulphus Gaſchardi ſacræ paginæ Profeſſor, Præſidens Facultatis prædictæ Theologiæ nomine ipſius & pro ipſa deliberationem retulit, quòd pauci Magiſtri in illa Coogregatione fuerant, & factum io dictis litteris contentum erat multùm arduum & tangebat totam Chriſtianitatem, & ſuper hoc volebat dicta Facultas habere maiorem deliberationem. Quibus ſic deliberatis & in communi proloquutis præfati Decani Facultatum, videlicet Medicinæ, Decretorum & Theologiæ, & M Guill. *le Dos* Procurator Nationis Franciæ nominibus dictarum Facultatum & Nationis requiſierunt præfatum D. Rectorem, quod die Martis immediatè ſequenti Generalem Congregationem faceret & celebraret apud S. Bernardum horâ Tertiarum vocatis Magiſtris Regentibus & non Regentibus & per modum Expedientis contenta in dictis litteris ponerentur in deliberatione ad finem quod reſponſio dictarum litterarum fieret Deputatis dicti D. noſtri Regis, videlicet DD. Epiſcopo Laudunenſi & Abbati S. Vedaſti à dicto D. noſtro Rege commiſſis pro reſponſione earundem litterarum ab Vniuerſitate prædicta recipienda.

Quæ quidem Congregatio in dicto loco S. Bernardi ad diem & horam ſupradictam fuit per dictum D. Rectorem, vt requiſitus fuerat, aſſignata. Super quibus omnibus & ſingulis ſupradictis venerabilis & circunſpectus vir D Amelius de Brolio Decretorum Doctor, Cantor Turonenſis tanquam Nuncius præfati D. noſtri D. Clementis Papæ VII. & Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum & DD.DD. Cardinalium S.Rom.Eccleſiæ per Notarium ſubſcriptum petijt ſibi fieri vnum vel plura publicum vel publica Inſtrumentum ſeu Inſtrumenta. Acta fuerunt hæc Pariſius in loco ſupradicto, ſub anno, Indictione, die, menſe & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus venerabilibus & diſcretis viris MM. Ioanne de Ternifoote, Petro de Clamengis, Ioanne Lucoti, Ioan. de Roncuria, Guill. Gorran, Philippo Ping, Magiſtris in Artibus, & pluribus alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Item adneniente illa die Martis quæ fuit 24 menſis Maij in S. Bernardo hora Tertiarum Anno & Pontificatu prædictis, in mei Notarij publici & plurium aliorum teſtium ſcriptorum propter hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutis præfatis MM. Ioanne de Stralen Rectore dictæ Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium, Guill. le Dos, Godefrido Balie, Ioan. Pertuiſon & Ioanne de Moguntia Nationum Franciæ, Picardiæ, Normaniæ & Angliæ Procuratoribus, Ioanne de Chriſtri, Eurardo de Contis, Guilberto de Seloeto, Geruaſio Chriſtiani, Hueo Camaratori, Guidone de Caſtroforti, Guill. Carnificis, Guill. de Hoeſterzele, Petro Beliardi, Ioanne de Bellomonte Decano, Nicolao de Oliuerijs, Ioan. de Poligniaco, Io. Croizie, Guidone Guerin & Petro Boucheti Magiſtris in Attibus & Medicina facientibus Collegium Facultatis Medicinæ.

Item Ioanne Fabri Abbate S. Vedaſti Attrebatenſis, Iacobo Diuitis Decano Pariſieoſi, Pontio Fleſcheri Decano Donatenſi Monnenſis Diœceſis, Petro Præpoſiti Decano Nouiomenſi, Ioan. de Bournaſello, Simone de Cramando Scholaſtico Aurelianenſi, Hueo Coſtioti, Petro de Themmicuria, Priore Prioratus S. Georgij prope Hiſdinum Morinenſis Diœceſis, Ioan. Balduin, Simone de Guarnetot Abbate S. Mariæ de Bononia ſupra mare, Geruaſio Beſouche Priore de Villanis, Cenomanenſis Diœceſis, Decano Facultatis, Amelio de Brolio Cantore Turonenſi, Stephano de Porta, Petro Blondi, Henrico Beone, Ioanne Capitiſberi & Petro de Lupimonte facientibus Collegium Facultatis Decretorum. Necnon Ioanoe de Calore Cancellario Eccleſiæ Pariſ. Radnlpho Guaſchardi, Io. de Karolay, Petro Iulioti, Guirardo de Vermino, Iacobo de Moreyo, Io. *le Fourbiſſeur*, Io. Thoma, Ricardo Quaernonis, Ioanne de Nazar, Stephano de Caluomonte, Io. de Karloet, Simone Freron, Alano de Lambala, Nicaſio de Regali monte, Henrico de Gaſtia, Petro de Duroforti, Henrico Herouc, Reginaldo *de la Buſcherie*, Balduino

Agni & Franciſco de Mediolano Magiſtris in Theologia facientibus Collegium Facultatis Theologiæ, & omnia & ſingula Collegia ſupradicta facientia nobile Collegium Vniuerſitatis Pariſienſis ad Congregationem Generalem in Capitulo Sancti Bernardi Regentium & non Regentium etiam per iuramentum, vt moris eſt in factis arduis dictæ Vniuerſitatis ſolenniter celebratam, præfatus D. Rector in præſentia omnium & ſingulorum DD. ibidem exiſtentium propoſuit, quod de nouo dictus D. noſter Rex, ſibi & Vniuerſitati alias ſuas certi tenoris litteras per certum ſuum ſpecialem Nuncium miſerat & eas receperat, quas vnà cum primis litteris Regijs ſuperius inſertis mihi Guill. dictæ Vniuerſitatis Notario aperiendas & legendas tradidit, porrexit, ſeu etiam aſſignauit, eaſque aperui, legi & perlegi alta voce & intelligibili, ac etiam de mandato, voluntate & aſſenſu dicti D. Rectoris. Et primitus & ante omnia præfati DD. videlicet Rector & ſinguli Magiſtri ſingularum Nationum & Facultatum facientes nobile Collegium dictæ Vniuerſitatis Pariſ. lecturam prædictarum litterarum, de quibus tenor ſuperius de verbo ad verbum eſt inſertus, habere voluerunt, quam eiſdem feci. Quarum quidem litterarum ſecundarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

Rector & vos Magiſtri Dilectæ filiæ noſtræ Vniuerſitatis Pariſienſis affectantes ex præcordiorum medullis, quod ſuper factis Eccleſiæ S. Dei ac fidei Orthodoxæ nunc in diſcuſſione vergentibus in Clero & populo, in ditione noſtra præcipuè conſtitutis vera concordia, quietudo mentium, Charitatiua vnitas omnium errorum & deliramentorum ſemota caligine reformentur, vos intimo cordis affectu rogamus, vobis nihilominus diſtrictè præcipiendo mandantes, quod cunctis paſſionibus, immoderatis fauoribus vel odiorum fomentis ab animo veſtrum cuiuſcunque reiectis, ſolum Deum & eius Iudicium habentes præ oculis ad dirimenda Schiſmata imminentibus etiam ſcandalis obuiando ſuper contentis noſtris in apicibus vobis vltimatè directis ſic maturè, ſanctè & iuſtè & deliberatè & cum effectu reali concludere ſtudeatis nobis ſuper inde veſtra laturi reſponſa, quod cedat ad laudem Diuinam, & Eccleſiæ ac fidei prædictarum firmitatem & illibatam pariter vnitatem noſtrumque beneplacitum & populi nobis commiſſi quietem, veſtri quoque opitulante Deo meritum & honorem. Datum in Domo noſtra Decoris ſupra Maternam die 23. Maij.

Quibus quidem litteris eiſdem ſic lectis & perlectis vt præmittitur, de mandato, voluntate & aſſenſu dicti D. Rectoris & ſingulorum Magiſtrorum prædictam Congregationem facientium ad deliberandum, prout in præcedenti Congregatione apud S. Mathurinum celebrata, de qua ſupra fit mentio, ordinatum & deliberatum fuerat ſuper reſponſione facienda prædictis DD. Epiſcopo & Abbati dicti D noſtri Regis ad hoc Deputatis *retraxerunt ſe ad partem prædictæ Nationes & Facultates* prout in talibus eſt fieri conſuetum, & poſt interuallum & circa ſpatium vnius horæ illius diei vel circa præfati DD. Rector, Nationes & Facultates iterum ad dictam Congregationem redierunt, & ibidem primò more ſolito præfatus D. Rector ad deliberationem retulit nomine Facultatis Artium, videlicet *quod Natio Gallicana reputabat D. Clementem Papam VII. eſſe verum Papam & Vicarium Chriſti in terris*, & præfatum B. verum Intruſum in ſede B. Petri, quare dixerunt quod de cætero volebant parti D. Clementis tanquam Papæ vero adhærere.

Item Magiſtri Nationis Normanorum deliberauerunt quod reputabant D. noſtrum Regem Franciæ & Prælatos ſui Regni in hoc eſſe bene informatos, idcirco ſuſtinebat eis quod ipſi haberent fidem dicti D. noſtri Regis in hoc & ſuorum Prælatorum.

Item Magiſtri Nationis Picardiæ & Angliæ deliberauerunt concorditer quod propter certas rationes loco & tempore proponendas & explicandas, dicta Vniuerſitas non debebat recedere à deliberatione aliàs habita, ſcilicet à neutralitate & indifferentia.

Item vir venerabilis & diſcretus M. Ioannes de Bellomonte Decanus Facultatis Medicinæ nomine ipſius & pro ipſa deliberationem retulit, quod vnanimi conſenſu & nemine diſcrepante, omni fauore, odio vel timore poſtpoſitis & quocunque inordinato affectu in eorum puris conſcientijs & iuramentis adſtricti prout aliàs deliberauerant adhærere parti D. Clementis Papæ VII. tanquam vero Rom. Pontifici & Vicario Chriſti, & præfatum B. olim Barrenſem Archiepiſcopum in Sede Apoſtolica intruſum & occupatorem dictæ ſedis reputabant,

reputabant, & eidem D. Clementi adhærere volebant & debebant.

Item vir venerabilis & diſcretus M. Geruaſius *Beſouche* Decanus Facultatis Decretorum nomine ipſius Facultatis & pro ipſa deliberationem ſuæ Facultatis ibidem reddidit modo & forma contentis in deliberatione Facultatis Medicinæ in omnibus & per omnia, & qualiter aliàs deliberatum fuit in alia Congregatione facta, quod ipſi volebant & debebant adhærere parti prædicti D. Clementis Papæ VII. tanquam vero Papæ & ſummo Pontifici.

Item diſcretus vir M. Ioannes de Calore in ſacra pagina Profeſſor, Cancellarius Eccleſiæ Pariſ. Præſidens Facultatis Theologiæ & nomine dictæ Facultatis & pro ipſa deliberationem retulit præmittendo, quod pro expedienti per iſtam deliberationem Facultas receperat modo & forma contentis in quadam ſcedula papyrea, quam idem Cancellarius in ſuis manibus tenebat pro finali & vltima Concluſione ſeu deliberatione dictæ Facultatis, dedit, & quam legit & perlegit de verbo ad verbum, cuius quidem ſcedulæ tenor noſcitur eſſe talis.

Pro reſponſione præmittit dicta Facultas ſecundum maiorem partem Magiſtrorum tunc Pariſius in Congregatione ſuper hoc facta præſentium & aliquorum aliorum Magiſtrorum ad partem per Deputatos dictæ Facultatis auditorum ſub beneuolentia dicti Reuerendiſſimi Patris, quod corde, ore & opere ſemper fuit & eſſe intendit in poſterum Deo dante in veritate fidei Catholicæ & in obedientia ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ firmiſſimè ſtabilita & immutabiliter radicata. Et quod intendit ſemper ſeruare iuramenta ſua quæ concernunt iura, priuilegia, ſtatuta & libertates Vniuerſitatis Pariſ. & ipſius Theologicæ Facultatis. Tunc nos Magiſtri prout ſupra deſignati reſpondemus, quod ſuppoſitis & attentis atteſtationibus & aſſertionibus tam verbo tenus quàm ſcripto tenus nobis factis per Reuerendiſſimum Patrem D. Cardinalem & per duos alios Reuerendiſſimos Patres DD. Cardinales Pariſius præſentes & per litteras DD. Cardinalium conſcriptas & per Auditorem Cameræ Apoſtolicæ & Pœnitentiarium Pariſius præſentes & plures alios fide dignos ſuper electione dicti D. Clementis VII. ad ſummum Pontificium, eidem Domino noſtro D. Clementi adhæremus. Quâ ſcedulâ ſic lectâ & perlectâ in præſentiâ omnium & ſingulorum ibidem exiſtentium præfatus Rector per 3. Decanos Facultatum prædictarum, requiſitus fuit quod ipſe in iſtis vellet concludere per modum Vniuerſitatis & pro concluſo habere & reputare attentâ Concordiâ ſupradictâ. *Et quod poſtquam in factis Vniuerſitatis tres Facultates & duæ Nationes erant concordes Papæ, debebat habere pro concluſo.* Et ipſe dixit quod Concluſio ſua nihil operaretur poſtquam ſic erat deliberatum per tres Facultates & Nationes prædictas, *nec dicti Decani & Magiſtri de alia Concluſione curarunt, cum ſit moris & conſuetudinis obſeruatum ac etiam ſtatutum expreſsè in Vniuerſitate prædicta, quod ſemper ad illam partem ad quam tres Facultates ſic concludunt, per omnes nomine Vniuerſitatis pro bene concluſo habeatur.* Qui quidem Rector in præmiſſis aliàs non concludens dixit finaliter quod neſciret bene quid concluderet. Sed in illo momento antequam dictus Rector recederet, & dicti Decani, Procuratores & Magiſtri Nationum & Facultatum ſurgerent de ſuis ſedibus, præfatus M. Amelius de Brolio Decretorum Doctor Cantor Eccleſiæ Turonenſis tanquam Nuncius dicti D. noſtri D. Clementis Papæ VII. Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum ac DD. DD. ſacroſanctæ Rom. ac vniuerſalis Eccleſiæ Cardinalium Inſtrumentum de omnibus actis, geſtis & factis in dicta Congregatione ac etiam de dictis deliberationibus & reſponſionibus, ſic vt præmittitur, per dictas Nationes & Decanos & Magiſtros Facultatum habitis à me Notario publico ſubſcripto & ab alijs ibi præſentibus ſibi fieri, & confici petijt & requiſiuit vnum vel plura Inſtrumenta publica. Acta fuerunt hæc in loco ſupradicto, anno, Indictione, die, menſe, Pontificatu quibus ſupra, præſentibus adhuc venerabilibus & diſcretis viris MM. Mathæo..... Petro de Souclay, Ioan. de Marchia, Stephano de Saltu abſcondito, Petro de Clamenges, Io. Lucquoti, in Artibus Magiſtris, Io. Danton Seniori, & Io. Danton Iuniori, Bricio Monachi Notarijs publicis, & pluribus alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Item die 25. præfati menſis, anno, Indictione, menſe & Pontificatu quibus ſupra præfatus Rector prædictos Magiſtros ad Congregationem in S. Mathu-

rino congregandam iterum vocari fecit, & propter hoc comparente & exiſtente præfato Rectore, Guill. *le Dos*, Godefrido Balie, Io. Pertuiſon & Io. de Moguntia 4. Nationum Facultatis Artium, videlicet Gallicanæ, Picardiæ, Normaniæ & Angliæ Procuratoribus.

Item Guillelmo Carnificis, Petro Beliardi, Nicolao de Oliuerijs, Io. de Poligniaco, Ioan. Croize & Petro Bouchet Magiſtris in Medicina facientibus Facultatem Medicinæ. Ioan. de Bourraſſello, Petro Præpoſiti, Simone de Cramaudo, Io. Balduini, Geruaſio Beſouche Decano, & Petro Regis, Ioan. Capitiſberi, Henrico Benne & Petro de Lupimonte Doctoribus in Decretis facientibus Facultatem Decretorum, necnon Ioan. de Karloet, Reginaldo *de la Buſcherie*, Henrico Herone, Balduino Agni, & Franciſco de Mediolano in ſacra pagina Profeſſoribus facientibus Collegium Facultatis Theol. & prædicta Collegia facientia nobile Collegium venerabilis Studij Vniuerſitatis Pariſieuſis ad Congregationem Generalem & per modum Collegij apud S. Mathurinum Collegialiter congregata & etiam conuocata; vt moris eſt, præfatus Rector expoſuit eiſdem omnibus ibidem exiſtentibus, audientibus & audire volentibus, quod cum præfatus D. noſter Rex pluries eiſdem ſcripſiſſet per ſuas litteras ſæpius inſertas, de quibus nullam Vniuerſitas dederat reſponſionem, eoſque inſimul per modum Collegij congregari fecerat pro recolligendo præfatas deliberationes de die Martis ſupra inſertas, *nec non ad dandum & ordinandum certos Deputatos ex parte Vniuerſitatis, qui haberent poteſtatem referendi deliberationes ſingularum Nationum & Facultatum ex parte Vniuerſitatis & Deputatis ex parte dicti D. noſtri Regis*, ſcilicet Reuerendis in Chriſto Patribus DD. Epiſcopo Laudunenſi, & Ioanni Abbati Monaſterij S. Vedaſti Atrebatenſis, & ſuper hoc ex parte Vniuerſitatis fuerunt ordinati præfati Rector vnà cum 4. Procuraroribus ſupradictis facientibus Facultatem Artium pro Facultate Artium, Ioan. de Bellomonte Decanus & Nicolaus de Oliuerijs Magiſtri in Medicina pro & nomine Facultatis Medicinæ. Petrus Blondi & Petrus de Lupimonte Doctores & actu regentes Pariſius in Facultate Decretorum pro & nomine dictæ Facultatis. Simon Freron & Io. de S. Nazario in ſacra pagina Profeſſores pro & nomine Facultatis Theologiæ. Qui quidem Deputati ex parte Vniuerſitatis habuerunt plenam poteſtatem dictas deliberationes eiſdem Epiſcopo & Abbati dicti D. noſtri Regis Deputatis referendi, & dicto D. noſtro Regi, ſi expediens videbitur, regratiando præfatum D. noſtrum Regem de bona affectione, dilectione, & amore quos præfatus D. noſter Rex habuit & habet erga humillimam filiam Vniuerſitatem Pariſienſem & ſuppoſita eiuſdem, ſuper quibus omnibus & ſingulis ſupradictis prædictus Rector nomine prædictæ Vniuerſitatis voluit & petijt ſibi fieri publicum Inſtrumentum. Acta ſunt in Capitulo S. Mathurini Pariſijs, anno, Indictione, menſe, die, loco & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ad hoc diſcretis viris Bricio Monachi, Nicolao Thomé Preſbytero, Ægydio Lemperiere ac Simone Thomé dictæ Vniuerſitatis Bedellis & Subbedellis, & pluribus alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Item die Iouis ſequenti quæ fuit 26. menſis Maij ſupradictus præfatus D. Rector præfatos Deputatos ex parte Vniuerſitatis inſimul congregari fecit in Capitulo Collegij FF. Eremitarum S. Auguſtini Pariſienſis pro dicta relatione facienda, & præfatis Epiſcopo Laudunenſi & Abbati S. Vedaſti Attrebatenſis Deputatis dicti D. noſtri Regis fuit relatum per organum venerabilis & diſcreti virit M. Simonis Freron ſacræ Theologiæ Profeſſoris in præſentia venerabilium & diſcretorum virorum DD. & Magiſtrorum Ioannis Stralen Rectoris, Guillelmi *le Dos* Franciæ, Godefredi Balie Picardiæ, Ioan. de Pertuiſone Normaniæ & Ioan. de Moguntia Angliæ 4. Nationum Procuratorum, Ioannis de Bellomonte & Nicolai de Oliuerijs Magiſtrorum Facultatis Medicinæ, Petri Blondi & Petri de Lupimonte in Facultate Decretorum Doctorum ac Ioannis de S. Nazario in ſacra pagina Profeſſoris modo & forma prædictis ex parte dictæ Vniuerſitatis Deputatorum *ad referendas deliberationes ſingularum Nationum & Facultatum prout ſuperius ſunt inſertæ*, relationem fecerunt quod dicta Vniuerſitas Pariſienſis adhærebat & adhærere volebat parti D. Clementis.

Papæ VII. tanquam vero Papæ & Paſtori Eccleſiæ. Et quod Electionem dicti D. Clementis Papæ reputabat eſſe iuſtam & Canonicam, ſanctam & legitimam & præfatum B. in dicta ſede intruſum attentis aſſertionibus facti & iuris præfatorum DD. Cardinalium & D. noſtri Regis & aliorum Prælatorum de Regno Franciæ qui ſemper fuerunt & ſunt in opinione dicti D. Clemenris, voluerunt & volunt adhærere, obedire mandatis tanquam vero ſummo Pontifici: ſuper quibus omnibus & ſingulis ſupradictis præfatus M. Amelius nomine dicti D. noſtri Papæ & Collegij Cardinalium S. Rom. Eccleſiæ voluit & petijt per me Notarium publicum ſubſcriptum ſibi fieri publicum Inſtrumentum, vnum vel plura præſentibus ad hæc diſcretis viris Ioanne Danton, Bricio Monachi Notarijs publicis, Iacnbn *le Fourier*, Nicol. Thomé & Simone Thomé principalibus Bedellis Facultatis Medicinæ, Decretorum & Theol. Pariſius commorantibus teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Item ſubſequenter præfati Epiſcopus Laudunenſis & Abbas S. Vedaſti Commiſſarij per dictum D. noſtrum Regem, vt præmittitur, deputati notificauerunt dicto Rectori dictæ Vniuerſitatis, quod præfatus D. noſter Rex libenter vellet dictam reſponſionem ex parte Vniuerſitatis audire. Et pro tunc ordinatum fuit per dictos Rectorem & Deputatos, quod ipſi Deputati adirent ad præſentiam dicti D. noſtri Regis perſonaliter in Nemore Vincennarum in die Lunæ proximo, quæ dies erit penultima menſis Maij. Et illa die Lunæ adueniente quæ fuit penultima dies menſis Maij prædicti præfati Ioannes Stralen Rector, Guillel. *le Dos* Franciæ & Ioan. de Pertuſone Normaniæ Nationum Procuratores, Inannes de Bellomonte ac Nicolaus de Oliuerijs Magiſtri in Facultate Medicinæ, Petrus Blondi & Petrus de Lupimonte Doctores in Facultate Decrerorum ac Simon Freron, & Fr. Ioannes de S. Nazario Cordiger ſacræ Theol. Profeſſores Deputati dictæ Vniuerſitatis, vt ſupra dictum eſt, ad Nemus Vincennarum ad Turrem dicti lnci, ad perſonam dicti D. nnſtri Regis perſonaliter acceſſerunt, & in præſentia ipſius D. noſtri Regis ac Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum DD. 4. Cardinalium ibidem exiſtentium, videlicet Lemouicenſis, de Agrifolio, Pictauienſis & Æduenſis S. Rom. Eccleſiæ Cardinalium, Nobiliſſimorumque DD. & Principum Ducis Andegauenſis, Karoli filij primogeniti Regis Nauarræ, Comitis de Haricuria & plurium aliorum DD. & Militum, ac Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum Laudunenſis, Pariſienſis, Beluacenſis ac Sarlatenſis Epiſcoporum ac aliorum plurium Dominorum ibidem aſſiſtentium. Præfatus M. Simon Freron ſacræ Theologiæ Profeſſor *propoſito primitus verbo Dei* regratiatus fuit ex parte dictæ Vniuerſitatis eidem D. noſtro Regi ex & pro eo quod tam piè & benignè dignatus fuerat exhortari eandem pro veritate & Iuſtitia ſuſtinenda, & deinde excuſauit prædictam Vniuerſitarem de lnnga mora per ipſam facta, ſupplicando eidem D. noſtro Regi, quod ſi aliqualiter prædicta Vniuerſitas tardauerat ſuper reſponſione iſta ſibi danda & dubitauerat ad deliberandum ſuper iſta materia, quod vellet eandem Vniuerſitatem habere excuſatam iuxta illud dictum Gregorij in homelia, *minus Maria præſtitit quæ citò credidit, quàm Thomas qui diu dubitauit.* Referens præfatus M. Simon vice & nomine dictæ Vniuerſitatis Nuncius ad hoc miſſus præfato D. noſtro Regi in præſentia omnium & ſingulorum ibidem exiſtentium, quod dicta Vniuerſitas adhærebat & adhærere volebat de cætero præfato D. Clementi Papæ VII. tanquam vero Papæ & ſummo Pontifici. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis præfatus M. Amelius de Brolio nomine dicti D. noſtri Papæ & Collegij Cardinalium S. Rom. Eccleſiæ voluit & petijt per me Notarium publicum ſubſcriptum ſibi fieri vnum, vel plura publicum, vel publica Inſtrumentum, vel Inſtrumenta, præſentibus ad hæc diſcretis viris MM. Ioanne de Calore Eccleſiæ Pariſ. Cancellario, Hugone Blancheti Canonico Pariſ. Ioan. Danton ſeniore, Radulpho Odonis, D. Nicolao Thomé, Simone Thomé, Iacobo Fourarij principalibus Bedellis Facultatis Theolog. Decretorum & Medicinæ, pluribuſque alijs fide dignis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Guill. de Mareſco Preſbyter Sagienſis Diœceſis, Apoſtolica & Imperiali authoritate Vniuerſitatis Pariſ. Curiæque Conſeruatorum Priuilegio-

rum Magiſtrorum & Scholarium eiuſdem Notarius præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic fierent & agerentur, vnà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque recepi, vidi & audiui, ideoque ad præſens teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

Et ego Ioannes Bourrelli Clericus de S. Iuniano Lemouicenſis Diœceſis publicus authoritate Apoſtolica & Imperiali Notarius prædictis omnibus & ſingulis dum ſic dictâ die Martis 24. menſis Maij in dicto loco S. Bernardi agerentur & fierent vnà cum dicto Notario & teſtibus præſens fui, & ea fieri vidi & audiui, & hîc me ſubſcripſi & ſignum meum conſuetum appoſui in teſtimonium præmiſſorum requiſitus & rogatus. Quod autem vidi & inſpexi, hoc atteſtor & in ſignum viſionis & inſpectionis huiuſmodi præſens publicum Inſtrumentum inde confectum & per alium ſcriptum me circa alia legitimè præpedito hîc manu propriâ me ſubſcribens ſigno meo ſolito roboraui.

Acta fuerunt hæc Auinione in Domo habitationis Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & D.D. Petri S. Euſtachij Diaconi Cardinalis an. à Natiuitate Domini 1379. die 29. Iulij Indict. 2. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. Clementis diuina prouidentia Papæ VII. an. 1. præſentibus venerabilibus & diſcretis viris D. Ioanne de Currale Canonico Syracuſano, Petro de Olito & Ioan. Anglici Clericis Pampilon. & Trecorenſ. Diœceſis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Santo Brochardi Clericus publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic fierent & agerentur, vnà cum prænominatis teſtibus præſens interſui, eaque recepi, vidi & audiui. Ideoque præſens Inſtrumentum alienâ manu ſcriptum alijs legitimis occupatus negotijs ſignum meum conſuetum huic præſenti publico Inſtrumento appoſui requiſitus & rogatus in teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

Magnum erat in hac Vniuerſitatis declaratione poſitum momentum, omnium enim ferè Gentium Chriſtianarum oculi in eam erant conuerſi, vt quo ipſa tenderet, & illæ propenderent. Itaque mirum non eſt, ſi non ſtatim ipſa Clementis partes amplexa eſt, quibus ſciebat multas Gentes adhæſuras, ſi ipſa adhæreret. Fatendum tamen eſt plus ipſam Gallicani ſtatus intuitu adductam quàm cauſæ Clementinæ bonitate conuictam conſenſiſſe, futuramque fuiſſe neutrius partis, ſi Reſpublica id ferre potuiſſet, cuius intereſt in ijs præſertim rebus in quibus de Religione agitur, habere conſenſum ſaltem publicum, ſi non animorum. Et certè duæ illæ Nationes, Picardica & Anglicana quæ cæteris eiuſdem Vniuerſitatis ordinibus aſſentiri noluerunt, viſæ ſunt tandem melius cæteris præſagiſſe malum quod ex diuturnitate Schiſmatis profectum eſt. Nam ſi ab initio Gallia neutrius partem elegiſſet, idque cæteræ Gentes eius exemplo feciſſent, (& feciſſent multæ procul dubio) vterque iure ſuo cedere coactus fuiſſet, eoque ſtatim ventum eſſet, quò poſt multos annos deuentum eſt tandem, ad viam ſcilicet Ceſſionis & Concilij Generalis Vnde qui hanc partem amplexi ſunt, prudentiores fuiſſe comperti ſunt. Fuernnt enim tres quodammodo factiones Populi Chriſtiani, *Vrbaniſtæ*, *Clementiſtæ* & Indifferentes ſeu *Neutrales*, vt ſcribit M. Henricus de Haſſia, & ad iſtos tranſijt tandem Academia Pariſienſis Regnumque ipſum Gallicanum poſt mortem Clementis, promulgatâ obedientiæ ſubſtractione, vt ſuo loco dicetur.

Nec defuerunt ex Academicis noſtris, qui ſedentibus Romæ & Auenione Pontificibus Vrbano & Clemente ſcriberent non aliam eſſe compendioſiorem concordiæ Paciſque Eccleſiaſticæ viam, quàm ſi vterque cederet & Concilio Generali litis deciſionem permitteret. Inter quos M. Henricus de Haſſia pulcherrimum doctiſſimumque tractatum edidit, quem *Epiſtolam pacis* inſcripſit, in quo habet multa ad Regis Caroli V. Regni, Academiæque noſtræ laudem immortalem. Inducit autem Genium cœleſtem Chriſticolas alloquentem, inſtitutoque dialogo inter duos Oratores, vnum pro Vrbano alterum pro Clemente, rationes omnes quâ fieri poteſt vi & robore deducens tandem aperit viam concordiæ paciſque ſtabiliendæ. Sic autem incipit, vt legitur in MS. San-Victorino notato nunchiſce characteribus B f. 31. fol. 142. recto.

Genius magni Iouis Vicarius vaſta ſuperiorum culmina Regnorum inſolubilis con-

cordiæ nexu tranquillitati conſocians vniuerſis mortalium vtriuſque Status Præſidibus in regione caliginis ſublunari globo in id ipſum conſtitutis pacem & rupta vnionis fœdera celeriter reparare. Non ſolum de tranquillo noſtræ regionis ſolliciti gubernaculo, ſed omnium ſubiectarum litem in ipſam pacis imaginem velut amicitiæ exemplar reſpicere debentium curam gerentes audiuimus ſimul & noſtris de excelſo conſpeximus oculis apud vos non pauca legitimi Ordinis rupto fœdere obliquitatis turbine hac illacque verſari, eo quod ille pacis æmulus, concordiæ inimicus aduerſarius veſter qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret ſceleribus quorundam ingrediendi patefacto itinere & munitionum ſera claue peccati aperris Chriſtiani Populi cuius Capita eſtis, in quo & ſalus totius perſiſtit orbis regionem introierit, eumque grauiter vexet grauiſſimè, niſi obſtetur principijs, vexaturus..... vſque autem quo in tenebris palpitatis? his in vtramque claudicantibus partem, his in ambage vmbraculis igoorantiæ perſiſtentibus, his in quam partem ſecurius declinent, non videntibus. *Quomodo ignoratis quod ſcientiarum Dominus Deus veſter luminare magnum velut lampadem ſapientiæ præfulgidam, lucernamque enextinguibilem diuina luce radiantem, totum mundum ſui ſplendoris claritate potentem illuſtrare in occiduo veſtræ regionis angulo conſtituit Collegium vniuerſale tanquam firmamentum ſideribus ſapientiæ prælucidum, vt quotiens cum apud Populos & vrbem nebuloſi erroris tetra nequitiæ caligo percuteret, alijs ſideribus terrenæ opacitatis vmbra eclipſatis atque cæteris conglomerationibus ſiderum id. particularibus per Orbem Sapientum Collegijs, vel timore, vel cupiditatis feruore, aut præſumentis ignorantiæ nubilo obſcuratis ad hoc firmamentum vt fontem luminis fugiatur, & quidquid ambiguæ Quæſtionis natum fuerit alibi indeterminabile, ad illud referatur.*

De Vniuerſitate Pariſienſi.

Tum duos Oratores producit, vnum ab Vrbani, alterum à Clementis partibus rationes rationibus, argumentis argumeota opponentes. Primùm quidem explicant qui fuerit impetus ille Romanorum, & an iuſtum metum incutere potuerit Cardinalibus, cæteraque quæ ſunt facti cum circunſtantijs exaggerant: deinde deſcendunt ad Cardinalium declarationem. Et Clementinus quidem de his ſic.

Mirari non ſufficio, imò volo viuere ſi credi non debeat 13. tantis & tam ve- «
nerabilibus Dominis. Neſcis Cardinales inter quos dicuntur eſſe docti & an- «
tiquiſſimi, optimæ vitæ viri, mortem in foribus intuentes, iudicium Dei ex- «
ſpectantes, qui coocorditer dicunt & ſuis manibus appenſis eorum ſigillis ſub- «
ſcribunt teſtificantes Archiepiſcopi Barrenſis electionem nullam & per conſe- «
quens à Spiritu ſancto non eſſe. Ecce verò mirabile factum: totum Collegium «
antiquorum Cardioalium receſſit à primo Electo, ita quod nullus ſecum man- «
ſit, ſed ipſe nouus nouos Cardinales fecit plurimos, nunquid nouam Eccleſiam «
faciet antiquæ dato libello repudij eaque reſutata? Nunquid Eccleſia antiqua «
reproba facta eſt? de 12. Chriſti diſcipulis fuit reprobatus niſi vnus, quomodo «
iam totum Collegium Cardinalium & antiquorum Prælatorum Eccleſiæ nullo «
excepto reprobum factum eſt. Et nedum Cardinales & notabiliores Prælati «
ab eo diſceſſerunt, ſed omnes boni & notabiliores homines in ſcientia, expe- «
rientia & moribus qui ante Barrenſi familiares & intimi amici erant, videntes «
quod de Papatu taliter ſe intromitteret, eum dimiſerunt. Et quod dixiſti de «
viris, non eſt verum, quia Alphonſus Hiſpanus optimus Eremita qui quondam «
erat Areneoſis Epiſcopus & aliæ quam plures perſonæ famoſæ io vita & ſcientia «
tenentes Barrenſem nullum ius habere. Quis igitur non videt hanc Spiritus «
ſancti non eſſe viam, ſed ſpiritus maligni inſaniam & inuidiam? «

Vrbaniſta verò ſic reſpondet. *Miraris quod 13. Cardinalibus non creditur*, non «
aduertens quod 16. vel 19. viri optimi & Doctiſſimi, taceo de alijs, à primo «
Electo ſcilicet Vrbano VI.[1] Cardinalatum receperunt; de quibus non minus «
quàm de antiquis Cardinalibus 13. veriſimile non eſt quod propriæ ſalutis im- «
memores falſo Papæ adhærere vellent. Et rurſus eſto quod littera 13. ſigillo- «
rum quam modo per modum prædicandi monſtrant ſtudioſi vel ex ignorantia «
ſeu inaduertentia multa vera & plures circunſtantias obmiſiſſe, quibus legiti- «
mè apertè oppoſita nondum audita probat & ius & ratio eis aduerſarentur. Non «
igitur mireris, quod primo ictu non creditur tot maximi ſtatus viris concorditer «

» teſtificantibus quod intentionem ſecundã habuerunt, etiam non mireris ſi rectè
» penſaris quo modo factis & ſcriptis & verbis publicis & authenticis quibus or-
» dinariè in foro Iuſtitiæ ciuilis & Eccleſiaſticæ plus creditur, poſt oppoſitum eius
» quod modo affirmatur, omnibus demonſtrar. Inſuper quæſo quare non mira-
» ris quod tres Italici Cardinales qui met interfuerunt omnibus factis & 13. Atte-
» ſtationes Cardinalium plenè audiuerunt, non ſtant cum eis? ſimiliter 5. Cardi-
» nales qui ſunt in Auinione, audiuerunt informationem per 4. Cardinales miſſos
» ad probandum nullitatem Electionis primæ, & tamen nec litteras demonſtrant
» de hoc, nec prædicant quod illi quinque ſtant concorditer pro conſenſu alio-
» rum. Etiamſi ſanctitatem Cardinalium & eorum præterita facta plenè deſcri-
» pta legiſſes in ſimonia, ambitione, pompa & auaritia eorum teſtimonium de-
» colorantia, non mirareris quod difficulter ſunt credibiles hominibus qui iſta
» nouerunt.

Clementinus. *Quem non moueret determinatio ad partem Cardinalium in tot Conſilijs Illuſtriſſimi Principis & Regis Chriſtianiſſimi Regni Francorum, tot tantorumque ſanctorum reliquijs & regali vnctione, Angelicis*, vt ita dixerim, *confecta manibus præ omnibus Regnis decorati*, & exaltati, quod Regnum teſtibus hiſtorijs ope Diuina & Diuinis fauoribus ſpecialiter reſpectum à Catholicæ veritatis tramite nunquam obliquauit, ſed ſemper fideliſſimnm Eccleſiæ Defenſorium repertum eſt: in quo eſt & fons ſapientiæ Vniuerſitas Pariſienſis effundens per mundum Vniuerſum multitudinem Sapientum quæ eſt ſanitas Orbis terrarum.

De Conſilio Regis.

Vrbaniſta. *Caue, caue, Abbas* inquit *Ioachim ſuper Ieremiam loquens Eccleſiæ, ne tibi Rex Francorum baculus fiat arundineus.* Et ſi modum & proceſſum in illis Conſilijs ſcires, nihil te mouere deberet. Nam in primo eius Conſilio verè ſolemniſſimo, parte Cardinalium auditâ, non parte alterâ decretum fuit Regem debere ſe in ſuſpenſo tenere. In 2. Conſilio paucorum, qualium taceo, ſi ad affectionem ad partem congregatorum non diſcutio, ſuperuenientibus quibuſdam nouis Cardinalium litteris D. Rex determinauit pro ſecundo Electo. In tertio eius Conſilio poſt aduentum trium Cardinalium Pariſius in Caſtro Nemoris Vincennarum celebrato Rex præſidens cum 4. Cardinalibus, antiquis tribus & vno nouo dixit ſe ad ſecundum Determinatum, exhortans vt ei dicerent vtrum bene & rationabiliter in hoc fecerit; decreuerunt omnes, multis aliter fortaſſis terrente præſentia tantorum, dicere non audentibus, quod ſic. Super quo Rex ad excuſationem ſui in omnem euentum dicitur inſtrumenta recepiſſe, nomina eorum Clericorum qui interfuerunt Conſilio, continentia, de quorum numero eſſe non vellem. Vides ergo prædictæ determinationi non, vt putaſti, fidem adhibendam.

Clementinus. *Verè neſcis ſic orbem diuiſum, vt ſapientia fulgeat apud Gallicos, aurum abundet apud Italicos, & fortitudo Militum apud Germanos.* Ergo quomodo non aduertis optimum atque prudentiſſimum virum illuſtriſſimum Principem Regem Francorum, præcipuum Eccleſiæ Chriſti tutorem & defenſorem qui ſapiens in medio Sapientum Pariſius Ciuitate litterarum poſuit thronum ſuum non aliter quàm ſanctiſſimè & rectiſſimè in tanta Sapientialis luminis claritate ſe determinare potuiſſe, nec in oculis tot Sapientum ſole lucidioribus aliter facere quoquo modo auſum fuiſſe. Nonne etiam plenæ ſunt hiſtoriæ quod in his quæ tangunt gubernationem Communitatis Regio ſomnio tanquam à Deo immiſſo credendum eſt? quid igitur de Regio Conſilio diligentiſſimam informationem conſecuto? Nunquid illi eſt magis credendum?

Vrbaniſta. *Ecce Pariſius, vbi* licet tres Cardinales, qui omnibus factis præſentes fuerunt, perſonaliter prædicarent, nihilominus negotium ſic dubium manſit, quod ſi corda hominum, non dico ora, examinarentur, paucos credere inuenires 2. Electum eſſe Papam. Quid igitur mirum ſi in alijs Regnis, nec Regi Franciæ nec Cardinalibus de hoc credatur, *ex quo Pariſius in Ciuitate Sapientum, vbi ex parte* Cardinalium omnia audita ſunt, & in Regno Franciæ luce ſapientiæ, vt dixiſti, præ cæteris hereditante diſcordia & à plurimis non corde intrinſecus, ſed fictè & ſolum exterius timore vrgente, quemadmodum & Cardinales ſe primum tenuiſſe dicunt, ſecundo electus tenetur & ei obeditur. *Nec*

permiſſum eſt ibi publicis Sapientum diſputationibus negotium diſcuti omnib. in obſcurum veritate Rege, & quodam proceſſu Cardinalium de nullitate Electionis primæ, amplius ſuper hac re diſputare prohibente. Nunquid diſputationis iuge exercitium latentem falſitatem & fraudem detegit vltimatè? nunquid hoc eſt quare Machometus de his quæ ſuæ legis ſunt, diſputare prohibuit ſcutis crebrum & diligens diſputationis ventilabrum fraudem & falſitatem diu latere non poſſe, vnde maximum eſt veritatis Chriſtianæ legis Iudicium, quod in ea omnia acerrimo diſputationis examine iam à mille annis expoſita ſunt & quotidie exponuntur, & tamen perſeuerant.

Clementinus. Longè alio fine iſti hîc & illi ibi diſputare prohibuerunt. Ille fine quem dixiſti, iſte ne quod clarum eſt ſufficienter vt Catholicus non proteruus intrepidè credat, denuo in dubium reuocetur, & vt omnis ſchiſmatis fragilitate vel peruerſitate hominum ex oppoſito veriſimiliter orituri reſcinderetur occaſio. *Sæpe enim ex publicis diſputationibus & determinationibus Doctorum vel Prædicatorum ſibi oppoſitorum oritur audientium eos contra inuicem vſque ad pugnas & occiſiones diuiſio & diſſenſio.......*

Vrbaniſta. Non eſt memoria, quod Camerarius vnquam in conſimili caſu determinauerit vel declarauerit, quod hic vel ille eſſet Papa vel non Papa. Igitur tum etiam quia Deputati ab aliquo Collegio, verbi gratia ab Vniuerſitate Pariſienſi nullo modo poſſunt per conſuetudinem & per viam diſceptationis obtinere aliquam poteſtatem faciendi & ordinandi eorum authoritate in factis tangentibus Corpus Vniuerſitatis.

Clementinus. Conceſſo illo non ſequitur, quin *Rector Vniuerſitatis cum Deputatis habeat poteſtatem iudicandi de factis Vniuerſitatis, licet Vniuerſitas ſit ſuperior & poſſit ab eis ad eam appellari.* Modò. *Sicut ſe habet Congregatio Vniuerſitatis Pariſ. ad Deputatos cum Rectore, ita tota Congregatio Vniuerſalis Eccleſiæ ad Collegium Eccleſiæ cum Papa qui eſt vniuerſalis Rector Eccleſiæ, quæ propter commodum commiſit Collegio Eccleſiæ Rom. cum Papa Iuriſdictionem Concilij Generalis ad vitanda infinita diſpendia, quæ fierent, ſi ſemper in ſingulis factis arduis & aliis Eccleſiæ deberet fieri Concilium Generale.*

Ergo penſato diligenter præpoſtero ſecularium Principum in præſenti negotio proceſſu atque caſus in ſe nouitate & tam quantum ad ea quæ ſunt facti quàm quæ iuris ſunt, vt viſum eſt ad vtramque partem arguendo & ſoluendo, ambiguitate & ferè inextricabili perplexitate iuris, qui neutraliter vſque adhuc ſe tenuerunt, rectè in id quod ſecurius erat deflexos laudo præ cæteris & dignum iudico ſi eſſe poſſit, hos ſolos facti totius Iudices conſtitui debere, *& præcipuè Matrem veritatis & nutricem æquitatis Pariſienſem Vniuerſitatem* ſecundum modum & finem ſuæ inſtitutionis inaffectatiſſimæ, veritatem circa omne ſcibile inueſtigantem & ſpeculantem, nullis occaſionibus à linea veritatis obliqualem, quam in hoc caſu Eccleſiaſtico diſturbij non ſic vt alia Collegia ſtatim in partem vnam præcipitaſſe ſententiam manifeſtum eſt.

Vrbaniſta. *Vniuerſitas Pariſienſis eſt in toto orbe famoſa, authentica in determinatione veritatis in caſu dubio.* Cum Chriſtianorum vtroſque præſidentes contra ſe diuidi cerneret & partem contra partem viſis omnibus ac ſi Schiſma perpetuare intenderent, ſeſe munirent, cur totâ diligentiâ ſe ad inueſtigationem veritatis hoc caſu non conuertit, vt luce clarius patefacta veritate Schiſma euaneſceret? cur non vias ſcrutata eſt varias & ingenioſas ad Eccleſiæ reunionem & Schiſmatis diremptionem? nunquid in hoc caſu declarationi veritatis ingenti ſtudio magis habuit vigilare, quàm ſub vmbra neutralitatis ſine fructu otioſè pigritare? Exurge igitur qui dormis & emitte lucem tuam, illuminare his qui in tenebris palpitant ignorantiæ, obſecra, prædica, inſta opportunè, importunè, vtrique litigantium Epiſtolas ſcribite ad concordiam exhortantes & mille modos & vias Eccleſiam ad vnionem reducendi eis demonſtrantes.

Clementinus. Sic ſe habuit, ne in tam perplexo, vt viſum eſt, dubio contra prætactam S. Bernardi exhortationem ſuam præcipitaret ſententiam in erroris firmamentum toti populo ad ipſum vt lucernam mundi præfulgidam oculos habenti. Cuius determinatio poſt crebras diſputationum inquirendæ veritatis gratia, vt ei moris eſt, intraſſe pugnas concorditer habita abſque dubio præte-

rimus & rogamus atteoti, quatenus in fide & ſeruitiis noſtris & eiuſdem Eccle- «
ſiæ propter errorem Schiſmaticum, nunc proh dolor! plus ſolito fluctuantis «
ſolliciti more fidei ſolitæ vigilantes, & in conſtantia taoquam orthodoxi filij «
& Diuini Nominis amatores in verâ perſeuerantiâ & beneuolentiâ permanẽtes «
nobis Canonicè ad apicem ſummi Apoſtol. aſſumptis, & eidem Eccleſiæ memo- «
ratæ affectatis honorem & ab Altiſſimo præmiorum retributionem multifariam «
exſpectatis, modos & vias quibus Bartholomæi de Perignano olim Archiepiſ- «
copi Barrenſis & ſibi adhærentium temeritas refræoetur, exquiratis; quodque «
eius Litteræ & mandata nullum ſortiantur effectum, nec exequi permittantur, «
excogitetis, vnanimiter operoſi ingeoium acuatis, & cum induſtria & ſollici- «
tudine quibus poteritis, elaborare curetis omnes & ſingulos nobis quomodoli- «
bet aduerſantes ad fidei noſtræ ſemitas & gremium ſacroſanctæ Matris Eccle- «
ſiæ reducentes. In his, Dilecti filij, cum in vobis inter cæteros fiduciam non «
modicam habeamus, taliter vos gereotes, quod exinde apud Deum meritis, «
penes nos gratia & apud homines clara fama creſcatis, vobiſque non ſolum «
præmium æternæ retributionis obueniat, ſed & fauor Apoſtolicæ Sedis accreſ- «
cat, quem vobis quantum cum Deo poterimus exhibere, proponimus ad ve- «
ſtra & Vniuerſitatis veſtræ vtilitates & commoda, pro quibus ad Nos recurrere «
vos contigerit, fauorabiliter promouere. Volumus autem quod ad Nos io «
occurrentibus & vobis beneplacitis recurſum coofideotiſſimum habeatis: quia «
intendimus vobis affectiooe paternâ, quantum cum Deo poterimus, vbilibet «
complacere. Et ſuper præmiſſis à nobis per dilectum filium Hugooem Lenuoy- «
ſie Magiſtrum in Theologia Decanum Rotomagenſem Apoſtolicæ Sedis Nun- «
cium ac Capellanum noſtrum latiùs explicandis velitis fidem credulam adhibe- «
re. Datum Auenione 7. Kal. Aug. Pontif. noſtri anno 1. «

Quanquam verò Rector à pluralitate ſuffragiorum cooclusiſſet obedientiam eſſe Clementi præſtaodam, quandoquidem ita Rex cum Eccleſia Gall. conſtituerat; non omnes tamen Nationes conſenſerunt in concluſionem Rotuli Nomioationum mittendi ad Clementem: quinimo cum poſt acceptas ſupra allatas Litteras cæteræ Nationes & Facultates concluſiſſent, mittendum eſſe ad eum Rotulum, duæ fortiter obſtiterunt, Picardica & Anglicana, neo ſigillaodo Rotulo Claues ſigilli præbere voluerunt, qua de re ſic habetur in Regeſtis Picardicæ Nationis.

De Rotulo ad Clementem mittendo.

Anno Domini 1379. Menſis Septemb. die 7. Natione Picardorum ſolen- «
niter congregata in S. Iuliano paupere Pariſius horâ Primarum B. Mariæ ſuper «
aliquibus tangentibus honorem Nationis & ſuper aliquibus requiſitionibus fa- «
ctis Matri meæ Nationi per Venerabilem virum M. Arnoldum de Emeliſſe. «
Etiam petiuit Procurator Nationis prædictæ conſilium, an vocatus per Recto- «
rem pro ſigillatione Rotuli Vniuerſitatis, deberet ciſtam Vniuerſitatis cum «
claue pertineote ad prædictam Nationem aperire, & an eius apertioni con- «
ſentire tanquam Procurator & repræſentans Natiooem Picardorum prædi- «
ctam? Fuit deliberatum concorditer ſuper 1. art. qui fuit, quod cum aliqui in- «
tellexerunt quod in capite Rotuli Vniuerſitatis Pariſ. mittendi ad D. Clemen- «
tem expreſsè cauetur, quod Rotulus ille fuit, & eſt concluſus per vnanimem, «
concordem, & communem conſenſum totius Vniuerſitatis ſingularum Facul- «
tatum & Nationum: quod tamen non eſt verum, quia nunquam duæ Natio- «
nes, ſcilicet prædicta Picardorum & Natio Anglicana conſenſerunt in ipſius «
Rotuli concluſiooe nec Miſſione ad dictum D. Clementem, qualiter vellent «
talibus factis & geſtis in graode præjudicium Nationis prædictæ & grauamen «
Suppoſitorum ipſius obuiare. Fuit quoad iſtum articulum, vt præfertur, con- «
corditer deliberatum quod D. Rector requireretur ex parte Nationis per Pro- «
curatorem, quod nullo modo procederet, nec permitteret quod procedatur «
ad Rotuli prædicti ſigillationem, quovſque caput & articuli communes ipſius «
eſſent lecti in plena Vniuerſitate ad hoc congregatâ & vocatâ; maximè cum «
hoc ſit ſtatutum Vniuerſitatis, quod nullæ debent Litteræ ſigillo Vniuerſitatis «
ſigillari niſi prius lectæ fuerint, vt præfertur. Etiam quod eodem modo requi- «
reretur Rector & Deputati Vniuerſitatis ſimul congregati, & per Procurato- «
rem ſæpè dictæ Nationis cum proteſtatione, quod ſi oppoſitum attentaretur, «

» de appellando à grauamine per hoc Nationi prædictæ & Suppoſitis ipſius illato.

» Super requiſitionibus factis per prædictum M. (Arnoldum) quæ tales ſunt quod cum aliàs ipſe vnà cum aliis Nunciis reuerſus fuerat de Nicia & Auenione, & in Natione ſæpe dicta ad hoc ſolenniter congregata ſupplicuerat, quatenus Natio vellet ipſum & Legationem ſuam habere gratum & commendatum. Et illi fuit formaliter conceſſum ; vt ſuperius in præſenti Papyro ſcribitur, Natio vellet illius conceſſionis illi Litteras teſtimoniales ſub ſigillo Nationis concedere.

» Secundum fuit, quod cum Natio nondum à dicta Legatione reuocauerat ipſum nec reuocat, qnod Natio vellet illi ſub ſigillo ſuo Litteras, quod non eum reuocauit à dicta Legatione nec reuocat, teſtimoniales illius concedere; & fuit concorditer ab omnibus formaliter conceſſum exceptis aliquibus & paucis addentibus hoc. Scilicet quod antequam præfatas obtineret, Nationem pecuniæ receptæ à Suppoſitis Nationis pro Legatione facienda in plena Natione ad hoc congregatâ redderet vel de hoc faciendo cautionem idoneam Nationi daret.

» Super tertio puncto, ſcilicet pro Conſilio quod petiuit Procurator, conſuluit illi Natio quod attentâ deliberatione Nationis, ipſe non conſentiret in Rotuli ſigillatione, vel quoad hoc in Ciſtæ apertione, imò quando vocatus eſſet, iret ſine Clauibus, munitus Notario publico & teſtibus, proteſtando ex parte Nationis de appellando à grauamine. Et caſu quo procederetur ad ſeræ fractionem & etiam à violentiâ per hoc factâ Nationi prædictæ & Suppoſitis ipſius illatâ. Acta fuerunt hæc omnia, vt præferuntur, præſentibus venerabilibus viris MM. Ioanne de Behe Rectore tunc Vniuerſitatis prædictæ, qui ſtatim Congregatione prædictâ finitâ requiſitus fuit per Procuratorem ex parte Nationis prædictæ, vt non procedatur ad Rotuli ſigillationem. Ioanne Rouſſe, Ioan. de Ponſe in Theologia Baccalaureis formatis, Roberto de Raincourt, Ioan. Walrier, Ioan. de Monſtreings, Ioan. Bardoul, Gerardo de Oſtllye, Rumaldo Vbeens, Waltero de Belle & pluribus aliis Magiſtris.

In Actis eiuſdem Nationis ad 13. Auguſti anni prædicti legitur Magiſtros & Scholares Mechlinienſes, vulgò *de Malines*, Capellam habuiſſe fundatam Mechliniæ, cuius ad ipſos etiam Pariſiis ſtudentes diſpoſitio omnis pertineret: & ſupplicaſſe vti ſub ſigillo Picardicæ Nationis poſſent conſtituere vnum vel plures Procuratores ad diſponendum de illa deque eius reditibus. Sic ergo in Actis habetur.

» Anno Domini 1379. menſis Auguſti die 13. Vniuerſitate Magiſtrorum Pariſius ſtudentium & Regentium in S. Mathurino hora Tertiarum congregatâ *& Nationibus & Facultatibus ad partem ſubſtractis*, vt moris eſt, *ad ſuper propoſitis per Rectorem Vniuerſitatis prædictæ deliberandum* ; & Natione Picardorum in ſuo loco conſueto ad deliberandum ſubſtractâ, ſupplicuit venerabilis & diſcretus vir M. Rameldus Vbeens in dicta Natione pro & nomine Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium oriundorum de Machlinia, vt ipſi Magiſtri & Scholares poſſent ſub ſigillo Nationis prædictæ conſtituere vnum vel plures certos Procuratores, qui diſponere haberent in Machlinia reditus certæ Capellaniæ fundatæ in dicta villa Machlinienſi ; cuius & quorum de more & conſuetudine, plena diſpoſitio ad dictos Magiſtros & Scholares de Machlinia Pariſius ſtudentes noſcitur pertinere. Et fuit illi in forma conceſſum concorditer & ab omnibus præſentibus MM. Ioanne de Behe Rectore Vniuerſitatis prædictæ pro tunc, Iac. Iuuenis, Ioan. de Trelon, Ioan. Bardoul, Richardo de Loos, Girardo de Reſtuunc, Roberto de Racourt, Arnoldo de Emeliſſe, Waltero Belle & multis aliis.

Die 10. menſis Octobris prædicto M. Ioanni de Behe ſucceſſit in Rectoratu M. Ioannes de Roncuria Tullenſis Diœceſis pro ſecunda vice. Et 13. menſis Decembris fuit illi ſuffectus M. Nicolaus de Vaudemont ; vt habetur in libro antiquo Rectoris, ſed eorum acta non habentur : quanquam in Codice Rectorio ſcripta fuiſſe commemorentur.

1380. Anno Domini 1380. exarſit æſtus animorum in Vniuerſitate, præſertim

verò in Facultate Artium occaſione ſchiſmatis, & hac de cauſa. Iodocus Ghiſilius Cancellarius San-Genoueſianus non obſtante Decreto publico tam Regni quàm Vniuerſitatis, adhærebat Vrbano; Abbas verò Ioannes de Baſſemain Clementi. Hinc inter eos priuata & occulta diſcordia, quæ in apertum erupit. Abbas Cancellario licentiandi poteſtatem, vtpotè Schiſmatico abrogauit, atque vt abrogatio iſta valeret pluſque ponderis haberet, Rectorem & Facultatem Artium ad ſuam cauſam aduocauit. Natio Gallicana abrogationi ſubſcripſit, aliæ tres non item. Lis ad Clementem defertur; & ille Duum-viros nominat qui de ea cognoſcant, Ioannem Maubertum Cancellarium Eccleſiæ Nouiodunenſis & Armandum Ioſſerandum Canonicum Cameracenſem, qui re cognita ſententiam dixerunt ſecundum Abbatem, Cancellario, Procancellario & Examinatoribus ab eo electis ſua munera abrogant & fiduciarium Cancellarium nominant Ægidium Priorem Vanuenſem, aliumque Procancellarium & alios Examinatores creant abſque præjudicio juris partium in cæteris. Nec res eo ſtetit, prouocatur ad Senatum Pariſienſem, qui 12. Iulij an. 1382. tum regnante Carolo VI. Abbati ius ſuum ſolemni decreto aſſeruit, quod infra referemus.

Ad eundem annum refert Wadinghus Litteras Petri Arragonij ſeu Infantis Arragoniæ, Minoritæ ad Carolum V. pro Vrbano Pontifice, pro quo factas ſibi à Deo reuelationes illi manifeſtat: quas quidem Litteras ait ſe deſcripſiſſe Wadinghus ex Codice 2. MS. de ſchiſmate in Archiuo Vaticano ſeruato, in hunc modum.

Illuſtriſſime ac magnificentiſſime Princeps & Domine Nepoſque chariſſime, ſemper dilexi perſonam veſtram & Domum Regiam Franciæ, tanquam eam in qua natus ſum, propter beneficia & honores multiplices quos de ipſa Domo veſtra Regia multipliciter ſum adeptus. Dictum eſt mihi & communis fama habetur, quod repuliſtis Vrbanum, & vnà cum Regno veſtro recepiſtis Clementem. Volo Dominationi veſtræ referre & notum facere, quod mihi in digno eſt de hac materia reuelatum. Die Mercurij 30. Martij horâ tardâ poſt Completorium dum oraſſem, audiui Dominum meum Ieſum loquentem mihi peccatori indigno in hunc modum. Reges & Principes mundi mirantur, Magni Clerici & Doctores diſputant, & faciunt Quæſtiones de commotione & impetu Romanorum. Ego feci & ſic fieri permiſi. Ego enim induraui cor Pharaonis vt diceret, neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam. Ego permiſi Iudæos vt coram Pilato clamarent *Crucifige, Crucifige eum*. Ego commoui populum Romanum vt clamaret *ô Romano, ô Italiano leuogliamo*. Fuit fortaſſis bona induratio ex parte Pharaonis? Non. ſed de ipſa induratione emanauit glorioſus exitus filiorum Iſraël de Ægypto. Fuit bona exclamatio Iudæorum? Non. ſed de ipſa exclamatione emanauit ſaluatio humani generis per mortem meam. Fuit bona commotio Romanorum? Non propter ipſam: ſed quia de ipſa commotione emanauit tranſlatio Eccleſiæ de poteſtate & regimine Auarorum & ambitioſorum Lemouicenſium ad poteſtatem & regimen Italicorum, in quibus fundata fuit primitus, & per Patres antiquos antiquitus bene recta. Ego tunc clamaui cum lachrymis & dixi. *O bone Ieſu*. Et quid eſt hoc tu reuelas iſta paruulis, miſeris, pauperibus & Idiotis, & magnos in ſua cæcitate dimittis? Reſpondens Dominus dixit. Reſpice verba, quæ locutus ſum Patri in Euangelio Matth. 11. *Confiteor tibi Pater Domine Cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis, quoniam ſic fuit placitum ante te.* Ita hæc fuerunt tibi reuelata. Nunc autem Domine mi, iſta eſt Concluſio Litteræ. Voluntas eſt Domini mei Ieſu Chriſti, quod vos cum Regno veſtro tanquam veri Catholici, qui de ſancta & Catholica domo ſuper vniuerſas Regias mundi exorti eſtis, recipiatis Vrbanum tanquam verum Summum Pontificem & Vicarium Ieſu Chriſti, & eius obedientiæ vos ſubjiciatis, quia nunquam Francia fabricata eſt Idolum nec monſtro ſe ſubjecit. Caueatis de indignatione Diuina, quia ſuper Reges, populos, Nationes & Regna ira Dei deſæuiet, niſi ſubjiciantur Vrbano. Scripta manu propria in Gandia die Veneris 1. Aprilis Veſter humilis auunculus & Orator Fr. Petrus de Arragonia, inter Minores minimus, humilis Chriſti ſeruus.

Pro Vrbano.

Mors Caroli V.

His & multis alijs ab omni Regno Chriſtiano miſſis litteris Rex morte præuentus, apud Balnam prope Vicennas 16. Septemb. ſatisfacere non potuit; tres ille liberos reliquit impuberes, Carolum, Ludouicum & Catharinam. Et iſta mors multa incommoda & damna Franciæ importauit. Nam, vt ait Robertus Gaguinus, cum pace & bello fuiſſet accommodatiſſimus, inſequens tempus beneuolentiam, vnanimitatem, charitatemque diſcordijs & grauiſſimis inimicitijs commutauit, liberos duos Carolum & Ludouicum, quia iuniores erant & Minores 14. annis, Philippi Burgundionis & Ludouici Borbonij tutelæ commiſit; Regni verò gubernacula Ludouico Andegauorum Duci, donec Carolus, cui ex primogenitura Regnum debebatur, annum 14. ætatis attigiſſet. Mortuus autem apud Vicennas ad D. Antonium Campeſtrem delatus eſt, ibique per aliquot dies aſſeruatus, donec fratres eius tres aduenißent. Cum verò elatus eſt ad D. Dionyſij, accedit tumultus inter Scholaſticos & Apparitores ſeu Seruientes Hugonis Aubrioti Præpoſiti Pariſienſis, multiſque vulneratis alij in carcerem coniecti ſunt, quod Gaguinus ſic refert. *Dum ex Antonij æde funus effertur*, inquit, *Scholaſtici Studij Pariſienſis, qui ſpectandi cauſa frequentes aderant, à Seruientibus Hugonis Aubrioti Pariſiaci Prætoris, quia forte præcedentem Pompam impedirent, propulſi, in Prætorem atque in Seruientes tumultuati ſunt. Quorum aliquot qui deprehendi potuerunt, in vinculis habiti ſunt. Sed paulò poſt Regis filijs reſtituti.*

Paulò poſt inaugurato Remis Carolo VI ſimultas inter Patruos Regis interceſſit, & plebs Pariſienſis quod ſe vectigalibus premi quereretur, nec toties conqueſta, ab ijs exempta eſſet, ingenres motus, qui vix ſedari potuerunt, excitauit; ſed longè magis paulò poſt exarſit, cum ob Anglorum incurſiones noua vectigalia imponere opus fuit.

Per eoſdem dies cum de Romano Pontifice controuerſia agitaretur, malumque ingraueſceret propter diuerſas factiones, quæ in toto Orbe Chriſtiano excitabantur, Lutetiam aduenerunt miſſi à Regibus Bohemiæ & Caſtellæ Legati & Oratores Vrbani VI. partes aduerſus Clementem, quem Francia ſuſceperat, defenſuri. Admiſſi & auditi hoc reſponſum à Ludouico Andegauorum Duce habuerunt, Regem non ita addictum eſſe Clementis cauſæ, quin veritatem ſequi & amplecti vellet: daturumque operam, vt ſedatâ Pontificum contentione pax & tranquillitas Eccleſiæ reddatur. Et hoc accepto Reſponſo abierunt. Dux ille Regni Rector totus Clementis erat, & Clemens ſe Regem eum Siciliæ effecturum pollicebatur. Et reuera cum Iana Siciliæ Regina ab Vrbano & fautoribus bello premeretur, author illi fuit, vt Ludouicum Rectorem Franciæ in ſpem Regni adoptaret. *Pulchrius Duci cupido Imperij videbatur Regem quàm Rectorem dici*, inquit Paulus Æmylius. Itaque copias parat ad inuadendam Italiam, nimis immodicis ſumptibus & exactionibus.

Exactiones Clementis.

Clemens quoque Auenioni ſedens 36. Cardinales, ex Francia penè omnes habebat ſibi fauentes, quos vt amplius ſibi demereretur, pinguiorum Sacerdotiorum reditibus ditabat; ac proinde Exploratores ab eo per Franciam conſtituti opulentiores Eccleſiarum prouentus inquirebant, quas Rectoribus vacuas ſtatim à Clemente obtinebant. *Tulit quoque Clemens*, inquit Gaguinus, *de vacaturis Eccleſijs legem, quam Exſpectatiuam Gratiam appellauit: quâ ad adipiſcendas morte Poſſeſſorum Eccleſias fas vſque Expectanti per Pontificem deſignato erat.* Ita ſolis Cardinalibus & viris Potentioribus Eccleſiæ & Sacerdotia contingebant. Exactæ præterea à Clero decimæ, & de maioribus Eccleſijs, dum Paſtore orbatæ erant, primi anni prouentus legebantur, quod Exactionis genus *Annatam* appellarunt, Cameræque Apoſtolicæ deberi contendebant; tantò verò impuniùs iſtud pecuniæ genus exigebant, quod Dux Andegauorum Ludouicus ijs apertè faueret. Hinc ergo Gratiæ Exſpectatiuæ & Annatæ originem habent. Quanquam alij à Bonifacio VIII. alij à Ioanne XXII. ortum habuiſſe contendunt: ſed hiſce temporibus longius progreſſæ fuerunt.

Id autem fieri non potuit citra Cleri Gallicani, præſertim verò Vniuerſitatis conqueſtionem. Itaque Rectore M. Ioanne de Salice de Nuceraco vel Miteraco, qui 15. Decemb. electus fuerat, in Comitijs Generalibus placuit adiri Regem & Ludouicum Ducem, atque per Oratorem demonſtrari, quàm

id Exactionis genus graue eſſet, quamque Gratiæ illæ Exſpectatiuæ damnoſæ eſſent Magiſtris Vniuerſitatis. In eam rem delectus eſt *M. Ioannes Roncius Doctor Theologus*, Geſſoriacum vocat Æmylius. Vniuerſitas Regem adit. Roncius fortiter orat. At Ludouicus Andegauus libertatem illam dicendi grauiter & moleſtè ferens prædictum Roncium alumnum Cardinalitium in carcerem compingi iubet. Poſtridie habitis Comitijs, Vniuerſitas redit ad Regem, & ab ipſo atque ab Andegauo ſuum ſibi Clientem & alumnum reddi impetrat, ea tamen lege vt polliceatur ſe Clementi adhæſuram. Liberatus Roncius ad Vrbanum proficiſcitur, mox & alius Rector qui (quod Vrbani litteras, quibus gratias agebat Vniuerſitati pollicebaturque verè paternum amorem) accepiſſet legique iuſſiſſet apud Vniuerſitatem non præmonito Andegauo, cogitur quoque vinculorum metu Romam ad Vrbanum proficiſci, alijque plures ex vrbe diſcedere ſimiliter compelluntur, quod eius cum Clemente commercium in præda beneficiorum publicarent, & Regis Minoris Regnique miſerrimum ſtatum deplorarent.

Hanc Hiſtoriam ſic refert Meyerus lib. 13. Vna, *inquit*, Liberalium Artium «
Schola apud Pariſios tantis conata eſt malis obſiſtere: ſed tam amplæ tamque «
potenti Tyrannidi cedere cogebatur. Ludouicus enim Andegauenſis, qui om- «
nium prædarum erat particeps, quique per impuberem Regis ætatem Rector «
vocabatur Galliæ, vi & armis Decimas Eccleſiarum abſtulit. Exſpoſtulationes «
Sacerdotum appellationeſque omnes facilè perfregit. Ioannem Roncæum «
Muſæi nomine exſpoſtulare & conqueri auſum in carcerem conijcit, niſus & «
Scholæ Rectorem comprehendere. At is cum recepto è cuſtodia Roncæo ac «
Ioanne Gerſone, Ægidioque Eccleſiæ Pariſienſis Cantore fugâ periculum vi- «
tauit Romam ad Vrbanum Pontificem fugerunt, magnaque Pars ſtudioſo- «
rum Lutetiâ relictâ alij aliò ſe contulerunt. «

Errat Meyerus cum Ioannem Gerſonem ijs viris annumerat, qui Romam ad Vrbanum profecti ſunt, niſi forte Gerſon tunc Scholaris 19. annos natus ijs ſe comitem adiunxit. Nam vt alibi dicetur an. 1363. natus eſt, & inter alumnos Collegij Nauartici fuit educatus, donec lauream Doctoralem promeruit.

E noſtris verò Annaliſtis rem narrat elegantiſſimè Robertus Gaguinus in
Carolo VI. Eas ob res, *inquit*, cum Scholaſtici non pauci Scholam relinque- «
rent, Studij Pariſienſis Rector Concione aduocatâ, ex conſilio Doctorum «
Ioannem Roncæum Picardum deputat, qui de huiuſmodi diſpendijs ad Regem «
Andegauumque Ducem orationem habeat. Habitâ oratione tantâ irâ percitus «
Andegauus eſt, vt ſatellitibus noctu ad cubiculum Ioannis Roncæi miſſis, ho- «
minem effractis foribus abductum in vincula conijci mandauerit; nec aliter «
repetente eum Rectore exemptus eſt, quàm vt Clementem auditurum ſe polli- «
ceretur. Niſus quoque Dux eſt Rectorem deprehendere; ſed re per amicos «
cognitâ Rector aufugit. Deprehendendi Rectoris cauſam afferebat Dux, quod «
ab Vrbano exceptas litteras Regi non exhibuiſſet. «

Æmylius Ioannem Roncium, patria Geſſoriacum Vniuerſitatis nomine
Oratorem fuiſſe apud Andegauum ſcribit, & ad Vrbanum confugiſſe: quo-
modo autem excepti fuerint Legati, quodque reſponſum habuerint, fuſiùs
perſequitur: & vnde Andegaui in Clementem tanta propenſio, nata ſit, vt ne-
glectis Regni negotijs ipſum contra omnes tueri contenderit, his verbis deſcri-
bit. Dux Rector res Italicas cogitatione, conſilijs, ſpe, complectebatur. Cle- «
mens incitabat, nihil ei denegabat: ſacras Decimas ei in ſumptum belli exigen- «
das dederat, magna Sacerdotum indignatione, multis paſſim expoſtulationi- «
bus, appellationibus, prouocationibus, teſtationibuſque: ſed decumano au- «
ro infœlici. Eo præterea mouebantur homines, quod cum Clemens ſex & tri- «
ginta ſuæ factionis Cardinales haberet, eorum cupiditati prope ſola Francia «
propoſita erat: quod reliquus terrarum Orbis longè maxima in parte Vrbanum «
vnicum Pontificem Maximum agnoſceret. Qui verò Purpuratorum Clemen- «
tem ſequebantur, ſacris Franciæ beneficijs, vt quæque opulentiſſima erant, «
ita maximâ ſpe, conatu *Exſpectationum, reſeruationum* muneribus imminebant, «
nullo ſanctitati honore habito, litterarum Muſæique Pariſienſis nullo reſpe- «
ctu. Ioannes *Geſſoriacus* Theologus cauſam *Scholaſtici* Sacerdotij libera oratione «

& infami ſeruitute oppreſſam in libertatem vindicarent, quas litteras edidit prædictus Huttenus an. 1520.

Anno 1381. Cardinales Clementini & alij nonnulli Clementi adhærentes, quos Neapoli Clemens in Galliam regrediens reliquerat ad confirmandos ſuæ partis animos, coacti ſunt pileos rubros & alia ornamenta flammis tradere, Clementem eiurare, Vrbanumque ſolum ſummum & verum Pontificem agnoſcere & profiteri; ſed illi poſt diuturnos carceres libertati reſtituti, cum iam reſipuiſſe videbantur, ad Clementem fugientes, ſuas dignitates recuperarunt. In Hiſpania verò Petrus de Luna Cardinalis Clementinus poſt multos dies in cognitione rei & examinatione conſumptos, *Salamanticæ* tandem euicit, vt *Caſtiliani* cauſam Vrbani tanquam vitio creati auerſati Clementem Pontificem liberioribus Comitijs electum agnoſcerent; quod Gallorum Regis gratiæ potius quàm æquitati datum ſcribunt nonnulli. At licet ipſe Petrus ex Arragoniæ nobili loco oriundus eſſet, non potuit tamen Arragonas ab Vrbani cauſa dimouere. 1381.

Eodem anno renouata eſt lis inter Vniuerſitatem Pariſienſem & Cancellarium, propter quaſdam exactiones, quas contra Bullas Pontificias committebat Cancellarius. M. Ioannes de Caloribus iam ante ſibi ceperat nonnibil pro iure ſuo arrogare: ſed quia modicum quid erat, vtcunque tulerat Vniuerſitas, quanquam non ſine clamore & repugnantia; ſed cum poſt eius obitum M. Ioannes Blankaërs aliàs Blanchardi idem tributum exigere pergeret, his initijs obſtitit Vniuerſitas, nec paſſa eſt quemquam ab eo licentiari. Itaque legimus hoc anno, quaſi vacante Cancellaria Epiſcopum, Decanum & Capitulum commiſiſſe communiter & abſque præiudicio partium M..... ad magiſtrandum quendam in Theologia. Idque ex actis Eccleſiæ Pariſienſis refert Hemeræus: Nihilominus re paululum pacatâ muneris ſui vices obijt prædictus Blanchardus vſque ad an. 1384. quo contra eum Vniuerſitas decreuit, & Decretum promulgauit M. Ioanne de Marſono Rectore: à quo Decreto prouocauit Cancellarius ad Pontificem Clementem, vt infra dicetur. Huius autem litis & querimoniæ initia ad hunc annum refert quoque Hemeræus, *quo*, inquit, *re in Cancellos fori iam vocata, Capitulum Pariſienſe Vicariam Facultatem alteri demandauit, nouos Magiſtros coronandi, quæ tamen neutrius partis Iura vllo præiudicio ſanciaret.* In qua lite, idem ait M. Petrum de Alliaco ardentiſſimâ animi vi pro Academiæ dignitate decertaſſe. LIS CVM CANCELLARIO PARIS.

Eodem anno 10. Octobr. electus eſt Rector M. Petrus Reginaldi. Et die 18. Decemb. ei ſucceſſit M. Henricus de Brenebere tunc Procurator Nationis Picardicæ, quo Rectore orta eſt ſeditio Pariſijs ob ſubſidia, quæ vltra modum exigebantur, ſeditio hæc Malleatorum dicta Gall. *des Maillotins*, propterea quod turbulenti ciues malleos plumbeos ad expeditionem bellicam paratos in Ædibus Vrbanis arripuerunt; & ijs Exactores plurimos trucidarunt. At ſeditione paululum placata, cum ſibi timerent ſeditioſi, confugerunt ad Epiſcopum & ad Vniuerſiratem Pariſienſem, vt apud Regem furentis populi veſaniam excuſarent, flagitijque veniam impetrarent. Orator ab Vniuerſitate delectus eſt M. Ioannes Goyleyn Doctor Theol. Ordinis Carmelitarum. Cum autem eadem die Vniuerſitas & Epiſcopus apud Vicennas, vbi Rex hoſpitabatur, conueniſſent, Vniuerſitas prior admiſſa ad dicendum, & honoratiorem ſemper locum tenuit. Quâ de re ſic habetur in antiquo libro Rectoris fol. 144.

Anno Domini 1381. menſis Decemb. 18. die factâ Congregatione Facultatis „
Artium apud S. Iulianum Pauperem per venerabilem virum M. Petrum Reginal- „
di tunc Rectorem Vniuerſitatis Pariſienſis ad eligendum nouum Rectorem ele- „
ctus fuit in Rectorem Vniuerſitatis prædictæ Henricus dictus Brenehere Braban- „
tinus pro tunc Procurator Nationis Picardorum actu Regens Pariſius in prædi- „ DE PRÆEMINENTIA
cta Facultate. Quæ autem in Rectoria ſua acta ſunt, patent in Regiſtro ſeu Papy- „ RECTORIS
ro Rectoriæ. Non eſt tamen ſub ſilentio prætermittendum, quod anno Domini „ SVPER
præmiſſo menſis Martij die 13. Vniuerſitate vnà cum Epiſcopo in præſentia D. „ EPISCOPO
Regis, DD. Burgundiæ, *de Valois*, fratris Regis, de Borbonio, *de Couchy*, *d'Albret*, „ PARIS.
ac plurimorum aliorum Nobilium, & etiam ſex de Archiepiſcoporum vel Epiſ- „
coporum exiſtentibus, & ſupplicante veniam & gratiam pro populo Pariſienſi „

Digitized by Google

„ ſuper tunc foreſactis non obſtantibus quibuſdam altercationibus præhabitis „ inter dictum Rectorem & Epiſcopum Pariſienſem, in Pontificalibus exiſten- „ tem ſuper præminitate Propoſitionis faciendæ coram D. Rege & de loco ſta- „ tionis, dictus Rector obtinuit locum dextrum & Propoſitionem primam, „ quam fecit M. Ioan. Goyleyn Doctor in Theologia Ordinis B. Mariæ de monte „ Carmeli: & tam in Reſponſionibus Regis, quàm in faciendo Edictum per vil- „ lam de pace & gratia dicto Populo facta ad Inſtantiam Vniuerſitatis, Epiſcopi „ & Cleri, ſemper prænominabatur Vniuerſitas Epiſcopo & Clero. Sic quod in „ omnibus Mater noſtra Vniuerſitas in comparatione ad Epiſcopum, Decanum, „ Capitulum & Clerum Pariſienſem tam coniunctim quàm diuiſim obtinuit „ principatum.

Extat ad hunc annum Inſtrumentum quoddam Confeſſionis factæ Niciæ à Cardinale Mediolanenſi in extremis vitæ anguſtijs, pro cauſa Clementis VII. quod Reuerendus Pater Bonauentura Bauduiſius mihi ex Codice Gemmeticenſi fideliter exſcriptum communicauit.

Confessio Cardinalis Citramontani pro Clemente.

In nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi tam præſentes quàm futuri præſens publicum Inſtrumentum inſpecturi & audituri, quod anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1381. Indict. 4. die Lunæ 26. menſis Auguſt. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Clementis diuina prouidentia Papæ V I I. anno 3. in præſentia teſtium & mei Notarij publici Antonij infra ſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & D. D. Simon de Broſſano Ciuitatis Mediolanenſis, miſeratione diuina rituli SS. Ioannis & Pauli S. Rom. Eccleſiæ Preſbyter Cardinalis Mediolanenſis vulgariter nuncupatus exiſtens ſaluus mente, memoria & intellectu, licet æger corpore, cognoſcens ſe mortalem ac diem & horam ſui obitus penitus inuocato infra ſcriptam ſuam declarationem antequam ſuum conderet teſtamentum fecit in hæc verba.

In nomine Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Ego Simon de Broſſano Ciuitatis Mediolanenſis tituli SS. Ioannis & Pauli S. Rom. Eccleſiæ Preſbyter Cardinalis, volens me ipſum & totum populum Chriſtianum quantum in me eſt, declarare, & ipſum populum informare de veritate in facto præſentis Schiſmatis noſtris temporibus, proh dolor! exorti & diſcordiæ ſuper Papatu exiſtentis, & quantum mihi poſſibile eſt, de Chriſtianitate omne dubium remouere, & de cordibus quoruncunque fidelium iſtud ſchiſma peſtiferum radicitus extirpare, & vt populus Chriſtianus ad vnitatem S. Matris Eccleſiæ reducatur, pro qua vnione ſtando de medio & velut indifferenter nec ad vnam partem, nec ad aliam declinando vſque ad hæc tempora vnà cum Reuerendiſſimis Patribus & DD. meis DD. Petro Epiſcopo Portuenſi, dicto Florentino & Iacobo de Vrſinis bonæ memoriæ S. Rom. Eccl. Cardinalibus fideliter laboraui. Idcirco nolens quicquam ſub verborum inuolucro, neque ambiguè loqui neque obſcurè ſed clarè, attentis omnibus quæ interuenerunt in facto huiuſmodi Schiſmatis, & his quæ diſponuntur & ordinantur in iure expreſsè *Dico & aſſero & apertè declaro, Electionem Bartholomæi tunc Barrenſis factam fuiſſe per impreſſionem & nullam ipſo iure, ſicut etiam Reuerendiſſimi Patres & DD. DD. Cardinales Vltramontani hoc idem declarauerunt & publicauerunt & Electionem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Clementis diuina prouidentia Papæ VII. factam à numero ſufficienti Reuerendiſſimorum Patrum DD. Cardinalium eſſe validam & Canonicam.*

Item dico, quod ſi verbo, ſcripto, diſputatione vel opere aliquid vnquam fecerim vel dixerim contra præfatum ſanctiſſimum Patrem & D. noſtrum D. Papam Clementem VII. confiteor me erraſſe, & humiliter veniam peto ac recommendo animam meam & familiam meam eidem ſanctiſſimo D. noſtro Papæ Clementi tanquam vero Chriſti Vicario & B. Petri ſucceſſori legitimo, ac etiam omnibus DD. Cardinalibus vt eam habeant fauorabilem recommendatam provt indubiò ſpero. Quam quidem declarationem meam volo & mando in cunctis mundi partibus publicari; atque de ipſa declaratione mea & omnibus & ſingulis ſupradictis volo & mando quod conficiatur publicum Inſtrumentum, vnum & plura, & tot & quot expedierit & fuerit opportunum per te Antonium

Notarium publicum & Scribam meum hîc præſentem vnà cum Reuerendiſſimis Patribus & DD. meis D. Petro Florentino & Guill. ſancti Angeli S. Rom. Eccleſ. Cardinalibus, & Reuerendo Patre D. Ioanne Epiſcopo Caſtellano & Nobili viro Zauardo de Vicedominis de Placentia, ac venerabilibus viris DD. F. Petro de Alzate Ordinis Humilitatis Camerario meo, & Ioan de Mondellis Legum Doctore & Auditore meo, in quorum præſentia hanc declarationem meam vt ſupra feci & facio, ac etiam vt ipſa declaratio mea ſit magis valida & authentica & majoris roboris obtineat firmitatem, vtque eidem indubia fides adhibeatur, iterum in effectu dante Domino eandem replicabo & faciam poni & inſeri in meo teſtamento quod hodie facere intendo per te Antonium Notarium publicum tradendo, confidendo & publicando, & rogo & inſtanter requiro vos præfatos Reuerendiſſimos Patres DD. Cardinales Florentinum & ſancti Angeli hîc præſentes, vt dictam meam declarationem vbique publicetis & in omnium notitiam deducatis. Qui Reuerendiſſimi Patres DD. Florentinus & ſancti Angeli Cardinales ad ipſius Reuerendiſſimi Patris D. Simonis Cardinalis Mediolanenſis preces & inſtantem requiſitionem huiuſmodi, eidem generosè reſpondētes liberaliter promiſerunt ſe velle & in hoc libenter facere & effectualiter adimplere iuxta ipſius voluntatem toto eorum poſſe. De qua quidem declaratione & ſupradictis omnibus & ſingulis factis, dictis, actis & geſtis per præfatum Reuerendiſſimum Patrem D. Simonem Cardinalem Mediolanenſem & reſponſis eidem per præfatos Reuerendiſſimos Patres DD. Cardinales de Florentia & ſancti Angeli idem D. Cardinalis Mediolanenſis voluit & mandauit & requiſiuit & rogauit me Antonium Notarium publicum ſupra & infraſcriptum, vt inde publicum conficerem Inſtrumentum vnum vel plura, & tot & quot expedierit & fuerit opportunum.

Acta fuerunt hæc Niciæ in Domo Fratrum Prædicatorum, vbi præfatus Reuerendiſſimus Pater D. Simon Cardinalis Mediolanenſis habitabat, anno, Indictione, menſe, die & Pontificatu prædictis, præſentibus ſupraſcriptis Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus & DD. D. Petro Florentino Epiſcopo Portuenſi & Guill. S. Angeli Diacono S. Rom. Eccleſ. Cardinalibus, ac Reuerendo Patre in Chriſto D. Ioanne Epiſcopo Caſtellano, necnon nobili viro Zauardo de Vicedominis de Placentia ac venerabilibus viris & circunſpectis DD. Fr. Petro de Alzate Ordinis Humiliati & Præpoſito Domus S. Mariæ de Brayda Mediolan. Camerario & Ioan. de Mondellis legum Doctore & Præpoſito Eccleſiæ S. Laurentij Mediolanenſis, Auditore præfati Reuerendiſſimi Patris & D. Cardinalis Mediolanenſis teſtibus idoneis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & requiſitis.

Et ego Antonius Baſſanega quondam Sylueſtri de Mediolano publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius, Secretariuſque & Scriba præfati Reuerend. Patris in Chriſto & D. D. Simonis Cardinalis Mediolanenſis prædictæ eius declarationi & omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, dum ſic vt præmittitur dicerentur, agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus interfui, & ea, vt ſupra dictum eſt, dici, fieri vidi, audiui & intellexi, ac rogatus & requiſitus per ſupradictum Reuerendiſſimum Patrem D. Simonem Cardinalem Mediolan. hoc Inſtrumentum publicum confeci, tradidi & publicaui, & in hanc publicam formam redegi & ſcripſi, & me ſubſcripſi, ſignoque meo conſueto appoſito in teſtimonium & fidem pleniorem præmiſſorum roboraui.

Anno 1382. celebre Senatuſconſultum latum eſt inter Abbatem, Cancellarium San-Genoueſianum Nationemque Gallicanam, conquerentes ex vna parte, & M. Iordanum de Cliuis pro Vicecancellario ſe gerentem treſque Nationes Picardiæ, Normaniæ & Angliæ ſeu earum Examinatores opponentes ex altera. Materia litis hæc erat, quod cum nec M. Iordanus, nec Examinatores 3 iſtarum Nationum ab Abbate aut Cancellario non fuiſſent electi ad id muneris obeundum, examen aperire & claudere auſi fuiſſent. Legitur hoc Senatuſconſultum in veteri Codice membranaceo Bibliothecæ San-Genoueſianæ, quam mihi pro ſua ſingulari vrbanitate & veteri neceſſitudine communicauit M. Petrus Lallemantius, vir Rectorius eiuſdemque Domus Cancellarius. Sic autem ſe habet. 1382.

Karolus Dei gratia Francorum Rex, vniuerſis præſentes Litteras inſpectu-

» ris ſalutem. Notum facimus quod cum dilectus noſter Abbas Monaſterij ſan-
» ctæ Genouefæ Pariſienſis necnon Cancellarius dicti Monaſterij B. Genouefæ &
» Procurator Magiſtrorum & Scholarium Nationis Gallicanæ in Vniuerſitate
» Pariſienſi ſtudentium, provt quemlibet eorum tangebat coram certo Caſtel-
» leti noſtri Pariſ. Examinatore ad hoc per Præpoſitum noſtrum Pariſ. deputato
» conqueſti fuiſſenr ſuper eo quod licet Religioſi, Abbas & Conuentus dicti
» Monaſterij B. Genouefæ fuiſſent & eſſent in poſſeſſione & ſaiſina ſoli & in ſo-
» lidum ponendi, inſtituendi & habendi autoritate Apoſtolica in Eccleſia ſeu
» Monaſterio prædictis vnum Cancellarium dicti Monaſterij Religioſum depo-
» nendique & deſtituendi dictum Cancellarium dum & quotiens dicto Abbati
» placebat ac alterum Cancellarium, præſertim quando cauſa rationabilis ſub-
» eſt ponendi & inſtituendi in poſſeſſioneque & ſaiſina quod dictus Abbas aut
» Cancellarius poſſunt habere tentamen pro tentandis Scholaribus in Artibus, vt
» licentiam valeant obtinere eligendique 4. Tentatores in Artium Faculrate qui
» ſint Magiſtri in Artibus de qualibet Natione dictæ Vniuerſitatis Pariſ. vnum pro
» dictis Scholaribus licentiandis tentandis, in poſſeſſioneque & ſaiſina quod dicti
» Tentatores ſic Electi prædictos Scholares in certo loco dicti Monaſterij per
» dictos Abbatem & Conuentum, aut per dicti Monaſterij Cancellarium eiſdem
» Tentatoribus aſſignando tentare poſſunt ad videndum & ſciendum an dicti
» Scholares ſint idonei & ſufficientes ad dictam licentiam in prædicta Artium Fa-
» cultate obtinendam. In poſſeſſione etiam & ſaiſina, quod nullus alius præter-
» quam dictus Abbas & Cancellarius dictum Tentamen aperire poſſunr, nec pone-
» re ſeu eligere Tentatores prædictos, quodque nulli alij dictis Tentatoribus Ele-
» ctis per dictos Abbatem & Conuentum ſeu Cancellarium modo & forma præ-
» dictis exceptis aliquos Scholates recipere ſeu admittere ſeu ad tentamen dicto-
» rum Scholarium vel ad quicquam aliud ad dictum rentamen ſpectans procedere
» non poterant, & ſi quid in contrarium ſactum fuerat, nullum erat ac nullius
» valoris reputari debebat. *Dicebant inſuper quod licet dicti Abbas & Cancellarius*
» *fuiſſent & eſſent in poſſeſſione & ſaiſina ſoli & in ſolidum ponendi & pro dicto tenta-*
» *mine necnon examine & licentia Scholarium prædictorum eligendi Vicecancellarium*
» *qui debet eſſe Magiſter in Theologia, quando prædicti Monaſterij Cancellarius Ma-*
» *giſter in Artibus non extabat, & quod nullus alius Vicecancellarium ponere aut in-*
» *ſtituere poterat*; & ſi quid in conttarium factum fuerat, totum erat nullum aut
» ſaltem adnullari debebat; quodque licet dictus Cancellarius ſic vt prædicitur,
» poſitus vel electus fuiſſet & eſſet in poſſeſſione & ſaiſina, quod dicti Vice-
» cancellarius & Tentatores in præſentia dictæ Facultatis Artium juramentum
» faciebant quod juſtè diuinum Officium exercerent quos dignos pro licentia
» in prædicta Artium Facultate obtinendi reperirenr, approbando, cęteros
» indignos repellendo. Inſuper dicta Natio Gall. fuiſſet & eſſet in poſſeſſione &
» ſaiſina dum & quotiens dictum tentamen in prædicto Monaſterio B. Genouefæ
» apertum fuerat, habendi ibidem quendam Magiſtrum in Artibus dictæ Natio-
» nis Gall. modo & formâ prędictis electum. Qui quidem Tentator modo vt prę-
» dicitur, electus dictum tentamen apertum intrare ac dictos Scholares tentare
» poterat ac omnia facere ad dictum tentamen ſpectantia cum cæteris 3. Tenta-
» toribus & Cancellario ſeu Vicecancellario debitè ac modo & forma prędictis
» electis, in poſſeſſioneque & ſaiſinâ quod alius nullus ad prędictum tentamen
» procedere poterat. Alioquin quod ſecus fuerat, nullum erat ac impediri & ad-
» nullari debebat, nihilominus M. Iordanus de Cliuis Nationis Angliæ Magiſter
» in Artibus & Baccalarius in Theologia ſe gerens pro Vicecancellario Monaſte-
» rij B. Genouefæ prædicti tentamen dicti loci B. Genouefæ aperire, ac plures
» Scholares qui ibidem ire & accedere voluerant, dictumque tentamen claudere
» necnon plures Scholares tentatos pro intrando examen vt licentiam in dicta
» Artium Facultate obtinerent, vocari facere niſus fuerat, quanquam per dictum
» Abbatem vel Cancellarium electus non fuiſſet, quanquam etiam non eſſet Ma-
» giſter in Theologia nec Cancellarius Magiſter in Artibus, ac dictus M. Iorda-
» nus juramentum prędictum non feciſſet, & inſuper MM. Ioannes Troüillet Pi-
» cardiæ, Ioannes de Vallibus Normaniæ & Guyſo Angliæ Nationum ſe dicen-
» tes Magiſtros in Artibus, ac ſe pro Tentatoribus dicti tentaminis B. Genouefæ

gerentes dictum tentamen B. Genouefæ cum prędicto M. Iordano aperierant, « Scholareſque qui ibidem acceſſerunt, in pluribus & diuerſis locis dicti Mona- « ſterij tentauerant prędictumque tentamen clauſerant, pluresque Scholarium « per ipſos Tentatores vocauerant ſeu vocari fecerant, vt dictum examen B. Ge- « nouefæ intrarent ac ibidem licentiam in Artibus obtinerent, abſque eo quod « prędicti Magiſtri Iordanus Troüillet, de Vallibus & Guyſo per dictos Abba- « tem & Cancellarium B. Genouefæ ibidem poſiti vel electi fuiſſent & abſque eo « quod prędictum juramentum modo prędicto feciſſent, quæ omnia pręnomina- « ti & eorum quilibet injuſtè & contra rationem ac contra voluntatem, inhibi- « tionem & defenſionem dictorum Abbatis & Conuentus, Cancellarij ac Natio- « nis Gall. fecerant dictos Conquerentes in eorum poſſeſſionibus & ſaiſinis per- « turbando & impediendo indebitè & de nouo vt dicebant; Et quia dictus Exa- « minator Caſtelleti plures inbibitiones & defenſiones pręnominatis fecerat, di- « cti Iordanus & Troüillet ad noſtram Parlamenti Curiam appellauerant & dicti « de Vallibus & Guyſo ſe oppoſuerant: quibus opponentibus certa dies coram « dicto Pręposito noſtro Pariſ. per dictum Examinatorem fuerat aſſignata, demum « dicta cauſa fuerat in dicta Parlamenti Curia introducta. Conſtitutis igitur pro- « pter hoc in dicta Curia noſtra partibus antedictis ſeu Procuratoribus, ordina- « toque per eandem Curiam quod appellatio dictorum Iordani & Troüillet oppo- « ſitionem valeret, dicti Conquerentes hęc & alia latius proponendo omne fa- « ctum pertinens proponebant. Ac omnes Concluſiones ad caſum nouitatis ſpe- « ctantes faciebant petendo recredentiam ſibi fieri in caſu dilationis, & quod dicti « opponentes in damnis, intereſſe & expenſis dictorum Conquerentium condem- « narentur. Dictis opponentibus ex aduerſo proponentibus & dicentibus quod « Pariſius in Vniuerſitate ſunt 4. Nationes, videlicet Gallicana, necnon Picar- « diæ, Normaniæ & Angliæ, *quodque dum Studium Vniuerſitatis Pariſienſis per* « *claræ memoriæ Karolum Magnum prædeceſſorem noſtrum de Ciuitate Rom ad Ciuita-* « *tem noſtram Pariſienſem tranſlatum fuerat*, in prędicto Monaſterio B. Genouefæ « creatus & ordinatus fuerat Cancellarius alter Religioſorum Monaſterij prędicti, « *quiquidem Cancellarius ſi non ſit Magiſter in Artibus, debet Vicecancellarium Magi-* « *ſtrum in Theologia, & ſi dictus Cancellarius ſit Magiſter in Artibus poteſt Vicecancel-* « *larium Magiſtrum in Theologia vel alium, prout eidem Cancellario viſum fuerit, or-* « *dinare, pariterque in prædicta Artium Facultate ſolebat eſſe duntaxat examen Monaſte-* « *rij B. Genouefæ prædicti, licet in Eccleſia Pariſienſi nunc examen exiſtat.* Dicebant « inſuper, quod eorum intentionis nunquam fuerat nec erat aliquid dicere ſeu pro- « ponere contra partem Summi Pontificis Clementis Papæ Moderni, quinimo « ſibi adhęrebant & adhęrere volebant, ſed ea quæ fecerant & faciebant in hac « parte, hoc fuerat & erat duntaxat pro eorum Priuilegiis ſuſtinendis, quodque « *M. Iudocus Ghiſilius Religioſus dicti Monaſterij B. Genouefæ erat Magiſter in Arti-* « *bus & prædicti Monaſterij Cancellarius*, & ſecundum tenorem Priuilegiorum ſuo- « rum quando tentamen debet aperiri, *Cancellarius B. Genouefæ debet 4. Tentatores* « *4. Nationum prædictarum eligere, ac ipſos debet Vniuerſitati præſentare*, & hoc puto « Nationes dictæ Facultatis 4. Examinatores, vnum videlicet de qualibet Natio- « ne eligunt qui Nationibus faciunt juramentum, dictuſque M. Iudocus dicti « Monaſterij B. Genouefæ Cancellarius vt præfertur, dictum M. Iordanum Vice- « cancellarium fecerat & ordinauerat, Quiquidem M. Iordanus dictos Tentato- « res prædictis Nationibus præſentauerat, per 3. verò Nationes prædictas vide- « licet Picardiæ, Normaniæ & Angliæ 4. Examinatores 4. Nationum prædicta- « rum electi fuerant, qui dum ſecundum tenorem dictorum Priuilegiorum proce- « dere voluerant, prędicti Conquerentes modo & forma prędictis ſe conqueſti « fuerant. Dicebant inſuper, quod dictæ 3. Nationes, videlicet Picardiæ, Nor- « maniæ & Angliæ contra dictam querimoniam ſe oppoſuerant & eiſdem 3. Na- « tionibus opponentibus non contradixerant nec contradicebant, omnes Scho- « lares Nationis Gall. prędictæ, ſed decem vel duodecim dictæ Nationis dunta- « xat contra eorum juramenta veniendo, qui dictis opponentibus impedimentum « appoſuerant in pręmiſſis, propter quod impedimentum 34. Scholares idonei & « ſufficientes impediti fuerant licentiam obtinendi. Quare requirebant quatenus « res contentioſa per manum noſtram tanquam Superiorem regeretur & guber- «

» naretur juxta caſum & naturam nouitatis ? Dicebant inſuper quod querimo-
» nia dictorum conquerentium erat ineptè formara ; nam in majore dictæ queri-
» moniæ dicti Conquerentes dicebant quod dictus Abbas erat in poſſeſſione &
» ſaiſina deſtituendi Cancellarium B. Genoueſæ & loco ipſius inſtituendi, & in
» mioore dictæ querimoniæ non dicebat quod dictum Magiſtrum Iudocum deſti-
» ruiſſet, quodque attento quòd dictæ 3. Nationes Picardiæ, Normaoiæ & An-
» gliæ, erant major pars Facultatis Artium prædictæ & pro dicta Facultate ius in
» Curia iſta deducebant, dicti Conquerentes non erant admittendi, & ſi erant
» admittendi, proponebant vlterius dicti Conquerentes omne ſactum pertinens
» & concluſiones ſaciebant ad caſum Nouitatis ſpectantes petendo recredentiam
» fieri in caſu dilationis. Sicque dici & pronunciari petebant, & quod per aduoa-
» mentum dictarum trium Nationum Picardiæ Normaniæ & Angliæ, dicti Ior-
» danus Troüillet, de Vallibus & Guyſo extra proceſſum ponerentur, & quod
» dicti Conquerentes in expenſis huiuſmodi cauſæ condemnarentur. Dictis Con-
» querentibus replicaoribus & dicentibus quod ipſi contra dictos Iordanum
» Troüillet, de Vallibus & Guyſo duntaxat & nihil contra Vniuerſitatem ſeu
» Facultarem Artium prædictam bujuſmodi proſecurionem faciebanr. Omneſ-
» que de Natione Gallicana prædicta & noo ſolum 10. vel 12. dictæ Nationis ſe
» conqueſti ſuerant, quodque dictus M Iudocus dicta Cancellaria B. Genoue-
» ſæ priuatus fuerat, & hoc omnibus notum extabat, nec ad dictos oppooentes
» ſpectabat ſcire cauſas priuatiooıs M. Iudoci prædicti, quodque Magiſtri Ioannes
» Mauberti in Remenſi & Armandus Iauſerandi in Senonenſi Prouinciis dicti
» Summi Ponrificis Collectores ac ipſius Summi Pontificis in hac parte Com-
» miſſarij MM. Iudocum dudum Caocellarium, Balduinum Agrij Vicecancella-
» rium dicti Monaſterij B. Genoueſæ necnon Ioannem de Roncuria pro Galli-
» cana, Iacobum de Lorrai pro Picardiæ, Thomam Mille pro Normaniæ & Ior-
» danum prædictum pro Angliæ Nationibus Examinatores ſeu Tentatores in
» examine S. Geoouetæ tam oouos quàm antiquos ſe dicentes à prædictis Officiis
» Cancellariæ, Vicecancellariæ & Examinis ſeu Tentaminis autoritare Apoſto-
» lica deſtituerant & amouerant, eademque autoritate Apoſtolica caſſauerant
» & adnullauerant omnia & ſingula quæ tempore diſſenſionum inter dictos Reli-
» gioſos Abbatem & Conuentum & nonnullos ſtudentes dictæ Vniuerſitatis Fa-
» cultatis pendente à tempore retroacto vſque ad diem datæ Litterarum dicto-
» rum dicti Summi Pootificis Commiſſariorum ſacta ſuerant ac Fratrem Ægi-
» dium Priorem de Vanuis Canonicum Regularem ac Religioſum Beatæ
» Genoueſæ in Cancellarium, necnon Magiſtros Ioannem de Auenis in ſacra
» Pagina Doctorem Vicecancellarium, Ioannem de Roncuria pro Gal-
» licanæ, Tbomam de Baucuria pro Picardiæ, Thomam Mille pro Nor-
» maniæ, vel Ioannem Britonis in eius abſentia & Arnoldum de Har-
» nen pro Angliæ Nationibus Magiſtros in Artibus 4. Examinatores in exa-
» mine prædicto pro anno præſenti, & illâ vice autoritate Apoſtolicâ prædictâ
» creauerant, ſecerant, ordinauerant & deputauerant. Et hoc eiſdem Com-
» miſſariis ſupra nominatis dictus Summus Pontiſex mandauerat & commiſerat
» abſque præjudicio Priuilegiorum dictæ Vniuerſitatis, & pro dictis Religioſis,
» necnon pro Cancellario per dictos Commiſſarios autoritate Apoſtolica facto
» & ordinato, ac pro dicta Natione Gall. ſe conqueſti fuerant. Dicebant inſu-
» ſuper, quod ipſi contra Priuilegia dictæ Vniuerſitatis nec contra eorum jura-
» menta quidquam ſecerant ; quodque dicta Vniuerſitas, necnon dicta Facultas
» Artium cum prædictis Opponentibus bujuſmodi proſecutionem facere nunc
» deliberauerant : quinimo deliberauerant pro Conquerentibus prædictis, nec
» poterant dictæ 3. Nationes Picardiæ, Normaniæ & Angliæ dictam Artium Fa-
» cultatem ligare aut eidem præjudicare. Et daro ſine præjudicio quod dicta Fa-
» cultas Artium cum prædictis Opponentibus proſecutionem ſacere deliberaſſet,
» hoc eiſdem cooquerentibus nocere non debebat, præſertim cum Scholares
» prius eorum Nationibus quàm Facultati juramentum præſtare ſint ſoliti. Ex
» quibus apparere dicebant dicti Conquerentes, quod dicta Natio Gallicana ad
» hujuſmodi proſecutionem faciendam erat admittenda, eratque eorum queri-
» monia aptè ſormata, & erant dicti Conquerentes ad ſuam querimoniam præ-

Digitized by Google

dictam, & non dicti Opponentes ad eorum propoſita admittendi, & attento quod præſens cauſa in breui poterat terminari, dictæ res contentioſæ non debebant per manum noſtram tanquam ſuperiorem regi ſeu gubernari lite pendente. Dicebant etiam, quod dicti Iordanus Troüillet, de Vallibus & Guyſo per Aduoamentum dictarum Nationum Picardiæ, Normaniæ & Angliæ non debebant extra poni proceſſum, & ad hoc & alia prout ſupra dicti conquerentes concludebant. Dictis opponentibus duplicantibus & dicentibus, quod in dictis 4. Nationibus dictæ Facultatis Artium erant & ſunt 4. Procuratores, quodque 3. Procuratores dictarum trium Nationum, videlicet Picardiæ, Normaniæ & Angliæ huiuſmodi proſecutionem contra dictos Conquerentes faciebant: quare dicebant quod cenſebatur eſſe facta per totam Facultatem de iure & ratione. Dicebant inſuper, quod proſecutionem contra dictos de Natione Gallicana facere non intendebant, ſed eorum priuilegia quæ iurauerunt, ſuſtinere & obſeruare volebant: quodque dictus Magiſter Iudocus à prædicto Officio Cancellarij nunquam priuatus fuerat; & dum ille qui nunc Cancellarium ſe dicebat, in prædicto Officio admitti voluerat, dictæ Nationes hæc contradixerant, & tandem fuerat apud Sedem Apoſtolicam quædam appellatio interiecta; & attento quod dicta querimonia de Cancellario per dictum Abbatem facta & non de Cancellario per dictos Commiſſarios ordinato mentionem faciebant dicti Opponentes obtinere debebant in hac cauſa, debebant etiam dictæ res contentioſæ per dictam manum noſtram lite pendente gubernari iuxta caſum & naturam nouitatis. Ex quibus & alijs per ipſos propoſitis dicebant, quod ipſi erant ad ſua propoſita admittendi, & ad hoc & alia, prout ſupra, concludebant.

Tandem auditis partibus antedictis in omnibus quæ circa præmiſſa dicere & proponere voluerunt, viſis inſuper certis litteris, actis & munimentis per ipſas partes eidem Curiæ noſtræ exhibitis & traditis, conſideratiſque & attentis diligenter omnibus circa hæc attendendis, & quæ dictam Curiam noſtram in hac parte mouere poterant & delebant, Per Arreſtum eiuſdem Curiæ dictum fuit quod dicti Conquerentes ad bonam & iuſtam cauſam ſe conqueſti fuerant, dictique Opponentes ad malam cauſam ſe oppoſuerant. Manutenebunturque & conſeruabuntur dicti conquerentes in ſuis poſſeſſionibus & ſaiſiuis prædictis, amoto abinde omni impedimento per dictos Opponentes in dictis rebus contentioſis appoſito. Et per idem Arreſtum dicta Curia noſtra manum noſtram in dictis rebus contentioſis appoſitam leuauit atque leuat ad ipſorum Conquerentium vtilitatem, dictos Opponentes in expenſis dictorum conquerentium condemnando, dictarum Expenſarum taxatione ipſi Curiæ reſeruatâ. In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris ſigillum noſtrum in abſentia magni ordinatum iuſſimus apponi. Datum Pariſius in Parlamento noſtro die 12. Iulij anno D. 1382. Et Regni noſtri 2.

De Rotulo ad Clementem mittendo.

Eodem anno Vniuerſitas cedendum tandem rata maiori parti Cleri Gallicani & voluntati Regis eorumque qui Res Franciæ gubernabant, Clementi Rotulum Nominationum deſtinauit: & die 18. Septemb. Natio Picardica in eam rem Comitijs priuatis apud San-Iulianum habitis Inrotulatores tres è ſuis nominauit MM. Honoratum de Porta, Io. Carpei tarij, & Gerardum de Verſigniaco, præſentibus MM. Ioanne de Monaſterijs, Io. Mantelli, Ioa. Conuts & multis alijs.

In Comitijs autem Generalibus apud Mathurinenſes habitis die 12. Octob. M. Ioanne Lucquet tum Rectore, actum eſt de concluſione Rotuli, & quanquam præualuit maior numerus Facultatum & Nationum quæ Rotulum mitti volebant, Facultas tamen Medicinæ & Natio Anglicana tum contradixerunt. Vnde patet inuitas agnouiſſe Clementem Pontificem; hac de re ſic legitur in Commentarijs Nationis Anglicanæ. Anno Domini 1382. d. 12. die menſis Octob. factâ congregatione Vniuerſitatis per Iuramentum apud S. Mathurinum ſuper 2. art. primus an expediret concludere Rotulum ad Papam, & quod concluderetur de facto Vniuerſitatis in Parlamento contra Clientes, qui aliàs ſuppoſitis eius & ipſi magnam fecerunt iniuriam & violentiam. De primo deliberauit Natio Anglicana concorditer duobus ſuppoſitis demptis, quod propter cauſam non expediebat facere ſeu mittere aliquem Rotulum. Et ſuper pri-

Digitized by Google

» ma deliberatione Procurator reddendo deliberara petijt publicum Inſtrumen-
» tum à M. Henrico Deodedor, alijs Nationibus contrarium deliberantibus.
» Facultas etiam Decretorum petijt maturius conſilium, alijs duabus Facultati-
» bus ſcilicet Theologiæ & Medicinæ deliberantibus, quod ſimpliciter expediret
» facere Rotulum, & propter cauſam eum concluſerunt. Et etiam Rector habi-
» ta maiori parte Vniuerſitatis concluſit Rotulum mittendum ad Papam.
» De 2. art. dati fuerunt Deputati ad audiendum & ad referendum. Dati etiam
» erant concorditer in illa Congregatione Deputati qui adirent Epiſcopum
» Gebennenſem ſupplicando illi vt non grauaret Suppoſita Vniuerſitatis pro
» Decimis.

Ex poſtremis hiſce verbis intelligimus Epiſcopum Gebennenſem, qui tunc erat Ioannes de Murol, à Clemente fuiſſe præpoſitum exigendis Decimis è Beneficijs: quem ille poſtea Cardinalem creauit an. 1385. tituli S. Vitalis. Porro licet in prædictis Comitijs non omnes Nationes & Facultates conuenerint de mittendo Rotulo, in alijs tamen vnanimiter fuit concluſus, vt habetur in anti-
» quo libro Rectoris fol. 148. ver. Anno Domini 1381. die 10. menſis Nouembr.
» (legendum, Octobris) fuit electus in Rectorem Vniuerſiratis concorditer per
» 4. Intrantes ſcilicet Guillelmum *le Dos*, Flamingum de Mareroy, Adam Carni-
» ficis, & Ioa. Hoclem, Ioannes Lucqueti de ſancta Manahilde Catalaunenſis
» Diœceſis. In cuius Rectoria fuit concluſus Rotulus concorditer per omnes Fa-
» culrates & Nationes ad D. Clementem Papam VII. Licet verò fuerit ſub hoc Rectore concluſus, non fuit tamen ſub eodem miſſus, ſed ſub eius ſucceſſore M. Ægidio de Aſpero monte: vt legitur in eodem lib. his verbis.

» Anno Domini 1382. die 15. menſis Decemb. fuit electus concorditer viâ Spi-
» ritus ſancti in Rectorem Vniuerſiraris Pariſ. Ægidius de Aſpero monte Remen-
» ſis Diœceſis, qui multa habuit agere in ſua Rectoria, quia tunc Vniuerſitas ſæ-
» pius adiuit Regem & DD. Duces ad ſupplicandum pro illis de villa, qui erant
» in maxima turbatione & afflictione, & etiam pro facto Vniuerſitatis, quia aliqui
» Scholares & ſeruitores Vniuerſitatis fuerunt impoſiti ad taxam cum illis de villa,
» ſed Vniuerſitas obtinuit quod nihil ſoluerent.
» Item in Rectoria ipſius Rotulus fuit miſſus ad Clementem, qui fuerat con-
» cluſus per alium Rectorem.

Ex hoc loco inrelligimus aliam in vrbe ortam fuiſſe Ciuium ſeu Malleatorum ſedirionem; nempe abſente Rege & ad bellum Flandricum profecto Malleatores iterum vrbem turbauerant: at eo reuerſo Victore & Triumphatore magna fuit eorundem conſternatio, triplici enim acie & ſub ſignis Lutetiam ingreſſus Rex, vt ait Æmylius, occurrentes reuerenriſſimè Decuriones Prætoremque Mercatorum ad ſe non admiſit. Et poſtquam D. Virgini vota perſoluit, ad concionem in Regiam inermes Ciues incolaſque vocauit: eorumque infidelitatem, crudelitatem, ſeditionem, defectionem, furorem coarguit. Eum Vniuerſitas flectere conata eſt. Patrui ipſi Regis pro Regia vrbe, cuius Optimates Nobiliraſque conſilia cum ſceleratis non conſociaſſent, procumbentes deprecati ſunt. Ad crepitum armorum territa plebs miſerabili fletu ſupplicique omnia impleuit. Demum Rex 300. Ciuium nomina edidit, qui capite luerent; cæteros ære multauit.

De Vvicleffo. Eodem anno Wicleffus arreptâ occaſione Schiſmatis ad Parlamentum Londinenſe ſcripſit aliquas propoſitiones, quas dicebat ad tutelam Regni valde vtiles imò neceſſarias eſſe. Nempe quod nulli ſedi aut Prælato obediendum eſſet, niſi quantum ſcriptura iubet in obedientiam Chriſti. Deinde ne Curiæ Romanæ aut Auenionicæ, aut Exteræ cuipiam mitteretur pecunia, niſi ex ſcriptura conuinceretur eſſe debitam. 3. Ne vllus Cardinalis aut quiuis alius perciperet fructus Eccleſiarum Angliæ, niſi vel reſideret in Anglia, aut Regni negotijs occupatus retineretur. 4. Ne Regni Communitates onerarentur ſubſidijs inſuetis, antequam omnia Eccleſiaſticorum bona defeciſſent.

Contra verò Eccleſiæ Dogmata & Canones alebat 1. Subſtantiam panis manere poſt conſecrationem, & ſubſtantiam panis poſt conſecrationem eſſe Corpus Chriſti. 2. Deum de potentia ſua abſoluta non poſſe facere quod in Sacramento altaris Accidentia ſint ſine ſubiecto. 3. Deum debere obedire Dia-

bolo. 4. Papam plus teneri Imperatori quàm è conuerſo. 5. Monachos S. Benedicti nolentes opere manuum victum quærere, non ſolum apoſtatas eſſe à ſuo Ordine, verum etiam à Diſcipulatu Chriſti. 6. Nullum eſſe Epiſcopum, Prælatum, aut Dominum, dum eſt in peccato mortali, &c. Multos alios ciuſmodi errores colligit Walſinghamus, additque Willielmum Courteneyum Archiepiſcopum Cantuarienſem collectâ Epiſcoporum & Doctorum Synodo eos damnaſſe. Et cum plurimi Magiſtri Academiæ Oxonienſis Wicleffo adhæſiſſent, alij in ſua pertinacia cum eo remanſerunt, alij palinodiam cecinerunt. Inter cæteros verò illi fauebat, vt ante dictum eſt, Cancellarius Vniuerſitatis M. Nicolaus Hertford, & quidam Canonicus Leiceſtriæ.

Cum ergo prædictus Archiepiſcopus errores Wicleffi communi Sapientum ſuffragio damnari curaſſet, vetuit vllibi prædicari, præſertim verò inhibuit M. Roberto Rugge tum Cancellario Academiæ Oxonienſis, ne in Scholis damnatas propoſitiones ſuſtineri pateretur. Verum ille contempto Archiepiſcopi Mandato Prædicatores elegit Wicleffi Sectatores, & peruerſæ eius doctrinæ magnum dedit incrementum. Quâ de re ſic Walſinghamus. Damnatis prædictis Con- «
cluſionibus hæreticis & erroneis à D. Archiepiſcopo & Cœtu Sapientum, con- «
ſequenter idem Archiepiſcopus mandatum mittit Cancellario Oxoniæ Rober- «
to Rugge, in quo declarauit damnationem, & mandauit vt per ſe vel per alium «
eaſdem eſſe damnatas faceret publicè declarari. Prohiberet inſuper hæc & alia «
talia vel in Scholis communicari, vel in prædicationibus attentari de cætero; «
& eo effectualius laboraret in executione mandati ſibi directi, quo D. Archi- «
epiſcopus poſſet apertè cognoſcere eum nullatenus talibus erroribus macula- «
tum aut talium prædicatoribus adhærere. Sed diſſimulari non potuit malicia «
præconcepta in corde ſuo, quin patenter foris oſtenderet venenum, quod in «
eius animo firmauerat ſibi ſedem. Reuera diebus ſolennioribus, quibus eius in- «
cumbebat Officio ſermones in populo facere, commiſit onus verbi ijs quos no- «
uit acerrimos Ioannis Wicleffi Sectatores, ſpreto vel paruipenſo Archipontifi- «
cali mandato. Et quidem Philippo Repindon præfato Canonico de Leyceſtria «
ſermonem dicendum aſſignauit in feſto Corporis Chriſti, in quo ſermone, inter «
multa quæ dixit abuſiua, talia perorauit. *In Doctrina autem ſpeculatiua cuiuſmodi* «
eſt materia de Sacramento altaris, ponam, inquit, *Cuſtodiam ori meo, Donec Deus ali-* «
ter illuſtrauerit ſiue inſtruxerit corda Cleri. Factumque eſt vt non ad emendationem ma- «
lorum, ſed augmentationem idem Cancellarius mandato Archipræſulis vteretur, & ad «
irritationem paternæ patientiæ & lenitatis. Quibus rebus nimirum Archiepiſcopus «
exacerbatus iterum recollecto cœtu Magiſtrorum citari fecit expoſt prædictum «
Cancellarium & cæteros ſuperius nominatos, ad reſpondendum de tanto con- «
temptu coram eis publicè & declarandum quid de præmiſſis damnatis articulis «
ipſi ſentirent. Qui tandem poſt multas tergiuerſationes imponendo duplicem «
ſenſum in eiſdem & cauillationes diuerſas, coacti ſunt licet inuiti ſimpliciter «
proferre ſentire ſuum de præmiſſis, factâ prius proteſtatione quod vellent & in- «
tenderent eſſe humiles & fideles filij, & Eccleſiæ in omnibus obedire, &c. Con- «
ceſſerunt igitur cunctas prædictas Concluſiones intelligendo eas prout verba «
ſonant, fore vel hæreticas vel erroneas, iuxta quod D. Archiepiſcopus & Ma- «
giſtrorum cœtus plenâ deliberatione definierant de eiſdem. «

Hoc anno obijt inſignis olim liberalium Artium & Theologiæ Profeſſor M. Nicolaus Oreſinus, Magnus Collegij Nauarrici quondam Magiſter, S. Capellæ Canonicus & Caroli V. Regis Præceptor, qui anno 1366. factus Decanus Eccleſiæ Rotomagenſis; ex Decano Epiſcopus Lexouienſis anno 1377. Iacet autem in Cathedrali iuxta portam chori ſiniſtram.

Eodem anno Clemens VII. Auenione ſedens indulſit Vniuerſitati Priuilegium contra Principes, Barones & alios qui Beneficiorum ſuorum reditus occupabant, aut alia bona mobilia, vel immobilia.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Belua- «
cenſi, Meldenſi ac Siluanectenſi Epiſcopis Sal. & Apoſtol. bened. Militanti « PRIVILEGIVM APOSTOLICVM CONTRA OCCVPATORES.
Eccleſiæ licet immeriti diſponente Domino præſidentes circa Curam Eccleſia- «
rum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quorum licet ſolertiâ reddi- «
mur indefeſſâ ſolliciti, vt iuxta debitum Paſtoralis officij occurramus diſpen- «

BONORVM AD MAGISTROS PERTINENTIVM.

» dijs & profectibus diuina cooperante clementia ſalubriter incurrebamus. Sanè
» Dilectorum filiorum vniuerſorum Magiſtrorum, Doctorum, & Scholarium
» Studij Pariſ. conqueſtione accepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi
» alijque Eccleſiarum Prælati & Clerici ac Eccleſiaſticæ perſonæ tam Religioſæ
» quàm etiam ſeculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, No-
» biles, Milites & laïci Communis, Ciuitatum Vniuerſitatum, oppidorum, Caſtro-
» rum, villarum & aliarum & aliæ ſingulares perſonæ Ciuitatum ac Diœceſum
» ac aliarum partium diuerſarum occupauerunt & occupari fecerunt Caſtra, vil-
» las & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura & Iuriſdictiones, nec non
» fructus, cenſus, reditus & prouentus Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum
» & nonnulla alia mobilia & immobilia, ſpiritualia & temporalia ad eoſdem Ma-
» giſtros, Doctores, Scholares ratione Beneficiorum prædictorum ſpectantia, &
» ea detinent indebitè occupata ſeu ea detinentibus præſtant conſilium, auxi-
» lium & fauorem, nonnulli etiam Ciuitatum, Diœceſum & partium prædicta-
» rum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eiſdem Magiſtris,
» Doctoribus & Scholaribus ſuper prædictis Caſtris, villis & locis alijs, terris, Do-
» mibus, poſſeſſionibus & Iuriſdictionibus, fructibus, cenſibus, reditibus ſpiri-
» tualibus & temporalibus & alijs rebus ad eoſdem Magiſtros, Doctores & Scho-
» lares ratione prædicta ſpectantibus multiplices moleſtias & iniurias inferunt ac
» iacturas. Quare dicti Magiſtri, Doctores & Scholares nobis humiliter ſuppli-
» carunt, vt cum eiſdem reddatur valde difficile pro ſingulis querelis ad Apoſto-
» licam Sedem habere recurſum, prouidere ipſis ſuper his paterna diligentia cu-
» raremus. Nos igitur aduerſus Occupatores, Detentores & Iniuriatores huiuſ-
» modi illo volentes eiſdem Magiſtris, Doctoribus & Scholaribus remedio ſub-
» uenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas & alijs aditus committendi ſi-
» milia præcludatur, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus qua-
» tenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium, ſeu alios, etiam ſi ſint extra
» loca, in quibus deputati eſtis Conſeruatores & Iudices præfatis Magiſtris, Do-
» ctoribus & Scholaribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis
» eoſdem ſuper ijs & quibuſlibet alijs bonis & iuribus ad Magiſtros prædictos ra-
» tione prædicta ſpectantibus ab eiſdem vel quibuſuis alijs indebitè moleſtari;
» velitis grauamina, ſeu damna vel iniurias irrogari, facturi eiſdem Magiſtris,
» Doctoribus & Scholaribus etiam in Ciuitate Pariſienſi, cum ab eis, Procurato-
» ribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti de prædictis & alijs perſonis qui-
» buſlibet ſuper reſtitutione huiuſmodi Caſtrorum, villarum, terrarum & alio-
» rum locorum, Iuriſdictionum, Iurium & bonorum mobilium & immobilium, re-
» dituum quoque ac prouentuum & aliorum quorumlibet bonorum, nec non de
» quibuſvis moleſtijs, iniurijs atque damnis præſentibus & futnris in illis vrbibus
» Iudicialem requiratis indaginem, ſummariè de plano ſine ſtrepitu & figura Iu-
» dicij, in alijs verò provt qualitas eorum exegerit, iuſtè complementum; Occu-
» patorum ſeu Detentorum præſumptores, moleſtatores & Iniuriatores huiuſ-
» modi, necnon Contradictores quoſlibet & rebelles, cuiuſcunque Dignitatis,
» ſtatus, ordinis vel conditionis extiterint, quandocunque & qnotieſcunque
» expedierit, authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſt-
» poſita compeſcendo, inuocando ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis,
» non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris
» noſtri litteris in quibus cauetur, ne aliqnis extra Ciuitatem ſuam & Diœceſim
» niſi in certis exceptis caſibus, in illis vltra vnam dietam, à fine Diœceſeos ad Iu-
» diciũ euocetur, ſeu ne Iudices & Conſeruatores à ſede Deputati contra quoſcun-
» que procedere, alij vel alijs vices ſuas cõmittere aut aliquos vltra vnam dietam
» à fine Diœceſis eorundem trahere præſumant, & de duabus dietis in Concilio
» Generali, dummodo quandiu regimini vniuerſalis Eccleſiæ nos præeſſe contige-
» rit vltra ſex, & poſtquã nos contigerit de medio ſummoueri, vltra 4. dietas aliquis
» authoritate præſentium non trahatur, ſeu quod tam de alijs quàm de manifeſtis
» iniurijs, violentijs, atque damnis alijs, quæ iudicialem exigunt indaginem pœnis
» in eos ſi ſecus egerint & in id procurantes adiectis, Conſeruatores ſe nullatenus
» intromittant quod alijs quibuſcunque Conſtitutionibus à Præd. noſtris Rom.
» Pontif. tam de Iudicibus delegatis & Cõſeruatoribus quàm perſonis vltra certũ

numerum

numierum ad Iudicium non vocandis aut alijs editis, quæ veſtræ poſſent in hac «
parte Iuriſdictioni ac poteſtati eiuſmodi libero exercitio quomodolibet obuiare, «
ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim à ſede prædicta ſit indultum quod in- «
terdici, ſuſpendi vel excommunicari atque vltra vel extra certa loca ad Iudi- «
cium euocari non poſſint per litteras Apoſtol. non facientes plenam & expreſ- «
ſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi ac eorum perſonis, locis, «
ordinibus & nominibus proptijs mentionem & qualibet alia dictæ ſedis Indul- «
gentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus «
non expreſſam vel totaliter non inſettam noſtræ Iuriſdictionis Explicatio in «
hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiuſque toto tenore de «
verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Cæterum vo- «
lumus & Apoſtolica authoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi «
valeat articulum per alium inchoatum, quamuis id inchoans nullo fuerit impedi- «
mento Canonico præpeditus, quodque à datis præſentium ſic vobis & vnicui- «
que veſtrum in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis cœptis & non cœptis, præ- «
ſentibus & futuris perpetuata poteſtas & Iutiſdictio attributa, vt eo vigore ea- «
que firmitate poſſit in præmiſſis omnibus cœptis & non cœptis præſentibus & «
futuris & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis «
cœpta fuiſſent & Iuriſdictio veſtra & cuiuſlibet veſtrum in prædictis omnibus «
& ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimè extitiſſet, «
Conſtitutione prædicta ſuper Conſeruatoribus & alia qualibet in contrarium «
edita non obſtante. Datum Auenioni 5. Id. Octob. Pontific. noſtri an. 4. «

Quibus quidem litteris Apoſtolicis totaliter exemplatis & tranſſumptis Nos «
per ipſos Tabelliones publicos collationem de præſenti exemplo & tranſum- «
pto ad dictas litteras Apoſtolicas gratioſas exæquatores & Conſeruatores Ori- «
ginales fieri fecimus diligenter, adhibitis in dicta Collatione teſtibus inferius «
nominatis. Et quia facta & audita Collatione prædicta præſens Exemplum & «
Tranſumptum cum dictis Originalibus litteris comperta ſunt per omnia con- «
cordare, Ideo nos Officialis prædictus eidem præſenti Exemplo & tranſumpto «
authoritatem præſtantes, & illud authenticantes ſeu authenticari facientes, «
authoritate noſtra Ordinaria decreuimus his præſenribus litteris ſeu præſenti «
publico Inſtrumento dictum Exemplum ſeu Tranſumptum veraciter continen- «
ti eſſe tam in Iudicio quàm extra Iudicium fidem plenariam atque indubiam «
adhibendam, illudque obtinere perpetuam amodò Originalium litterarum fir- «
mitatem. Si quis autem ipſas Originales litteras videre voluerit, in Archiuis «
dictæ Vniuerſitatis vbi pro dictis Magiſtris Doctoribus Licentiatis & Scholari- «
bus prædictæ Originales litteræ conſeruantur Pariſius, eas poterit reperire. In
quorum omnium & ſingulorum teſtimonium & certitudinem pleniorem has “
præſentes litteras publicum Inſtrumentum, Exemplum ſeu Tranſumptum no- “
ſtrum huiuſmodi in ſe continentes ſeu contineus per Notarios infra ſcriptos “
ſcribi & publicari mandauimus ſigilliſque Curiæ Pariſ. vna cum ſignis & ſub- “
ſcriptionibus Notariorum publicorum infraſcriptotum fecimus appenſione “
muniri. Acta fuerunt hæc, videlicet dicti M. Ioannes ſupplicatio, præſentatio “
dictarum litteratum Apoſtolicatum inſpectio, examinatio, lectura & publica- “
tio anno, menſe, die, hora, Iudice & Pontifice prædictis, venerabilibus & cir- “
cunſpectis viris MM. Henrico Roſſelli, Dectetorum Doctore, Guill. de Mar- “
chia, Ioanne Feuglais, Oliuario Dougou teſtibns. «

Has litteras obtinuit M. Simon de Mautegart Clericus Pariſienſis, in quadam lite de Canonicatu ſub exſpectatione Præbendæ nec non Officij cuiuſdam in Eccleſia Meldenſi, vt habetur in MS. Victorino notato p. 9. 685. Et Officialis Pariſienſis Iudex ſeu Executor huius gratiæ Apoſtolicæ conſtitutus eſt.

In eodem MS. pag. 193. habetur Ptiuilegium eiuſdem Clementis, cuius Conſetuatores conſtituit prædictos Epiſcopos Beluacenſem, Meldenſem & Siluan. ſequens verò Siluanectenſi dirigit; & talis eſt.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo Sil- «
uanectenſi Sal. & Apoſtol. bened. Dum attentæ conſidetationis indagine per- «
ſcrutamur quod per litterarum ſtudia cooperanre illo, à quo vniuerſorum Cha- «
riſmatum dona proueniunt, viri efficiuntur ſcientijs eruditi, æquum ab iniquo «

» diſcernitur, erudiuntur rudes, prouecti ad altiora concreſcunt & fides **Catholica** » **roboratur**, libenter non ſolum loca, vbi pollent huiuſmodi ſtudia, quinimo ſtu- » dentes in eis munimus gratijs & libertatibus Apoſtolicis roboramus. Hinc eſt » quod Nos Dilectorum filiorum vniuerſorum & ſingulorum Magiſtrorum, Do- » ctorum, Licentiatorum, Baccalariorum & Scholarium ſtudij Pariſienſis præſen- » tium & futurorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, eiſdem Magiſtris » Doctoribus, Licentiatis, Baccalarijs & Scholaribus autoritate Apoſtolica » tenore litterarum noſtrarum in perpetuum indulſimus, vt ipſi Magiſtri, Docto- » res, Licentiati, & Baccalarij quandiu in ſtudio Pariſienſi legerent & ibi cauſa » lecturæ huiuſmodi & non aliter ſine fraude inſiſterent, ac ipſi Scholares vſque » ad ſeptennium à tempore quo inibi etiam in qualibet alia licita facultate quàm » aliàs forent Scholares eſſe inciperent, computandum, dummodo interim etiam » cauſa ſtudij & non aliter etiam ſine fraude in huiuſmodi inſiſterent ſtudio, fru- » ctus, reditus, prouentus Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium & Regu- » larium quorumcunque cum Cura, vel ſine Cura quæ tunc obtinebant, vel in » poſterum obtinerent, etiamſi Prioratus, Dignitates, Perſonatus, adminiſtra- » tiones vel Officia ac Canonicatus & Præbendæ exiſterent, dummodo Priora- » tus Conuentuales, ac Dignitates huiuſmodi in Cathedralibus poſt Pontifica- » les maiores, vel in Collegiatis Eccleſiaſticis principales non forent, cum ea in- » tegritate quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perci- » perent ſi in Eccleſijs ſiue locis in quibus Beneficia ipſa forſan forent perſonali- » ter reſiderent, & ad reſidendum interim in eiſdem Eccleſijs, ſiue locis minimè » tenerentur: neque ad id à quoquam coartari valerent inuiti, non obſtante ſi » præfati Magiſtri, Doctores, Licentiati, Baccalarij & Scholares non fecerint » in dictis Eccleſijs ſiue locis primam principalem reſidentiam conſuetam, & » quibuſcunque conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper hoc editis in Concilijs Gene- » ralibus ac felicis recordationis Honorij & piæ memoriæ Innocentij IV. ac fe- » licis recordationis Bonifacij VIII. Prædeceſſorum noſtrorum Rom. Pontifi- » cum, & quibuſlibet Prouincialibus & Synodalibus, illis præſertim quibus for- » ſan caueri dicitur, quod perſonæ Beneficia huiuſmodi pro tempore obtinentes » in ſingulis Synodis intereſſe perſonaliter teneantur, nec non ſtatutis & conſue- » tudinibus dictarum Eccleſiarum & Monaſteriorum & Ordinum quoruncun- » que contrarijs, Iuramento, Confirmatione Apoſtolica vel quacunque firmi- » tate alia roboratis, etiamſi ijdem Magiſtri Doctores, Licentiati, Bachalarij » & Scholares de illis ſeruandis & non impetrandis litteris Apoſtolicis contra ea, » & ipſis litteris non vtendo etiam ab alio vel alijs impetratis, ſeu quouis modo » conceſſis per eos vel Procuratores eorum præfatos, nec hactenus vel in poſte- » rum ipſos præſtare contingeret forſitan iuramentum, ſeu ſi locorum Ordina- » rijs à ſede ſit conceſſum eadem vel concedi contingeret in futurum: quos Ca- » nonicos & perſonas dictarum Eccleſiarum etiam in dignitatibus, perſonatibus, » vel Officijs conſtitutos per ſubſtractionem prouentuum ſuorum Eccleſiaſtico- » rum, vel aliàs compellere valeant ad reſidendum perſonaliter in eiſdem. Aut » ſi præfatis Ordinarijs & Dilectis filijs Capitulis earundem Eccleſiarum vel qui- » buſuis alijs coniunctim vel diuiſim à præfata ſit ſede indultum, vel continge- » ret in poſterum indulgeri Canonicis & perſonis Eccleſiarum ipſarum etiam in » Dignitatibus, perſonatibus vel Officijs conſtitutis in eiſdem non reſidentibus » vel qui primam in eis non fecerint principalem reſidentiam conſuetam fructus, » reditus & prouentus Beneficiorum huiuſmodi miniſtrare minimè teneantur, » & ad id compelli non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & » expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem, & qui- » buſlibet priuilegijs, indulgentijs & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecia- » libus quoruncunque tenorum exiſtant per quæ noſtris litteris non expreſſa » vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel » differri & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in eiſdem litteris » mentio ſpecialis, prouiſo quod Beneficia huiuſmodi debitis interim non frau- » dentur obſequijs, & animarum Cura, in eis quibus imminet, nullatenus ne- » gligatur, ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de Beneficiorum ipſo- » rum prouentibus neceſſaria congruè miniſtrentur, diligentius exerceatur » & deſeruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Quocirca fraternitati tuæ per

Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus per te vel alium ſeu alios facias authoritate Apoſtolica eiſdem Magiſtris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalariis, Scholaribus vel Procuratoribus ſuis eorum nominibus juxta hujuſmodi Conceſſionis noſtræ tenorem ſummariè & de plano ac ſine ſtrepitu & figura Iudicij dictos debitores quoſlibet & rebelles, cuiuſcunque Dignitatis, Ordinis, ſtatus vel conditionis extiterint, quandocunque & quotieſcunque expedierit authoritate prædicta Pariſius vel extra per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo; inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus omnibus ſupradictis ac etiam dicti Bonifacij prædeceſſoris noſtri, in quibus cauetur ne aliquis extra ſuam Ciuitatem & Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad Iudicium euocetur; ſeu ne Iudices & Conſeruatores à ſede deputati prædicta extra Ciuitatem & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſeu alij vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine Diœceſis eorundem trahere præſumant; & de duabus dietis in Concilio Generali, dummodo quandiu regimini vniuerſalis Eccleſiæ nos præeſſe contigerit, vltra ſex dietas, & poſtquam nos contigerit de medio ſummoueri, vltra quatuor dietas aliquis authoritate præſentium non trahatur, ſeu quod de aliis quàm manifeſtis iniuriis, violentiis atque damnis & aliis quæ Iudicialem requirunt indaginem, pœnis in eos, ſi ſecus egerint & in Procuratores addictis, Conſeruatores ſe nullatenus intromittant, & aliis quibuſcunque Conſtitutionibus Apoſtolicis à prædeceſſoribus noſtris Rom. Pontificibus tam de Iudicibus delegatis & Conſeruatoribus quàm perſonis vltra certum numerum ad Iudicium non vocandis & aliis editis quæ tuæ poſſent in hac parte Iuriſdictioni aut poteſtati eiuſdem libero exercitio quomodolibet obuiare, aut ſi eiſdem Ordinariis & Capitulis vel quibuſvis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari aut extra vel vltra certa loca ad Iudicium euocari non poſſint, per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi aut eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus propriis menrionem, & qualibet alia dictæ ſedis Indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam tuæ Iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua totoque tenore habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis. Datum Auenioni 5. Id. Octob. Pontificatus noſtri an. 4.

Anno 1383. die 23. Iunij M. Thomas de Roncuria electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis Pariſienſis: de quo nihil extat memoriæ prodirum præter receptionem Illuminatoris Iurati librorum, quem inter Officiarios recepit 12. Septemb. cumque gaudere voluit Priuilegiis cæteris Officiariis communibus. Tales autem ſunt Receptionis Litteræ. 1383. RECEPTIO ILLVMINATORIS IVRATI.

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Thomas de Roncuria Rector Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino ſempiternam. Vt ait Seneca, *Non amicitiæ reddas teſtimonium ſed veritati.* Et huic conſonat verbum Philoſophi 1. Ethic. dicentis, *Quod ambobus exiſtentibus amicis ſanctum eſt præhonorare veritatem.* Hinc eſt quod nos non ſolum amicitia moti, ſed etiam veritati verum teſtimonium perhibemus, quod dilectus noſter Petrus Darcynes Illuminator librorum fuit & eſt ac eſſe intendit verus Illuminator Iuratus & de numero Iuratorum Vniuerſitatis Pariſienſis Matris noſtræ. Et hoc omnibus & ſingulis quorum intereſt tenore præſentium ſignificamus. Quare ipſum Petrum & omnia bona ſua quæcunque ſint, ſub noſtra & dictæ Vniuerſitatis protectione, tuitione, tutela & cuſtodia, ponimus per præſentes, volentes ipſum Petrum ac eius familiam occaſione ipſius Priuilegiis, Franchiſiis, & Libertatibus noſtris gaudere, tueri & defendere vbicunque ſe duxerit transferendum. In cuius rei teſtimonium Sigillum Rectoriæ dictæ Vniuerſitatis præſentibus Litteris duximus apponendum. Datum Pariſius anno Domini 1383. die 12. menſis Septembris. Signatum A. Odonis cum ſyngrapha.

Hoc anno obtinet Vniuerſitas ſingulare Priuilegium Exemptionis ab omni tributo vinario, dummodo Magiſtri & Scholares apud Rectorem jurati, quod EXEMPTIO A TRIBVTO VINARIO.

vinum ſuum eſt, ab eo ſignetum ſuum obrineant & Redemptoribus Tributi exhibeant. Legitur autem hoc Priuilegium in antiquo libro Procuratorum Nationis Gallicanæ fol. 107. his verbis.

» A Tous ceuls qui ces Lettres verront Audoïn Chauueron, Cheualier Con-» ſeiller du Roy noſtre Sire, Garde de la Preuoſté de Paris, Salut. Sçauoir » faiſons, que Nous l'an de Grace 1383. le Dimanche vingt-huitiéme iour de Fé-» vrier veiſmes vnes Lettres du Roy noſtre Sire, ſcellées de ſon grant Scel en » double queuë, contenant la forme qui s'enſuit.

» Charles par la Grace de Dieu Roy de France : A tous ceuls qui ces Lettres » verront, Salut. Sçauoir faiſons, que Nous meuz de pluſieurs juſtes conſide-» rations, deſirans garder Noſtre tres-chere & tres-amée fille l'Vniuerſité de Pa-» ris, en ſes franchiſes & libertez, & icelle traittier & pourſuir en graces & en » faueurs, ſi que les Suppoſts y puiſſent mieulx prouffiter, luy auons octroyé de » grace eſpecial, & octroyons par la teneur de ces Lettres, que ſe les Maiſtres, » Bacheliers & Eſcholiers liſans & eſtudians en icelle, & auſſi les ſeruiteurs & » Officiers d'icelle noſtre fille, ſans fraude de quelconque eſtat que ils ſoient, » ſoient francs, quittes & exempts de toutes impoſitions & autres aides des vins, » & autres biens quelconques creuz en leurs heritages & leurs Benefices, qui ſont » ou feront vendus par leſdits Maiſtres, Bacheliers & autres Suppoſts & Offi-» ciers deſſuſdits ou par leurs ſeruiteurs en gros ou en détail, & ſemblablement » des Dixieſmes & autres Aides à Nous ottroyées, ou à ottroyer par le ſaint Siege » de Rome. Et auſſi de tous les vins & autres biens que leſdits Maiſtres & autres » Suppoſts & Officiers achepteront pour leurs neceſſitez en l'Eſtude. Voulans » & ottroyans de noſtredite grace, que les Fermiers de nos Aides, & autres à qui il

Signatum Rectoris. » appartiendra, croyent & adjouſtent *plaine foy au ſignet du Recteur de noſtredite fille* » *l'Vniuerſité, & de ſes ſucceſſeurs Recteurs, ſur la Regence & ſcholarité deſdits Suppoſts,* » *& auſſi deſdits Officiers.* Et pour eſchiuer les fraudes & malices, qui en ce pour-» roient eſtre commiſes, auons ordonné & voulons que les Eſcholiers, qui voul-» dront auoir expedition d'eſtre quittes deſdites Aides des vins & autres biens deſ-» ſuſdits, ſoient tenuz de aller deuers ledit Recteur en leurs perſonnes, & iurer » que les vins & autres biens deſſuſdits, ſont creuz en leurs heritages ou de leurs » Benefices, ou achaptez pour leurs neceſſitez en l'Eſtude comme dit eſt. Et leſ-» dits Maiſtres y pourront ſemblablement aller & iurer comme leſdits Eſcholiers » ſe il leur plaiſt, & ſe mieulx leur plaiſt qu'ils affermeut en bonne foy en leurs » cedules, que ſur ce enuoyeront audit Recteur ce que leſdits Eſcholiers iure-» ront en leurs perſonnes, comme dit eſt. Voulons auecques ce, & auons or-» denné & ordenons, que le Recteur ſoit tenu de iurer en ſa creation preſent vn » Maiſtre en la Faculté des Arts, qui à ce ſera commis de par Nous, lequel y » pourra eſtre, s'il luy plaiſt, qu'il ne baillera ſon ſignet pour l'expedition deſ-» dits vins ou autres biens, ſe n'eſt en la forme & maniere deſſuſdits. Et toute-» fois pour l'abſence de noſtredit Commis, s'il n'y eſtoit, l'élection dudit Re-» cteur n'en ſera pas retardée. Et s'il venoit en la connoiſſance deſdits Recteur » & Vniuerſité, que aucun Maiſtre ou Eſcholier face fraude ſur l'expoſitiō deſdits » vins ou autres biens en abuſant de noſtre preſent ottroy, leſdits Recteur & Vni-» uerſité ou leur Conſeruateur procederōt contre eulx à reſecation, ou autremēt, » comme le cas le requierra en gardant leurs Statuts ſur ce fait. Et d'abondant » grace voulons & auons ottroyé, que tout ce qui a eſté pris deſdits Maiſtres & » Eſcholiers à cauſe deſdits Aides contre la forme de noſtre preſent ottroy, de-» puis le premier iour de Février derrainement paſſé, leur ſoit rendu & reſtitué » de fait par les Fermiers qui pris l'ont. Si donnons en mandement à nos amez & » feaulx les Generaux Conſeillers ſur le fait des Aides ordenez pour la guerre, & à » tous nos autres Iuſticiers, Receneurs & autres Officiers à qui il appartiendra, » & à chacun d'eulx *que noſtredite fille, les Recteur, Maiſtres, Bacheliers & Eſcholiers* » *liſans & eſtudians en icelle, & auſſi les Seruiteurs & Officiers d'icelle, laiſſent & faſſent* » *iouïr, & vſer paiſiblement de noſtre preſente grace & ottroy.* Et contre la teneur d'i-» celle, ne les moleſtent ou empeſchent en quelque maniere que ce ſoit, & tout » ce qui a eſté pris du leur au contraire, depuis le premier iour de Février dare-

nier, leur facent rendre & reſtituer de fait ſelon noſtre preſent ottroy, ceſſant «
tout empeſchement & delay. Et poorce que les ſinguliers Suppoſts de ladite «
Vniuerſité, ne pourroient de leger recouurer de nos preſentes Lettres ſi ſou- «
uent comme leur pourroit eſtre beſoing, Nous auons ottroyé à noſtredite fille «
d'abondant grace, & ottroyons par la teneur de ces Lettres, que au tranſcript «
ou vidimus d'icelles, ſous ſéel autbentique ſoit plaine foy adjouſtée, comme à «
l'original, nonobſtant ordenance eſdites Statuts ou obſeruance au contraire. «
En teſmoin de ce Nous auons fait mettre noſtre ſeel à ces Lettres. Donné au «
Bois de Vincennes le onziéme iour de Ianuier, l'an de Grace 1383. & le quart «
de noſtre Regne. Ainſi ſigné par le Roy. A la Relation de Monſieur le Duc «
de Bonrgongne, Vous & pluſieurs du Conſeil preſens, Yuo. Auſquelles Let- «
tres eſtoit attacbée vne cedule, ou écriture ſous l'vn des ſignes de nos Seigneurs «
les Generaux, Conſeillers & Plaiquiez deux de leurs ſignes en cire vermeille, «
contenant cette fourme. Les Generaux Conſeillers ſur le fait des Aides orde- «
nées pour la Guerre aux Fermiers des Boiſtes en Gréve à Paris, A tous Eleuz, «
Receueurs, Fermiers, Commis & Deputez & à deputer ſur le fait deſdites Ai- «
des, & autres quelſcouques à qui il peut & pourra appartenir, Salut. Nous «
vous mandons & à cbacnn de vous, que vous accompliſſiez le contenu és Let- «
tres du Roy noſtre Sire, cy-attacbées ſous l'vn de nos ſignes, faiſans mention «
de l'Vniuerſité de Paris, pour les cauſes & en la maniere que le Roy mande par «
icelles. Donné à Paris ſous nos ſignes le ſeiziéme iour de Ianuier, l'an de Gra- «
ce 1383. Ainſi ſignez R. Liptre. Et Nous en ceſt preſent tranſcript, auons «
mis le Seel de ladite Preuoſté de Paris, l'an & le iour premiers deſſuſdits. «

1384. Initivm Dispvtationis de peccato Originali B. Virginis.

Anno 1384. plurima in Vniuerſitate Pariſienſi valde memoranda contigerunt. Quorum vnum eſt de *peccato Originali B. Virginis*. Quidam enim è Dominicanis auſus eſt palam & publicè aſſerere B. Virginem conceptam fuiſſe in peccato originali, more poſterorum Adami. Hæc propoſitio vt noua & inſolita Academicorum animos excitauit & commouit: qui à temporibus B. Bernardi conſtanter illam ab omni labe, etiam originalis peccati exemptam ſuſtinuerãt Itaque indictis à M. Ioanne de Marſono Rectore Comitiis Generalibus damnata eſt propoſitio Dominicani tanquam ſcandaloſa & erronea. Tantaque fuit eam ob rem Dominicanorum turbatio & confuſio, vt per plures dies præ pudore & metu, omnino publico abſtinuerint. Quia quoties prodibant extra Clauſtra, à Scholaſticis, & ſtatim à circumfuſa populi multitudine *Huëti* vocabantur: eo quod eorum vnus publicè dixiſſet velle ſe *Huëtum* vocari, niſi propoſitionis prædictæ de peccato originali B. Virginis veritatem demonſtraret. Hoc habuit initium grauis illa contentio Academicorum & Dominicanorum quæ plus centum annis agitata eſt in Scholis, & in ſacris ſuggeſtibus expoſita magno Chriſtianæ pietatis & modeſtiæ ſcandalo.

Statvtvm Vniversitatis de Licentiis contra Cancellarivm Parisiensem.

Eodem M. Ioanne de Marſono Rectore, qui fuit electus in Vigilia B. Ioan. Baptiſtæ habita ſunt Comitia Generalia apud Mathurinenſes, in quibus refrænata eſt Cancellarij Pariſienſis M. Ioan. Blanchardi licentia & auaritia, qui contra ſanctiones Apoſtolicas, & plurima Decreta Vniuerſitatis pecuniam exigebat à licentiandis. Legitur hocce Vniuerſitatis Statutum in antiquo libro Rectoris fol. 120. ſub hoc titulo. *Littera Vniuerſitatis publicanda per Congregationes, Sermones & Scholas contra Abuſus & pecuniarum corruptelas in Gradibus ſeu licentiis abjiciendos.* Eſt autem huiuſmodi.

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scbola- «
rium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino. Vt abuſuum corruptelam de me- «
dio noſtrum, quantum poſſumus, extirpemus, Nos in Congregatione noſtra «
Generali apud S. Mathurinum nuper facta & per Venerabilem & diſcretum «
virum M. Ioannem de Marſono noſtræ Vniuerſitatis præfatæ tunc Rectorem «
ſolemniter celebrata, ex communi & concordi deliberatione quaſdam Clauſu- «
las Priuilegiorum noſtrorum pro animarum ſalute & ſtudentium libertate or- «
dinauimus publicandas & eas anno quolibet pluries maximè circa Principium «
Ordinarij in noſtris Congregationibus tam Generalibus quàm ſpecialibus, ac «
etiam per Scbolas in Principiis & lectionibus Magiſtrorum & Bacbellariorum, «

» necnon etiam in ſermonibus, præcipuè quando fiet Collatio Rectoris ad Cle-
» rum publicè legendas decreuimus, ne quis de cætero propter earum ignoran-
» tiam, ſuam valeat maliciam excuſare. Omnibus ergo notum ſit quod in Priui-
» legio Gregorij quod incipit *Parens ſcientiarum* talis clauſula continetur. *Nec*
» *Cancellarius à licentiandis Magiſtris Iuramentum vel obedientiam, ſeu aliam exiget*
» *cautionem, nec aliquod emolumentum ſeu promiſſionem recipiet pro licentia concedenda*
» *iuramento ſuperius dato contentus.* Eſt autem huiuſmodi Iuramentum, quod de
» Bachelariis fidele teſtimonium perhibebunt. Item in Priuilegio *Seruus Crucis*,
» habetur Clauſula Generalis quod nullus incipiat Licentiatus à Cancellario vel
» ab alio data ei pecunia, vel fide præſtita, vel alia Conuentione habita. Et in
» fine eiuſdem Priuilegij, pœna excommunicationis latæ ſententiæ Tranſgreſſo-
» ribus contumacibus imponitur ſub hac forma. *Vt autem iſta inuiolabiliter ob-*
» *ſeruentur, omnes qui contumaciter contra hæc ſtatuta noſtra venire præſumpſerint, niſi*
» *infra 15. dies à die tranſgreſſionis coram Vniuerſitate Magiſtrorum & Scholarium vel*
» *coram aliquibus conſtitutis præſumptionem ſuam curauerint emendare, legationis, quâ*
» *fungimur, authoritate, vinculo excommunicationis innodamus.*
» Item, in Priuilegio Vrbani V. de Artiſtis ſpecialiter ſtatuitur, quod licen-
» tiandi in Artibus nihil dent, vel ſe daturos promittant per ſe vel per alium di-
» rectè vel indirectè *Cancellario vel Subcancellario*, in cuius examine licentiari vo-
» luerint, nec Magiſtris Examinatoribus, ſeu Magiſtro ſub quo licentiabuntur,
» nec alicui de familia eorum vel alicuius prædictorum cauſa laboris, lectionis
» aſſignandæ, aut quacunque cauſa vel occaſione examen tangente. Quodque eis
» non faciant prandium omni fraude & interpretatione ſemotis, & quod dicti li-
» centiandi hoc iurare in ingreſſu ſui Examinis teneantur. Si quis autem contra
» præmiſſa directè vel indirectè receperit aut extorſerit, præcipitur in virtute S.
» obedientiæ, quod duplum infra duos menſes Domui Dei Pariſienſis dare tra-
» dere, ſoluere, & reſtituere realiter & cum effectu teneatur, nullâ datione, li-
» beralitate aut remiſſione ei aliquatenus profutura. Hæc igitur publicare &
» omnibus notificare curauimus, vt nullus contra mandata Apoſtolica grauem
» inobedientiæ culpam & præfatam excommunicationis ſententiam, ac Dei &
» BB. Apoſtolorum Petri & Pauli indignationem incurrat. Datum & actum anno
» Domini 1384. die Iouis ante Feſtum B. Dionyſij Pariſius in noſtra Congrega-
» tione prædicta.

Idem ſtatutum pauló pòſt, menſe ſcilicet Ianuario confirmatum eſt, veti-
tumque ſub graui pœna, ne vllus Bachelarius admiſſus ad determinandum aut
legendum, ſeu ad licentiam det aut promittat ſe daturum vllam pecuniam quo-
cunque modo aut prætextu. Adjectum præterea, vt quilibet iuret ſe honorem
& reuerentiam Rectori præſtiturum, ad quemcunque ſtatum deuenerit. Inſu-
per ſtatutum, vt Magiſtri Facultatum ſuperiorum ſeorſim deliberent de ſuffi-
cientia ſuorum Bachelariorum, deque ordine locorum quem vnicuique aſſigna-
re voluerint; ſuamque deliberationem in ſcripto tradant Cancellario Pariſien-
ſi. Quod ſtatutum legitur in eodem libro fol. 121. verſo, ſub hoc titulo, *Littera*
Vniuerſitatis publicanda in Sermonibus & Scholis.

» Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scho-
» larium Pariſius ſtudentium ſalutem in filio Virginis Glorioſæ. Cum ſit iuri &
» rationi conſonum contra creſcentem hominum maliciam noua remedia proui-
» dere, & creſcente morbo creſcere debeat pariter & medela. *Nos Vniuerſitas* præ-
» fatâ maturâ deliberatione & digeſto Conſilio præhabitis in pluribus noſtris
» Congregationibus Generalibus quampluries ſuper hoc celebratis ad laudem
» Dei, vtilitatem ſtudentium, totiuſque noſtri Collegij honorem, & ad Refor-
» mationem abuſuum, vel exceſſuum veriſimiliter fieri poſſibilium Statuta quæ
» ſequuntur duximus ordinanda.
» Imprimis igitur ſtatuimus ſeu ordinamus, quod quilibet Bachelarius admit-
» tendus ad determinandum in Artibus vel etiam ad legendum in aliis Facultati-
» bus iuret in ſua Facultate, quod nihil dedit aut promiſit, dabit aut promittet
» cuicunque vt admittatur ad determinandum ſeu ad legendum, nec etiam pro
» licentia, nec in receptione ſigneti quocunque titulo ante licentiam omni frau-
» de ſemota.

Digitized by Google

Item ſtatuimus quod quilibet Bachelarius ſic admittendus ad Determinandum in Artibus vel etiam ad legendum in alijs Facultatibus, iuret in ſua Facultate honorem Rectoris & Rectoriæ ſtatutaque, Priuilegia & libertates & conſuetudines laudabiles Vniuerſitatis Pariſienſis obſeruare & defendere ad quemcunque ſtatum deuenerit, & quod celabit ſecreta Vniuerſitatis nulli ea reuelando.

Item ſtatuimus quod in Facultate Theologiæ, Decretorum & Medicinæ Magiſtri dictarum Facultatum ante apertionem rentaminis & examinis D. Cancellarij Eccleſiæ Pariſienſis, ſeu vocationem & depoſitionem Magiſtrorum, ad partem deliberent inter ſe & ordinent de Bachelarijs & ſufficientia eorundem *& de ordine licentiæ ſeu locorum ſecundum modum qui vnicuique Facultati apparebit expediens.* Et quod dictam ſuam ordinationem tradat quælibet Facultas in ſcriptis dicto D. Cancellario. Hæc autem vt ad omnium venirent notitiam, in hanc formam redigi, & per Scholas & ſermones ſpecialiter in principio Ordinarij, & in die omnium Sanctorum ac Dominica ante Carnis priuium publicari mandauimus, noſtrique Sigilli Magni fecimus munimine roborari. Datum Pariſius in noſtra Congregatione Generali apud S. Mathurinum celebrata anno Domini 1384. die 9. menſis Ianuarij.

Nota de locis Facultatem.

Eodem anno Clemens VII. litem quæ inter Canonicos Pariſienſes & Decretiſtas intercedebat, compoſuit. In hoc autem erat poſita. Canonici Eccleſiæ Pariſienſis renocare contendebant in ſuas Scholas Clauſtrales Profeſſionem Iuris Canonici, vnde aliàs exierat, nempe ante Gregorij IX. tempora. Decretiſtæ non alibi quàm in ſuis Scholis vici Brunelli, nec alibi quàm apud ſe Gradus Doctorales in illa Facultate obtineri poſſe conteſtabantur. Iam diu enim relictis Clauſtri Scholis migratum in montem San. Genoueſianum & loca vicina, extraque illa non eſſe quærendos titulos Magiſtrales in illo litteraturæ genere, quorum eſſent ipſi Iudices ſoli, non Canonici. Auditis vtriuſque partis rationibus ita Clemens edixit, vt Canonici in ſuis Scholis Clauſtralibus docere poſſent, quemadmodum Decretiſtæ in ſuis: vtque eorum Diſcipuli iiſdem iuribus gauderent & priuilegijs, quibus Scholaſtici Decretiſtarum in Clauſo Brunello gaudebant. Bulla eſt eiuſmodi.

De lite Canonicorum Paris. et Decretistarum.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ad Pariſienſem Eccleſiam, in qua, dum minori fungeremur Officio, Canonicatum & Præbendam obtinuimus & reſidentiam fecimus perſonalem, ſpecialis deuotionis gerentes affectum, inducimur vt ad ea quantum cum Deo poſſumus, intendamus, quæ ſummotis quarumlibet diſſenſionum materijs, ad perſonarum ipſius tranquillitatem & pacem fore conſpicimus opportuna, illaque fauorabiliter concedamus, quæ augmentum honoris eiuſdem Eccleſiæ reſpicere dignoſcuntur. Cum itaque ſicut accepimus, inter Dilectos filios Iacobum Decanum & Capitulum prædictæ Eccleſiæ ex vna parte, & Decanum & Collegium Facultatis Decretorum ſtudij Pariſienſis, ſuper eo quod Decanus Eccleſiæ & Capitulū diuturnis temporibus fuiſſe & eſſe in eadē Eccleſia obſernatum dicebant, quod vnus Canonicus ipſius Eccleſiæ, huiuſmodi Decretorū Doctor, qui huiuſmodi Doctoratus inſignia in ſtudio prædicto ſuſceperit, poteſt abſque licentia Doctorum, Decani Facultatis & Collegij *in Scholis Clauſtri* eiuſdem Eccleſiæ Decreta ipſa legere; & quod ipſe ſic legens reputatur Regens in Facultate prædicta, & omnibus priuilegijs & libertatibus & immunitatibus vtitur, atque gaudet, quibus Doctores Decrerorum ipſorum eadem Decreta in vico Clauſi Brunelli Pariſius legentes vtuntur & gaudent. Necnon prædictum Iacobum, qui etiam Canonicus dictæ Eccleſiæ exiſtit, & eadem Inſignia in ſtudio præfato ſuſceperat, *Decreta prædicta pluribus annis in Scholis præfatis legiſſe;* & ſic legentem verum Regentem in dicta Facultate, in dicto ſtudio reputatum fuiſſe. Ipſos Decanum Facultatis & Collegium eidem Iacobo, ne tanquam Regens deinceps in dictis Scholis abſque eorum licentia legeret, contra Iuſtitiam inhiberi feciſſe. Decanus verò Facultatis & Collegium ſupradicti præmiſſa non eſſe vera aſſerunt.

Ex illa Quæſtione materia fit exorta & lis in Parlamento Regali Pariſius ſuper poſſeſſorio pendeat, vt aſſeritur, indeciſa. Nos Cupientes Quæſtioni hu-

» iuſmodi finem imponere, ipſamque Eccleſiam ſpecialis in hac parte prærogatiua Gratiæ decorare, motu proprio, non ad ipſorum Iacobi Decani & Capituli, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, prædicto Iacobo Decano & eius ſucceſſoribus Decanis ipſius Eccleſiæ & præfatis Capitulo authoritate Apoſtolica præſentium tenore concedimus, quod deinceps in perpetuum vnus Canonicus prædictæ Eccleſiæ Præbendam inibi obtinens, Decretorum & ipſorum Doctor, qui in eodem ſtudio inſigne ſuſceperit, memorata Iura Canonica in dictis Scholis ordinariè legere valeat: prædictorum Decani, Facultatis & Collegij, vel aliquorum, ſeu alicuius ipſorum licentiâ ſuper hoc minus requiſitâ, etiamſi forſan aliquando per præfatum Iacobum aut Canonicum ipſius Eccleſiæ, qui pro tempore in dictis Scholis legebat, licentiâ ſuper lectura huiuſmodi à præfatis Decano Facultatis & Collegio, vel aliquibus aut aliquo eorundem petita fuerit vel obtenta. Quodque Canonicus eiuſdem Eccleſiæ Iura prædicta in eiſdem Scholis, pro tempore vt præmittitur, legens, verus Regens in iiſdem Iuribus perinde reputetur, ac ſi Iura prædicta ordinaria in vico legeret ſupradicto. Et quod Scholares ſui in iiſdem Scholis perinde tempus ad lecturam Decretorum ipſorum per ſtatuta & conſuetudines dicti ſtudij definitum cenſeantur complere, ac ſi in vico prædicto ſub Doctoribus pro tempore in eo regentibus, eadem Iura audirent. Et quod Canonicus ſic legens, illis quibus Doctores Regentes pro tempore in dictis Iuribus, in vico prædicto, Scholares verò prædicti illis honoribus, priuilegijs, libertatibus, franchiſijs & immunitatibus, quibus Scholares ſub Doctoribus in ipſo vico pro tempore Regentibus vti & gaudere noſcuntur, vti valeant & gaudere. Volumus autem quod in cæteris Canonicus, in dictis Scholis, vt præmittitur, legens, & Scholares ſub ipſo in iiſdem Scholis iura audientes prædicta ſtatuta & conſuetudines Facultatis eiuſdem ſeruare, ac Decano Facultatis & Collegio ſupradictis obedientiam in licitis & honeſtis, ſicut cæteri Doctores Decretorum ipſorum, & Scholares ſtudentes in ipſis dicti ſtudij impendere teneantur. Præmiſſis & alijs quibuſuis litibus & cauſis ſuper præmiſſis, vel eorum occaſione coram quibuſuis Iudicibus inter partes eaſdem forſan pendentibus, quas & earum ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſis, decernentes proceſſus quoſlibet, quos in illis de cætero haberi contigerit, eiſdem præſentibus aliquatenus obſiſtere non debere. Necnon ſtatutis & conſuetudinibus Facultatis & ſtudio prædictorum ac priuilegijs, ac litteris Apoſtolicis Generalibus, vel ſpecialibus Facultati, Collegio ac ſtudio ſupradictis ſub quacunque forma vel expreſſione verborum conceſſis, contrarijs, iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis. Etiamſi de illis & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum eſſet præſentibus mentio facienda, non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, Impoſitionis, Conſtitutionis, voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud Caſtrum nouum Auenionenſis Diœceſis 17. Kal. Septemb. Pontific. noſtri anno 6.

Addit Hemeræus Executionem huiuſce Bullæ commiſſam fuiſſe Abbati S. Maglorij & Priori S. Eligij, & Theſaurario Capellæ Regiæ Pariſienſis. Secutumque paulò poſt Decretum Parlamenti, quo fuit corroborata amica Tranſactio, de qua partes conuenerant: ſcilicet, vt Canonici Pariſienſes poſſent legere Decretum in Scholis Clauſtri & per lecturam Regentes haberentur, eorumque Auditores Iure & immunitate Scholaritatis vterentur.

Cæterum Iacobus ille Decanus Pariſienſis libellorum ſupplicum Magiſter, cognomento *le Riche* Americo de Maignac poſt ipſius ad Epiſcopatum aſſumptionem, in Decanatu ſucceſſerat, obijt anno 1385. die 3. Ianuarij, & in Cathedrali tumulatus eſt. Diu autem in Scholis Clauſtralibus Iuris Canonici diſciplinam profeſſus fuerat: in quibus etiam prædictus Aimericus docuerat: qui ad Cardinalatum euectus hoc anno à Clemente, paulò poſt obijt; eiuſque corpus in Cathedrali iacet, ſub hac epigraphe.

Hîc

Hic jacet in Chriſto Pater Reuerendiſſimus D. Aymericus de Magnaco « Natione Lemouicenſis in villa S. Iuniani, ex nobilibus Pareotibus procreatus, « vtriuſque Iuris Profeſſor, quondam Regum Ioannis & Caroli V. Conſiliarius, « & Magiſter Requeſtarum hoſpitij. Primò fuit Decanus Eccleſiæ Pariſienſis « nomioatus. Deiode ad Pontificalem aſſumptus eſt dignitatem, Tandem factus « fuit tituli S. Euſebij S. Rom. Eccleſiæ Preſbyter Cardinalis, obijt autem anno « 1384. Auenione 20. die Martij cuius corpus integrum intra Pariſios apportatum « ſub hac tumba requieſcit, Anima eius requieſcat in pace. Amen. «

Aymerico ſucceſſit M. *Petrus de Ordeimonte* vulgò *d'Orgemont* Pariſinus in vtroque Iure Licentiatus, ab Epiſcopatu Motinenſi tranſlatus ad Pariſienſem: quam Eccleſiam rexit vſque ad annum 1409. quo obijt.

Eodem anno habitum eſt apud Inſulam Flandriæ vrbem Concilium Gallorum & Flandrorum Epiſcoporum item & Doctorum: quò Vniuerſitas quoque Pariſienſis iuſſa eſt Deputatos ſuos mittere ex omnibus Facultatibus & Nationibus, vt ad Clementis Pontificis partes, Flandros qui Vrbano fauebant, ſi poſſent adducerent. Qua de re ſic babetur in Regeſtis Nationis Picardicæ.

Anno Domini 1384. die 18. Septemb. Vniuerſitate ſolemniter congregata « in S. Mathurino ad audiendum litteras DD. Ducum Biturigiæ & Burgundiæ, « in quibus ſupplicabant Vniuerſitati vt ipſa daret Deputatos ad eundum ad *Inſulam*, vbi debebat eſſe Concilium pro Eccleſia. Et quod illi Deputati deferrent ſecum Determinationem Voiuerſitatis pro D. Papa Clemente. Dati fuerunt Deputati concorditer per totam Vniuerſitatem. Pro qua legatione electus « fuit *M. Guido Caſtelli concorditer via Spiritus ſancti pro Natione noſtra.* En quanti tum fieret Determinatio Vniuerſitatis pro vero Pontifice retinendo.

Extat ad bunc annum facta Declaratio in fauorem Clementis VII. ab Hugone Sabinenſi Cardinale, vulgo de Britannia cognominato, quam mihi quoque Bonauentura Bauduiſius Cœleſtinus Pariſienſis ex autbentica membrana communicauit, eſtque eiuſmodi.

DECLARATIO HVGONIS CARDINALIS PRO CLEMENTE.

In nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi & ſinguli quod anno à Na- « tiuitate Domini 1384. die 25. menſis Febr. Indict. 7. Pontificatus ſanctiſſimi in « Chriſto Patris & D. noſtri D. Clementis diuina prouidentia Papæ VII. anno 6. « conſtitutus & perſonaliter exiſtens in noſtrorum Notariorum publicorum & « teſtium ſubſcriptorum ad hæc vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentia « Reuereod. in Chriſto Pater D. Hugo bonæ memoriæ Sabinenſis S. Rom. Ec- « cleſiæ Epiſcopus, Cardinalis Britanniæ vulgariter nuncupatus, ſanus mente, « licet ſenio confractus, ac viribus corporis debilitatus, ioſirmitate detentus & in « lecto ægritudinis decumbens poſt receptionem vt dicebatur reuerenter Euſca- « riſtiæ Sacramenti, quod cum paulò ante receperat, dubitanſque & incertus de « hora vltimi exitos eiuſdem voleos veritati teſtimonium perl ibere, & quantum « in eo erat, cunctos reddere de ſua conſcientia certiores animo deliberato, cer- « tioratus de iure & de facto in ſua vera conſcientia & ſub periculo damnationis « animæ ſuæ, volenſque ſtare dictis declarationibus & aſſertionibus infraſcriptis « in vita & in morte dixit, declarauit & aſſeruit ſe credere ac tenere firmiter « ſanctiſſimum in Cbriſto Patrem & D. noſtrum D. Clementem diuina prouiden- « tia Papam VII. modernum fuiſſe & eſſe canonicè electum & aſſumptum ad « ſummum Apoſtolatus apicem, ipſumque fuiſſe & eſſe verum Papam ac Vica- « rium Ieſu Chriſti in Eccleſia ſua ſancta, Bartbolomæumque olim Barrenſem « Archiepiſcopum fuiſſe & eſſe Intruſum in ſancta Sede Apoſtolica, Antipapam, « excommunicatum ac damnatum; quinimo ſi foret ſibi poſſibile in alio ſeculo « coram Deo banc veritatem eſſet auſus ſuſtinere & perſequi; & quod ſanctiſſi- « mus in Chriſto Pater ac D. noſter D. Clemens ante aſſumptionem ad ſummum « Apoſtolatus apicem; Robertus de Gebennis vulgariter nuncupatus non cre- « deret quod pro exaltatione ſuæ perſonæ vellet animam ſuam damnare, perpe- « tuo populum Cbriſtiaoum decipere, circumuenire; & pro ſalute animæ ſuæ « ſupplicauit bumiliter D. noſtro præfato Papæ, quatenus ſibi concedere digna- « retur indulgentiam plenariam omnium peccatorum ſuorum in hoc ſuæ mortis « articulo, plenariamque licentiam teſtaodi de facultatibus à Deo ſibi collatis. « De qnibus omnibus & ſingulis tam pro teſtimonio conſcientiæ ſuæ in fine ſuæ «

» vitæ, ac pro intereſſe fidei Catholicæ & totius Chriſtianitatis voluit ac petijt » fieri publicum Inſtrumentum vnum vel plura, quoties opus erit, per Nos Notarios publicos infra ſcriptos. Acta fuerunt hæc Auinione in domo habitationis » præfati D. Cardinalis bonæ memoriæ in camera ſua ſecreta, an. die, menſe, » indictione & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus Reuerendiſſimo in Chriſto » Patre ac D. D. I. S. Rom. Eccleſ. Cardinali Ambianenſi vulgariter nuncupato, » necnon Briencio Prioris Legum Doctore, Cantore Eccleſiæ Cenomanenſis ac » ſacri Palatij cauſarum Apoſtolico Auditore, Fr. Bertrando de Lotharingia de » Ordine FF. Prædicatorum D. noſtri Papæ Pœnitentiario, Ioan. Bernardi de » Nemauſo Magiſtro in Medicina, Stephano Moyſſon in vtroque Iure Licentiato Auditore, Rigaldo Rogeti Camerario & Iacobo de Ponte Abbatis, Scholaſtico Nannetenſi, Cubiculario eiuſdem bonæ memoriæ D. Cardinalis, & » pluribus alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

» Et ego Hugo Burgenſis de Flauigneyo Clericus Æduenſis Diœceſis, publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius, declarationi & aſſertioni ac » alijs præmiſſis, vnà cum prænominatis teſtibus & diſcreto viro M. Guill. Mauricij Notario infraſcripto præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audiui. Et hoc » præſens Inſtrumentum publicum alterius manu ſcriptum ſigno & ſubſcriptione meis conſuetis vnà cum ſigno & ſubſcriptione ipſius M. Guillelmi roboraui » requiſitus & rogatus in teſtimonium veritatis omnium præmiſſorum.

» Et ego Guill. Mauricij Clericus Nannetenſis publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius declarationi, aſſertioni, ſingulisque alijs antedictis » vnà cum Notario & teſtibus ſupra nominatis præſens fui, eaque ſic fieri vidi & » audiui. Ideoque hoc publicum Inſtrumentum manu alterius ſcriptum ſigno » & ſubſcriptione meis ad talia conſuetis vnà cum ſigno & ſubſcriptione præfati » M. Hugonis Notarij roboraui in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum » requiſitus & rogatus.

1385. Anno 1385. Minoritæ duplex Capitulum Generale tenuerunt; neque enim in Regnis tantùm Chriſtianis Schiſma erat ob electionem vtriuſque Pontificis, ſed in ipſis Religioſorum familijs. Itaque qui Vrbanum agnoſcebant, Pataui ſuum, qui Clementem in vrbe Gebennenſi ad lacum Lemannum in Prouincia Viennenſi ſuum celebrarunt. In Patauino conſtitutum eſt inter alia, *ne vllus Fratrum litteras Apoſtolicas impetraret ad Gradum Magiſterij alioſue Academicos obtinendos, neque alio quouis modo ad eos aſpiraret abſque Superiorum licentia, & ante ſex annorum curſum peractum*, aliter priuandum in omnibus Facultatibus, nec pro Magiſtro reputandum: nec Miniſtrum Generalem in bis abſque Capituli Generalis conſenſu diſpenſaturum deinceps: ſalua tamen ſemper ſummi Pontificis reuerentia, præſertim cum aliquem ob ſpecialia merita ad huiuſmodi Gradus promouebit; ita refert Wadinghus.

Bulla Vrbani VI. contra Mendicantes. Ad hunc quoque annum extat Bulla Vrbani VI. aduerſus Mendicantes & quoſcunque alios vitæ Monaſticæ Sectatores, qui Confeſſiones audire, ſacras Conciones habere, & multa alia munia Eccleſiaſtica obire contendebant, etiam non aditis Parochis, nec habita eorum licentia. Quæ quidem Bulla licet non pertineat propriè & directè ad Vniuerſitatem: quia tamen ſæpè aduerſus eiuſmodi homines illi ea de re certandum fuit, non erit extra rem hiſce Commentarijs inſerere. Legitur autem apud Goblinum Perſonam ad annum 1385.

» Vrbanvs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs vniuerſis Religioſis cuiuſcunque Profeſſionis vel Ordinis præſentes litteras inſpecturis Sal. & » Apoſtol. Benedict. Etſi animarum affectantes ſalutem, &c. Nos igitur qui ex » ſuſcepti Apoſtolatus Officio ..... & infra. Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica » ſcripta in virtute S. obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus » Parochianos diebus Dominicis & feſtiuis non recipiatis de cætero in Eccleſijs » ſeu Oratorijs veſtris temerè ad Diuina, nec ipſos ſine licentia Sacerdotis ad » Pœnitentiam aliqualiter admittatis, cum ſi quis alieno Sacerdoti iuſta de cauſa » ſua voluit confiteri peccata ſua, ſecundum ſtatuta Concilij Generalis licentiam » priùs poſtulare ac etiam obtinere debet à proprio Sacerdote, vel aliàs ſibi primò confiteri, & recipere abſolutionis Beneficium ab eodem. Aliter namque » ipſe abſolui non poterit, cum duplex in iudicando funiculus pietatis & ſcientiæ

requiratur, quorum alterum in alieno conſtat deficere Sacerdote. Et ne Parochialibus Eccleſijs deuotio debita ſubſtrahatur ante Miſſarum ſolemuia, ad qoæ audienda Parochiaoi primâ diei parte in ſuis conſueuerunt & debent Eccleſijs conuenire. Nequaquam enim Eccleſijs veſtris ſupradictis nec hora ipſa ſolemnes eis faciatis ſermones, ne propter hoc audieodos ad vos Populus confluens Parochiales Eccleſias derelinquar. Sed nec ad prædicandum ſolemniter ad illas Parochias accedatis niſi à Sacerdotibus earum Parochiarum fueritis iouitati, vel ſaltem ab illis humiliter petieritis & obtinueritis vos admitti. Er vt debitus bonor Epiſcopis deferatur, eadem die quâ Diœceſanus Epiſcopus, vel alius loco eius ſolenniter prædicat maximè in Eccleſia Cathedrali, nullus veſtrum in ea Ciuitate vel loco prædicare præſumar, ne ſalubris prædicationis Doctrina ex frequenti inculcatione quaſi tædium geoeret & contemnatur, ſi verò in caſu licito Parochianos alterius ad ſepulturam (quam nemo ſine iuſta & rationabili cauſa temerè debet eligere) antiquis Pareotum ſuorum dimiſſis ſepulturis, in veſtris Eccleſijs vos recipere cootiogat, omnium quæ obtentu huiuſmodi ſepulturæ fuiſtis conſecuti, medietatem, vel tertiam partem, vel quartam iuxta felicis recordationis Gregorij Papæ Prædeceſſoris noſtri Decretum & ſecoodum conſuetudinem regionis, etiam oon requiſiti infra octo dies à tempore receptionis eorum, Epiſcopo vel Sacerdoti, de cuius Parochia mortuus eſt aſſumptus, exhiberi curetis. Et infra. Si quis verò veſtrum huiuſmodi præcepti tranſgreſſor Prouiſionis noſtræ extiterit, vel cootra prædicta, vel aliquid prædictorum venire præſumpſerir, præter inobedieotiæ vitium & Excommunicatioois ſententiam, quam de facto ipſum incurrere volumus, graui ſuo periculo ſubiaceat: & nihilomioos à loci Diœceſaoo ad præmiſſa omnia & ſingula obſeruaoda Cenſura Eccleſiaſtica omni appellatione remota diſtrictius compellatur, nullis ei contra hoc Indulgenrijs, vel Priuilegijs Apoſtolicis valituris. Datom Neapoli xj. Kalend. Decemb. Pontiſ. noſtri aooo 7.

Eodem anno die 23. Iunij electus eſt in Rectorem *M. Henricus Rouſſelli:* quo Rectore ſtatutum edidit Vniuerſitas contra M. Ioannem Blanchard tunc Cancellarium Pariſienſem, qui ſpretis & cootemptis omnibus conſtitutiooibus Apoſtolicis & Decretis Academicis à Licentiandis pecuniam exigebat, nomioe laboris & temporis quod ioſumendum ſibi erat in conferendis Gradibus. Legitur autem hocce ſtatutum in antiquo libro Rectoris fol. 121. ſub boc intitulo. *Littera Vniuerſitatis publicanda in ſermonibus & Scholis facta in Rectoria Henrici Rouſſelli anno Domini 1385.* die 7. menſis Iulij. Eſt autem huiuſmodi.

Statutum Vniverſitatis contra Cancellarium.

Voiuerſis præſentes litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Filio virginisGlorioſæ. Quia ex decore membrorum tota reſultat corporis pulchritudo & ad noſtram peruenit notitiam quod M. Ioannes Blancardi Magiſter in Theologia & Cancellarius Eccleſiæ Pariſienſis contra decorem Facultatis Theologiæ, quæ noſtri Corporis veoerabile membrum exiſtit, quandam nouitatem aliàs inauditam nuper voluit attentare, ideo volentes honorem dictæ Facultatis & etiam aliarum, ac per hoc decori totius Vniuerſitatis prædictæ, quantum poſſumus, ſalubriter prouidere, vt mandata & priuilegia Apoſtolica, necnon & ſtatuta & laudabiles conſuetudines noſtræ firmius obſeruentur, & vt Gradibus ſingularum Facultatum honor congruens deferatur, io noſtra Congregatione Generali in S. Mathurino ſuper hoc ſolemniter congregata deliberauimus & ordinauimus, quod ſi nonc vel aliàs Cancellarius prædictos in dicta Facultate, vel in aliqua aliarum de facto, com de iure non poſſit, aliquos Bachelarios ad licentiam admitteret præter vel contra rationabiles deliberationes dictarom Facultatum fundatas io mandatis ac priuilegijs Apoſtolicis, aut ſtatutis & laudabilibus conſuetudinibus antedictis, nullus Magiſter, Bachalarius, Scholaris, aut Bedellus io huiuſmodi licentijs, aut in actibus Scholaſticis, vel alijs factis occaſione huiuſmodi actus fiendos concedere, tradere, vel aperire præſumat. Hoc autem volumus obſeruare ſub pœoa reſecationis & priuationis ab Vniuerſitate prædicta. Datum in noſtra Congregatione Generali celebrata in dicto S. Mathurino anno Domini 1385. 9. die menſis Iulij.

Ab hocce Vniuerſitatis Decreto ſcribit Hemeræus prædictum Caocellarum appellationem ad Pontificium Tribunal ſignificaſſe. Quid ſtatuerit autem

Pontifex, non habemus expreſsè. At certum eſt rem ad Senatum Pariſienſem fuiſſe de latam, & pluribus diebus agitatam, à 5. ſcilicet Februarij ad 12. quâ Curia ampliauit, ſeu vt vulgus loquitur, appunctuauit. Rationes vtriuſque Partis legere eſt in faſtis Curiæ: Quas Nos quoque hiſce Annalibus inſerimus. Sic igitur ad diem 5. Februarij anno 1385. legitur.

Du Lundy 5. Feburier 1385.

Lis inter Vniuerſitatem et Cancellarium Paris.

CE iour le Chancelier de l'Vniuerſité vint au Parlement & diſt qu'il luy déplaiſt auoir procés & plaid contre l'Vniuerſité & vouloit requerir de tout qu'il pouuoit & ſçauoit. Plus dit qu'il eſt Beneficier en l'Egliſe de Paris, & eſt Chanoine non Prebendé & n'a en l'Egliſe de Paris que l'Office & Dignité de Chancelier que le Pape luy a donné, comme cy-deſſous ſera touché plus à plain, & ne conuient ja recommander l'Egliſe Noſtre-Dame de Paris, qui eſt la mere du Roy noſtre Sire; & quand l'Egliſe de Paris vaeque, & le Regale ſi eſt ouuert, la Chancelerie vacque, le Roy eu a le profit & y commet vne bonne perſonne, & les profits & eſmolumens ſont au Roy. Dit qu'il eſt de belle natiuité, & deuant le Sciſme de l'Egliſe, il eſtoit bien & grandement Beneficié de mil à mil & cinq cents liures de rente, & ſi toſt que le Sciſme fut en l'Egliſe, il adherdit à la partie de Noſtre S. Pere Clement, & perdit ce qu'il auoit lors, & diſt qu'il eſt Maiſtre en Theologie, & ſeroir grand' pitié qu'il demeuraſt ſans Benefice, pour ce que le Pape a donné & conferé au Chancelier la Chancelerie, cuidant eſtre de grand profit.

A dit qu'il a grand charge à cauſe de ſon Benefice, & ne valent pas les rentes ordinaires plus de 40. liures de rente par an. Et ſy conuient que le Chancelier ait hoſtel au Cloiſtre qu'il conuient achepter, & encore aprés la morr n'eſt-il pas tout à ſon execution, mais tant ſeulement la moitié, & l'autre moitié à l'Egliſe, & luy conuient mener eſtat & auoir ſa maiſon atournée de beaux paremens, pour les Maiſtres & autres Gens qui viennent, & ſy conuient qu'il ait Clercs & Seruiteurs comme il appartient, & comme les autres Chanceliers ont eu. Dit que le Chancelier doit faire ſa reſidence ſur ſon Benefice, & par conſequent ne peut demeurer ſur ſes aultres Benefices, & en cecy perd les fruits de ſes aultres Benefices; qui ſont bien anotables, car il eſt Chanoine à Cambray & de Tournay. Dit que les Maiſtres en Theologie, quand ils ſont faits Maiſtres, iurent faire vne bonne relation des Bacheliers à licentier, & iure chacun Maiſtre à part *de moribus & ſcientià*, & chacun Bachelier à licentier. Et en ce il conuient que le Chancelier dépende, & qu'il donne vin & eſpices. Car les Maiſtres qui l'interrogent ſont de grand Eſtat, & auec ce le Chancelier informe auec eux qui ont repaire, & conuerſe auec les Bacheliers à licentier de leurs Exemprs & Science, & tout aux deſpens dudit Chancelier, & enregiſtre le Chancelier la Depoſirion d'vn chacun Maiſtre & ne ſouffriroit pas que ſon Clerc l'enregiſtraſt. Et conuient aprés qu'il a depoſition d'vn chacun ſoit releué, & en ce à peine. Et encore s'informe & eſt tenu interroger les Bacheliers à licentier & auſſi les Maiſtres *ſuper ſcientia & moribus*, de ceux qui ſont à licentier comme il eſt dit, & eſt tenu en conſcience preferer les dignes aux indignes. Die que quand aucun Bachelier à licentier appere auoir bon lieu & honneſte, s'il eſt de bon lignage ou s'il a lettres de Grands Seigneurs ou de Grandes Dames, il eſt en rres grand' perplexité, conſideré ſon ſerment, & neantmoins il l'a touſiours gardé. Er ce doit eſtre peſé. Et n'eſt émolument tres grand pour relle peine & telle perplexité. Dit que quand on doit faire les Licentiez, le Chancelier doit faire vn ſerment, & en icelle recommander la Science & les Maiſtres, & en a peine. Et auec ce doit bailler les Birrets aux Licentiez & dire certaines paroles formelles, & ſy doit aller dans la Salle de l'Eueſque quand on fait les Licentiez, & arguer & faire ce qu'il appartient au Maiſtre & au Chancelier. Et tout ce *ex improuiſo*, Et en ce grand charge a. Et neantmoins il a pleu à l'Vniuerſité mettre empeſchement audit Chancelier en ſes droits, & a baillé l'Vniuerſité au Pape vne Requeſte contre le Chancelier, lequel a fait propoſer l'vſage de ſes Predeceſſeurs & de luy, &... qui

faiſoit à receuoir. Et qui fut la beſongne commis au Cardinal de Viuarez & à vn aultre Cardinal. Parties oüyes il a eſté commis au Cardinal de Laon, & en ſa Commiſſion eſt contenu par exprés que *nihil moueatur pendente proceſſu*, & a procedé le Cardinal ſelon la forme & la teneur de ſa Commiſſion, duquel il n'a eſté rappellé ne reclamé. Et neantmoins ceux de l'Vniuerſité ont pris cette complainte. Dit que les predeceſſeurs du Chancelier & le Chancelier ont vſé, & ont eſté, & eſt encore ledit Chancelier en poſſeſſion & ſaiſine, d'auoir de chacun Bachelier au moins onze francs; Et pour ce qu'il a enuoyé à chacun ſon ſignet *pro pœna, labore & expenſa*, non pas *pro licentia obtinenda*, & ſouuentesfois les Mendians enuoyent la plus honneſte bourſe. Dit que de Droit Diuin, Canon & Ciuil, *nemo tenetur propriis ſtipendiis militare.* Et eſt choſe raiſonnable & receuable, que celuy qui a peine, ait profit. Et nous veons que ceux qui liſent ordinairement au matin, & à cette ville, & à Orleans, ont collecte pour leur peine, & quelquefois que aucuns vſent du droit dont les predeceſſeurs ont vſé, & eſt fondé de Droit commun, tel fait eſt receuable. Et combien que les deſpens qu'il conuient faire *in Magiſterio*, ſoient ramenez à trois mille gros tournois, Iean Andry dit que en ce n'eſt pas compriſe la deſpenſe *priuati examinis, ergo pro priuato examine poteſt aliquid exigi vel recipi.* Et nous veons que les Maiſtres exigent Collecte des Eſcholiers. Vray eſt que ſe il auoit aucuns pauures, il ne veut pas dire que ils fuſſent refuſez de l'examen, ſe ils eſtoient ſouffiſans. Et en Droit Canon nous veons à Paris & à Orleans, en Loix & en Droit, les Licentiez payer pluſieurs choſes aux Maiſtres, & quand ils veulent eſtre Docteurs, ils doiuent d'autres droits. Et encore veons nous que les Receueurs des Nations & les Bediaux, ont profit des Coëffes & autres Droits à Orleans. Et en verité, Maiſtre Iean de la Chaleur Chancelier ſans moyen auant le Chancelier, prit d'vn chacun Bachelier, au meins de dix francs en vne bourſe; & en vſant du Droit de ſes predeceſſeurs & du ſien, il eſt en poſſeſſion & ſaiſine de receuoir de chacun Bachelier licentier en Theologie, apres la commiſſion du ſignet, dix francs du meins, par eſpecial de ceux qui ont dequoy.

Dit que les Bacheliers & auſſi les Maiſtres, jurent garder les Libertez & Statuts de l'Egliſe de Paris & de la Chancelerie; & faire reuerence à la perſonne du Chancelier, & conſideré l'vſage, & la poſſeſſion & ſaiſine du Chancelier, & la fondation du Chancelier à tort & contre raiſon, ceux de l'Vniuerſité ont prins leurs complaintes.

Dit que nonobſtant les procés pendans en la Cour de Rome comme dit eſt, les Maiſtres ont fait jurer les Bacheliers qui ne bailleront rien au Chancelier, combien que aucuns d'eux ont dit au Chancelier qui ne ly déplaiſiſt, & pour ce a differé à enuoyer les ſignets, & à proceder comme il a accouſtumé, & propoſe tout pertinent en cas de nouuelleté. A la recommandation de l'Vniuerſité de Paris, dit que c'eſt vne des plus nobles du monde, & la vouloit recommander tant qu'il doit & eſt tenu. Et eſt la ſcience de Theologie la plus noble qui ſoit, à ce que dit partie aduerſe. Qui a acquis la ſcience de Theologie à grand peine, & conuient lire Sentences, & apres attendre long-temps auant la licence. Reſpond le Chancelier qui n'eſt peine que d'eſtude, & ſe il y a peine, il y a honneur, proffit & acquiſition de Science, & que pour ce ils ne doibuent aucune choſe payer, & nous le veons és petits enfans qui vont à l'Eſchole, & années y vont & ſont battus, & s'y payent ſalaire à leurs Maiſtres: Et ce que le Chancelier a, c'eſt *pro pœnâ, expensâ & labore.* Et du coſté des Bacheliers n'a point de peine. Et quand le Chancelier leur enuoye le ſignet, pour eſtre licentiez, ils ont telle joye qui veulent pour ce faire aucune renumeration ne ſouffiſe pas à l'honneur qu'ils reçoiuent en ſon Benefice, & à faire les Licentiez. Il ne ſouffit pas auoir l'honneur ſans prouffit. Et eſt le Chancelier digne d'auoir honneur, tant pour ſa perſonne, comme pour la Science qu'il a acquiſe à grand labeur, & que il feuſt Chancelier ſans proffit, & mouruſt de faim, aucuns ne le diroit.

A dit ſon Conſeil, que il eſt bon Clerc ſans prejudice des autres, & qui ne examineroit que deux teſmoins, ſe auroit il ſalaire, par plus forte raiſon le

Chancelier le doit auoir pour la peine, deſpens & labeur, dont cy-deſſus eſt faite mention.

Quant au delay d'enuoyer le ſignet du Chancelier aux Bacheliers à licentier, dont ceux de l'Vniuerſité ſe ſont complains, dit le Chancelier que ce ne fut le premier que les Maiſtres ont fait faire aux Bacheliers à licentier de rien payer au Chancelier, & que les Bacheliers fuſſent demeurez en la liberté qu'ils eſtoient auparauant le ſerment, le Chancelier n'euſt pas differé à enuoyer ſon ſignet, & appert bien que les Bacheliers ne baillent rien *pro licentia obtinenda*, car ils enuoyent au Chancelier ſa bourſe & argent dedans, apres que ils ont receu ſon ſignet, & ſi-toſt que ils ont le ſignet, ils ſont ſeurs *de licentia,&c.* & parce que ceux de l'Vniuerſité ſe ſont aydez de deux Bulles, eſquelles ils dient eſtre contenu deux clauſes à leur entention, dit le Chancelier qui n'a fait aucune choſe contre leſdites Bulles ne les clauſes qui y ſont compriſes, car la clauſe de l'vne des Bulles parle *de licentia obtinenda*, & le Chancelier n'en demande rien, comme dit eſt. Et la clauſe de la ſeconde Bulle parle de donner aux Licentiez congé de commencer, que le Chancelier n'en doit aucune choſe receuoir, & de ce il ne demande aucune choſe, auſſi n'en reçoit-il aucune choſe.

Et à ce que dient ceux de l'Vniuerſité, que le Chancelier iure garder les Droits & Libertez de l'Vniuerſité, eſquels eſt contenu qui ne doit aucune choſe receuoir, dit que du ſerment il s'en rapporte à cil qu'il a fait, & ne fait rien contre les Droits, Statuts, Franchiſes & Libertez de l'Vniuerſité, que aucunes d'icelles ne dient que le Chancelier ne puiſſe aucune choſe receuoir *pro pœna, expenſa, & labore.* Et par ce appert que ſon ſerment demeure ſain & entier.

Et à ce que ceux de l'Vniuerſité ont fait propoſer que le Chancelier a deſiré la ſcedule qui luy fuſt preſentée de par les Maiſtres en Theologie pour les Bacheliers à licentier.

Reſpond le Chancelier & dit qu'il n'a rien fait au contempt de l'Vniuerſité ne des Maiſtres, mais pource que ladite ſcedule n'eſtoit pas en bonne forme, mais eſtoit contre les droits de la Chancelerie, il la deſira; car le Chancelier aſſigne les lieux aux Bacheliers ſelon ſa conſcience, & par la derniere ſcedule, les Maiſtres aſſignoient les lieux, & diſoient, la ſcedule telle premiere, telle ſeconde, & entreprenoient les Maiſtres, ce que compete à l'Office du Chancelier, & pour ce a deſiré ladite ſcedule pour garder ſon droit. A ce que dient ceux de l'Vniuerſité, que quand le Chancelier fut interrogé en l'Vniuerſité, pourquoy il auoit deſiré ladite ſcedule, il répondit qu'il n'eſtoit pas là venu pour répondre *de quolibet*, Répond le Chancelier qu'il reſpondit gratieuſement, mais il dit que en telle Vniuerſité a beaucoup de teſtes, & dit qu'il a toûjours eſté preſt, & encores eſt, tenir ce que le Cardinal de Laon en vouluſt ordonner, mais ceux de l'Vniuerſité ne l'ont pas voulu. Et ſi c'eſt que les Bacheliers à licentier ſeroient relaxez de leur ſerment, il enuoyra ſes ſignets, dit que la complainte de ceux de l'Vniuerſité n'eſt pas receuable, car ce que le Chancelier a fait en telle maniere, il l'a fait en vſant de ſes droits, & eſt fondé de droit commun, & ainſi en ont vſé ſes predeceſſeurs Chanceliers de Noſtre-Dame. Et conſideré que les parties ſont en procés en petitoire qui attrait à ſoy le poſſeſſoire à Cour de Rome, de ce dont il eſt ceans commis en cas poſſeſſoire, & ceux de l'Vniuerſité n'ont aucuns exploits, ils ne ſeront à receuoir ſur le poſſeſſoire, meſmement conſideré qu'ils ont baillé leur Requeſte ſur le Petitoire au Pape, & par conſequent ils confeſſent le Chancelier eſtre en poſſeſſion, ſi ne ſont à receuoir; au moins ils deuroient attendre la fin du procés de Cour de Rome.

Dit que le Pape a ordonné, que pendant le procés pendant deuant luy ou ſes Commis, aucune choſe ne ſoit innouée. Et ce eſt contenu par exprés en la commiſſion du Cardinal de Laon, comme dit eſt, & la complainte que ceux de l'Vniuerſité ont priſe eſt nouée au prejudice des procés, & eſt deſapointer le Chancelier & venir contre la Commiſſion qui eſt paſſée en force de choſe jugée, *Quare* conclud que ceux de l'Vniuerſité ne facent à receuoir. Et propoſe & conclud tout pertinent en cas de nouueleté, en cas de delay & recreance, conſideré qu'il eſt mieux fondé que ceux de l'Vniuerſité, par ce que dit eſt cy-

deſſus. Et Nous veons que ſe vn Preſtre chante pour autruy, combien que conuention pour ſon ſalaire ne ſoit pas honneſte, toutesfois il a ſalaire *pro pœnâ & labore.* Et cét exemple ſert au principal & à la recreance, *Quia res ſpiritualis.* Et pour la recreance dit qu'il a és derrains exploits, & a joüy & vſé par les derraines années, & requiert le Procureur du Roy. A dit qui ne veut pas nier que l'Vniuerſité ne ſoit fille du Roy, & qu'elle en chef & en membres ne ſoit en la ſauuegarde du Roy, mais il dit qu'il eſt membre de l'Egliſe de Paris qui eſt mere du Roy, comme dit eſt au commencement, & a le Roy plus grand intereſt, l'Egliſe de Paris & la Chancelerie vacante, pour le Chancelier en cette matiere, que pour ceux de l'Vniuerſité. Et dit le Chancelier qu'il eſt vn des Nobles membres de l'Vniuerſité, & requiert à la Cour que quelque prouiſion ſoit faite pour les Bacheliers à licentier, conſideré meſmement que ils ſont pluſieurs d'étranges Nations, de mettre en la main du Roy du meins chacun iuſques à dix francs pour le Droit de Chancelier, ſe il obtient enfin de cauſe, & conclud à domages, intereſts & dépens.

Ceux de l'Vniuerſité repliquent & dient que tout le principal en cette matiere, eſt d'vne ſeruitute que on veult impoſer ſur l'Vniuerſité, & eſt la ſcience de la Theologie la plus noble, car elle parle des plus hautes matieres comme de la Foy, & de tant doit elle eſtre plus franche. Et dient que de Droit Humain, Diuin, Canon & Ciuil, on ne doit aucune choſe receuoir *pro licentia obtinendâ.* Et s'aucun fait ſur ce caution ou obligation, tout eſt dampné, & s'aucune choſe eſt receuë, luy doit eſtre reſtituée. Dient que l'examen des Bacheliers en Theologie à licencier n'appartient pas au Chancelier, mais aux Maiſtres en la Science. Vray eſt que le Chancelier interroge les Maiſtres qui facent leur rapport, & il les croid. Et ſont ceux de l'Vniuerſité en poſſeſſion & ſaiſine, que le Chancelier doit enuoyer les ſignets ou ſon ſignet, aux Bacheliers à licencier dedans l'ordinaire de Noël, ou au mains dedans trois mois, & ce a iuré le Chancelier, & ſur ce eſt faite Bulle, & ſur ce s'aſſiet la complainte : Et ſe l'Vniuerſité eſt la plus grande & la plus noble choſe du monde, comme le Chancelier le confeſſe, tant doit elle eſtre plus franche, & de tant fait mains à receuoir le Chancelier à vouloir impoſer ſeruitude ſur eux. Et ne vault ce que le Chancelier dit que l'Egliſe de Paris eſt mere du Roy, car ceux de l'Vniuerſité n'ont rien à faire contre l'Eueſque ne l'Egliſe de Paris, mais ſeulement contre le Chancelier qui eſt ſubjet du Roy quant à la Temporalité. Quant à la perſonne du Chancelier que ſon Conſeil a recommandé, dit le Conſeil de l'Vniuerſité qui luy dépleuſt en parler, mais il ſert à ſa cauſe, & pource conuient que le die. A dit que le Chancelier tient la partie de noſtre ſaint Pere Clement, & quand il a eſleu ſa partie, il a fait ce que deuoit, & ſe il euſt fait aultrement, il euſt mal fait, ſi n'en eſt pas tant à recommander que de merueilles, & de tant qu'il eſt plus Clerc eſt plus ſage que dit ſon Conſeil, de tant deburoit il mieux garder les Droits & Libertez de l'Vniuerſité, & que pour intereſt tranſitoire pour ſon Benefice, il veille aſſeruir l'Vniuerſité, il fait mal conſideré meſmement qu'il eſt maiſtriſé en Theologie en l'Vniuerſité, comme dit eſt, & ſe le Pape luy a conferé la Chancelerie, c'eſt *cum emolumentis rationabilibus.* Et ſe Chancelerie eſt de petit profit, le Chancelier l'a priſe à ſa charge, ſoit qu'elle luy ſoit conferée à ſa requeſte, ou *proprio motu* du Pape, & ſi ne s'enſuit pas que pour ce ceux de l'Vniuerſité le doibuent payer ce que demande, & ſi gaigne les gros fruits de ſoy autres Beneficiers par le priuilege des Eſcholiers, & ſe il demeuroit à Tournay, Cambray ne luy vaulroit aucune choſe *vt æqua*, car il n'auroit pas le Benefice qu'il a ſur le Benefice de Chancelerie par le Priuilege de l'Vniuerſité, & que comme Chancelier il n'eſt pas membre de l'Vniuerſité, mais comme Maiſtre en Arts : & a juré garder les Droits & Libertez de l'Vniuerſité *ad quemcunque ſtatum contingat ipſum deuenire.* Et ſe pour la Chancelerie, il peut faire autre choſe qu'il a iuré, il s'en eſt rapporté à ſa conſcience, à l'Eſtat du Chancelier & aux Charges de la Chancelerie.

Rationes Vniuerſitatis.

Dient ceux de l'Vniuerſité que ſe ne fait rien à propos & ne s'enſuit pas. Il conuient grand eſtat au Cancelier, *Ergo* les Theologiens qui ſont les plus paures de l'Vniuerſité : Car les Mendians en ſont, qui n'ont rien qui ne leur ſoit

donné pour Dieu, le doiuent payer, mais deubſt tenir le Conſeil de la Loy, qui dit que ſelon *reditum oportet expenſam metiri non ſecundum expenſam reditus : quare in authentica vt determinatus ſit numerus Clericorum,&c.* Et en verité la Chancelerie ne regarde pas ſeulement la Faculté de Theologie, mais maintes Facultez, Decret, Medecine & les Arts, deſquelles le Chancelier n'a autre choſe. Et pieça iurerent enſemble les Canoniſtes, qui ne payeroient que vn franc pour le ſignet, & plus rien payent pieça. Auſſi le Pape Vrbain donna vne Bulle par laquelle il veut que les Arriſtes iuraſſent qui ne payeroient rien, & ainſi le gardent. Et n'eſt pas la poſſeſſion du Chancelier receuable qu'il ait ſon eſtat ſur les panures Theologiens *qui non curant de mundanis* ; Et s'aucune choſe ont payé au temps paſſé, c'eſt abus du coſté du Chancelier.

Quant aux miſes & dépens que le Chancelier ſe dit faire en l'examen, dient ceux de l'Vniuerſité, qui n'eſt pas neceſſité donner vin & épices, & ſe il le fait volontairement, il ne doit pas eſtre imputé aux Bacheliers, & à dire que les Bacheliers au long de l'an, leſquels peuuent receuoir ſalaire *pro pœna & labore*, & du Chancelier qui ſouloit s'informer, lequel eſt le plus ſuffiſant des Bacheliers à licencier. Et ſi ne prenent ceux qui liſent au marin que vn franc de chacun Eſcholier, & le Chancelier prend tout ce qu'il peut auoir. Et ſi liſent ceux du matin pour les Eſcholiers, & le Chancelier, fait ſon debuoir : Et ſi ne va à l'échole qui ne veut, & ſe vn demande ſalaire, il ne conuient que aller à l'autre ; mais *ſecus Cancellario*, car on ne peut aller à l'autre. Et ſe on dit que ſe facent pas licentier les Bacheliers, ils auroient perdu leur temps. Et ſi a le Chancelier reuenu à cauſe de ſon Benefice, & ſont les charges de ſon Benefice, faire ce dont il veut auoir profit. Et tiennent les Docteurs que les Maiſtres ne doiuent aucune choſe receuoir des pauures Eſcholiers. Et ſe vn Maiſtre doit lire à cauſe de ſon Benefice, il ne doit pour ſa lecture aucune choſe receuoir, à ce que dit le Chancelier, *Spirituale non poteſt vendi ; & ſi conſuetudo ſit in contrarium, poteſt recipi*, comme és Confeſſions, és Sepulrures, és mariages,&c. Répond *quod nihil eſt & ſi ita eſſet*, ſi ne pourroit-on dénier les Sepultures, ne les autres choſes ſpirituelles. Si ne peut le Chancelier empeſcher la commiſſion & la licence, qui eſt choſe ſpirituelle, & ſeroit en ce cas plus grand inconuenient donner argent que pour vn Benefice, car en matiere de Benefice, aucun prejudice n'eſt fait à autruy, mais au cas preſent le Chancelier feroit prejudice à vn en preferant vn indigne au plus digne, qui parle *de operario qui dignus eſt mercede ſuâ*, & que cil qui vint à Veſpres, & cil qui vint du matin, ne fait à leur intention. Et tels argumens que fait le Chancelier ne ſont que Argumens *ad nomina*, & ſi n'eurent point de ſalaire les Ouuriers iuſques apres l'œuure fait, & le Chancelier veut auoir auant, & ne prend-on rien à Orleans en tel cas, & s'en prend aucune choſe ailleurs, c'eſt mal prins. A ce que dit le Chancelier que Iean Andry tient en matiere *de Magiſtris*, que on peut prendre ſalaire *ratione priuati examinis*, c'eſt à entendre de ce que les Bacheliers dépendent en vin, buſches, épices en l'examen, & volontairement, & ſi le font les Bacheliers pour eux. Et ſe en Droit Canon à Paris, le premier Docteur eſlit le Bachelier qui vient, & le ſecond apres, *& ſic de aliis*, c'eſt pour l'honneur, & pour ce n'eſt fait aucun preiudice à vn tiers, *ſecus*, au cas preſent. Et ſe le Chancelier a petits fruits, à cauſe de ſon Benefice, qu'il en reſtraigne ſon eſtat, ou laiſſe ſon Benefice. Et nous veons que vn Confeſſeur a plus grand' peine à oüyr confeſſions, & ſi ne peut aucune choſe exiger. Et ſouloit anciennement le Chancelier auoir ſes deſpens en l'Hoſtel de l'Eueſque. Et ſuppoſé que la Chancelerie ne vauſiſt aucune choſe, ſi eſt tenu le Chãcelier faire les Licentiez, & dient que le Chãcelier precedant le Chancelier qui eſt à preſent, faiſoit iurer ceux qui portoient les ſignets, qui ne exigeroient ou ne demanderoient aucune choſe. Et vne fois vn Bachelier luy enuoya argent, mais il en renuoya la moitié : & ſi ne ſçauoit rien l'Vniuerſité de ces choſes, car il ſe faiſoit ſi ſecretement, que ces deux demeuraſſent enſemble, l'y en enuoyaſt ce qu'il vouliſt au Chancelier ſi ſecretement, que ſon Conſeigne n'en ſceuſt rien, & ſe faiſoit cela clandeſtinement, que ly vn ne ſçauoit rien de l'aultre, & telle clandeſtineté *nihil operatur*, & de tant que ont a plus vſé au contraire c'eſt plus grand abus, & ſeroit contre le ferment

ment du Chancelier, *& incurrere perjurium*, *ergo* non receuable.

A ce que dit le Chancelier, que quand en a enuoyé le ſignet, le Bachelier eſt ſeur *de licentia*, & lors paye au Chancelier ce qui demande. Dient ceux de l'Vniuerſité que par ce appert que leurs concluſions leur doiuent eſtre faites, car puiſque il doibt enuoyer franchement le ſignet, & apres franchement licentier; il s'enſuit neceſſairement que leurs couclusions leur doiuent eſtre faites. Et ſe il doibt aucune choſe auoir des Bacheliers, ſe l'enuoye querir apres la licence, entant qui touche la ſcedule qui eſtoit ſcellée du Scéel du Doyen de la Faculté de Theologie, & fut déchirée par le Chancelier. Dient qu'il ne la deuſt pas auoir déchirée ſi depiteuſement qui fiſt, meſmement qui diſoient en leur ſcedule qui ne vouloient pas arter le Chancelier plus qu'ils deuoient.

A ce qui dit qu'ils auoient fait iurer les Bacheliers, qui ne bailleroient aucune choſe, & que pour ce leur auoient oſté leur franche faculté, dient que les Bacheliers iurent ſelon la teneur des Statuts, qui ne bailleront aucune choſe *pro licentia obtinenda*, & auſſi dit le Chancelier qui n'en veut rien auoir, & n'ont pas iuré qu'ils ne bailleroient rien *pro pœnâ & labore*, ſi n'en peut douloir le Chancelier. Et conſideré que les Bacheliers auoient la faculté de donner, ou de non donner, & ils ont iuré de non donner, leur ſerment vaut. Et ne ſe peut douloir le Chancelier, que la faculté de dooner ſoit oſtée aux Bacheliers, comme en ſemblable cas *liberum eſt dare vel non dare Presbytero pro Confeſſionibus*, iure qui ne donra rien, le Preſtre ne ſe peut douloir que l'on ait oſté la franche volenté de donner. Dient que le Chancelier a baillé articles deuant le Pape, qui peult librement recepuoir *munuſculum*, *non exigere*, ſi ne fait à recepuoir à dire que vn Bachelier doit bailler du mains iuſques à dix francs, puiſque vne fois il a confeſſé en iugement de recepuoir *munuſculum*, ſans declarer aucuoe ſomme; Et ſi eſt faite la Confeſſion *inter eaſdem perſonas*, & en verité en don ou preſtation volontaire, on ne peut acquerir poſſeſſion ne preſcription, *etiam* par 100. ans, combien qne la Loy ou la matiere traittée fuſt conſeillée, que qui veult eſchiuer debat donne vn en chapons, & l'aultre auec vin, ou aultre choſe, & ſi ne ſont pas dix francs que le Chancelier veut auoir le *munuſculum*. Et conſideré que le Chancelier a vne fois dit deuant le Pape qui peut receuoir *munuſculum*, qui eſt choſe incertaine, il n'a pû acquerir poſſeſſion, car promeſſe de choſe incertaine ne vauldroit rien de Droit Eſcrit, & ne pourroit le Chancelier acquerir petitoire en cette matiere, oon feroit-il donc poſſeſſoire, & que quand il a eſté ceans, & il a trouué que ce qui maintenoit *dē munuſculo*, ne ſe pouuoit ſouſtenir, il a pris cette couleur *de pœna & labore*, & appert que choſe que die le Chancelier, ne ſont que choſes controuuées, car il maintient auoir dix francs, & l'an ſoixante il n'eſtoit encore aucuns francs, que auoit-il parauant, & ſe il dit dix liures pariſis ou tournois, il euſt plus grand' couleur, & ne pourroit prouuer le Chancelier ce qui maintient, & pluſieurs n'ont voulu payer pour doubte de conſcience. Et n'eſt pas fondé le Chancelier de Droit commun, mais n'a aucun fondement en cette matiere, mais eſt l'Vniuerſité fondée de Droit commun. Et ſoit conſideré ce que l'on fait és autres Facultez, où l'on ne paye aucune choſe.

Quant au procez de Cour de Rome, diſent que le Chancelier, ne fait à receuoir à s'en ayder affin de non receuoir, ſe il n'en fait prompte foy. Et outre dient que le Chancelier a fait pluſieurs abus par conuenances & autremenr. Et affin qu'il en fuſt puny, ils ont baillé vne ſupplication au Pape par la maniere de ſupplication, en denonçant non pas qu'ils ne voulſiſſent faire parties, & le Pape a commis la cauſe à deux Cardinaux, pour ſçauoir la verité des faits. La beſongne a eſté commiſe au Cardinal de Laon, & pareillement a baillé le Chancelier articles pour faire information de ſon innocence. Vray que il eſt en appel contre aucuns ſingulierement, & a obtenu Lettres que aucunes choſes ne ſoient innouées, & de reparer les attentats; mais ailleurs n'a point de procés de ce dont il eſt debat ceans. Et ſe vn pays conſtituë vn Procureur pour dénoncer au Seigneur ſon Iuge eſtre corrompu, il ne pourroit aucune choſe prendre pendant le procés, non doibt faire le Chancelier au cas preſent. Et

ne confeſſent pas ceux de l'Vniuerſité que le Chancelier puiſſe aucune choſe pranre, ne ſa poſſeſſion, ſe ils nnt baillé ſupplication au Pape, & nncques mais n'eſt parlé en jugement de cette matiere fors mainrenant, & de droit intenté, reuendicatinn, ne confeſſe pas poſſeſſeur le Defenſeur, *quia contra colonum qui non poſſidet, competit reuendicatio.* Et ſe partie dit que par le ſtyl de ceans, partie qui intente petitnire confeſſe ſa partie poſſeſſnire, dient ceux de l'Vniuerſité, qui n'ont point ceans baillé de libelle petiroire, mais en Cnur de Rnme où il n'a point de tel ſtyl de ceans, mais y vſe l'on de Droit-Eſcrit, & le libelle baillié, illec il n'aura pas tel proffit que ſe il eſtnit baillié ceans, mais tel ſeulement que il auroit illec. Et outre ils ſe ſnnt doluz au Pape des abus & corruptelles; & ceans *de licentiá liberè obtinendà.* Et pour procés de Cour d'Egliſe le procés de ceans ne doit point ceſſer. Et combien que pour vn procés fait en Cour Souueraine, vn procés fait en Cour ſubjette doit ceſſer, la Cour de ceans eſt voiſine de la Cour de Rome, ſi appert qui ſont bien à recepuoir, non partie aduerſe. Et dient que les Bulles dont ils s'aident comprennent toute l'Vniuerſité, & toutes les Facultez.

Quant à la recreance, dient qu'ils ont les derrains exploits, & vouloient garder l'honneur du Chancelier & de la Chancelerie; mais en ce que le Chancelier demande, n'a point d'honneur, mais eſt corruptele, & ne dniuent iurer les Maiſtres au Chancelier, fnrs ſeulement de depnſer lnyaument des Bacheliers à licentier, & ſe ils iurent plus, *malè :* mais ſe garde le Chancelier qui a iuré les Bulles dont ceux de l'Vniuerſité s'aydent, & ſont fondez de tnut Droit commun, & de toute raiſon, & le Chancelier n'a aucuns exploits, mais vn abus clandeſtin.

CE iour Mardy ſixieſme de Feburier, & ſuppoſé qni fuſt ſi conſtant, que pour rien il ne voulſiſt eſtre corrompu, vn aultre Chancelier qui ſera apres ne ſera pas ſi conſtant, & ſi donne occaſion d'eſtre cornmpu, & feroit eſprés de mal, & pechernit qui dnnrnit aucune choſe. Et au premier Iubilé du Chancelier il aduint que vn Bachelier indigne fut preferé és Veſperies. Le Chancelier volt empeſchier le Licentié, ſi il n'auoit robes & argent, & le conuient faire ceſſer par les Eueſques de Genéve & de Lodéve. Et lors le Chancelier diſt, *Filius meus primogenitus me dehoneſtauit.* Dient qu'il y ot vn Carme Breton qui impetra Bulles pnur eſtre Maiſtre en Theologie. Nonobſtant les Bulles, les Maiſtres furént d'accord que ce Carme ne ſeroit point receu. Et neàntmoins le Chancelier fit faire marché auec le Carme qui ſeroit Licentié pour cent francs, dont il en bailla les quarante, & quand il ot le ſignet, il diſt *Neſcio vos*, & pour ce le Chancelier retient encore la Bulle. Vn autre Carme y nt appellé Maiſtre Bernard ſuffiſant & bnn Clerc, preſenté au Pape par le Chapitre General & Bullé; & ce nonobſtant le Chancelier ne le volt receuoir, iuſques à ce qu'il ot quarante francs; & quand nn luy en offrit trente, il diſt que IESVS-CHRIST fut vendu trente deniers. Et d'vn Iacnbin qui auoit Bulle, il ot vingt francs & vne qneuë de vin de Beauuetin. Et telles choſes ſont cnrrupteles & grands abus. Et combien que le Chancelier ne dnye faire licentier ſans les Maiſtres, neantmoins il en a fait au derrain Iubilé, au moins du conſentement de la mnure partie des Maiſtres. Et dient les Artians ce qu'ils ont dit cy-deſſus. Iurent qu'ils ne bailleront aucune choſe au Chancelier, aux Examinateurs & à leurs Familiers. Et ne vaur ponr le Chancelier que les Licentiez en Arts facent le ſerment, pource qui dit qu'il eſt contre luy, & pour ce ne peut eſtre maiſtriſé. Car iamais ne le ſeroient ſans faire ſi apres que cette couſtume n'eſt pas recenable, que les Bacheliers payent les deſpens du Chancelier, & auſſi tels deſpens ſont fairs pour l'honneur du Chancelier. Et combien que de ce autres ayent profits, le Chancelier n'en peut faire demande contre eux.

Quant à ce que le Chancelier demande *pro labore*, dient ou que le Chancelier dnit faire le Sermon & les aultres charges ou non. Se il le dnit, & il le fait, il ne peut aucune choſe demander. Et ſe il ne le doit faire, il ne doit aucune choſe

auoir. Et en verité il ne conuient ja faire Sermon, mais ſuffit la Beneiſſon. Et l'examen que fait le Chancelier, n'eſt pas pour les Bacheliers, mais pour luy meſme, affin qu'il ſoit inſtruit *de ſcientia & moribus* pour appaiſer ſa conſcience & pour faire ſon Iugement. Et pourra le Chancelier examiner *ſuper vita & moribus* d'aucun Bachelier, teſmoins ſes haineurs, dont le Chancelier n'en ſçaura rien. Et pour ce ſera detraict à la bonne renommée du Bachelier qui payaſt tels deſpens, nuls ne le diront ſe le Chancelier examinaſt teſmoings à la requeſte du Bachelier. Ce que dit le Chancelier, peut auoir couleur & eſt le Chancelier debteur de donner la Sentence libre, ſi n'en doit aucune choſe receuoir, ſi comme s'aucuns diſoit à vn Iuge, *Donnez pour moy ou contre moy Sentence, Iuge* & ie vous donray 100. francs, combienque ne face point de mal de donner ſa Sentence, toutefois il n'en doit aucune choſe receuoir *Quia debitor eſt Iuſtitiæ.* Et en parlent les Iuifs en diſant *les Grands Rabis vendent Lettre & Science*, & ſeroit empeſcher les œuures de Charité, & le bien public. Car les pauures n'auroient dequoy payer, & les Riches pourroient eſtre ſi eſchars qui ne voudroient aucune choſe bailler, & par ce aucuns ne ſeroient licentiez. Et eſt contre bonnes mœurs. Et conſideré que on ne doit aucune choſe prendre *pro re ſpirituali*, non fait on *pro acceſſorio*, mais eſt ſymoniaque. Et quelque choſe que dit le Chancelier, ce qui veut auoir, eſt *pro licentia obtinendâ*, & non pas *pro pœnâ & laboro*, & ne doit pas eſtre plus dampnée, ne de pejeure condition cette noble Faculté de Theologie que les autres Facultés qui ne payent rien. Et en verité il y a plus grand' peine à faire les Licentiez en Arts que les Licentiez en Theologie, car il conuient querir Tempteurs aux deſpens du Chancelier. Et ſi ſont les Theologiens les plus pauures, car ils n'ont point de pratique; & leur ſemble que ce que le Chancelier veut auoir *eſt Simoniacum*; & tout le contraire, *eſt hæreticum*, & appert par deux Bulles que le Chancelier ne doit aucune choſe auoir. Et puis qu'il ne peut aucune choſe auoir *pro licentia*, non fait-il *pro pœna & labore*. Et la ſuſdite Bulle parle ſimplement, & de droit Diuin, Canon & Ciuil le Chancelier ne peut aucune choſe prendre aprés la Decretale du Chancelier de Noſtre-Dame & conſideré que de Droit, comme dit eſt, le Chancelier ne peut aucune choſe receuoir. Et aprés le Pape le defend encore par Bulle, il appert que le Chancelier ne peut rien prendre, ou autrement la Bulle n'adjouſteroit aucune choſe nouuelle, *niſi ſub quocunque prætextu* ledit Chancelier ne pouuoit aucune choſe prendre ou receuoir. Et ne ſe peut aſſeoir couſtume au contraire, car elle induiroit peché.

A ce que dit le Chancelier qu'vn Docteur ou vn Maiſtre peut receuoir de ſes Eſcholiers ſalaire *pro pœna & labore*, dient ceux de l'Vniuerſité que *Iuris eſt*, & de droit *exigere poſſunt* & ne prennent rien à Paris les Docteurs en Decret. Et s'y a difference de ceux qui liſent au matin. Quant à l'adjonction du Procureur du Roy dient que la raiſon de partie aduerſe n'eſt pas ſouffiſant pour auoir le Procureur du Roy ſe ſa raiſon procedoit touſiours, toutefois qui ſeroit en debat des rentes d'vne Prebende qui pourroit cheoir en Regale, le Procureur du Roy ſeroit adioint auec la partie qui ſeroit intereſt trop loing, & ſi ne ſont pas au Roy les fruits de la Chancelerie quand elle vacque en Regale, & eſt le Roy *Reſpublica* & cette matiere touche la choſe publique, & l'Vniuerſité fille du Roy. Quant à la Prouiſion, elle doit eſtre faite à ce qu'ils dient ſans caution en eſcriuant les noms des Bacheliers à licentier, ſi comme en matiere de peage. Et ſe le propos du Chancelier procedoit *pro pœna & labore* les Bons qui ſeroient receuz à la licence payeroient pour les mauuais qui ſeroient deboutez & ſi auroient plus donné de peine & de labour au Chancelier que les Bons; concluent qui facent à receuoir non le Chancelier, autrement comme deſſus.

Et pour ce que le Chancelier & ſon Aduocat ont dit que ceux de l'Vniuerſité ont parlé bien auant de cette matiere, en tant qu'ils ont dit que ce que le Chancelier veut auoir *eſt Simoniacum*, & dire le contraire *eſt hæreticum*, & pour ce l'Aduocat faiſoit doute de Duplique, La Cour a dit à l'Aduocat qui die tout ce qui voudra Iudiciairement en cette matiere, & aucune choſe n'en ſera demandé au Chancelier ne à l'Aduocat pour l'Vniuerſité, & de ce a eſté aſſez

d'accord ladite Vniuerſité, & l'Aduocat a requis pour luy & pour le Chancelier ne monſtroit point le procez dont il s'ayde afin de non receuoir, & il a proteſté au contraire.

Du Lundy 12. Febvrier, le Chancelier de Noſtre-Dame duplique que ſon entention n'eſt pas aucune choſe auoir *pro licentiâ obtinendâ*, mais ſeulement *pro pœna & labore*, & dit que cette matiere chet en briefs termes, & dit que l'Egliſe de Noſtre-Dame de Paris eſt mere du Roy noſtre Sire, & recite comment il ſouloit tenir de mil à mil & cinq cens liures de rente en Benefices qu'il a perduës pour le Sciſme de l'Egliſe, & n'euſt pas le Chancelier accepté le Benefice s'il ne fuſt de plus grand profit que dit partie aduerſe. Et font faire ceſte complainte aucuns ſinguliers indignez de ce qu'ils n'ont pas eu ſi bons lieux en la licence qui vouloient.

Finablement parties oüyes au long en repliquant & dupliquant, Appointé eſt que les Parties eſcriront par maniere de memoire, & verra la Cour la Complainte, les Bulles & aultres lettres de Ceux de l'Vniuerſité, & commettra aucuns de la Cour pour parler au Cardinal de Laon du Procés de Cour de Rome; & metttont leſdites Parties deuers la Cour, tout ce dont ils ſe vouloient ayder en cette matiere, & eſcrirout leſdites Parties à toutes leurs fins, Playdoyez; Et tout conſideré la Cour fera droit.

Et neantmoins la Cour pour ce qui eſt enregiſtré & par les lettres des Parties prendra auis ſur la recreance & prouiſion des Bacheliers à licentier au meins ſur ladite prouiſion, & referue la Cour interroger le Recteur & les Maiſtres ſur aucuns points que bon ſemblera à la Cour touchant cette matiere, & ſe il eſt métier, il ordonnera ſus l'adjonction du Procureur du Roy.

1386. Anno 1386. menſe Decembri electus eſt in Rectorem M. Ioannes Morame: quo Rectore receptus eſt & admiſſus inter Pergamenarios & Librarios Iuratos Ioannes Monachi: quam in rem extant litteræ receptionis in Tabulario Vniuerſitatis hiſce characteribus notatæ D. 18. P. latæ 23. menſis Febr. ſubſignatæ I. Gorelli cum ſyngrapha, eandemque planè formulam continentes quâ hodie vtimur.

Eodem Rectore Ioannes Abbas San. Genoueſianus & Petrus de Alliaco actu Regens in Theologia & Magnus Magiſter Collegij Nauarrici Statuta quædam condiderunt pro Collegio de Hubanto, vulgo de l'*Aue Maria*, cuius erant Gubernatores primarij; quam in rem confectum eſt Inſtrumentum tale habens initium. *Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Ioannes permiſſione diuina Abbas Monaſterij S. Genoueſæ Pariſienſis, ad S. Sedem Apoſtolicam nullo medio pertinentis, & Petrus de Alliaco actu regens Pariſius in Facultate Theologiæ & Magiſter Collegij Campaniæ in Domino ſalutem.* Cum tam virtute litterarum Teſtamentariarum defuncti M. Ioannis de Hubanto quondam Clerici D. Regis Præſidentis in ſua Camera Inqueſtarum quàm aliarum litterarum antiquatum & Inſtrumentorum publicorum, nec non per litteras renunciatorias Reuerendorum Patrum DD. Prioris & Conuentus B. Mariæ Vallis viridis Ord. Cartuſienſis & Abbatis S. Victoris prope Pariſios diffuſè poteſt apparere, ad nos ſpectare & pertinere dignoſcatur omnimodè diſpoſitionem & regimen Collegij ſiue Domus per ipſum M. Ioannem pridem fundati, &c.

Eodem Rectore actum eſt de mittendo Rotulo ad Clementem, & delecti in ſingulis Nationibus & Facultatibus Compoſitores eiuſdem ſeu Irrotulatores, iiſque certum ſalarium attributum, & Nuncijs ſeu Portitoribus, à præſentibus & abſentibus exigendum, qua de re ſic legitur in Reg. Nationis Picardicæ.

Anno Domini 1386. 9. die menſis Martij hora Primarum B. Mariæ poſt Miſſam Nationis, Natione Picardorum ſufficienter vocatâ per Bedellum, vt moris eſt, apud S. Iulianum pauperem ad eligendum Inrotulatores Nationis pro Rotulo Vniuerſitatis, ad taxandum ſalarium ipſorum & Nuncij M. Girardi de Vſignyaco aliàs per Vniuerſitatem concluſi in Nuncium Nationis & præſentati in Congregatione Generali apud S. Maturinum Vniuerſitati per Procuratorem Nationis. Viſis quibuſdam aliàs inferius declarandis viâ ſcrutinij fuerunt electi Inrotulatores MM. Ioannes Motelli, Philippus Augi, Ioan.

Hougnart, Io. Buffeti; fuitque ſalarium Intotulatorum 4. Albi pro præſentibus, & 8. pro abſentibus. Salariumque prædicti Nuncij 16. ſolidi pro præſentibus & 32. ſol. pro abſentibus.

Eodem anno Hæreſis Wicleffiana, licet autore mortuo, plurimum inualuit, tantáque inſolentiâ, vt eiuſdem fautores ſpretis Eccleſiæ Prælatis eorumque mandatis eam publicè ſpargerent & prædicarent. Itaque Ioannes Cantuarienſis Archipræſul adſcitis Magiſtris Oxonienſibus & in conſilium aduocatis contra eos ſic ſtatuit.

Reuerendus in Chriſto Pater D. Ioannes Dei gratia Cantuarenſis Archiepiſcopus vltima die menſis April. Indictione 14. pro tribunali ſedens in Eccleſia B. Mariæ de Arcubus Londoniæ aſſidentibus ſibi venerabilibus Patribus DD. Oliuero Lincolnienſi, Godefrido Vigornienſi & Richardo Herfordenſi Epiſcopis, præſentibus etiam Officiali Curiæ Cantuar. & Cancellario Vniuerſitatis Oxonienſis cum quinque Archidiaconis, Doctoribus in vtroque Iure & alijs venerabilibus perſonis & multitudine copioſa infraſcriptos errores, quos de nouo audierat in ſua prouincia ſuſcitatos, tanquam hæreſes declarauit & pronunciauit eſſe damnatos in ſcriptis proferens ſub hac forma. Iſtos articulos infraſcriptos inter hæreſes damnatos in ſe & ſui ſimilibus numerandos eſſe credimus, & hæreticos cenſemus pertinaces eorum & omnium & cuiuſlibet defenſores. «

§. Art. 1. quod Corpus Chriſti mortuum nullam habuit formam ſubſtantialem eandem quam habuit viuum. «

§. Artic. 2. quod in morte fuit introducta noua forma ſubſtantialis & noua ſpecies vel natura, quamuis non nouâ aſſumptione vel vnione verborum copulata. Ex quo ſequitur quod Filius Dei non fuerit homo ſed alterius ſpeciei nominatæ. «

§. 3. Quod per nullam formam vel naturam de nouo introductam per mortem facta fuiſſet tranſſubſtantiatio Panis virtute verborum ſacramentalium, ſcilicet, *Hoc eſt Corpus meum*, ſi in triduo mortis facta fuiſſet conſecratio. «

§. 4. Quod modò, ſcilicet poſt reſurrectionem Chriſti in virtute verborum Sacramentalium conuertitur totus panis in totum Corpus Chriſti viuum. Ita quod materia Panis conuertitur in materiam Corporis Chriſti, & forma Panis conuertitur in formam Corporis, ſcilicet in id quod eſt anima Intellectiua, ſecundum quod Corporis eſt & dat eſſe corporeum. Et hoc virtute verborum Sacramentalium. «

§. 5. Identitatem fuiſſe numeralem Corporis Chriſti mortui cum eius corpore viuo tantummodo propter identitatem materiæ, diuiſionem interunitarum & habitudinis ipſarum ad animam intellectiuam quæ immortalis eſt. Inſuper eſſe identitatem numeralem Corporis viui & mortui ratione exiſtentiæ vtriuſque in eadem hypoſtaſi verbi. «

§. 6. Corpus cuiuſcunque ſancti vel hominis mortuum, antequam ſit per putredinem mutatum in auras vel elementa, non eſſe idem numero cum corpore eius viuo niſi ſecundum quid, videlicet ratione materiæ communis, ſicut ſunt vnum quæ inuicem tranſmutantur, vt caro & vermis & ratione accidentis communis, ſcilicet Quantitatis; ſimpliciter autem eſſe diuiſum corpus mortuum à viuo ſpecie & numero. «

§. 7. Quod qui vult ita docere, non tenetur in talibus fidem adbibere autoritati Papæ Gregorij vel Auguſtini & ſimilium, aut cuiuſcunque Magiſtri, ſed tantum Bibliæ & neceſſariæ rationi. «

§. 8. Eſt quod in homine eſt tantùm vna forma, ſcilicet anima rationalis, & nulla alia forma ſubſtantialis. Ex qua opinione ſequi videntur omnes hæreſes prædictæ. «

Leguntur apud Knygthonem alij errores numero 25. quos ijdem Hæretici licet ſæpius increpiti & damnati, nihilominus impune ſpargebant. «

1. Quod Papa modernus Vrbanus VI. non gerit vices B. Petri in terris, ſed eſt Filius Antichriſti; nec erat verus Papa à tempore Silueſtri. «

2. Item quod Papa non poteſt concedere aliquas indulgentias, nec Epiſco- «

» pi quicunque, & quod omnes confidentes in huiuſmodi indulgentijs, ſunt
» maledicti.

» 3. Item quod Papa non poteſt condere Canones, Decretales ſeu Conſtitu-
» tiones, & ſi quos condiderit, nullus tenetur eos obſeruare.

» 4. Item quod ex ſola cordis contritione deletur omne peccatum abſque
» oris confeſſione, nec requiritur oris confeſſio etiam vbi copia Sacerdotum ha-
» beri poterit.

» 5. Item quod imagines Crucifixi, B. Virginis aliorumque ſanctorum nullo
» modo ſunt venerandæ, imò ipſas vel picturas aliquas quomodolibet veneran-
» tes peccant & idololatriam committunt, & quod Deus non facit aliqua mira-
» cula per illas, & quod omnes facientes peregrinationes ad ipſas vel eas aliquo
» modo adorantes lumen vel alias deuotiones coram ipſis imaginibus exhibentes,
» ſunt maledicti.

» 6. Item quod non tenet neque ligat excommunicatio Papæ vel Epiſcopi.

» 7. Item quod non eſt ſupplicandum ſanctis orare pro viuentibus, nec di-
» cenda eſt Litania. Affirmant enim Deum omnia facere, ipſos nihil facere poſ-
» ſe quos ſanctos vocamus, ſed multos eorum prædicant eſſe in inferno quorum
» feſta celebrantur.

» 8. Item quod non eſt decimandum Rectori exiſtenti in peccato mortali.
» Nec oblationes aut donationes pecuniales ſunt faciendæ in purificationibus
» mulierum nec in celebrationibus Miſſarum pro defunctis.

» 9. Item quod Preſbyteri & Diaconi quicunque tenentur & debent Popu-
» lo publicè prædicare ratione Ordinis ſuſcepti, licet populum non habeant nec
» curam animarum.

» 10. Item quod Papa, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi,
» Decani, Officiales, vtique omnes perſonæ maiores Eccleſiæ ſunt maledicti.

» 11. Item quod nullus intrabit Regnum cœlorum niſi omnibus renunciaue-
» rit ea dando pauperibus, ſolum Deum ſequendo modo ipſorum.

» 12. Item quod vir vel mulier offerendo Sacerdoti denarium petendo pro
» ipſo Miſſam celebrari, tam ille quàm Sacerdos ſic recipiens ſunt maledicti.

» 13. Quod omnia inter Clericos debent eſſe communia.

» 14. Quod eſt contra ſacram ſcripturam quod Clerici habeant poſſeſſiones
» temporales.

» 15. Item quod diuina Officia non ſunt cantanda cum nota & quod Deus
» non delectatur in eiuſmodi Cantu.

» 16. Item quod non licet aliquo modo iurare.

» 17. Item quod illud quod fuit panis ante conſecrationem in Sacramento
» altaris, poſt Conſecrationem non eſt Corpus Chriſti, ſed ſignum rei non
» ipſa res.

» 18. Item quod quilibet Preſbyter exiſtens in peccato mortali, non conficit
» neque baptizat, nec confert aliquod Sacramentum.

» 19. Item quod non potius orandum eſt in Eccleſia quàm alibi.

» 20. Item quod feſta ſanctorum, ſcilicet Stephani, Laurentij, Margaretæ,
» Katherinæ & aliorum ſanctorum non ſunt colenda neque celebranda; eo quod
» neſcitur vt dicunt, vtrum ſunt damnati vel non: nec credendum eſt neque
» ſtandum eorum Canonizationi & approbationi dictorum ſanctorum factæ per
» Curiam Rom. in hac parte.

» 21. Item quod ſancta Trinitas nullo modo eſt figuranda, formanda nec de-
» pingenda in ea forma qua communiter depingitur per totam Eccleſiam.

» 22. Item quod nullus Rector vel Vicarius, aut Prælatus aliquis excuſatur à
» perſonali reſidentia facienda in ſuis Beneficijs, commorando in obſequijs Epiſ-
» coporum, Archiepiſcopi ſeu Papæ.

» 23. Item non licet Preſbytero locare operas ſuas.

» 24. Item quod Rectores & Vicarij non celebrantes, nec miniſtrantes Sa-
» cramenta Eccleſiaſtica etiam remouendi & alij loco eorum inſtituendi, quia
» indigni ſunt & diſſipatores bonorum Eccleſiæ.

» 25. Item quod viri Eccleſiaſtici non deberent tam validis incedere equis,
» nec vti tantis iocalibus, veſtibus pretioſis aut prandijs delicatis, ſed omnibus
»

renunciare & dare ea pauperibus, pedibuſque incedentes accipienteſque ba- «
culos in manibus formam pauperum ſuſcipientes alijs dando exempla per con- «
uerſationem. «

Ad comprimendam horum hominum inſolentiam Richardus Rex de conſilio Procerum litteras Patentes dat ad omnes Regni ſui Comitatus, iubetque per Inquiſitores libros Turbatorum iſtorum inueſtigari, & rebelles carceribus mancipari. Tales verò ſunt.

RICHARDVS Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ «
Dilectis ſibi M. Thomæ Bryghtvel in Theologia Doctori Decano Collegij «
noui operis Leiceſtriæ & Willielmo Cheſulden Præbendario Præbendæ eiuſ- «
dem Collegij: ac dilectis & fidelibus noſtris Richardo de Barove Cheualer & «
Roberto Langham ſalutem. Quia ex inſinuatione credibili certitudinaliter in- «
formatur, quod ex inſana doctrina Magiſtrorum Ioannis Wiclif dum vixit, Ni- «
colai Herforde, Ioan. Aſton & ſuorum ſequacium quamplures libri, libelli, cedu- «
læ, & quaterni hæreſes & errores manifeſtos continentes in fidei Catholicæ læ- «
ſionē & ſacræ doctrinæ derogationem expreſsè & palam & notoriè redundantes «
frequentius compilantur, publicantur, communicantur & conſcribuntur tam in «
Anglico quàm in Latino ac exinde opiniones nefariæ ſanæ doctrinæ contrarian- «
tes oriuntur & accreſcunt, ac manutenentur & prędicantur damnabiliter & ini- «
què in fidei Orthodoxæ eneruationem Eccleſiæque ſanctæ ſubuerſionem & ex «
conſequenti quod abſit quamplurium incredulitatem eorumque animarum pe- «
riculum manifeſtum. Nos zelo fidei Catholicæ cuius ſumus & eſſe volumus «
defenſores in omnibus vt tenemur, moti ſalubriter & inducti, nolentes huiuſ- «
modi hæreſes aut errores infra terminos noſtræ poteſtatis quatenus poterimus, «
oriri ſeu quomodolibet pullulare, aſſignamus vos coniunctim & diuiſim ad om- «
nes & ſingulos libros, libellos, cedulas, & quaternos huiuſmodi doctrinam «
dictorum Ioannis Nicolai, Ioannis & Sociorum ſequacium, ſeu opinionem ali- «
quam minus ſanam continentes vbicunque & in quorumcunque manibus, poſ- «
ſeſſione ſeu cuſtodia inueniri poterunt infra libertates vel extra inueſtigandos, «
capiendos & arreſtandos & penes conſilium noſtrum cum omni celeritate poſ- «
ſibili deferri faciendos, vt tunc ibidem de eiſdem ordinare valeamus, prout dę «
auiſamento Conſilij noſtri prædicti fore viderimus faciendum. Ac etiam ad «
proclamandum & ex parte noſtra firmiter inhibendum, ne quis cuiuſcunque «
ſtatus, gradus ſeu conditionis fuerit, ſub pœna impriſonamenti & foriſfacturæ «
omnium quæ nobis foriſfacere poterit, aliquas huiuſmodi prauas & nefarias «
opiniones manutenere, docere pertinaciterque defendere clam vel palam ſeu «
huiuſmodi libros, libellos, cedulas & quaternos detinere, ſcribere vel ſcribi fa- «
cere, aut emere vel vendere præſumat quouiſmodo; ſed omnes & ſingulos hu- «
iuſmodi libros, libellos, cedulas & quaternos ſecum habitos & inuentos ad «
mandatum veſtrum vobis reddat ſeu reddi faciat indilatè, & ad omnes illos «
quos poſt proclamationem & inhibitionem prædictas contrarium inueneritis «
facientes & huiuſmodi nefarias opiniones manutenentes coram vobis præfato «
Thoma Decano & Willielmo euocandos & diligenter examinandos, & cum «
inde legitimè conuicti fuerint, per Miniſtros noſtros proximis Priſonis com- «
mittendos, in eiſdem detinendos, quouſque à ſuis hæreſibus, erroribus, & «
prauis opinionibus reſipiſcant, ſeu nos pro deliberatione eorundem aliter du- «
xerimus ordinandum. Et ideo vobis mandamus quod circa præmiſſa cum om- «
ni diligentia & efficacia intendatis & ea faciatis & exequamini in forma prædi- «
cta. Damus autem tam vniuerſis & ſingulis viris Eccleſiaſticis quàm Viceco- «
mitibus, Maioribus, Bailliuis, Miniſtris, & alijs fidelibus & ſubditis noſtris «
tam infra libertates quàm extra tenore præſentium firmiter in Mandatis, quod «
vobis & cuilibet veſtrum in præmiſſis faciendis aſſiſtentes ſint, conſulentes & «
auxiliantes prout decet. In cuius rei teſtimonium has litteras noſtras fieri feci- «
mus patentes. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium 23. die Maij an. Regni «
noſtri vndecimo. «

Anno 1387. Quidam Cliens ſeu Virgifer Caſtelleti, nomine Richardus de 1387.
Metz ex Senatus decreto ſatisfecit, ſeu vt vocant, multam honorariam luit
Eccleſiæ Carmelitarum Plateæ Maubertinæ, quia duos inde Scholares qui ad

immunitatem & ſecuritatem Eccleſiæ debitam conſequendam illuc confugerant, violenter extraxerat. Ille igitur de Caſtelleto nudus lampadem manu geſtans per duos ſupremæ Curiæ Apparitores, ſeu vt vocant Oſtiarios deductus venit & læſæ Maieſtatis diuinæ damnatus publicè ſatisfecit. Ad cuius rei memoriam ſempiternam poſita eſt tabella in pronao Baſilicæ cum hac inſcriptione. *Hæc eſt repræſentatio emendæ honorabilis quam fecit Richardus de Metz Cliens in Caſtelleto Pariſius ex ordinatione per arreſtum Curiæ Parlamenti huic Eccleſiæ Prioriquę & toti Conuentui eiuſdem die Dominica hora 1. 19. Maij an. 1387. propterea quod dictus Richardus violenter extraxit de præſenti Eccleſia duos Scholares qui ad eam effugerant pro immunitate eius habenda. Ad quam quidem Eccleſiam prædictus Richardus pro dicta offenſa emendanda fuit adductus de prædicto Caſtelleto per duos Oſtiarios prædictæ Curiæ Parlamenti in ſtatu quo eius repræſentationem viſere poteſtis.*

Eodem anno Vniuerſitas de fidei negotio ſemper ſollicita, dolenſque miſerabili Schiſmate Eccleſiam diuelli, celebres Legatos ad Regem miſit, qui vias pacis conditioneſque proponerent, quarum vna erat, via Ceſſionis. Nec deſtitit apud vtrumque Pontificem agere de modo reducendæ vnionis. Clemens acceſſione Regnorum Aragoniæ & Nauarræ ad ſuas partes elatior factus, iamque cauſæ ſuæ bonitati fidens, vt cæterorum qui in partibus erant Vrbani, ſibi certiùs animos conciliaret, datis ad omnes Principes & Prælatos litteris, iuxta crebras eiuſdem Academiæ Pariſienſis admonitiones & exhortationes ſignificauit declarauitque ſe Concilij Generalis authoritati & definitioni libenter ſubmiſſurum imò ceſſurum, ſi ſic Eccleſiæ videretur expedire. Aſſerebat præterea pollicebaturque ſe, ſi confirmaretur, Vrbanum primæ notæ Cardinalem facturum; ſi verò cedere iuberetur, ſe in Vrbani poteſtate futurum. Ita plurimorum animos ſibi demeritus eſt; eoque magis, quod Vrbanus à multis ad idem faciendum inuitatus, facere detrectauit.

Condemnatio errorum M. Ioannis de Monteſono.

DVm ſic intendit Vniuerſitas Eccleſiaſticæ Paci, ecce in Scholis ſchiſma oritur. M. Ioannes de Monteſono Ordinis Prædicatorum ſub finem menſis Iunij an. prædicti nonnullas aſſertiones in aula S. Thomæ publicè propoſuit & propugnauit, piarum aurium offenſiuas; quarum nonnullæ pertinebant ad Trinitatem, aliæ ad Dei omnipotentiam, aliæ denique ad D. Virginis Conceptionem. Vnde Auditores compluresque Scholares ſcandalum paſſi, licentiam iſtam refrænandam eſſe putauerunt. Theologicæ Facultatis Decanum admonent, qui habitis Magiſtrorum & Baccalariorum Comitijs rem exponit quam acceperat, ſuppreſſo tamen nomine Autoris. Ijs aderat prædictus Ioannes de Monteſono, qui ſe indigitari ſatis intelligens, audacter profeſſus eſt, ſe nihil propoſuiſſe aut propugnaſſe niſi iuſſum & de conſilio Primariorum ſui Ordinis, propugnaturumque fortiter ad mortem vſque, ſi neceſſe ſit. Admonetur ſui officij, nec curat. Delegantur viri qui propoſitiones ipſius examinent: & de ijs & iterum ac tertio refertur; demum rogatur ipſe, vt errores ſuos emendare velit; Pollicetur, ſed ore tenus; emendationem verò exequitur nullatenus. Ergo Facultas Theſes caſtigat, Vniuerſitatis authoritate confirmari curat; atque ad M. Petrum de Ordeomonte Epiſcopum Pariſienſem, earundem condemnationem defert. Dies Ioanni dicitur non ſemel; ſed ille vadimonium obire negligit. Igitur Epiſcopus examinatis iterum Theſibus habitoque conſilio & factâ ſupplicatione ſolenni, eaſdem iuxta cenſuram Academiæ condemnat. Ille ab vtroque Tribunali, Academico & Epiſcopali ad Pontificium prouocat, ſeque protinus Auenionem confert ad Clementem. Accedit ad ipſius cauſam totus Ordo Dominicanorum, & in ea re S. Thomæ cauſam, nempe Doctrinam ab Eccleſia comprobatam & confirmatam agi vociferatur. En igitur bellum indicit Vniuerſitas Dominicanis, incerta euentus, certa propoſiti, nempe ſe paſſuram quidlibet potius, quàm vt ſe litterarum Profeſſionem exercente immaculata B. Virginis Conceptio ſcriptorum temeritate violetur, ſaltem à ſuis.

Mittit ergo Auenionem Legatos hos 4. inſignes, *MM. Petrum de Alliaco* Doctorem

Digitized by Google

Doctorem in Theol. Collegij Nauarrici Moderatorem, *Ægidium de Campis & Ioannem de Nouauilla* Bernarditas, Doctores item Theologos, & *Petrum de Alainvilla* Benedictinum in Iure Canonico Profeſſorem.

Hanc Hiſtoriam legimus apud Continuatorem Martini Poloni his verbis contextam.

Per idem tempus inimico homine ſatoreque zizaniæ Diabolo procurante« orta fuit diſcordia inter Vniuerſitatem Pariſienſem & Ordinem Prædicatorum,« cui & eius Suppoſitis multa impoſita ſunt tam per ipſam Vniuerſitatem quàm« alios plures ipſis æmulantes. Quorum occaſione ferè in toto Regno Franciæ« & præſertim in lingua Gallicana quamplurimi contra ipſos inſurrexerunt, mul-« tos ex ipſis captiuando, oblationes & eleemoſynas eis denegando, Prædica-« tiones verbi Dei, Propoſitiones, ac confeſſionum auditiones inhibendo *Dicta« etiam Vniuerſitas à ſe eos totaliter ſegregauit, ad Actus Scholaſticos ibi faciendos,« aut honores & Gradus recipiendos nedum non admiſit, ſed etiam impediuit.* In quibus« omnibus Fautores pauciſſimos, Perſecutores plurimos habuerunt, fueruntque« paſſi damna infinita nedum in perſonis ſed etiam in bonis. Ac vt de iniurijs, op-« probrijs & contumelijs, irriſionibus & detractionibus taceamus, pro tunc facti« fuerunt tanquam opprobrium hominum & abiectio plebis; durauitque tem-« peſtas huiuſmodi per plures annos nec fuit qui eos adiuuaret. Et hoc maximè,« quia qui eos perſequebantur, ſe B. Virgini ſatisfacere exiſtimabant, cui dictum« Ordinem & eius Suppoſita multimodè iniuriari & detrahere aſſerebant in eo« quod quaſi omnes ipſam aſſerunt & opinantur in peccato originali conceptam« fuiſſe: quod vtique fore erroneum & damnatum tales adſtruebant non obſtan-« tibus opinionibus multorum ſanctorum & Doctorum approbatorum contra-« rium opinantium. Quorum dicta quia quidam dictus Ioannes de Monteſono« de eodem Ordine nouiter in dicta Vniuerſitate Magiſtratus recitauit & vera« eſſe aſſeruit, requiſitus quod pro parte dictæ Vniuerſitatis ipſe dicta ſua huiuſ« modi tanquam falſa & erronea reuocaret, ſciant cuncti quod quia reuocare re-« cuſauit, per ipſam Vniuerſitatem contra ipſum fuit multimodè proceſſum.« Non tamen ad Actus Scholaſticos & alios conſuetos per dictam Vniuerſitatem« fuit de longo tempore poſt reſtitutus. O vtinam materia huiuſmodi nunquam« veniſſet in concertationem ſeu diſputationem virorum litteratorum nec alio-« rum, aut de ipſa in ſermonibus per eos mentio facta fuiſſet, cum potius huc vſ-« que multi ſuper ea curioſè ac ad ſui oſtentationem locuti fuerint, quàm ad ſa-« lutem ſeu profectum animarum. Exinde namque iſtud & alia ſcandala quam« plurima hactenus orta fuerunt, quæ ex taciturnitate minimè prouenifſent, nec« eo minus ſalus adhuc non intendentium contigiſſet, cum non ſit de Articulis« fidei, vt. . . . . ad vnam partem magis quàm ad aliam declinare. «

Sequitur additio alicuius Scriptoris qui tragœdiæ ſpectator fuit. Dubitans« ne Actor huius Chronicæ fuerit de dicto Ordine Prædicatorum in cuius Ordi« nis fauorem non cauſam dictæ diſcordiæ expreſſit, ſciant cuncti, quod veritas« ſic ſe habuit, quod dictus de Monteſono ex magna arrogantia & ex quadam« colluſione facta cum pluribus Magiſtris & alijs de dicto Ordine plures Quæſtio-« nes tangentes materiam Conceptionis B. Mariæ malè ſonantes & pias aures« offendentes ponere in Scholis & afferre non formidauit. Pluresque de dicto Or-« dine in diuerſis Ciuitatibus Regni Franciæ in ſuis ſermonibus & alijs Actibus« illo tunc plura nefanda turpia & inhoneſta de dicta B. Virgine & eius Conce-« ptione, quæ etiam de alijs mulieribus tanquam abominabilia tacenda forent,« ad ſui oſtentationem ſeu potius perniciem aſtruere non erubuerunt. Propter« quæ dicta Vniuerſitas cauſam B. Mariæ & veritatem ſemper defendens contra« tales & dictum Ordinem qui eos ſuſtinebat viriliter & debitè proceſſit. Hæc« autem poſui, quia eo tunc Pariſius præſens eram & ea in propria cognoui. Et« quia dictus Ordo in hoc ſibi fauere dicebatur, inde fuit ſuſcitata turbatio ſu-« pradicta, nec fuit remedium circa ſedationem eiuſdem niſi in dictis partibus« per dictum Ordinem fieret feſtum ſolenniter de dicta Conceptione; quodque« à cætero in Sermonibus, Collationibus & Diſputationibus inter ſuppoſita eiuſ-« dem de materia huiuſmodi taceretur, aut ad partem affirmatiuam nullo modo« deſcenderetur. Quibus obſeruatis & in facto deductis ceſſauit dicta ſeditio,«

„ & dictus Ordo quoad perſecutiones perſonales ſatis in pace remanſit.

Hæc ſummatim de iſta diſcordia, quæ Academicorum Dominicanorumque animos diu exercuit. Nunc ſigillatim placet Propoſitiones Ioannis earumque condemnationes proſequi, quæ tales ſunt in MS. Tractatu M. Petri de Alliaco.

1. Maior eſt vnio hypoſtatica in Chriſto quàm vnio trium perſonarum in Eſſentia increata. *Et iſta non condemnata eſt tanquam reuocanda, ſed ſolum dictum in Cedula Facultatis Theologiæ quod iſtam dicat ſe dixiſſe recitatiuè, nihil aſſerendo.*

2. Poſſibile eſt aliquam eſſe Creaturam puram quæ in puris naturalibus ita poſſet ſibi & homini mereri, ſicut anima Chriſti concurrente gratia habituali. Non eſt tamen aliqua poſſibilis, quæ ita conuenienter, congruenter & ſufficienter hominem poſſit redimere & ſaluare ſicut Chriſtus. *Iſta condemnatur reuocanda, tanquam falſa, malè ſonans & erronea.*

3. Aliqua pura Creatura rationalis poteſt in ſuis puris naturalibus beatificè Dei eſſentiam intueri. *Reuocanda eſt tanquam falſa, aliàs Pariſius damnata & tanquam in fide erronea.*

4. Aliqua pura Creatura eſt poſſibilis perfectior Chriſti anima in merendo, puta gratia animæ Chriſti. *Condemnatur reuocanda tanquam falſa, erronea, abſurda in Theologia & Philoſophia, & Theologicæ doctrinæ irriſiua.*

5. Videtur, quod talis Creatura ſi poneretur, eſſet ſimpliciter extra genus. *Reuocanda ſicut immediatè præcedens.*

6. Ponere aliquod Creatum vel aliqua Creata eſſe ſimpliciter & abſolutè neceſſe eſſe, non eſt in aliquo contra fidem. *Reuocanda tanquam falſa & malè ſonans in fide ſecundum communem modum loquendi Theologorum.*

7. Neceſſe eſſe non repugnat eſſe cauſatum. *Condemnatur reuocanda tanquam falſa & erronea in fide.*

8. Magis eſt conſonum fidei ponere aliquid citra primum eſſe abſolutè & ſimpliciter neceſſe eſſe, quàm ponere ipſum ſine aliqua additione eſſe neceſſe eſſe. *Condemnatur reuocanda tanquam falſa & erronea propter falſam & erroneam implicationem compoſitionis quam includit.*

9. Aſſerere aliquod verum quod eſt contra ſacram ſcripturam, eſt expreſſiſſimè contra fidem. *Condemnatur reuocanda tanquam falſa & iniurioſa Sanctis & Doctoribus, ſi eam intelligit vniuerſaliter, prout in probatione eius videtur prætendere.*

10. Non omnes præter Chriſtum contraxiſſe ab Adam peccatum originale eſt expreſsè contra fidem. *Condemnatur reuoc. nda tanquam falſa, ſcandaloſa, piarum aurium offenſiua & præſumptuoſè aſſerta non obſtante probabilitate Quæſtionis, vtrum B. Virgo fuerit in peccato Originali concepta.*

11. B. Mariam Virginem & Dei Genitricem non contraxiſſe peccatum originale eſt expreſsè contra fidem. *Reuocanda tanquam falſa, ſcandaloſa, præſumptuoſè aſſerta & piarum aurium offenſiua.*

12. Tantum eſt contra ſcripturam ſacram vnum hominem eſſe exemptum à peccato Originali prȩter Chriſtum, ſicut ſi decem homines ponerentur exempti. *Reuocanda tanquam falſa, ſcandaloſa, præſumptuoſè aſſerta & piarum aurium offenſiua.*

13. Magis eſt expreſſum contra ſcripturam ſacram B. Virginem non eſſe conceptam in peccato Originali quàm aſſerere ipſam fuiſſe ſimul beatam & viatricem ab inſtanti ſuæ Conceptionis vel ſanctificationis. *Condemnatur vt præcedens & reuocanda tanquam falſa, ſcandaloſa, præſumptuoſè aſſerta & piarum aurium offenſiua.*

14. & vltima. In expoſitione ſcripturæ ſacræ ſiue determinando per Eccleſiam, ſiue declarando per Doctores, ſiue excipiendo per quemcunque, de ſacra ſcriptura & non aliunde trahenda eſt determinatio, declaratio ſiue exceptio, ſicut in Grammatica quæ ponit regulas, in eadem exceptio reperitur. *Reuocanda tanquam falſa & erronea, ſi intelligatur quod exceptio vel expoſitio ſit trahenda expreſsè & explicitè ex ſcriptura ſacra & non aliunde, prout videtur prætendere; aliter regulam non eſſe ad propoſitum ſuum.*

Huicce Condemnationi non acquieuit Ioannes, imò nec poſtquam ab Vniuerſitate & ab Epiſcopo Pariſienſi confirmata eſt, ſed & cum ab Vniuerſitate

reſecationem & ab Epiſcopo fulmina ob contumaciam defugere ſe non poſſe videret, ſummum Pontificem appellauit; his præcipuè de cauſis. 1. Quia Vniuerſitas & Epiſcopus doctrinam S. Thomæ condemnauerant, non ſuam. 2. Quia ſic condemnare non erat Vniuerſitatis aut Epiſcopi, ſed ſolius ſummi Pontificis, quandoquidem prædicti Doctoris doctrina fuerat ab Eccleſia comprobata; proindeque aliquid attentare contra appellationem, erat incurrere crimen læſæ Sanctitatis Pontificiæ & Eccleſiaſticæ authoritatis.

Vniuerſitas, vt omnem à ſe aut inimicitiæ, aut præoccupati iudicij ſuſpicionem amoueret, de ordine quem in illa condemnatione tenuerat, voluit omnes certiores fieri datis hiſce circularibus, vt vocant, litteris.

Epiſtola Circularis Vniuerſitatis contra Dominicanos.

Vniuerſis Chriſti fidelibus, Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino. Et cum Phinées zelum fidei iugiter obtinere, & eorum qui nos anteceſſerunt hærere veſtigijs affectantes, & commiſſum Nobis agrum egregio volentes decorare cultu, curandum imprimis arbitramur, vt ſagaci vigilique operâ euellantur extirpenturque errorum frutices, vepres & tribuli, vt ſuperexcreſcentes quoque aridi atque inutiles nunc ſuperuacuarum, nunc peſtiferarum opinionum rami veritatis falce reſcindantur, quatenus perinde noſtro in agro ſelecta omnium ſalubrium dogmatum ſemina fertiliter pullulent, vt inſitæ in eo plantæ decoros percurrant ſalubris Doctrinæ flores, vberrimoſque veritatis gignant fructus, vt ad extremum odor eius tanquam odor agri pleni cui benedixit Dominus, vndique ſe diffundat. Hæc profeſſio noſtra, hic aſſiduus labor, hæ noſtræ ſunt inſomnes vigiliæ; ſed ecce nobis euenit quod ſub parabola agro ſuo contigiſſe ſummus Agricola conqueritur. In noſtri namque agri florentiſſima ac venuſtiſſima parte, vbi ſemen optimum ſatum erat, inimicus homo, & quod moleſtius ferendum eſt, inimicus filius, videlicet F. Ioannes de Monteſono Ordinis S. Dominici non veritus eſt zizania ſeminare, nec deformes hiſpidoſque peruerſiſſimorum dogmatum præſentibus annexorum tribulos inſerere formidauit. Tam cœca, tam audax, tamque præceps ſemper eſt in malo affectata temeritas, tam omnia contemnens elata inconſultaque præſumptio. Ij errorum frutices ne altius profundiuſque radices agerent, & darent ſimplicium pedibus offendiculum, Decanus ſingulique Theologicæ Facultatis Magiſtri, vt de more habent, obuiare curauerunt, & prædictum Ioannem ad ſe accerſitum primitus ſecundum Euangelicam Doctrinam ſecretè inter eos & charitatiuè, vt ab erratis reſipiſceret, monuerunt; ſed compertâ eius pertinaciâ quâ aſſerebat vſque ad mortem ſuas ſe defenſurum Concluſiones, ex iniuncto & non ſine magno, vt aiebat, conſilio poſitas, compertâ poſtmodum mendoſâ eius illuſione, die illo quo iureiurando pollicitus erat dicta ſua ad prædictæ Facultatis arbitrium retractare, minimè comparuit. Tandem poſt examinatam diligenter ac longiſſimo temporis tractu, rei veritatem, nedum per ſeipſos qui amplius quam 30. erant, ſed per ſuos etiam ſufficientiores Baccalarios, Euangelico parentes Conſilio dixerunt reliquis Trium Facultatum Suppoſitis tanquam fratribus ſuis, quos nihilo magis idem Ioannes audire curauit. Quamobrem prænominatæ Facultatis Theologicæ Magiſtri tribus alijs Facultatibus ſibi coaſſumptis & coadunatis annunciauerunt Eccleſiæ, Reuerendo ſcilicet in Chriſto Patri Epiſcopo Pariſ. Ordinario Iudici in hac parte, qui quàm maturo Conſilio, quàm librato Iudicio, quàm multiplici dierum interuallo, quàm obſeruatis in omnibus cerimonijs, quàm mitiſſimâ moderatione admonito repetitis vicibus Inquiſitore, aut eius vices gerente, vt ſibi adiungeretur, eoque aut renuente, aut diſſimulante proceſſerit, apud penè omnes Pariſienſis Diœceſis innotuiſſe putamus, & apud facti neſcios ſcripti ſuper hoc proceſſus id faciliter atque luculenter poterunt indicare. Hæc actorum per Nos ſumma eſt, Reliqua attingamus.

Satis ſuperque fuiſſe debuerat aduerſæ parti fallacijs & pernicioſiſſimis mendacijs Studium noſtrum repleuiſſe, nec non infractâ contumacique ceruice Ordinarium Iudicem ſuum, propriamque matrem contemptui habuiſſe, ſed finem modumque neſcit inchoata pertinaciter iniquitas. Ecce enim ad appellationem confugit, & eam quæ in refugium Innocentis cauſæ inſtituta eſt,

» niſus eſt ad ſuæ punitionis diffugium aſſumere. Cæterum ad Romanam Curiam
» & omnium aures eam incolentium, ſicuti fideli relatione didicimus, nunc aper-
» tiſſimis circunſonat mendacijs, nunc clandeſtinis ſuſurrationibus circunſtrepit,
» nunc ſeipſo conuicijs indigniſſimis in Nos noſtraque ſuppoſita ore ſpurciſſimo
» debacchatur, nunc excuſationes, nunc accuſationes ſine veritatis glutino con-
» fuſas inuoluit: & modò inuidiam allegat, modò rancorem, modò inconſultam
» præcipitatamque Iudicij ſententiam: iure quidem optimo, vt qui ſordidus eſt,
» ſordeſcat adhuc. Et ſi is qui in Deum & ſanctam ſanctarum Matrem eius te-
» merarius eſt, in homines reperiatur iniurius, quid mirum, quidve ſtupendum?
» Nihil quippe inſolitum agitur, antiqua res eſt, vt veritatis inopes falſitate ſe
» contegant. Et ô vtinam Conuiciator iſte noſter tam proximus eſſet veritatis
» agnitioni, quàm longè ab ijs ſumus vitijs quæ confingit; ferimus hæc leniter.
» Scimus equidem nondum adeo facilem contra Nos inualuiſſe credulitatem, vt
» talia de nobis ſuſpicentur apud graues præſertim & eos qui Nos moreſque no-
» ſtros agnouerunt. Sed opinatur fortaſſis degener hic viperinuſque filius Nos
» à perſecutione erroneæ aſſertionis ſuæ detinere per hanc appellationem vtri-
» que friuolam, perque Commiſſionem quam importuniſſimis extorſit menda-
» cijs, vigore cuius quoſlibet pro libito voluntatis citare ſibi, vt intelleximus,
» conceſſum eſt. At verò ſi ita ſperat, fallitur. Omnia profectò prius paſſuri ſumus
» incommoda, quàm inter Nos ſinamus hæreticam pullulare prauitatem: quan-
» quam ſane id quod in Nobis eſt, peregiſſe videri poſſumus, & poſſe videmur
» vlteriorem cauſæ deciſionem ex ſummi Pontificis officio nobis aliter non pro-
» ſequentibus expectare. Nam morem noſtrum duntaxat ab antiquiſſimo iu-
» giter obſeruatum ſecuti ſumus. Propoſitiones Iudicio quidem noſtro liquida ac
» ſolida veritate condemnandas ne apud Nos dogmatizentur, inhibendo, & ſub-
» ditos Iuratoſque noſtros ſi quas huiuſmodi dixerunt, ad retractandum compel-
» lendo. His omnibus accedit, quod non ſine magnâ admiratione nuper audi-
» uimus, Maiores nempe Ordinis S. Dominici, an totus Ordo, nondum ſcimus,
» adiuncti ſunt, huic propriæ Matris veritatiſque contemptori: ſub hac tamen
» proteſtatione ne quid de auditis omittamus, quod nonniſi propoſitiones veras,
» aut quæ B. Thomæ Doctrinam tangere poſſunt, proſequi intendunt. Qualis
» ſit hæc adiunctio & quanta, ne eam verſutam dixerimus, aliorum ſit Iudi-
» cium. Nos autem milleſies diximus, & vt videmus non ſufficit, qualiter S.
» Thomæ Doctrinam in dicta noſtra condemnatione nequaquam reprobamus:
» ſed hunc eiuſque fautores, doctrinam eius ad diſtortum fideique abſonum ſen-
» ſum adaptantes, aut vltra quàm fieri debet, contra eiuſdem Doctoris docu-
» mentum dilatantes condemnandos; audacter aſſerimus: hoc modo aduerſarijs
» impetimur, hoc modo vim patitur veritatis agnitio. Quocirca fururis quan-
» tum fas Nobis eſt, periculis ſalubri remedio obuiare cupientes, hanc commu-
» nem fidei, fideliumque omnium quam ſuſcepimus cauſam, in publicum dedu-
» cendam cenſuimus: Vt quemadmodum omnes tangit, ita communi omnium
» fauore proſequatur: & vt Iuſtitia noſtra & aduerſariorum irrationabilis con-
» queſtio omnibus innoteſcat. Adſit nunc igitur quiſquis eſt feruens fidei zela-
» tor, quiſquis verus Eccleſiæ filius, quiſquis denique pius noſtri, veritatiſque
» quam tenemus, amicus. Appellamus vos imprimis omnes & ſingulos Reueren-
» dos in Chriſto Patres in altis Eccleſiaſticarum Dignitatum ſedibus conſtitutos,
» Clerumque totum vocamus. Exhibete vos Nobis viros fauorabiles auxiliato-
» reſque in Synodis ac Sermonibus, alijſque factis publicis, cauſamque noſtram
» Iuſtiſſimam propalate, nullo pacto doctrinam hanc quam condemnauimus, va-
» riam ac peregrinam diuulgari, aut palam vel occultè dogmatizari permittite.
» Eiuſmodi Aſſertores, aut Promulgatores omni via rationabili compeſcendo;
» ſcientes quoniam ſecundum Apoſtolum, ſermo talis vt Cancer ſerpit, corrum-
» puntque bonos mores Colloquia praua. Iam venerabilis Capituli Pariſienſis ad-
» iunctio atque fauor impenſus, magnam Nobis ſpem dant afferuntque. Similiter
» faciant reliquarum Eccleſiarum Collegia, cauſæ quam tuemur, cognitâ di-
» gnitate, & ad ita faciendum exhortamur vos in Domino. Subditos verò Iura-
» toſque noſtros admonemus, & nihilominus diſtrictè requirimus, vt ſe nobis can-
» ſæque noſtræ adiungant & ſe adiunctores præbeant, quilibet ſecundum ſtatus

Digitized by Google

ſui qualitatem Magiſtri in deſcribendo opiniones ſuas ſuper condemnatis apud «
Nos articulis. Cæteri in conſulendo, notificando, ac reuelando quicquid cau- «
ſæ noſtræ fore ſciuerint opportunum. Omnes ad extremum fideles exhortamur «
in Domino, vt non aduerſariorum ſuſurrationibus aures præbeant faciles, ne «
in erroris præcipitium incidant, quin potius reprobatas per Nos propoſitiones «
pro erroneis habeant, niſi fortaſſis per Sedem Apoſtolicam aliter fuerit defini- «
tum, quod nec ſperamus, nec ſperandum fore quouis modo ſuſpicamur; ad «
hos fines hæc ſcribimus, ad has Concluſiones anhelamus Per hæc ſcripta. Va- «
lete in eo cuius cauſa agitur, Virginis glorioſæ Filio, & ſpem fiduciamque «
noſtram quam de vobis aſſumimus, fruſtrari nequaquam permittite. Et quod «
in vniuerſali dicimus, dictum ſibi ſigillatim quilibet arbitretur. Datum Pari- «
ſius in noſtra Congregatione Generali anno Domini 1387. die 14. menſis Febr. «
apud S. Mathurinum hora Primæ B. Mariæ ſuper hoc ſpecialiter celebrata, «
appoſitis noſtris ac præfatæ Facultatis Theologiæ ſigillis. «

Nihilominus ipſa Vniuerſitas ſuos Auenionem Legatos mittit, quos ſupra commemorauimus è Facultate Theologica de cuius cenſura agebatur. Ibique M. Petrus de Alliaco eorum Princeps & voce & ſcripto Matris ſuæ cauſam omnemque proceſſum incredibili animi vi rationumque pondere defendit. Voce quidem apud Pontificem & Conſiſtorium; ſcripto verò, contra Ioannem edito Tractatu, quo omnes eius rationes validiſſimè confutauit. Placet Propoſitiones eius apud Pontificem & Conſiſtorium factas, quia publicâ luce nondum donatæ ſunt, ad huiuſce hiſtoriæ elucidationem attexere.

Propoſitio coram Papa facta per M. Petrum de Alliaco contra Ioan. de Monteſono Ordinis FF. Prædicatorum.

P*Ater ſancte in nomine tuo ſerua eos quos dediſti mihi.* Scriptum eſt Ioan. 17. cap. Verba hæc P. B. vt optimè nouit S. V. verba ſunt illius, cuius vices geritis, D. Saluatoris, qui imminente ſuæ Paſſionis tempore pro Apoſtolis ſuis omnibuſque alijs in fidei ſuæ defenſione Apoſtolorum ſucceſſoribus ad Deum Patrem miſericorditer exorabat dicens. *Pater ſancte in nomine tuo*, &c. quos, inquam, dediſti ad fidei tuæ & legis Euangelicæ veritatem omnibus Gentibus promulgandam. Quos dediſti ad promulgatam iam atque plantatam fidem documentis ſalutaribus irrigandam. Quos præterea dediſti ad irrigatam & confirmatam fidei radicem ab errorum fruticibus defendendam. Seruæ igitur eos in fidei ſtabilitate confirmando, ne ab ea vnquam excidant. Serua eos in conſtantiſſima tuæ legis prædicatione confortando, ne quidquam timeant. Serua eos ad extremum in crudeli aduerſantium perſecutione, opem dando, ne ſuccumbant.

Talis olim apud Deum Patrem Chriſti oratio omnes qui etiam nunc fidem ſuam aut docent, aut defendunt efficaciter, commendauit; quod non modicam victoriæ fiduciam aduerſus eam, quam perſequimur erroris perfidiam nobis præſtat, ac etiam illis fidelibus veſtræ ſanctitatis Filijs qui Nos ſuis iuſſionibus obſequentes pro fidei defenſione ad eius ſanctitatis præſentiam deſtinarunt. Animoſiores ſiquidem eſſe debent atque ſecuriores omnes quicunque ſunt defenſores fidei, cum ille in cuius nomen omne genu flectitur, & cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, pro eis apud Patrem aſſiduis interpellet precibus dicens, *Pater ſancte in nomine tuo ſerua eos quos dediſti mihi.*

Sed poteſt aliter P. B. oratio hæc præaſſumpta noſtro propinquius propoſito ſub parabola introduci, ita vt verba hæc, verba ſint ipſius fidei orthodoxæ pro illis qui nos mittunt & qui ſuam agunt cauſam apud S. V. lachrimabiliter exorantis. Nulla enim alia mediatrix à nobis reperiri potuit quæ à S. V. libentius benigniuſque audiri debeat, nulla quæ celerius exaudiri, ſine qua hoc ſuum dignitatis culmen in terris neque in cœlis gloriam conſequi poteſtis ſempiternam; quoniam ipſa eſt ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. *Hebr. 11.* ſileamus igitur & aſſurgat fides atque pro nobis interpellet cauſamque ſuam exprimat & loquatur & à verbo propoſito exordium ſumat dicens. *P. S. in nomine tuo*, &c. audiat igitur fidem quiſquis ſe profitetur fidelem, ſed audiat ſingulariter lachrimabilem fidei querelam qui vniuerſalem fidelium regit Eccleſiam.

O igitur P. B. inquit fides, Ecquis erit malorum modus, quis terminus & ærumnarum erit? itane ſemper nequiſſima inquietudine cruciabor? & ſine defenſione hinc externis, hinc domeſticis vexabor inſultibus? En enim nondum ſæua tyrannicæ crudelitatis rabies me perſequi deſtiterat, & hoſtis ſurrexit domeſticus, eò nequior quò nulla eſt capitalior peſtis quàm familiaris inimicus, vt Boëtius ait. Ecce, inquam, ex clandeſtinis inſidiis magno ſuperboque apparatu contra me patenter inſurgitur, & quod in latebris & ſub tecto jamdudum hoſtilis improbitas machinata eſt, aperto nunc certamine nequiret contra me defendendam aſſumit ſatagitque totis viribus meos pugiles ſubjugare, nec quamcunque ſed robuſtiſſimam pugilum meorum aciem. Nec terretur ſuperba præſumptio illorum cohortem aggredi quæ teſtimonio Chriſti *terribilis eſt vt Caſtrorum acies ordinata*, illorum videlicet Catholicorum Doctorum quos tu P. S. dediſti mihi, quos tu inclytique prædeceſſores tui Summi olim Pontifices ad mei cuſtodiam omni cum ſolicitudine dedicaſtis, & quos inter omnes meos fore præclaros, ſtabiles atque perpetuos ordinaſtis defenſores. Quibus deuictis facilem triumphum de reliquis inimica impietas haberet facilemque reportaret victoriam. Heu triumphum, ſi ita foret, quod abſit, jugo omni plus horrendum; ſeu victoriam Eccleſiæ Chriſticoliſque omnibus nocituram; ſed vt hoc tantum nefas prohibeas fieri, Pater Sancte Serua eos quos dediſti mihi, ſerua igitur eos quos dediſti mihi ad veritatem Catholicam vbilibet terrarum & ſpecialiter in Eccleſia Gallicana, conſtantiſſimè ac victorioſiſſimè defendendam. Serua, inquam, eos inter quos nuper in humilis ac deuotæ filiæ Vniuerſitatis Pariſ. gremio feliciter ac ſuauiter quieſcebam, dum quidam dictus Fr. Ioannes Ord. FF. Prædicatorum de neſcio quo Monte-ſono, de Monte vtique ventoſo, ſono diſſono latrans me violenter irritauit, & me meos inter Domeſticos meis in Caſtris fraudulenter inuaſit atque peregrinis è partibus adueniens in illam quæ teſte Quintiliano & Hieronymo recitante ſola Monſtro caruit, Galliam Monſtrum horrendum, imò errorum Monſtra quamplurima pertinaciter inducere conatus eſt.

Dixit equidem & ibidem publicè aſſeruit in Deum & in Chriſtum Domini, ac in ſanctam Sanctorum Matrem eius opprobrioſa quædam & aduerſus veritatem Catholicam turgido ſpiritu, atque vt dici ſolet, plauo ore magnoque boatu errores varios dogmatizare præſumpſit. Sed hoc Auditores Pugiles mei ægro tulerunt animo, & inde repente turbati ſunt atque permoti non aliter quam ſi Matrem propriam ignominioſiſſimis contumeliis affici aſpexiſſent. Sed repreſſit zeli feruorem ac animi impetum ſeuera grauitas, & maturo præcedente conſilio aduocauerunt ad ſe præmemoratum fratrem, ipſumque charitatiuè vt ab erratis reſipiſceret, monuerunt. Ipſe verò Aſſertiones ſuas vſque ad mortem ſuſtinere & defendere proteſtans, obſtinatis verbis & factis Monitoribus & Correctoribus ſuis ſemel & pluries repugnauit, eos damnabiliter & contumaciter ſpreuit, ſpretos poſtmodum contumaciùs blaſphemauit, & importuniſſimis tandem mendaciis & aſſertionibus ſibi mutuò contrariis ac hæreſim manifeſtam ſapientibus, ipſos ſic ſpretos ac blaſphematos ad hanc Rom. Curiam coegit euocari. *Sed tu Pater ſancte in nomine tuo, &c.*

Dixi breuius quàm tanta res dici poſſit, multa in poſterum dicere reſeruans, prætermittens iterum multa Sanctitati tuæ notiſſima. Sed & propoſitiones dicti Fratris erroneas ac ſcandaloſas ſolidè & maturè condemnatas ad præſens non exprimo nec ſigillatim reprobo, & quod nulla earum ex dictis S. Thomæ de Aquino dogmatizanda ſit, quamvis poſſem oſtendere, nunc omitto. Non loquor quomodo frater iſte infra certum terminum aſſertiones prædictas pollicitus ſit retractare, & qualiter promiſſionem hanc effregerit; ſileo præterea proceſſus ab humili & deuoto S. T. filio Epiſcopo Pariſienſi contra eum habitos latamque iuſtiſſimè ſententiam. Linquo ad extremum dicere qualiter iſte frater in dictis ſuis ſemper variauerit, qualiter maledictis maledicta impudenter adiecerit, qualiter poſtremo ipſe de hæreſi ſuſpectus beniuolos Correctores ſuos damnabili impietate hæreticos vocauerit. Ingens certè eſt grauaminum & enormitatum cumulus, quas vt vides, breuitate coacta prætereo, majorem ſuper his audientiam poſtulans. Sed P. S. retinere omnino non poſſum hinc

admiratione hinc indignarione perurgentibus quâ fronte quove animo apud quamplurimos diffamantur illi qui meam hactenus cauſam, vt præmiſſum eſt, protegendam ſuſceperunt. Audiſti, æquiſſime Iudex, quamobrem id fecerint, quia videlicet ſuo periculo meo ſe obiecerunt diſcrimini. Ecce crimen, ecce ſcelus, ecce factum quo & inuidiæ & odij & ſeditionis & turbatæ tranquillitatis arguuntur. O Dei atque hominum fidem! ô Chriſtianæ Religionis pietatem! eóne res perduci potuit, vt velint quamplurimi viros ad mei tuitionem ſingulariter deputatos multas aſſertiones teſtibus etiam Aduerſariis pro magna parte ſcandaloſas atq; erroneas tranquillis animis audiuiſſe, & in mei ac meorum perniciem quaſi eiſdem fauerent & diſſimulando conſenrirent? ſub ſilentio præteriſſe. Cur ita eſt? vt pax omni bello crudelior haberetur. Vt præterea iſti bellum cum iniquitate non gererent, renuerentque Chriſtum imitari dicentem, *Non veni pacem mittere in terram ſed gladium.* Sanè incredibile mihi fuerat homines Chriſtianam Religionem profeſſos ſic delirare potuiſſe, vt hoc cogitarent aut dicerent. Incredibile erat hominum Chriſtianorum linguas ſic defenſores meos carpere ac diffamare, vt ſi poſſent eos etiam perdere molirentur. Verum nihil eſt hominum linguis liberius, nihil quod teſte Iacobo aut domari, aut frænari minus poſſit. Sed Tu P. B. Tu æquiſſime rerum Arbiter, apud quem Detractorum mendaciis mutari rerum veritas nequit per tuam Clementiam & per illam animi tui conſtantiam, altitudinem atque generoſitatem peto & ſuppliciter exoro, ne credulum te præbeas, néve vllam vel modicam maliciæ ſuſpicionem contra huius cauſæ meæ proſequutores aſſumas; alioqui de me actum eſt & perij. Repulſis enim Defenſoribus meis, vt aduerſariis ſuccumbam neceſſe eſt. Repellentur autem ſi tu ipſe quod abſit, eos oderis. Hinc iuſto timore, hinc tædio diſtricti, nec aliquid indignius eſt quàm vbi pro Reipub. atque mei tuitione mercedem reportare debuerant, ibi odij ſuſcipere detrimentum. *Malorum enim probatur extremum*, vt Cic. teſtatur, *inde detrimentum ſuſcipere vnde putabantur auxilia prouenire.* Sed hæc abſint & procul ſint à te P. B. digna eſt Clementia tua meliore hoſpite quàm falſo fictoque odio, quale tamen iſti inducere viis omnibus, etiam vbi minimè crederis, enituntur, vt ſic ſuum conſequantur optatum. Itaque forti conſtantique animo repugna & tales Obloquutores aut abiice, aut odi, aur corripe, atque æquo animo illos audias & exaudias pro quibus ab initio exoraui dicens *Pater ſancte, &c.* Sed qualiter eos ſeruabis, ſi forſan interrogas, tempus exigit vt ego ipſa reſpondeam. 1. Igitur ſerua eos, te ipſis Clementem, benignum atque fauorabilem exhibendo. 2. Serua eos publicam & ſolennem tuo in conſiſtorio audienriam concedendo. 3. Serua eos, breuem atque expeditam Iuſtitiam eiſdem auditis tribuendo. Hæc enim vno ore omnes requirunt, hæc petunt, hæc rogant, hæc ſupplicant, quæ ipſis etiam ſilentibus merentur obtinere. His itaque modis ſerua eos, ſerua inquam eos in nomine tuo; nihil ſiquidem aptius tuo nomini, nihil Clementi, nihil tuæ clementiæ poteſt decentius conuenire. Imprimis igitur ſerua eos, vt præmiſi, te ipſis Clementem exhibendo. Ipſos equidem mihi dediſti, vt mihi eſſent præcipui defenſores; incaſſum verò quis bona tribuit ſi non omne quod tribuit, ipſe cuſtodit, vt notat Gregor. in Regiſt. Eos itaque cuſtodias & illum quem habent ad me zelum ſuamque deuotionem fauore tuo foue. Hac enim in cauſa mihi, tibi atque Eccleſiæ ſponſæ tuæ veritatis ſolius intuitu dudum jam obſequuntur & ſeruiunt, eis verſa vice peto vt gratitudinem, beniuolentiam atque fauorem impendas. 2. Serua eos, publicam & ſolennem, &c. habuit illam moroſè atque diu ille peruerſæ doctrinæ peruerſus aſſertor, illam habeant veritatis Catholicæ defenſores. Illi conceſſa eſt, qui præſumptuoſiſſimus Iudicis ſui atque Matris propriæ non contemptor ſolum, ſed reprehenſor & accuſator extitit, illis concedatur qui tam impiè per eum, tam indignè tamque nequiter accuſari ſunt. Plus apud te valeat humilium filiorum pia deuotio atque ſupplicatio veritate fulcita, quàm vnius aut paucorum improbitas & importunitas infeſtiſſima, ſolis in mendaciis vires habens.

Ne quid verò te lateat P. S. dicam hic vnum quod ſentio. *Mirata eſt humilis ac deuota filia tua Pariſienſis Vniuerſitas quamobrem citata eſt, etiam Collegialiter præter ſolitum;* & cur non potius iſte Frater Pariſius remiſſus fuerit, ea quæ di-

xerat, retractaturus penſatis audientibus erroribus quos hic in tua Curia publicauit. Recogitabat hoc, dum ſibi in mentem venit velle te ipſam audire, & non ſolum ſcriptis, ſed viuis etiam vocibus, quæ vt Ieronymus ait, habent neſcio quid latentis energiæ, tuum Conſiſtorium tuamque Curiam velle rationabilius informari. Ecce enim, ecce jam Vicarie veritatis, Curia hæc tua fictis aduerſarij fautorumque ſuorum mendaciis repleta eſt, atque ſi poſſibile foret, infecta. Abductæ ſunt à veritatis tramite multorum mentes. Diffamata ſunt humilis & deuotæ filiæ tuæ Suppoſita eò liberius quò contra abſentes litigare perfacile eſt& infamationũ jacula projicere Sed omnia hæc& ſimilia, Pater Sanctiſſime, cõtrariis aſſertionibus euellenda erant & de animis hominum extirpanda. Idcirco citationem hanc ſuſpicata eſt humilis & deuota filia tua, vt præmiſſum eſt, conceſſam extitiſſe. Nuncios ſuos propterea ob tuam & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ reuerentiam non ſine magnis ſumptibus huc tranſmiſit, cum per Procuratorem vnum aut duos litigium ſi quod incidat, perſequi potuiſſet. Sed etiam vt hoc ageret, non mediocre impulſiuum fuit quod apud Cicer. Senecam & Auguſt. diuerſis quidem verbis, vna tamen ſententia reperitur. Nam, vt ait Cicero, *negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti.* Vnde etiam dici ſolet, *qui famam ſuam negligit, crudelis eſt.* Mouit enim illud Leonis Papæ Extr. de Hæreticis. *Qui alios, cum poteſt, ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat.* Igitur & famam propriam cuſtodire & proximorum ſalutem procurare quærentes propriis ſumptibus & ſuis ac ſuorum præſertim Nunciorum non pepercerunt periculis. Quod ſi radicatus eſt & fixus in aliquorum animis error adeo vt veritati aures claudant, aut ipſam cum defenſoribus ſuis irrideant, ipſi de ſalute ſua viderint, Tua verò humilis & deuota filia, quod ad ſe pertinet, ſuperabundanter fecerit & negligentia inculpabilis remaneat.

3. Serua eos, breuem & celerem, &c. Iſtud te pridem velle ex hoc conjecturam accipio, quod ad breuiſſimam diem iſti qui citati ſunt, comparere mandantur; quod affectare videtur accelerationis judicium, ſed tamen vt id ipſum diſtinctè & nominatim peterem, impulit me vox vna quam multi jam prædicant. Dixiſſe ſcilicet iſtum Fr. Ioannem ſe vltra decennium protelaturum eſſe bujuſmodi deciſionem. Præſumptuosè id quidem vt reliqua; vtinam & falsè. Vides P. B. qualiter ſi famæ creditur, ipſe Te Curiamque tuam totam ad nutum, & vt ita dixerim, ad manum ſe habere putat. Terminum ordinat, leges præſcribit, & quod maximum culpæ ſignum eſt, judicium fugit. Audiant, niſi prorſus obſurduerint iſte ſuique fautores Iuſtitiæ conſummationem impedire volentes; quod ſi maledictus eſt, qui facit opus Dei negligenter, vt Sapiens ait, ille ſanè malediсtiſſimus meritò, qui ne diligenter fiat, obicem ponit. Non ſic Tu, Pater Benedictiſſime, non ſic ſeueriſſime Iudex, *ſed occurre velociter, conſtanter apprehende arma & ſcutum & exurge in adiutorium mihi.* Venienti priuſquam deterius inualeſcat, medere morbo, ipſumque tuæ condemnationis ferramento confeſtim reſeca. Alioqui formidandum erit ne res in peius vergat; & quod Omnipotens auertat, in magnam totius corporis Eccleſiæ tranſeat perniciem. Nec dubium, quin huius cauſæ deciſionem aut deciſionis concluſionem differre, gignere ſit & nutrire Chriſticolis omnibus vberrimam ſcandalorum atque errorum materiam. Quamobrem nec cauſæ huius conditionem, nec humilis ac deuotæ filiæ tuæ quæ eam proſequitur, profeſſionem litigia decent, nec debent ſuperuacuis & diſpendioſis inuolui proceſſibus; nec diffugiis & cauillationibus noxiis, nec friuolis denique ambagibus protrahi, ſed bona fide, & vt vulgo dicitur, pleno negotio pertractari.

Pone igitur B. P. pone hæc coram oculis cordis tui, & his aliiſque pluribus diligenter attentis quæ breuitatis cauſâ prætereo; cauſam hanc breui deciſione proſequere & celeri fine conclude. Et ita ſanè facies ſi bene te moreſque tuos noui; præcipuum ſcilicet mei zelum, præcipuam erga Deum ac ſanctam Sanctorum Matrem eius deuotionem, præcipuam denique humilis & deuotæ filiæ tuæ Pariſienſis Vniuerſitatis dilectionem tuamque de ſuis vexationibus compaſſionem digniſſimam. Quæ omnia te habere prout tuis tuique Paſtoralis Officij

moribus

moribus conuenit, confidenter ſpero; & ſub hac ſpe manens Ego ipſa ſileo, ac orationi meæ finem impono.

Sic igitur P. B. ipſa fides ortodoxa, pro qua ad præcelſum hoc Cæſaris Tribunal euocati ſtamus vbi Aduerſarium veritatis oportet iudicari, ad Tribunal, inquam, Cæſaris ſto, vbi oportet ore iudicari, imò verò vbi te oportet iudicialiter condemnari. Sic, inquam, ipſa fides pro ſe & ſuæ cauſæ defenſione apud S. V. exorauit: cuius orationi veriſſimæ, & vt ipſa eſt, fideliſſimæ addere omnino nihil præſumpſimus; niſi quod ille qui deſuper abundanti gratiæ ſuæ plenitudine in hunc vos dignitatis apicem ſublimauit in terris, ita ſplendore ſuo veſtrum ſemper illuſtret intellectum, ita in bono affectum firmet, ita effectum dirigat agendaque confirmet, vt poſt hanc vitam verè mortalem vobis æterna & immortalis vita donetur, vobis verò atque vniuerſo Gregi veſtro pax ſancta & iugis tranquillitas habeatur. Quod ipſe præſtare dignetur qui viuit in ſecula ſeculorum, Amen.

Sequitur altera propoſitio ab eodem M. Petro facta in Conſiſtorio, quâ ſingulares facti circunſtantias proſequitur, nihilque ab Vniuerſitate in iis peccatum ptobat. Sic igitur ſe habet in prædicto MS.

Sequitur propoſitio facta in Conſiſtorio per eundem contra M. Ioan. de Monteſono.

Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. ſcriptum eſt Prouerb. 8. c B. P. cum omnimoda veſtræ Sanctitatis & huius ſacri Collegij reuerentia, vbi aſſunt Patres conſcripti Eccleſiæ Principes, Iudices terræ, Cardines orbis, de quibus Prophetice dictum eſt, *Domini ſunt Cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.* 1. Reg. 2 Nos veſtri & S. Matris Eccleſiæ humiles filij ex parte deuotiſſimæ filiæ veſtræ Venerabilis Vniuerſitatis Pariſienſis Studij pro cauſa fidei quam defendit, ad hanc veſtram Rom Curiam deſtinati, dum nunc ante thronum Iuſtitiæ, ante ſacrum huius Conſiſtorij Tribunal perſonaliter adſtamus, primitus Dei nomine inuocato cuius cauſa tractatur, 4. Proteſtationes neceſſarias habemus præmittere, & ad eas verbum propoſitum applicare.

1. Igitur pro veſtris humilibus filiis Vniuerſitatis prædictæ & pro nobis eorum Nunciis, qui ſuis in hac parte obſequimur mandatis & documentis innitimur, corde & ore vnanimiter proteſtamur, quod quidquid hactenus in hac cauſa per eos actum eſt, & quidquid in ea nunc vel aliàs pro eis acturi aut dicturi ſumus, totum correctioni & iudicio Sedis Apoſtolicæ & ſedentis in ea Summi Pontificis humiliter ſubmittimus, dicentes cum B. Ieronymo 24. q 1. *Hæc eſt fides, P. B. quam in Catholica Eccleſia didicimus, in qua ſi minus peritè aut parum cautè fortè aliquid poſitum eſt, emendari petimus à Te qui Petri fidem & ſedem tenes.* Non ignoramus enim, ſed firmiſſimè tenemus & nullatenus dubitamus, quod S. Sedes Apoſtolica eſt illa Cathedra Petri ſupra quam eodem Ieronymo teſte fundata eſt Eccleſia, vt habetur ead. Q. in l. *quondam vetus.* Et ſicut dicit Cyprianus 93. diſt. *Qui Cathedram.* De qua ſede in perſona Petri Apoſtoli in ea ſedentis dictum eſt, *Petre rogaui pro te vt non deficiat fides tua.* Luc. 22. Hæc eſt igitur ad quam determinatio fidei & approbatio veritatis Catholicæ ac hæreticæ impietatis deteſtatio maximè pertinet, ideoque conuenientiſſimè dicere poteſt verbum propoſitum. *Veritatem meditabitur guttur meum, &c.*

2. Proteſtamur quod contra honorem & reuerentiam ſancti Thomæ de Aquino aut Doctrinæ ipſius nihil omnino proponemus. Sed ſicut dicit Facultas Theologiæ, *ſalua in omnibus reuerentia Sancti huius, necnon doctrinæ ſuæ hanc cauſam fidei proſequimur.* Nam de hoc ſancto Confeſſore præmemorata Facultas aſſerit illud quod de B. Martyre Cypriano ab Auguſtino dictum eſt. *Ego*, inquit, *litteras Cypriani non vt Canonicas habeo, ſed eas ex Canonicis conſidero, & quod in eis diuinarum Scripturarum autoritati congruit, cum laude eius accipio.* Nec tamen ipſa injurioſum aut temerarium arbitratur illud quod ſequitur, dicere. *Quod autem ei non congruit, cum pace eius reſpuo.* Seruat ſiquidem in huius Sancti doctrina illam ſententiam Apoſtoli, quæ in aliorum opuſculis Doctorum juxta De-

cretum Gelaſij ſeruanda eſt, *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete*: vt habetur 15. diſt. c. S. Rom. Sic igitur huius Doctoris ſanctitatem veneramur & eius Doctrinam, quantum fides vel ratio patitur, tenendam cenſemus. Vnde in venerationis ſignum & honoris indicium ab eiſdem verbis quibus ipſe Summam ſuam contra Gentiles inchoat, huius cauſæ cui præmiſſa Doctrina ab aduerſarijs irrationabiliter opponitur, ac totius noſtri Sermonis ſumpſimus exordium. *Veritatem*, inquit, *Meditabitur*, &c.

3. Proteſtamur quod contra Fr. Ioannem de Monteſono Ordin. FF. Prædicatorum & ſacræ Theologiæ Profeſſorem (qui vtinam nec tam S. Ordinis, nec tam ſacræ Sapientiæ Profeſſor extitiſſet, cum tantæ confuſionis & tantæ inſipientiæ factus ſit Promotor) contra hunc, inquam, Fratrem animo iniuriandi nihil dicere intendimus, ſed ſolùm aduerſus illum illa proponere quæ ſunt ad cauſæ fidei & Catholicæ Iuſtitiæ fulcimentum, nec falſis & mendoſis, ac iniurioſis adinuentionibus cuiuſmodi ipſe aliàs in ſacro Conſiſtorio vſus eſt in hoc negotio, vti proponimus; quia nec huius negotij qualitas exigit, nec huius Auditorij permittit autoritas, nec profeſſionis noſtræ honeſtas patitur; Poſtremo nec eorum, quorum cauſam agimus, ſinceritas hoc expoſcit. Suum ergo fuerit cauſam ſuam quam veritate non potuit, falſitate tueri, ſuum fuerit veræ ſapientiæ Profeſſores accuſare, mendaciter & fallaciter criminari. Sic enim veritatis aduerſarij, vt Auguſtinus ait, *cum veritatem ipſam criminari, aut obſcurare non poſſunt, hos per quos prædicatur, inducunt in odium.* E contra verò noſtrum ſic pro veritatis defenſione odium ſpernere, noſtrum ſit ſpretâ aduerſantium perſecutione veritatem proſequi & impium mendacium deteſtari. Hoc eſt in Sapientiæ documentum, hoc eſt quod ipſa clamitat & in ſummis excelſiſque verticibus legitur dicens, *veritatem meditabitur guttur meum, &c.*

4. Et finaliter proteſtamur quod noſtro proprio, aut perſonali nomine nihil omnino in huius cauſæ proſecutione dicemus, ſed ſolum ex parte & illorum nomine qui nos mittunt. Ipſi enim ſunt quibus præmiſſa ſapientiæ verba conuenienter aptantur. Ipſi namque & ſpecialiter Facultatis Theologiæ Doctores per guttur & labia ſapientiæ congruentiſſimè deſignantur. In gutture ſiquidem in quo fit ciborum receptio & receptorum deguſtatio ſignificantur Doctores ſacræ Sapientiæ qui ſpiritualem cibum, id eſt diuinum verbum meditando ſuſcipiunt & ſuſcipiendo, ac deguſtando dijudicant, ſicut ſcriptum eſt, *Guttur eſcas guſtu dijudicat.* Iob. 34. c. In labijs verò quibus fit verbi formatio & expreſſio vocis intelliguntur Prædicatores Doctrinæ ſalutaris qui Diuinæ legis verba denunciant & verborum Sapientiam manifeſtant. De quibus dicitur, *in labijs ſapientis inuenitur Sapientia.* Prouerb. 10. Iſti ſunt ergo guttur & labia quibus Sapientia veritatis verba loquitur. Et licet, proh dolor, guttur Detractorum & labia Impiorum eis aduerſari non ceſſent, de quibus dictum eſt per Prophetam. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* Et iterum. *Venenum aſpidum ſub labijs eorum*, ipſi tamen à veritate ſeparari & à falſitate ſuperari nequeunt, ſed in meditatione veritatis Catholicæ & hæreticæ Impietatis deteſtatione eorum guttur & labia firma & perpetua conſtantia perſeuerant, ſicut ſcriptum eſt, *labium veritatis firmum erit in perpetuum*, Prouerb. 12. Sic igitur illa venerabilis Doctorum Vniuerſitas, per quam Sapientia mundum illuminat vniuerſum, illa multitudo Sapientum quæ teſte ſcriptura *ſanitas eſt Orbis terrarum*, Sap. 6. meritò dicere poteſt verbum ab exordio prælibatum. *Veritatem meditabitur*, &c.

His itaque præmiſſis quæ pro quadruplici proteſtatione ac ſimul pro quadrifaria noſtri thematis introductione breuitatis cauſa ſuſtinuit, ſciendum nobis eſt quod in Themate propoſito duo notantur officia Sapientiæ, ſiue duo Sapientiæ opera quibus correſpondent duo principales articuli pro noſtræ cauſæ iuſtificatione inferius declarandi; teſte ſiquidem Philoſopho duo ſunt opera Sapientis. Primum eſt *non mentiri de quibus nouit.* Secundum eſt *mentientem manifeſtare* poſſe. Et hæc duo notantur in Themate. Ad 1. enim pertinet cognitio veritatis & eius approbatio de quo dicitur, *veritatem meditabitur.* Ad 2. pertinet oſtenſio falſitatis & eius deteſtatio de quo ſequitur. *Et labia mea deteſtabuntur*, vnde conuenienter ad iſta duo principaliter declarandi ſunt articuli. Primus erit recitatio & approbatio 14. veritatum Partis iuſtæ quam nunc de-

fendimus. Secundus erit reprobatio & deteſtatio 14. falſitatum partis iniquæ cui reſiſtimus; ſic igitur introductioni & diuiſioni noſtri thematis finem ſtatuendo & ipſum applicando ad prædicta duo Sapientis opera per nos, quantum Deus dederit, proſequenda in perſona veſtræ ſapientis filiæ Vniuerſitatis prædictæ non immeritò concludi poteſt præmiſſum Sapientiæ verbum *Veritatem meditabitur.*

Nunc itaque P. B. primum ſuſcepti operis articulum iuxta præmiſſum ordinem exequentes aggredimur, in quo fiet recitatio & approbatio 14. veritatum partis iuſtæ quam nunc defendimus; vnde quia præmemoratus frater Ioannes de Monteſono, de monte, inquam, eminentis ſuperbiæ, ſono diſſonantis arrogantiæ intonans in Pariſienſi ſtudio 14. falſitates erroneas publicauit. Nos contra 14. veritates notorias, in quibus conſiſtit cauſæ noſtræ Iuſtitia, veſtræ Beatitudini & in hac Audientia coram qua præcipuè mentiri non licet, incunctanter aſſerimus.

Prima ergo veritas eſt, quod anno Domini 1387. ante menſem Iulij dictus Fr. Ioannes in Scholis FF. Prædicarorum Pariſius publicè dogmatizauit 14. Propoſitiones falſas, erroneas & plurimum ſcandaloſas; quarum quinque poſuit in ſuis Veſperijs, prout patuit ex certis cedulis per eum confeſſis; alias verò nouem poſuit in Quæſtione de Reſumpta, ſicut patuit ex Quaterno ſuo propria manu ſcripto. Et ibidem multa tunc arroganter aſſeruit, affirmans etiam quod illa dicebat ex iniuncto, nec ſine magno conſilio, quod ſi vellet, etiam ſilere non poſſet.

2. Eſt quod celebrata poſtmodum Congregatione ſolenni omnium Magiſtrorum in Theologia Pariſius inter quos Frater iſte præſens affuit, cum Theologicæ Facultatis Decanus cepiſſet quaſdam eius propoſitiones ſibi fideliter per Scholaſticos, qui ex eiſdem ſcandaliſati fuerant, ſcripto tenus exhibitas recitare, vix paucas expreſſerat, cum *dictus Frater qui nondum fuerat nominatus, ſui impatiens nec benè ſibi imperans ſe ad reſponſionem obtulit, dicens quod non oportebat eum ſilere; & quod iſtæ Concluſiones ab eo proceſſerant, ipſaſque vſque ad mortem ſuſtineret, iterum repetens eas non ſine magno conſilio poſuiſſe.*

3. Eſt, quod ad viſitandum prædictum Quaternum eius propria manu ſcriptum, & ex ordinatione dictæ Facultatis per eum exhibitum Deputati fuerunt ſex Magiſtri, 3. Religioſi & 3. Seculares; qui licet poſt longum examen eſſent in opinione concordes, tamen ſuam relationem ſuper hoc facere noluerunt, niſi darentur iterum alij ſex ex parte eiuſdem Facultatis, qui iterum cum alijs dictum Quaternum & quædam alia eius ſcripta per ipſum confeſſata diligentiſſimè viſitauerunt & diligenti viſitatione omnia ſcrutati ſunt.

4. Eſt quod non obſtante prædictorum 12. Magiſtrorum concordia, vt ſecurius & irreprehenſibilius ageretur, datæ fuerunt omnibus Magiſtris & pluribus Baccalarijs prædictæ Facultatis certæ Cedulæ antedictas Aſſertiones continentes, vt quilibet ſuam ſuper ijs opinionem ſcriberet: ex quibus cedulis per nouos iterum Deputatos recollectis & concordatis 27. Magiſtrorum tunc præſentium & deinde ſex ſuperuenientium opinionibus ſemper eas in mitiorem partem trahendo, Cedula illa quæ dicitur Facultatis Theologiæ confecta eſt.

5. Eſt quod prædicta Cedula per tot Deputatorum conſultationes ac dictæ Facultatis Congregationes varias ſic diligenter examinata & ſeruata in cauſa S. Thomæ & doctrinæ ſuæ reuerentia, prout ex eius prologo ſatis patet, ipſa exhibita fuit prædicto Fratri, vt iuxta formam ipſius dictas ſuas Aſſertiones quæ ſcandalum generauerunt, retractaret; qui iſta facturum intra certum diem promiſit, ſed ipſe promiſſum ſuum in hoc ſicut & in multis alijs violauit.

6. Eſt quod Facultas prædicta ſe ab eo ſpretam percipiens & illuſam, prædictæ Vniuerſitati nunciauit; eam in iuris ſubſidium requirens, vt in hac cauſa ſibi adiungeretur, ſupplicando: quod maturâ prius deliberatione habitâ conceſſum eſt.

7. Eſt quod poſtquam Vniuerſitas & Facultas antedictæ quod potuerant & debuerant, quantum in ipſis erat, perfecerant, nunciauerunt hæc omnia Reuerendo in Chriſto Patri D. Epiſcopo Pariſienſi Iudici Ordinario in hac parte, & præſentata eidem Cedula Facultatis prædictæ, ſibi, prout in ſimili-

bus caſibus fieri ſolitum eſt, requirendo ſupplicauerunt quatenus ſuper his vellet iudicialiter procedere.

8. Eſt quod ad hanc inſtantiam & requeſtam dictus Pariſ. Epiſcopus præcepit & præcipiendo mandauit, ne prædictus Frater qui adhuc Pariſius præſens erat, ab inde recederet, ſed ad certam diem tunc aſſignatam perſonaliter compareret reſponſurus in Aula Epiſcopali & coram dicto Epiſcopo ſuper his quæ obijcerentur eidem, qui ſic iudicialiter euocatus per ſe, aut per alium nullatenus ſufficienter comparuit, ideo pro prima vice contumaciæ pœnam incurrit.

9 Eſt quod iterum bina vice interpoſito debito temporis ſpatio dictus Frater citatus fuit nec comparuit; & ſic tertiò contumax reputatus eſt & excommunicatus.

10. Eſt quod licet his attentis idem Epiſcopus potuiſſet contra eum proferre ſententiam, tamen adhuc quarta vice & de ſuperabundanti præfato Reo aliam dietam aſſignauit; & interim longo temporis interuallo maturâ deliberatione habitâ cum peritis & præcipuè cum Theologiæ & Iuris Canonici Doctoribus, tandem in dicto termino licet multò grauiorem potuiſſet, tamen mitiorem protulit ſententiam, ordinando videlicet & præcipiendo quod dictæ Propoſitiones 14. ſub excommunicationis pœna non dogmatizarentur aut publicarentur Pariſius, & quod contra dictum Reum, ſi apprehendi poſſet, vlterius prout iuris eſſet, procederet.

11. Eſt *quod in dicto proceſſu coram D. Epiſcopo in omnibus ſemper admonitus fuit Inquiſitor Hæreticæ Prauitatis, aut eius Vices-gerens, vt ſe in hac cauſa iuxta formam iuris adiungeret, qui tamen pluries reuerenter vocatus comparere aut noluit, aut diſſimulauit.*

12. Quod tam dicta Facultas quàm Epiſcopus Pariſ. prædictas ordinationem ſuam & ſententiam ſemper Ordinationi S. Sedis Apoſtolicæ ſubmiſerunt & ſubmittunt.

13. Eſt quod dictus Fr. Ioannes contra præmiſſas veritates multa notoriè falſa aliàs in Conſiſtorio proponendo aſſeruit, & multa dixit iniurioſa contra dictos Epiſcopum & Magiſtros Theolog. Facultatis, & ſpecialiter eos Manichæos & hæreticos nominando, quod tamen ipſi in ſuis ordinationibus, vel ſententijs de eo non dixerant, nec aliquam ſuarum propoſitionum hæreticam nominauerant.

14. Eſt quod in dicto Conſiſtorio ipſe in dictis ſuis multipliciter variauit, quia alia & longè aliter quàm Pariſius dixerat, ibidem propoſuit, & etiam coram DD. Commiſſarijs alia exhibuit quàm in Conſiſtorio dixerat: & inſuper in querela ſua vel ſupplicatione ſuper qua citatio dictorum Epiſcopi & Vniuerſitatis ſubreptitiè impetrata eſt, multa manifeſtè poſuit & in eis ac ſpecialiter in quadam aſſertione quæ repugnantiam claudit & hæreſim continet implicitam, ſuam friuolam appellationem fundauit.

Hæ ſunt igitur 14. veritates P. B. quas hîc breuiter enunciatas nunc vlterius declarare non intendimus, quia ad alia declaranda noſtra ſe tenet intentio, ſed earum declarationem, ac iuſtificationem vſque in finem 2. articuli reſeruamus; vbi iam ex dictis & infra dicendis ac ex prædictis proceſſibus iuridicè confirmandis quædam elicientur concluſiones iuſtæ & rationabiles, pro quibus humiliter petendis, ac Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia efficaciter impetrandis ad veſtram ſumus Beatitudinem principaliter deſtinati. Sed vnum eſt B.P. quod nulla obſtante breuitate vel feſtinantia cogente veritate diutius ſilere nequimus, qualiter videlicet quàm falsè quàm fallaciter præmemoratus frater etiam in veſtræ Beatitudinis & veſtri Conſiſtorij præſentia affirmare non veritus eſt omnia quæ aduerſus eum acta ſunt ex paucorum vel duorum, aut trium hominum inuidia atque odio proceſſiſſe, adeo nihil falſitati inauſum eſt, adeo ſuam ſemper culpam in aliud transferre obſtinata præſumptio meditatur; ſed hoc falſo nihil falſius. Quanquam fingamus hoc verum eſſe, non ideo id ipſum ei ſuffragari deberet in hac potiſſimè cauſa in qua iuxta Senecæ ſententiam *non Quis dicit, ſed quid dicit, nec Quis proſequitur aut petit, ſed quàm iuſtum ſit id quod proſequitur aut petitur*, inſpiciendum eſt.

Porro B. P. quod de inuidia ab hoc veritatis aduerſario fallaciter allegatur,

non magnopere refellendum putamus. Exilis equidem, imò nulla penitus eſt hîc inuidiæ materia. Vulgatum enim eſt prouerbium. *Sola miſeria caret inuidia.* Miſeria autem nulla maior aut peior eſſe poteſt, quàm quæ in errore animi ſeruata eſt. Huius ergo viri miſerabiliter à via fidei aberrantis error miſerandus potiùs fuerat, ſi tamen ſui ipſius miſereri voluiſſet: ſed vt in 1. Confeſſ. lib. Auguſtinus confitetur, *Quid miſerius miſero non miſerante ſibi?* Itaque obſtinatâ ſui erroris miſeriâ nulla prorſus inuidia, ſed nec miſericordia, imò ſeueriſſima correctione digna eſt.

Cæterum quod ipſe de quorundam odio conqueritur, ſi æquo animo conſideretur, hoc allegaſſe pudebit: quomodo enim 3. aut paucorum, vt ipſe ait, odium tot varias diuerſorum hominum mentes excœcare potuiſſet & à recti iudicio dimouere? qualiter tot & tantæ litteraturæ, diſcretionis ac probitatis viros in vnam concordiam adunare? ſunt contra huius Fratris Aſſertiones multa millia veſtræ humilis ac deuotæ Vniuerſitatis Pariſ. Suppoſita, inter quæ plurimi ſunt Doctores & Baccalarij exercitati & edocti in Theologica Diſciplina. Sunt inſuper huius ſententiæ dictus Pariſ. Epiſcopus cum Capitulo Eccleſiæ ſuæ totuſque ſuæ Diœceſis Clerus & Populus. Sunt cum eis Conuentus Trium Ordinum Mendicantium Pariſius & aliarum plurium Diœceſium. Sunt poſtremo in hac concordia plurium Ciuitatum, Vniuerſitatum, & Collegiorum conſenſus. Et generaliter idipſum penè omnes ſentire videntur, ad quos huius cauſæ notitia propalatur. Cedat igitur deinceps veritas odio, ſi tantæ virtutis eſt ac tantarum virium odij virus, vt ipſum in paucorum hominum pectoribus latens iſtud efficere potuerit. Videtis ergo B. P. videtis iuſtiſſime rerum arbiter quàm falſa & friuola ſit hæc accuſatio. Videtis quod nec ex inuidia vel odio, ſed ex iuſtitiæ & veritatis amore illa communis animorum concordia proceſſerit. Videtis iam & experimento probatis, qualiter fictum huius fratris mendacium veto cedit; qualiter inſidioſa falſitatis machinamenta veritas vincit. Vnde cum Tullio exclamare libet. *O magna vis veritatis quæ contra omnium ingenia calliditatem, ſolertiam, contraque fictas omnium inſidias facile per ſe ipſam ſe defendit.* Et hæc de 1. art.

Iam verò ad ſecundum & principalem articulum progrediamur; in quo fiet reprobatio & deteſtatio 14. falſitatum partis aduerſæ cui reſiſtimus. Vnde poſtquam extirpata fuerint huiuſmodi falſitatum zizania, inde veritatum ſemina in agro Domini fructuoſius pullulabunt, ideoque eradicandæ ſunt penitus & radicitus extirpandæ illæ 14. propoſitiones falſæ, erroneæ & ſcandaloſæ, quas dictus frater, vt præmittitur, aſſeruit oſtendendo eas per ſæpè dictam Facultatem Theol. fuiſſe rationabiliter ac iuſtiſſimè condemnatas & reprobatas.

Hic autem artic. 4. partes principaliter continebit. Prima erit reprobatio 5 propoſitionum à dicto Fratre, vt prædictum eſt, in ſuis Veſperijs poſitarum; quæ ſunt in irreuerentiam Diuinitatis Chriſti & ſuæ humanitatis. Secunda erit reprobatio ſex aliarum ex Quæſtione de Reſumpta quæ ſonant irreuerentiam glorioſæ Virginis Matris. Tertia erit Reprobatio 3. aliarum propoſitionum ex eadem Quæſtione ſumptarum quæ aliquid aſſerunt de Creaturis, quod ſonare videtur irreuerentiam Creatoris. Quarta erit iuſtificatio proceſſuum occaſione dictarum propoſitionum factorum pro Concluſionibus iuridicis contra dictum Fratrem inferendis iudicialiter. Hoc autem prædicto ordine per nos 4. prædictæ Vniuerſitatis Nuncios proſequitur, quia ſic per eam ordinatum eſt & nobis impoſitum ex certis & rationabilibus cauſis ipſam mouentibus quas tamen breuitatis cauſa ſubticemus.

Quantum igitur ad primam partem antequam ad prædictarum quinque propoſitionum reprobationem procedam, probanda eſt quædam ſuppoſitio quæ in aliquibus dictarum & aliarum propoſitionum ſequentium condemnatione eſt neceſſariò prænotanda. Videlicet quod quamuis aliqua propoſitio vel Aſſertio poſſit habere aliquem ſenſum verum, tamen poteſt rationabiliter condemnari tanquam reuocanda propter alium ſenſum erroneum in ea vel in eius probatione intellectum. Et hoc ſuppoſito præambula & alia per me declaranda probabuntur tam rationibus quàm autoritatibus Sanctorum & Doctorum, & ſpecialiter ex dictis S. Thomæ de Aquino, vt ſic Aduerſarius qui eius Doctri-

nam ſequi ac defendere falsè & inaniter gloriatur, conuincatur euidentius & velut alter Goliat proprio gladio iuguletur.

1. Ergo dicta ſuppoſitio præambula ſic probatur. Quia omnis illa Aſſertio poteſt rationabiliter condemnari, ex qua poteſt ſequi corruptio fidei: ſed ex aliqua Aſſertione, licet poſſit habere aliquem ſenſum verum, propter alium ſenſum erroneum in ea vel in eius probatione intellectum ſequi poteſt corruptio fidei. igitur, &c. Iſta ratio fundatur in dictis S. Thomæ 2. 2. in quæſt. de Hæreſi, vbi exponendo illud dictum Ieronymi, *ex verbis prolatis inordinate fit hæreſis.* in ſolut. ad 2. Argum. dicit, quod ſi inordinata locutio circa ea quæ ſunt fidei, ſequi poteſt ex hoc corruptio fidei. Et ad hoc allegat autoritatem Leonis Papæ dicentis, *quia inimici Chriſti Crucis omnibus verbis noſtris inſidiantur & ſyllabis, nullam eis vel tenuem occaſionem demus.* Igitur propoſitum.

2. Probatur ex dictis eiuſdem S. Thomæ in 5. Quodlib. Quæ. circa Doctores. vbi in 2. art. quærit vtrum ſit ex doctrina alicuius Doctoris, alioqui reuocentur à meliori bono, ille teneatur ſuam doctrinam reuocare. Vnde ex eius Reſponſione, quam breuitatis cauſa non recito, clarè patet quod non ſolum doctrina in vno ſenſu falſa eſt reuocanda, ſed etiam licet ſit omnino vera, tamen quandoque propter incautam eius expreſſionem eſt exponenda & ad vtilitatem audientium retractanda, dicente Gregorio *incauta locutio in errorem pertrahit.*

3. Probatur dicta ſuppoſitio ex doctrina S. Auguſt. ex ſuo Retract. lib. vbi in prologo dicit, quod errata ſua reprehendit & quadam iudiciaria ſeueritate recenſet: & tamen conſtat quod in dicto libro multa retractanda exprimit quæ in aliquo ſenſu vera ſunt. Sicut patet lib. 1. cap. 1. 2. 3. vbi retractat & corrigit quod in libris ſuis fortunam nominauit, licet vt ipſe ait, *illa verba nulla Religio dicere prohibeat forte, forſitan, fortaſſe, fortuitu*, &c. & cauſam retractationis ſubdit dicens, *veruntamen pænitet me ſic illic nominaſſe* fortunam, *cum videam homines habere in peſſima conſuetudine, vt vbi dici debet, hoc Deus voluit, dicant hoc voluit fortuna.* Item eod. lib. c. 4. ex libro Soliloquiorum retractat illam ſententiam, *quod ad Sapientiæ coniunctionem non vna via peruenitur.* Vnde ſic ait. *Quod dixi ad Sapientiæ coniunctionem non vna via perueniri, non bene ſonat, quaſi alia via ſit præter Chriſtum qui dicit, Ego ſum via, vitanda ergo erat hæc offenſio aurium religioſarum, quamuis alia ſit illa vniuerſalis via; aliæ autem viæ de quibus in Pſal. canimus. Vias tuas Domine notas fac mihi*, &c. Ex quibus & alijs pluribus exemplis ex doctrina Aug. clarè patet, quod aliqua Aſſertio licet ſit in aliquo ſenſu vera, tamen propter alium ſenſum falſum quem poteſt generare in animo Auditoris, eſt meritò retractanda. Quare, &c.

4. Probatur propoſitum per exemplum ſumptum ex doctrina Eccleſiæ. Nam per Eccleſiam quandoque Aſſertio ambigua habens aliquem ſenſum Catholicum eſt damnata, imò quandoque Aſſertiones Contradictoriæ ſecundum vocem, per eam ſunt damnatæ; & ideo altera earum vel vtraque aliquem habet ſenſum Catholicum. Et hoc patet manifeſtè ex recitatione Iſidori lib. 6. Ethimol. c. 19. & habetur 24. q. 3. c. *Quidam autem.* Vbi narrat quod vtraque iſtarum *Deus creat mala, Deus non creat mala*, eſt hæreſis condemnata. Vnde Aſſertores, vtriuſque inter hæreticos enumerat dicens. Colitiani à quodam Colito nominati, qui dicunt Deum non facere mala contra illud quod ſcriptum eſt, *Ego Deus creans mala.* Floriani à Floriano, qui è contrario dicunt Deum creaſſe mala, contra hoc quod ſcriptum eſt, *fecit Deus omnia bona.* Ex quibus patet aſſumptum & per conſequens propoſitum ſuppoſitionis præambula.

Sequitur in eodem MS. Tractatus eiuſdem Vniuerſitatis iuſſu editus contra prædictum Ioannem Auenioni traditus Papæ & Cardinalibus, in 3. Capitula diuiſus. In 1. vt condemnatio iuſta & iuridicè facta videatur, docetur ad Epiſcopum & ad Facultatem Theologiæ, adeoque ad Vniuerſitatem pertinere Aſſertiones hæreticas vel in fide erroneas condemnare.

In 2. fuiſſe Aſſertiones prædicti Ioannis & legitimè à Facultate Theologiæ condemnatas. In 3. nec obſtare Doctrinam S. Thomæ, quominus iuſta ſit illarum Aſſertionum condemnatio. Hunc autem Tractatum erat in animo edere in lucem publicam, ſed quia paulò longior eſt, ne nimis excreſcat hoc noſtrum volumen, in aliud tempus differendum cenſuimus.

Cæterum vt abſoluamus litem iſtam, poſtquam diu ſerioque diſceptata eſt Auenioni p æſente Clemente VII. & in frequenti conſeſſu Cardinalium toto ferè anno 1388 confirmata eſt tandem à Pontifice Cenſura Pariſienſis, iuſſuſque Ioann. de Monteſono Pariſios redire & Vniuerſitatis correctioni ſeſe ſubmittere. Quod cum ille ſe facturum promiſiſſet, nocte ſequenti clam ſe ſubduxit, atque in Aragoniam, vnde oriundus erat, aufugit. Legati verò Academici ſummo omnium applauſu & acclamatione poſt reditum excepti ſunt, quod Academicum Decretum, vel potius B. Virginis cauſam fortiſſimè defendiſſent.

Verum neque idcirco Dominicani reſipuerunt aut ceſſarunt temerariè 1388.
eadem aſſerere quæ inceperant. Inter cæteros verò audacior paulò fuit Guillelmus de Valone Epiſcopus Ebroïcenſis, quia Regi à Confeſſionibus erat: ſed non plus illi quam toti Ordini parcitum eſt. Quippe Vniuerſitas Ordinem à ſuo conſortio abſcidit & reſecauit, eique omni prædicandi & Confeſſiones audiendi facultate interdici curauit. Epiſcopum verò coëgit palinodiam canere & veniam deprecari: quam Vniuerſitatis ſeueritatem non modò Rex approbauit, quin etiam ſtatuit ſe nunquam ex eo Ordine Confeſſarium accepturum. Nempe aſſeruerat ille & publicè ad populum dixerat ſe Ioannis de Monreſono doctrinam ad mortem vſque defenſurum. Vniuerſitatis ſententiam Victoriamque de qua gloriabatur, irridebat & contemnebat. Itaque Vniuerſitas apud Regem, quia Confeſſarius eius erat, per M. Petrum de Alliaco ſuum Oratorem tantâ vi tantoque ſententiarum pondere perorauit, vt Guillelmum præſente Rege & Proceribus coëgerit peruerſa dogmata abjurare. Vt patet ex hoc inſtrumento publico ſub finem anni 1388. confecto.

Epiſcopus Ebroïcenſis palinodiam canit.

In nomine Domini Amen. Nouerint Vniuerſi præſens Inſtrumentum pu- «
blicum inſpecturi, quod anno eiuſdem 1388. more Gallicano, Indictione 12. «
menſis Febr. die 17. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri «
D. Clementis Diuinâ Prouidentiâ Papæ VII. anno 11. coram illuſtriſſimo & «
excellentiſſimo Principe & Domino noſtro D. Carolo Dei gratiâ Francorum «
Rege in nobilium ac potentium DD. Ludouici Ducis Borboniæ, Petri de Na- «
uarre, Inguerram de Canciaco, Henrici de Barro, Olinerij de Cliſſon Con- «
neſtabularij Franciæ, Hugonis de Saluciis, ac Renerendorum in Chriſto Pa- «
trum ac DD. noſtrorum Bernardi Lingonenſis & Philippi Nouiomenſis Domi- «
ni noſtri Francorum Regis præfati Conſiliariorum: necnon plurium aliorum «
Dominorum, noſtrorumque Notariorum & publicorum ſubſcriptorum & te- «
ſtium infra nominatorum ad hæc vocatorum ſpecialirer & rogatorum præſen- «
tiâ, perſonaliter conſtituti venerabilis & circunſpectus vir M. Ioannes Man- «
ſon Rector Vniuerſitatis Pariſienſis, & Reuerendus in Chriſto Pater ac D. Fer- «
ricus Dei gratia Antiſſiodorenſis Epiſcopus, necnon venerabiles & diſcreti «
Profeſſores Galrerus Graſſi Decretorum Doctor, Ioan. Voignon Magiſter in «
Medicina, Michaël Præpoſiti Franciæ, Radulphus de Tilia Picardiæ, Nicol. «
Pitemen Normaniæ, & Ægidius de Inſaes Anglicanæ Nationum Procurato- «
res ab eadem Vniuerſitate in hac parte deputati & commiſſi, eidem Domino «
noſtro Regi per organum præfati M. Petri de Alliaco dixerunt & expoſuerunt, «
quod ipſi ad eundem Dominum noſtrum Regem ex parte dictæ Vniuerſitatis «
pro certis negotiis ipſam tangentibus & pro Reſponſione habendâ à Reuerendo «
Patre D. Guillelmo de Ordine Fratrum Prædicatorum ſeu Iacobitarum, nec- «
non præfati Domini noſtri Regis Confeſſore, Epiſcopo Ebroïcenſi de & ſuper «
quibuſdam falſis Concluſionibus tangentibus fidem per ipſum Epiſcopum «
Ebroïcenſem prolatis & dictis deſtinati fuerant, idcirco antequam ad alia nego- «
tia & facta prædictæ Vniuerſitatis, eidem Domino noſtro Regi, & in eius ac «
Conſilij ſui præſentiâ exponere habebant, procederent nomine dictæ Vniuerſi- «
tatis, dictum Epiſcopum Ebroïcenſem inſtanter requiſiuerunt præfati deputati «
per organum ſæpè dicti M. noſtri de Alliaco, quatenus in præſentiâ Domini no- «
ſtri Regis, & præfatorum DD. Deputatorum & omnium aliorum ibidem exi- «
ſtentium & præſenrium prædictas Concluſiones per ipſum prolatas & dictas «
tanquam malè & contra fidem & veritatem dictas & ſonanres reuocare vellet, «
prout facere tenebatur & aliàs eas reuocare promiſerat. Qui quidem Epiſco- «
pus Ebroïcenſis non coactus, non ſeductus, ſed propriâ ſuâ voluntate motus «

„ prædictas Concluſiones per ipſum, ſic vt præmittitur, prolatas & dictas reuocauit modo & formâ contentis in quadam papyrea ſcedula, quam ibidem altâ „ & intelligibili voce, de verbo ad verbum legit, cuius etiam tenor talis eſt. „ *Ego Guillelmus Ebroïcus Epiſcopus*, malè motus, inconſultè & malè informatus „ dixi has propoſitiones quæ ſequuntur. Et 1. quod Vniuerſitas Pariſienſis condemnauit illam propoſitionem, anima intellectiua eſt immortalis.

„ Item dixi quod propoſitiones aliquæ condemnatæ fuerunt per Vniuerſitatem, quæ ſunt veræ & Catholicæ, & quod auderem eas prædicare & dogmatiſare coram Rege & Papa aut aliàs vbicunque.

„ Item dum D. Epiſcopus Antiſſiodorenſis vltimatè propoſuit coram Rege, „ eadem repetij dicendo, hoc dixi & adhuc dico, & prædicarem coram Papa, & „ faciatis me conuenire quando volueritis & bene me defendam.

„ Item dixi quod ſicut 28. Magiſtri in Theologia Vniuerſitatis Pariſ. condemnauerunt propoſitiones de Monteſono, ita erant 28. de Ordine noſtro, videlicet de majoribus & ſolemnioribus Clericis totius mundi qui eam approbauerant & ſic poteram eas approbare & prædicare.

„ Item addidi & dixi quod Magiſtri Vniuerſitatis Pariſienſis non intelligebant „ doctrinam S. Thomæ.

„ I'Ay veu la Sentence de la Faculté de Theologie, approuuée & ſouſtenuë par „ l'Vniuerſité de Paris, & auſſi de Monſieur l'Eueſque de Paris, donnée contre quatorze Concluſions dites & affermées par Frere Iean de Montſon, de „ l'Ordre des Freres Preſcheurs; icelle veuë & conſiderée, Ie croy que ladite „ Sentence eſt bonne & juſte, & promets par mon ſerment non preſcher ne dogmatizer le contraire publiquement, ne en occulte par moy, ne par autre, & „ ne donneray aucune faueur audit de Montſon ny à ſes fauteurs ou adherans en „ cette cauſe, reſeruée l'authorité de noſtre S. P. le Pape, ſi comme elle eſt reſeruée en ladite Sentence.

„ Quâ quidem ſcedulâ per eundem Epiſcopum Ebroïcenſem de verbo ad verbum lectâ.

„ Item Epiſcopus Ebroïcenſis flexis genibus præfatum Dominum noſtrum „ Francorum Regem inſtanter requiſiuit, eidem humiliter ſupplicando quatenus „ Regi Arragonum & Domino noſtro Papæ ſcribere dignaretur, vt vellet eoſdem requirendo quatenus F. Ioannes de Monteſono, de quo in ſcedula præinſerta fit mentio, faceret capi, & Pariſius adduci puniendum ſecundum eius demerita, provt iuris erat & etiam rationes valent. De & ſuper quibus præfati „ Deputati nomine Vniuerſitatis Pariſienſis prædictæ ſibi fieri petierunt, atq; tradi publica inſtrumēta, tot quot fuerint neceſſaria per nos Notarios publicos infraſcriptos. Acta fuerunt hæc in Domo Regali de Lupara Pariſienſi, videlicet „ in Camera dicti Domini noſtri Regis, ſub anno, Indictione, menſe, die & „ Pontificatu prædictis, præſentibus venerabilibus viris M. M. Philippo Parentis „ Baccalario in Theologia, & Ioanne Britonis in Artium Facultate Magiſtris „ Cameracenſis & Lexouienſis Diœceſis ac pluribus aliis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. *Et Ego Gerardus de Verſigny*, Preſbyter Laudunenſis Diœceſis, publicus authoritate Apoſtolica Notarius præmiſſis omnibus & „ ſingulis dum ſic vt præmittitur, agerentur & fierent vnà cum prænominatis „ teſtibus præſens interſui, eaque ſic fieri vidi & audiui, ac in hanc publicam „ formam redegi, quam aliis legitimè præpeditus negotiis per alium ſcribi feci, & „ ei ſcriptæ me ſuſcripſi in teſtimonium veritatis omnium & ſingulorum prædictorum requiſitus & rogatus vnà cum ſigno & ſubſcriptione Notarij infraſcripti „ ad certitudinem firmiorem eorundem.

Eodem anno Petrus de Orgemont Epiſcopus Pariſienſis, Aduocato Theologorum Conſilio Thomam quendam Apulum qui ſe à Spiritu ſancto miſſum dicebat ad confundendos errores & virtutes exaltandas, damnatum tradidit Tribunali ſeculari. At quia à Medicis parum ſani capitis eſſe judicatus eſt, mortis ſupplicium in perpetuum carcerem commutatum eſt. Liber verò ab eo ſcriptus de Eccleſiaſtici ordinis ſtatu, in quo multa continebantur aduerſus B. Virginem,

ginem, Eccleſiam, & Eccleſiaſticos proceres, multa verò pro Hæreticis, vt quod mundus non amplius à Patre vel Filio ſed à Spiritu ſancto regeretur, & quod non indigerent mortales Sacramentis, &c. publicè crematus eſt.

Eodem anno Vniuerſitas Oxonienſis graui diſſidio laborauit, adeo vt Cancellarius qui inter Primates Regni deligi ſolet, conquerentibus de eo Scholaſticis ejectus fuerit, & alius ab ipſis delectus teſte Ioan. Henrico Knygthone lib. 5. de Euentibus Angliæ. *Orta eſt*, inquit, *grauis* diſcordia Oxoniæ in- «
ter Scholares, videlicet inter Auſtrales & Wallenſes ex vnâ parte, & Bo- «
reales, ex alia parte 3. Kal. Maij, & in tantum increuit illa diſſenſio quod pro «
majori parte Scholares receſſerunt ſinguli in ſuas patrias, quibuſdam tamen «
primò occiſis: quam ob cauſam Cancellarius Vniuerſitatis per Concilium Re- «
gis in Parlamento jam inſtante depoſitus eſt, & M. Nicolaus Bryztuuel Deca- «
nus noui operis Leyceſtriæ per cœtum Vniuerſitatis Oxonienſis eodem tempo- «
re ſcilicet in æſtate electus eſt. «

Vniverſitas Colonienſis. Hoc anno ſeu erecta eſt, ſeu confirmata Vniuerſitas Colonienſis authoritate Pontificia ab Vrbano VI. dato diplomate Peruſij 12. Kalend. Iunij Priuilegiiſque inſtar Pariſienſis donata & munita. Hanc tamen Academiam ſcribunt alij eſſe longè vetuſtiorem. Helwicus ipſe quanquam infenſus rebus Catholicorum fatetur in Hiſtorico Theatro eam an. quidem 1388. ab Vrbano VI. confirmatam, antea tamen illic publicum Gymnaſium extitiſſe. Scribit quoque Ægidius Gelonius l. 1. de Coloniæ Magnitudine Syntagm. 2. ſe vidiſſe ex Archiuo veteris Campi Ciſtercienſium diploma Siffridi Archiepiſcopi, quo Fratribus anno 1285. Priuilegium indulget audiendi Coloniæ ſtudia Theologica. Quin & Innocentius III. l. 1. Epiſt. meminit Magiſtrorum Colonienſium: & Cæſarius Heiſterbackenſis l. 1. c. 23. Colonienſium Phyſicorum id. Medicinam profitentium; Præceptoremque ſuum Rudolphum Scholaſticum Coloniæ diſcipulos docentem ſæpe commemorat. Verum caruerat fortè Academia illa Priuilegiis ad hæc vſque tempora. Tale autem eſt Vrbani diploma.

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In “
ſupremæ dignitatis Apoſtolicæ ſpeculo ſuperni diſpenſatione conſilij licet im- “
meriti conſtituti ad vniuerſas fidelium regiones noſtræ vigilantiæ creditas ea- “
rumque profectus & commoda tanquam Vniuerſitatis Gregis Dominici Pa- “
ſtor, commiſſæ nobis ſpeculationis aciem quanto nobis ex alto permittitur, “
extendentes, fidelibus ipſis ad quærendum Litterarum ſtudia & ſcientiæ Mar- “
garitam, cuius dum inuenitur, glorioſa eſt poſſeſſio & fructus ſuauiſſimi, per “
quam pelluntur ignorantiæ nubila & erroris elimantur caligines, mortalium “
curioſa ſolertia ſuos actus & opera diſponit & ordinat in limine veritatis. Per “
quam etiam Diuini nominis fideique Catholicæ cultus protenditur, juſtitia co- “
litur, tam publica quàm priuata res geritur vtiliter, omniſque ſpes humanæ “
conditionis augetur. Ob hoc igitur magno, nec mirum deſiderio ducimur, vt “
Litterarum ſtudia in quibus pretioſa ipſius ſcientiæ Margarita reperitur, lau- «
danda ſuſcipiant, incrementa frequentius inualeſcant, præſertim in illis locis «
quæ ad multiplicanda doctrinæ ſemina & germina producenda apta & idonea «
dignoſcuntur. Nos præmiſſa attendentes, & etiam fidei puritatem & deuo- «
tionem eximiam quam dilecti filij Conſules, Scabini, Ciues & commune Ci- «
uitatis Colonienſis deuoti noſtri & Eccleſiæ Rom. filij ab olim ad ipſam Eccle- «
ſiam & nos habuiſſe dignoſcuntur, illamque ſucceſſione temporum de bono in «
melius ſtuduerunt augmentare, dignum ducimus & æquitati conſonum æſti- «
mamus, vt Ciuitas ipſa quam diuina gratia multarum prærogatiua bonitatum & «
fœcunditate virtutum gratioſè dotauit, ſcientiarum etiam ornetur muneribus «
& etiam amplietur, itavt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtu- «
tum redimitos ornatibus, ac diuerſarum Facultatum dogmatibus eruditos, ſit- «
que ibi ſcientiarum fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuerſi, cu- «
pientes imbui documentis: Præmiſſis igitur diligenti examinatione, penſatis «
non ſolum ad ipſius, ſed etiam Regionum circumadjacentium incolarum com- «
modum & profectum paternis affectibus anhelantes dictorum etiam Conſu- «
lum, Scabinorum, Ciuium & Communis gratiam noſtram ſupplicitet implo- «
rantium, in hac parte deuotionis ſupplicationibus fauorabiliter annuentes. Ad «

„ laudem diuini nominis & fidei propugnationem orthodoxæ Apoſtolica autho-
„ ritate ſtatuimus ac etiam ordinauimus vt in dicta Ciuitate Colonienſi ſit de cæ-
„ tero Studium Generale adinſtar Studij Pariſienſis, illudque perpetuè futuris tem
„ poribus in ea vigeat tam in Theologiæ & Iuris Canonici quàm alia qualibet
„ licita Facultate : quodque legentes ibidem omnibus Priuilegiis, Libertati-
„ bus & Immunitatibus conceſſis Magiſtris in Theologia & Doctoribus legenti-
„ bus in dicto Pariſienſi Studio Generali gaudeant. Inſuper Ciuitatem & Studium
„ præfata ob profectus publicos quos exinde prouenire ſperamus, amplioribus
„ honoribus proſequi intendentes, authoritate ordinamus eadem, vt ſi qui in
„ eodem Studio Colonienſi fuerint qui proceſſu temporis brauium meruerint in
„ illa Facultate in qua ſtuduerunt, obtinere, ſibique docendi licentiam & alios
„ erudire valeant, ac Magiſterij ſeu Doctoratus honorem poſſint elargiri per
„ Magiſtrum ſeu Magiſtros, Doctorem vel Doctores iſtius Facultatis in qua exa-
„ minatio fuerit facienda Præpoſito Eccleſiæ Colonienſis qui pro tempore fue-
„ rit, vel eius ſufficienti & idoneo quem adhoc idem Præpoſitus duxerit depu-
„ tandum, Vicario. Præpoſito verò ipſius Eccleſiæ vacante, illi qui ad hoc per
„ dilectos filios Capitulum ipſius Eccleſiæ deputatus extiterit, præſententur,
„ idemque Præpoſitus vel Vicarius aut deputatus vt præfertur, Magiſtris ac Do-
„ ctoribus in eadem Facultate inibi regentibus conuocatis, illos ſic præſentatos
„ in his quæ circa promouendos ad Magiſterij ſeu Doctoratus honoris requirun-
„ tur juxta modum & conſuetudinem quæ ſuper talibus in Generalibus Studiis
„ obſeruantur, obſeruatis, examinare ſtudeat diligenter, eiſque ſi ad hoc ſufficien-
„ tes & idonei repetti fuerint, huiuſmodi licentiam tribuat & Magiſterij ſeu Do-
„ ctoratus honorem conferat ac etiam largiatur. Illi verò qui in eiuſmodi Studio
„ dictæ Ciuitatis examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam & hono-
„ rem bujuſmodi obtinuerint, vt eſt dictum, ex tunc abſque examine & appro-
„ batione alia legendi & docendi tam in Ciuitate prædicta quàm in ſingulis aliis
„ Generalibus Studiis in quibus voluerint legere & docere, Statutis & conſuetu-
„ dinibus quibuſcunque contrariis, Apoſtolica vel quacunque firmitate robo-
„ ratis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam habeant facultatem. Nulli
„ ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri Statuti & Ordinationis in-
„ fringere vel auſu temerario contraire. Si quis autem attentare præſumpſerit,
„ indignationem Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit
„ incurſurum. Datum Peruſij, duodecimo Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri
„ anno vndecimo.

Porro in ea Vniuerſitate 4. ſunt Facultates, Theologica, Iuridica, Medica & Artium liberalium, omnium populoſiſſima; ſingulæ ſuum habent Decanum: ſingulæ ſuum Senatum; Theologica quidem Duodecim-viralem; Iuridica plurium Anteceſſorum, Medica omnium minimum. Singulæ ſua habent Collegia & Scholas Theologica quidem iuxta Ædem Metropolitanam. Iuridica præter priuata Collegia publicam habet Scholam haud procul ab eadem Æde in Domo trium Coronarum dicta. Medica in Scholis Artiſtarum profiteri ſolet. Artium Facultas tria Gymnaſia florentiſſima, Montanum, Laurentiacum & Nouum trium Coronarum, olim verò 5. Cornelianum & Cucanum.

Hæc Gymnaſia præter proprias ſuas Burſas, vt vocant, ſeu Domus circa Metropolitanam ædem ſitas, commune Palatium habent juxta Montanum ſitum, quod *Scholam Artium vocant*; cuius cuſtodia alicui ſeniori ex profeſſoribus Gymnaſiorum per ordinem ſolet demandari Et in eo communes Gymnaſiorum concertationes, Examina, promotiones ſeu Actus Magiſtrales exerceri celebrarique conſueuerunt.

Vniuerſæ Academiæ præeſt Rector *qui Rector Magnificus appellatur*: quater in anno eligitur conuenientibus ſimul 4. Facultatibus, quarum ſingulæ ſuum Electorem ſeu Intrantem deſignant. Cum de rebus minoris momenti agendum eſt, Decanos adhibet in Concilium, cum de arduis, totam Academiam.

Eiuſdem Academiæ 4. ſunt Conſeruatores, quos *Prouiſores* vocant, è numero Conſularium. Triplici Beneficiorum genere gaudet. Primum, Rector Magnificus & quatuor Prouiſores conferunt, cum illud vacare contigerit. Secundum, ſingulæ Eccleſiæ Collegiatæ. Tertium Rector, Prouiſores & Decani.

Eodem anno ſcribunt aliqui conſtitutam fuiſſe Academiam Heidelbergen- «
ſem 18 Octob eiuſque primum Rectorem 17 Nouemb. creatum M. Marſilium «
de Inghen, ſeu Ingenheim virum nobilem, Vniuerſitatis Pariſienſis olim alum- «
num, quem Bucholcerus in Indice Chronologico ait edidiſſe Commentaria in «
quaſdam materias Magiſtri ſententiarum, ſepultumque iacere Heidelbergæ. «
Idem ait prædictam Academiam initia ſumpſiſſe anno 1346. at ſibi videri hoc «
anno fuiſſe inſtauratam. «

Anno 1389 initio more Gallicano nempe vltima Aprilis ſtatutum innoua « 1389.
tum eſt aduer us Licentiandos in Theologia: quorum plerique à ſtudio Pari- «
ſienſi recedebant, poſtquam legerant ſententias, nec ante redibant, quàm Ma- «
giſterij adipiſcendi tempus aduenisset. Statutum autem eſt eiuſmodi. «

In nomine Domini, Amen. Anno ab Incarnatione eiuſdem Domini 1389. « STATVTVM CONTRA LICENTIANDOS IN THEOLOGIA.
Indict. 12. menſis April. die vltima, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & «
D noſtri D. Clementis diuina prouidentia Papæ VII. anno 11. In Congrega- «
tione Generali Vniuerſitatis ſtudij Pariſ. Regentium & non Regentium per iu- «
ramentum celebrata apud S Mathurinum Pariſius hora Primæ S. Iacobi, in «
mei Notarij publici & teſtium infra ſcriptorum; ad infra ſcripta vocatorum & «
rogatorum præſentiâ perſonaliter conſtitutus vir venerabilis & diſcretus M. & «
D. M. Robertus Cardon Rector Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis propoſuit in prę- «
dictâ Congregatione articulos ſequentes. Primus fuit ſuper aliquibus tangen- «
tibus Priuilegia Vniuerſitatis, ac etiam ſuper aliquibus de nouo emergentibus: «
quem articulum declarauit atque ſpecificauit dicendo quod intellexerat & au «
dierat quod vnus nominatus M. Ioannes Courtecouxe debebat immediatè in «
Primis noſtræ Dominæ Licentiari in Theologia per D Cancellarium Eccleſiæ «
Pariſienſis Secundus articulus fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quibus «
ſic propoſitis per D. Rectorem prædictum, Facultates & Nationes ſe traxerunt «
ad partem, prout conſuetum eſt fieri in talibus: quibus ſic ad partem Faculta- «
tibus & Nationibus retractis vt inter ſe deliberarent quid agendum eſſet, & «
demum ad inuicem inſimul congregatis fuit deliberatum per tres Facultates «
videlicet per Facultatem Theologiæ, per Facultatem Decretorum & etiam «
Medicinæ: & per tres Nationes Facultatis Artium, videlicet Picardiæ, Nor- «
maniæ & Angliæ, & per conſequens per totam Vniuerſitatem. quod quoad «
Baccalarios in Theologia Licentiandos ſeruaretur punctum ſeu ſtatutum bonæ «
memoriæ Vrbani V. adiuncto ſtatuto & Declaratione factâ per Facultatem «
Theologiæ. Inſuper etiam quod inhiberetur dicto M. Ioanni Courte-couxe, ſi «
reperiri poſſet, quod licentiam à D Cancellario non reciperet ſub omni pœnâ, «
contentâ in ſtatuto & Declaratione factis per Facultatem Theologiæ: quod «
quidem punctum ſeu ſtatutum, ſeu priuilegium bonæ memoriæ Vrbani V. de- «
claratum & ſpecificatum per Facultatem Theologiæ tale eſt. Quia Baccalarij «
poſt lecturam ſententiarum ſe abſentare conſueuerunt à villâ Pariſienſi, quod «
cedit in detrimentum & deturpationem Scholæ non modicam, vult Facultas «
Theologię quod quoad hoc teneatur ſtatutum ſummi Pontificis alibi expreſſum, «
vbi ſic dicitur, Quod Baccalarij qui ſententias legerint, ſi gradum obtinere «
deſiderant, ſtare in ſtudio tempore ſolito inter lecturam & Magiſterium inter «
medio teneantur, vt eorum ſcientia, mores, & vita certius comprobentur. Per «
tempus autem ſolitum intelligitur tempus quinque annorum, annis lecturæ «
Sententiarum ac etiam licentiæ computatis. Quod ſi Præſentati Ordinum ra- «
tione præſentationis citiùs expediantur, vult dicta Facultas quod tales Præ- «
ſentati vltra reſponſiones eis alibi, aut alijs de cauſis impoſitas bis habeant de «
Ordinaria reſpondere. Si verò contingat aliquem Baccalarium Præſentatum «
vel alium huic ſtatuto contraîre, nulli Magiſtrorum liceat pro tali deponere. Et «
ſi fortè contingeret, quod Magiſtri aut eorum aliqui pro ipſo deponerent, aut «
quod ſine depoſitione Magiſtrorum per Cancellarium licentiarentur, quod ab- «
ſit, talis ſic Licentiatus nunquam in poſterum ad Facultatem & eius actus ad- «
mittatur omni diſpenſatione ſecluſâ. Quibus ſic, vt præmittitur, deliberatis «
prædictus D Rector concluſit dictum punctum Bullæ adiuncto ſtatuto & de- «
claratione factis per Facultatem Theologiæ præciſè, adæquatè & ad vnguem, «
debere obſeruari. De qua quidem deliberatione & Concluſione, ſic vt præmit- «

Digitized by Google

» titur factis dictus D. Rector nomine & vice Rectoris & Vniuerſitatis ſtudij
» Pariſ. omniumque & ſingulorum quorum intereſt, vel intererit; aut qui ſua in-
» tereſſe putauerint, ſeu crediderint quomodolibet in futurum à me Notario
» publico ſubſcripto petijt ſibi fieri vnum vel plura publica originalia Inſtrumen-
» ta, perſonas adſtantes inuocando in teſtes. Acta fuerunt hæc Pariſius multùm
» ſolemniter, Indictione, menſe, die, horâ, loco & Pontificatu prædictis, præ-
» ſentibus venerabilibus, ac circunſpectis viris MM. ac DD. Heruæo Sulmen
» loco Decani Facultatis Theologiæ, ac M. Guillelmo de Gardino in Facultate
» Theologiæ Magiſtris, Galtero Graſſi Decano Facultatis Decretorum, ac
» etiam Decretorum Doctore, Goffredo Melpomre in Medicina Magiſtro loco
» Decani Facultatis Medicinæ, Simone le Renuoiſie, Petro de Boſto, Petro
» Barberie, Henrico de Herlem, Franciæ, Picardiæ, Normaniæ & Angliæ
» Nationum Procuratoribus. M. Ioanne Sanere, Gaufredo Morelli, Firmino
» Olinerij Notarijs Apoſtolicis, & quamplurimis alijs teſtibus ad præmiſſa vo-
» catis ſpecialiter & rogatis. Et ego Ioannes Cardonis de Craona Magiſter in
» Artibus Preſbyter Laudunenſis Diœceſis, publicus authoritate Apoſtolica ac
» Imperiali Notarius, quia prædictæ Congregationi præſens interfui, eaque om-
» nia & ſingula ſupradicta, vt præmittitur, proponi, deliberari & concludi vidi
» & audiui. Idcirco meum ſolitum ſignum huic præſenti publico Inſtrumento
» manu propriâ ſcripto, hîc me etiam ſubſcribens appoſui, requiſitus & rogatus
» in teſtimonium veritatis & præmiſſorum.

1389. Eodem anno 1389. Vniuerſitas Pariſienſis videns non poſſe coërceri temeritatem Dominicanorum, eoſque omnia Clementis & Caroli Regis edicta, Epiſcopi quoque Pariſienſis & Academiæ Decreta contemnere, librum aculeatum M. Guillelmi de S. Amore, quem de Periculis nouiſſimorum temporum an. 1256. evulgauerat, in eorum vituperium reuocauit; vnde Mathias Pariſienſis in præfatione libelli quem compoſuit. Hi nempe Doctores, inquit, in Chriſto fideles & Glorioſi exiſtentes vt lumen S. Eccleſiæ ſuper candelabrum conſtituti, quorùm multitudo tunc erat ſanitas orbis terrarum, nequiſſimum Antichriſtum & membra eius ac meretricem, ipſius ex parte cognoſcentes, & ex parte in futurum Prophetantes præcauendo S. Eccleſiæ & eius Gubernatoribus apertè & nudè reuelauerunt.

Eodem anno Adam de Sueſſione item Dominicanus quoſdam etiam errores circa immaculatám Conceptionem abiurauit in publicis Comitijs Academiæ tum Rectore M. Roberto Cardon, vt patet hoc Inſtrumento.

Adami de Sueſſione Dominicani Abiuratio.

In nomine Domini, Amen. Anno ab Incarnatione eiuſdem Domini 1389.
» Indict. 12. menſis Maij die 16. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, ac D.
» noſtri D. Clementis diuina prouidentia Papæ VII. an. 12. In venerabilium ac
» circunſpectorum virorum MM. & DD. Roberti Cardon Rectoris Vniuerſita-
» ris ſtudij Pariſ. Heruæi Sulmen, Guillelmi de Gardino ſacræ Theologiæ Do-
» ctorum, Iuonis Carengar, Bertrandi de Monnaualle Abbatis Grandis-Vallis
» Decretorum Doctorum, Guidonis Garin in Facultate Medicinæ Magiſtri,
» Simonis le Renuoiſie Franciæ, Ægidij de Dullendio Picardiæ, Richardi Hu-
» bart Normaniæ, & Ioannis Manchon loco Anglicanæ Nationum Procurato-
» rum in Artium Facultate Magiſtrorum, plurimorumque aliorum Doctorum
» & Magiſtrorum 4. Facultatum prædictarum, per venerabiles & circunſpectos
» MM. & DD. Rectorem & Vniuerſitatem prædictos & ad infra ſcripta audien-
» dum ſpecialiter deputatorum, & in perſonis ipſorum almam matrem Vniuerſi-
» tatem ſtudij Pariſienſis ibidem repræſentantium, meique Notarij publici & te-
» ſtium infra ſcriptorum ad infra ſcripta vocatorùm & rogatorum præſentiâ, per-
» ſonaliter conſtitutus F. Adam de Sueſſione Iacobita Prior Conuentus FF. Ia-
» cobitarum Niuernenſis non vi aut metu ad hoc inductus, non incarcerationis,
» nec aliquo alio compulſionis timore ad hoc coactus, ſed ſuâ propriâ, ſponta-
» neâ & liberâ voluntate, corde contrito amariſſimè flendo dolens de erroribus,
» temporibus præteritis per ipſum contra Omnipotentem Deum & Filium eius
» vnicum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ac Genitricem eiuſdem Beatiſ-
» ſimam & Glorioſiſſimam ſemperque Virginem Mariam, eiuſdem Conceptio-
» nem concernentibus quouis modo commiſſis, prout prima facie apparebat, in

ſignum perfectæ Contritionis ſuæ quemdam errorum ſuorum prædictorum reuocationis Rorulum in verbis Gallicis ſcriptum alta & intelligibili voce, de verbo ad verbum legit, & omnia & ſingula in eodem Rotulo contenta ore proprio pronunciauit audientibus, auſculrantibus & intelligentibus vtriuſque ſexus populi ad hæc audiendum conuocati multitudine, copioſâ, cuius Rotuli tenor ſequitur & eſt talis.

BOnnes-Gens, Ie F. Adam de Soiſſons Prieur du Conuent des Iacobins de Neuers par l'ordonnance & authorité de l'Vniuerſité de Paris, mere & fontaine de toute Science & par eſpecial lumiere de la Foy. Ie viens icy, comme à ce i'ay mi ſuis raiſonnablement ſubmis, pour vous dire & affermer certaines choſes qui me ſont impoſées & rappeller certaines erreurs autrefois preſchées par moy ou Dioceſe de Neuers. Er premierement ie confeſſe deuant vous, & afferme que à bonne cauſe & raiſonnable on m'a fair prendre & mener à Paris pour tenir priſon, iuſques à tant que i'euſſe eu correction de pluſieurs defauts en quoy i'ay failly, qui rouchent la verité de noſtre foy & l'honneur de la benoiſte Vierge Marie. Secondement ie vous ay à dire en ce qui me touche, comme il ſoit ainſi qu'autrefois i'aye preſché ou Dioceſe de Neuers en plein Sermon au Peuple que ſe la Vierge Marie fuſt treſpaſſée deuant la Mort & Paſſion de ſon glorieux Fils noſtre Sauueur Ieſu Chriſt, elle fuſt deſcenduë en Enfer, pource qu'elle auoit eſté conceuë en peché Originel. Cecy ainſi generalement dit & entendu ſelon que communement l'on entend par Enfer & par Eſpecial conſiderée la cauſe que ie alleguois, parce qu'elle auoit eſte conceuë en peche Originel; Ie le reuoque & r'appelle comme faux, iniurieux, blaſpheme de la ſainctété de la glorieuſe Vierge Marie ou des-honneur de Dieu ſon Benoiſt Fils, & en eſclandre de tous bons Chreſtiens & comme contraire à la ſainte Doctrine que les Saincts Docteurs tiennent. Tiercement en ce que pour plus approuuer ladite parole, i'ay adiouté en icelle Predication que ie affermois ſous la damnation de mon ame & que en icelle foy ie voudrois viure & mourir, comme ie euſſe peu dire de article de foy. Ie confeſſe auoir tres grandement erré & le rappelle comme dit de grand'erreur, de grande folie & de preſomption, plein d'eſclandre & de bonnes mœurs, & mal ſonant és oüis des Deuotes Crearures. Et de toutes ces choſes par moy ainſi induëment affermées, ie requiers humblement & à iointes mains à Dieu, à ſa Glorieuſe Mere, à l'Egliſe, & à tous bons Chreſtiens & par eſpecial à Monſieur l'Eueſque de Neuers, & à ceux qui eſtoient preſens en icelle Predication, mercy, pardon & miſericorde, & en peine de ce m'eſt impoſé, & ce me oblige à tenir ſur peine de eſtre conuaincu d'hereſie que ie ne preſcheray en tour le Dioceſe de Neuers d'icy à deux ans. Quartement pour ce qu'il a eſté grande parole & non pas ſans cauſe que tous les Freres de noſtre Ordre en ſoy ont eſte & ſont adherens, fauteurs, Conſeillers, defendeurs & ſoutenans d'vn Frere de noſtre Ordre, appellé F. Iean de Montſon du Pays d'Arragon à cauſe de certaines Concluſions en nombre de 14. condamnées à Paris en certaine forme par la Faculté de Theologie, & approuuée la Condemnation de l'Vniuerſité de Paris, & aprés par Sentence definitiue & confirmée par l'authorité de l'Eueſque de Paris. Afin que il n'appere deſormais que ie ſois d'iceux adherens, ie dis & afferme de cœur & de conſcience que en icelles 14. Conclnſions, ledit Frere eſtoit digne de eſtre repris de la reprehenſion faite par Meſſieurs deſſuſdits en la forme & maniere que ils ont fait. Ie appreuue comme ſainte, vraye & raiſonnable & renonce dés maintenant à la adheſion dudit Frere comme excnmmunié & aggraué à cauſe & par raiſon de l'authorité de noſtre S. Pere le Pape & generalement à tous autres, ſoient de noſtre Ordre ou de quelques autres Eſtats, que en ce luy donnoient quelque faueur, conſuë, ayde ou adheſion, & iure & promets pas mon ſerment que ladite Sentence eſt bonne & vraye, & ne iray contre elle ſur peine de conuiction de hereſie, & fais cette preſente reuocation de bon cœur & de bonne voulenté ſans quelque contrainre; & s'aucun ie ſçay qui conrre ladite Sentence preſche ou dogmatiſe, ie le ſignifieray à ma mere l'Vniuerſité de Paris, & ſemblablement les autres reuocarions, l'vne que ie

» dois faire en pleine Vniuerſité & les autres que ie feray à Neuers, comme deſſus
» dit eſt, & ſur la peine deſſus dite ie me oblige à le faire.
» Super quibus omnibus & ſingulis MM. & DD. Rector & Deputati ſupra-
» dicti nomine & vice Rectoris & Vniuerſitatis ſtudijque Pariſienſis, omniumque
» & ſingulorum quorum intereſt, intererit, aut qui ſua intereſſe putauerint ſeu
» crediderint quomodolibet in futurum à me Notario publico ſubſcripto pe-
» tierunt ſibi fieri vnum & pura publica originalia Inſtrumenta, perſonas ad-
» ſtantes innocando in teſtes. Acta fuerunt hæc Pariſius multum ſolemniter de
» mane, hora quaſi Nonæ in Cœmeterio Parochiæ SS. Innocentium poſt Sermo-
» nem ibi factum ad populum per Reuerendum M. Flauuigum du Marroy Ma-
» giſtrum in Artibus & Baccalarium in Theologia, anno, Indictione, menſe,
» die & Pontificatu prædictis, præſentibus venerabilibus & diſcretis viris & DD.
» Io. Michaëlis, Michaële Peregrini, Io. de Villanis Preſbyteris, Drouino de
» Bodhe, Io. Henrici & Io. Coulon Ciuibus Pariſienſibus, & quamplurimis
» alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Io. Cardonis
» de Craona Preſbyter, Magiſter in Artibus Laudunenſis Diœceſis publicus
» authoritate Apoſtolica & Imperiali Notarius, quia præmiſſis reuocationibus
» omnibuſque alijs & ſingulis, dum, prout ſupra ſcribuntur, agerentur & fierent,
» prænominatis teſtibus vocatus præſens ac perſonaliter interfui, eaque omnia
» & ſingula ſic fieri vidi & audiui: idcirco ſignum meum ſolitum huic præſenti
» publico Inſtrumento manu mea propria ſcripto, hîc me etiam ſubſcribens ap-
» poſui requiſitus & rogatus in teſtimonium veritatis præmiſſorum.

Paulò poſt Ferricus Caſſinelius Epiſcopus Autiſſiodorenſis vir doctiſſimus & eloquentiſſimus, cum quendam de Prædicatorum Ordine Stephanum Gontier, qui habitum mutauerat, comprehendi iuſſiſſet, hæreſeos Monteſonianæ conuictum miſit ad Vniuerſitatem, hancque ad eam dedit Epiſtolam vltimâ Martij.

Epistola Episcopi Antissiodorensis ad Vniversitatem.

» Venerandæ Diſcretionis ac Scientiæ viro D. Rectori almæ Vniuerſitatis
» Pariſienſis, Ferricus permiſſione diuinâ Antiſſiodorenſis Epiſcopus ſalutem in
» Filio Virginis Glorioſæ. Cum F. Stephanus Gontier Preſbyter Religioſus de
» Ordine FF. Prædicatorum ſuo habitu dimiſſo, in habitu ſeculari ac ſuæ Reli-
» gioni difformi à Conuentu Pariſ. & abſque licentia ſui Superioris receſſerit: &
» hinc inde apoſtatando per partes diffugerit, ad noſtramque Ciuitatem Antiſ-
» ſiodorenſem acceſſerit, & in locum vbi erat hoſpitatus Reuerendus in Chriſto
» Pater ac DD. Niuernenſis Epiſcopus nocte.... Cumque ad inſtantiam & re-
» queſtam prædicti Reuerendi Patris per inſcitiam Scholaritatis eadem nocte ca-
» ptus, in Caſtro Antiſſiodorenſi, impriſonatus fuerit, deindeque per Priorem
» Conuentus FF. Prædicatorum Antiſſiodorenſium requiſitus, ac eidem Priori
» per Præpoſitum Antiſſiodorenſem pro puniendo traditus & deliberatus, cum
» reuera ſibi tradere nec liberare debuiſſet. Quapropter nobis ſufficienter infor-
» matis dictum Præpoſitum monuimus, ſeu moneri fecimus, vt ſub pœnâ Inter-
» dicti dictum Priſionatum in ſtatu quo captus fuerat, Nobis reſtitueret tanquam
» loci Ordinario: quâ monitione præcedente prædictus Præpoſitus dictum Pri-
» ſionatum recupauit, & in priſtina priſione ſeu Caſtro Antiſſiodorenſi retruſit
» aut retrudi fecit: Prædictus verò Præpoſitus monitionibus nôſtris obtempe-
» rans, in ſtatu & habitu quibus ſupra, dictum Priſionatum nobis reſtituit & de-
» liberauit. Qui quidem Religioſus Priſionatus ſic Nobis reſtitutus ſuper pluri-
» bus per Nos interrogatus inter cætera coram nobis confeſſus fuit, quod ipſe
» fuerat præſens quando Procuratores ex parte FF. Prædicatorum fuerunt con-
» ſtituti & ordinati; & fuit vnus de conſentientibus ad appellandum ab Vniuer-
» ſitate in cauſâ, quæ coram D. noſtro Papa vertitur ſuper facto fidei inter præ-
» dictam Vniuerſitatem, & M. Ioannem de Monteſono. Quare veriſimiliter
» præſumimus & præſumi debet ipſum F. Stephanum priſionatum, vt ſupra ſuſ-
» pectum de crimine hæreſis, excommunicatumque & aggrauatum, tanquam
» fautorem, Coadiutorem, necnon adhærentem falſis propoſitionibus per præ-
» fatum M. Ioannem de Monteſono poſitis ac per Vniuerſitatem Pariſienſem
» condemnatis, prædictas ſententias damnabiliter incurrendo. Hine eſt quod
» ad vos tanquam ad verum fidei Catholicæ defenſorem, prædictum F. Stepha-

num Gontier priſionatum, apoſtatam, ſuſpectum & excommnnicatum in habitu quo captus fuit, & Nobis reſtitutus, tranſmittimus, ac pro punitione condignâ per vos aut Deputatos veſtros ſibi imponenda deſtinamus vobis, ſeu à vobis Deputatis, quoad eiuſdem priſionati examinationem, correptionem, ac exceſſus punitionem juxta quantitatem, demeritique qualitatem, quamcunque pœnam iure imponendi authoritate noſtra licentiam impartimur, necnon ad totius huiuſce cauſæ determinationem & deciſionem ſpecialiter & expreſsè vobis committimus vices noſtras. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum. Datum Antiſſiodori vltimâ die Maij an. Dom. 1389. Signatum Hoqueron cum ſyngrapha. Sigillum verò in Cera rubea pendet.

Eodem anno, 12. Auguſti M. Ioannes Ade Dominicanus in Theologia Magiſter in æde Bernardinorum coram Vniuerſitate reuocauit ſimiles errores de Conceptione B. Virginis quos euulgauerat, vt patet hoc Inſtrumento.

ERRORVM REVOCATIONES M. IOAN. ADE DOMINICANI.

IN nomine Domini, Amen. Anno ab Incarnatione eiuſdem Domini 1389. Indictione 12. menſis Auguſti, die 20. quæ erat ſancti Bernardi, Pontificatus Sanctorum in Chriſto Patris & Domini noſtri, D. Clementis Diuina Prouidentia Papæ VII. anno 11. in Venerabilium ac Circunſpectorum virorum MM. & DD. Ioannis Cauerij Rectoris Vniuerſitatis Studij Pariſ. Heruæi Sulmen, Reuerendi in Chriſto Patris Petri Abbatis ſancti Victoris prope Pariſius ſacræ Theologiæ, Doctorum Yuonis Harengar, Richardi Beler, Decretorum Doctorum, Guidonis Garini in Facultate Medicinæ Magiſtri, Gnillelmi Gratier loco Franciæ, Ioannis Houſſete loco Picardiæ, Vrſini de Taluende Normaniæ, Thelmani de Treueris, Anglicanæ Nationum Procuratorum in Artium Facultate Magiſtrorum, plurimorumque aliorum Doctorum & Magiſtrorum 4. Facultatum prædictarum per venerabiles & circunſpectos MM. & DD. Rectorem & Vniuerſitatem prædictos ad infraſcripta audienda ſpecialiter Deputatorum, & in perſonis ipſorum almam Matrem Vniuerſitatem Studij Pariſienſis ibidem repræſentantium, meiq; Notarij publici & Teſtium infra ſcriptorum ad infra ſcripta vocatorum & rogatorum præſentiâ, perſonaliter conſtitutus M. Ioannes Ade Iacobita in Theologia Magiſter non vi aut metu ad hæc inductus, non incarcerationis, nec aliquo alio compulſionis timore ad hæc coactus, ſed ſuâ propriâ, ſpontaneâ, & liberâ voluntate, corde contrito, dolens de erroribus, temporibus præteritis, per ipſum contra omnipotentem Deum, & Filium eius vnicum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ac Genitricem eiuſdem Beatiſſimam & Glorioſiſſimam ſemperque Virginem Mariam, eiuſdem Conceptionem concernentibus quovis modo commiſſis, provt præfatus M. Ioannes Ade ibidem aſſeruit, & provt etiam primâ facie apparebat, in ſignum perfectæ contritionis ſuæ, quendam errorum ſuorum prædictorum reuocationis rotulum in verbis Latinis ſcriptum, altâ & intelligibili voce de verbo ad verbum legit, & omnia & ſingula in eodem Rotulo contenta, ore proprio pronunciauit audientibus, auſcultantibus & intelligentibus, Magiſtrorum & Scholarium diuerſarum partium ad hoc audiendum conuocatorum multitudine copioſa, cuius Rotuli tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

Domini mei Reuerendi, Ego F. Ioannes Ade de Ordine Fratrum Prædicatorum Magiſter in Theologia venio hîc propriâ voluntate ad reuocandum certas propoſitiones, aliàs per me indebitè pluribus in locis aſſertas. Et 1. aliàs dixi, aſſerui & publicè prædicaui in ſermone quod Feſtum Conceptionis B. & Glorioſæ Virginis Mariæ non erat ſolemnizandum nec colendum & qui coleret dictum Feſtum, malè faceret pluſquam bene. Illud reuoco tanquam falſum, præſumptuoſum, ſcandaloſum & piarum aurium offenſiuum.

Item dixi, aſſerui & publicè prædicani in ſermone, quod qui non coleret nec ſolemnizaret dictum Feſtum, non peccaret, quamvis ego ſcirem Epiſcopum præcepiſſe contrarium; & quod Gentes non deberent dimittere operas ſuas propter dictum Feſtum. Illud reuoco tanquam falſum, præſumptuoſum, ſcandaloſum in contemptum Epiſcopi, & authoritatis Epiſcopalis & piarum aurium offenſiuum.

» Item dixi, aſſerui & publicè prædicaui, quod tenere B. Mariam Virginem » non fuiſſe conceptam in peccato Originali, eſt peccatum mortale & hæreſis. » Illud reuoco tanquam erroneum in fide, quoad illud quod dixi fore peccatum » mortale tenere Virginem non fuiſſe,&c. Quoad illud quod dixi quod eſt hære- » ſis, reuoco tanquam falſum, malum, præſumptuoſum, & vt prius erroneum » in fide.

» Item prædicando ad populum increpaui illos qui in laudem Virginis Mariæ » tenebant eam non fuiſſe in Originali peccato conceptam, improperando eis & » dicendo. En volés vous faire vne Deeſſe, tout ainſi comme ce je voſiſſe dire » que luy attribuer celle loenge eſtoit la faire Deeſſe. Illud reuoco tanquam fal- » ſum & in fide erroneum, & piarum aurium putiſſimè Deuotarum Virgini of- » fenſiuum.

» Item dixi, aſſerui & prædicaui, quod ſi quis habeat Curatum, contra quem » haberet rancorem, vel quod crederet eum non eſſe idoneum, quòd authori- » tate propriâ ire poſſet ad alium, & quod melius eſſet Sacerdotibus confitenti- » bus in Eccleſia ſancti Iacobi de Carnificina, quod irent ad Sermonem, quàm » confiteri illos quos confitebantur in dicta Eccleſia, vbi ego prædicabam. Quod » ad id quod dixi, quod authoritate propriâ in caſibus ſupradictis ire poteſt ad » alium; dico quod illud eſt contemnere & vilipendere authoritatem Superio- » rum, ſine quorum licentia in talibus aut ſimilibus caſibus non licet ad alium » ire. Et expono, quod ſi vadat, ad Religioſum per Papam & Epiſcopum noto- » riè approbatur, illud non eſt authoritate propriâ, ſed authoritate Superio- » rum, vt præmittitur, ſibi conceſſa. Dico etiam quod nec rancor nec creduli- » tas de non idoneitate ſunt ſufficientes cauſæ de vitando Curatum ſuum : imò » malè facit tenendo rancorem, & propriâ authoritate credendo Curatum non » eſſe idoneum.

» Item dixi & aſſerui quod Fratres Prædicatores erant Curati & Papa & Epiſ- » copus : & quod ſi Curati illorum quorum audierant Confeſſiones, nollent ipſis » miniſtrare Euchariſtiam, ex eo quod ipſi non eſſent confeſſi ipſis Curatis ſeu » commiſſis ab ipſis, quod ſi ipſi venirent ad ipſos Religioſos, quod ipſi miniſtra- » rent eis Euchariſtiam : quia majorem poteſtatem habebant quàm Curati, & per » hoc dico me malè & falsè dixiſſe in prædictis.

» Item dixi quod ego faui M. Ioanni de Monteſono, dico quod fatuè & inſi- » pienter dixi & faui.

» Item dixi & aſſerui quod propoſitiones de Monteſono quas propoſuit in » veſperiis ſuis & aliis locis aliàs condemnatæ, erant veræ. Dico me in hoc falsè, » ſcandaloſè & erroneè dixiſſe, & credo firmiter quod ſententia D. Epiſcopi Pa- » riſienſis in Facultate Theologiæ approbata & ſuſtentata per Matrem meam » Vniuerſitatem Pariſienſem data contra 14 præpoſitiones F. Ioannis de Monte- » ſono, ſit bene & iuſtè ac ſanctè data, & bene ſiue legitimè ordinata, prout ca- » ſum decet, ſiue caſus exigit. Et iuro per fidem meam & ſub pœnâ relapſus pro- » mitto, quod nunquam de cætero dictis propoſitionibus, nec alicui illarum aſſer- » tis ſeu poſitis per dictum F. Ioan. de Monteſono de Ordine noſtro dabo auxi- » lium, conſilium vel fauorem, nec ibi contra Sententiam datam per D. Pari- » ſienſem Epiſcopum & per Facultatem Theologiæ ſupradictos. Ac etiam inſu- » per ego iuto per fidem meam, & ſub pœnâ prædictâ promitto quod dicto de » Monteſono, eiuſque fautoribus, adhærentibus, Conſiliariis nunquam de cæ- » tero dabo auxilium, Conſilium vel fauorem occulta, nec etiam publicè nec » directè nec indirectè, ſed obſeruabo & defendam toto poſſe meo Sententiam » antedictam & cauſam Matris meæ Vniuerſitatis Pariſienſis. Et omnes has re- » uocationes factas per me & faciendas ego promitto vt prius & iuro me eas bono » corde ac ſponte feciſſe, & ſic gero in corde prout ore expreſſi. Et peto hu- » militer veniam B. Mariæ, S. Matri noſtræ Eccleſiæ & D. Epiſcopo Pariſienſi, » ac Matri meæ Vniuerſitati Pariſ. & etiam Matri meæ Facultati Theologiæ : & » eis humiliter ſupplico vt indulgere velint veniam de præmiſſis.

» Item teneo & credo quod dictus de Monteſono fatuè & malè locutus ſit in » omnibus propoſitionibus per eum aſſertis ſiuè dictis. Et ſi aliquid falſum aut » ſuſpectum inueniatur in libro tranſlato per M.Ioan.Thome pondum examinato ad

ad plenum, quod à me proceſſerit, ad id reuocandum ex nunc & ex tunc me «
ſubmitto tanquam illius particeps aut conſcius. «

Item ſciatis Domini mei quod ex parte D. Officialis Pariſienſis fuit mihi in- «
hibitum in his ſcriptis ſub pœnis conuictionis de pertinacia in aſſertis, & ex- «
communicationis. Quam excommunicationem, ſi contrarium fecerim, ipſo «
facto voluit me incurrere, ne iſta vel conſimilia, provt ſunt in articulis iſtis con- «
tenta quos indigeſtè, temerè & temerariè confeſſus ſum, aſſerere, dogmatiza- «
re, publicare vel prædicare audeam. Super quibus omnibus & ſingulis MM. & «
DD. Rector & Deputati ſupradicti nomine & vice Rectoris & Vniuerſitatis «
ſtudij Pariſ. omniumque & ſingulorum quorum intereſt vel intererit, aut qui «
ſuâ intereſſe putauerint ſeu crediderint quomodolibet in futurum, à me Nota- «
rio publico ſubſcripto petierunt ſibi fieri vnum & plura publica originalia In- «
ſtrumenta, perſonas adſtantes inuocando in teſtes. Acta fuerunt hæc multum «
ſolemniter Pariſius de mane horâ quaſi ſeptimâ in S. Bernardo ante Sermonem «
ibi faciendum ad Clerum, anno, Indictione, menſe, die & Pontificatu prædi- «
ctis, præſentibus venerabilibus & diſcretis viris Ioanne Goulam, Hemone Bo- «
hic, Henrico de Ceromania, in ſacra Theologia Magiſtris, Radulpho de Vl- «
monte in Artibus Magiſtro ac in vtroque Iure Licentiato, Gaufredo Morelli, & «
Ioanne Danton Iuniore Notariis Apoſtolicis publicis & quamplurimis aliis te- «
ſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. «

Idem M. Ioannes Ade Dominicanus die 29. Auguſti in ſignum perfectæ con- «
tritionis & doloris de præteritis erroribus, coram Vniuerſitate & ingenti populi «
multitudine legit alterum catalogum ſeu vt tum dicebant Rotulum errorum «
ſuorum, Gallicè conſcriptum, tradiditque in manus Notarij publici, & ſe «
pœnis omnibus vltro ſubdidit, ſi deinceps prædictos errores aut quid ſimile do- «
ceret, publicaret aut approbaret. Qua de re extat Inſtrumentum publicum in «
hæc verba. «

Item eiſdem anno, Indictione & Pontificatu quibus ſupra, die Dominico, «
in Feſto Decollationis B. Ioannis Baptiſtæ qui erat menſis Auguſti dies 29. « ALIA REVOCATIO EIVSDEM ADE IACOBITÆ,
In venerabilium ac circumſpectorum virorum MM. &. DD. Ioannis Cauerij «
Rectoris Vniuerſitatis ſtudij Pariſ. Chriſtophori de Cugneriis, Eueni Bohic, «
Alphonſi de Bonavilla ſacræ Theologiæ Doctorum, Ioan. Baudonardi, Ri- «
chardi Belet, Euſtachij de Riuo Decretorum Doctorum, Guidonis Garini, «
Petri Dares in Facultate Medicinæ Magiſtrorum, Ioannis Fioti Franciæ, Re- «
neri probi-Hominis Picardiæ, Guillelmi Carpentarij Normaniæ, Berrholdi «
de Alcmaria Anglicanæ Nationum Procuratorum in Artium Facultate Magi- «
ſtrorum, plurimorumque aliorum Doctorum & Magiſtrorum 4. Facultatum «
prædictarum per venerabiles & circunſpectos viros MM. & DD Rectorem & «
Vniuerſitatem prædictos ad infraſcripta audienda ſpecialiter Deputatorum, & «
in perſonis ipſorum almam Matrē Vniuerſitatem ſtudij Pariſ. ibidem repræſen- «
tantium, meſque Notarij publici & Teſtium infra ſcriptorum ad infraſcripta «
vocatorum & rogatorum præſentiâ, perſonaliter conſtitutus M. Ioannes Ade «
Iacobita in Theologia Magiſter non vi aut metu ad hæc inductus, nec incarce- «
rationis aut aliquo alio compulſionis timore ad hoc coactus, ſed ſuâ propriâ, «
ſpontaneâ & liberâ voluntate, corde contrito, dolens de erroribus, tempori- «
bus præteritis per ipſum contra omnipotentem Deum & Filium eius vnicum «
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ac Genitricem eiuſdem Beatiſſimam «
ſemperque Virginem Mariam, eiuſdem Conceptionem concernentibus quovis «
modo commiſſis, provt præfatus M. Ioannes Ade ibidem aſſeruit, & provt «
primâ facie apparebat, in ſignum conſtantiæ perfectæ contritionis ſuæ ſupra- «
dictæ quendam errorum ſuorum prædictorum reuocationis Rotulum in verbis «
Gallicis ſcriptum altâ & intelligibili voce de verbo ad verbum legit. Et omnia «
& ſingula in eodem Rotulo contenta, ore proprio pronunciauit audientibus, «
auſcultantibus & intelligentibus vtriuſque ſexus populi ad hæc audiendum «
ibidem conuocati multitudine copioſa, cuius Rotuli tenor ſequitur & eſt «
talis. «

SAICHEZ Tous mes Seigneurs & Maiſtres, & vous bonnes Gens qui cy eſtes preſens, que je Frere Iean Adam de l'Ordre des Iacobins, Maiſtre en Theologie, viens icy de ma bonne & propre volenté, pour reuoquer & rapeller certaines propoſitions autrefois indeubement par moy, en pluſieurs lieux miſes & affermees en mes Predications. Premierement i'ay dit, affermé & publiquement preſché en vn de mes Sermons, que la Feſte de la Conception de la glorieuſe Vierge Marie n'eſtoit point à ſolenniſer, ne à feſtiuer, & qui la ſolennizeroit ou feſtiueroit, il feroit plus mal que bien. Cecy ie le reuoque & rapelle comme faux, preſomptueux, & comme ſcandalizant les bons & ſimples Catholiques, qui l'ont & puent l'auoir oy.

Item, j'ay dit & affermé, & en vn de mes Sermons publiquement preſché, que qui ne feſtiueroit ne ſolennizeroit ladite Feſte, il ne pecheroit point, nonobſtant que ie ſceuſſe bien que Monſieur l'Eueſque de Paris euſt commandé le contraire. Et i'ay dit que les bonnes Gens ne deuroient point laiſſer leurs beſoignes à faire pour feſtiuer ladite Feſte. Cecy ie le rapelle & reuoque comme faux & preſomptueux, & ſcandaliſant le peuple, & en depriſant l'Eueſque, & en prejudice de ſon authorité, & en offenſe des ſimples Gens qui l'ont oy.

Item, jay dit, affermé & publiquement preſché, que dire & tenir que la benoiſte Vierge Marie n'euſt eſté point conceuë en peché Originel, eſtoit peché mortel, & qui le diſoit, il pechoit mortellement & diſoit hereſie. Cecy ie le reuoque & rapelle comme faux, mauuais & preſomptueux, & comme erreur en la Foy.

Item, en preſchant au peuple i'ay reprins ceux qui en l'honneur & loenge de la Vierge Marie, diſoient qu'elle n'auoit pas eſté conceuë en peché Originel, en leur improperant & reprochant & diſant, *en volés-vous faire vne Deeſſe*, tout ainſi comme ſe ie vouſiſſe dire que à l'y attribuer celle loenge eſtoit la faire Deeſſe. Cecy ie le reuoque & rapelle comme faux, & erreur en la Foy, & comme en l'offenſe de vous, ſimples Chreſtiens, eſpecialement de ceux qui ont ſinguliere deuotion à la glorieuſe Vierge Marie.

Item, jay dit, affermé & publiquement preſché, que ſe aucun prochien ou prochiene, auoit rancune contre ſon Curé, ou que il ne le cuidaſt pas perſonne conuenable ou idoine, il de ſa propre authorité pourroit laiſſer ſon Curé durant la rancune, & aller ſoy reconcilier à vn autre. I'ay dit auſſi que mieux vaulſiſt aux Chappellains qui oyent Confeſſions en l'Egliſe ſaint Iacques de la Boucherie, qu'ils allaſſent oïr le Sermon, que oïr Confeſſion en ladite Egliſe où pour lors ie preſchois. Quant à ce que ie dis, que és cas deſſuſdits, de ſa propre authorité il porroit aller à autres. Ie dis que ce fut mal dit, & mains deſclaire ce qui à declarer eſtoit en la matiere, & que ainſi comme il ſonne de premiere face, c'eſtoit dépriſer & amendrir l'authorité des Souuerains, ſans la licence deſquels en tels cas ou en ſemblables il n'appartient point. Et pourtant bonnes Gens, que vous entendez cet article, ie declaire & expoſe que ſe aucun va aux Religieux notoirement approuuez par le Pape & l'Eueſque Dioceſain, il le puët oïr: & auſſi la perſonne ſe puët confeſſer, & donc ce n'eſt pas de ſa propre authorité, mais eſt de l'authorité du Souuerain qui l'y eſt donnée, comme dit eſt. Ie dis auſſi que rancune ne credulité que ſon Curé ne ſoit conuenable ou idoine, ne ſont pas cauſes ſouffiſantes de fuïr ou eſloigner ſon Curé, mais fait mal de tenir rancune, & de ſa propre authorité reputer ſon Curé indigne.

Item, j'ay dit & affermé que les Freres Preſcheurs, dits Iacobins, eſtoient Curez, & le Pape l'Eueſque, & que ſe les Curez d'iceux dont ils auoient oüy les Confeſſions, ne leur vouloient adminiſtrer le Corps de Noſtre Seigneur, pourtant que ils n'auoient eſté confeſſez à eux ou à leurs Chappelains, que ils veniſſent auſdits Freres Preſcheurs, dits Iacobins, & ils leur adminiſtreroient, car ils auoient plus grande authorité que les Curez. Cecy ie le reuoque, & dis que i'ay mal dit en diſant, les FF. Iacobins de mon Ordre eſtre Curez. Quant

au cas de la adminiſtration du Corps noſtre Seigneur, Ie dis que ſe les Reli- « gieux adminiſtroient le Corps noſtre Seigneur, és cas deſſuſdits ils ſeroient « excommuniez. Et pourtant ie dis que en la matiere preſente, ils n'ont pas plus « grande authorité que ledit Curez : car ils n'ont point de authorité de admini- « ſtrer le Sacremenr de l'Autel, ſe il ne leur eſt eſpecialement commis, ou ce ſe « n'eſt à perſonnes authoriſées des Souuerains. Et par cecy appert que i'ay mal « dit & fauſſement és choſes deſſuſdites. «

Item i'ay dit que i'ay donné faueur à M. Iean de Montſon. Ie dis que en « tant comme ie l'y ay donné faueur, & que ie l'ay dit, i'ay folement fait & dit « & me repens. «

Item i'ay dit & affermé que les Propoſitions de M. Iean de Montſon leſ- « quelles il mit en ſes Veſperies & en ſes autres faits d'Eſtude, qui ont eſté con- « damnées, eſtoient vrayes. Quant à ce que ie dis que i'ay dit fauſſeté, eſclandre « & erreur: mais crois fermement que la Sentence de Monſieur de Paris approuée « par ma mere la Faculté de Theologie & ſouſtenuë par l'Vniuerſité de Paris ma « mere contre 14. propoſitions dites par ledit de Montſon ſoit bien, iuſtement & « ſaintement donnee ou ietrée & bien legitimement ordonnée, ainſi comme au « cas appartient, & comme le cas le requiert. Et pourtant ie jure par ma foy, « & ſur peine de rencheoir, ie promets que iamais d'ores-en-auant auſdites Pro- « poſitions de M. Iean de Montſon ou à aucunes d'icelles ne donneray faueur, « ayde ou conſeil, ne iamais n'iray contre la Sentence de M. de Paris approuée « par la Faculté de Theologie & ma mere l'Vniuerſité comme dit eſt. Et iure de- « rechief par ma foy & promets ſur ladite peine que audit de Montſon ou à ſes « Faureurs, aydans ou Conſeilleurs ou adherans iamais d'ores en-auant ne don- « neray Conſeil ou ayde ou faueur ne occultement, ne publiquement par moy ou « par aultres, mais garderay, approuueray, & defenderay la Sentence deſſuſdite & « la cauſe de ma mere l'Vniuerſité de Paris, ſe par l'Egliſe autrement n'eſtoit or- « donné. Et toutes ces Reuocations par moy faites & à faire, ie iure & promets « que ie les ay faites; faits & feray de bon cuer & de franche volonté, & ainſi ie « ſens en cuer, comme ie le exprime & prononce de bouche & demande humble- « menr pardon à la glorieuſe Vierge Marie & à noſtre Mere S. Egliſe & audit M. « de Paris, & à ma mere l'Vniuerſité, & à ma mere la Faculté de Theologie, en « leur humblement ſuppliant qui leur plaiſe à moy pardonner ſur les choſes deſ- « ſuſdites. Car ie tiens que ledit de Monrſon a follement & mauuaiſemenr parlé « en toutes les propoſitions miſes, acertenées & affermées par luy, dont a eſté « reprins comme deſſus eſt dit. «

Item ſe aucune choſe ou Sentence ſoit trouuée ſuſpecte ou liure compoſé « par M. Iean Thomas, qui n'eſt pas encore examiné à plein, laquelle choſe ou « Sentence ſeroit ou auroit eſté miſe ou dire en mon mouuement ou par mon « conſeil, ie promets à le rappeller toutesfois qui vendroit à la clarté & connoiſ- « ſance que ie fuſſe participant ou coupable. «

Item mes Seigneurs & Maiſtres & vous Bonnes-Gens, ſçachiez que il m'eſt « deffendu en eſcrit de par M. l'Official de Paris ſur peine d'eſtre conuaincu de « pertinace és articles deſſuſdits ſur peine de excommuniement, laquelle peine il « veult que ie encoure de fait, ſe ié faiſois le contraire que ces choſes icy, ou « ſemblables à celles qui ſont contenuës és articles ſuſnommez, leſquels preſom- « ptueuſement & indigeſtement ie affermé, ie ne ſois ſi hardy d'affermer, dogma- « tiſer, publier ou preſchier deſormais ſur les peines deſſuſdites. «

Super quibus omnibus & ſingulis MM. & DD. Rector & Deputati ſupra- « dicti nomine & vice Rectoris & Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, omniumque & « ſingulorum quorum intereſt vel intererit, aut qui ſua intereſſe putauerint, ſeu « crediderint quomodolibet in futurum, à me Notario publico ſubſcripto petie- « runt ſibi fieri vnum & plura publica originalia Inſtrumenta, perſonas adſtantes « inuocando in teſtes. Acta fuerunt hæc multum ſolemniter Pariſius de mane « hora quaſi octaua in S. Iacobo de Carnificina, in medio Sermonis ibidem in- « cœpti ad populum, anno, Indictione, menſe, die & Pontificatu prædictis; præ- « ſentibus venerabilibus & diſcretis viris & DD Io. Ade aliàs dicto le Fils; Guil- « lelmo Curato de Bondis, Willardo de Ernelas, Ioanne Armigeri Preſbyteris, «

Digitized by Google

»Ioa. Bertin. Io. Parui dicti de Aurelianis, Florentino Papelardi, Perino Car-
»donis, & quamplurimis alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Tertia Revocatio eiuſdem Adæ Iacobitæ.

» Item eiſdem anno, Indictione & Pontificatu quibus ſupra, die Dominico »poſt feſtum Natiuitatis Virginis glorioſæ qui fuit dies 12. menſis Septemb. In »venerabilium ac circunſpectorum virorum MM. & DD. Ioannis Cauerij Re- »ctoris Vniuerſitatis ſtudij Pariſ. Ioan. de Karolay Canonici Pariſ. ſacræ Theo- »logiæ Doctoris. Io. de Lupmonte, Io. Baudonardi, Galteri Graſſi Decreto- »rum Doctorum, Io. de Plummeriono in Facultate Medicinæ Magiſtri, Ioan. »Fioti Franciæ, Reneri Probi-hominis Picardiæ, Guill. Carpentarij Norma- »niæ, ac Bertholdi de Alcmaria Anglicanæ Nationum Procuratorum in Artium »Faculrare Magiſtrorum, plurimorumque aliorum Doctorum & Magiſtrorum »4. Facultatum prædictarum per venerabiles & circunſpectos viros MM. & DD. »Rectorem & Vniuerſitatem prædictos ad infra audienda ſpecialiter deputato- »rum, & in perſonis ipſorum almam Matrem Vniuerſirarem ſtudij Pariſ. ibidem »repræſentantium, meique Notarij publici & teſtium infra ſcriptorum ad infra »ſcripta vocatorum & rogarorum præſentiâ, perſonaliter conſtitutus M. Ioan- »nes Ade Iacobita in Theologia Magiſter, non vi aut metu ad hoc inductus, »nec incarcerationis, aut aliquo alio compulſionis timore ad hoc coactus, ſed ſuâ »propriâ, ſpontaneâ & liberâ voluntate, corde contrito dolens de erroribus »temporibus præteritis per ipſum contra Omnipotentem Deum, & Filium eius »vnicum Dominum noſtrum I. C. ac Genitricem eiuſdem Beatiſſimam ſemper- »que Virginem Mariam eiuſdem Conceptionem concernentibus quouis modo »commiſſis, prout præfatus M. Ioannes Ade ibidem aſſeruit, & prout etiam pri- »mâ facie apparebat, in ſignum conſtantiæ perfectæ Contritionis ſuæ ſupradictæ »quendam errorum ſuorum prædictorum reuocationis Rorulum in verbis Gal- »licis ſcriprum, quem præfatus M. Ioannes Ade per ſe præſens videlicet 29. »menſis Auguſt. legerat Pariſius in S. Iacobo de Carnificina, prout ſuperius eſt »expreſſum & cuius rotuli tenor de verbo ad verbum in præſenti Inſtrumenro »ſuperiùs eſt inſertus, altâ & intelligibili voce de verbo ad verbum legit, & om- »nia & ſingula in eodem Rotulo contenta ore proprio pronunciauit, audienti- »bus, auſcultantibus & intelligentibus vtriuſque ſexus Populi ad hoc audien- »dum conuocati multitudine copioſâ. Super quibus omnibus & ſingulis MM. »& DD. Rector & Deputati ſupradicti nomine & vice Rectoris & Vniuerſita- »tis ſtudij Pariſ. omniumque & ſingulorum quorum intereſt vel intererit, aut qui »ſuâ intereſſe putauerint, ſeu crediderint quomodolibet in futurum, à me No- »tario publico ſubſcripro petierunt ſibi fieri vnum & plura publica originalia »Inſtrumenta perſonas adſtantes inuocando in teſtes. Acta fuerunt hæc mul- »tum ſolemniter Pariſius de mane horâ quaſi nonâ vel circiter in Paruiſio Ec- »cleſiæ Pariſ. circa medium Sermonis ibidem facti ad populum, anno, Indictione, »menſe, die, Pontificatu, loco & hora prædictis. Præſentibus venerabilibus & »diſcretis viris & DD. Amblardo de Murolio Canonico Pariſienſi, Radulpho »de Venizelle, Ioan. de S. Cruce Preſbyteris Colmon Charon Notario Apo- »ſtolico & quamplurimis alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Quarta Revocatio eiuſdem Adæ.

» Item eiſdem anno, Indictione & Pontificatu quibus ſupra, die Dominica »26. menſis Septemb. In venerabilium ac circunſpectorum virorum MM. & »DD. Ioannis Cauerij Rectoris Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, Io. Trelon, »Eueni Bohyc, Io. Columbi in Theologia Magiſtrorum, Io. Baudonardi De- »cretorum Doctoris, Guidonis Garini, Io. de Salecia in Medicina Magiſtro- »rum, Io. Paſqueris loco Franciæ, Io. de Zondis loco Picardiæ, Guillelmi Car- »pentarij Normaniæ & Bertholdi de Alcmaria Anglicanæ Nationum Procura- »torum in Artium Facultate Magiſtrorum plurimorumque aliorum Doctorum »& Magiſtrorum 4. Facultatum prædictarum per venerabiles & circunſpectos »MM. & DD. Rectorem & Vniuerſitatem prædictos ad infra ſcripta audien- »dum ſpecialiter Deputatorum & in perſonis ipſorum almam matrem Vniuer- »ſitatem ſtudij Pariſ. ibidem repræſentantium meique Notarij publici & teſtium »infra ſcriptorum ad infra ſcripta vocatorum & rogatorum præſentiâ perſona- »liter conſtitutus M. Ioannes Ade Iacobita in Theologia Magiſter non vi, aut »metu ad hoc inductus, nec incarcerationis, aut aliquo alio compulſionis timore

ad hoc coactus, ſed ſuâ propriâ, ſpontaneâ & liberâ voluntate, corde contrito «
dolens de erroribus temporibus præteritis per ipſum contra Omnipotentem «
Deum & Filium eius vnicum Dominum noſtrum I. C. ac Genitricem eiuſdem «
Beatiſſimam ſemperque Virginem Mariam, eiuſdem Conceptionem concer- «
nentibus quouis modo commiſſis, provt præfatus M. Ioannes Ade ibidem «
aſſeruit, & provt etiam primâ facie apparebat, in ſignum continuatæ conſtan- «
tiæ perfectæ contritionis ſuæ ſupradictæ, præfatum errorum ſuorum prædi- «
ctorum Reuocationis Rotulum in verbis Gallicis ſcriptum, quem præfatus M. «
Ioannes Ade per ſe præſens Pariſius videlicet die 20. Auguſti tranſlatis in La- «
tino in S. Bernardo, in Sermone facto de mane ad Clerum. Et poſtea videli- «
cet die Dominico in feſto Decollationis B. Ioannis Baptiſtæ quæ erat men- «
ſis Aug. 29. in Eccleſia S. Iacobi de Carnificina Et poſtea videlicet die Domini- «
co quæ erat menſis Septemb. dies 12. in Paruiſio Eccleſiæ Pariſ. legerat, provt «
ſuperius eſt expreſſum, & quorum Rotulorum tenores de verbo ad verbum «
in præſente Inſtrumento ſuperiùs ſunt inſerti, alta & intelligibili voce de ver- «
bo ad verbum legit, & omnia & ſingula in eodem Rotulo contenta ore proprio «
pronunciauit, audientibus, auſcultantibus & intelligentibus vtriuſque ſexus «
populi ad hæc audienda conuocati multitudine copioſa. Super quibus omnibus «
& ſingulis MM. & DD. Rector & Deputati ſupradicti nomine & vice Rectoris «
& Vniuerſitatis ſtudij Pariſ. omniumque & ſingulorum quorum intereſt vel in- «
tererit, aut qui ſuâ intereſſe putauerint ſeu crediderint quomodolibet in futu- «
rum, à me Notario publico ſubſcripto petierunt ſibi fieri vnum & plura publi- «
ca originalia Inſtrumenta perſonas adſtantes inuocando in teſtes. Acta fue- «
runt hæc multum ſolemniter Pariſius de mane, horâ quaſi nonâ vel circiter in «
Clauſtro S. Honorari prope Caſtrum Regale de Lupara, poſt Sermonem ibi- «
dem factum ad populum, Indictione, menſe, die, loco, Pontificatu & horâ «
prædictis; præſentibus venerabilibus & diſcretis viris Roberto Bincardi Ma- «
giſtro in Artibus, Simone Bourdon Ciue Pariſienſi, Ioanne Tacommau Nota- «
rio Caſtelleti Pariſ. Gaudefrido Morelli, ac Ioanne Danton Iuniore Notarijs «
Apoſtolicis & quamplurimis alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & ro- «
gatis. Et ego Ioannes Cardonis de Craone Presbyter Laudunenſis Diœceſis «
Magiſter in Artibus publicus authoritate Apoſtolica & Imperiali Notarius: «
quia præmiſſis reuocationibus omnibuſque alijs & ſingulis dum, vt ſupra ſcri- «
buntur, agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus præſens ac perſo- «
naliter interfui: idcirco huic publico præſenti Inſtrumento exinde confecto ma- «
nu meâ propriâ ſcripto ſignum meum ſolitum hîc me etiam ſubſcribens appoſui «
requiſitus & rogatus in teſtimonium veritatis & præmiſſorum. «

Eodem anno 3. Idus Octob. moritur Romæ Vrbanus, & in Capella S. Andreæ apud S. Petrum tumulatur, cuius confectis exequijs, Cardinales qui Romæ erant numero 14. conueniunt in Petrum ſeu Perinum Thomacellum nobili quidem familiâ ſed paupere ortum, tunc Presbyterum Cardinalem tit. S. Anaſtaſiæ. qui 4. Non. Nouemb. electus 3. Idus ſcilicet feſto die S. Martini conſecratus ac coronatus Bonifacij IX. nomen accepit.

Porrò Gobelinus Perſona Author Coſmodromij qui hoc tempore ſcribebat, cum Romam veniſſet, vidiſſetque Vrbani corpus non mauſoleo, ſed communi ſepulchro reconditum, verſus ſequentes iuxta ſepulchrum eius tabulæ ligneæ clauis affixit, quos tamen ait ab æmulis laudis eius ablatos.

Bartholomeus nomine, natu Parthenopæus
Sextus & inuictus Vrbanus Papa, relictus
Huic humili Tumbæ: qui dum purgare columba
Pœnas rebatur, heu mox formoſa iugatur.
Vnde metûs cura prohibet me dicere plura,
Multa per aduerſa qui vidi mente repreſſa.
Credidit inque Deum geſtans animum Machabæum.
Me miſeret quare ſic ipſius oſſa cubare

Forſitan inculta ſua ſic ſtant oſſa ſepulta,
Donec vt in vita ſignis ſiant redimita.

Eodem anno M. Petrus de Alliaco Doctor Theologus, Regens in Theologia & Magnus Magiſter Collegij Nauarrici fit Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis.

Eodem anno in Vniuerſitate Oxonienſi diſcordia interuenit inter Nationes, de qua ſic Henricus Knygthon. *In Quadrageſima orta eſt doloroſa diſcordia in Oxonia anni præcedentis ad plenum nondum ſopita, ſed ſemper partes adhuc irritante. Nam Wallani Scholares ſemper inquieti adhærentibus ſibi Auſtralibus Scholaribus inſurrexerunt contra Boreales Scholares, & hinc inde multa mala mortis inter eos euenerunt. Et in tantum increuit iſtud diſſidium, quod dies campeſtris prælij in campo præfixus eſt inter Partes; ſed i eo mediante & Thoma de Wodeſtoke Duce Glouceſtriæ ſe intromittente cum minore damno conquieuit, & multi de Wallanis banniti ſunt ab Vniuerſitate Oxoniæ & in recedendo per alios Scholares Boreales ad hoc paratos ad portas villæ in recedendo oſcula offerre compulſi ſunt.*

Rex Navarræ Clementem agnoscit.

Sub finem eiuſdem anni Carolus Nauarræ Rex qui eatenus diſtulerat alterutrius Pontificis partes amplecti, ſe tandem Clementi addixit; cuius in hanc rem extat Diploma authenticum, quod mihi Fr Bonauentura Bauduiſius Cœleſtinus Pariſienſis ex membrana ſibi à R. P. D. Claudio Chantelou Monacho San-Germano Pratenſi communicata benignè quoque communicauit.

» Carolvs Dei graria Nauarræ Rex & Comes Ebroïcenſis Vniuerſis præ-
» ſentes litteras inſpecturis ſalutem in veri Chriſti Vicarij obedientia non errare.
» Excelſus ſuper omnes Gentes Dominus Dei vnigenitus I C. æterno cum Patre
» ſplendens lumine & ineffabili præditus Majeſtate de Regali ſolio ad ima mundi
» ſui humilitate & nimia deliberatione deſcendens trabeam carnis aſſumpſit, in
» qua pro humani generis redemptione mortem præferens temporalem, morte
» ſua morte noſtræ mortis deſtruxit Autorem. Sed demum in eadem carne
» reſurgens à mortuis & ad patriam glorioſus rediens, licet in gremio Eccleſiæ
» ſuæ Apoſtolos quamplurimos elegiſſet, vnum tamen alijs ſolum præferens in
» clauibus Regni ſui poteſtatis plenitudinem ſuper omnes, de qua alij omnes ac-
» cipere poſſent, contulit illi ſoli. Vni enim ſoli præ omnibus alijs Gregis ſui cu-
» ram ſub trina dilectionis obteſtatione commiſit, Petro videlicet, quem Cephas
» vocari conſtituit, vt ſciret & omnium membrorum Corporis Chriſti quod eſt
» Eccleſia eius, ducatum & regimen ex ipſa etiam impoſitione nominis immi-
» nere & innoteſceret non eſſe ipſius ſummi capitis & eius corporis membrum
» quod ab hoc vnico capite diſſideret. Ipſe quoque Petrus oſtendens ſub vno ca-
» pite ſeruari Eccleſiaſtici Corporis vnitatem, vnum ſolum Clementem videli-
» cet primum poſt ſe ſibi conſtituit in Monarchatu Apoſtolico, ſicut potuit &
» ei licuit, ſucceſſorem, & præcepit ab omnibus refutari quos Clemens ipſe reſ-
» pueret, luce clarius præfigurans eos qui cum Clemente vero ipſius Petri ſucceſ-
» ſore & poſt eum quolibet loco & tempore ſuis canonicè electo & admiſſo in
» vnitate fidei non eſſent, communionem Eccleſiæ Catholicæ non habere. Du-
» dum ſiquidem, ſicut fide dignorum confirmat relatio, & ipſa rei veritate etiam
» comprobatur, felicis recordationis D. Gregorio Papa XI. Romæ ſicut Domi-
» no placuit, viam vniuerſæ carnis ingreſſo, & eius obitu tam famâ communi
» quàm multorum authenticis litteris vbique diuulgato inſonuit, quod per Re-
» uerendos in Chriſto Patres S. Rom. Eccleſiæ Cardinales in vrbe ipſa tunc de-
» gentes, ad quos noui ſummi Pontificis ſpectabat fienda Electio, Bartholomæus
» olim Barrenſis Archiepiſcopus in Papam electus fuerat & inthronizatus & de-
» mum ſolenniter coronatus; & quod poſt alicuius temporis interuallum Car-
» dinales ipſi ab vrbe prædicta recedentes aſſeruerunt ſe præfatum Archiepiſco-
» pum per violentam impreſſionem & timore mortis & non aliter elegiſſe, apud
» Anagniam in qua erant, vbi nonnullis proceſſibus præuijs electionem de dicto
» Archiepiſcopo tanquam per impreſſionem notoriam, celebratam nullam eſſe,
» ipſumque non Papam, ſed Antipapam & intruſum fuiſſe in Sede Apoſtolica ſo-
» lenniter publicarunt ac etiam nunciarunt. Demum apud Fundanam Ciuita-
» tem ijdem conuenientes in vnum, Reuerendiſſimum Patrem D. Robertum

Digitized by Google

tunc Cardinalem Gebennenſem in Papam & ſummum Pontificem collegiali- «
ter ſponte & liberè, concorditer & canonicè elegerunt & inthronizarunt, & «
ſubſequenter debitè coronarunt vt eſt moris. Et ex tunc tanquam vero ſummo «
Pontifici firmiter. & veraciter adhærentes, & tam de præmiſſa publicatione «
quàm de ſubſequenti Electione plures litteras ad diuerſas mundi partes deſti- «
narunt, per quas præfatum Barrenſem Archiepiſcopum pro Intruſo & Anti- «
papa, & dictum olim Cardinalem Gebennenſem pro vero Chriſti Vicario ha- «
beri & recipi debere ab vniuerſis Chriſti fidelibus iudicabant, intimabant. Et «
ne per veri ignorantiam homines inciderent in errorem fideliter publicabant «
ad informationem veriſſimam, prout aſſerebant cuiuſlibet Chriſtiani, ſicut «
in dictis ſuis apicibus latius & plenius dicitur contineri. Et quia ex ijs ſic diuer- «
ſimodè quodammodo enarratis, nunciatis & etiam palam & publicè publica- «
tis, claræ memoriæ Genitor noſter attonitus & perplexus deliberauit in hoc «
tam grandi & periculoſo dubio circa vtriuſque obedientiam aliquo tempore «
ſe indifferenter habere, donec de veritate geſtorum eſſet plenius informatus. «
Et quamuis ſuper ea ſcienda præmiſſa vigili diligentia ad actus aliquos proceſ- «
ſerit, morte tamen præuentus, ad eam non valuit, vt optabat, finaliter cum «
effectu peruenire; propter quod eiuſdem negotij deſideranda perfectio, noſtræ «
ſolicitudini fuit reſeruata, vt ſicut ſibi in honore & Regali dignitate iure primo- «
genituræ ſuccedebamus, ita & in ſolicitudinibus & eius curis oneroſis & maxi- «
mè in his quæ ſalutem concernunt animarum & tendunt tam manifeſtè ad lau- «
dem Creatoris & Eccleſiæ S Dei gloriam & honorem per eum inchoatis etiam «
ſuccedamus. Cum igitur ea ſit dignior & officioſa magis frugalitas Reipub. ac «
cura ſplendidior in Regnante, per quam pacis dulcedo humanis non tantum «
paratur corporibus, ſed ſalus & quies etiam animabus ad illius laudem & glo- «
riam qui eſt autor pacis & amator veritatis ad noſtræque & omnium verè & ri- «
tè nos in hoc ſequentium & credentium ſalutem animarum & ſpecialiter Popu- «
li nobis crediti, de quibus Regi omnium Regum habemus rationem reddere, vt «
ipſa Regni noſtri bona diſpoſitio quæ pendere maximè dignoſcitur à conſcien- «
tia fidei & obedientiæ iugo ſeruetur, quod aliquandiu poſt ſuſcepta Regni no- «
ſtri gubernacula non ſine cauſis legitimis diſtulimus ad diſcuſſionem tantæ rei. «
Et vt poſſemus tam alti negotij veritatem elicere, cum de ſalute noſtra & multa- «
rum animarum ageretur intendere totaliter voluimus. Conſuluimus itaque ſu- «
per his & conuenire in vnum fecimus pro inueſtigatione veritatis, Conſilijs in «
ſubſcriptis habendis magnæ honeſtatis & autoritatis viros tam de dicto regno «
noſtro quàm de partibus extra Regnum, in & de veritate facti pleniſſimè vt cre- «
dimus & veriſimiliter credere debebamus, informatos & in Iure peritos, appro- «
batos & expertos, per quos lumen eiuſmodi veritatis tam in facto quàm iure vi- «
dere & pertingere poſſemus, vt deſiderio magno cupiebamus noſtræ toto ſinceri- «
tatis affectu tanquam zelator veritatis, Prælatos, ſolemnes Magiſtros in ſacra «
Pagina, Doctores Canonum, legum etiam Profeſſores, ac peritos in facultatibus «
alijs in magno numero ſicut negotij qualitas altiſſima requirebat. Quibus au- «
ditis & prudenter examinatis illis quos in facti veritate geſtorum credebamus «
certiores, & intellectis opinionibus Magiſtrorum, Doctorum & aliorum quam- «
plurimorum peritorum. Et eorum & aliorum prædictorum vota tam in facto «
quàm in iure, prout per quemlibet ipſorum poteramus melius informari, cum «
maturitate maxima & ſumma deliberatione diligenter intelleximus. Quorum «
omnium concors aſſertio & vnanime iudicium remanſit & concluſit, ac in eo- «
rum conſcientijs & periculis animarum & ſub virtute præſtiti per eos iuramen- «
ti irrefragabiliter cenſuit dictum olim Gebennenſem Cardinalem nunc Cle- «
mentem VII. canonicè electum fuiſſe & eſſe verum ſummum Pontificem, «
Chriſti Vicarium & B. Petri legitimum ſucceſſorem; præfatum verò olim «
Barrenſem Archiepiſcopum fuiſſe & eſſe Apoſtolicæ Sedis inuaſorem & in ea «
violenter intruſum, vtpote electum per popularem tumultum & notoriam «
impreſſionem ipſis Cardinalibus per Romanos publicè illatam, ipſumque & «
quemcunque alium poſt eius obitum ſe in Papatu de facto ingerentem eſſe re- «
pellendum & Intruſum. Quorum conſilium in virtute Altiſſimi amplectentes, «
attento inſuper quod potiſſimum reputamus, quod omnes DD. Cardinales «

» tunc viuentes qui in vtriuſque prædictorum electione interfuerunt, & alij vna-
» nimiter poſt & ante electionem de dicto D. Clemente factam à præfato Barren-
» ſi Archiepiſcopo ex eius contortio & obedientia diſceſſerunt, & qui morte
» præuenti non ſunt, præfato D. Clementi indeſinenter adhæſerunt & adhærent
» inconcuſsè. Attento etiam quod multi notabiles Reges & Principes Chriſtia-
» ni cum Cleris & populis ſuis vt verum & Rom. Pontificem ſuſceperunt, idcirco
» DD Principum Regum Franciæ & Nauarræ progenitorum noſtrorum qui in
» vnitate S Matris Eccleſiæ reſidentes hanc ſibi gloriam inter cæteros mundi
» Principes vindicaſſe leguntur, vt nunquam in obedientia & deuotione veri
» Chriſti Vicarij deuiarunt: quinimo ipſos vt cultores, fautores & defenſores
» Catholicæ fidei & pro ipſa fide feruentiſſimos pugiles & deuotos Eccleſia ipſa
» ſemper habuit in ſingulare præſidium & libertatis Eccleſiæ munimentum, veſti-
» giis inhærentes vt decebat, & eorum fidei conſtantiam ac ſinceram deuotionem
» toto mentis affectu ſectantes. Habitis etiam vltra præmiſſa ſæpiſſimè Conſiliis
» pluribus noſtris publicè & ſecretè in Cathedrali Eccleſia noſtræ Pampelonenſis
» Ciuitatis, illius inuocatâ gratiâ qui eſt via, veritas & vita pro veritate huius nego-
» tij perquiſita, vt præmittitur, & inuenta noſtris ſubditis inſinuanda & tenenda
» cunctiſque aliis Chriſti fidelibus diuulganda, de Epiſcoporum, Prælatorum &
» aliorum prudentium virorum, necnon aliorum virorum pro parte trium Sta-
» tuum Regni noſtri ad hoc ſpecialiter vocatorum concordi & vnanimi conſi-
» lio, præſente Reuerendiſſimo in Chriſto Patre Cardinali de Arragonia Legato
» Sedis Apoſtolicæ, in conſpectu Cleri & populi multitudinis copioſæ palam &
» publicè declarationem noſtram modo facimus ſubſequenti: videlicet quod
» præfatum Bartholomæum olim Barrenſem Archiepiſcopum, ſic vt præfertur,
» in Apoſtolica Sede credimus intruſum & quoſcunque alios poſt eius obitum in
» loco & vitio ipſius ſuccedentes & eos vt intruſos, Antipapas, Apoſtatas, Schiſ-
» maticos, Antichriſtos & Eccleſiæ Dei temerarios Inuaſores reſpuimus & eui-
» tamus, & ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum D. Clementem
» Papam VII. prædictum olim Cardinalem Gebennenſem fuiſſe & eſſe Papam
» verum, & vt verum Chriſti Vicarium & B. Petri legitimum ſucceſſorem recipi-
» mus, ipſumque vt Patrem & Paſtorem animæ noſtræ & ſingulorum ſubdito-
» rum noſtrorum & animarum omnium Chriſti fidelium recognoſcimus. Et hæc
» omnibus & ſingulis ſubditis & fidelibus noſtris, & deinde Chriſti fidelibus vni-
» uerſis, præſentibus pariter & futuris præſentium ſerie intimamus, inſinuamus
» & etiam nunciamus, ipſis ſubditis & fidelibus noſtris, cuiuſcunque ſtatus, præe-
» minentiæ ſeu conditionis exiſtant, diſtrictè præcipiendo mandantes quatenus
» ſub pœna noſtræ indignationis hanc informationem & declarationem noſtram
» inuiolabiliter obſeruent & totis affectibus ſtudeant perpetuò cuſtodire. Agnoſ-
» cimus ſiquidem, quod inter cætera quæ greſſus noſtros poſſunt per viam pacis
» dirigere ad ſalutem & fulgorem noſtri diffundere Principatus, hoc præcipuè pij
» operis meritum nos ad æterna præmia promouebit, hoc recolendi facti memoria
» Iuuentutis noſtræ tempora futuris ſeculis collaudanda mandabit, ſi indiuiduo
» Catholicæ Eccleſiæ Corpori abſciſſa portio per noſtræ deuotionis prudentiam
» ad participationem vitalis Spiritus integretur. Iſtius enim caſti deſiderij & vo-
» luntatis ſanctæ propoſitum nobis euidentiſſima huius veritatis quam declara-
» mus, commendatio pollicetur, quæ argumentis naturalibus, Philoſophicis ra-
» tionibus, Theologicis autoritatibus & veridicis Cardinalium atteſtationibus
» eſt probata. In quorum omnium teſtimonium ad perpetuam eorum memoriam
» & firmam ſtabilitatem, Bullam noſtram auream præſentibus Litteris juſſimus
» apponendam. Datum in Ciuitate noſtra Pampilonenſi die 6. Febr. anno Do-
» mini 1389.

Eodem anno 1389. M. Petrus de Alliaco inſignis Doctor Theologus, Can-
cellarius Vniuerſitatis & Eleemoſynarius Regius Legationem obiit ad Clemen-
tem VII. Auenione ſedentem à Rege, ab Vniuerſitate, & ab Eccleſia Pariſienſi
ad impetrandam Petri de Lucemburgo Diaconi Cardinalis, alumni Academiæ
Pariſ. apotheoſim ſeu Canonizationem; in eamque rem duas habuit ſolennes
orationes, ſeu vt dicebant, Collationes in Conſiſtorio publico, quæ quia non-
dum ſunt Typis mandatæ, ſeruanturque adhuc in MS. operum ipſius in Biblio-

theca

theca Capituli Eccleſiæ Cameracenſis, indeque exſcriptæ à D. de Francquevilla Canonico eiuſdem Eccleſiæ, & Fr. Bonauenturæ Bauduiſio Cœleſtino Pariſ. miſſe, quas & ipſa mihi benignè communicauit, huic noſtro operi inſeri dignæ viſæ ſunt, præſertim quia Academiæ Pariſ. laudes fusè complectitur, à qua ſe miſſam dicit ad impetrandam prædictam apotheoſim. Prior autem oratio eſt eiuſmodi.

Collatio M. Petri de Alliaco pro Apotheoſi Petri de Luxemburgo.

PAter jam hora eſt, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Ioan. 17. Beatiſſime Pater, quamuis verba hæc ſunt Chriſti ad Patrem ſupplicantis vt ſuæ Diuinitatis ſuæque humanitatis veritatem hominibus notificando clarificaret, vt perinde etiam Patris Diuinitas hominum in cordibus clarificaretur per filium, attamen verba iſta, dignè vt arbitror, ad aliud hodie traducturus ſum, Ad illud ſcilicet arduum altiſſimumque Legationis meæ negotium nunc coram ſacro huius Conſiſtorij auditorio proſequendum. Verum ego de rebus maximis ſermonem habiturus perturbor vehementer, dicereque coactor cum Pſalmiſta. *Timor & tremor venerunt ſuper me*, propter multa equidem nominatim, tum propter illud quod ſubjungitur, *quia contexerunt me tenebræ*, tenebræ ſcilicet ignorantiæ, quibus propter peccatum nullæ grauiores ſunt, nullæ fugibiliores. Quomodo enim de claritate aut clarificatione tenebris obuolutus judicabit? aut quæ comparatio lucis ad tenebras, vt Apoſtolus ait; qui autem debiliores aut imbecilliores oculi quàm ignorantis animæ & nociuo humore criminum prægrauatæ? quæ verò effulgentior coruſcantiórve claritas quàm huius cui aſto, præcelſiſſimæ ac ſanctiſſimæ Sedis, hujuſque celeberrimi Collegij, quæ lux præterea radioſior eſt quàm veritatis illius quæ inueſtiganda ac cernenda proponitur? Mihi ergo hoc in loco congruit illa vulgata comparatio ab Ariſtot. in 2. ſuæ Metaph. libro poſita de oculo nicticoracis ad lucem ſolis & intellectus, ad inueſtigationem veritatis. In inſpectione ſiquidem tanti myſterij quale nunc tractandum eſt, inualida mentis meæ acies retunditur, dicereque mihi quiſpiam poteſt illam vocem Ietro ad Moyſen *vltra vires ad negotium*, Exod. 18. præſertim cum cauſam ſimilem aliàs nec tractaui, nec vbi tractaretur, interfui. Communis autem ac naturalis hominum mos eſt, ad inſolita & inuſitata, cum ab eis ſuſcipienda ſunt, paueſcere ac ſtupere. His accedit quàm multiplicia mihi hac de re cogitanti diſturbia contigerint, quàm præcipitata ſcilicet & in ſuſpenſo habita temporis breuitas, quàm crebra animi, corporis & loci mutatio Studio infeſtiſſima multaque huiuſmodi quæ ſi aliis vt mihi cognita eſſent, ſanè incultus inſipiduſque ſermo meus veniam facilius impetrarer. Poſtremò non propriâ ego temeritate, ſed præceptis quibus obniti non licet, impulſus huc acceſſi, & tantæ rei ſarcinam debilibus humeris meis pauitans impoſui. Quam ob rem excuſationibus fine dato operæ pretium eſt meæ legationis rationem breuiter eloqui abſque multa concordantiarum vocalium aut ſuperuacuarum allegationum inculcatione. Neque enim memoriam aut curioſitatem nunc oſtentare propoſitum eſt, ſed rem ita dicere vt probetur. Primitus attamen diuinum imploro ſubſidium & bleſo det ſua verba loqui, purget rubigine linguam, illuſtret quoque & per iuſtificationem clarificet mentem meam, & det in ſe ac in ſua cauſa recta ſapere, probatè loqui, & quod rectum fuit, perorare. Exoro præterea & ſupplicibus votis precor, Beatiſſime Pater, vt S. T. aures propitias faciles ac beneuolas habere merear. Hoc enim modo inutilem Filium tuum clarificabis, cum te Patrem eſſe hoc per effectus oſtenderis. Deinde ad ſacrum hoc Collegium vota facio ſimilia, & hoc ipſum non ex meis ſed ex mittentis me meritis, ex cauſæ dignitate atque ex Clementiſſima Humanitate tua impetratutum ſperans, pro canonizatione mirifici & præclariſſimi Adoleſcentis S. Memoriæ Petri de Luxemburgo olim S. Rom. Eccleſiæ Diaconi Cardinalis verba Chriſti reſumo aſſumpta.

His igitur ſic proloquutis ad materiam propius accedendo, priuſquam ad perſuadendum quod propoſitum eſt, deſcendam, ſtatum triplicem conſidero eorum quibus congruunt verba prædicta auribus tuæ Beatitudinis inſonare, &

in ipſis etiam triplicem claritatem poſſumus reperire. In primo ſtatu præclariſſimus Adoleſcens noſter Petrus antedictus cum Ciuibus ſupernis, in quibus eſt claritas gaudioſæ ſanctitatis & æternæ gloriæ, quemadmodum Sapient. 3. ſcribitur, *quod fulgebunt iuſti ſicut ſol*, & ibidem 21. ſubditur, *quod dedit illis claritatem æternam* In 2 ſtatu eſt Illuſtriſſimus Francorum Rex Carolus Chriſtianiſſimus tuæ S. Filius cum proſapia ſuæ nobilitatis, in quibus eſt claritas virtuoſæ æquitatis & rectæ iuſtitiæ, quæ vt Philoſopho placet, 5. Eth. præclariſſima eſt virtutum· & neque Heſperus neque Lucifer ita admirabilis. *In tertio ſtatu eſt humilis ac deuota Sanct. tuæ Filia Pariſienſis ſtudij Vniuerſitas, necnon Pariſiorum imò tota Gallicana Eccleſia, in quibus eſt claritas religioſæ veritatis ſapientiæ. Quæ clara eſt, nunquam marceſſit, vt dicitur*, Sap. 7. Iſti igitur, vt dixi, tres eorum ſtatus qui tibi, Pater Beatiſſime, dicere poſſunt pro præfatæ Canonizationis celebranda clarificatione, *Pater iam hora eſt, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus, &c.* Sed iſta ſine ampliori declaratione nequaquam pertranſeamus, jam de ſingulis per ordinem videamus.

VNIVERSITAS PARISIENSIS.

Primò itaque, Pater Beatiſſime, ſi Diuina per ſimilitudinem ad humana trahi licet, quemadmodum Pater æternus ab eius conſubſtantiali filio pro ſua clarificatione rogatus eſt, quatenus reciprocatione quadam Patris etiam claritas hominibus nota eſſet, non aliter præclarus ille T. S. Filius Petrus antedictus magnâ ſuperorum Ciuium ſtipatus catervâ, quantum credere & piè affirmare fas eſt, à te nunc clarificari expetit illâ S. Claritate quam in omni virtutum ſtudio, in omni compoſitione morum, in ſignis denique multis & prodigiis hactenus habet, habuitque apud te & apud Sedem hanc tuam atque Curiam, vt exinde tui ipſius tuæque Iuſtitiæ & Canonicæ Electionis claritas, ipſo rogante, ipſo etiam approbante hominibus innoteſcant.

Sed quæret forſitan aliquis quæ eſt iſta & vnde oritur hæc clarificationis petitio? Reſpondebo quod non niſi ex ardentiſſimo quodam affectu proficiendi quamplurimis, quantum lucerna ſuper candelabrum poſita luceat omnibus qui in Domo ſunt, vtque talis theſaurus non ſit abſconditus, ſed in vtilitatem tranſeat plurimorum; vt inſuper magnificetur Deus in Sancto ſuo & magnificentius, attentius, feruentiuſque diligatur. Non enim vtilitatem ſuam ſed noſtram Adoleſcens noſter quærit, ſicut nec ſuam Chriſtus quærebat cum dicebat, *Pater clarifica Filium tuum.* Sed in hac Clarificationis petitione noſtra vtilitas, noſtrarumqne mentium clarificatio & illuſtratio petebatur. Sicut narrant Hiſtoriæ B. Protomartyrem Stephanum ter cum inſtantia poſtulaſſe extrahi è terra ſuas ſuorumque reliquias, non profectò vt ſuæ beatitudini eſſentiali quidquam in cœlis accederet, ſed ſicut dum hæc mandaret, expreſſit, hoc idcirco factum eſt, quatenus per hoc periclitanti & flagellato orbi congruum præberetur antidotum: & hoc in loco non aliter aut ſentio aut iudico, ſcilicet quod pro noſtra, non illius neceſſitate aut vtilitate ſanctiſſimus noſter Adoleſcens, imò vir vtique ſecundum cor Domini, nunc à te petit, vt per canonizationem clarificetur & innoteſcat, vt ſic gratia à Domino ſibi gratuitè conceſſa inſtar ſideris præfulgidi radios ſuos vbique diffundat, & in ſui imitationem fidelium corda incitet & inflammet. Quamobrem P. B. verba præaſſumpta eundem nunc pater dicens, Pater, inquit, jam hora eſt, &c. Et de prima petitione.

Sequitur de ſecunda quam Illuſtriſſimus Rex Francorum per os ſerui ſui inutilis fieri nunc ſtatuit; ad quam debitè & ſecundum eius affectum ſolenniter explicandam, eloquentiori facundia, quàm neceſſe fatear, opus eſſet. Dicam tamen vt potero. Igitur P. B. ſecundum Sapientis ſententiam, *Cor Regis in manu Domini eſt, & quocunque voluerit, inclinabit illud*, Prouerb. 20. Volens itaque Omnipotens Deus ſua gratuita & inſolita bonitate Regis noſtri Cor ad bonnm flectere & in deuium tyrannicæ crudelitatis non abduci, atque vt prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo legis ſuæ ac nominis defenſor eſſet ſtrenuiſſimus, fecit eundem cum Salomone puerum eſſe ingenioſum & ſortitum animam bonam, quam ſicut accepi, vir ille Sanctiſſimus Vrbanus PapaV. à Domino poſtulatum obtinuiſſe creditur & per ſuas preces Deo aſſiduè commendaſſe, bona inſuper de eo præſagiſſe quamplurima. Et ſanè

hîc Rex noſter Chriſtianiſſimus, quæ Regis ſunt, cogitans ſemper & intuitu ſuo diſſipans omne malum, habet miſericordiam & veritatem, quæ cuſtodiunt Regem, inſuper clementiam, per quam roboratur eius thronus, vt notatur Prouerb. 20. Huic præcipua cura eſt tueri fidem, venerari Religionem, juſtitiam & judicium facere, impendere ſubiectis miſericordiam & clementiam, hoſtibus potentiam, omnibus æquitatem, optare ſtatum Eccleſiæ proſperum, rogare quæ ad eius pacem ſunt, & diſſidioſi ſchiſmatis ceſſationem cum ſuſpiriis iugiter implorare. Quod dum nuper more ſuo ageret, ecce fama velox ab hac Romana Curia exiſtens ad ipſum introïuit, & procidens coram præcelſo Majeſtatis ſuæ Tribunali curioſè ac ſollicitè nitebatur, quæ hîc apud vos contigerant, deceſſiſſe videlicet à mortali carcere æthereum illum juuenem Petrum antedictum, ac miris coruſcare virtutum prodigiis, eum mortuos ſuſcitare, cœcos illuminare, claudos erigere, ſoluere mutis linguam, & vt breui ſententiâ multa concludam, quemadmodum de Beato Nicolao canit Eccleſia, innumeris eum decorari miraculis affirmabat. Hujuſmodi voces diſpergebat fama & omnium aures multiplici ſermone replebat. Fama, inquam, non illa, quam Maro deſcribens ait, Monſtrum horrendum ingens; & iterum. Fama malum quo non aliud velocius vllum; & rurſus, tam praui fictique tenax quam nuncia veri: de qua etiam Naſo inquit, quod veris addere falſa gaudet, & quod ſua per mendacia creſcit. Sed fama illa erat, qualis ad aures Reginæ Sabba peruenit quæ minor erat, quàm virtutes illæ Salomonis quas referendo loquebatur, vt habetur Pſal. 2. 109. Fama inſuper qualis illa erat quæ de Chriſto exiit per vniuerſam regionem, *Luc. 4.* In hoc ergo famæ intuitu hæſit aliquandiu prudentiſſimus Rex & eam magis ac magis audire cupiebat. Sed dum crebra repetitione fama huiuſmodi ſermonem vulgaret, acceſſit interea fides ſiue credulitas, quæ generatur & fit ex auditu ſecundum Apoſt. *Rom. 10.* Acceſſit inſuper amor ſeu Charitas quæ virtutes pariunt, quia nihil eſt, vt Cicero ait, virtute amabilius, vel quod magis alliciat ad diligendum. Acceſſit tertiò ſpes vel ſecuritas, quæ ex ſequentibus bonis quæ audiebat, expectabat meliora in futurum ventura. Fides itaque famæ vocibus credit, Charitas credita diligit, ſpes antea ex creditis & dilectis futurum bonum adipiſci concupiſcit. Et hæc omnia prudentiſſimus Rex & Chriſtianiſſimus profundâ mente circunſpiciens & famæ vocibus credens eamque diligens, de ea inſuper bonum ſperans pro antedicta Canonizatione celebranda vices ſuas interponere decreuit. Ipſe namque, vt verè dixi, zelum Dei ac fidei habens, velut alter Phinées, arbitrans etiam ſe præſtare obſequium Eccleſiæ, atque eius vnitati & tranquillitati ſi pro Canonizatione præfata laborauit, ſtudens inſuper illum quem mortaliter viuentem honorauerat, nunc immortaliter triumphantem propenſius honorare, per me inutilem tui & illius ſeruum modò Celſitudini tuæ proclamat piâ deuotionis voce, *Pater jam hora eſt, &c.* Et hæc de ſecunda petitione.

Sequitur de tertia, in qua dicendum eſt qualiter illud idem petit *humilis & deuota T. S. Filia Pariſienſis Vniuerſitas cum Eccleſia Pariſienſi*, quibus, vt reor, tota fauet Eccleſia Gallicana. Non decet equidem, Pater Beatiſſime, *vt præfata Sanctitatis tuæ Filia Pariſienſis Vniuerſitas ab hoc petentium cœtu ſe disjungat. Nam quidquid ad Religionem aut communem Eccleſiæ vtilitatem ſpectat, procurare ſemper gaudet atque promouere. Nec alienum quidquam à ſe reputat quod Religionem tangit & fidem. Hæc eſt enim quæ Eccleſiam omnem velut lampas præfulgida coruſcis Doctrinarum facibus illuſtrat. Hæc eſt quæ de Chriſtianis Francorum Regibus Chriſtianiſſimos efficit, & per quam Galliæ illud Elogium à Quintiliano ac deinde ab Hieronymo donatum eſt, ſola Gallia monſtro caruit, monſtro ſcilicet perfidiæ infidelitatis; cum alibi pene vbilibet tot fuerint errorum ſectæ, quot Actores. Hæc denique eſt, quæ viros ſemper genuit orthodoxæ fidei defenſores præcipuos & omnium morum honeſtate præclaros.* Nam & præclariſſimus ille noſter Adoleſcens, de quo nobis eſt ſermo, ab ineunte ætate in ea nutritus, ac doctrinis eius ſaniſſimis inſtructus eſt. Qui eam etiam Matrem ſuam filiali humilitate pluries nominauit; in qua præterea ſe taliter geſſit, quod nulla vnquam inuidorum lingua quid-

LAVDES VNIVERSITATIS PARISIENSIS.

quam de eo ſiniſtrum auſa eſt murmurare. Nam quod Salluſtio difficillimum viſum eſt, virtute inuidiam ſuperauit. Quid mirum? ipſe namque vt verbis vtamur magni illius Doctoris Ambroſij l. 2. de Virgin. *Fuit ſemper in corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperum ſpem reponens, intentus operi, verecundus ſermone, arbitrum mentis non hominem ſed Deum doctus quærere, nullum lædere, omnibus bene velle, majoribus aſſurgere, æqualibus non inuidere, jactantiam fugere, rationem ſequi, virtutem amare. Quando faſtidiuit humilem, quando riſit debilem, quando vitauit inopem? nihil in oculis toruum, nihil in verbis procax, nihil in actu verecundum, non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior, vt ipſa ſpecies corporis ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis.* Iſta ergo magna ſunt præfatæ Vniuerſitati incitamenta ad credendum ipſius glorificationem in Cœlis, cuius ſanctitatem proſpexit in terris. Quamobrem vbi de ipſius canonizatione pertractatur, eſſe diſſimulanter agendum non putauit, quoniam in huius alumni ſui honorificatione ſuum penſat honorem, & in publico commodo bonum proprium recognoſcit. Sed nec Eccleſia Pariſienſis nec vniuerſa etiam Eccleſia Gallicana hoc in loco ſilere habeat, vbi Vniuerſitatem præfatam ad hoc petendum determinatam eſſe proſpiciunt: in talibus enim quam potius Ducem aut Doctricem ſequerentur quàm Vniuerſitatem memoratam, cuius veſtigiis inhærere & cui in arduiſſimis conſueuerunt fidei negotiis aſſentire, vtpote quam veritatis Magiſtram eſſe ſciunt & ſedulam oppugnatricem omnis erroneæ falſitatis? Et hanc igitur talem ac tantam Filiam tuam, Pater ſancte, nunc pro canonizatione præfata vnà cum prædicta Pariſienſi Eccleſia tuam noueris beatitudinem implorare ac dicere, *Pater jam hora eſt, &c.* Et hæc de rertia petitione.

Sequitur verò & recto ordine conſequens eſt dictarum trium petitionum rationes & motiua ſubjungere. Sed antequam ad vlteriora procedam, ſi T. S. placuerit, primitus legendæ ſunt & in tuo ſacro Conſiſturio publicandæ illorum quos ſuperius allegaui, Regis videlicet, Vniuerſitatis & Eccleſiæ Pariſienſis patentes Litteræ, vt exinde meæ legationis pateat fundamentum. Littera ...

His itaque prælibatis in verbis præmiſſis ſic nudè propoſitis quodammodo tria intueri licet, quæ ad Canonizationem Sancti alicuius celebrandam & requiri & ſufficere videntur. Quamuis enim ad illam obtinendam quam quærimus, magnum argumentum eſſe debeat quod tot & tales illam petunt, aliqua tamen eorum motiua ſubjungere non pigebit, ne eos fortaſſis incautè aut irrationabiliter petere quiſpiam arbitretur. Sciendum eſt igitur quod cauta eſt ac rationabiliter facta petitio, ſi eam triplex quæ in verbis propoſitis notatur conditio, comitetur. 1. Si in tempore quæratur opportunitas juxta primum Thematis verſum. *Pater jam hora eſt.* 2. Si in donante reperiatur authoritas juxta 2. *Pater clarifica Filium tuum.* 3. Si in fine aut in opere contineatur vtilitas juxta 3. *Vt Filius tuus clarificet te.* Omiſſis autem aliis diuiſionibus & concordantiis hæc tria ſicuti propoſita ſunt, exequamur. Imprimis de temporis opportunitate, videlicet quod celebrandæ huius canonizationis jam hora, &c. videamus. In Naturalibus equidem & non minus in moralibus res aliqua tempus habet & horam ſuæ productionis, dum ſufficientes ad eam producendam cauſæ præmiſſæ ſunt. Quibus poſitis non expectandum eſt donec conueniens hora prætereat, quoniam vtrobique vitium eſt; vel ſi celeritate nimia aut inconſulta præcipitatione præoccupetur hora, vel ſi torpenti negligentia præpoſteretur. Eapropter per Sapientem dicitur *quia omnia tempus habent.* Eccl. 3. Et iterum *omnia* inquit, *in tempore ſuo quærentur.*

Conſideremus igitur quæ & quanta Canonizationem quam peto, præceſſerint, ſi fortaſſe cauſas eius ſufficientes & ad eam celebrandam temporis opportunitatem valebimus inuenire: Iam itaque præceſſerunt admirabilis Miraculorum multitudo, teſtificabilis eorum certitudo, laudabilis morum claritudo; & vltra hæc tria quid ad huius Canonizationem requiratur, non inuenio. 1. Ergo præceſſit admirabilis miraculorum multitudo. Dum enim mecum recogito diuerſos Sanctorum obitus eorumque Canonizationes, ibidem miracu-

la magna & clara facta eſſe conſpicio, tum ad Dei gloriam ſuis in Sanctis manifeſtandam, rum ad fidem in cordibus hominum roborandam, aur aliam cauſam huiuſmodi; ſed dum illa confero ad ea quæ poſt felicem deceſſum glorioſiſſimi ac præclariſſimi huins Adoleſcentis acta fuiſſe referuntur, vix reperio plura vnquam facta eſſe præter ſolirum & vſitatum naturæ curſum, nec in multitudine equidem nec in temporis breuitate. Idipſum verò non & aliud niſi videtur diuina prouidentia ſpecialiter effeciſſe quàm vt Sancti huius Canonizatio celerius celebretur. His accedit quod multa eorum apud hanc Curiam facta ſunt & coram oculis poſita, vt iam non ex auditu rantùm, ſed ex viſis & proſpectis ſumere liceat argumentum atque iudicium. Et iſtud aut rariſſimè, aut nunquam hactenns factum eſſe conſpicio. Cnius rei quæ potior cauſa eſſe dicenda eſt quàm prætacta, ſcilicet vt Canonizatio huius citiùs fieret, quo clarius atque patentius illis res innoteſceret ad quos de ea ſpectar ferre ſententiam. Nam & per hoc rationabilirer eliditur atque reijcitur ſimilirudo illa poſſibilis indnci de alijs Sanctorum Canonizationibus, quæ in dilatione mulrò per diuturniora tempora poſitæ ſunt. Conditio namque locorum & factorum attendenda fuit modo, & ſuſpicor in alijs neque ira velox tot geſtorum operationeque tanta apud hanc Curiam illorum probabilitas ſuo in exordio reperta eſt.

Sed expectant fortè nonnulli, vt miracula illa enarrando manifeſtem atque magnificem. Quibus reſpondeo longè plura illa eſſe ac maiora quàm dinumerare poſſim in tanta temporis anguſtia; rot enim illa ſunt, vt neſciam quod in illis potiſſimum debeam eligere, mihique conuenir illud Narciſſi apud Naſonem .... *inopem me copia fecit.* Quis enim faciliter comprehenſurus ſit & ſigillatim expreſſurus miracula eius duo millia centum viginri octo, quæ iam in Regiſtris contineri dicnntur? Inter quæ enumerantnr ſuſcirari à mortuis 73. cœci illuminati 57. ſurdi ſanati 15. Muti 8. quorum duo muti à Natiuirare fuerant. Hydropici ſex, Leproſus vnus. De omni autem ſpecie febrium & alijs conſuetis infirmiraribus plagiſque & rupturis, ac caſibus fortuitis penè innumeri. Si de illis igitur perfectè loqui vellem, aut vobis eſſem faſtidio, aut in recitando deficerem, ant quod magis puto ſimul faſtidioſus eſſem, aut diminutus. Quod ſi aliqua eorum præligere decreuero, confeſtim ea quæ, aut maxima, aut celebriora ſunt, conquiſiſſe putabor; ad quod peragendum neque tempus me habuiſſe ſufficiens fateor neque ſcientiam. Idcirco magis hoc in loco congruere arbitror me qui nihil horum accepi, niſi per auditum; ſilere quàm pauca diminuta & cum faſtidio dicere. Et hæc de primo primi Principalis.

Secundò dixi, quod hanc Canonizationem præceſſir prædictorum miraculorum atteſtabilis ſeu teſtificabilis certitudo. Et imprimis P B. in teſtimonium poteſt accerſiri Sanctitas tua, nonnulli inſuper Reuerendiſſimorum Patrum, qui ſunt Cardines terræ, ſuper quos poſuit Dominus Orbem, & ita quos in hac re iudices habemus & teſtes; teſtes, inquam, omni credulitate digniſſimos. Sed præter veſtras innumeras eſſe audio in omni hominum ſtatu atteſtationes, quas particularim differere non dinrnus modò, ſed annuus labor eſſet, nec video dolum, aut fictionem vllam ſomniari poſſe, vbi populi, Nationes, Regna, tot diuerſarum & aduerſarum conditionum, tot animorum, tot affectuum, tot Capitum, totque ſententiarum in hanc vnam conueniunt ſententiam, Adoleſcentem noſtrum apertiſſima feciſſe miracula, veruntamen non ſum neſcius multos hoc loco, etſi non voce, cogitatione tamen mihi uccurrere; qui contra ea quæ dixi & quæ oſtendere viſus ſum, tres conantur formare inſtanrias, quas hîc ponere libuit, vt veritas amplius elnceſcat, quo magis diſcuſſa fuerit atque ventilata.

Primi quaſi conquerendo dicunt nulla ſe vidiſſe miracula. Et qnamnis hoc in loco eſſent, quamuis etiam accuratiſſimâ diligentiâ intenderent, nihil de eis niſi per auditum accipere potuerunt. Quod ſi viderent, vtique crederent. Audis P. B. veterem Iudæorum petitionem: audis creberrimam quorundam noſtri temporis querimoniam; veruntamen talibus aperta eſt, ſed formidanda Chriſti reſponſio. *Generatio hæc mala & adultera ſignum quærit*, & non dabirur ei, &c. Marh. 12. Iſti cum Thoma niſi viderint & palpauerint, ſe credituros

fore negant, cum tamen veritas dicat, *Beati qui non viderunt & crediderunt.* O quàm multi ſunt talium, quibus etiam ſi datum ſit videre atque tangere, non propterea credent, ſed aut pro nihilo illa reputabunt, aut calumnias mille fingent, aut ſiniſtrè interpretabuntur. Et ita veritatem quæ ſe in eorum mentes inferre & ingerere conabitur, repudiabunt, eique aditum præcludent; de quibus non ineptè dici poteſt illud Lucæ 16. *neque ſi quis ex mortuis reſurgat, credent.* Quamobrem inducendus eſt animus credere etiam quæ non videt, & aliorum atteſtationibus qui viderunt, fidem præſtare: quoniam in lege quam etiam Chriſtus allegare dignatus eſt, ſcribitur, quod *in ore duorum vel trium ſtat omne verbum.* Deuteron. 22. Et hæc de 1. obiectione.

Secundò ſequitur aliorum non minus inſulſa conqueſtio atque obiectio. Dicunt enim ab hoc ſancto viro ſe multa cum magna petiuiſſe deuotione &, multâ precum inſtantiâ, ſed inexauditos ac vacuos receſſiſſe. Verum ex ſcripturis multa iſtorum erronea cœcitas refelli poteſt. Quid enim mirandum eſt ſi non impetrauit, qui aut fictè, aut dubiè, aut tentatiuè, aut curioſè, ſiue non in charitate ac fide, aut non pro ſua æterna ſalute Deum in ſuo Sancto rogare præſumpſit: cum videamus Paulum tantum, ac talem Apoſtolum ter Deum rogaſſe & ter inexauditum receſſiſſe. Corinth. 12. Nonne etiam veritas vno verbo apertiſſimè huiuſmodi quæſtionem repellit, vbi ait, *Multi Leproſi erant in Iſraël ſub Heliſæo Propheta & nemo eorum eſt mundatus*, niſi Naaman Syrus, Luc. 4. Et hoc de obiectione 2.

Tertiò ſubijcienda eſt alia calumnia quorundam dicentium Sanctos & Sanctas multo maioris meriti apud Deum tot & talia quæ de iſto narrantur, nequaquam operatos fuiſſe. Sed iſtus præſto eſt Chriſti reſponſio, qui de ſeipſo qui verè ſolus Sanctus eſt, ait, *Amen, amen dico vobis*, qui credit in me, opera quæ ego facio, faciet & maiora horum faciet, Ioan. 14. Et hæc de 2. primi Principalis.

Tertiò, dixi quod hanc Canonizationem præceſſit laudabilis morum claritudo; poſtquam enim de miraculis & eorum teſtimonijs dictum eſt, nunc recto ordine, prout pollicitus ſum, dicendum videtur de virtuoſa & laudabili noſtri Adoleſcentis vita, ac eius moribus præclariſſimis, quoniam nec miracula per miraculorum teſtimonia facile creduntur, niſi vitæ laudabilis claritas præceſſerit. Superuacuum autem videri poſſet & tædio proximum iſtam vitæ puritatem operosè eloqui, præſertim coram illis qui iſtud me melius experimento didicerunt, niſi quia laudabilium factorum quamuis notiſſimorum non inamœna eſt repetitio, maximè vbi res exigit, & ſi ſummatim & breuiter fiat, vt facturum me promitto. Nam ex magno virtutum eius aceruo pauca & vulgata quæ ad manum ſe obtulerunt, extraham.

Et inter hæc quid potius eloquar quàm claritatem ſuæ fidei, ſuæ continentiæ ſuæque humilitatis? Nam cuius fides ſtabilior atque feruentior, cuius maior & conſpectior puritas, cuius poſtremò humilitas profundior? de hac triplici virtutum claritate, quamuis ſuperficialiter videamus. 1. Itaque fidem eius interiorem per opera conijcimus, & per quæ opera, inquies? planè per multa & nominatim, quia iugem ad Deum orationem cum ſuſpirijs & gemitibus facere ſolitus erat, & fiduciam de Deo quæ ex fide oritur, conſtat ei maximam infuiſſe. Probant hoc eius reſponſiones, cum ſuper tenuitate imò aliquando defectu rei familiaris ad Deum nonnunquam deferatur Quæſtio, & Nos, inquiebat, bonum Dominum habemus, qui non deſeruit ſperantes in ſe, ipſe nobis perabundè prouidebit. Hæc erat filialis reſponſio, & ex Euangelij profundiſſimis theſauris exhauſta. Deuotionem eius in orando & aſſiduitatem non perfacile eſt exprimere. Nihil enim crebrius, nihil auidius faciebat. Quod ſi Scipio ille Africanus filius Iouis ob inde creditus eſt, quod in Capitolio matutinis horis ipſum ſemper adire & rogare ſolitus erat, multo magis hic veri Dei Filius appellandus eſt, (ſecundum adoptionem loquor) qui tam ſedulus in orando eum repertus eſt. Hæc autem fides ſaluberrima, quæ in noſtro velut in Apoſtolo Petro firmiſſimè ſtabilita fuit, aſſenſum vehementem afferre debet de ſuorum miraculorum veritate, atteſtante Chriſto, qui ait, *Signa eos qui crediderint, &c.* Marc. 16. & Math. 17. *Si habueritis fidem ſicut*

granum ſinapis, &c. Non mirum igitur ſi tanta Adoleſcentis iſtius fides tantorum miraculorum extiterit operatrix.

Sed hîc vnum de modeſtia eius in fide exemplum referre libet contra præſumptuoſiſſimam quorundam temeritatem, quæ ex antiquis latebris nuper in propatulum exſurrexit. Fuerunt enim nonnulli ex illo Ordine quem arbitror vos ſcire, qui Adoleſcentem noſtrum tum Cardinalem dum Pariſius moraretur cupidiſſima inſtantia per verba & ſcripta informare ſatagebant, vt omnino inducerent in animum credere Virginem glorioſam in originali peccato conceptam extitiſſe: & illud cum aliquot vicibus egiſſent, quâ intentione Deus nouit, ſemel ſcedulam vnam authoritatibus plenam eidem porrexerunt: quæ cum poſtea coram eo legeretur, affuit, qui oppoſitum ſuaderet, diceretque authoritates illa minimè concludere. Tunc aliquandiu cogitabundus hæſit Adoleſcens noſter, qui videns hac in re dubia nullo pacto bonis moribus prodeſſe, quod ipſa Virgo crederetur in originali peccato concepta, aut etiam ſi verum eſſet, id ipſum dogmatizari plus obeſſe, conſiderans etiam poſſe piè at modeſtè ſileri aut oppoſitum teneri, arripiens ſcedulam & in ignem proijciens ait, *Non ſit de cætero aliquis qui amplius mecum ſuper hac opinione loquatur.* Et hæc de eius pia fide ſufficiant.

2. De claritate ſuæ puritatis & continentiæ locuturus nullas inuenio ad eam exprimendam dignas voces, à quo, vt audiui, nullum vnquam diſſolutæ, aut effrenis laſciuiæ ſignum egredi viſum eſt, neque verba ab eo audita, quæ vel tenuem ſcintillulam libidinoſæ, aut illecebroſæ mentis prætenderent. Deinde conſtat cum ſororem ſuam generoſiſſimam, crebris monitionibus ad ſanctæ Virginitatis continentiam perpetuò obſeruandam incitaſſe. Conſiderandum tamen eſt & animo circunſpiciendum ætatem formoſitatemque ſuam, recogitandum quo tempore & quo in loco pudicitiam ſeruauerit, illo, inquam, in loco, ac illo in tempore perditiſſimo & corruptiſſimo, in quibus prodigium quoddam eſt caſtitas, & in quos maximè incidit illud Poëticum.... rara eſt concordia formæ atque pudicitiæ. Nam tot ſunt exempla luxuriæ, vt in contrarium verba & admonitiones ſæpe fruſtra ſint; ſed & quod demum horrendum eſt, iam ſuaſores & Miniſtri teterrimi caſtitatis violandæ copioſâ ſæpe remuneratione ditantur, & ſi Satyrico verſu vti libet.

Quis nunc diligitur niſi conſcius, & cui feruens
Æſtuat occultis animus ſemperque tacendis?

Illud verò quod de puritate noſtri Adoleſcentis dictum eſt, credibilius fiet, ſi eius conſideremus remedia contra prædicta libidinis incitamenta; imprimis abſtinentiam, quæ ſummum eſt cum Dei adiutorio contra hanc peſtem remedium, iuxta illud vulgatum Terentij prouerbium. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Quid dixi abſtinentiam? auſteritatem potius dixiſſe debueram. An illa tibi videtur abſtinentia ſimpliciter nominanda, talem & in tali ætate conſtitutum cilicio vti & ieiunijs frequentiſſimis tenerum macerare corpuſculum? iſta autem caſtitas & puritas in Adoleſcente noſtro magnum eſt argumentum miraculorum faciendorum, quoniam, teſte Hieronymo contra Iouinianum, vbi multa & præclara dat virginitatis præconia, virginitatis præmium in multis fuit diuinatio & miraculorum operatio, prout de Sibyllis decem & de Caſſandra & de Claudia quæ cingulo nauem traxit exempla poſuit. Et hæc de eius continentia & puritate ſufficiant.

3. De humilitate huius Adoleſcentis noſtri dicturus ſum, quæ licet in omnibus, tamen nouiſſimè in ſepulturæ eius electione proſpecta eſt; quo facto mihi certè dicere viſus eſt illud Æneidos..... facilis iactura ſepulchri: & multò congruentius Lyricum illud Horatij, Mitte, id. dimitte ſuperuacuos honores ſepulchri: ſed quoniam velut vmbra corpus, ſic inſequentem ſe gloria fugit & proſequitur fugientem, vt perpulchrè de Catone ait Salluſtius, & veritatis teſtimonium eſt, *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* ideo adſpicite nunc quæſo quale nunc ſepulchrum & quàm glorioſum obtinet. Compara mihi marmora ſublimibus alta columnis, & artificum manibus ſolertiſſimè ſculpta, confer aurum,

Digitized by Google

gemmas atque diuitias Crœſi in vnum congeſtas, quid ad hoc ſepulchrum quod nulla vnquam vetuſtas obruet, nullus euertet terræ motus, nulla vnquam demolient incendia? Talia autem præbet humilitas, non inſolens ſuperbia, non vaniſſimus & pernicioſiſſimus honoris appetitus. Quid autem mirum ſi hac humilitate Sanctus Deo placuerit, vt miracula operari meruerit, cum humilitas tantum olim miraculum operata ſit, vt Deum temporaliter conciperet? Nam vt Bernardus ait, *Maria Virginitate placuit, ſed humilitate concepit.* Ex quibus omnibus aliqualiter perſuaſum eſt Adoleſcentem noſtrum talia habuiſſe, vt eum miracula operatum ex ſuis virtutibus credi poſſit; ſcilicet ex fide eius, caſtitate atque humilitate, & ex eiſdem ipſum æternæ felicitatis heredem eſſe concludirur; quoniam de habentibus fidem dicitur, Iacob. 2. *Diuites in fide heredes Regni quod promiſit Deus.* De humilibus ſiue Pacificis, *Manſueti hereditabunt terram.* Et de habentibus puritatem, in Pſalmo ſcriptum eſt, *nouit Dominus dies immaculatorum & hereditas eorum in æternum erit.* Et ſic ex prædictis patere poſſunt tria, quæ illam quam peto Canonizationem iam anteceſſerunt, ſcilicet admirabilis miraculorum multitudo, teſtificabilis illorum certitudo, laudabilis morum claritudo, quæ ad illam faciendam ſufficere videntur; idcirco concludi poteſt quod iam hora eſt, &c. Et hæc de primo principali diuiſionis præaſſumptæ, ſcilicet quod in tempore reperitur opportunitas.

Sequitur de ſecundo, in quo principaliter reſtat oſtendere, quod in donante reperitur authoritas iuxta ſecundum thematis verbum, *Pater clarifica Filium tuum.* Quamuis ergo P. B. Eccleſiæ cauſa quælibet per ſupereminentem authoritatem ad te pertineat, appropriatè tamen & quaſi ſingulariter huius cauſæ tractatio tuum reſpicit tuumque requirit ſummi Pontificis officium. Nam cauſa hæc non de puſillis & minimis eſt, ſed de maximis & arduis, quas ad Sedem Apoſtolicam & ſedentem in ea ſummum Pontificem referri ac remitti debere Apoſtolicæ ſanctiones inſinuant; ſed iſta quæ in te eſt authoritas, Pater Beat. non ſolitaria eſt, ſed eam duas habere comites aſpicio, ſcientiam ſcilicet & dilectionem quæ in verbo propoſito denotantur & quæ mihi magnam ſpem afferunt de Canonizatione prædicta facienda, quoniam ſicut Pater authoritatis nomen eſt, ſic clarificatio ſcientiam inſinuat. Quia ſicut allegatum eſt, clara eſt & quæ nunquam marceſcit ſapientia; per quod autem melius ſignificatur quàm per filium dilectio? potes igitur iſtam Canonizationem facere, quia Pater es, ſcis, quia ſapientiæ claritatem habes & eam diligis & affectas quia Filius tuus eſt. Tu ergo Pater clarifica Filium tuum; ſed quoniam de authoritate tua & poteſtate paterna iam dictum eſt, ſi de ſcientia loqui velim atque prudentia & claritate ingenij tui, vereor ne per hoc aliqua quæſtuoſæ, aut blandæ adulationis ſuſpicio aduerſus me naſcatur, quoniam vt Quidam ait, ſummorum laus hominum quamuis vera & ſincera, de ore tamen humilium non ſine quadam blandiciarum ſuſpicione procedit. Quamobrem iſto omiſſo verto me ad id quod tertio loco dixi, ſcilicet quod iſtam Canonizationem facere diligis & affectas; & hoc, quia iſte Filius tuus fuit, quem arctiſſimo ſemper dilectionis vinculo complexus es. Vt igitur eius honorificationem diligas, neceſſe eſt mentaliter, ſiquidem recolligo qualiter ſancta Paternitas tua erga Filium iſtum, Filium vtique tua ſanctitate digniſſimum ſibi ſe fauorabilem exhibuerit, dum in hac verè mortali & fluida vita viueret & exinde coniecturo ingentiorem nunc illius tibi in eo dilectionem. Prius enim beneficijs eum locupletaſti, deinceps ſuſtuliſti in Epiſcopatum, poſtremo in Cardinalatus apicem ſublimaſti; ſed vtinam Pater B. vtinam ab omnibus illis imitari quæreretur in ſanctitate qui quærunt quamuis adoleſcentuli ad altos Eccleſiaſticarum dignitatum Gradus ſimiliter promoueri; verum multum timeo ne talis modi iuuenilis promotionis plures ſint in poſterum quàm ſanctitatis affectatores. Et ad impetrandum dignitatem allegabunt multi iſtius promotionem qui eius ſilebunt ſanctitatem, ſimile aliquid agentes, ac ſi degeneres milui quia corpulentiam aquilis parem habent, pares in volatu & præda eſſe contendunt. Peſſimus tamen mortalium hic mos eſt bonorum exemplo colorare ac defendere culpam. Cui niſi prouideatur, magno malo accreſcet, ac deinceps Eccleſiæ ordinem, quod Deus auertat, per promotiones indignorum ſubuertet;

ſubnertet. Sed ad te redeo, P. B. qui Adoleſcentem noſtrum bene meritum ſic promou ſti, vt eum eiuſque familiam propriis aliquando opibus ſuſtentaſti, eius quippe generoſiſſimam nobilitatem diligebas ortumque eius nobiliſſimum. Sed iſtas dilectiones præte reo. Cardinalis namque dilectio & amor iſte quem locutus ſum, in vtrumque flexibilis eſt, & bonis atque malis communis, plus quoque aliquando mali affert quàm boni: quod niſi ita eſſet, melius irent res humanæ, atque vt æſtimo, facta Eccleſiæ. Verum alia longè dignior & laudabilior dilectio tua erga eum fuit, quam optima & ſingulariſſima noſtri Adoleſcentis indoles, ſua virtus, ſua abſtinentia, ſua caſtitas, ſua bonorum omnium plenitudo genuit, auxit atque roborauit. Quocirca quid aliud reſtat niſi vt canonizationem huiuſmodi expeditè & celeriter faciat Societas tua? quoniam, vt declaratum eſt, authoritatem faciendi habes, ſcientiam, affectionem habes. Sed ſunt fortaſſis nonnulli qui hoc in negotio majorem ſcrupuloſitatem quàm fortè conueniat, conantur ingerere, & hanc celeritatem quam ſuadeo, diſſuadere nituntur, tribus inter cætera innitentes argumentis. Dicunt enim quidam nouiſſimo hoc in tempore ſuſpectiſſima debere cenſeri miracula, quoniam vltimus Chriſti aduentus expectatur, quem multæ falſorum miraculorum apparentiæ præuenient, & iuxta Chryſoſtomi ſententiam Mundus quaſi æger & ſe nex variis fantaſiis, portentuoſiſque apparitionibus perturbabitur. Deinde alij iſtum canonizare nihil aliud eſſe dicunt quàm in deriſum & contemptum Curiam iſtam ac huiuſmodi Canonizationem tradere aduerſariis videlicet & ſchiſmaticis, quorum eſt officium omnia in ſiniſtram partem interpretari, & ideo hanc Canonizationem facere magis eſſet ſchiſma confirmare potius quàm ſedare. Deinceps reliqui adſtruunt non expedire citò in credulitatem talium miraculorum prolabi, allegantes illud Sapientis, qui citò credit, leuis eſt corde, Eccleſ. 19. ſed licet magna ſint iſta & difficultatis non modicum habentia, ſolubilia tamen & aliis quæ pro noſtra parte faciunt, minus probabilia. Quamobrem iſta diſcutiamus, ne authoritatis vel fidei plus habeant quàm merentur. Sanè conceſſo primo aſſumitur de ſuſpicione miraculorum, non video propter hoc oportere canonizationem quam peto differre aut in diſſimulationem deducere. Cum hoc enim, quod miracula hac ætate nouiſſimâ ſuſpecta ſunt, vel prohibet aliqua & multa fieri poſſe ac potuiſſe tam aperta & taliter circunſtantionata, vt omnis poſſit & debeat merito de eis tolli ſuſpicio, qualia in propoſito facta eſſe veritas refert & experientia docet.

Quantum vero ad illud, quod de aduerſariorum verbis ab aliis additur, non refert vt puto, quid de bene actis inuidi aut maleuoli aut ignorãtes iudicent. Clament, latrent & perſpicuæ veritati contradicant, ſi illud agere demeruerunt & ſi dati ſunt in reprobum ſenſum: ſin autem, prout melius ſpero, reſipiſcant ac reuertantur, & Dei voluntatem juſtitiamque cognoſcant, quod ſi facere nolunt, ipſi de ſe ac de animæ ſuæ periculo viderint, Tu autem P. B. quod in te eſt, perfice; alioquin ſi ſiniſtræ oblocutiones & rumores quilibet tanti penduntur, vt propter eos tam honeſtum opus aut differri debeat, aut relinqui; ſicut nunquam graues & falſi rumores deerunt, ita nunquam ad opus hoc agendum opportunitas accedet. Quin etiam ſi illud diſſimulando prætereas, hæſito ne in deteriores & indigniores incidas lingnarum morſus. Nihil itaque hominum linguis liberius, imò nihil temerarius eſt; nihil denique à freno alienius, quod ex Iacobi Apoſt. verbo & plus per experientiam quotidie comperimus. Quis enim Chriſto purior, ſanctior, & in miraculis abundãtior fuit? nota tamen ſunt quæ in eum dicta fuerunt opprobria. Ipſo autem docente ſcimus, quia non eſt Diſcipulus ſupra Magiſtrum. Sed quid ad tertiam aliorum calumniam reſponſurus ſum, qui dicunt non citò eſſe credendum, *Qui*, inquam, *cito credit, leuis eſt corde*. Nunquid Apoſtoli vndecim Chriſtum reſurrexiſſe citò crediderunt & laudati ſunt, Thomæ verò ambiguitas tarditaſque reprehenſa eſt? Exprobrata eſt etiam à Chriſto duritia illorum qui his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderant, *Math vlt.* Petrus & Andreas ad primam Domini vocem relictis recibus & Mathæus abiecto telonei officio ſecuti ſunt Dominum. Plurimæ etiam Gentes ad primam prædicationem abſque multis, imo quandoque abſque vllis miraculis confeſtim ſe fidei

iugo ſubmiſerunt, vt in Actibus Apoſtolorum & Sanctorum legitur. Et de filiis Iſraël, *Exod. 4.* dicitur quod viſis Moyſi ſignis crediderunt. Laudantur tamen omnes iſti ſuper hoc; Pharao verò de induratione culpatur. Sed ſi hæc vera ſunt, quid ad Sapientis authoritatem ſum dicturus? *qui*, inquit, *citò credit, leuis eſt corde*, ſanè nec negare licet, nec negabo equidem, ſed planè ſecum fatebor; & hoc faciliter ſoluitur, ſi cum Gloſſa dicere velimus, dari hîc documentum, ne citò credamus malum de proximo, vel dicere poſſumus, quod inconſulta illorum ſimplicitas culpatur, qui omni ſpiritui credunt, & ob hoc in pericula & diſcrimina multa illuſi prolabuntur. Vtrobique enim, vt Seneca ait, vitium eſt omnibus credere & nulli. Vel adhuc addere licebit, quod illos ſapiens damnauit qui citam & præcipitatam credendi libidinem habent abſque authoritate vel apparentia, etiam in his quæ Religionem concernunt, & iſtud vigere ita in multis compertum eſt, vt ad omnem rumorem, etiam leuiſſimum aliquem eſſe ſanctum prædicent, eidem vota faciant. Quare ſi eos interrogaueris cur id agant, aut fingent aliquid aut ſe neſcire reſpondebunt. Veruntamen talia omnia quæ ficta ſunt & incerto authore per ora hominum volitantia citò decidunt, velut folia gelu percuſſa & ea facilitate quâ orta ſunt, cadunt. Neque enim vt à Cicerone trahitur, ſimulatum quidquam poteſt eſſe diuturnum; ſed veritas velut firmis innixa radicibus in æternum ſtat, illa etiam quæ vt beneplacito Dei non ex hominum conſilio proceſſerunt, vſque in finem inconcuſſa perdurant, vt præclarè dicebat ille Iuriſperitus Gamaliel, *Act. 5.* ſi eſt, inquit, ex hominibus conſilium, diſſoluetur; ſi ex Deo, non poteritis diſſoluere. Noſtra verò res, P. B. hoc argumento non in fictorum aut humano conſilio fabricatorum numero ponenda eſt, neque enim primò ortu ſuo debilitate cecidit, ſed in dies magna ſumpſit incrementa, quoniam fere jam per biennium altiores quotidie radices egit & grandius aſſiduè robur adepta eſt.

Reſponſum eſt igitur tribus objectionibus quæ ſcrupuloſam quandam retardationem ſuadere videbantur. Vnde patet, quomodo debet authoritas tua atque ſincera ſanctaque affectio tua moueri, quin citò clarificetur filius tuus. *Pater ergo clarifica Filium tuum.* Et hæc de 2. principali diuiſionis præaſſumptæ. Sequitur de 3 in quo reſtat oſtendere quod in illius Canonizationis fine vel opere continetur vtilitas, iuxta tertium Thematis verbum, *vt Filius tuus clarificet te.*

Iam ergo Pater B. jam mihi videor de multitudine, firmitate & teſtificatione eorum miraculorum quæ facta ſunt, de temporis etiam opportunitate & horæ, de vitæ ipſius laudabilitate, de authoritate & ſancta affectione tua ac de aduerſariorum objectionibus plura dixiſſe, & iam de prolixitate notari formido apud illos maximè qui rei huius magnitudinem non attendunt. Sed grandes res vix paucis verbis explicantur. Dabo tamen operam, vt in dicendis breuis ſiam. Tu verò P. B. mihi æquas & paternas aures accommoda, & quod modicum vel ex ignorantia vel affectu breuitatis dixero, ſupple, quod malè, corrige, quod ineptè, tolera, quod bene, approba. Et huic ſpei innitens me ad 3. principale conuerto quod eſt de Canonizationis huius vtilitate: pro quo ſciendum eſt quod Lactantius lacteus eloquentiæ Tullianæ fluuius in 4. Inſtit lib..... cap 43 & 44 pertractans de Chriſti miraculis reſpondere nititur, quod illa non ſolum realia erant, ſed etiam figuratiua, & cum hoc quod ſalutem exterius operabantur, Corporum ſignificatiua erant exterioris ſanationis animarum *aperuit*, inquit, *cœcorum lumina cœleſtis virtus & lucem non videntibus reddidit*, & hoc facto ſignificauit fore vt conuerſus ad Gentes quæ Deum neſciebant, inſipientium pectora illuminaret luce Sapientiæ & ad veritatem contemplandam cordis oculos aperiret. Et hoc idem poſtea diffuſè pertractandam inducit de ſurdorum, mutorum, claudorum ac leproſorum ſanatione & de ſuſcitatione mortuorum. Hoc autem quod de Chriſti miraculis ab eo dictum eſt, nos edocet quid de noſtri temporis miraculis ſentire debeamus, vt multa quia data ſunt in antidotum Corporis, ſint etiam in figuram & in ſignum ſanationis animarum. Quid enim prodeſſet exterior ſanitas, ſi interior quæ grauiſſima eſt, infirmitas perduraret? perpendamus igitur in genere quantum diuina virtus concedere dignabitur ad quos & propter quos fines hæc tot & tanta miracula noſtro in tempore facta ſunt; & inter alia triplex finis, ſiue triplex ratio conſiderari poteſt. 1. eſt B.P. tui ipſius tuæque juſtitiæ ma-

nifeſtatio & magnificatio. 2. eſt pacis ac vnitatis adnexio ſiue reintegratio. 3. eſt peſſimorum morum correctio atque depulſio.

4. Ergo quod tui ipſius tuæque iuſtitiæ manifeſtatio ex hac Canonizatione ſperari debeat, per argumentum à contrario dilucidè aperitur. Si enim dolor patris eſt filius ſtultus, *Prouerb. 19.* in patris redit gloriam filij honor, & claritas Filij in Patris redundat claritatem. Ideo Chriſtus Patri ſuo conſubſtantiali dicebat, *Glorificetur Pater in Filio.* Et illud idem tibi nunc dicere poteſt Filius ille tuus quem loquimur. Ipſe namque vt piè credo pro tuo honore & pro Eccleſiæ ac pacis vnitate aſſiduè pias ad Deum fundit preces, & ſi tanti apud Deum meriti eſt, vt corpora ſanet, orabit etiam attentius & facilius impetrabit pro animarum ſanitate, quantum apud Deum pretioſior eſt & carior animæ quàm corporis ſanatio. Sed vt illud apertius declaretur, verto me ad 2. finium prædictorum de pacis ſcilicet ac vnionis reintegratione. Non poſſum itaque trahi vt credam quod Deus nefandiſſimum hoc ſchiſma perpetuò in Eccleſia ſua quæ vnica ſponſa ſua eſt, permiſſurus ſit, ſed aut multos ſeueriſſime puniet, manifeſtiſque flagellabit indiciis aut quod multo maluerim, non continebit miſericordias ſuas, quin aliquorum adhuc ſibi deuotorum preces exaudiat. Et vtraque hæc conjectura exemplis antiqui teſtamenti recipit fulcimentum. Prima de Chore, Dathan & Abiron, quos terra abſorbuit viuos, quia contra Moyſen & Aaron ſeditionem fecerant. 2. Verò de eo quod dictum eſt à Domino ante fulminationem peccatricium Ciuitatum, *Gen. 18. ſi inuenit*, inquit, *fuerint decem iuſti, non delebo propter decem.* Licet enim multum peruerſo nondum tamen peruerſiſſimo fato res eunt, vt non reperibiles ſint in Eccleſia Dei decem iuſti. Quod ſi ob decem iuſtos Deus Sodomæ & Gomorræ fulminationi perperciſſet, credo & nunc dignam plurimorum perditionem ob paucos iuſtos aut tollet aut mitigabit. Si verò veritatis quidquam habet conjectura, hæc hominis peccatoris de Dei Conſilio ac diſpoſitione affirmare vlterius audeo dicere miracula hæc tanta admiratione plena non ob aliud fieri, niſi vt iuſtitiæ veritas, quæ quibuſdam caliginoſis errorum nubibus apud multos clauſa & obſcura hactenus habebatur, jam clarificetur & luceat. Quapropter ſi hæc verè ſperanda ſunt, celebranda eſt quantocius canonizatio iſta quam proſequor. Si verò quod vehementer pertimeſcendum eſt, Deus Eccleſiæ ſuæ, vt more humano loquar, iratus eſt, quid potius agendum eſt quàm vt Canonizatio huius celeriter celebretur, quatenus viſis & manifeſtis ſignis impius derelinquat viam ſuam & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur ei; niſi fortaſſis quod Deus miſericorditer auertat noſtris exigentibus demeritis, ita vt Pharao obſtinati ſimus ac indurati, vt neque ſignis moueri poſſimus nec corrigi flagellis, quod ſignum eſt extremæ damnationis & jam damnatæ deſperationis exitium. Oſtenſis igitur duabus cauſis ob quas veriſimiliter Dei Clementia noſtro in tempore tot & tanta prodigia monſtrare dignata eſt, ad tertiam cauſam ſermonem conuerto, vbi dicebatur iſta contigiſſe ad emendationem peſſimorum morum noſtri temporis & ad reformationem ipſorum, & certè nunquam ad loquendum cuiquam vberior prægrandiorve materia acceſſit quàm mihi nunc offertur, qui de perditiſſimis moribus noſtræ ætatis loqui inſtitui, qui adeo immunes, adeo nefandi, adeo flagitioſi ſunt, vt mirificus noſter Adoleſcens mihi videatur conſummatus in breui & è medio ſublatus, ne cor eius ſubuerteret malitia. Quiſquis enim ſeuero & acri iudicio noſtrum Æuum conſiderabit, mirabitur quod nondum ſicut olim omnis Caro deperiit, corrupit namque omnis Caro viam ſuam, immò illa ætas, de qua hoc ſcriptum eſt, noſtræ ætati collata iuſta fortaſſis dici poterit, adeo peruerſi ſunt magis quàm illorum noſtri mores. Nam in noſtro tempore maximè veritatem habet illud Iuuenalis, — omne in præcipiti vitium ſtetit. Illud quoque Naſonis, viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus. Non ſocer à genero, &c. Et quod inſanabilis morbi eſt ſignum, malo ſuo lætantur homines, gloriantur cum malè fecerint & exultant in rebus peſſimis, præclarè vt à Seneca dictum eſt, quod tunc deeſt remedij locus, vbi quæ fuerunt vitia, mores fiunt. Iam verò proh dolor! etiam in quibuſdam Eccleſiaſticæ policiæ viris tam inſana dementia reperitur, vt maxima inueniantur auiditate in omnia ſe præcipitare vitia, tanquam virtutes ſint virtutes declinare, quemadmodum horrenda eis vitiorum monſtra

videantur. Sed licet hæc ita ſe habeant, tamen quia Dominus noſter I. Chr. Pater eſt miſericordiarum, qui non vult mortem peccatoris, nos modò piis exemplis ac prodigiis admonere voluit, vt arripiamus virtutis iter, antequam tendat arcum ſuum & inebriet ſagittas ſuas ſanguine, antequam omnia deuoret & ardeat vſque ad inferni nouiſſima. Voluit inſuper vt feliciſſimus iſte noſter Adoleſcens inter tenebroſas vitiorum nubes, inter huius æui ſpurcidas feces velut Lucifer clarus & incontaminatus effulgeret, vt ingereret pudorem quibuſdam ſenibus plenis dierum malorum, pueris etiam maledictis, quorum plures inter Eccleſiaſticos viros reperire facile eſt, ſi tamen viri dicendi ſunt, & non potius beſtiæ in humana effigie latitantes, vt Seneca ait: quocirca nil potius opportuniuſque hac in re agendum videtur quàm vt citiſſimè in omnium notitiam iſtius Adoleſcentis vita & miracula deueniant, vt perinde viri conſtituantur in ſpeculis, non muti, non ſecordes, non ſomnolenti, aut negligentes, non plus vitâ deſtruentes quàm verbo ædificantes; & iſti ſuis bonis moribus & doctrinis ſalutaribus ſalubrem cunctis populis annuntient pœnitentiam. Vbique ſiquidem, imprimis tamen in hac Ciuitate Auenionenſi vbi prius hæc facta ſunt. Nam vt fortaſſis neceſſitas major erat, morbidaque pernicies vehementior, aliæ enim Ciuitates bene viuere, ac prædicta credere ſibi faciliter perſuadebant, ſi iſtam Ciuitatem non verbis tantummodo ſed operibus iſta credere animaduerterent, & ſibi ipſis prius bene viuere perſuaſerint. Non ergo reperiatur obſecro Ciuitas iſta obduratior quàm Niniue quæ abſque miraculis ad breuem Ionæ comminationem conuerſa eſt; alioquin formidandum eſt ne Chriſtus graui exprobratione huic Ciuitati querimoniam faciat, qualem Ciuitatibus Iudææ eum feciſſe legimus, *Math. 11.* dicatque nominibus mutatis, væ tibi Auinio; quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes hæ quæ factæ ſunt in te, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.

Si ſunt igitur 3. fines morum, ſcilicet correctio, reintegratio & tui ipſius tuæque Iuſtitiæ manifeſtatio ac magnificatio, propter quos Deus, quantum mihi conjecturare fas eſt, iſto tempore, iſto in loco, tot & tanta agere voluit per talem Adoleſcentem, & propter quos fines adipiſcendos celebranda quantocius videtur ipſius Adoleſcentis noſtri Canonizationis clarificatio. Et hæc ita vos poſſe, immò fortaſſe debere hac breui ratione confirmo. Nam moroſa & diuturna expectatio vel dilatio veſtra non facilitatem credendi in hominum cordibus ſed tarditatem generabit. Quare? quia ipſa mora non ex prudentia ſed ex dubietate veſtra orta fuiſſe putabitur. Cur ita? quia ſcilicet magna iſtorum miraculorum portio apud vos facta eſſe refertur. Quid vltra? ſane ſi differtis, aut non credent apud vos talia facta eſſe aut tardius credent. Quo pacto? quia vbi experientia adeſt, vt diuturna fiat inueſtigatio non oportet. Quæ ratio? quia ſi experientia certa non eſt, nihil relinquitur vnde certitudo major hac in re colligi poſſit. Sed ſi hoc, inquies, certè fiat, dici poterit præoccupatum & præceps fuiſſe iudicium, non equidem. Qua de cauſa? quia profectò non ex temporis breuitate, ſed ex ſufficientium teſtium defectu, in Iudicio culpatur celeritas. Subdet fortaſſe aliquis, quod ita cito factas eſſe hactenus aliorum Sanctorum Canonizationes reperimus, certè ſiue hoc calumniari poſſit ſiue admittatur, nihil omnino concludere videtur. Quid ita? quia non omnia ita celeriter, ita patenter in tali loco, in tali tempore, in tali perſona, cum talibus teſtimoniis, cum tali neceſſitate aliorum Sanctorum Canonizationes præceſſerunt, vt ſic poſſent ac deberent tanta acceleratione tractari. Cæterum. P. B. noli te fruſtrare hac gloria, ſed age aliquid, vnde pacem tuo in tempore reformatam aut reformari proximam aſpicias, quod inter omnia quæ in mortali hoc æuo tibi poſſent contingere foret gratiſſimũ. Hæc igitur ex prædictis breui epilogo recollecta magnam mihi ſpem afferunt, quod clarificationis & Canonizationis hujus celebrationem acceleratione debita feliciter adimplebis. Et iſtud nomine quo ſupra ſupplicans verba Chriſti concludo prius aſſumpta pro themate, *Pater jam hora eſt, clarifica Filium tuum.* Ad hoc autem dictum Patris pro reſponſione à te habere ſpero, & clarificaui & iterum clarificabo. Et adhunc effectum totius Legationis meæ tenor peruenire conatur, quod ad Dei Sanctique ſui gloriam ipſe præſtare dignetur qui cum glorioſa claritate viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Sequitur in eodem MS. altera Collatio facta quoque Auenione, Carolo VI. Rege præſente eodem anno circa Kalendas Nouemb.

ALTERA COLLATIO.

Pater jam hora eſt, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te, Ioan. 17. Pater Beatiſſime rurſus ad negotium meis impar viribus euocor. Rurſus os in Cœlum ponere & præcelſum compellor eloqui myſterium, rurſus idcirco verba reſumo aliàs aſſumpta pro themate, *Pater iam hora eſt, &c.* Nuper itaque ad S. T. præſentiam ex parte illuſtriſſimi ac ſereniſſimi Principis Francorum Regis tunc abſentis delegatus extiti, ſeruitorum ſuorum minimus, vt ſuper canonizatione Domini Petri de Luxemburgo felicis memoriæ S Rom. Eccleſ. Diaconi Cardinalis aliqua proponerem. Habui tunc verba multa, equidem ſi temporis anguſtia & occupationum mearum cumulus inſpiciatur, ſed pro rei magnitudine & grauitate ſententiarum pauca erant fateor atque exilia. Enarraui, ſi meminiſtis, poſt excuſationes meas plurimas tunc præmiſſas qualiter Canonizationem hujuſmodi Tres Status ſiue tria hominum genera fieri poſtulabant. 1. Domnus Petrus antedictus & cum eo ſuperni Ciues Cœleſtis Curiæ in quibus eſt claritas gaudioſæ ſanctitatis & æternæ gloriæ. 2. Dictus Francorum Rex & cum eo cæteri Nobiles ſeu illuſtris proſapiæ, in quibus eſt claritas virtuoſæ æquitatis & rectæ Iuſtitiæ. 3. *Deuota S. T. Filia Pariſienſis Studij Vniuerſitas, & cum ea cuncti fideles Pariſienſes, imò totus cœtus Gallicanæ Eccleſiæ, in quibus eſt claritas Religioſæ veritatis & Chriſtianæ Sapientiæ.* Dixi tunc de triplici horum Statuum claritate, quibus etiam poſſem non inconuenienter aptare illud Apoſtol. 1. *Corinth. 15.* Alia eſt claritas ſolis quoad primum; alia Lunæ, quoad 2. alia Stellarum, quoad 3. ſed applicationem breuitatis gratia prætereo. Nam explicatæ fuerunt præclariſſimæ eorum laudes: nec tamen me latet quàm multo plures dicendæ eſſent, ſed & breuitati intentus & faſtidij timidus illas nunc omitto, ſuperuacuæ etenim eſſent laudes meæ, vbi tam perſpicuè factorum laus inſpicitur; nec opus habeo pro eis collaudandis fundere verba mea, quos eximia virtutum magnitudo admirabiles glorioſoſque reddit & celeberrima fama clariſſimos. Præſertim cum præſentem intueor Illuſtriſſimum Francorum Regem, cujus maximas laudes atque præconia omnino reticere non poſſem, niſi de his mihi aliàs habitus ſermo eſſet, & inſuper niſi ſuſpectum eſſet, ſicut fere ſemper eſt, viri potentis præconium ſuo in conſpectu ab ore inferioris exhibitum, iſtud vnum & illud veriſſimum atque notiſſimum dixiſſe ſuffecerit, quod de B. olim Protomartyre Stephano ſcriptum eſt, Act. 6. *Intuentes enim omnes qui ſedebant in Concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.* Et profectò veluti de viſione Angelica omnes hujus Concilij & ſacri Conſiſtorij Patres gratulari videntur, & quodammodo gratias agere, quia Regem Chriſtianorum Chriſtianiſſimum; ſic enim eum ſacri Canones appellant; Regem inſuper Catholicæ veritatis defenſorem præcipuum inter ſe ſuſcipiunt, ac ipſo tanto Majeſtatis viro præſente decorantur, per quem etiam abſentem maximè effectum eſt, vt ſua eis authoritas ſuuſque honos remaneret. Verum ne in id quod cauere volueram, relabar, ab his me laudibus continens ad incepta regredior. Eò tunc igitur quo legationis meæ ratio explicabatur, vnanimi prænominatorum ſupplicantium petitione antedictæ Canonizationis clarificationem fieri poſtulabam dicens verba ſuperius reſumpta pro themate, *Pater jam hora eſt, &c.* In quibus quidem verbis, vt hæc vnanimis petitio exauditione digna judicaretur, tribus eam ſtabilitam fultamque conditionibus affirmabam. Prima erat temporis opportunitas juxta primam Thematis particulam. *Iam hora eſt.* 2. erat donantis authoritas juxta 2. *Pater clarifica Filium tuum.* 3. erat operis vtilitas juxta 3. *vt Filius tuus clarificet te.*

Quantum ad primum, ipſam congruitatem ſeu opportunitatem temporis tria oſtendebant quæ Canonizationem hujuſmodi præceſſerunt, ſcilicet admirabilis miraculorum multitudo, teſtificabilis eorum certitudo, laudabilis morum claritudo. Duo prima tunc breuiter proſecutus ſum. 3. reſeruaui. Quantum autem ad 2. principale hoc in actu demonſtraui te authoritatem ac poteſtatem habere ſcientia ſimul & ſincera dilectione comitatam, de quibus tunc pauca dixi; ſed &

nunc ea præterire decreui, ne tibi videar adulari, quoniam vt egregiè à quodam dictum eſt, ſummorum laus hominum quamvis vera ac ſincera, de ore tamen humilium vix ſine quadam blandiciarum ſuſpicione procedit. Quantum verò ad 3. vtilitatem hujus Canonizationis in tribus reponebam, ſcilicet in ſuæ Iuſtitiæ declaratione, in pacis & vnitatis Eccleſiæ reparatione, in noſtrorum morum correctione, de quibus tunc omiſſis nunc dicere pollicitus ſum. Hic eſt ergo breuis per me tunc propoſitorum epilogus, hæc meæ narrationis ſumma & diffuſæ per orationis meæ ſtricta collectio, hoc denique illud antecedens fuit, ex quo verba præaſſumpta viſus ſum concludere, *Pater iam hora eſt, &c.* Sed quoniam multa dicenda reſtabant, pluraque tunc omiſſa fuerunt, placuit c. 7. P. B. vt in præſentia Chriſtianiſſimi Filij tui Francorum Regis aliqua iterato ſermone dicerem: quod præceptum quamvis admodum mihi graue ſit, & arduitate ſua vires meas exſuperans in tanta præcipuè occupationum & tumultuantium curarum turba quibus detineor, non obedire attamen non potui, & gratum mihi eſt idipſum quod datur otij, hoc in facto conterere.

Quaſi igitur ab initio totum orditurus noua jacio fundamenta, aliiſque verbis alias explicabo ſententias, de aliàs dictis nulla aut quàm pauciſſima repetendo. Præſens verò negotium in tres partes ſiue in tres conſiderationes diuidendum cenſui, juxta tres noſtri thematis particulas. 1. Erit de ipſa claritate qua Adoleſcens noſter emicat juxta 2. Thematis particulam, *clarifica Filium tuum*, clarifica, inquam, id. claritatem manifeſta. 2. Erit de illa luciditate quam ſua lux irradiat juxta 3. *vt Filius tuus clarificet te.* Clarificet, id. per ſuam claritatem illuminet. 3. Erit de cœca imbecillitate quæ vult vt iſta lux nondum effulgeat contra primam, quâ dicitur, *Pater jam hora eſt.* Iam ergo ſingula per ordinem videamus; & 1. de ipſa claritate quâ Adoleſcens noſter emicat, quam in eo eſſe triplicem reperio. 1. eſt generoſæ celſitudinis. 2. eſt virtuoſæ exercitationis; 3. eſt miraculoſæ operationis. 1. Ergo in Adoleſcente noſtro reperio claritatem generoſæ celſitudinis, propter quam figurari poteſt per illum Mardocheum qui fulgebat veſtibus Regiis & jacinthinis, videlicet & aërinis, Heſter ſcilicet, vbi claritatis hujuſmodi duos eſſe radios perpendo, temporalem, ſcilicet nobilitatem, cum præmittitur quod fulgebat veſtibus Regiis; ſpiritualem inſuper dignitatem, cum ſubjungitur quod fulgebat veſtibus jacinthinis & aërinis, quæ veſtes dignitatis ſpiritualis figuram conuenienter prætendunt. Sed imprimis de ſpiritualis dignitatis claritate dicamus; quæ quanta in eo fuerit, ex hoc patet quod de gradu Epiſcopali vſque ad Cardinalatus apicem quanquam ætate juuenis prouectus eſt, & velut Seniores Babylonis ipſum Danielem juuenem excelſa in ſede locauerunt dicentes, *Veni & ſede in medio noſtrum*, quia dedit tibi honorem Senectutis, Daniël. 13. Non aliter tu P. B. & vos Patres conſcripti, hunc Adoleſcentem inter vos ſeniores ſublimaſtis. Rectè id quidem, nam ætas ſenectutis vita immaculata, *Sap. 4.* Ideo ibidem cum præmiſiſſet ſenectus venerabilis eſt, ne deliri, improbi & pleni dierum malorum Senes ſibi ex eo blandirentur, continuò ſubjunxit, *non diuturna nec numero annorum computata.* Et ſuperadduntur ibi multa; quæ Adoleſcenti noſtro optimè conueniunt. Sequitur enim, *placens Deo factus eſt dilectus & viuens inter peccatores tranſlatus. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius.* Et iterum, *conſummatus in breui expleuit tempora multa*, placita *enim erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum, &c.* Hæc ergo de ſuæ dignitatis ſpiritualis claritate dixiſſe ſufficiat.

Porro Nobilitatis eius temporalis claritatem perluciſſimam eſſe quis non videat? hic namque præclariſſimæ propaginis Regum Franciæ proximus extitit, & ab ipſa nobiliſſima ſtirpe *de Luxembourg* propinquam immediatamque traxit originem; & ab hac generis claritate, quia extrinſecus eſt & nonnunquam malis propria, Adoleſcentem noſtrum minimè commendarem, niſi præceptorem in hoc ſequerer Philoſophum in Rhetoricis, niſi etiam in ſacris Litteris plures & nominatim ipſum Chriſtum Matremque eius commendatos cernerem, quia ex Regali ſtirpe Dauid & aliorum exorti ſunt; niſi inſuper admiranda magis in hoc redderetur tanta iſtius humilitas in tanta ſublimitate, tantaque vitæ puritas in eo qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, facere mala & non fecit. Nec in ipſo magnopere admiror aut laudo quod nobilem ortum

habuerit; iſtud enim naturæ eſt, miror potius & maximis laudibus dignum judico hanc originis ſuæ claritatem tenebroſâ peruerſorum morum fuligine nequaquam obſcurauit, ſed magis illuſtrauit, vſque adeo vt ſi etiam obſcurus ei ortus fuiſſet, nihilominus nobilitatem quæ nonniſi per virtutes vnquam parta eſt, ſibi ipſi contuliſſet, prout apud Saluſtium feciſſe gloriatur Marius, & Tullius Cicero in inuectiua quam in eundem Saluſtium habuit, cujus hæc verba ſunt. *Ego*, inquit, meis majoribus virtute mea præluxi, vt ſi prius orti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Et poſt pauca. Satius eſt etenim me meis rebus geſtis florere quàm majorum opinione niti, & ita viuere vt ego ſim poſteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum. Hæc ille. O quàm meliùs præclariſſimo Adoleſcenti noſtro illud de ſe dicere licuiſſet; noluit quippe abſque propriis de aliorum laudibus gloriari, ne per fabuloſum illum Æſopi coruum notaretur qui ſua ſorte non contentus cæterarum auium fulgidas plumas quibus ornaretur, furtim ſurripuit & proprij inops de alieno decore glorians cæteras ſpernebat. Verum vbi ſuperba fraude detecta auis quælibet quod ſuum erat, ſuſtulit, relictus eſt nudus riſui opprobrioque objectus. Heu quot ſunt in hominibus corui tales qui de parentum laudibus abſque propriis tumidâ elatione ſuperbiunt, & dum inde glorioſi eſſe putant, falluntur, irriſioni potius & contemptui ſunt proximi. Præclarè ſiquidem apud Saluſtium prænuminatus Marius ait, profectò, inquit, *ita ſe res ſe habet*. Majorum gloria poſteris quaſi lumen eſt, neque bona neque mala eorum *in occulto patitur*: ideo quantò vita prædeceſſorum præclarior tanto hominum ſecordia flagitioſior. Hæc ille. Ideo quidam eleganter eos ſimiæ comparat, quæ quanto in excelſiori & clariori loco ponitur, eo amplius deformis eius effigies irridetur. Si ergo laudas quod Adoleſcens noſter generoſum ortum habuit, lauda potius actum generoſumque eius animum rerum vilium contemptorem. Si laudas quod in libera familia genitus eſt, lauda potius magis quod liberam mentem habuit à ſimilibus moribus alienam Si laudas denique generis claritatem, quam natura dedit, lauda eam multo amplius quam ipſe ſibi bonis moribus comparauit, claritatem ſcilicet virtuoſæ exercitationis, quæ eſt 2. claritas quæ Adoleſcenti noſtro conuenire dicebatur De hac enim claritate ſcribitur, Prouerb. 4. *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens*. Hujus verò claritatis tot ſunt radij quot in Adoleſcente noſtro virtutes, quas enumerare etiamſi velim non potero. Propterea ſatis mihi eſt de tribus ejuſmodi radiis ſummatim & breuiter facere mentionem. Primus ergo eſt radius Catholicæ veritatis, pro quo induci poteſt illud, Ioan. 8. *Qui ſequitur me non ambulat in tenebris*. Sed habebit lumen vitæ, lumen ſcilicet fidei per quod ſpiritualis vita dirigitur. Secundus eſt radius candidæ puritatis, de quo intelligi poteſt illud Cantic. 5. *Dilectus meus candidus*, ſcilicet per munditiæ puritatem, & rubicundus electus ex millibus. 3. Eſt radius profundæ humilitatis, ad quod trahi poteſt illud, Iob. 28. *Heſperum ſuper filios terræ conſurgere facit*. Humiles nempe, ideo Filij terræ appellari poſſunt, quia terrenæ originis ſuæ memores de ſe ſapere non nouerunt. Propter primum, Adoleſcenti noſtro dici poteſt illud Pſal *Confeſſionem & decorem induiſti amictus lumine*, ſcil. fidei, ſicut veſtimento. Propter 2. Ei aptari poteſt illud Eccleſiaſtici 43. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Propter 3. Verò illud *2. Reg* 23. Sicut lux auroræ oriente Sole mare abſque nubibus rutilat, id. abſque altæ ſuperbiæ & elationis nubibus irradiat. Iſti autem tres radij, ſcilicet fides, puritas, atque humilitas tres ſunt virtutes quibus præcipuè Adoleſcens noſter in hac vita claruit, & quibus etiam poſt mortem clarere meruit miraculis, vt inferius declarabo. Hoc enim aliis dicere propoſitum erat, ſed quoniam illud omiſi, nunc repeto. De hac ergo trina virtutum claritate quamvis ſuperficialiter, videamus. Primo itaque fidem, &c. vt in priori collatione, vſque ad ſufficere videatur. Idcirco, &c. Tum ſubjungit quæ ſequuntur. Et hæc de ſecunda claritate ſufficiant, quæ eſſe dicebatur claritas virtuoſæ exercitationis.

Sequitur de tertia, quæ eſt claritas miraculoſæ operationis, de qua accipi poteſt illud Pſalmi, *Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, vidit & commota eſt terra*. Quid enim conuenientius per coruſcationes quàm opera miraculoſa figuraliter accipimus quæ intuentium oculos ſuo fulgore perſtringunt, ſed nequaquam ſe perfectè intueri permittunt: innumerabilibus autem coruſcationi-

bus hujuſmodi radiis Adoleſcens noſter effulget, nam & ferè innumerabilia ſunt ipſius miracula, veriſſimumque eſt noſtra hac ætate, illud quod de ſua prædicat magnus Doctor Auguſtinus, *lib. 1. Retract. cap.* Tam plura, inquit, iſtis temporibus fiunt miracula, vt nec omnia agnoſcere, nec ea quæ cognoſcimus enumerare poſſimus. Veruntamen aliqua ex eis quaſi è magno aceruo accipiam non quod nobiliora ſint, neque enim iſtud auſim polliceri, ſed quod illa prius mihi ad manum oblata ſunt, & quatenus breuiora ſint, omnes nequaquam circunſtantias in Regiſtris miraculorum ſtudioſiſſimè poſitas, puta tempus, puta locum, genus, officia, ſed eas duntaxat quæ ad factum & rationem miraculi, magis ſpectant, commemorabo. Igitur puella quædam Henriëta nomine annorum 12 in alueum molendini tunc molentis decidit præceps & vehementi aquæ raptu adulque perueniens, obice ſui corporis eam & motu ceſſare coëgit: qua de re admirantes Molendinarij & lignum eſſe vel maſſam piſcatoriam æſtimantes accepta grandi barra magnis ictibus ac plurimis puellæ corpus tundebant, nec ſic tamen proficientes introïtu canalis clauſo & aqua elapſa ibidem deſcenderunt, & vi puellam mortuam ibique ictibus confractam inſpexerunt, inuaſit eos ſtupor ſubitus & eam extrahentes in auunculi ſui domum tulerunt, qui neptis caſu concuſſus acerbo, primò attonitus eſſe, dehinc gemere & ejulare, poſt à turba ſecedere, & crebris ſingultibus ſanctum Cardinalem cujus jam fama inibi percelebris erat, implorare cœpit. O immenſa Dei miſeratio! O ejus ſuperadmirabilis in Sancto ſuo potẽtia prius à morte quam ipſe à tellure! cui gemebundus incubuerat puella ſurrexit. Quis itaque quis obſtupere huic miraculo vel poſſit vel audeat? perpende ſingula, rapaciſſimum aquæ impetum concitatam torti vertigine rotam teneros puellæ artus prementem, moram in aqua diuturnam, vbi reſpirare fas non erat, graues denique robuſtorum cum grandi fuſte pulſiones quæ ſingula non dicam delicatũ puellæ corpus, ſed duriſſimum quemque virum erant penitus extinctura, & ecce tamen breuis in Sancti hujus commemoratione acceſſit ad eum oratio, puella rubet, fibræ micant, membra palpitant, reſpirat, viuit, ambulat, & ne quid miraculo deſit, taliter ſanatur, vt de altero nullum læſionis in ea ſignum remaneret. Addamus altera in perſona, miraculi ſimilem effectum. Guillelmus quidam loci de Belona, diuturno tempore, diuturnis variiſque ægritudinibus fatigatus tandem expirauit, & elapſo horarum duarum ſpatio ſudario eum inuoluere ac ſepelire parabant aſtantes, Binda mortui Mater venit, eumque ſancto Cardinali, ſic enim vulgus ipſum appellat, deuouit, audi rem ſtupore digniſſimam, iſte confeſtim non ſolum ſuſcitatus: quid etiam plenè ſanatus eſt, ſanuſque ſepulchrum viſitauit, ac de ſe ipſo retulit quod in emiſſione ſpiritus non alios ſenſit dolores quàm ſi oſſa ejus omnia frangerentur. Oriri tamen aliquorum in mentibus quæſtio poteſt, ſi enim iſte mortuus eſt, vt aſſeritur, abſceſſit ſuo ex corpore anima & vel in Paradiſum vel in Infernum vel in Purgatorium abiit. Interrogatur ergo ſi quid talium in ſuæ mortis hora vel poſt inſpexerit Quod ſi vidiſſe quiſquam neget, ac ſe neſcire reſpondeat, quomodo mortuus fuiſſe dicendus eſt & non potius apoplexia vel extaſi percuſſus? ſed iſtud ſi verum eſt quod talium ſit inſcius, quod neſcio, ob hoc tamen vis miraculi nequaquam euacuatur aut tollitur; poſſibile eſt enim aliquem verè mortuum vereque ſuſcitatum fuiſſe qui eorum minimè recordatur, quæ ſuus ſpiritus aut vidit aut ſenſit agente hoc Deo, ne myſteria reuelet quæ Deus vult latere abſcondita. Nec hoc mirum, cum etiam ſe neſcire dicat Apoſtolus an extra corpus vel in corpore raptus extiterit. Sed hæc de mortuis dicta ſunt.

Iam verò intueamur cœcos. Ricardus de Synercio octogenarius fortuito caſu à 15. annis plena amborum oculorum cœcitate percuſſus erat, ad Sanctum hunc pias fudit preces, mira res: continuò namque illuminati ſunt oculi eius, & ad ſepulchrum accedens perfectæ viſionis munere dotatus eſt, cum tamen ætas ſua talis eſſet, quâ potius naturalis oculorum vigor caligabat, extinguique debuerit. Sed ita naturam gratia vicit.

In Henrico Præpoſiti quinquageſimum annum agente taliterque percuſſo talis etiam apparuit miraculorum effectus.

Porro loquamur & mutos. Puer quidam dictus Aſſandus Heliæ ætatis 4. annorum ſic à natiuitate mutus erat, vt nullum vnquam omnino potuerit proferre verbum.

verbum. Ad hunc Cardinalem votum pro eo emiſſum eſt, & eodem die patenter idioma intelligibiliter locutus eſt. Similiter Iacobus Guigonis quinquagenarius à tribus jam annis loquelæ omnis expers & impotens repente vt Oratorium ſepulturæ ejuſdem calcauit Cardinalis linguæ eius vinculum perfectè ſolutum eſt.

Surdos inſuper audiamus. Petrus Valentini ſexagenarius à 30. annis grauiſſimam aurium ſurditatem patiebatur, voto per eius vxorem ad hunc Sanctum emiſſo, reparatus eſt ei auditus, ita vt eadem nocte in lecto exiſtens campanas audierit, quas antea non poterat. *Beatrix* quondam relicta Ioannis Bardini à ſurditate ſimul & cæcitate quæ ſibi caſualiter obtigerant, precibus ad eundem Sanctum provt in ſomnis admonita fuerat, effuſis illico curata eſt.

Ad contractos præterea & claudos transeamus. Puella quæ Ioanneta 12. annis adeo cunctis artubus ſuis inualida adeoque curua erat, vt de loco in locum quantumcunque eniteretur abſque alterius perſonæ adminiculo mouere ſe non poſſet, voto pro ea facto in craſtinum perditus rediit membris vigor, curuitas in rectitudinem mutata eſt, & ſepulchrum pedes viſitauit. *In Guillelmo* Deſiderij Preſbytero non diſparem ſanationem de ſimili inbecillitate reperies.

Deinceps duos à caduco morbo mirabiliter profectò liberatos accepi, quorum vnus dictus Anglicus Boiſſomij quinquagenarius 30. annis mane quolibet per horas duas & amplius hoc morbo humi ſternebatur velut mortuus. Alterum ſcilicet Ioannem Lopini quotidiè à puero octies & plerunque decies vehemens hæc torquebat infirmitas, fecit quilibet pro ſe vota, & eorum neuter vllas poſtmodum Reliquias paſſionis hujus tam antiquæ, tam conſuetudinariæ, tam denique radicatæ perſenſit.

Erant præterea duæ puellæ, vna Ermeſſendis nomine vndecimum, altera Peyronna 18. annum agentes; iſtæ provt ex verbis & geſtibus ſumi poterat indicium male à dæmonio vexabantur. Super primam dicta eſt per Preſbyterum orario in hujus Sancti honore compoſita, & ſtatim oſcitando petulentum emiſit ſpiritum ſimulque ſanctitatem recepit. Pro altera factum eſt à parentibus votum & infra craſtinum extitit liberata. Velim ergo ſcire quid ad hæc dicturi ſint æmuli atque detractores. Negabunt forraſſis res hujuſmodi cont giſſe. Negenr igitur cæteras omnes Hiſtorias: negent aliorum Sanctorum actus atque miracula: negent ad extremum hominibus fidem, & in humana duritie nonniſi quod viderinr aut palpauerint, credant. Nam de prædictis omnibus qualem niſi per aliorum teſtimonia accipere poſſumus fidem? ſi de his ergo quæ teſtamur, hæſitant, viuunt qui viderunt, qui palpauerunt, qui in ſemetipſis iſta experti ſunt. Viuunt inſuper qui iſta aliaque plura ac majora diligenter nec minus fideliter inſcripſerunt. Ab his interroga, iſtis crede, alioquin duplici increpatione dignus es, qui de proximorum fidelitate peruersè exiſtimas, neque Dei opera, vt decet, veneraris. Ecce ergo quam pauca ex quamplurimis hujus Sancti miraculis enarraui. De duobus enim tantummodo mortuis ſermo habitus eſt. De cœcis totidem, de mutis, ſurdis, Contractis, Caducis, Dæmoniacis non amplius quàm duos de genere quolibet commemoraui. Præterea in toto quatuordecim ſolum facta miracula expreſſi, cum tamen abſque illis quæ infraſcripta non ſunt, vltra duo millia ducenta in Regiſtris contineri dicantur. Addo ad hæc vnum, quod aliàs à me dictum memini, non in vno tantùm ſcilicet loco, ſed in variis remotiſque climatibus, in variis Tribubus & Linguis iſta mirabilia contigiſſe; ita vt omnis abſit doli omniſque fictionis compoſitæ ſuſpicio. Quamobrem diſcute audacter hæc Dei opera, euolue, inueſtiga calumnias: quære etiam ſi velis, non effugies veritatem. Te potius inſtar laquei perſtringet. Quanto amplius in illis tu verſaberis, caue tamen ne in his reprehenſibiliter curioſus ſis. Memineris enim Sententiæ Auguſtini ſuper Canonica Ioannis. *Curioſitas*, inquir, *in miraculis eſt*, & hoc deſiderium adeo non eſt. Neque enim fruſtra à Sapiente dicitur, *in multis operibus eius ne fueris curioſus*. Sed tamen vt res iſta perſpicua magis fiat de miraculorum ratione & quantum interſit inter mirabilia malorum & bonorum, miracula modeſta curioſitate pauliſper diſſeramus. Secundum igitur S. Thomam 2. Sent. d. 18. qu. 3. & alios Doctores communiter, quod omne miraculum aut ſupra naturam aut præter naturam eſt. Exempla

verò gratiâ breuitatis omitto. Per 4. conditiones vera à falſis miracula, quantum humana ſcire patitur imbecillitas, fecernuntur. 1. Differentia eſt, quoniam Magi, Aruſpices & Arioli aut ſolum præſtigiis & ludificatione ſenſuum, aut per priuatos Dæmonum contractus operantur ea quæ in rei veritate à cauſis naturalibus fiunt per celerem & imperceptibilem actinorum cum paſſiuis applicationem, ſicut Auguſtinus ſuper Exod. de Magis Pharaonis oſtendit. Vera autem miracula veraciter fiunt & ſuper virium naturalium potentiam à Deo principaliter, ab aliis miniſterialiter concauſantur.

Secunda differentia eſt, quia de rebus vanis, ſuperuacuis & inutilibus ac pleriſque nociuis ſunt malorum opera, vt excœcare homines eos ſubitò & immobiliter figere, ſerpentes immittere, volatum ſimulare, & his ſimilia ſecundum verò Auguſt. verbum in Serm. de Tentatione Chriſti, inane eſt omne miraculum quod vtilitatem ſalutis non operatur humanæ; & hanc differentiam tangit Petrus in itinerario Clementis.

Tertia aſſignatur differentia, quia miracula vera in confeſſionem veræ fidei, falſa verò in eius ſubuerſionem fiunt, & quatenus veram fidem Chriſtiani deſerant, aut in falſam ſuis exigentibus demeritis infideles perſeuerent.

Quarta verò ſuperadditur. Mali namque non per vitæ puritatem aut Diuini hominis inuocationem, ſicut boni, ſed per neſcio quos barbarorum nominum ſtrepitus per mugitus horrendos, vt de Sibylla narrat Virgil. 6. Æn. nonnunquam incidendo ſe cultris & pueros ſacrificando deteſtabiliter operantur, vtunturque aliquando cadaueribus humanis & cæteris infandis & obſcœnis, quemadmodum Lucanus Poëta lib. vbi de Theſſalis mulieribus loquitur curioſè valde & copioſè. Audiſti ergo qualis ſit inter vera falſaque miracula diſcretio. Tu itaque ea quæ nunc recitata ſunt, intuere, ſi non à falſorum miraculorum conditionibus aliena ſint. Nulli in his dæmonum contractus, non inanes quæ citò auolant, ſenſuum ludificationes, iſta porro non vana atque nociua, ſed qualia Chriſtus egit, ſunt pietatis opera, dehinc non in detrimentum fidei, ſed ad eam in fidelium cordibus adaugendam. Deinde conſtat ea non niſi per ſimplicem Dei inuocationem in hujus Sancti commemoratione apud Idiotas & ſimplices fuiſſe perpetrata Igitur quiſquis eſt qui cœca præſumptione ſancta hæc reprehendit aut paruipendit vel irridet, modeſtius ſentire incipiat, & piâ citius humilitate illa diſcutiat quam incauta temeritate ſe in falſum procaxque judicium præcipitet & ſi verbis non mouetur, moueatur factis, admoneatur exemplis. Retulit nempe de ſeipſo Dominus Guillerus Gaucelini Presbyter, quod in principio horum miraculorum hac in Ciuitate per duos menſes extitit, & aliquando curioſitatis cauſa ſepulchrum ipſius Domini Cardinalis viſitare aſpiciebat copioſum populi concurſum, & ea quæ deuotio talium feruens facere ſuadebat, ſicut cratem ſepulchri ferream oſculari, terram ex eo ſumere, & de ea os fricare ac eam deglutire. Tandem pro aliorum magis conſuetudine quàm ex ſua deuotione ferream cratem oſculatus eſt, illorum tamen omnium quæ facta referebantur, incredulus ſiniſterque eorum interpres maximè propter ſchiſma propter quod profectò prouenit hac in re magna dubitantium pars, ſed audi. Tantus citò poſt dolor cum calore ſuis in labiis exortus eſt, vt vix aliquid ponere poſſet: per quinque verò dies poſt dolor hic in deterius aſſiduè vertebatur, donec præſentia ductus ad ſepulchrum pergens, tertio nouenæ ſuæ die ſanatus eſt, cratem quam indeuoto ore prius tetigerat, humili poſtea deuotione deoſculans. Caueant idcirco qui iſti ſimiles ſunt in judicio, ne ſimiles aut inferiores futuri ſint in ſupplicio, ſed potius ad commune piumque deuotorum Iudicium conuertantur, vt ſic de hoc noſtro Adoleſcente & virtutum ſuarum ac miraculorum lucida claritate impleatur illud Iob. 11. c. Meridianus fulgor conſurget tibi ad Veſperam. Poſt hunc labentis vitæ decurſum, & illud quod ſequitur, ſecurus dormiit, & requieſcet, in illo ſcilicet æternæ pacis ſecuritate de qua dicitur per Prophetam, *In pace in idipſum dormiam & requieſcam.* Ibi enim verum erit quod ſubditur, & non erit qui te exterreat, ſed faciem tuam deprecabuntur plurimi. Illud namque vltimum jam creberrimè fieri conſpicimus: magis autem fiet, dum per Canonizationem ipſius ſua hæc ſanctitatis & miraculorum claritas ampliori authoritate manifeſtabitur in populis. Pro qua Canonizatione

celebranda nunc adſtans Sereniſſimus Francorum Rex per os ſerui ſui humiliter ſupplicat pia deuotionis mente dicens *Pater jam hora eſt, &c.* Et hæc de prima conſideratione ſiue parte principali noſtri Sermonis, quæ eſt de ipſa claritate quâ Adoleſcens noſter emicat.

Sequitur videre de ſecunda quæ eſt de illa luciditate quam ſua lux irradiat juxta quintam particulam *vt Filius tuus clarificet te.* Non eſt quippe, Pater B. otioſa hæc Adoleſcentis noſtri triplex claritas antedicta, ſed potius ſe diffundit & vagit vt mediante ſuo lumine aliud lumen videamus juxta id Pſal. *in lumine tuo videbimus lumen.* Quod ſi quis interrogauerit quale lumen videbimus, reſpondebo quod triplex. 1. Lumen eſt æquitatis & juſtitiæ. 2. Lumen eſt vnitatis & concordiæ. 3. Lumen honeſtatis & munditiæ. Propter 1. dici poteſt illud, Iſ. 58. *Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & anteibit faciem tuam Iuſtitia tua.* Et illud Pſal. *Educet quaſi lumen juſtitiam tuam & judicium tuum tanquam meridiem.* Propter 2. Illud Pſal. *ortus eſt ſol & congregati ſunt.* Ortus eſt, inquam, per Canonizationem hominibus notificatus Adoleſcens noſter ſæpe dictus, qui eſt alter ſol propter ſuam claritatem atque puritatem, & congregati ſunt, ſcilicet fideles in concordem Eccleſiæ vnitatem. Propter 3. illud Pſal. præ fulgore eius nubes tranſierunt grando & carbones ignis. Tranſierunt, inquam, nubes falſarum opinionum, grando diſſenſionum & carbones ignis malarum operationum.

Huic autem triplici lumini quod ab hujus ſancti Adoleſcentis luce diffunditur, triplex correſpondet vtilitas, ſiue triplex ille finis aliàs dictus, qui ex eius canonizatione vtiliter prouenire ſperatur, ſcilicet tuæ Iuſtitiæ declaratio, pacis & vnitatis reparatio & morum correctio. 1. Namque quod tuæ Iuſtitiæ maſeſtatio & declaratio ex hac Canonizatione ſperari debeant, &c. dic vt ſupra à ſigno E. ad ſignum F.

Igitur Pater B. ſi vis, ſicuti vis vt æquitas & Iuſtitia demonſtretur, vt vnitas & concordia reparetur, vt honeſtas & munditia reformetur, audi & exaudi verba præaſſumpta pro themate, *Pater iam hora, &c.* Et hæc de ſecunda conſideratione & parte ſecunda principalis noſtri Sermonis, quæ eſt de illa claritate quam noſtri Adoleſcentis lux irradiat. Sequitur de tertia & vltima, quæ eſt de cœca imbecillitate quæ vult vt iſta lux nondum effulgeat. Contra primam thematis particulam, *Iam hora, &c.* Eſt ſiquidem P. B. tribus hominum generibus odioſa lux, ſcilicet infirmis ne lædantur, pigris ne excitentur, malis ne aſpiciantur. Quantum ad 1. habemus exemplum, *1. Reg.* 3 de Heli qui non poterat videre lucernam donec extingueretur, & quædam aues ſunt, ſicut experientia docet & Boëtius meminit, quas lux excœcat, tenebræ illuminant Quantum verò ad 2. de pigris, dici poteſt ad Iob. 24. cap. Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt viam eius; ideò Apoſtolus, *Epheſ. 5.* Dicit, ſurge qui dormis, ſcilicet per pigritiam & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. Quantum autem ad 3. de malis, ait ipſa veritas. *Qui malè agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius*, Ioan 3. cap. 10. Iſta ergo ſunt tria hominum genera; quorum cœca imbecillitas nititur impedire, ne lux antedicta hominibus effulgeat. Et vt iſti rectè facere videantur, quaſdam conantur inducere rationes per quas appareat hanc quam peto Canonizationis clarificationem & ipſius accelerationem nequaquam fieri debere.

Et quamvis rationes hujuſmodi multas eſſe non ignorem, vltra tamen aliàs dictas tres tunc omiſſas ſolum commemorabo, quæ majorem videntur difficultatem ingerere. Dicunt enim quidam nouiſſimo hoc in tempore, &c. vt ſupra à ſigno C. ad ſignum D. Tunc ergo P. B. præmiſſa omnia nunc & aliàs propoſita diligenter conſiderantes ad illius quam peto Clarificationis & Canonizationis celebrationem acceleratione debita terminandam diligentiam adhibe. Hoc enim nomine quò ſupra humiliter poſtulans verba Chriſti finaliter concludo prius aſſumpta pro themate, *Pater jam hora eſt*, quod ad Dei & Sancti ſui laudem & honorem, fidelium ſalutem & Eccleſiæ vtilitatem fieri concedat ipſe qui cum glorioſa claritate viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Vt autem oſtenderet Vniuerſitas, quantum ea res ſibi cordi eſſet, ſcripſit ad Clementem Pontificem, ſcripſit & ad Cardinales nonnullos & ad Patriarcham

Conſtantinopolitanum, vt Litteras ſuas Pontifici offerret quarum exemplar tradidit his verbis.

AD PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

R*Euerendiſſime Pater*, Nos pia ac Religioſa conſideratione inducti ſanctiſſimo Domino noſtro ſcribimus Litteras hunc tenorem continentes. *Non decet, Beatiſſime Pater, lucernam ſub modio tegi quam Dominus vult ſuper candelabrum collocari, vt omnibus qui in domo Dei ſunt luceat, in cuius lumine ſuos dirigant greſſus.* Vnde & ob hoc Diuina diſpenſatione Sanctorum cum Deo feliciter regnantium qui bonorum noſtrorũ nullatenus egent gloria mortalibus innoteſcit & diuinitus oſtenſis datur miraculis clareſcere, vt in hac mortali vita peregrinantium ſemitam ad ſe conuertant, eiſdem continuis ſuffragentur auxiliis, & tandem ad eam qua fruuntur æterna pace prouehant, vnde, Beatiſſime Pater, ſanctiſſimi Patres & Catholica Eccleſia illos ab olim decreuit digno venerari cultu quos dignatio Diuina euidentibus indiciis cœleſtibus honoribus cumulatos patefecit. Ex multis autem annis nobilis quondam genere ex illuſtri Imperatore atque Regum proſapia, ſed vita ſancti Petri de Luxemburgo quondam Cardinalis fama celebrari cepta eſt, quæ niſi claris ac euidentibus miraculis primum initiata, ac demum vſque ad hos dies longè lateque dilatata foret ſignis ſequentibus primis æquiparatis ex vulgari leuitate ortum habuiſſe poterat ſuſpicari. Nunc verò, Beatiſſime Pater, tot numero & tam claris dedit ipſum vt fertur Altiſſimus clareſcere miraculis, vt ipſius penè per Vniuerſum diuulgatum ſit nomen, nec anguſtari adeo valet nec ſilentio tegi, vt minus quaquauerſum erumpat; Et ob hoc, Beatiſſime Pater, Chriſtianiſſimus Princeps Rex Franciæ Dominus noſter Illuſtriſſimus, etiam Princeps Dux Burgundiæ pia ac deuota in Deum excitata deuotione humiles V. S. porrigunt ſupplicationes, quatenus ad ipſius ad quam ipſum ſua glorioſa opera vocant ſublimationem veſtræ Paſtoralis ſolicitudinis aliquam vicem velitis impartiri, quam equidem, Beatiſſime Pater, V. S. facilitatem tanto benignius ſperamus pariter & cum omni humilitate ſupplicamus exaudire, quanto rem ſanctiorem Deo placentiorem & Eccleſiæ militanti fauorabiliorem expoſcunt, quæ vt ſanctè & Canonicè & juxta Eccleſiaſticas ordinationes fiat, placeat. V. S. ad hoc ſalubre inchoandum, conducendum & fine debito complendum opus tres aut quatuor ex Reuerendiſſimis Patribus Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus citra montes nunc agentibus, quos ſcientiores, ſanctiores ac in talibus doctiores veſtra duxerit Sanctitas committere. Etſi placet Reuerẽdiſſimos Dominos, Viuarienſem, de Saluſſiis, & Cameracenſem Cardinales, & Epiſcopum Auenionenſem, in cujus non ſolum Diœceſi ſed Cathedrali Ciuitate omnia Dei opera ad manifeſtationem prædicti ſancti Cardinalis facta prædicantur, vt ſub veſtræ felicis adminiſtrationis curſu Eccleſia militans vnum in Cœlo gaudeat ſe nouum habere Patronum, cujus meritis & orationibus Diuina Majeſtas inclinata veſtram Beatitudinem æterna poſt hanc vitam perennet beatitudine. Scriptum, &c. Et quia, Reuerendiſſime Pater, hîc de re agitur Deo grata, in quo Sancti ſui gloriam Eccleſiæ militanti in ſpiritualem pariter & temporalem ſucceſſum prouentura veſtram Religioſam, honeſtam ac piam occupationem exigente V. R. P. illo quo poſſumus affectu ſupplicamus, quatenus veſtrum gratum ſubſidium huic operi ad finem optatum perducendo impendere dignemini, pro quo & aliis V. R. P. meritis præmium à Deo tandem aſſequemini perpetuum. Scriptum Pariſiis in noſtra Congregatione generali apud ſanctum Mathurinum ſolemniter celebrata, die decima octaua menſis Decembris. Aliæ tres Litteræ omnino ſimiles habent pro inſcriptione ad quendam Cardinalem.

Veſtri humiles Oratores Rector & Vniuerſitas Studij Pariſienſis.

Aliæ Litteræ ſunt perſimiles, vna tantum excepta, quæ ſic incipit. *Litteratiſſime vir atque prudentiſſime*, & illa eſt Ioannis Fabri, Vniuerſitatis Procuratoris in Curia.

1390. Declaratio Cardinalis Sabinenſis pro Clemente.

Ad ann. 1390. legitur in MS. authentico Abbatiæ San-germanopratenſis quod ſe vidiſſe & habuiſſe à D. Claudio Chantelou Monacho aſſeruit mihi F. Bonauētura Bauduiſius Cœleſtinus Pariſienſis amicus & familiaris meus, quædam Declaratio facta à Petro de Sorrenaco Cardinale & Epiſcopo Sabinenſi 16. Aug. in fauorem Clementis VII. quam hîc tranſcriptam apponimus.

In nomine Domini, Amen. Cum in facto ſchiſmatis in Eccleſia proh dolor nunc vigentis videam quampluries falſa pro veris inter Principes & etiam in populis ſeminantes, forſan in facto decepti, idcirco ego Petrus de Sorrenaco Epiſcopus Sabinenſis S. Rom. Eccleſiæ Cardinalis dictus dudum Viuarienſis, qui in omnibus ſequentibus præſens fui, ſanus mente & intellectu, licet æger corpore, cupiens fideles Chriſtianos tali falſo informare deceptos ad viam reducere veritatis in præſentia Notarij & teſtium hîc præſentium dico & aſſero, teſtificor & declaro, Sanctiſſimum Dominum noſtrum D. Clementem Papam VII. per DD. Cardinales S. Rom. Eccleſiæ concorditer & liberè, canonicè & ritè fuiſſe electum in Papam & Summum Pontificem, ac ipſum fuiſſe & eſſe verum Papam & Chriſti Vicarium, & Petri Apoſtoli ſucceſſorem; Bartholomæum autem quondam Archiepiſcopum Barrenſem qui ſe nominabat Vrbanum, per vim & violentiam ac notoriam impreſſionem Romanorum contra Cardinales S. Rom. Eccleſiæ, ad quos tunc ſpectabat Summi Pontificis Electio perpetratam, in Sede Apoſtolica fuiſſe intruſum, ac ipſum & ſucceſſorem ſuum fuiſſe & eſſe Antipapas, Apoſtaticos, & Schiſmaticos & totius Eccleſiæ Dei deſtructores. Et in iſta fide vixi & viuo & volo mori. De quibus quidem declarationibus meis peto à te Notario publico infraſcripto in præſentia teſtium infraſcriptorum ibidem præſentium & per me rogatorum fieri publicum & publica Inſtrumentum & Inſtrumenta. Acta fuerant hæc Auenione in Camera in qua præfatus Dumiminus meus D. Cardinalis ſic ſe modo præmiſſo declarans jacebat ſub anno à Natiuitate Dom. 1390. Indict. 13. die Martis quæ fuit 16. menſis Auguſti inter horas Veſperiarum & Completorij ejuſdem diei, præſentibus, audientibus & intelligentibus venerabilibus, diſcretis & circunſpectis viris DD. Hugone, Ioanne Coſta in Decretis Licentiato & præfati Domini mei Cardinalis declarantis Auditore, & Girardo Mercadieri in legibus Baccalario, Capellano, & M. Imberto de Crocquetto Litterarum Apoſtolicarum Seriptore, & Luciano Sens Cubiculario, Hugone Coſtini & Ioanne Petri Buticulariis, Guill. Arnaldi Rectore Parochialis Eccleſiæ S. Sebaſtiani Narbonenſis, Panatenſ. Ramundo de Boſco Rectore Parochialis Eccleſiæ de Oſuilla Tullenſis Diœceſis, Eleemoſynario Preſbyteris & Heruæo Nobilis Preſbytero Rectore Parochialis Eccleſiæ de Lanquidic Nannetenſis, Berengario Siciquet Clerico Vabrenſis, Galliardo Nates Rutenenſis, Petro Balme Caturcenſis & Robineto Vauaſſoris Ambianenſis & Petro de Vallibus Sarlatenſis Diœceſum præfati D. mei Cardinalis declarantis ſcutiferis & familiaribus continuis commenſalibus, & Iacobo de Fouea Clerico Notario publico Bajocen. Ioanne Dabencourt Clerico Ambianenſ. Petro Cambini, Tacetino & Antonio Renardi Sartore Gratianopolitano, Laurentio Nigri, Tacetenſi Lemouicenſi, & Guill. Cantois Sartore Ambianenſis Diœceſis habitatoribus Ciuitatis Auenionenſis, & pluribus aliis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Vualcherus Richer de Fico Curiæ Clericus Tullenſis Diœceſis publicus Apoſtolica authoritate Notarius & præfati D. Cardinalis declarantis Secretarius præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic vt præmittitur, agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, vidi, auditi, publicaui. Et in hanc publicam formam de mandato & voluntate præfati D. mei Cardinalis ſic ſe declarantis redegi, aliiſque occupatus negotiis per alium fideliter ſcribi feci, & meis ſigno & nomine ſignaui in fidem & teſtimonium omnium præmiſſornm requiſitus & rogatus.

Contra Pſeudo-jatros.

Eodem anno cum Facultas Medicinæ Priuilegiorum ſuorum jacturam pateretur circa Medicinæ praxim, Litteras à Ioanne Rege obtentas apud Præpoſitum Pariſienſem produxit, quæ poſtea redditæ ſunt M. Thomæ Blanchi-chappetum cjuſdem Facultatis Decano. Litteræ autem tales ſunt, & leguntur in veteri MS. Statutorum ſeu Ordinationum Regiarum, quod mihi benignè commodauit Herouvallius.

Digitized by Google

» Ioannes Dei gratia Francorum Rex notum facimus vniuerſis præſentibus
» pariter & futuris, quod audita ſupplici inſinuatione Decani & Magiſtrorum Fa-
» cultatis Medicinæ Vniuerſitatis Pariſ. aſſerentium quod quamplurimi vtriuſque
» ſexus mulierelque aliquæ & vetulæ Conuerſi Ruſtici nonnullique Apothecarij &
» herbarij quamplures, inſuper Scholares in Medicinæ Facultate nondum Docti
» venientes ad villam Pariſ. gratia practicandi ignari ſcientiæ Medicinæ ignoran-
» teſque complexiones hominum, tempus & modum miniſtrandi ac virtutes Me-
» dicinarum potiſſimè laxatiuarum, in quibus jacet mortis periculum, ſi ipſas con-
» tigerit indebitè miniſtrari, ipſaſque Medicinas etiam alterantes omnino contra
» rationem & artem Medicinæ, cliſteria multùm laxatiua, alia eis illicita in Ciui-
» tate, villa, & ſuburbiis Pariſienſ. miniſtrant, tradunt & conſulunt miniſtrare,
» nullis penitus Medicis cum eis vocatis quæ cedunt in noſtri populi ſcandalum
» corporumque & animarum grande periculum, etiam in Doctorum ſupplican-
» tium ſcientiæ Medicinæ & expertorum in ea irriſionem, præjudicium & graua-
» men. Ex quibus etiam adminiſtrationibus indebitis homicidia & abortus clan-
» deſtinè alicubi & palam quandoque inſequuntur. Quapropter dicti Inſinuantes
» nequeuntes præmiſſa amplius ſaluis eorum conſcientiis tolerare nec ſub diſſi-
» mulatione tranſire, nobis humiliter ſupplicarunt, vt de debito & perpetuo reme-
» dio dignaremur ſuper hoc prouidere. Nos igitur tam damnandæ injectioni
» præſumptioniq; ſeu fatuæ audaciæ Imperitorum miniſtrantium obuiare, & vtili-
» tati publicæ ſubditorum competentibus remediis ſalubriter prouidere volentes,
» ſtatuimus & ordinamus ex noſtra autoritate Regia & poteſtatis plenitudine per
» præſentes perpetuò valituras, quod nullus cujuſcunque ſexus vel conditionis
» exiſtat in prædictis Ciuitate, villa & Suburbiis Pariſ. aliquam Medicinam altera-
» tiuam Medicinamque laxatiuam, ſyrupum, electuarium, pilulas laxatiuas,
» cliſteria qualiacunque propter timorem mortis ex fluxu vel malis ſyntomatibus
» prægrauatiuis in quibus non eſt veriſimile eos præſatos ſcire remedium adhibe-
» re, oppiatam ſeu quamcunque aliam de cætero faciat ſeu fieri conſulat miniſtra-
» re, vt audeat Medicinam vel Medicinale Conſilium præbere aut aliàs officium
» Medici exerceat qualitercunque cum ad expertos & edoctos operando per cer-
» tum in humano corpore & non alios ſpectat exhibitio prædictorum, niſi in dicta
» ſcientia Medicinæ Pariſius vel alibi in Generali ſtudio Magiſter vel licentiatus
» exiſtat, vel niſi per Conſilium & directionem alicujus Magiſtri vel alterius per
» dictam Facultatem approbati ad practicandum illa Medicina fuerit ordinata.
» Et hæc eis decernentes non licere ea ipſis omnibus & ſingulis interdicimus per
» præſentes, dantes Præpoſito noſtro Pariſienſi præſenti & futuro, vel eius locum
» tenenti præſentibus in mandatis quatenus præſentem noſtram ordinationem &
» Statutum ac omnia & ſingula per nos ſuperius ordinata, teneri faciat & inuiola-
» biliter obſeruari, ac contra facientes ſeu attentantes contra aliquid præmiſſo-
» rum miniſtrando, viſitando vel aliàs quovis modo conſulendo, corrigat puniat-
» que juxta culpæ, inobedientiæ & commiſſi ſceleris qualitatem ad emendas pe-
» cuniarias vel alias Ciuiles, prout jus & ratio ſuadebunt. Quod vt firmum &
» ſtabile permaneat in futurum, noſtrum ſigillum præſentibus Litteris duximus
» apponendum. Saluo in aliis jure noſtro & in omnibus alieno. Datum Pariſius
» anno Domini 1352. menſe Decemb. *Ainſi ſigné* per Regem Mellou, *Et au dos*
» *eſtoit écrit ce qui s'enſuit. Publié en Iugement au Chaſtelet de Paris, le Samedy 18. iour*
» *de Septembre mil trois cent quatre vingt-vn, ſeant Monſieur le Preuoſt en Siege.*

I. LE BEGVE.

Collation faite à l'Original ſeellée en lacs de Soye & Cire verte, qui fut rendu au Doyen de la Faculté de Medecine cy-apres nommé. c'eſt à ſçauoir M. Thomas Blanchechappe, le dixiéme iour de Février mil trois cent nonante. Ainſi ſigné I. LE BEGVE.

Sequitur in eodem Codice diploma Caroli VI. contra ejuſmodi Medicos & Chirurgicos imperitos.

Digitized by Google

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France. Au Preuoſt de Paris, & à tous nos autres Iuſticiers ou à leurs Lieutenans, Salut. Il eſt venu à noſtre connoiſſance, que pluſieurs Practiciens tant en Medecine comme en Chirurgie, ſe expoſent indeuëment à viſiter malades & abuſent deſdites Sciences, en eux promettant & acertenant les guarir & curer de leurs maladies, & de eux faire choſe laquelle ils ne ſçauroient, ne pourroient, & contre les termes de la verité deſdites Sciences, dont pluſieurs perils & inconueniens ſe ſont, & pourroient plus grand s'enſuir, ſe pourueu n'y eſtoit. Pourquoy Nous qui ne voudrions telles choſes diſſimuler ne ſouffrir, Vous mandons en commettans ſe metier eſt ce à chacum de vous, ſi comme à luy appartendra, que ſur ce vous informez diligemment, & à ceox que vous trouuerez non expers & inſouffiſans à pratiquer eſdites Sciences deffendez ſur telles peines qu'il vous ſemblera à faire de raiſon, que en aucune maniere ils ne exercent la pratique deſdites Sciences. Et ou cas que aucun non maiſtriſé és Sciences deſſuſdites, vouldroit dire & maintenir ſoy eſtre ſouffiſant pour ladite Science exercer, Nous ne voulons que aucunement il y ſoit receu juſques à ce qu'il vous appere qu'il ſoit examiné & trouué ſouffiſant par ceulx à qui il appartient. Donné à ſaint Germain en Laye le troiſiéme jour d'Aouſt 1390. & le onziéme de noſtre regne. Ainſi ſigné, Par le Roy en ſon Conſeil. L. Blancher. Et eſtoit écrit au dos d'icelles ce qui s'enſuit. Publiées en jugement ou Chaſtelet de Paris, le Lientenant tenant le Siege le Mercredy 17 jour d'Aouſt l'an 1390. I. De Fontenay. Publié ſouffiſamment és lieux accouſtumez à faire cas, par Iean le Maire, Crieur du Roy noſtre Sire, le Samedy 20. jour d'Aouſt l'an 1390. I. Le Maire. Côllation faite à l'Original ſeellé en Cire jaune, & à ſimple queuë, qui fut rendu au Doyen de la Faculté de Medecine, nommé M. Thomas Blanche-chappe.

Ainſi ſigné, I. LE BEGVE.

Anno 1391. grauiter conqueſta eſt apud Regem Vniuerſitas, de ſuorum im- 1391.
minutione Priuilegiorum, nam ab ejus ad Regnum aduentu plurima dicebat ſe amiſiſſe, eaq; quotidie à Publicanis peſſundari. Et cum Rex expeditionem pararet aduerſus Ducem Armoricum, ob idque vectigalia noua imponere opus fuiſſet, veritus expoſtulationem populi ad S. Germanum de Laya ſe contulerat: quo Academia Pariſienſis miſſis legatis conqueſtum quoque profecta eſt: quâ de re ſic Gaguinus. *Scholaſtici nihilominus Pariſiaci ſtudij, quorum Priuilegiis crebrò derogabatur miſſo cum prudentibus Communitatis ſuæ Rectore ad S. Germanum cum perueniſſent, Cancellarium orant dari ſibi aditum ad Regem mandata illis eſſe quæ neceſſariò patefaciant Regiæ Majeſtati: hæc cum ſæpenumero fruſtra poſtulaſſent, tandem Cancellarius reſpondit arduis pro Repub. negotiis Regem diſtineri. Cæterum de eorum Priuilegiis non eſſe neceſſe anxiam gerere ſollicitudinem: quandoquidem Regi curæ erat Studij libertas & quies. Atque ita nihil præter ſummam indignationem reportantes Oratores domum reuertuntur.*

Eodem anno Bonifacius Legatos duos, Petrum Carthuſiæ Aſtenſis in Lombardia Priorem, & Bartholomæum de Rauenna item Carthuſiæ Inſulæ Gorgonæ Priorem ad Regem Carolum mittit, vt de vnione Eccleſiæ cum eo tanquam cum Rege Chriſtianiſſimo, cujus majores tanto ſtudio Religionem tutati fuerant, agerent. Illi Auenionem primò accedentes à Clemente detenti ſunt; at Rex ſolui & dimitti Vniuerſitatis poſtulatu, rogauit. Qui Lutetiæ benigniſſimè recepti hoc habuerunt Reſponſum, *Regi grata eſſe quæ moneret Bonifacius, omneſque viris Regias promptas fore ad Eccleſiæ vnionem procurandam.* (Litteræ Bonifacij leguntur in 6. tomo ſpicilegij Dacheriani.) Tum fieri cœptæ Pariſiis eo fine ſupplicationes præſertim ab Vniuerſitate, cui nihil erat antiquius quàm pacem Eccleſiæ procurare. At Clemens veritus ſibi cudi fabam iſtam, quanquam palam aſſerebat ſe nihil ardentius percupere quam ejuſdem Eccleſiæ vnionem, clam datis mandatis miſit M. Ioannem Goulam Carmelitam Pariſios, vt largitione Indulgentiarum viam vnionis diſſuaderet, animoſque in Bonifacium concitaret, ſed ſic cauſam ſuam deteriorem fecit, conuerſis ad Bonifacium animis. Et tum in Academia Pariſienſi quæri cœperunt variæ vnionis reducendæ viæ:

Digitized by Google

quod cum vterque Pontifex reſciuiſſet, jam non de vnione, ſed vterque de Iuſtitia ſuæ partis differere cœpit, vt in ſequentibus annis clarius patebit.

Hoc eodem anno Vniuerſitas Erfordienſis in Turingia inſtituta eſt, eamque Bonifacius Priuilegiis dotauit, quam Krantzius lib. 10. Rer. Saxo. c. 15. ait primam in Germania publicam Scholam fuiſſe & miratur tandiu ſine publicis egiſſe Litterarum Gymnaſiis. Aberrat tamen, nam Viennenſis à Friderico II. ante an. 1240. inſtituta eſt ex Romanâ & Lutetianâ teſto Middendorpio; licet ducentis circiter poſt annis à Pio II. confirmata & Priuilegiis aucta ſit.

Item hoc anno Collegium Forteticum extruitur à Petro Fortet Aurilacenſi: quo tempore Ioannes Froiſſardus Hiſtoriam edidit, & Emanuël Chryſoloras qui à Ioanne Paleologo Imperatore Conſtantinopol. miſſus fuerat in Italiam, vt Regum Occidentalium opes ad ſubueniendum Græciæ imploraret, Græcas Litteras in Italiam quaſi poſtliminio reuocabat, quæ per 700. ferè annos exulauerant.

Eodem anno Natio Anglicana Statutum edidit circa Bejaunos, abuſuſque qui diu tolerati fuerant, correxit, Procuratore M. Theodorico de Aſpen.

Statutum & ordinatum eſt per Magiſtros Nationis Alemanniæ tribus vicibus per eorum juramenta ad ſtatuendum ſpecialiter euocatos, vt ſupra ſcriptum eſt ad vtilitatem & proficuum & pro bono communi totius Nationis prædictæ, videlicet quod de cætero nullæ fient potationes nec ſimplices nec generales, nec etiam conuiuia in Natione prædicta de pecuniis potabilibus, videlicet de pecuniis recipiendis à Magiſtris pro prima Procuratoria & pro jocundo introitu, & pro menſibus diſtribuendis in examine S. Genoueſæ.

De Bejaunis. Item pro pecuniis recipiendis pro Procuratoriis tempore determinantium & tempore Baccalariandorum & de pecuniis recipiendis à Receptore tempore ſuæ Inſtitutionis & de omnibus aliis pecuniis potabilibus, ſi quæ ſint aliæ, ſed omnes iſtæ pecuniæ reſeruentur pro vſu Nationis, & recipiantur per Receptorem Nationis ſaluo tamen Feſto S. Eadmundi duntaxat, quod quidem Feſtum Natio voluit celebrare ſingulis annis, vt hactenus fuit celebratum retentâ Nationi poteſtate prædicta deſtituendi ejuſmodi Statutum in poſterum dum ſibi videbitur expedire, Magiſtris tamen Nationis primitus 3. vicibus ad deſtituendum ſpecialiter per eorum juramenta euocatis. An. Dom. 1391. more Eccleſiæ Romanæ menſis Feb. die 8.

Ex hoc Statuto intelligimus hanc inualuiſſe conſuetudinem in prædicta Natione, vt quiſquis prima vice Procurator eſſet, aut Receptor, Comitia ingrederetur, Regentiam inciperet, pro jucundo aduentu ſolueret certam pecuniæ ſummam Magiſtris, prandij ſeu potionis nomine. Cujus rei multa paſſim extant exempla. Vnum referre ſufficiat, quod legitur ad an. 1357. 26. Aug. quâ die M. Nicolaus Ioan. de Swecia Procurator Nationis primùm factus eſt, *M. Nicolaus ſoluit Nationi vnum ſcutum pro Procuratoria & ſtatim perpotatum fuit illud ſcutum per Magiſtros in taberna ad imaginem noſtræ Dominæ in vico S. Iacobi.*

Eodem anno Vniuerſitas grauem ſuſtinuit litem in Curia Pariſienſi pro M. Guillelmo Venlet Licentiato in Decretis & Pædagogo aduerſus nonnullos Caſtelleti Virgiferos ſeu Seruientes à quibus pueri quos habebat in pædagio, de nocte fuerant malè habiti, percuſſi & vulnerati. Legitur ordo litis in Actis veteribus Curiæ, quæ penes me habui ex gratia Clariſſimi viri D. d'Herouual.

ENTRE l'Vniuerſité de Paris M. Guillaume Venlet (Veulet) & aucuns autres Suppoſts, d'vne part. Et M. Nicolas Bertin Examinateur du Chaſtelet, & autres Sergens pluſieurs, d'autre part. L'Vniuerſité dit que en chief & membres elle eſt en la ſauuegarde, &c. & dit que le lendemain de la S. Denys enuiron dix heures apres midy, M. Nicolas Bertin accompagné des Sergens nommez & pluſieurs autres, alla à l'huis de l'Hoſtel M. Guill. Venlet Licentié en Decret, ouquel demeure pluſieurs Suppoſts, & le plus poures enfans, & hurterent à l'huis impetueuſement, en diſant *rompez tout, entrez ens, batez tout, tuez tout.* Dit que M. Guillaume enuoya ouurir l'huis par vn appellé Hayette, & nonobſtant que l'huis fuſt ouuert, ils rompirent l'huis par dedans & leuerent la ferrure, & batirent Hayette. Aprés allerent en ſept chambres & rompirent huis & feneſtres, & prindrent couſteaux garnis & ceintures d'argent. Dit que M. Guill. parla à Bertin,

Bertin, en diſant qu'il queroit & qu'il n'auoit que petits enfans, & neantmoins demanderent les Sergens où eſtoient les grands Eſcoliers, & rompirent les Liures, & les figures de Geometrie, & apres batirent d'eſpées & baſtons, & entre les autres batirent vn appellé Haſe, & à vn autre mirent la teſte ſur vn tronchet du chalis du lit, diſant que ſa journée eſtoit venuë. Dit qu'ils n'auoient trouué aucuns deſobeïſſans, & ſi en a de bien nobles. Dit qu'ils allerent en la chambre M. Robert de ſaint Germain & le firent leuer tout nud en vne ſangle houppelande, & menerent deuant M. Nicolas qui l'enuoya en Chaſtelet, lié les pouces ſans chaperon, & ſans ſouliers, & le menerent vers ſaint Hilaire & de là ou Mont ſainte Geneuiéve, & apres en Chaſtellenie, & le lendemain fut mis hors ſans luy rien demander. Or dit l'Vniuerſité que en ce à port d'armes, ſauuegarde en France, & force publique & ſedition, qui ſont choſes de mal exemple & roberies de biens qui furent prins, ceintures d'argent & autres choſes qu'ils declareront, & requiert d'auoir le Procureur du Roy auec luy, & conclurent à reſtitution des biens en l'eſtimation qu'ils peuuent valoir, & qu'ils ſoient creuz par ſerment, de la violence & de la valeur, & de l'eſtimation des biens, & que chacun d'eux ſoit condamné premier Nicolas, qu'il parte du Chaſtelet tout nud en chemiſe vne torche en la main, & le aller amender en plaine Vniuerſité, & retourner ſemblablement à N. Dame, & aprés ſemblablement és Facultez de l'Vniuerſité, & pareillement aux ſinguliers & aux lieux de ordinaire leçon, & auſſi que ceux qui miſrent à l'Eſcholier appellé Boileauë, ſur le tronchet la teſte, que ſemblablement il ſoit fait à eux és halles. Et requiert l'Vniuerſité qu'ils ſoient priuez de tous Offices, & condamnez en amende proufitable enuers l'Vniuerſité de 1400. l. & à M. Guill. de 500. l. & autant à chacun des autres, & à tenir priſon & à deſpens. Et que M. Nicolas parle de ſoy.

M. Nicolas ſe deffend en perſonne par ſerment, & dit que l'en donna à entendre au Preuoſt que il y auoit Brigueurs qui auoient arſes les portes des Iacobins en clos Brunel, & que le Guet y auoit eſté villené, dont les aucuns eſtoient grandement injuriez & batus, & pour ce par Monſieur le Chancelier & le Preuoſt, il y auoit eſté enuoyé pour y aller auec pluſieurs Sergens enuiron dix heures de nuit, & y alla par au deſſus de Clo-Brunel, & eux eſtans prés de l'Hoſtel des Cholets, ils oyrent vne voix qui diſt : *Allez, allez en Clo-Brunel, vous trouuerez bien à qui parler.* Et vn autre qui diſt, *Allés, vous ne trouuerez pas des Eſcholiers.* Dit que en tel endroit ot vne feneſtre ouuerte, par laquelle on jetta ordures ſur ſon compagnon & ancuns des Sergens; & lors ſon compagnon & autres luy dirent qu'ils auoient eſté ainſi injuriez, & lors il dit que l'en ſçeuſt qui l'auoit fait. Dit que luy eſtant en tel eſtat luy fu dit qu'il venoit grand' quantité de Gens contre-eux, pour ce print ſon bacinet & deſcendit à pié, & aprés ce ordonna & miſt en arroy, & lors ceux qui venoient de Clo Brunel s'enfuirent, & ce fait s'en alla, ne autre choſe ne fiſt depuis. Dit qu'il a bien oüy dire aux Sergens qu'ils auoient eſté en l'Hoſtel, & autre choſe n'en ſcet. Apres vn Sergent appellé Beſançon Clement par ſerment dit qu'il auoit oy dire que le Guet auoit eſté la nuit injurié, & qu'il auoit eſté diſt que tous Sergens fuſſent à l'Hoſtel M. d'Anjou, & dit que là fu, & par l'Ordennance M. Nicolas le ſuiuy par la ville juſques à l'Hoſtel de l'Eueſque de Langres, & là vint vn qui auoit grant cheueux, qui leur dit qu'ils alloient pour neant en Clo-Brunel. Dit aprés que l'en getta de l'ordure ſur eux, pour de ce plaignit à M. Nicolas, qui diſt que l'en rompiſt l'huis, & y allerent pluſieurs Sergens & fu rompu l'huis; & aprés allerent pour prendre celuy qui s'auoit fait & rompirent pluſieurs huis. Dit qu'vn Eſcholier qu'il ne nomme point, fut amené aual nuz pieds, & le emmena vn Sergent nommé Malengire, & pource que ledits Malengire le lya, il qui parle, diſt qu'il ne deuoit pas eſtre ainſi fait, & que l'en le deuoit mettre en priſon empruntée pour l'honneur de l'Eſcolage, & le mena luy & vn autre juſques vers S. Geneviéve, & ſi le diſt à M Nicolas qui n'en fiſt autre choſe.

Eſtienne Bide Sergent, dit que du commandement M. Nicolas Bertin l'en rompit l'huis, & ne paſſa point la ſeconde porte. François, &c. dit qu'il ne paſſa point la premiere porte, & qu'il vit vn Eſcolier que l'en mena en priſon, & dit qu'ils allerent juſques à S. Geneviéve, & demanderent qu'ils feroient des Eſco-

liets, & Nicolas diſt que on le menaſt auec luy. Le Frere François dit qu'il trouua vn qui auoit trois haches & luy en demanda vne, mais il n'entra onques dedans, ne ne vit point l'Eſcolier que au dehors de l'huis.

Malengire dit que ou commandement M. Nicolas il entra en l'Hoſtel, & trouua dedans que deux Sergens batoient vn Eſcolier, & eſtoit detriere l'huis vn appelle Dez ..ches, & dit qu'il print l'Eſcolier de la main d'vn autre Sergent & le lia, & le mena à M. Nicolas qui le fiſt mener auec luy, & parla à luy l'Eſcolier.

Heliot Lambert dit qu'il ne fut onques dedans l'Hoſtel, mais ſe retray vers l'autre partie du Guet, & aprés alla juſques vers S. Hilaire, où ſes compagnons prindrent à terre vn chaperon qu'ils luy mirent ſur la teſte, & pour ce que lendemain il alla hors à Compiegne, ne le pot ſi-toſt rapporter au Chaſtelet; mais ſi toſt qu'il fut reuenu, le reporta en Chaſtelet. Ce fait M. Nicolas pour ſon ſeruiteur dit qu'il ne parla onques à l'Eſcolier qui fut mené en priſon, & dit qu'il y ot plusieurs Sergen, qui menerent l'Eſcolier, diſant *vecy le malfaitteur*, & lors ou le Lieutenant du Cheualier, ou M. Huſtin, dirent qu'on le menaſt en Chaſtelet, & dit que les Sergens par eſpecial Beſançon eſt ſon hayneux, & a dit que puiſqu'il eſtoit priſonnier, auſſi le ſeroit M. Nicolas.

Ce fait, dit le Conſeil M. Nicolas que la veille S Denys derniere paſſée grant quantité de Gens rompirent les portes du Clos des Iacopins, & les auoient apportees ardre en Clo-Brunel, apres propoſe l'ordre du Guet à lendemain & qu'ils allerent en Clo-Brunel, où ils trouuerent grant reſiſtance & y fut blecié le Lieutenant du Cheualier & ſon cheual, & vn autre Sergent, tellement qu'il ne veſqui que ſept jours. Depuis dit que lendemain le Guet fut renforcie & furent ordenez deux Commiſſaires M Nicolas & M. Huſtin, qui allerent par la ruë ſaint Iacques pour venir au deſſus pour prendre les malfaicteurs Dit que quant ils furent deuant l'Hoſtel M. Guillaume Venlet, ils oüirent grant noyſe en ſon Hoſtel, & là s'arreſterent & oüirent les paroles deſſuſdites, & alors deſcendirent à pie & que l'en getta ſur aucun Sergent & M. Hutin ordure, & dit que quant M. Nicolas l'oy dire, il diſt ſachiez qui ſa fait, & aprés dit que ſe a fait ſoit mené en priſon; mais on luy dit que les Eſcholiers malfaicteurs venoient, pour ſe miſt en arroy & ſes gens. Dit qu'il ne fiſt onques rompre l'huis, & ſe les Sergens y entrerent ou non, il n'y fu point, car il ſe attendit à auoir beſongne contre ceulx que en luy auoit dit qu'ils venoient. Dit qu'il ne ſçait s'ils prinrent rien ou non, & qu'il ne commanda rien en ce fait qu'il ne fuſt raiſon, & ſi vaquoit à choſe licite pour le bien public, qui eſt preſomption pour luy, que tout ce qu'il a fait eſt ben fait, & met de fait que M. Nicolas Bertin fu le jour touſiours ſur les quarreaux, & depuis le partir fu ſur la voyerie, ſans onques entrer en hoſtel ne maiſon. Et ne doit eſtre crû aux Sergens, car ils depoſent à leur deſcharge Dit qu'ils en ſont en procés, & que le lendemain à la requeſte M. Guillaume Venlet il fu commis pour ſçauoir la verité du fait des Sergens, & par l'information des Sergens qu'il a faite ont eſté empriſonnez leſdits Sergens, pour ce ont depoſe contre luy, & s'eſt vanté Beſançon de le greuer pour cette cauſe. Et encore dit que Beſançon l'eſt allé accuſer vers l'Vniuerſité. Dit outre qu'il n'eſt pas à preſumer contre le Commiſſaire, & luy doit eſtre à luy mielx creu que aux Sergens, & ſuppoſé qu'il euſt dit *rompez tout*, & ſachez &c. ſi n'eſt-ce pas mal attendu le cas qui eſtoit parauant auenu, & qui leur auoit eſté fait, & eſt loiſible attendu l'office qu'il auoit. Dit aprés qu'il ne deuroit point eſtre puny pour le commandement, car il ne fiſt rien dont il s'enſuit mal. Et ne fait à receuoir l'Vniuerſité à faire action pour vne franche perſonne, puiſque l'injure n'a eſté faite en fait d'Eſcolage, ne il n'a rien fait en l'injure de l'Vniuerſité, & s'en vouloit rapporter M. Guillaume à M. Iean Coquere, & dit que les Eſcoliers eſtoient aggreſſeurs, & que deuoient les Gens du Roy auoir la Maîtriſe. Se conclut à fin de non receuoir contre l'Vniuerſité, & M. Guillaume Veulet, & qu'il ne doit entrer en procés. Et deuroit auoir le Procureur du Roy auec luy-meſmes qu'il la fait par l'Ordenance du Grant Conſeil, ce qu'il a fait, & afin d'abſolution & deſpenſe.

L'Vniuerſité replique & dit que la veille S. Denys les Varlez printent les places, & fu vn fait & dire journée, dont à preſent ils ne parlent point, ne de la

ſeconde journée que fu le jour S. Denys auſſi, mais de la tierce qui fut le lendemain, & ne peuuent point porter leurs faits de ceulx qui meſprirent, ne ce qui fu fait les deux premieres nuits, ne peut le fait des Sergens qui furent la tierce nuit juſtifier, & diſt que l'occaſion d'aller à l'Hoſtel M. Guillaume fu ce que l'en getta, mais ce n'eſt pas cauſe pourquoy l'en deuſt eſtre allé rompre ſon huis, mais le lendemain deuoient aller au remede de Iuſtice, tel qu'il compete par raiſon. Et toutes voyes depuis que l'huis fut ouuert il fut rompu, dit que ſuppoſé que M. Nicolas ne l'euſt pas formellement commandé, ſi a il eſté principal *& orgo*, & ſi fu ouuert l'huis & rompu en ſa preſence, & l'Eſcolier amené qui parla à luy. *Sequuntur* autres contredits.

Aux contredits Bertin diſt qu'il n'eſt pas à preſumer qu'il ne l'aiment mieux que l'Vniuerſité. Et ſi ſont ceulx qui mieulx en ſçauent la verité, ſi demourra en procés & n'aura point le Procureur du Roy. Et fait ben à receuoir l'Vniuerſité, car ceſt occaſion de faire le fait que haine des Eſcoliers, & le doit pourſuiure l'Vniuerſité, car autrement ſouuent l'en injureroit les Suppoſts ſinguliers, qui n'auroient pouuoir de pourſuiure. Et ſi n'a pas vn ſeul Eſcolier eſté injurié; mais ben vne cinquantaine d'enfans, qui ne ſont pas gens qui ayent armeures. Conclut qu'il demourra en proces. Et n'aura point le Procureur du Roy comme deſſus. Et outre requiert l'Vniuerſité que M. Nicolas ſoit enuoyé en Chaſtelet.

Duplique M. Nicolas que l'injure n'eſt faite à l'Vniuerſité, quant ce ſoit en cas qui touche le Corps de l'Vniuerſité. Or ne touche rien ce fait le Corps de l'Vniuerſité. Car ce n'eſt que vn fait qui touchoit vne ſinguliere perſonne, & conclud comme deſſus. Appointé eſt que la Cour verra les informations, & conſiderera les raiſons des parties, & fera droit aux fins où les parties tendent; & ſeront les Sergens qui ont eſté en jugement, & auſſi ceulx qui ſont en Chaſtelet, eſlargis juſques au lendemain de la Tiphaine.

Du 8. Ianuier 1391. Entre l'Vniuerſité de Paris d'vne part, & huit autres Sergens de Chaſtelet, d'autre part. Qui deffendent & repetent le fait de entre M. Nicolas & l'Vniuerſité, & de l'ordure qui fut jettée ſur aucuns d'eux. Et dic 1. Iean de Clore, que du commandement du Commiſſaire il entra dedens l'Hoſtel, & vit que l'en tenoit l'Eſcolier, mais onques n'y toucha, ne le mena, & paſſa outre auec M. Nicolas, qui enuoya dire aux autres qu'ils veniſſent, pource qu'il doutoit auoir beſongne, & dit qu'il ot vn appellé Dargis qui luy preſta vne hache & n'a autre choſe fait. Beſançon Clement dit qu'il fu en l'Hoſtel par le commandement M. Nicolas, & trouua que Malengerie le menoit & luy bailla, & aprés fu baillé à vn autre Sergent, & dit que pluſieurs fois il diſt à M. Nicolas qu'il fut mené à S. Geneviéve, mais rien n'en fu fait, & nye que autre choſe fiſt. Theuenin Malengerie dit qu'il alla en l'Hoſtel par le commandement M. Nicolas, & trouua que autres Sergens tenoient l'Eſcolier & luy baillerent, & pour ce le print & le lia, & ce fiſt pour peur qu'il ne luy eſchapaſt, comme fit vn autre fois, dont il eſt à poureté, ne le tint que juſques à ce qu'il l'ot baillé à Beſançon.

Item, Beauualet dit qu'il entra en l'Hoſtel, & trouua vne eſpée ſur quoy on marchoit, laquelle il print, & aprés la rendit à celuy à qui elle eſtoit, & autre choſe ne fiſt. Chanemeres dit qu'il fu à l'Hoſtel, & entra en vne chambre, & n'y veoit goute, & pource s'en retourna & vit mener l'Eſcolier, & autre choſe n'en ſcet. Richard Bide & François, dient qu'ils entrerent juſques à la ſeconde porte, mais onques ne paſſerent plus auant le dire. Dient qu'ils ne firent onques ne dirent, fors ce que M. Nicolas dit que l'en menaſt l'Eſcolier deuant luy que c'eſtoit bien fait. Or dient-ils qu'ils ne firent rien volontairement que par neceſſité du commandement du Commiſſaire & de leur Office. Et y a deux qui onques n'y entrerent, & ne fu fait aucun exploit fors que deux qui le menerent dont deſſus ont parlé. Si ne doiuent eſtre tenus en procés. Et dient attendu le cas pourquoy ils eſtoient allez, doit le Procureur de Nicolas prendre la defenſe pour eux, & ne confeſſent autre choſe. Ne l'Vniuerſité ne fait à receuoir. Car ils n'ont rien fait ou contemnement de l'Vniuerſité, ne ils n'alloient point en l'Hoſtel M. Guillaume, juſques à ce que ceulx de l'Hoſtel M. Guillaume en,

firent eauë qui ietterent l'ordure. Et eſt M. Guillaume perſonne franche qui peut pourſuiure ſon iniure. Et dient que par les Statuts de l'Vniuerſité pour le fait d'vn ſingulier, l'Vniuerſité ne doit faire pourſuite. Si concluent que l'Vniuerſité ne fait à receuoir,& aucunement n'ont cauſe. Et ſi ont les Examinateurs c'eſt à ſçauoir M. Hutin & M. Nicolas, approuué leur fait, parce qu'ils le firent meuer en priſon quant il fut amené deuant eux, & ainſi n'ont point offenſé. Des autres cas rien ne ſçauent, & concluent afin d'abſolution & à deſpens. Les autres qui eſtoient pourſuiuis, & qu'ils n'auoient point deffendu, ont dit ſemblablement, & dit Heliot qu'il n'y entra onques, & auſſi a fait Iehan & Souuille.

L'Vniuerſité replique & dit, qu'ils n'ont qu'vn ny; Et pour ce qu'elle ne peut auoir la verité, car c'eſtoit fait en tumulte; requiert que ſingulierement ils ſoient interrogez ſur les articles qu'elle baudra, & que ſur ce aient Commiſſaires, & dit que tenus ſeroient & ſont tenus, car tous confeſſent qu'ils y eſtoient. Et n'y fait rien le commandement, car ils ne ſont d'aucun aduoüez. Et ſi a eſté le fait damnable. Et autrement en ſeroit tenu de tout Bertin, car il deuoit ſçauoir quels gens il y enuoyoit. Et en verité onques rien ne fut getté. Et ſe peut doloir l'Vniuerſité pour l'injure de luy-meſme, car l'injure fut faite aux Eſcoliers. Et a accouſtumé l'Vniuerſité de ſoy faire partie, autrement tous les iours on pourroit injurier les ſinguliers, & n'en ſeroit plus, parce qu'ils n'auroient dequoy pourſuiure. Et apert que tout fait en contemnement de l'Vniuerſité, car on leur oſta leurs Liures, & deſpeça-on les figures de Geometrie. Et eſt comme vn College l'Hoſtel, car il y a ben 50. Eſcoliers, & dirent les Sergens, *tuez tout*, & qu'ils y mourroient tous. Si fait à receuoir. Et ne ſe peut leur fait juſtifier par celuy de Bertin meſme. Car auſſi ne dient-ils pas qu'ils trouuaſſent rebellion à l'Hoſtel, conclud comme autrefois. Appointé eſt au Conſeil ſur la fin de non receuoir, & auſſi de la prouiſion que requiert l'Vniuerſité. Et tout conſiderera la Cour & fera droit.

Le Samedy 13. iour furent au Conſeil Meſſieurs G. de Sens,&c. à conſeiller l'Arreſt entre l'Vniuerſité de Paris, M. Guillaume Veullet & M. Robert de S. Germain d'vne part. Et M. Nicolas Bertin Examinateur au Chaſtelet de Paris, & pluſieurs autres Sergens du Chaſtelet d'autre part. Sur le Plaidoyé fait le 19. iour de Decembre & 8. jour de ce mois dernier paſſez: Tout veu & conſiderés, il ſera dit que le Procureur du Roy à preſent ne s'adjoindra d'vne partie ne de l'autre, & gardera le droit du Roy.

Item, Sera dit que ladite Vniuerſité fait à receuoir à ſoy adjoindre en ce procés auec leſdits M. Guillaume & M. Robert; & quant au ſurplus les parties ſont conuenuës, ſi feront leurs faits, ſur leſquelx la verité ſera enquiſe, & l'enqueſte faite & rapportée, la Cour fera droit.

Le 12. Février 1391. En la cauſe de l'Vniuerſité, M. Guillaume Veullet & autres, d'vne part, & M. Nicolas Bertin & les Sergens d'autre part. Les parties ont Commiſſaires pour accorder M. Iacques Sacqueſpée, M. Guillaume Lirois, & baudront les Sergens dedans 8. jours.

Le 1. Aouſt 1392. Entre le Procureur de l'Vniuerſité, & M. Guillaume Veullet, d'vne part. Contre M. Nicolas Bertin d'autre. La Commiſſion eſt renouuelée pour toutes prefixions à Vermande. Et auſſi eſt elle ſemblable des Sergens.

In iiſdem Actis Curiæ legitur ad 25. Ianu. an. 1391. conqueſtum fuiſſe M. Simonem Foiſon Præſidem Parlamentæum de dicteriis nonnullis Bonorum Puerorum.

Sur la Requeſte faite par M. Simon Foiſon Preſident en Parlement, qui requiert que l'en die de par la Cour, & ſignifie *aux Eſcoliers des Bons Enfans de la Porte S. Victor*, qui ſe ſont vantez que de luy ſe plaindroient au Roy & feroient pourſuite contre luy, & auſſi que aucuns d'eulx s'efforçoient & eſtoient efforciez de le blaſmer & diffamer; la Cour a enjoint *à M. Iean Guerin Procureur deſdits Eſcoliers*, qu'il leur ſignifie que M. Simon eſt preſt de deffendre à tout ce que ils luy voudront demander en la Cour de ceans, ainſi comme il appartiendra, & a commandé à Robert Chauure Huiſſier de la Cour, qu'il leur ſignifie. Et auſſi à deffendre aux Maiſtres & Eſcoliers, & commande à Robert qu'il deffende à

M Iean de Beaumont, & auſdits Maiſtres & Eſcoliers de par la Cour, que à peine de cent marcs d'argent, ils ne dient aucun blaſme dudit M. Simon; mais s'ils luy veulent aucunement choſe demander, viegnent à la Cour & elle leur donra du Conſeil. Et auſſi a la Cour commis Meſſire Pierre Leauble, pour ſoy informer de ce que Meſſire Simon requiert.

Ad annum 1392. in iiſdem Actis Curiæ legitur alia lis ab Vniuerſitate Aurelianenſi intentata aduerſus M. Ioannem de la Coſte alumnum olim ſuum, qui Toloſam profectus, ibi Doctoris in Iuribus Gradum aſſumpſerat. Is eſt Ioannes Coſtanus Bartholi diſcipulus qui an. 1398. in Concilio Eccleſiæ Gallicanæ Pariſiis congregato Benedicti XIII. cauſam fortiter defendit, vt ſuo loco dicetur. Talis ergo lis eſt. 1392.

DV Mardy vingt-vnieſme jour de May mil trois cent nonante & deux, Entre l'Vniuerſité d'Orleans demandereſſe, d'vne part, & M. Iean de la Coſte, d'autre. L'Vniuerſité dit que en l'Eſtude à Statuts, eſquelx chacun qui eſt ou doit eſtre licentié, jure que s'il veult eſtre Docteur, il le ſera ſous celuy qui le preſente à licence, & s'il eſt mort, ſi jure-il qu'il le prendra en l'Eſtude, & qu'il ne prendra ailleurs, ne n'impetrera ſur ce diſpenſation. Et eſt raiſonnable choſe, car l'Eſtude eſt honorée en ce en la perſonne de ſon ſuppoſt, *& è contra*, s'il le prenoit ailleurs. Et ſi a proufit celuy qui eſt Docteur Regent: Dit que M. Iean ſi a eſté licentié à Orleans, & jura de prendre les Inſignes ſous le Docteur qui le preſentera, ou au moins à Orleans. Et jura non impetrer diſpenſation, lequel ſerment eſt raiſonnable & qui eſt à garder. Dit que ſans congié & licence s'eſt fait à Toulouze Doctroyer, & a eſté ammoneſté de comparoir ſur en l'Vniuerſité. Mais il n'eſt point venuz, & neantmoins elle a procedé comme il luy ſemble bon. Dit qu'il a eſté trouué à Paris & la fait le Recteur qui y eſt ſommer & donner jour, & pour ce le ſomme. Selon la teneur de ſon ſerment qu'il obtempere à le Statut qu'il a juré, & face ſatisfaction & raiſon ſelon ſon ſerment, ſi non proteſtez de pourſuiure comme il appartiendra, & en demandent Lettre & qu'il ſoit enregiſtré. M. Iean en vendra vn autre jour. D. M. Io. Coſtanq.

Du Vendredy 24. May 1392. En la cauſe de l'Vniuerſité d'Orleans d'vne part, & M. Iean de la Coſte d'autre part. Maiſtre Iean reſpond & s'excuſe qu'il a eſté eſtudiant à Toulouſe ben 8. ans, & à Auignon en Droit Ciuil 3. ans, & depuis 3. ans à Orlians & y a eſté licentié. Dit que par l'Ordenance du Pape il fut ordené à aller à Toulouſe & ſe faire Docteur, ou lieu M. Aſtorg de Gaillac, autrement il ne y euſt pas eſté receu à regenter, & diſpenſa le Pape auec luy, & ſur peine d'obediance luy commanda qu'il y allaſt, & qu'il ſe fiſt Docteur, combien qu'il s'en excuſaſt. Dit que le Pape en a eſcrit à Orlians à l'Eſtude, & cuidoit que la diſpenſation leur fuſt ſignifiée. Et dit que de certain grief que l'en luy a fait, il a appelé en Cour de Rome, & pourſuit à faire ſon adjourne, pour certain & qu'il ſe gardra de meſprendre, car il ne doit eſtre en deux Cours tenus en procés.

Item, Il leur denonce qu'il a appellé d'eux & qu'il entend à pourſuir ſon appel afin qu'ils n'attentaſſent, & qu'il a diſpenſation, & que ils ſe gardent qu'ils feront & en demande Lettre, mie demande nuls deſpens.

L'Vniuerſité demande Lettre de la reſponſe qui leur eſt ottroyée, & dit qu'il confeſſe qu'il eſt licentié, ſi deuroit auoir ſon entention l'Vniuerſité. Et quant eſt à ce qu'il dit qu'il a eſtudié à l'Eſtude de Toulouſe, rien n'en ſcet ne de la neceſſité qu'il ſoit à Toulouſe, ne le Pape ne le feroit point ou prejudice de l'Eſtude. Et ne ſcet rien de la diſpenſation, ne il n'en appert point de monſtre, & proteſte déja debattu quand il la monſtrera. Et ne ſcet auſſi rien de l'appellation, ne elle ne leur eſt ſignifiée. Quant à ſa reſponſe, dit qu'il n'en doit point auoir Lettre. Car elle n'a jour ne terme, ne n'eſt adjournée, mais il fu adjourné à la requeſte de l'Vniuerſité, & ſera ſur la reſponſe qu'il fait ce qu'elle cuidera que bon ſoit.

M. Iean dit qu'il doit auoir lettre de ſa denonciation, car il y a aſſez perſonne pource qu'il trouue le Procureur en jugement, & ſouffiſt ſans autre adjournement qu'il trouue le Procureur. Et encore dit qu'il eſt preſt de monſtrer ſa diſ-

penſation, ſe meſtier eſt, & ſi eſt *ſuper eodem facto*, & non pas *ſuper diuerſis*. La Cour finablement a ordené qu'il aura Lettre, mais il y ſera contenu que l'Vniuerſité a reſpondu que elle n'y a jour ny terme.

Eodem anno, ineuntis Auguſti æſtuoſiſſimo die Carolus Rex cum numeroſiſſimo exercitu proficiſcens aduerſus Ducem Aremoricum, ad alterum ab Vrbe Cenomanica lapidem mente conuulſus & ſubito furore correptus eſt. Hinc patrui Regis adminiſtrationem Regni reſumunt magno ejuſdem & Eccleſiæ Catholicæ damno.

Eodem anno Clemens VII. Ludouico Andegauenſium Duci Regique Siciliæ Neapolitanum Regnum repetenti decimam in Clerum Gallicanum impertit annuentibus Regni Rectoribus. Clerus & Vniuerſitas Pariſ. conqueruntur, ſed fruſtra. Nundinationes iſtas Clementis & Rectorum exaggerat Clemangius lib. de correpto Eccleſiæ ſtatu. c. 13.

Eodem anno M. Bernardus Alamandi Doctor in Decretis & Epiſcopus Condomenſis, Regis Capellanus, acceptis à Rege Litteris de aduerſa ſua valetudine, quibus rogabatur vt ad Deum cum toto Clero ſuo preces funderet, ad Regem reſcripſit ægritudinem illam corporalem forte ita Deo permittente ei contigiſſe, quia vnitatem Eccleſiæ procurare neglexerat. Itaque ei dedicauit Tractatum de ſchiſmate conſtantem 15. partibus, cum Epiſtola dedicatoria data Condomi 18. menſis Nouembris: quo tempore Rex ab ægritudine paululum conualuerat. In
» prima autem parte illius ſui Tractatus hæc habet verba. Vnde & in veſtra fami-
» lia modicus inter Conſiliarios & Capellanos omnem pertinaciam & arrogantiam
» quanta poſſum humilitate abjicio, & omnia & ſingula quæ in his ſcriptis conti-
» nentur, ſubmitto reuerentiæ, honori, emendationi, correctioni, & determi-
» nationi omnimodis veritatis Apoſtolicæ Eccleſiæ, veſtræ Regiæ Majeſtatis Con-
» ſilij & Conſiliariorum veſtrorum, Vniuerſitatis & Vniuerſitatum & quocunque
» præſidentium vel ſingulorum Catholicorum.

Quia verò rem ab exordio deduxit in illo Tractatu, & Electionem Clementis improbare videbatur, ei ſubiratus fuit Clemens: quamobrem ille has ad eum dedit Litteras die 26. Martij, vt legitur in fine illius Tractatus in MS. Victorino notato p. 9.

Ad Clementem.
» Pater Sancte, poſt mei humilem recommendationem ad pedum Oſcula
» Beatorum V. S. notifico me intellexiſſe quod V. S. aliqualiter mota fuerit
» contra me propter quædam Scripta quæ cum quadam Littera mihi Illuſtriſſimo
» Filio veſtro Regi incitando ipſum celerrimè intendat ad Eccleſiæ vnionem
» ad quam multum intendebat, prout mihi ſcripſerat ſatis ante. Et quoniam prout
» ſcripſi in vltimis Litteris S. V. non vellem apud me reperiri contemptum, ſup-
» plico de dictis ſcriptis non miremini, quia nec informata charitas veſtra mira-
» tur. Sumus enim ſecundum Apoſtolum omnes vnum Corpus Chriſti & alter
» alterius membra, & dicitur illud membrum ſtupidum, quod non ſentit & non
» dolet ad corporis læſionem, firmiter credo veſtram paternam dolere charita-
» tem, & ſi non fallor ſunt pluſquam 12 anni, hoc gaudenter audiui ab ore S. V. Pa-
» ter Sancte coram Deo loquor. Etſi enim gaudendum, quod inter Creaturas
» Dei ſim homo longè plus quam fuero & ſim membrum Chriſti & licet modicum
» membrum, tamen condoleo, doleo, crucior & plango à prima die hujus ſanctiſ-
» ſimi Corporis Chriſti tam deformem ruptionem totis viſceribus, puro corde.
» Occurrente igitur occaſione imò verius cauſa me vrgentiſſimè conſtringente,
» vt in præfata Littera continetur, nuper bona fide præſentaui Regi qui prodeſſe
» valet, reintegrandum Corpus Chriſti in ſcriptis illis examinandis & corrigen-
» dis, vt ibidem continetur, bona fide; quoniam ſi intentionem carnalem geſſiſ-
» ſem aut gererem, vt quidam loquuntur, diu eſt, mihi procuraſſem majorem quam
» habeam, in mundo eminentiam & pluribus negotiis implicari. Veritatem & pa-
» cem pro poſſe diligo, charitatē opto, conſolationem in mortis agone ab Altiſſimo
» indeſinenter oro, ac poſt mortem conregnare Chriſto. Scit in hanc intentionem
» finalem & circa hoc plus verſari meos continuos cogitatus qui omnia nouit, &
» concedat mihi per ſuam miſericordiam & meritis Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Quare,
» P.S. ſupplico non miremini ſi pro communi dolore de diuiſione Corporis Chri-
» ſti, in quo eſt nobis ſalus, zelatus ſim & aliqualiter incitaui per condolentem &

pium medicum tanto dolori remedium procurari, cum tam patens & genera- «
lis vrgeat vis languoris. Cæterum P. S. ſanctitati veſtræ vnitatem cupienti vt «
præmiſi. Ego etiam pro modulo cupiens coram altiſſimo judice & omnibus ele- «
ctis ejus cum quanta poſſum humilitate, charitate, reuerentia & honore ipſum «
Corpus Chriſti reintegrandum rememoro & deuotius quàm poſſum ſupplico, «
quatinus in piæ conſiderationis ſcrinio conſiderare dignemini, quanta gloria «
apud Deum & homines vobis ſit futura & veſtris, ſi per veſtram charitatem & di- «
ligentiam euenerit beneficium reintegrationis & vnitatis vnius ſacroſanctiſſimi «
Corporis Chriſti, de cujus læſione pungentiſſimè dolent omnia ipſius corporis «
membra ſana. Dignemini etiam piè & celeriter proſpicere & compati tot ani- «
mabus pro culpa hujus mortiferi ſchiſmatis quotidie ruentibus in cruciatus, «
cum nec vnius perditione multa terrena copia valeat comparari, nec om- «
nipotenti Deo tale eſt ſacrificium quale zelus animarum. Dignemini etiam vt «
decet plenè proſpicere ad Regem & Regnum Francorum, de cujus Regis per- «
ſona ſanctiſſimè D. Vrbanus Romæ exiſtens audita eius natiuitate dixit quod na- «
tus eſt Eccleſiæ & toti Chriſtianitati. Forſan hoc ſcire potuerant, qui etiam «
tunc ibi erant Domni mei de Agrifolio & S. Martialis Cardinales. Et quod ita «
ſit, pro tanto videtur, quia ex toto corde vnitatem deſidero in Eccleſia pruvt «
per ſuas binas Litteras mihi ſcripſit. Et citra paucos dies iterum inſcripſit ſe ad «
illam procurandam quam breuius poterit proceſſurum. Dignemini etiam ipſum «
piè ad tantum bonum incitare vt cum honore & charitate per collocutiones pa- «
cificas procedatur & tractetur, vt præcipit pacis actor, in quiete & pace mon- «
ſtrent ſe tractatores agere cauſam Dei, vt faciebant in antiquis ſchiſmatibus «
ſanctiſſimi Tractatores. Itendant vt oues in paſcuis quietè paſcantur pabulo ver- «
bi Dei & ad honorem Creatoris impleantur Cathedræ paradiſi. Si ſic proceſſum «
fuerit in ipſomet Tractatus exordio, ſine dubio ipſa vnitas incipiet oriri dum «
vtrique parti erit gaudium idem, quia videbunt optatam pacem ab vtraque par- «
te non negligi & agi ad communem ſocietatem quæ dirupta fuerat, integrandam; «
& fidelium orationibus ſperandum quod dabit Dominus tanto negotio tutum «
finem, qui bonus Pater Filiis petentibus dat neceſſaria ad ſalutem. Si enim hoc «
ſacratiſſimum Corpus Chriſti ſic laceratum ſtaret, & nullus pro reparatione in- «
ſtaret, quia contemptum videretur, abſit tantum opprobrium à cordibus fide- «
lium, ab Eccleſia Latina, à Rege, Clero & populo Gallicano. Auertat Domi- «
nus iſtud ſchiſma inueterari ſicut inueteratum eſt apud Græcos. Copia autem «
Litteræ quam Regi miſi, continetur in ſcedula quam ſigillatam V. S. præſentan- «
dam tranſmitto & quædam alia ibi addita etiam dignetur videre S. V. ad verita- «
tem eorum quæ in animo geſſi & gero patentius & verius cognoſcendam, quam «
ſcilicet dirigere dignetur Altiſſimus per ſtadium hujus pœnalis vitæ tranſitoriæ «
ad ſecuritatem & lætitiam poſt examen ſummi diſtricti Iudicis & ejus tremendi «
judicij aſſequendam. Scriptum Condomi 26 Martij. «

Scripſit quoque de eadem materia Tractatum ſatis amplum 20. Capitulis di-
ſtinctum M. Henricus de Haſſia Theologiæ Profeſſor Natione Teutonicus,
quod opus *Epiſtolam Concilij pacis* inſcripſit: eoque intendit potiſſimum probare
neceſſitatem Concilij Generalis ad eiuſmodi extinctionem ſchiſmatis, & ad il-
lud procurandum Reges & Principes, Prælatos quoque vniuerſos cohortatur.
Extat illud opus in eodem MS. Victorino: in modum Epiſtolæ ad cujus calcem
hos verſus Author appoſuit, ſatis malè factos.

Clemens Vrbano litem quod moueat, ergo
Explicit errantem Codex vaſurus in orbem
Concilij placeat nominetur Epiſtola pacis,
Si facit aut terror, torpor; vel deuius error
Vt teneant linguæ, mundum tranſcurre libelle,
Schiſma veta tale pete Concilium Generale,
Clama non metue, montes tranſire per altos
Per ſiluas & aquas valles latebraſque meritas.

Extat in eodem libro aliud Opuſculum à M. Conrado de Gerlenhuſen nomi-

Digitized by Google

nato Præpoſito Eccleſiæ Wormacienſis ad Carolum Francorum Regem, quo ſimiliter intendit probare neceſſitatem Concilij Generalis. Et hoc opus Epiſtolam Concordiæ inſcripſit. Extat & aliud opus inſcriptum ſomnium ſuper ſchiſmate à M. Honorato Boneto Priore de Salono Decretorum Doctore.

Item & aliud Ioannis de Varennis Vniuerſitati tranſmiſſum, quod Benedicto XIII. dedicauit.

Lis cum Regina Franciæ remiſſa ad conſeruatorem Priuilegiorum Vniuerſitatis.

Eodem anno eadem Vniuerſitas litem habuit & conteſtata eſt apud Parlamentum cum Regina vidua, contenditque cauſam de qua agebatur, remitti debere ad Præpoſitum Pariſienſem Priuilegiorum ſuorum Conſeruatorem, ſuaque in hac parte Priuilegia Reginæ Priuilegiis anteponi debere; vt intelligimus ex Actis Curiæ an. 1392. Sic enim legitur.

DV 4. Mars 1392. Entre M. Nicaiſe Moriſo Eſcolier de l'Vniuerſité de Paris, d'vne part, & la Roine Blanche, qui pretend l'adueu de ſes Officiers de l'autre part. M. Nicaiſe & l'Vniuerſité requierent que la cauſe que la Roine a fait venir ceans, ſoit renuoyée pardeuant le Preuoſt de Paris. Et pour montrer qu'il doit eſtre fait, dient que le Preuoſt de Paris eſt Conſeruateur des Priuileges de l'Vniuerſité, & pour les cauſes des Eſcoliers de par tout le Royaume, aduocants deuant luy. Dit qu'il eſt Eſtudiant & Bachelier en Decrets, & qu'il eſt Curé de S. Martin le Blanc au Dioceſe de Roüen, & a les dixmes par eſpecial des fructuages & herbages, & eſt en poſſeſſion; & auſſi d'auoir les dixmes des terres de nouuel miſes en culture, par eſpecial de Guyot de Fontenay, & propoſe tout pertinent. Dit qu'il enuoya l'année paſſée vn ſien ſeruiteur & familier nommé Conterain, lequel vn homme & quelques autres auec luy, qui eſtoient aux Religieux de Fontaine-Gueret qui eſtoit allé ſur le lieu, bouta, diſant que il vouloit faire vn coup de ſa main; & pour ce quand mais eria *Haro*, & pour cette cauſe fut mené quand mais à Iuſtice. Dit qu'il print l'adueu de ſes familiers, & pource vn Commiſſaire du Preuoſt pour renuoyer la cauſe pardeuant luy: mais aucune obeïſſance n'y fut faite, & pource derechef a eu autre commiſſion & mandement, & finablement a eſté renuoyé pardeuant le Preuoſt, & la Roine l'a fait venir ceans. Dit que attendu les Priuileges qui ſont anciens, la cauſe d'appel eſt renuoyée. Pource requiert, & auſſi l'Vniuerſité le renuoy. A ce conclud & ſi la Roine y contredit, requiert deſpens.

La Roine dit qu'elle eſt Dame de la Chaſtellenie de Neufcaſtel, & la tient en doüaire auec toute la Iuſtice ſous le reſſort de ceans, nonobſtant les Priuileges des Normans, dont elle a Arreſt, dit que au mois d'Aouſt vn cry de *Haro* fut fait ſur Meſſire Robert Quandaumarer & vn appellé Maçon; & fut fait par les Gens des Religieux de Fontaine-Gueret. Dit que ils furent menez deuant la Iuſtice, & feirent leur demande en cas de ſaiſine pour les dixmes. Dit que M. Nicaiſe depuis obtint commiſſion du Preuoſt, par laquelle eſtoit mandé au Vicomte qu'il renuoyaſt la cauſe: Et dit que ſembloit choſe eſtre nouuelle au Vicõte, parce que la cauſe eſtoit réelle & print ſon aduis. Mais M. Nicaiſe ſi n'attendit pas le iour, ainçois obtint autre commiſſion pour adiourner Thomas Soumiſſon ſon Sergent, & le Vicomte, & furent adiournez deuant le Preuoſt duquel a pris l'adueu, & par ſon impetration la cauſe eſt venuë ceans. Or dit-elle que les Priuileges des Eſcholiers d'auoir le renuoy ſont certaines cauſes non réelles, & autre ne ſçait les. Et dit qu'elle eſt fondée de Droit commun, & eſt la cauſe priuilegiée de cry de *Haro*. Si dit auſſi qu'elle tient en Pairie: & que ſi l'Vniuerſité veut en ce cas s'aider de Priuileges, il faudroit qu'elle les veiſt, & encores elle requeroit ceans que la cauſe luy fuſt renuoyée. Si requiert le Renuoy deuant ledit Vicomte, car elle eſt fondée de Droit commun; & ſi l'Vniuerſité eſt d'ancienneté, auſſi ſont les Rois de France. Et demeurera au moins la cauſe ceans, & à ce conclud.

Repliquent l'Vniuerſité & M. Nicaiſe. 1. Que l'Vniuerſité eſt priuilegiée contre les Priuileges des Normands, & ſi n'ira plaider en Normandie. Et ſi en ont vſé de tel temps que il n'eſt memoire de contraire. Et ſi leur vaut Droit commun, & ſi ſont plus priuilegiez que elle: Car tels ont les Priuileges des Roys, & elle ne l'a que de ſon mary. Et ainſi *minus Priuilegiatus non poteſt vti*

Priuilegi

Priuilegio contra magis. ITEM, Ils n'ont pas fait appeller la Roine *directè*. Et s'ils ont fait appeller ſes Gens, ce n'eſt que pour les rebellions de ceux qui ont retenu les Priuileges malgre M. Nicaiſe. Et auſſi ne ont rien affaire contre elle: car elle ne les pourroit aduoüer comme delinquans Et ſi dit l'Vniuerſite, que de toutes cauſes réelles & autres le Preuoſt en connoiſt.

Appointé, Et tout conſideré. Veu les offres des parties, & que ſont procés qui ſont par delà le cry de *Haro* ou aultre, & tant contre les Gens de la Roine, que elle, & tous exploits ſeront reputez pour non aduenuz & annulez. Sera la cauſe renuoyée entant que touche l'Eſcolier & les Religieux, aux Requeſtes du Palais, ſans prejudicier d'vne part & d'autre. Et ce fait, ont les Religieux pris l'adueu de ceux qui ſont adjournez contre l'Eſcolier, & diront là les parties ce que elles voudront, de Mardy en huit jours.

Anno 1393. Vniuerſitas Pariſienſis intenta negotio fidei & vnionis Eccleſiaſticæ, antequam opus illud magnum, quod tandem confecit, aggrediatur, auſpicatur à precibus & ſupplicationibus ſolennibus, vt habetur in MS Hiſtoriæ Caroli VI à Monacho San-dionyſiano conſcriptæ, quod legitur in *6.* tom. Spicilegij Dacheriani, pag. 56. vbi ſic legitur. 1393.

De Dominorum Franciæ inopinato conſenſu, vt Deo debitæ gratiæ referentur, die Conuerſionis S. Pauli Proceſſionem faciens Vniuerſitas alma Mater ſtationem habuit apud S. Martinum de Campis, & interim dum Miſſam de Spiritu ſancto S Dionyſij venerabilis Abbas dictus Guido Moncelli celebraret ejuſdem Monaſterij Prior Reuerendus, Guill. Varrant vocatus, Magiſter in Theologia publicam prædicationem fecit. Tunc elegantiſſime judicio audientium, mentem Regis & Dominorum Franciæ promptam ad vnionem diuulgans, eamque multis laudibus efferens, omnes monuit Dominum exorare, vt in propoſito ſtarent. Nam proculdubio, nec immeritò, verebatur ne per D. Papam Clementem aliter inducerentur. Vt autem Regio obtemperaretur præcepto, & vt vniuſcujuſque animus definiendo liber eſſet, in Vniuerſitate iterum publicè diuulgatum eſt, vt quod cuilibet mens dictaret pro vnione habenda, notaret in ſchedula, quam & infra vnam arcam fortiter obſeratam & in Clauſtro S Mathurini repoſitam quaſi in gazophylacium mitteret nemine compellente. Ad hoc certus dierum numerus præfixus eſt: quo tranſacto Doctorum & Magiſtrorum in Decreto 14. in ſacra pagina Profeſſores 18. In Iure Canonico, (Medicina) in Artibus 22. ſtatuuntur, qui ſchedulas repertas, quæ........ numerum excedebant, ſtudio legerent diligenti, & omnium ſub compendio media ſcriptis notarent. Quamvis in ſchedulis ipſis quiſque propoſitum ſuum variis rationibus corroborare conaretur, Deputatorum tamen judicio ad viam Ceſſionis & renunciationis plenariæ vtriuſque de Summo Pontificatu continentis, vel ad viam mutuæ compromiſſionis amborum in aliquos diligendos vel ad determinationem Concilij Generalis omnes ſe determinabant. Quæ cum in Generali Congregatione celebrata retuliſſent, vnanimi omnium aſſiſtentium conſenſu decretum eſt, vt hæ viæ in formam Epiſtolæ Regi offerrentur, quam & venerabilis vir M. Nicolaus de Clamangiis Campanus Natione, in Theologia Baccalaureus, vir vtique meo judicio Tulliana facundia ſingulariter pollens coloribus Rhetoricis tunc exornandam ſuſcepit.

Ex his intelligimus 1. poſt acceptas à Bonifacio IX. Romæ ſedente Litteras datas 4. Non. April. Regem & Regni proceres viſos fuiſſe omnino velle & feriò in pacem Eccleſiæ incumbere 2. Vniuerſitatem ob id Deo gratias ſibi ſumpſiſſe agendas, in eamque rem ſolennem habuiſſe ſupplicationem ſub finem Iunij. 3 Habita fuiſſe apud Mathurinenſes Comitia, & vt liberiora forent ſuffragia, vnicuique licuiſſe tabellam in vrnam ſeu arcam mittere ſuæ Sententiæ ſignificatiuam. 4. Recognoſcendis tabellis & numerandis præpoſitos fuiſſe ex ſingulis Facultatibus Magiſtros. 5. Habitis aliis Comitiis ſolennibus ex relatione Magiſtrorum illorum, tres vias reducendæ pacis apertas & expoſitas. 6. Epiſtolæ conſcribendæ quæ vias illas contineret, Prouinciam demandatam M. Nicolao Clemangio Rhetorices Profeſſori.

Eodem anno Bonifacius auditâ Legatorum ſuorum è Francia reuerſorum relatione, ad Regem reſcripſit Peruſij 12. Kal. Iul. ſignificauitque ſe dolere, quod

Clemẽtis ambagibus adhuc detineretur, quominus Eccleſiæ vnioni ſeriò incumberet, quodque ex Reſponſo Regio nihil certi intelligere potuiſſet, cum tamen Rex ore tenus Legatis triplicem viam quam ſuggeſſerat Vniuerſitas, aperuiſſet, ſed neuter Pontifex, cum ſeriò videbat agendum, viam vllam compoſitionis inire volebat; vterque pro ſe multa, contra aduerſarium multa dicere contentus. Itaque à Regni Rectoribus remiſſi ſine Reſponſo Legati Bonifacij. Nec deſtitit tamen ille per Franciſcanum quendam virum prudentem tacitè & ſine vlla Legationis pompâ cum Rege tanquam cum primâ totius Chriſtianitatis columnâ, de vnione agere, Conſilia interim omnia diſturbante Petro de Luna Cardinale Aragoniæ qui à Clemente ad Regem & ad Vniuerſitatem Pariſ. miſſus fuerat. Sic annus elabitur, nec quidquam proficit Vniuerſitas.

INITIVM HÆRESEOS BOHEMICÆ.

Hoc eodem anno, Dom. 1. Aduentus Leo Rex Armeniæ diem ſupremum obiit Pariſiis, ritè ac Catholicè ſuſceptis Eccleſiæ Sacramentis. Eodemq; Hæreſis Wicleffi quæ in Germaniam penetrauerat, Auguſtæ Vindelicorum prædicari cœpit, quam à viro quodam Nobili Boëmo ex Oxonienſi Academiâ in Boëmiam delatam commemorant, perque eum traditam Academiæ Pragenſis Magiſtris. Inter quos Doctrinam Wicleffi tenaciſſimè amplexus defendit Ioannes Hus. Huic autem initio fomentum dederunt Wenceſlaus Rex & Regina, qui Ioanni fauorem præſtiterunt, & deinde Hieronymo de Praga. De hoc initio ſic M Ioan-
„ nes Vlyder Doctor Theologus ex ordine Dominic. lib. 3. dealogi de formica c. 9.
„ *Viuebat*, iuquit, *in Anglia* infra 60. annos quidam ſecularis Sacerdos, Artium
„ etiam Profeſſor, acer ingenio & eloquentia lepidus. Sed errore, ſcriptis & vita
« nedum Hæreticus, ſed Hæreſiarcha Ioannes Wiclekleaf dictus, qui in ſuis libel-
„ lulis in Anglico & Latino doctrina noua Rempub. ſecularium & Eccleſiaſtico-
„ rum ſubuertere molitus eſt. Iſtius articulos quot pro tunc & poſtea & modò oc-
„ culti ſtent, & facti ſint hæretici in Anglia, norunt qui ibi ſteterunt. Eorum ve-
„ nenum meo tempore Bohemus quidam (in Conſtantienſi Concilio incineratus)
„ Magiſter Artium Hieronymus videlicet in Anglia ſtudens auidè hauſit, & libris
„ & voce propria in primaria Ciuitate Bohemiæ in Vniuerſitate Pragenſi poſtmo-
„ dum copioſè effudit. Diuidebatur propterea Vniuerſitas prædicta; & abinde
„ multi ex valentioribus receſſerunt Theologis. Deinde Bohemia fere tota re-
„ bellari cœpit Romanæ Eccleſiæ & errorum doctrinis replebatur ferè vbique
„ tota, vt tot ibi ſectæ hæreticorum eſſent, vt vix numerari poſſent: Tres tamen
„ principales diu perſeuerabant, veterum videlicet Pragenſium, qui tolerabilio-
„ res erant, Orphanorum & Thaboritarum, qui peſſimi erant. Incendebant Ec-
„ cleſias & Monaſteria, nullam ſanctimonialem nec Religioſum, non Carthuſien-
„ ſes, non Reformatos nec deformatos in Regno ſuo viuere ſinebant. Nihil de
„ imaginibus Sanctorum, nec de ornamentis Eccleſiarum ſentiebant, ſed omnia
„ iſta deſtruxerunt & illicita eſſe dixerunt. Et quod his deterius eſt, Sacerdotes
„ & Religioſos plurimos gladio occidebant. Alios pollicibus amputatis ejecerunt,
„ reſiduos cruciatibus excarnificarunt: cum chriſmate ſacro & ſancto oleo (quod
„ nefas eſt facere, & audire horrendum, calceos ſuorum pedum inunxerunt, &c.
„ De Wenceſlai vero conniuentia ſic Ioannes Crinelles. *Iſte Vvenceſlaus hæreti-*
„ *cam pernicioſamque quam Huſſiſtas nuncupant, ſectam in regno ſuo fouit: quorum de-*
„ *mum tantum fuit incendium atque præſumptio, vt poſt eius Vvenceſlai obitum creſcente*
„ *multitudine & potentia cunctas Eccleſias atque demum Regnum ipſum omne quaſi fun-*
„ *ditus euerterint.*
„ Æneas quoque Syluius de hujuſce naſcentis peſtis origine ſic ſcribit in Hiſto-
„ ria Bohem. c. 35. poſtquam in ſuperiori cap. de ignauia Regis Wenceſlai Filij
„ Caroli IV. egit, ſubjungit, *Sub hoc Rege noſtra demum memoria, ætatis verò ſuæ an-*
„ *no circiter 50. perfida Huſſitarum inſania ortum habuit: cuius & originem & progreſſum*
„ *hoc loco proſequi animus eſt, quando ea peſtis omnem penè Germaniam conturbauit, ne-*
„ *que adhuc extincta Regni Bohemici magnam partem occupat. Rexerant Scholam Pra-*
„ *genſem vſque in ea tempora Teutones: id moleſtiſſimum Bohemis fuit, hominibus natura*
„ *ferocibus atque indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis ex domo quam putridi*
„ *piſcis vocant apud Oxoniam Angliæ Ciuitatem Litteris ſtudens cum Ioannis Vvicleffi li-*
„ *bros offendiſſet, quibus de* REALIBVS *Vniuerſalibus titulus inſcribitur, magnopere illis*
„ *oblectatus exemplaria ſecum attulit. Inter quæ de Iure Ciuili deque Diuino, de Eccleſia,*

Digitized by Google

de diuerſis Quæſtionibus contra Clerum, pleraque volumina veluti pretioſum theſau- «
rum patriæ ſuæ intulit. Imbutus jam ipſe Wicleffitarum veneno & ad nocendum «
paratus, tum quod erat familiæ ſuæ cognomen, putridum piſcem id. fœtidum «
virus in ciues ſuos euomuit. Commodauit autem ſcripta quæ attulerat his po- «
tiſſimè qui Teutonicorum odio tenebantur: inter quos Ioannes eminuit, obſcu- «
ro loco natus ex villa Hus quod anſerem ſignificat, cognomentum mutuatus. «
Hic cum eſſet ingenio peracri & lingua diſerta multumq; Dialecticis oblectare- «
tur & peregrinas opiniones amaret, auidè admodum Wicleffitarum doctrinam «
arripuit, eaque Teutonicos vexare Magiſtros cœpit, ſperans eo modo confuſos «
Teutones Scholam relicturos. Quod cum ſuccederet, à Wenceſlao impetra- «
tum *vt Pragenſe Gymnaſium ritu Pariſienſis gubernaretur.* Ea res Magiſtratum Scho- «
læ Teutonibus abſtulit. Quamborem commoti Magiſtri ac Diſcipuli Teutonici «
generali Iurejurando adacti vno die ſupra duo millia Pragam reliquêre. Nec «
diu poſt circiter tria millia ſecuti apud Lipſiam Miſniæ Ciuitatem trium dierum «
itinere à Praga diſtantem Vniuerſale ſtudium erexere. Bohemis Scholæ ſuæ gu- «
bernatio liberè patuit, quorum Princeps eſt habitus Ioannes Hus linguâ potens «
& mundioris vitæ opinione clarus. Qui vbi ſatis fidei comparatum ſibi exiſti- «
mauit, venenum quod jampridem occultè conceperat, palam euomuit. Funda- «
uerat opulentus quidam Ciuis in Vrbe Pragenſi ſub nomine SS. Mathiæ & Ma- «
thæi haud ignobile Templum, quod Bethleem appellauit, reditibus additis, ex «
quibus duo Prædicatores alerentur qui Feſtis profeſtiſque diebus verbum Dei «
Bohemico ſermone plebibus inſinuarent. Horum alter Ioannes aſſumptus eſt. «
Qui cum ſe libenter audiri animaduerteret, multa de libris Ioannis Wicleffi in «
medium attulit aſſerens in eis omnem veritatem contineri, adjicienſque crebro «
inter prædicandum, ſe poſtquam ex hac luce migraret, in ea loca proficiſci cupe- «
re ad quæ Wicleui anima proueniſſet, quem virum fuiſſe bonum ſanctumque & «
Cœlo dignum non dubitaret. Sequebantur Ioannem Clerici fere omnes ære «
alieno grauati, ſceleribus ac ſeditionibus inſignes, qui rerum nouitate euadere «
pœnas arbitrabantur, &c. «

Refert poſtea varios Huſſi errores quos inter concionandum ſeminabat, naſcenti verò malo obuiam iuiſſe Subinconē cognomento Leporem Archiepiſcopum Pragenſem, & Huſſo omni prædicatione interdixiſſe; illum verò Pragam decedentem ad villam vnde oriundus erat receſſiſſe, & ibi fauente Toparcha plebibus eoſdem errores prædicaſſe: multa in Rom. Pontificem, multa in Epiſcopos & Sacerdotes maledicta congerendo. Tum quoque inſurrexiſſe Petrum Dreſdenſem qui cum aliis Teutonibus Pragam paulò ante reliquerat, inter ſuos Waldenſi leprâ pro infecto habitum Pragam Hæreticorum tum aſylum veniſſe, pueros docuiſſe, diſputaſſe, & primum de Sacramento Altaris Quæſtionem mouiſſe, quod ſcilicet malè ſub vna ſpecie communicari ſoleret, cum dicat Ioannes *Niſi manducaueritis carnem hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Primoq; congreſſum cum Iacobello Miſnenſi etiam litterarum Doctore. Interim Subinconem Archiepiſcopum mox Winceſlaum, mox propter ejus ignauiam Sigiſmundum Hungariæ Regem ad hoc extinguendum incendium fruſtra cohortatum interiiſſe: illi verò Albicium ſucceſſiſſe; hominem auariſſimum & ſordidum: quo conniuente & nihil ſollicito hæreſis radices egit. 1394.

Anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo-quarto, pactis inter Frãciam & Angliam ad quadriennium induciis, Rex ad Eccleſiæ pacem animum appulit & applicuit, ſæpè ea de re ab Vniuerſitate Pariſienſi interpellatus: cujus ſalutaria Conſilia diu retardauit & eluſit Petrus de Luna Cardinalis, vt ante diximus; qui alio quidem prætextu, ſed ob id potiſſimum à Clemente miſſus ad Regem fuerat, ne quid Vniuerſitas quam ſciebat parum cauſæ ſuæ fauere, aduerſum ſe moliretur. Ille autem Biturigum Ducem tunc apud Regem potentiſſimum ſecreto commercio magniſque muneribus & Beneficiorum atque Decimarum nundinatione, ſuo Clementi demeritus fuerat, ac proinde quidquid petebat, à Rege ſtatim obtinebat. Nec idcirco tamen Vniuerſitas tot calamitates, quas Eccleſia Regnumque patiebantur, pertæſa, aliunde verò indignata omnia Franciæ Priuilegia infringi, ſua quoque in re Beneficiaria imminui, omnia jura Exſpectatiuis, Annatis & aliis oppreſſionibus ſus deque verti, inſtare deſiſtebat apud Re-

Digitized by Google

gem, vnioni Eccleſiæ, & Schiſmatis abolitioni. Adeo vt prædictus Cardinalis coactus fuerit poſt multas diſputationes in Scholis & Comitiis habitas, præſertim cum M. M. *Petro de Alliaco, & Ægidio de Campis* Doctoribus Theologis, vt notat Meyerus, ad Papam ſuum re infectâ reuerti.

Et quia Petrus de Luna vir erat acer animo, multiplicique Doctrinarum genere abundans, & ſuo Papæ impensè addictus, cui nunquam vltro obedientiam præſtiterat tota Vniuerſitas, eam vt terreret, Cēſuris Eccleſiaſticis ſubjecit: vt notat Robertus Gaguinus, *fuit*, inquit, *Scholaſticorum Pariſienſis Academiæ aduerſus Cardinalem de Eccleſiaſtico Schiſmate grauis contentio. Ita vt illi non reuerenter de Pontifice verba facere auderent. Execrabilibus demum pœnis à Cardinale prohibiti ægrè abſtinuerunt.* Hoc autem vt Clemens intellexit, vel inuitus ejuſdem Vniuerſitatis gratiam & fauorem ſibi reparare ſtuduit, eique Beneficiorum Rotulum vltro indulſit, nec tamen adhuc impetrauit, vt à ſe ſtaret. Quinimo illa extinguendi Schiſmatis deſiderio & ſtudio ſucceſa impenſius quàm ante in eam rem apud Regem inſtitit: à quo demum aperiendæ viæ, quâ pax Eccleſiæ reddi poſſet & vnio reparari, facultatem obtinuit, annitente pro ea apud Regem Burgundionum Duce, quem, vt clauum clauo truderet, aduerſus Ducem Bituricenſem Clementi addictum, habebat in Regia adjutorem. Vnde Nicolaus de Clemangis, qui ei Librum de Lapſu & reparatione Iuſtitiæ dedicauit, c. 17. ſub finem, ita eum compellat. *Tua igitur ſerenitatis eſt, ò Dux Inclyte, quem ad hujus Regni perditiſſimi conſolationem noſtra nubiloſa ſecula, velut ſidus quoddam rutilum prætulerunt, tui fulgentiſſimi luminis radios non amplius jam ſub modio continere, ſed ſuper candelabrum poſitos in apertumque productos latius diffundere, atque hanc teterrimam ſcelerum cohortem, quæ hanc feliciſſimam nuper florentiſſimamque patriam ita ſuis tenebris fuſcat, fœdat, polluit, exterminat, tui aduentus Illuſtratione diſcutere.*

Hujuſce ergo Principis fauore & gratiâ, obtentâ Regis alloquendi, & de Schiſmate deliberandi facultate, ſtatim indicuntur à Rectore Vniuerſitatis ſupplicationes ſolennes & extraordinariæ, vt Deus Academiæ Chriſtianiſſimæ ſuggerere dignaretur opportuna malo remedia viaſque reducendæ vnionis, quas Eccleſiæ ſalubriores eſſe cognoſceret. Deinde habitis in eam rem Generalibus Comitiis, in quibus nominati & Deputati viri Theologi & Canonici qui Canones ſacros & Sanctiones Eccleſiaſticas conſulerent, maturâ tandem deliberatione 6. Iunij ſtatutum eſt tribus potiſſimum modis viiſque jam anno ſuperiore comprobatis, pacem Eccleſiæ procurari poſſe & reſtitui, ſcilicet *Ceſſionis* ac renunciationis omnimodæ contendentium: *Compromiſſionis* mutuæ in aliquos, qui communiter deligerentur ad rei diſcuſſionem quorumque arbitrio ſtandum eſſet: *& Determinationis* ſeu *Deciſionis* per Concilium Generale faciendæ.

Decretum deinde & concluſum eſt in iiſdem Comitiis, vt hæ tres viæ in modum Epiſtolæ conſcriberentur, Regique offerrentur, quò facilius eas examinare poſſet. Epiſtolæ autem componendæ Prouincia demandata jam fuerat M. Nicolao Clemangio Baccalaureo Theologo è Societate Nauarrica, Eloquentiæ Profeſſori celeberrimo & Oratori diſertiſſimo: Quam vt ille executus eſt, & relecta & probata eſt Epiſtola, placuit eam Regi offerre. Itaque adito Rege eadem Vniuerſitas vltima die Iunij frequenti Comitatu per Oratorem ſuum vias prædictas coram propoſuit & explicauit: ſimulque Epiſtolam ſeu libellum in quo illæ continebantur, obtulit. Primum autem Regem laudauit, quod ſibi vias vnionis inquirere ad extinctionem diri Schiſmatis, quod à ſexdecim annis Eccleſiam peſſundabat, per modum, vt aiebant tunc temporis, *aduiſamenti*, injunxiſſet & mandaſſet. Tum tres prædictas vias aperuit, earum rationes ſubjunxit, argumenta quæ contra fieri poſſent, diſſoluit, addiditque, ſi alteruter Pontificum aliquam, è tribus illis viis inire & amplecti recuſaret, eum pro Schiſmatico habendum, & ab Ouili Chriſti amouendum. Poſtremo libertate vſa loquendi indicauit ſuſpectam eſſe ſe quibuſdam Regis Conſiliariis & Regni Primoribus, quod contra quam illi optabant, diſſenſiones Eccleſiæ componere ſtuderet; dum illi in tantâ rerum omnium confuſione nihil non impetrabant à Pſeudo-Pontificibus, vt Regis Chriſtianiſſimi fauorem, ſubſidium & opes ipſis conciliarent. Epiſtola ergo ad Regem eſt ejuſmodi, & hic Epiſtolæ titulus.

Epiſtola Vniuerſitatis Pariſienſis ad Regem Francorum directa ſuper Schiſmate ſedando & vnione ponenda in Eccleſia Dei.

CHRISTIANISSIMO & Religionis orthodoxæ zelantiſſimo Principi Carolo Dei gratia Françorum Regi Illuſtriſſimo deuota ſuæ Celſitudinis filia Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis Deuotæ & Filialis obedientiæ ſinceritatem. Quanquam Majorum noſtrorum reuocata ante oculos exempla multos Nobis & maximos in arduis quibuſlibet ad virtutes capeſſendas ſtimulos incutiant, attamen vbi Religionis & fidei res geritur, ad ſtrenuè & viriliter agendum, quantum noſtrâ intereſſe poteſt, ex eorum monimentis ac geſtis, majori quodam ardore accendimur. Quibus id ſemper maximæ curæ fuit pro ſacra ſanctæ Religionis Catholicæ cuſtodia continuis vigiliis excubare, ne quid in eam erroris, detrimenti aut ſcandali irreperet. Sic nempe ſalutiferum illud fore Studium æſtimabant, ſi illud ad profectum & tutelam Eccleſiæ conuertiſſent. Ea Nos occaſione ducti, zelo quoque Domus Dei potiſſimum excitati Schiſmatis nefandiſſimi abominabilem peſtem quæ Eccleſiam ipſam radicitus exterminat, de medio ſummopere deſiderantes auferre, per ſexdecim euolutos annos, quibus idem ſceleratiſſimum Schiſma jam viguit, nunc priuatim diſceptando, conferendo & ſcribendo, nunc palam & in aperto coram Celſitudine veſtra Regia prædicando, proponendo atque exhortando ad Eccleſiæ ipſius vnionem, quantum Nobis Diuinitus facultatis erat datum, eniti & anhelare nullatenus ceſſauimus. Vnde obſiſtente ſemper & præualente hoſtis nequiſſimi verſutia, qui in florente Chriſti agro hanc labem zizaniorum ſeminauit, ſeminataque aluit & magis in dies alit, ac radicat, vniuerſi conatus noſtri, etſi non prorſus irriti caſſatique, intentione tamen propriâ vſque adhuc fruſtrati ſunt. *Pacem enim quæſiuimus*, vt cum Propheta loquamur, *& ecce turbatio*. Turbati quippe fuimus huc vſque, & peſſimorum quorundam nefaria factione impediti. *Acceſſit eodem*, *Princeps Chriſtianiſſime*, veſtræ Majeſtatis Regiæ, ſine qua nihil poſſumus, excuſata licentiæ Infantia atque adoleſcentia. Sed poſtquam euacuatis iis quæ paruuli fuerant, Clementiæ cœleſti placitum eſt vos in virum perfectum adducere, & tam atrocis vulneris Eccleſiæ perniciem mente generoſiſſimâ concipere, illico non degener ab Illuſtribus proauis ad ſalutem Eccleſiæ & diri vulneris hujus amputationem totis viribus animi intendiſtis, ſed qualiter intendiſtis, audiant Fideles vniuerſi & Chriſtianiſſimum verè Regem Clariſſimamque Francorum progeniem Majorum imitatione agnoſcant.

Iam Eccleſiæ rerum ſtatus immutatur; jam procedendi ratio in contrarium ordinem reuoluitur, qui exhortari antea à nobis ſolitus erat, Nos hortatur. Qui ſe pulſari totiens audierat, nunc vltro ad id ipſum Nos pulſat: & non modò Nos pulſat, ſed quod ſuo jure poteſt, vt vias & rationes, quibus id fieri poſſit, ſollicitè ac ſedulò excogitemus, imperat. Se & ſua vniuerſa in hujus execrabilis ſciſſuræ reſartionem impenſurum pollicitus, etſi Regni ſui aut Corporis impendium negotium hujuſmodi depoſceret.

O vocem Francorum Regum & Chriſtianorum omnium Chriſtianiſſimo Principe digniſſimam! O nos tali Rege fortunatos! O in tantis miſeriis adhuc habendam felicem Eccleſiam, cui talem Chriſtus Filius Patronum & Curatorem delegit! O vocem ſummis laudibus decorandam, & omnium vocibus, linguis, præconiis atque ſermonibus extollendam! Quam vtinam quaqua verſum totus orbis audiuiſſet, vocem, inquam, quâ pacis Eccleſiaſticæ zelatores adjuuantur, & proſtrati hactenus reuiuiſcunt, quæ flagitioſiſſimi ejus inimici formidoloſo tremore concutiantur, curis atque angoribus deficiunt, quâ Eccleſia ipſa prius ſanè gemitibus & mœrore confecta, nunc gaudio lætabunda exſultat, ſe prope diem ſperans ab Ægyptiaca ſeruitute iſta liberandam. Quâ poſtremò Ciues ætherei totuſque Chorus ſupernus gratulatur, Tartarei autem ingemiſcunt hoſtes. *Immenſas tibi gratias*, Clementiſſime Chriſte, referimus, qui hanc ſanctam voluntatem in cor Regis immiſeris, vtique eam adaugeas, ſerues atque perficias, obſecramus.

Sed vt ad Mandata veſtra, Regum Illuſtriſſime, reuertamur, juſſit paterna veſtra benignitas, vt vias, modos, & formas, quibus ad hanc concordiam matu-

Digitized by Google

rius veniretur, per Deputatos noſtros ſolennes, vtique viros & diſcretos cum Majoribus veſtris Conſiliariis conueniendo excogitaremus. Cui quidem Iuſſioni pro virili portione gaudenti prorſus animo paruimus, viroſque celeberrimos è toto Corpore noſtro, probos & valde ſincerè ad materiam affectos delegimus, qui Conſilium veſtrum ſemel, iterum, tertiò & repetitis vicibus adeuntes nihil ab eo audire, quanquam vehementer ad modum inſtitiſſent, de materia iſta potuerunt. Quin potius in omni congreſſu iidem Conſiliarij veſtri perſeueranter omnino reſpondebant ſe nobiſcum nullatenus collaturos, neque ad aliud ſeſe delegatos, niſi ad Nos, ſi quid forſan dicere aut aperire in materia vellemus, audiendos. Quibus in ea omnino obfirmatis ſententia, quia Regia veſtra Majeſtas hinc aberat, ne quidquam nobis obiici ab detractatoribus poſſet, per Nos aliqua ex parte ſtetiſſe, quominus veſtra voluntas ac Iuſſio impleretur, vias quaſdam, tres numero ad pacem in Eccleſia obtinendam excogitauimus, quas diuturnâ ſuper conſultatione grauique digeſta deliberatione præmiſſis, tanquam juſtas, congruentes, & maximè pro tunc nobis apparentes idoneas ad peſtiferum ſchiſma celeriter eradendum, pacemque in Eccleſia reformandam vnanimi omnium conſenſu, ne vno quidem in tanto ſuppoſitorum numero repugnante, non ſine ſancti Spiritus, vt credimus, interuentu acceptauimus, probauimus, atque ratas habuimus, non per hoc alias vias, ſi quæ ſunt commodiores ſeu faciliores, excludendo. Sed tantummodo iſtas in modum aduiſamenti preſentando ad dandum occaſionem laborare volentibus. Omnis enim via per quam bona atque vnanimis Eccleſiæ concordia poſſet vſquam ſimiliter obtineri, nobis eſt eo ipſo accepta. Iſtas itaque 3. vias, *Princeps Chriſtianiſſime*, Celſitudini veſtræ hac præſenti Epiſtola, prætermiſſis propter breuitatem temporum ac rerum varietatem præuiis earundem diſputationibus, præſentamus quandocunque & vbilibet videbitur opportunum, nihilominus explicandas.

Prima igitur via eſt Ceſſionis & Renunciationis plenariæ vtriuſque partium, ſcilicet D. noſtri Papæ & alterius de Summo Pontificatu contendentis ad totale jus illud quod habet in Papatu, vel ſe habere prætendit: ſiue Ceſſio illa, vt aliqui tangunt in manibus vel preſentia amborum Collegiorum in vnum conuenientium pro bono pacis fieret, ſiue in manibus aut in preſentia ſui Collegij pars quælibet ſeorſum cederet; ſiue poſtremò in manibus aut preſentia aliquorum per eos aut ſua Collegia nominandorum; ſiue aliis modis rationabiliter excogitandis. Quâ ceſſione declaratâ per veteres Cardinales de futuro Pontifice fieret prouiſio pro bono pacis per Collegia amborum. *Et hanc viam, Princeps Chriſtianiſſime*, ad celer, conueniens & efficax hujus plagæ lethiferæ remedium cæteris in hac noſtra Epiſtola contentis anteponimus, tum propter facilitatem faciendi: ſic nempe labores, ſumptus, difficultates plurimæ, maxima denique Chriſtianitatis totius vitarentur diſpendia; cum propter vniuerſorum fidelium vtriuſque obedientiæ totiuſque in genere Chriſtianitatis in cordibus & conſcientiis perfectam atque integram abſque remorſu aliquo quietatiunem; cum maximè propter Principum & Regnorum vtriuſque adhærentiæ honorem ex integro conſeruandum & deuitandum ſcandalum. Quod judicio noſtro ſummopere attendendum penſandumque in hac materia eſt. Fratres quippe omnes ſumus in Chriſto. Et nonne Domini voce quidquid fratrem ſcandalizauerit, à nobis expellere præcipimur, etiamſi pes fuerit, oculus, aut manus? Tum propter apparentiam rationum vtriuſque partis, qualis nequaquam in ſchiſmate aliàs viſa eſt. Tum propter adhærentiam fixam atque radicatam cujuſque partis ad ſuam vt nulla veriſimilis ſpes ſit, aut Nos ad aliam partem accedere, aut alios ad Noſtram vllatenus verti poſſe.

Et profectò ad hanc viam debet eos, vt videtur proprij amor honoris inducere, voluntarioſque reddere, ne ſi diſcuſſio fiat, in alterius eorum aut amborum ignominiam res veniat. *Debet & Gregis Chriſti*, cui ſe preeſſe dicunt, lugubris, exitioſa & miſerabilis diſſipatio, eis non æquo animo, ſi quid miſericordiæ & compaſſionis habent, intuenda. Debet zelus animarum dicti Gregis, pro quibus, ſi perditæ ſint, ex eorum neglectu, ſuæ in vltionem repoſcentur à Domino (Diuinâ plane contra eos ſententiâ, & quam multùm attendere & timere debuerant) Debet præterea tam virtuoſi operis atque ſublimis meriti apud Deum

reſpectus. Debet nominis gloria, qua ipſi perenni laude ſuccedentibus ſeculis ex hoc in omnium ore hominum & ſcriptis celebrabuntur, plus profectò, quàm ſi vterque eorum centum aut ducentis annis etiam virtuosè pacatéque præſediſſet. Debet poſtremo Charitas ampliſſima, quâ prædiri eſſe debent, quaque pro ouibus ſuis juxta ſupremi Paſtoris ſententiam, ſuam etiam animam in caſu exponere adſtringuntur. Quanto igitur ampliùs in tam horrendo ſcandalo Gregis ſui temporalem ſuum ſtatum in tam euidenti bono Eccleſiæ reſignare. Animaduerſo præſertim quod cuilibet eorum de ſecuro, excellenti & honorifico ſtatu fieret in Eccleſia ſicut veroſimile eſt, prouiſio. Et de prima quidem via hactenus ſufficiant.

Quod ſi ambo Iuri ſuo vero vel æſtimato tenacius inhæſerint, ſicut hactenus fecerunt, & hanc viam ceſſionis plurimum expedientem ſubire recuſauerint, de 2. via Conſilij particularis, ſeu mutuæ & ſubmiſſiuæ compromiſſionis amborum in aliquos ſolemnes viros, quos ipſi ambo duxerint nominandos, vel in aliquos alios debitè & Canonicè eligendos, tanquam in plenarios definitores Controuerſiæ, qui ſint honorati & authorizati de diſcutiendo & ſententiando: Etſi forſan opus eſſet, aut expediens viſum, & per eos ad quos ſpectat, Canonicè approbatum, de nouiter eligendo. Per hanc autem viam vitaretur Concilij Generalis difficultas, ceſſaret cauillatio dicentium, quod in illo Concilio Generali D. noſter Papa ob ampliorem numerum aliorum, jus ſuum exponeret diſcrimini. Per hanc maturior eſſet terminatio facti, quam nos omnino magnopere deſiderare debemus. Per hanc quoque nota omnino peruerſæ domioandi ambitionis tolleretur, quam rigoroſa nimium & pertinax defenſio cogniti etiam juris ſæpenumero inducit. Denique ſubterfugiens viam iſtam æquitatis, ſecuritatem charitatis & amicitiæ pleniſſimam, vehementem de injuſto titulo ſuſpicionem ſuo in omnium animos hominum ingerere videretur. Nam præſumptio Iuris eſt rationis Iudicio conſenſio quam æquè ſi non amplius nocens atque injuſtus alieni vſurpator æquitatem Iudicij propè cauſæ diffidens ſubterfugit, ſicut Iuſtus Innocenſque conſcientiæ ſecurus hoc appetit.

Hujus viæ nobis Chriſtus formam, qui eſt pax noſtra faciens vtraque vnum, nos docuit. Vbi, inquit, duo, vnus ſcilicet ex vna parte, & alius ex altera, vel tres, in caſu ſcilicet diſcordiæ, in nomine meo congregati, in nomine videlicet charitatis, concordiæ & pacis, illic ego in medio eorum ſum, ad concordiam reuocans altercantes fratres, & inter ſe diſſidentes in pace reconcilians. Nec valet ſi quis dixerit Papam nullatenus poſſe in aliquos hujuſmodi ſe ipſum ſubjiciendo compromittere. Primum quidem nihil ad rem hoc attinet, quia illic neuter eorum ſe tanquam Papa ſubderet aut ſubmitteret, ſed tanquam in dubium reuocatus de ſuo vel alterius in Papatu jure: immò quilibet eorum ab aduerſâ parte ſuâ, velut Papatus inuaſor & vſurpator ipſius arguitur: & quoad hoc arbitrio ſe ſubdere poſtulatur. Simile quippe omnino, vt videtur in Concilio Generali, ſi ſuper hoc ageretur, & in parte iſta cenſendum eſt. Conſtat verò quod illic neuter eorum vt Papa præſideret. Quare nec etiam iſtic vt Papa ſe ſubjicit. Præterea falſum eſt quod ſubditur, Papam non poſſe ſeipſum in alterius ditionem ſubmittere Nunquid Chriſto major erit? de quo ſacratiſſima Euangelij profitetur Hiſtoria, quia erat ſubditus illis, Matri ſcilicet & Ioſeph. Matri namque ſuæ, hoc eſt ſanctæ, quam fidelium omnium Matrem eſſe conſtat, ſi ipſe Catholicus eſt, materno jure ſubditur. Niſi forſan quis dixerit, poſtquam ſponſa facta eſt, Matrem eſſe deſtitiſſe. Nunquid Petrum anteibit, cui non ad Euangelij veritatem ambulanti Paulus in faciem liberè reſtitit? quam Pauli correctionem ſubmiſsè & humiliter ſuſtinuit. Nunquid & Papatus jure à fraternæ correctionis eximetur lege, vt eidem omnium malorum agendorum licentiam impune donemus? De Deo ſolo Iob Sanctus id loquitur. *Non eſt qui dicat tibi cur ita facis?* Caueant, qui hunc titulum ſoli omnipotentiæ debitum & ſacris Litteris adſcriptum in ſeipſos vſurpando tranſtulerunt. Atque vt iſta aliaque dicentes ſuo ipſorum gladio adinſtar nefandi Goliæ jugulemus, ab eiſdem percuntari libet, jura ſi quæ habere perhibent, Diuina ne an humana, ac purè poſitiua ſint? Non Diuina profectò aliqua ablaturi ſunt, reſtat ergo, vt poſitiua ſint; quibus, vt ipſi aiunt, non eſt Papa ſubjectus, ideirco ſemetipſum compromittendo ſub-

mittens non contra illa ageret. Nihil igitur cauſæ eſt, quominus ſe ſubjicere ac compromittere poſſit. Et mirum eſt, quod non vident hoc dicentes ſe ſe illi potentiæ quam cœlo æquare volunt, tam apertè derogare. Poteramus rationes multo copioſiores, & ad hanc viam & aliam præcedentem exempla etiam quædam Romanorum Pontificum inducere. Sed quoniam breuitati ſtudemus, & hoc aliàs annuente Altiſſimo tractare ſperamus, de eis in præſens tempus dicere ſuperſedemus. De 2. ergo via hæc dicta ſint.

Supereſt tertia, quam ſi non ſuperiorum alteri acquieuerint, fraterne adhoc ſedulò & amicè commoniti, velut hujus ſacrilegæ diſcordiæ conueniens noſtra exiſtimatione remedium ſubjicimus. Et hæc vtique via eſt Concilij Generalis, aut ſecundum formam Iuris ex Prælatis tantummodo celebrandi; aut quia plures eorum, proh pudor! hodie ſatis illiterati ſunt, pluresque ad alterutram partem inordinate affecti, mixtis vnà cum Prælatis ad æqualem eorum numerum Magiſtris & Doctoribus Theologiæ ac Iuris arbitris, de Studiis ſolemnibus vtriuſque partium Antiquitatis approbatis. Aut adhuc ſi alicui prædicta prouiſio non ſufficit, adjunctis vltra præmiſſa Capitulorum Cathedralium & Religionum Principalium vno vel pluribus Deputatis, vt ea quæ tunc decerni illic aut definiri contingeret, eſſent majori pondere & certiori etiam examine digeſta. Et quamvis via iſta à nonnullis adulatoribus, ac hujuſmodi monſtruoſæ ſectionis fautoribus ab ipſius initio vſque ad iſta tempora magis turbandi ſtudio quàm veritatis radice, velut inepta omnino repudiata ſit, tamen abſque fermento affectionis malignæ veritatem intuenti non adeo refellendam eſſe ſatis liquidò clareſcet. Nam vt ab altiori repetamus, vnde variæ hæreſes ſeculis anteactis in Eccleſiam Chriſti irruperint, niſi quia ante piiſſimi Conſtantiui Imperium Chriſtianis Præſulibus in vnum conueniendi licentia interdicta erat. Qua ab ipſo accepta vltimorum Conciliorum Decretis hæreſis impiæ ac peruerſiſſimæ cum ſuis aſſertoribus damnatæ ſunt; ſicque Catholica fides intemerata permanſit.

Si igitur ad tollendum hoc peſtiferum ſchiſma, quod jam propter longam hæreſis ſpeciem habet, Inueteratum quippe Schiſma, ſicut ait Auguſtinus, hæreſis eſt, non liceat Eccleſiam congregari, repudiatis præſertim viis ſuperioribus, quid reſtabit? profectò ſicut per ignauiam inexcuſabilemque negligentiam amborum, de quibus ſermo, Præſulumque & Collegiorum ſuorum jam per ſexdecim annorum ſpatium hoc diſſidium perſeuerauit, ita adhuc per totidem attentâ majori ſemper inualeſcentiâ & pacis turbatoribus durare poterit, ſicque in obliuionem cum Græcorum diſſidio atque in finem ſeculi perducetur. Quis igitur obuiabit ſurgentibus hæreſibus, & jam eximiè pullulare ac in lucem erumpere nitentibus, cum ab altero plectendus ad alterum de facili pro impunitate confugiet? Graſſabitur paſſim & liberè iniquitas, nec erit qui obſiſtat parti, aueſcente quolibet partem aduerſam ſuam & fauorem minuere atque hoſtes ſuæ concitare. Quod quam veriſimile ſit, viſa experientia de illo perfidiſſimo Iacobita Ade Diuinæ Majeſtatis ac Virginis glorioſiſſimæ blaſphematore inſinuat. Porro quæ amplior vnquam aut fuit, aut futura eſt congregandi Concilij occaſio, cum vniuerſalis Eccleſia in Diſciplina, moribus, legibus, Inſtitutis, traditione Majorum ac obſeruantia, & vt breui abſoluamus, in ſpiritualibus ac temporalibus funditus per hoc Schiſma innumeroſque abuſus hinc naſcentes ſubuertamus. Et niſi maturiſſimè piiſſimus Inſtitutor ac Conſeruator ejuſdem reſpiciat impendentia aduertens ſcandala, in ruinam horribilem atque irreparabilem ventura ſit. An non hoc inter illa numerandum quæ maximè ad finem ſpectant? An non ſatis id arduum, vt ſuper hoc prnuiſio per Concilium quæratur? Serò, fidenter credite Pontifices, remedium quæſiſſe vos pœnitebit. Si non modo dum poteſtas adeſt, inſtantia prope mala aduertitis, quis putatis hoc regimen laturus ſit? quis angorias iſtas & Eccleſiæ malà? quis promotiones iſtas vtique mercenarias indignorum quorumlibet ignorantiſſimorumque ad Altiſſima quæque Dignitatum? fallimini, profectò fallimini, ſi iſta diu licere exiſtimatis, quamuis honores iſti diſſimulando tacerent, lapides certè clamabunt aduerſum vos.

Sed vt jam ad Concilium reuertamur, Chriſtus Dominus noſter legem nobis ſtatuens de fratre non recipiendo, ſi quid fortaſſe in nos peccauerit, præcepit vt eum primò inter nos & ipſum ſolos corrigeremus; deinde ſi non audiat,

teſtes

teſtes aliquos nobiſcum aſſumamus. Et tunc ſi nihilo magis audierit, Eccleſiæ nunciemus. Cum igitur per tam longa jam annorum curricula neuter alterum nec ſe ſolo audire, nec teſtibus adhibitis voluerit, quin etiam nec ſpes vlla audiendi reliqua ſit, quid jam reſtare videtur, ſi Chriſti præcepta impleamus, niſi illud dicere Eccleſiæ, Concilio Generali conuocato, quam ſi ipſe vel alter audire recuſauerit, aut ipſius judicio nequaquam obtemperare, planè & liberè cum Chriſto faciemus, eos Ethnicos & publicanos habendo. Quod ſi dixerit alter ſe nondum ſufficienter fratrem ſuum præuiis illis monuiſſe correptionibus, ſuus certè imputetur neglectus. An turpitudinem ſuam allegatam ſibi ſuffragari putat? Nonne ſibi ſatis ad hanc conceſſum eſt ſpatij excuſationem? haud dubiè in peccato iſti ſunt, & ſubeundæ æquitatis obliquè ſubterfugia anilibus ineptiis ſimilia quærunt, nec à viris aut grauibus, aut peritis audienda.

At quàm friuola multa Concordiæ Turbatores ex aduerſo objectant? Quomodo, inquiunt ipſi, Papa noſter Canonicè electus jus ſuum clarum adducet in diſcrimen, & illud de quo conſtat, in dubium reuocabit? quid clarum vocatis? certúmne an verum? Si verum, cum hæc veritas nunc ſub modio lateat, nec à tantis Catholicis cerni poſſit, eam ſuper candelabrum per Concilium ponite, vt omnibus qui in domo ſunt, eluceat. Si certum, videte ne verbo abutamini, qui id certum appellatis, de cujus obſcuritate atque ambiguitate tanta ſemper fuit, & eſt apud tantam fidelium portionem conſenſio. Linceos-ne habere oculos ſoli credendi eſtis, cum reliqui more talpæ cœcati ſint, quidque verum aut certum ſit in tam tetra caligine plurimis hebeſcentibus tam perſpicuè cernitis. Sed eſto, certum verumque ſit illud, quod certum vnicuique eſſe prædicatis, reſpondebit enim vobis aduerſarius veſter ita eſſe dicentibus, Iudicium rem iſtam depoſcere, nec fidem veſtris dictis ſe vllo pacto habiturum, qui contendens contra cum pars eſtis. In judicium itaque deſcendite. Quid enim vultis, Nobis inquiet Aduerſarius veſter, ille quem Papam dicitis aut jure ſuo fidit, aut diffidit. Si diffidit, modicè pondetandum eſt Iuris alterius diſcrimen. Nam & alij meritò diffidere habent. Si confidit, non confidat in Domino, & Dominus Iuſtitiam ſuam tuebitur nec fluctuare permittet. Iacta, inquit Pſalmiſta, curam tuam in Domino, & ipſe te enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem Iuſto. Et præſertim cum pendente Concilio pro Iuſtitiæ habenda declaratione fiunt à cunctis fidelibus ex Indicto Eccleſiæ orationes deuotæ apud Deum, & proceſſiones crebræ ac ſolennes: quæ quidem eximij erga Deum meriti reputandæ ſunt, ſi non fallit Scriptura, quæ de vnico etiam juſto ait, *multum valet deprecatio Iuſti aſsidua*.

Poſtea non valet quod plerique dicunt minorem multo numerum Concilij pro vna partium, & majorem pro altera ſtaturam. Primò quidem, quia Spiritum ſanctum Concilio aſſiſtere, ipſum quoque dirigere piâ fide credimus, quem non eſt veriſimile ipſum errare, ſiue in hac Chriſtianæ pacis materia, quin potius ſceleſtorum carnaliumque linguis hominum varietatem etiam ſibi ipſis odioſam loqueretur ac patefaceret ſicut olim per os Saül & Caïphæ & Balaam, licet multùm peruerſorum, veridicè prophetauit. Deinde malæ mentis eſt & carnaliter nimium ſapientis ſic malè de hominibus ſuſpicari, vt quilibet veritate dilucidè patefacta contra agnitam etiam veritatem pro ea parte pertinax & obſtinatus maneat quam ante diſcuſſionem ſecutus ſit.

Quid quod S. Gregorius tantus Eccleſiæ Paſtor ſe 4. Concilia Vniuerſalia tanquam 4. Euangelij libros venerari & colere profitetur, quod minimè affirmaret, ſi ea errare poſſe tam facilè, ſicut hi dicunt, crederet. Sed fac vt errare poſſint, quandoquidem hi erroris Seminatores hoc volunt, quid tardius è duobus creatis ire putemus, aut hunc vel hunc ſe Papam dicentem, aut Concilij totalis ſententiam ſuper definientem? non tanta impudentia quiſquam erit quin Concilium in hoc remotius ab errore abſuturum dicat? Minus igitur diſcrimen eſt Concilio credere in hoc caſu, quàm partibus.

Sed jam iterum aliud ab æmulis audimus obſtrepi. Quis, inquiunt, dabit authoritatem Concilio? in promptu reſponſio eſt, eam dabit conſenſus omnium fidelium. Dabit Chriſtus in Euangelio dicens, vbicunque duo vel tres in nomine meo eritis congregati, ſuper tertam, &c. dabit & Domini juſſus ad Moyſen in Deuteronom, Si, inquit, difficile & ambiguum apud te Iudicium eſſe perſpe-

xeris & videris verba variari, venies ad Sacerdotes Leuitici generis, quæreſque ab eis qui judicabunt tibi Iudicij veritatem. Quid autem reperietur diſſenſione iſta magis difficile, magis ambiguum, magis in verbis varium? vbi non modò verba varia currunt, ſed contraria penitus & inuicem pugnantia. Nec hoc quidem inter paucos, ſed inter pœnè æquales orbis Chriſtiani partes, alteraque amplior eſt prætendente; & altera quæ ſanior eſſe poteſt, ſuper viâ iſtâ Concilij Generalis hæc dixiſſe ſufficiat.

Hæ igitur ſunt tres viæ, Princeps Chriſtianiſſime, quas in hujus funeſtæ diſſenſionis medelam tanquam Nobis primâ fronte viſas maximè congruas excogitauimus. Quas idcirco nunc breuiter ſummariéque attingendo perſtrinximus, quod ſpatioſum de eis, ac de tota in genere materia Tractatum conſtituere decreuimus, in quo enucleatius, latius & ſubtilius rem, ſi Dominus juuerit, explicare conabimur. Cæterum vnum illud audacter aſſerimus, aliàs ſatis probandum ſi opus ſit, ſi alter diſſidentium aut vtverque vias tres expoſitas inire obſtinatius refugerit, nec aliam idoneam vel alias obtulerit, eum velut Schiſmaticum, pertinacem, & quod ad id conſequens eſt, hæreticum, nec Gregis Chriſti Paſtorem, ſed direptorem potius ac Tyrannum judicandum cenſemus; ſicque eius deinceps nec juſſis obediendum. Nec eidem regiminis vlla adminiſtratio, imò nec patrimonium Eccleſiæ quo vtatur, relinquendum. Ipſe quoque ab ouili Ieſu Chriſti, non vt ouis aut Paſtor, ſed vt lupus infeſtiſſimus penitus abigendus eſt, pœniſque acerbiſſimis Schiſmaticorum plectendus; nec in terra viuentium, ſed cum Dathan & Abyron nequiſſimis ſchiſmaticis portio eius habenda. Quippe qui Gregis Paſtorem ſe dictitans non ad debitam ipſius adunationem, ſed magis ad perpetuam, quod in ſe eſt, diſſipationem diſperſionemque tendit, lupique partes potius quàm Paſtoris exequitur. Nihil de ouium nece, jactura vel incommodis cogitans, dum ad propriam replendam ingluuiem ſuccus & ſanguis pecorum abundè ſuppetat.

Iam verò prudentiſſimi Salomonis Iudicium nonnihil ad rem attinet, qui annuente altera mulierum, vt puer de quo certabant, medius diuideretur, altera quæ ſuper hoc erat maternis commota viſceribus, exclamante: *Date potius illi & non diuidatur puer*, eam verè matrem conjecturâ deprehendit, quæ tam crudelem pueri ſectionem videre exhorruiſſet, & maternum antea jus abdicare quàm amariſſimum nati aſpicere maluiſſet interitum. Quis enim dubitauerit Regem ſapientiſſimum Salomonem propoſito ſibi caſu dictùrum fuiſſe eum veriſimilius verum Chriſti Vicarium & Eccleſiæ Filium, qui propriam Matrem ſuam Domini ſui Sponſam tenerrimè ab eo dilectam ſuæ commiſſam fidei, & eam integram ſeruet inuiolatamque non modo diuidi moleſtè tulerit, ſed iniquorum manibus violentis jam grauiſſimè ſauciam, laceram ac diſcerptam redintegrare quamprimùm & ſanare totis viribus animi curauerit. Etiamſi hoc agendo in exheredationem ſui totalis ſtatus, immò & vitæ propriæ periculum venire deberet. Eum verò ſi quis talis eſſet, viperinum meritò Filium Matris latera prope corrodentem, qui hunc languenti in modum Matri, jamque nimio dolore & morbi longitudine paulominus abſumptæ non ſolum omnino remedium quæſierit, cum plurima tamen perfacilia ſint, verum inſuper Medicos miſeratione motos optima medicamina atque electiſſima gratis etiam volentes adhibere, rejecerit, Matrem ipſam languore tabeſcere magis volens, quàm temporalis aliquid detrimenti ſe propter eam paſſurum.

Ad pacem ergo iſtam & ſalutem Eccleſiæ almæ parentis veſtræ, *Princeps Chriſtianiſſime*, totis animi medullis, ſicut facere cœpiſtis, incumbite, ægrotæ medicamini, reſpicite deſolatam, oppreſſæ miſeremini, indigniſſimè dejectam alleuate, imbecilli prætermodum & de grabato ſurgere vix valenti auxiliarem dexteram porrigite. Aſſiduis ſuſpiriis, querelis & gemitibus opem veſtram implorantem non vltra jam audire differatis. Poſtponite curas omnes temporales, quantumlibet fructuoſas aut vtiles. Hæc vna cauſa cæteris omnibus anteponenda eſt, quâ cætera proſperum magis exitum habebunt, & decus Regni veſtri vobis & Regno eidem, ac Clariſſimis veſtris progenitoribus partum ſeruabitur. Mementote vos ſolum Principem Chriſtianiſſimum nomen non otioſum tenere, ſed quod in omnibus ſemper Eccleſiæ anguſtiis ei majores veſtri præſidium ante

alios tulerunt. Nolite Priuilegium tam nobile, titulum tam magnificum amittere. Non ſinite hunc honorem vobis à quoquam auferri, aut alterum in iſto vos ante venire. Defendite jus veſtrum, defendite nomen, defendite decus. Moueat vos omnium Catholicorum & fratrum in Chriſto veſtrorum exſpectatio, quæ tota in re iſta de veſtra perſona pendet, omnes tum Principes Catholici, tum cæteri veſtram in hoc negotio manum præſtolantur, tanquam ejus cui jure, conſuetudine, potentia, cæteriſque adminiculis, magis iſtud debitum. Moueat rei ipſius præclara & percelebris ac perpetua laus, per quam veſtri memoria ſempiterna vocabitur in ore hominum. Immò & illud maximè vos moueat, quod tam egregij gloria facti vſque in diem iſtum, quo puerilem ætatem exuiſtis, & ad decus & famam veſtram diuinitus quodammodo factum eſſe videtur, vt debitus vobis honos aliò tranſiret. Moueat acceptiſſimum ſeruitium, quod ex hoc opere Deo præſtabitis, quo reuera nullum maius, gratius, excellentius præſtare poteſtis. Moueant denique Matris miſeriæ tot, tantæ ac iam inauditæ, vt vel ſaxum emollire poſſent, quæ ex hoc diabolico Schiſmate ortæ ſunt. Diabolicum equidem juſtiſſimè dixerimus: quoniam ſicut in pace factum eſt locus Chriſti, ſic in tanta diſcordia locum oriri Sathanæ neceſſe eſt. Ipſe enim eſt, qui ſeminat inter fratres diſcordias, qui Eccleſiam Chriſti turbulentis ſeditionibus diſperdere ac conturbare nititur. Sic namque illud Chriſti de ſe dictum, *Omne Regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur*, illud quoque Salluſtij Clariſſimi Romanorum Hiſtorici *Concordiâ paruæ res creſcunt, maximæ diſcordiâ dilabuntur.* Quandocunque verum vtique ſit, nunc proh dolor, plus nimio experimur. Quid hoc ante hoc Schiſma, Schiſmatiſque præambula, Eccleſiâ florentius? quid minus, quid ſplendidius, quid locupletius, quid honoratius tam grandi exuberabat bonorum copiâ, vt mole etiam ſua laboraret. Poſtquam verò clades iſta Schiſmatis damnatiſſimi introiit, pro libertate ſeruitus & duriſſima ſeruitus, pro diuitiis egeſtas, pro ſpecie deformitas, pro honeſtate dedecus, pro eminenti gloria vilis atque abjecta contentio pro Eccleſiæ & bonorum eius tutela, prædæ, rapinæ, ſpolia inuaſerunt. Et quare hoc? quia nimium indigni atque improbi homines ad regimen Eccleſiæ euecti ſunt & pluſquam quotidie euehuntur: quibus nihil ſancti eſt, nihil penſi, nihil honeſti curæ ſit. Suis tamen flagitiis & libidine paſcuntur atque delectantur, exhauriunt Eccleſias, Religiones diſſipant, Monaſteria ſpoliant, ſacras paſſim domos in vaſtitatem redigunt, vt ſuæ cupiditati ſacrilegæ nunquam ſatis ſatiandæ de Chriſti patrimonio ſui pretioſiſſimi ſanguinis effuſione conquiſito ſatisfacere valeant, ſacraque aut profana, è quibus quæſtus aliquis aut pecunia pendeat, promiſcue habent, exactiones grauiſſimas, maximas, intolerabiles pauperibus Eccleſiæ Miniſtris imponunt, impiiſſimos homines atque inhumaniſſimos ad colligendas eligunt, qui nemini parcant, nullius miſereantur aliàs quàm talibus inopia preſſi, quin ſtatim excommunicent, fulminent ac exterminent: quin etiam in baratrum, quantum in ſe eſt, detrudant, niſi ſibi impoſitum protinus onus exoluant. Etiamſi de ſilice pecuniam extorqueri oportet, nihil ſibi vnde viuant, relinquitur. Mendicos jam Sacerdotes & viliſſimis inſuper officiis, profanis, ſecularibus, ſeruientes vbique videmus. Sacroſanctæ Reliquiæ, Cruces, Calices ipſi, omnia denique vaſa ſacrifica, ſi argentea tamen ſunt, vel aurea, prouentus Eccleſiarum ac reditus ad Angarias iſtas importabiles ſoluendas multis in locis venduntur. Quot jam labentia Templa, quot ruentes Baſilicas, quot jam æquatas ſolo cernimus, & multò nimium plures cerneremus, niſi Regia veſtra ſublimitas poſitis in manu ſua prouentibus Eccleſias reparari ac refici inuitis ſæpe earum Rectoribus compelleret. Id enim jam publicè queritur aduerſus hujuſmodi direptorum remedium noua & ſtupenda Eccleſiæ calamitas. O horribile Schiſmatis prodigium! jam ouis gregem ipſum à Paſtoris inſidiis & violentâ oppreſſione tuetur. O pudendum & infame ſeculum noſtrum omnique poſteritati perpetuò damnandum! O miſeranda nimium Mater Eccleſia, quæ in ærumnas iſtas nefario filiorum ſcelere veniſti! O quam malignis diebus, queis hoc videre contigerit, nati ſumus? malignis, inquam, ſi non veſtro reſpectu & opitulatione commutantur in melius. Sed in melius omnia reuocanda veſtro, *Rex Sereniſſime*, ductu atque auſpicio ſperamus.

Quid nunc de Simoniaca hæreſi loquemur? quæ in Eccleſiæ Domo ſic præſi-

dret, vt jam eius ditioni omnia ſint propemodum ſubjecta, & ſine cujus interuentu pauci gratiæ quidquam niſi valde difficulter obtineant, ſed qui eam aduocatam habuerint, non lite, non judicio, non difficultate aliqua terreantur. Verum in aurem vtramvis otioſè, ſi velit dormiat, quia pars ſua tuta eſt, & formatis fluctuum turbinibus ipſe in portu nauiget. Hæc eſt, quæ Beneficia, quæ alicujus omnino emolumenti ſunt, impuriſſimis quibuſque, dum tamen opulenta ſint, diſtribuit, maximeque vt ſedula diſpenſatrix circa Paſtorales curas inuigilat, quæ pauperes aſpernatur, nec vlla promotione quantacunque doctrina polleant, dignos cenſet. Immo quò plus ſunt litterati, eo magis vt plurimum ſunt ſibi odio habiti, quia liberius eam redarguunt, quàm alij: nec ſuo patrocinio in vllis Beneficiis aſſequendis vti velint: Et quod iniquiſſimum eſt, nec ſatis exaggerari verbis poteſt, hæc eſt, quæ damnatiſſimâ corruptelâ Sacramentorum omnium myſticas collationes, & præcipuè ordinum ac pœnitentiæ turpi deteſtabilique quæſtu vendit: ac per hoc ineptiſſimas viliſſimaſque perſonas ſordida cupiditate ad honores Eccleſiæ & Gradus admittit in grandem ignominiam Eccleſiaſticæ Dignitatis.

Quid de Diuino cultu ex hac cruenta Schiſmatis pernicie vbilibet imminuto, atque in locis pleriſque prorſus deſerto queremur? Quid de morum Diſciplina, Epiſcoporum Eccleſiæ virtutibus, quæ ſic in obliuionem, inque omnia vitia mutatæ ſunt, vt vix præcedentes Patres ſi redeant, vix eandem Eccleſiam, quam ipſi dudum rexerant, quamque Chriſtus inſtituit, eſſe putent, nullis virtutum ſuarum reliquiis, nullis vſquam veſtigiis, immo nec vmbrâ tenui ibidem relicta. Omittamus Eccleſiæ Libertates ereptas, veteres immunitates obliquatas, Patrimonium denique diſtractum, dilapidatum, abalienatum. Iſta, inquam, omittamus, quia temporalia ſunt, quanquam majora iſti hæc temporalia ducunt. Ad fidei Catholicæ detrimenta & ſcandala, quæ nos majora ponimus, veniamus. Irrident, Rex piiſſime, Religionem noſtram ſacroſanctam, talem in ea videntes ſciſſionem, Canes Ægyptij, mordent, accuſant, blaſphemant, inde ſe commodiſſimam gaudentes occaſionem in eadem inſultandi reperiſſe, quæ ſit in ſeipſa diuiſa, ac in propria viſcera cæco furore ſæuienda ſemetipſam conficiat & deſtruat. Hujuſmodi fideles oppugnant. Hinc Hæretici irruunt, qui jam venenatum caput extollere vehementer nullo vindice cœperunt, & in complurimis locis hæreſes perniciosas, etſi non adhuc patenter, tamen latenter ſeminant, & vt Cancri quotidie magis ſerpunt. Sic in fidem Catholicam defenſione vacuam & domeſtico bello ſe continuè proſequentem atque conſumentem vndecunque ſit impetus.

Sed quid vniuerſa mala ex hoc horrendo ſchiſmate naſcentia complecti nitamur? Res nobis & cuicunque impoſſibilis eſt. Quis enim tanto præditus ingenio, aut tanta eloquentia decoratus, qui anguſtias, ærumnas, calamitates ſingulas, quas Eccleſia ſuſtinet, non dignè vt res poſtulat, deplorare, ſed nominare valeat aut referre? quid nominare dicimus? cogitare potius dicamus, aut mente capere. Tanta eſt miſeriarum ac moleſtiarum moles, tanta magnitudo, tanta congeries, vt & mentem præſentium effugiat, & naſciturorum fidem credulitatemque vincat.

Obſtupeſcent certè poſteri noſtri, mirabuntur & horreſcent tantorum immanitate flagitiorum legentes, ſi hæc ab aliquo mandata ſunt. Quæ mala cum atrocia adeo ſint & ſuprema, vt jam nihil addi poſſe, quo vlterius creſcant, videatur, tamen peiora imminent, & in deterius ſemper res procedit. Nam qui dies poſterior non priore deterior? quæ lux præcedenti non aliquid maliciæ agglomerat? Omnia in dies mala augeſcunt. Noui modi obſiſtendi Eccleſiæ vnioni per perditos ac nefarios homines Diabolo ſuggerente quotidie oriuntur, nouæ aſtutiæ, noua molimina. Qui quoniam non aliàs ſe id poſſe arbitrantur, quod cupiunt efficere, niſi ante omnia cæteroſq; veritatem ſibi maximè peſtem enunciare ſolitos vbique infamant, totos virium ſuarum & aſtutiarum neruos in noſtram delationem moliuntur intendere.

Itaque apud veſtram, Rex optime, Majeſtatem, itemque apud maximos Proceres Regni veſtri, qui vobis claro ſanguine conjuncti ſunt, coram quibus veritatem nudare ſoliti ſumus, non ceſſant dies ac noctes in Nos ore venenato

machinari, nunc contra D. Papam Nos aliquid velle loqui confingentes, pro cujus certè honore plus quam ipſi, Nos loquimur; nunc arbitrio noſtro omnia Regem velle, ſi permittemur, & præſertim Eccleſiam. Nam quod nos de ſtultitia & præcipiti temeritate etiam culpauit, ipſum ſanè exiſtimamus, ſermoni appetito innuentes, ſapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. Et iterū, quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus vt confundat ſapientes. Suam ergo ſibi habeant prudentiam, & cum illis numerentur, de quibus apud Prophetam, prudentes ſunt vt faciant mala, bona autem facere neſcierunt, noſtram nobis ſtultitiam, quam ſuæ anteponimus Sapientiæ, relinquant. His & aliis multis detractionum morſibus, *Princeps Illuſtriſſime*, mordent dente maledico apud vos famam noſtram, ſicque ſuis mendaciis, dolis & machinamentis à veritatis luce per Nos auribus veſtris inſtillanda rejicimur, ne vllam audientiam in veſtro conſpectu obtinere, niſi perrarò poſſimus. Ita fit vt in errore & veri ignorantia vos veluti captiuatum detineant ad diſſimulationem & impedimentum rei. Tota etenim eorum eò tendit & ſpectat intentio, tota mens, totus conatus, vt ejuſmodi friuolis ſermonibus tempus teneant & negotium differant, quò diuturnius poſſint Eccleſiæ ſpoliis ſic turbatæ incraſſari. Magnas quippe dignitates & craſſa Beneficia nunc turbata Eccleſia aſſequuntur, quas integra ac vnicâ nunquam adipiſci poſſe & meritò confiderent. Vnde & eorum vulgatiſſimum extat vſu prouerbium, *Optimum eſſe factum piſcari in aqua turbida.* Quorum idcirco naturæ audienda ratio eſt, nuncque toleranda, quod vias omnes repertas quamlibet exactas & commodas calumniari ſtudent, cum nullas tamen penitus alias afferant.

Quod verò Nobis imponunt, nos arbitratu noſtro omnia regere velle, niſi obuiam iretur, faciunt quod ſueti ſunt, impudenti mendacio nec colorato vtuntur non Eccleſiam regere, ſed regi volumus: ipſi verò non regere, ſed vexare, lacerare & omnino diſſipare volunt. Quod quia diſſimulare aut æquanimiter ferre conſcientia ipſa ac veritate cogente nec volumus, nec poſſumus, inde in Nos configitur hæc culpa in tanto Eccleſiæ periculo. Vbi & ſaxa clamare deberent, nos mutos eſſe conuenit? Timeremus profectò de ſcientiæ talento abſcondito à Domino veniente redargui, quis vllus jam remedio locus erit, cum graui confuſione vniuerſa depereant, ſi tam malè agitur ab ignaris, & ſcientes quidem agendi generaliter vt ſubducto loquendi elingues eſſe oportet? quid aget noſtra illa prædicandæ veritatis tanto ſudore quæſita licentia? Quid operabitur, quando ſuum expendebit officium? ſi nunc nequit. Quandò vociferabitur, ſi modò reticet? quando ſe exeret, ſi nunc recondita manet? *Clama*, inquit Propheta, *ne ceſſes, & neque metuas à facie eorum, quia ego tecum ſum. Proindè vos obſecramus, Princeps Chriſtianiſſime*, vt hanc ſacratiſſimam vnionem aut per alteram viarum ſuperius expreſſarum, aut aliam vel alias idoneas per Conſilium veſtrum, ſi iſtæ forſitan minùs ſufficient, cogitandas ſolicitè vigilando intendere & quam maturè velitis, obſecramus. Preterea oramus obteſtamurque in charitatis Chriſti viſceribus, per amorem eximium, quem ad filiam geritis, ſemperque geſſiſtis, per ſalutem Eccleſiæ & Religionis Catholicæ, quâ pro modulo noſtro vna vobiſcum flagramus, per inſitum illum veritatis audiendæ generoſum affectum, cujus vos amantiſſimum eſſe ſcimus, ne animum inducatis oblatratoribus iſtis, in noſtræ famæ, nominis aut honoris detrimentum nobis prius non auditis in aliquo aſſentire, vel ſiniſtrum quid de nobis ex talium fallaciſſimo relatu, quoniam obinde malam ſui ſuarumque oblocutionum opinionem ingerunt, qui nunquam palam contra Nos & apertè, ſed in angulis potius & latebris obmurmurant, ſolâ confiſi nocte nec audentes cum noctuâ in clarâ luce verſari. *Qui*, inquit Saluator noſter, *malè agit odit lucem*, & cauſam quare, ſobjicit, *quia in luce manifeſtantur opera eius.* Diſcerpitur enim Bubo aut noctua volucribus cæteris confeſtim, vt ſe in lucem contulit. Congrediantur aperte nobiſcum, ſi quid aduerſum Nos habent, & Nos certaminis căpum nudè armati, clypeo armati veritatis non refugiemus, licet vitiis omnibus & tota mendaciorum officina inſtructi veniant De ipſius enim opere veritatis confidimus, qui ſuis aſſertoribus in Euangelio ſpondet, *Dabo vobis os & Sapientiam, cui non poterunt reſiſtere nec contradicere omnes aduerſarij veſtri.* Nec ſuſpicetur quiſpiam nos propter veſtrum Regium Conſilium hæc dicere. Non profectò ipſum aliquatenus lædere eſt animus, ſed propter

particulares quoſdam malignos homines hæc dicimus, qui cæca ambitione & fallaci adulatione hujus peſtis Schiſmaticæ nutritores, *Vos Princeps Sereniſſime*, Conſiliumque veſtrum vtique prudentiſſimum ſeducere & turbare vehementiſſimè nituntur. Quos forſan dum opus erit, licet nunc ſe in tenebris occultent, in lucem & notitiam educemus. Et quoniam manifeſtâ id exigente hominum malitiâ in hac noſtrâ ſincerâ veritatis aſſertione, quâ pro pace Eccleſiæ & pro euidenti bono, non pro temporali vllâ mercede certamus, quamplurimos Interpretes ſiniſtros nos ingenti veriſimilitudine habituros ſuſpicamur, Lectorem in Chriſto quemlibet & Eccleſiæ filium exoramus, vt piâ intentione, non mordaci reprehenſione accipiat dicta noſtra, & quid, quare, vnde moti hæc dicamus, prius cum vigilantia intelligat, quàm judicando accuſet aut condemnet. Si qui verò vſque adeo contra veritatem pugnarent hoſtiliter, vt eam clarè agitatam proſequerentur etiam obſtinatè, nihil ab illis petimus, ſed eos deſperatos ac pejerantes in Spiritum veritatis à Deo & veritate derelictos deſerimus.

Sed quia jam ſatis diu nos cum Nauicula, ſatiſque ſuper fluctibus & ſæuiſſimis procellis agitati vela noſtra laborando laxauimus, libet jam portum petere, qui vt nobis liberior tutiorque pateſcat, quieſcentem nunc Dominum excitemus, obſecrantes inſtantius vt quaſſatam penè vndis ratem ſuam, nec jam ſine ſua ope obniti valentem tandem aliquando ſeruet, ventis & mari imperans, vt poſitis turbinibus jam vlterius ſæuire deſiſtant, quò per placata æquora & dulces immiſſas auras Nos cum eâ pacis littus tandiu deſideratum quam proximè teneamus, Amen.

Datum in noſtra Congregatione Generali apud S. Bernardum, vt moris eſt, in arduis celebratâ vnanimi Facultatum ſingularum & Nationum conſenſu 8 Idus Iunij, vigiliâ videlicet Pentecoſtes: quo die Spiritus ſanctus, Diſcipulorum in vnum *congregatorum illapſus & charitate concordes inundantis gratiæ profuſione repleuit: quem & noſtro tam concordi Conuentui eâ horâ adſtitiſſe piâ & veriſimili conjectura credimus.* Anno Dom. 1394.

Hanc Vniuerſitatis Pariſienſis deliberationem Oratoris ſui ore pronunciatam, & ſcripto conſignatam auribus & oculis Rex accepit; ſed eâ die nihil aliud reſponſum eſt ab eo, *niſi Rem eſſe magni momenti, ſibi placere zelum & feruorem Vniuerſitatis in aſſerendâ Eccleſiæ pace, illique propediem ſignificaturum quid in hanc rem decreuiſſet, rediret certâ die, certiuſque reſponſum relaturam.* Agnouit Vniuerſitas ſibi dari verba. Et licet Rex, Luduuicus ejus frater Dux Aurelianenſis, patrui & cognati, Principes alij & Proceres ac Prælati, inter quos eminebat Simon Cramaudus Lemouicenſis, Patriarcha Alexandrinus, Expoſtulationem Vniuerſitatis læto atque hilari vultu & animo audiuiſſent, iſtamque dicendi & loquendi libertatem maximè probauiſſent tempori, nimirum valde opportunam; nihilominus tamen artibus Petri de Luna Cardinalis, & Ducis Bituricenſis factum eſt, vt Reſponſum Regium differretur.

Ad diem autem dictam conueniunt Legati Academici definitiuum Reſponſum accepturi. Et hoc accipiunt Regis nomine, Cancellarij ore, nimirum Regi non placere vt ea de re deinceps agant, aut negotio ſe immiſceant, neue Litteras vllas aliunde ſcriptas accipiant aut aperire audeant, priuſquam Regi obtulerint. Tale Reſponſum ſibi factum iri præuiderat Vniuerſitas, monita ſcilicet & edocta, quid rerum in Curia pro Clemente moueretur. Atque idcirco habitis Comitiis poſt ſolemnem deliberationem iiſdem ſuis Legatis injunxerat, vt ſi tale Reſponſum daretur, ſignificarent Cancellario *ceſſaturam Academiam à Lectionibus & ſacris Sermonibus, omnibuſque aliis Studiorum actibus, niſi & donec iuſtis eius petitionibus ſatisfieret.* Ita referunt Monachus San-Dionyſianus, qui Caroli VI. ſcripſit Hiſtoriam, & Ioannes Iuuenalis de Vrſinis, qui tunc temporis Præfectus erat Mercatorum & in rerum adminiſtratione verſabatur.

Epiſtola Nicolai Clemengii ad Carolum VI. Francorum Regem de reformatione Eccleſiæ.

Scripſit quoque anno eodem Nicolaus de Clemangiis ſuo nomine ad Regem Carolum Epiſtolam ordine primam, quâ eum adhortatur vt Eccleſiam reformet & Schiſmati medeatur. Ita nec Academia, nec Academici vllis minis aut terroribus retardabantur à pio pacis deſiderio.

» Non meum, Princeps Chriſtianiſſime, fugit animum, quot aduerſum me » calumnias concitem, quantiſque me æmulorum morſibus ac latratibus objiciam,

qui humilis atque ignotus ſenſu pariter naturaque junior tuæ ſublimi Celſitu- «
dini de rebus maximis atque arduiſſimis ſcribere adurior : ſed zelus ardentior «
domus Dei, qui me ad hoc aggrediendum dux, monitor impulſorque eſt, apud «
tuam vt confido Clementiam me excuſabit: quæ ſi aures placidas præbuerit piiſ- «
que dignabitur hortatibus mentem benigniſſimam inclinare, linguas ac maledi- «
cta obtrectatorum facilè deſpiciam. Quonam vſque igitur Princeps potentiſſi- «
me, quovſque tandem hanc miſerabilem ſanctæ Eccleſiæ ſectionem patiere? «
Quandiu Sacroſanctam Chriſti Religionem cachinnis atque irriſionibus infide- «
lium ſubjacere permittes? Quovſque domus Dei ædificium ſacroſancto pigno- «
re Sanguinis proprij Filij conſtructum & conſecratum & dedicatum tuiſq; tem- «
poribus corruere ac demoliri ſines? Ecce jam ternis exactis luſtris, Petri nauicu- «
la horribiliter disjecta diſſipatur alterniſq; & aduerſis flatibus adeo concutitur, vt «
ruptis jam magna ex parte cõpagibus vix ſibi cohæreat. Hinc Syllam videt, hinc «
Carybdim. Hinc Scyllæ permittit monſtri Canibus lacerari, inde Carybdis «
capaciſſimæ dirâ voragine ſorberi: vix tamen tam longis temporibus de illa tan- «
tis ex periculis eruenda in tranquillumque portum perducenda aliquis cogita- «
uit. Rarus eſt qui eius vicem doleat, aut de illius ſit ſalute ſolicitus. Dormit nau- «
clerus, dormiunt Remiges & in tanto tamque periculoſo naufragio torpentes «
ſopiuntur. Eſt ſane vt verbo dicam Virgilij, eſt iſte conſanguineus lethi ſopor. «
Quis enim niſi ſenſus inops naui in tali conſtitutâ tempeſtate cum capitis ſui peri- «
culo dormiat in ea? quæ autem alia res hanc plagam crudeliſſimæ diuiſionis Ec- «
cleſiæ intulit, niſi ſopor miniſtrorum, ac gubernatorum? *Seminauerat homo Chri-* «
ſtus bonum ſemen in agro ſuo, cum autem iuxta Euangelicam parabolam, dormirent «
homines, venit inimicus homo & ſuperſeminauit zizania in medio tritici & abiit. Ecce «
quomodo ſeminator zizaniorum tẽpus ſoporis ac negligentiæ Colonorum ſpar- «
genda ſuæ nequitiæ virulenta ſemina vigilanter explorat: Noctem quippe quæ «
tempus ſomni eſt, & tenebras Princeps tenebrarum diligit, vnde & noctem Pro- «
pheta metuens propter hoſtiles inſidias ad Dominum clamat, *Cuſtos quid de* «
nocte, Cuſtos quid de nocte? In mari ſiquidem magno ac ſpacioſo mundi hujus, «
cantu Sirenum dulci ſono delectati obdormiſcimus. Hoc eſt ſi quis metaphoram «
intelligit, dum rerum ſpecialium blanda & fallaci ſuauitate nimium capimur at- «
que allicimur, in iiſque patriæ obliti requiem requirimus, quaſi in molli ſtrato, «
languido inertique otio torpeſcimus, & qui vigili ad patriam curſu tendere de- «
bueramus, dulciaque Sirenum carmina pernicioſè blandientia ſurda velut aure «
vitare atque declinare, illis capti & conſopiti, tum patriam fugimus, tum in peri- «
culum exitiale pertrahimur: ſopitis autem gubernatoribus quis nauem periclitari «
meretur, quæ ductu atque regimine deſtituta & ventis vndique permiſſa facilè in «
ſyrtes & ſcopulos aut vaſtos gurgites incurrit. Quomodo autem naui periclitante «
nos à periculo liberabimus? ſi in naui fuerimus, nobis cum illa pereundum eſt, ſi «
autem extra effugerimus, ſalus nos effugit: cum extra nauem Eccleſiæ nulla ſit «
ſalus. Niſi enim in naui manſeritis, ſalui fieri non poteſtis: verba ſancti Pauli in «
Actibus Apoſt. vna nobis eſt ratio, vna ſpes ſalutis, vt & in naui ſimus & in illa «
non dormiamus, ſed ad noſtram & illius ſalutem ſedulo vigilemus ipſoſque dor- «
mientes Rectores, voce, precibus, inſtantia, pulſu denique & ingentis voce «
clamoris excitemus: diſcipulorum fratrum exẽplumque ſecuti, qui valida jactati «
tempeſtate Dominum in naui dormientem trepidi atque contriti excitauerunt. «
Dormiebat autem Dñs corpore, veritatem in ſe noſtræ infirmitatis inſinuans, «
mente autem diuinitateque vigilabat qui per ſeipſum in Canticis loquitur, *Ego* «
dormio & cor meum vigilat. Nautæ autem noſtri quibus Catholici eſt nauigij com- «
miſſa cuſtodia, non tantum corpore ſed mente dormiunt; ſuæ curæ, ſuæ cuſto- «
diæ, ſui oneris atque officij, ſui poſtremo noſtrique periculi immemores, quos «
tum vigilare oportuerat illumque diligenter meditari verſiculum. *Non dormita-* «
bit neque dormiet qui cuſtodit Iſraël. Sed ſi illi in tanto naufragio dormire non me- «
tuunt, nunquid & nos debemus cum illis ſomniculoſo ſopore reſolui, totamque «
ratem totamque vecturam fluctibus oppreſſam demergi permittere? *Hactenus* «
Rex Clementiſſime, te ab hujus præclariſſimi operis aggreſſu ætas excuſauit, ſom- «
numque tibi aliquandiu pueritia indulſit, nondum ad has res intelligendas con- «
firmatis animi viribus. Quandiu autem ab his curis ætas imbecillior te vacare «

» coëgit, nos ab iiſdem etiam vacare & quodammodo ſecum quieſcere neceſſe
» fuit, qui ſine te duce ac ſignifero parum poteramus. Sed nunquid qui dormit
» non adjiciet vt aliquando conſurgat? Expergiſcere tandem aliquando, *Princeps*
» *Illuſtriſſime*, conſurge ſomnumque excute; puerilia deſideria, juuenileſque cu-
» ras abjice & viriles cum maturâ ætate indue. *Aggredere ô magnos animi maturus*
» *honores.* Aperi oculos tuos & vide in quanto verſere periculo, in quanto nos &
» ſancta Eccleſia & fides Catholica, primò verò orbis vniuerſus. Tuum eſt his
» mundi mederi languoribus, Eccleſiæ cladibus ſubuenire, fidem tueri, pacem
» quærere, malum furialis ſchiſmatis abolere. Æmulare virtutem majorum tuo-
» rum Illuſtriſſimorum, qui pro Eccleſiæ defenſione nullum laborem recuſaue-
» runt, nullum periculum adire timuerunt. Sit hoc geſtorum tuorum quæ te mul-
» ta glorioſa manent, initium, vt tam fauſtum proſperumque principium cæte-
» rorum ſit operumque tuorum felix auſpicium. Noli in tua fama & gloria, quæ
» te terra quæ gentibus incolitur, ſublimem prædicat, hanc labem relinquere, vt
» S. Eccleſia à tuis clariſſimis atauis egregiè dotata, potenter protecta, latius
» ampliata, atque propagata, excellenter ac mirificè illuſtrata, turpi miſerabili-
» que ruina te Rege corruat. Succurre parenti filius. Rex Reginam adjuua, liber
» captiuam libera, ſoſpes ægram ſana, miles inuictâ fortitudine militanti auxilia-
» re. Tunicam Chriſti inconſutilem quam cruenti milites ſciderunt, per impios
» & carnales Chriſtianos nefariâ ambitione laceratam reſarcire ſtude. Nec te
» labor terreat aut rei difficultas, facilè opus expletur, in quo Chriſtus operator
» adeſt: Comes, autor, adjutor, vbi autem ille adjutor erit, ſi in ſponſæ ſuæ nego-
» tio non fuerit? quid dico ſponſæ ſuæ, cum ſuo potius dicere debuerim. Suum
» namque eſt quidquid virtutis ſponſa, quidquid gratiæ, quidquid fructus, aut
» bonitatis, quidquid pacis, quidquid ſalutis, quidquid honoris & dignitatis, quid-
» quid denique vnitatis, & concordiæ habet. Quis ergo illum non adfuturum ſuo
» operi negotioque crediderit, cujus ipſe non ſolum adjutor, ſed principalis opifex,
» motor & ductor eſt? In virtuoſo enim quolibet opere Dei magis dici debemus
» coadjutores, quã ille adjutor noſter, quamvis vtroq; genere ſcripturæ vtatur: ſed
» ille eſt in omni actione principalior cauſa quæ cæteras ad agendum præue-
» nit ac præmouet, & quæ illas etiam in agendo dirigit: cæteræ autem velut Mi-
» niſtræ illi ſubſeruiunt. Inde eſt quod per Paulum clara voce dicitur, DEI *enim ad-*
» *jutores ſumus.* Summa autem eſt dignitas Deo ſeruire, Deique adjutorem eſſe.
» Si illi ſeruire decet quàm eos qui volunt & gaudere & regnare. Hinc eſt quod ad
» Reges prophetauit, *Seruite Domino in timore.* Quod autem acceptabilius ſerui-
» tium potes facere illi quàm ſuam ex tetra calamitate Eccleſiam liberare? Pote-
» rat ille eam continuo ſolo juſſu, imo ſolo ductu, imo etiam ſolo nutu liberare, qui
» omnia dixit & facta ſunt, & omnia quæcunque voluit, fecit in Cœlo & in
» terra. Sed non ſolus hoc vult agere, verum homines in tam glorioſo opere ſo-
» cios atque adjutores habere, vt inde ſibi apud ſe meritum comparent, & apud
» homines laudem & honorem acquirant. Vide quantos inde fructus ſis conſecu-
» turus, & noli te fruſtra laboraturum exiſtimare. Incipe igitur ô pugil Eccleſiæ
» inuicte, incipe feliciter, quoniam vſque ad hæc tua tempora Deus ſibi inta-
» ctum & integrum ſeruauit, vt perfectum integrumq; honorem inde reportares,
» nec tuorum anteceſſorum gloriam in Eccleſiæ ſubuentione fraudaueris. Nec de-
» futurum tibi hominũ crede auxilium. Mox enim vt ad hoc te aſpirare vniuerſo-
» rum cœtus fidelium agnouerit, tibi Reges, tibi proceres, tibi exteræ Nationes
» adjungentur, quæ tuum in hac re fideliſſimum ductum jamdudum paratè & vo-
» luntariè expectant. Quidquid autem ſingulis erit induſtriæ, quidquid virtutis
» & facultatis & peritiæ, libenter impendere certabunt: adeo cujuſlibet fidelis
» animus hujus boni optatiſſimi flagrat deſiderio votiuiſque accenditur ardoribus:
» procul autem ſit à tuis moribus, vt tam pia fidelium vota irrita facias, ſpemque
» ingentem in hac materia de te conceptam velut caſſam atque inanem euacues.
» Vnum auſim dicere, cujus mortaliũ vtilius fuiſſe non naſci quàm hujus nefandæ
» diuiſionis fautorem atque alitorem permanere. Nonne autem fautor quodam-
» modo eſt, qui in Eccleſiæ pacificatione ſuam operam ſuumque laborem vel
» apertè impertiri denegat vel inerti negligentia diſſimulat: nec iſta propterea,
» Rex optime, dixerim, quod de tua Regia Majeſtate tale aliquid ſuſpicer. Abſit

vt

vt de tua optima natura, ſuo generoſo inſtinctu ad omne bonum inclinatiſſima tale aliquid ſiniſtrum ſentiam, ſed idcirco hoc dixi, vt ſi tam infeliciter nati eſſent homines quod hanc ſacratiſſimam concordiam turbare atque impedire congerrentur, apertius videas in quantum ſe damnationis barathrum præcipitent, ne venenato talium ſermone peſtiferaque ſuaſione deludaris. Datum Pariſius.

Dum hæc ita ſe Pariſiis habent apud Regiam, Vniuerſitas nihil quod ſui officij eſſe poſſet pro Bono pacis, omittendum rata, ſcripſit quoque ad Clementem & ad Cardinales Auenionenſes triplicemque pacis reducendæ viam, quam Regi obtulerat, ſignificat, obteſtaturque vt ad eum ſeriò animum applicent, afflictæ Eccleſiæ miſereantur, nec eam diutius tam pernicioſo Schiſmate ſcindi & diuelli patiantur. Leguntur autem hæ Litteræ in MS. Bibliothecæ Victorinæ notato hiſce characteribus. *B. 31. Fol. 23. verſo.* Priori hic titulus præfigitur.

COPIA LITTERARVM D. CLEMENTI PAPÆ VII. ex parte Vniuerſitatis Pariſienſis ſuper facto vnionis Eccleſiæ. Superſcriptio autem Epiſtolæ talis eſt.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino D. Noſtro Clementi Sacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici.

COEGIT nos tandem, *Pater Beatiſſime*, Chriſti fides, coëgit Chriſtianæ Religionis Deuotio, coëgit diuturnitas jam intoleranda nefandiſſimæ peſtis Schiſmaticæ, quæ magis in dies creſcit, roboratur atque inualeſcit nemine efficaciter remedium apponente, coëgit miſerabilis & horrenda Eccleſiæ ſanctæ Dei ſubuerſio ac diſſipatio, vt ad quærendam, tractandam, necnon pro vicibus noſtris procurandam Eccleſiæ Catholicæ vnionem vigilanti ac ſedulo intenderemus animo, vtque imprimis ad hanc Rem Chriſtianiſſimum Principem Carolum Regem Francorum Illuſtriſſimum, ac deinde per ejus medium ad ipſum ni fallimur, aptiſſimum, Beatitudinem veſtram ſuppliciter hortaremur. Mouit ad hoc debitum noſtræ Profeſſionis Officium, quo & veſtræ & ſuæ ſaluti ac totius Eccleſiæ tenemur obnoxij. In Paſtoribus ſiquidem & Doctoribus maximè totum regimen Eccleſiæ conſiſtit. Faciant Paſtores quod ſuum eſt, Nos certè noſtrum docendi, ſi Dominus annuerit, nullatenus omittemus officium. Quod quanquam omni tempore congruum ſit & neceſſarium, præcipuè tamen hoc tempore quo tam multis anguſtiis, ærumnis & ſcandalis per hoc execrandum Schiſmate Eccleſia atteritur. Ad quid enim Nos docendi licentiam ſuſcepimus, ſi nunc inter tot grauia Eccleſiæ & fidei diſcrimina à veritate docenda tacendum eſt. *Clama*, inquit Propheta, *ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.* Mouit ad hæc præterea præfati D. Regis Imperium, qui nos ad cogitandas Eccleſiaſticæ pacis vias Regiæ Serenitatis edicto, quod minimè præterire nobis licet, excitauit. His itaque aliiſque plurimis rationibus, quas breuiandi gratia ſubticemus inducti quandam ſuper re iſta Epiſtolam, vtrum tam efficacem quam ſincero fideliquе affectu compoſitam Regi ipſi memorato direximus, intentionis noſtræ in hac parte plenius & vberius expreſſiuam: quæ tres Concordiæ vias à nobis excogitatas & tanquam conuenientes approbatas cum ſuis appendiciis & motiuis complectitur. 1. Via eſt Ceſſionis aut renunciationis plenariæ ad totale jus illud quod habetis in Papatu, vel pars aduerſa prætendit. 2. Eſt Concilij particularis vel Compromiſſi 3. Eſt Concilij Generalis formaliter aut æquiualenter.

Modi autẽ exequendi quamlibet harum viarum, cum juſtificationibus earundẽ ſatis in dicta Epiſtola, quantum Epiſtolaris patiebatur anguſtia expreſſi ſunt; aliàs tamen fortaſſe adhuc magis explicandi. Quam idcirco Epiſtolam veſtræ Beatitudini non mittimus, quod per Regiæ præceptum Majeſtatis tranſmiſſam eſſe ſcimus. Cæterum, Beatiſſime Pater, nobis ea quæ audiuiſtis erga præfatum Principem pro Eccleſiæ ſalute & concordi vnione agentibus, & circa tam ſanctum opus pium ac Religioſum operam dantibus ſuperuenit inimicus homo, qui antiquis zizaniis noua ſuperſeminando hunc totum laborem noſtrum tam ſalutarem tamque fructiferum extinguere & caſſare, licet fruſtra, molitus eſt. Et primò quidem tentauit audientiam noſtram in Regia præſentia impedire quò

facilius factum rumperetur. Deinde vbi hoc cœptum minimè ſuccedere ſenſit & ſe penitus eluſum de ſpe decidiſſe vidit, ad aliam ſe fallaciam continuò conuertit, & ſuper hac materia perpetuum ſilentium imperari niſus eſt, ſed certè dignam nimirum meritamque repulſam retulit, qui à Rege Chriſtianiſſimo, Chriſtianaque eius progenie tam impium, nefarium, tamque execrabile ſcelus popoſciſſet, vt ſuper Religionis & fidei Chriſtianæ materia, ſuper Eccleſiæ ſanctæ diſſipatione damnabilique jactura Doctoribus Eccleſiæ & lucernis ardentibus ſilentium imponeretur. Nequam qui hoc cogitauit, nequior qui tam iniquo cogitatui conſenſit: nequiſſimus, qui hoc ipſum abominandum facinus explere voluit. *Heus, Pater Beatiſſime*, iterum Heu, tertio Heu: quod vir Eccleſiaſticus hoc audeat? ſi quis id verbo duntaxat pertinaciter diceret, hæreticum cenſeremus, & nos publicè fieri idipſum atque impunè feremus? Deterioris multo exempli ſunt facta quàm verba. Beatitudinem veſtram talium vindicem eſſe decernatis, quam & nos in vltionem hujuſcemodi malorum appellamus, imploramus atque exſpectamus. Nam de modis & remediis per quos ſuum damnabile propoſitum obtinere conatus eſt, quid attinet ſcribere? noti pœne omnibus nec etiam digni ſcribi, ne paginam hanc noſtram ſua fœditate polluant. Et ne erret æſtimando ſecutos eſſe illos, ſatis certè ſcimus eos, ſciunt omnes propemodum & mirantur Regni hujus Chriſtianiſſimi accolæ, ſcient proh! pudor exteræ Nationes: ſcient, inquam, vtinam non ad veſtræ ſinceritatis dedecus, vtinam non ad veſtræ cauſæ detrimentum, vtinam non ad totius Eccleſiaſtici ordinis confuſionem, opprobrium & contemptum. Ea propter, *Pater Beatiſſime*, per fidem integerrimam, per fœdus inuiolandum, per amorem ampliſſimum & ſanctiſſimum quem ad ſponſam Eccleſiam habere debetis, per Paſtoralis vigilantiæ ſolicitudinem, per maternæ miſeriæ diſſenſionis, aut ſcandali compaſſionem commiſerationemque, per ſi quid veſtri honoris animo curæ reſidet, per quam vobis cara eſt ſalus animæ, vos hortamur, & iterum iterumque repetentes Charitatem veſtram monemus, vt ad hanc ſanctiſſimam concordiam; quæ in manu veſtra ſita eſt, non vltra jam prorogando intendatis. Satis jam ſatis huc vſque ceſſatum eſt, ſatis tepuimus, ſatis quieuimus, ſatis exſpectauimus. Exurgendum tandem aliquando ad pacem eſt, & deſides tepenteſque jam animi ad hujus rei aggreſſum excitandi, niſi Schiſma perpetuum, quod Altiſſimus auertat, in Eccleſia Chriſti auertere proponimus, quia jam eo ventum eſt, & in tantam perniciem erroremque res proceſſit, vt plerunque paſſim & publicè non vereantur dicere, *Nihil omnino curandum quot Papæ ſint*, & non ſolummodo duo aut tres, ſed decem aut duodecim, imo & ſingulis Regnis ſingulos præfici poſſe, nulla ſibi inuicem poteſtatis aut Iuriſdictionis authoritate Prælatos, quod in quantum detrimentum Rom. Eccleſiæ & totius Eccleſiaſticæ policiæ, immò & Religionis Catholicæ vergat, judicate, vt Beatitudinem veſtram felicibus ſucceſſibus ſecundare velit Chriſtus, & eò plus felicibus, quoad Eccleſiæ ſuæ vnionem majori diligentia vigilaueritis. Scriptum Pariſius in noſtra Congreg. Generali.

Deuoti veſtræ ſanctitatis Oratores
Filij Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis.

Ex hac Epiſtola patet quàm odioſus fuerit Vniuerſitati Petrus de Luna Cardinalis fautor acerrimus Schiſmatis, quem in Conſilio Regio incubuiſſe ait, ne ſibi daretur audientia, vtque perpetuum ſibi ſilentium imponeretur. Neque enim dubium eſt, quin de illo ad Clementem loquatur. Quomodo verò poſtquam idem Papa factus eſt, eadem Vniuerſitas cum eo egerit, ex dicendis patebit. Iam verò ejuſdem Vniuerſitatis Epiſtola ad Cardinales eſt ejuſmodi.

Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus Decano & Vniuerſæ S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Cœtui.

SCribimus, *Reuerendiſſimi Patres*, Domino noſtro Summo Pontifici ſuper facto vnionis Eccleſiæ Litteras hortatorias in hanc formam. Coëgit tandem Nos Chriſti fides, coëgit Chriſtianæ Religionis Deuotio. Et cætera vt in priori Epiſtola vſque ad finem. Tum ſubjungit. *Vos itaque Reuerendiſſimi Patres*, qui Eccleſiæ Romanæ baſes & columnæ eſtis, in Diuini nominis amore, & ſupernæ charitatis, Officiique & honoris veſtri reſpectu requirimus, hortamur, obteſta-

mur, quod vt laborē hunc noſtrum pro hac ſancta vnione Eccleſiæ ſincera mente ſuſceptū, quem ſacrato Collegio veſtro gratum eſſe arbitramur, fouere & adjuuare, ad proſperumque exitum dirigere dignemini, Dominumque Summum Pontificem, cujus lateri jugiter aſſiſtitis quorum ipſe conſilio in agendis vti debet, monere, ſolicitare, hortari, allicere ad hoc opus ſanctiſſimum quantum in eo fuerit, maturè & celeriter exequendum. Quod & Sanctitati ſuæ & Reuerendiſſimis Paternitatibus veſtris principaliter incumbit, & maximè ſpectatum officij debito cum honoris ampliſſimi dignitate, cui eſt onus & cura Eccleſiæ anoexa tamen majori profectu & emolumento, quod ab Eccleſia ipſa pro ſeruitio eidem impendendo percipitis. Et per Dei miſericordiam non ſinite Decus veſtrum vſque adeo minui, aut ad hoc rem deuolui, vt per homines laicos atque ſeculares ad perpetuum veſtri & Eccleſiæ contemptum pacem iſtam reformari neceſſe ſit; quod proculdubio fiet niſi per voſmetipſos citiſſimè prouiſum ſit. Et ſi noſtra induſtria vobis in aliquo ſuffragari ad hanc materiam poſſit, habebitis Nos fideles & conſtantes tam virtuoſi operis Miniſtros. Nec de nobis quodammodo diffidite, quia non fluctuabimus quæcunque difficultas aut diſcrimen immineat, etiamſi vitas noſtras exponere deberemus. Paternitates veſtras nobis honore maximo venerandas ad ea quæ ad pacem ſunt Hieruſalem cogitanda, complendam viſitet & tueatur ille cujus res agitur cœleſtis Dei Filius Ieſus Chriſtus. Scriptum Pariſius in noſtra Congregatione Generali.

Humiles & aſſidui Oratores veſtri Rector & Vniuerſitas Pariſienſis.

HÆ Litteræ, vt dictum eſt, leguntur in MS. Victorino. Et ad calcem prioris legitur Papam nullum dediſſe ad Vniuerſitatem reſponſum ſcripto, ſed tantum ore verba hæc protuliſſe, *Litteræ iſtæ malæ ſunt & venenoſæ*. Neque poſt earum receptionem vllum animo gaudium habuiſſe: quinimo paulo poſt fatis conceſſiſſe, nempe die Mercurij 16. Septemb. anni prædicti 1394. ſepultumque fuiſſe apud Dominam noſtram de Donis: Deinde, die Sabbathi quæ fuit..... ejuſdem menſis Cardinales ſubiiſſe Conclaue, & die Lunæ ſequenti elegiſſe viā Scrutinij Petrum de Luna Cardinalem Vniuerſitatis hoſtem infenſiſſimum, qui ſe Benedictum XIII. appellari voluit. Redierant verò Auenione Vniuerſitatis legati priuſquam de morte Clementis nuncius adueniſſet, retulerantque reſponſum quod Pontifex ore protulerat. Super qua Reſponſione verbali iterum Legatos elegit ad eum Vniuerſitas, & hanc illi deſtinauit Epiſtolam, vt in eodem MS. legitur.

Epiſtola Vniverſitatis ad Clementem VII.

PAucis abhinc, *Pater Beatiſſime*, diebus exactis nobis in mentem venerat ſuper procurāda pace deſolatæ jam tandiu per hoc ferale Schiſma Eccleſiæ, Beatitudini veſtræ Litteras hortatorias mittere, ad id agendum & legitimis de cauſis vrgentibus, quas in Litteris eiſdem expreſſimus. Et viſum nobis fuerat nihil non aggredi poſſe, quod & Deo placentius & meriti celſioris eſſet, quod & laudes ampliores & fructus, quod mundo & fidelibus vniuerſis optatius, quod denique eidem Sanctitati veſtræ gratius eſſe deberet atque acceptius, quàm ſi ad hanc vnionem ſanctiſſimam tum juxta noſtri moduli portionem per nos ipſos, tum quod noſtri proprium eſt officij, cæteros ad eandem rem inducendo elaboraremus. Verum aliter multò quàm rebamur, eueniſſe quantum ad id poſtremum, rumoribus quibuſdam, vtinam prorſus falſis, nobis verò vix credibilibus audiuimus. Eſt itaque huc relatum, cum memoratas litteras parte noſtra directas legendo peruidiſſetis, vos velut eis offenſum grauiter, indignabundum & moleſtè admodum ferentem in verba hæc erupiſſe, *Malæ ſunt & venenoſæ.* Quod ſi vanum & fictum eſt, vt magis credimus, grata veſtra Reſponſio ſe ad pacem Eccleſiæ voluntariam monſtrans effectu fidem facere debebit, & vt ſperamus, faciet. Sin verò, quod procul abſit, id verum eſt, & ſupra modum miramur; & dolemus quod tam indignum facinus patrio excidit ore. Nam proh Dei atque hominum fidem! *Pater Beatiſſime*, vnde venenum emergit in re iſta? labor iſte tam ſanctus eſt, materia tam ſancta, tamque impolluta, vt ne veneno pollui, nec venenum admittere vllum in ſe poſſit, etiamſi quis cuperet infundere,

Nos verò non id cupimus, qui in re hac puro corde, ſincera intentione, verâ & inobliterabili ratione, teſte Deo proceſſimus, & ad concordiam vſque Deo ſemper propitio procedemus, ne quis Nos jam tepeſcere & tædio victos eſſe ſuſpicetur. Et vt partes Epiſtolæ percurramus, an illud venenoſum eſt quod labenti Eccleſiæ in ipſius exitio condolemus? quod officij debito & conſcientia ducti hunc laborem ſuſcepiſſe nos dicimus? quod Principem Chriſtianiſſimum Carolum Regem Francorum ad hoc opus ineundum induximus? quod Sanctitatem veſtram ad id ipſum piâ quidem & firmâ charitate commonefecimus? vnde hæc venenoſa ſunt? non videmus. Si quis acutius cernit in dignoſcendis venenis, ab eo libenter multùm doceri vellemus, quo acutiores aliàs in deuitandis anguibus venenoſis & tutiores eſſemus.

Cæterum illa forſitan venenoſa arguitur oratio, quâ in inimicum hominem tam ſalubris propoſiti ac operis, quantum quidem in ſe erat, turbatorem paululum & non certè pro rei magnitudine induximus. Quod ſi id vitio datur, quid quæſumus deterius aut magis virulentum eſt, vel ad pacem Eccleſiæ laborantes viis talibus qualibus impedire, atque tam ſanctum laborem funditus exinanire ſatagere, vel Doctores Eccleſiæ ad ipſius vnionem perſeuerantem operam impendere, Schiſmatiſque nutritores, qui verè Schiſmatici ſunt, refellere nondum veritas ipſa, licet grauiter oppreſſa vſque adeo corruit in plateis, vt in dubium adducere illud oporteat. Ille venenoſus potius erat dicendus, qui errori Schiſmaticæ perfidiæ hæreſis ſuſpicionem cumulauerit, Doctoribus Eccleſiæ perpetuum machinatus imponere ſilentium, nec quidquam de hoc ad eos pertinere auſus ore ſacrilego euomere. Cui forſitan, dum tempus erit, quantum ad eos ſpectat, elucebit. Beatitudinem veſtram iterum atque iterum in hujus rei vindictam imploramus: Quam ad vnionem communem Eccleſiæ, in rurſus altera vice inſtantius, obnixius, humilius per vberrimam Chriſti charitatem exhortamur. Et non eſt quod miremini, ſed potius ignoſcatis, P.B. ſi forte vehementius ſolito ſuper hujuſcemodi re ſcribimus. In aliis materiis blandiri aliquatenus fas fuerit, ſed Catholica veritas, qualis ea quam loquimur & de qua loquimur, fictas aſſentationes palpantium non recipit. Huc accedunt diuturnitas peſtis Schiſmaticæ cui per tanta tempora non obuiatum eſt, horrenda impendentium breui fortè ſcandalorum immanitas, niſi feſtinum quæratur remedium quæ notiora nobis ſunt, vt credimus, & ex frequenti audita & fatali futurorum ex rebus jam præſentibus conjectura, quàm Sanctitati veſtræ, à qua talium malorum conſideratio per falſos adulatores & Schiſmatis nutritores atque continuatores auertitur. Quæ ſi æquè nobiſcum ſentiretis, non in dubium vertimus, vos hinc tremendæ plagæ de celeri antidoto prouiſurum. Accedit inſuper Eccleſiaſticorum pœne omnium virorum ſimplicium, Litteratorum ac Prælatorum clamor & querimonia aduerſum Nos nec non Paſtores Eccleſiæ, quod tandiu cladis hujus deteſtandam perniciem radicari & coaleſcere nefario ſilentio paſſi ſumus. Sed per vos & per Paſtores antedictos finem his malis imponi exoptabamus, vt vnde morbus cœperat, inde quoque Medicina oriretur. Quare ignoſcite, Pater, ignoſcite, ſi quid forſan aſperius & quod minus placitum aliquibus, in hac re locuti ſumus. Non ex odio aliquo malignóue conceptu, Deum teſtamur, ſed ex zelo vehementi Eccleſiæ hæc veniunt. Si indigeſtè quidquam aut inſulſè, quod ſedulò cauiſſe nouimus, dixiſſemus, propter zelum tamen, quem habemus, parcendum nobis fuerat, neque ſermones noſtri per ſiniſtrum Interpretem in deteriorem partem detorquendi, aut vlla contumeliæ nobis propter eam cauſam ingeri debebant. Sed quid plura? De his videant æmuli noſtri, quos multos nobis peperit amica veritas, quemadmodum verba noſtra arripient. Nos ſedulò ſemper animaduertemus, ne quid in eiſdem juſtæ reprehenſionis aut veneni inueniant. Supplicamus ad poſtremum, *Pater Beatiſſime*, vt ſuper Litteris illis Reſponſum nobis mittere dignemini, & veſtram intentionem in hac parte nobis aperire quoquomodo, vt eidem conformare, quantum facultas tulerit, nos poſſimus, in hacque viâ Domini vnanimes ambulare cum conſenſu. Si vllam trium viarum, quas nos excogitauimus, acceptandam duxeritis, gaudebimus; ſi in manibus quartam forte conuenientiorem vos habere contigerit, eandem nobis pariter & viciſſim patefacere velitis. Nec enim facere credimus vos ad quem

ſumma hæc rerum ante omnes mortales pertinet, per tot annorum ſpatia abſque viæ alicujus cogitatione atque inuentione ſtetiſſe. Beatitudinem veſtram Chriſtus ad ſuæ Sponſæ longa jam ægritudine tabeſcentis ac extenuatæ vnionem inſpirare, promouere, & adjuuare dignetur, Amen. Datum Pariſius in noſtra Congregatione Generali.

Iam obierat Clemens, vt dictum eſt, cum Litteras iſtas ad eum deſtinauit Vniuerſitas, ignara ſcilicet tam præcipitis mortis. Nam ille poſt acceptas Priores Litteras, vt vidit Cardinales fere omnes, excepto Petro de Luna, ſubſcribere Inuentis, ſeu, vt vocant, Facto Vniuerſitatis, iracundiâ & anxietate correptus paucis poſt diebus obierat Auenione ſubitâ apoplexiâ, magno Reipubl. Chriſtianæ bono, ſi ſucceſſorem non habuiſſet.

Cæterum quàm multa ſuo ſtatu indigua paſſus ſit Clemens, non tantùm à Principibus, ſed etiam ab eorum Aulicis & Domeſticis ac familiaribus, veritus nempe ne, niſi eis quidquid peterent, indulgeret, ab eis ſe deſertum videret, docet Nicolans Clemangius teſtis oculatus lib. de corrupto Eccleſiæ ſtatu cap. 27. ſub finem his verbis. Quid Clemente noſtro, quoad vixit, miſerabilius? qui ita ſe ſeruum ſeruorum Gallicis Principibus adjecerat, vt eas ferret injurias & contumelias quæ ſibi quotidie ab Aulicis inferebantur, quas vix deceret in viliſſimum mancipium dici. Cedebat ille furori, cedebat tempori, cedebat flagitantium importunitati, fingebat, diſſimulabat, largè promittebat, diem ex die ducebat, his Beneficia dabat, illis verba. Omnibus quos aut aſſentatoria aut ludiera in Curiis acceptos fecerat, ſummopere placere ſtudebat. Eoſque Beneficiis promereri, quò talium patrocinio, Dominorum gratiam & fauorem aſſequeretur. His itaque & Iuuenibus nitidis & elegantibus, quorum conſortio maximè gaudebat, ſingulos fere vacantes Epiſcopatus, cæteraſque præcipuas dignitates impendebat. Denique vt Principum beneuolentiam facilius aſſequeretur, aſſecutam foueret, fotamque conſernaret, conſeruatam amplificaret, plurima vltro donaria atque xenia illis dabat, quaſcunque ſuper Clero exactioues petere voluiſſent, annuebat vltro, ſæpius etiam ingerebat. Sicque omnem Clerum ſæcularium Magiſtratuum diſpoſitioni ita ſubjiciebat, vt Papa magis quilibet eorum, Papa quàm ipſe putaretur. In hac triſtiſſima ſeruitute, non dico præſidentia, tria vel ſupra temporum luſtra cum incredibili Eccleſiæ attritione conſumpſerunt.

Antequam autem ad ſucceſſoris Geſta tranſeamus, operæ pretium eſſe videtur referre quanta omnium Gentium alacritate, ſtudio, gaudio & fauore excepta fuerint nuntia propoſiti & deliberationis Vniuerſitatis Pariſienſis. Vt enim fama percrebuit eam ad Regem & ad Papam ipſum ſcripſiſſe Litteras feruoris, amoris, fidei & conſtantiæ indices, treſq; vias pacis propoſuiſſe, multi Principes & Vniuerſitates quoque ſtudiorum ad eam Litteras congratulatorias per celebres legatos miſerunt, exhortantes & rogantes, vti quo pede cœperat, pergeret. Extant nonnullæ ejuſmodi Litteræ in eodem MS. Bibliothecæ Victorinæ, quas hiſce Annalibus inſerere non pigebit. Imprimis ergo Colonienſis Vniuerſitas ſic ad eam ſcripſit, vt legitur ibidem, & in tomo 6. Spicilegij Dacheriani.

LITTERÆ COLONIENSIS VNIVERSITATIS AD PARISIENSEM.

Reuerendiſſimi Patres, Magiſtri, Dominique præcipui, ſuadet æquitas vt juſtum & opportunum, jubet charitas vt ſanctum & meritorium, dictat ratio velut expediens & congruum quodlibet perſpicuæ ſapientiæ ſtudium, quælibet ſcientiarum Schola ſiue virtutum ſanctæ Matri orthodoxæ compati de verè viſceroſæ miſerationis affectibus in aduerſis, maximè de execrabili & nunquam ſatis deflendâ, proh dolor! Schiſmatis Eccleſiam Dei nunc diſturbantis diuturnâ nimium perduratione, prouidiſque conatibus ad eius extirpationem vigilantius anhelare. Sicut de veſtris Circunſpectionibus inchoata atque collaudanda nuper in Domino grataanter accepimus judicia, quæ nouiſſimè pro ceſſatione Schiſmatis & vninerſalis Eccleſiæ vnione Regalem Francorum Celſitudinem modis, mediis, & monitis ſalutaribus propulſaſſe famatur, provt hoc ad Nos famæ communis deduxit opinio, necnon fidelium & veridicorum nobis aſſertio gratuita reſeruauit: quæque pacis hortamenta veſtra ſalubria Celſitudo Regia placidius acceptaſſe, & ad cooperandum ſe piis conatibus obtuliſſe ac ſpopondiſſe refertur. De quibus Deo Gratiarum referimus actiones, qui veſtros affectus &

prudentias illuminet & confortet, vt ab incœpto non deſiſtatis, donec ſaluber & Deo gratus in eo quod agi videtur, conſecutus fuerit effectus. Et vtinam dudum ſemotâ ſublimium poteſtatum pariter & ſapientium titubante deſidiâ, diligentia non defuiſſet in præmiſſis exacta? Quapropter licet fateamur opus non fore ſoli lucem ſuperaddere, vel docere Mineruam, ſcientibusve legem per manum loqui & calamum, nihilominus quia ſcriptum eſt, *Da occaſionem ſapienti, & addetur ei ſapientia*, & vt humiliter cum paupercula minutum mittamus in Gazophylacium, ad S. Matris Eccleſiæ vnionem conſtanter aſſerimus & incontaminatè ſentimus, quod nulla ſanctior, nulla celebrior, vel ſalubrior via, quàm vt neque à dextris neque à ſiniſtris, ſed viâ Domini Regiâ gradiendo, rejectis, quæ Schiſmatis ab initio credimus viguiſſe, ſiniſtris informationibus ac partialibus affectibus, ſatagatur ſinceris mentibus, conſcientiis puris, fide & charitate non fictis, vt miſericordia & veritas obuient ſibi, *Iuſtitia & pax oſculentur*, & ſic humana ſapientia D. Sapientiæ atque prudentiæ inuincibilis adinſtar vincat malitiam attingens à fine vſq; ad finem fortiter. Venerabiles igitur Diuinæ & humanæ ſcientiæ Profeſſores, ſic quæſumus rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, ſic in præmiſſis armaturam Dei induite, ſic zelo pacis & juſtitiæ vt filij lucis ambulate, quod laudabilia veſtri zeli memorati primordia in eo qui eſt Alpha & Omega, per ſancta & legitima media concludi fine felici mereantur, & non obſtante quod inconcuſsè de Iuſtitia D. noſtri Summi Pontificis D. Bonifacij Papæ moderni nullatenus ambigentes æſtimationum veſtrarum noſcimur aduerſa ſentire. Supplicamus tamen ſi quid juſti ac ſancti veſtris circumſpectionibus Dominus inſpirauerit ad intentam concluſionem vnà cum inchoatis mediis ac intentionibus veſtris plenioribus reſcribere non tædeat, ſed more Sapientum placeat communicare; & ſi quid boni ad ea quæ ſanctæ Matris Eccleſiæ memoratam concernere videantur vnionem, mediis juſtis ac licitis ſecundum Deum & conſcientiam bonam ſaluâ ſemper fide ſincerâ atque juſtitiâ cooperari poſſemus. Ad hoc promptos nos & beneuolos, quantum ad nos pertinere poteſt, offerimus, & obſequium Deo præſtare crederemus, qui veſtras Reuerentias ſancti Spiritus gratia in præmiſſis confirmet & dirigat in longitudine dierum feliciter & votiuè. Datum Coloniæ in Congregatione Generali ſuper hoc apud Eccleſiam FF. Minorum ſpecialiter celebrata an. D. 1394. die 5. Iulij ſub ſigillo noſtræ Vniuerſitatis.

Rector & Vniuerſitas Studij Colonienſis.

In MS. San-Victorino leguntur Litteræ Vniuerſitatis Pariſienſis, quibus illa gratias agit Colonienſi ob communicationem ſuarum, ſignificationemque propenſi animi & affecti pectoris ad opus Eccleſiaſticæ pacis: eam tamen redarguit, quod ad Bonifacij partes tranſierit. Tales igitur ſunt.

LITTERA VNIVERSITATIS PARIS. AD COLONIENSEM.

Litteras parte veſtra, *Magiſtri venerabiles*, nobis directas vidimus, quibus nos ad virtuoſam perſeuerantiam ſolidamque conſtantiam in re per nos inchoata ſuper facto vnionis S. Matris Eccleſiæ hortamini: quanquam labores noſtri aut conatus, & vt ea appellatis, hortamina ſalubria ſatis proſperè ceſſerint, huc vſque apud Regiam Francorum Majeſtatem gratias Deo agitis. Id enim vobis compertum fide dignorum relatu & volante jam fama aurâ didiciſtis; præterea ſupplici pace omnipotentis Chriſti clementiam exoratis, vt noſtros affectus dirigendo illuminet confortetque, ne à pacto quoquomodo deſiſtamus, donec ſaluber ſequatur effectus; & vt ſuper re iſta quæ veſtra ſit ſententia, quiſve modus procedendi tenendus ſit, explicetur. Vos conſtat aſſerere incontaminatéque ſentire ſcribitis, quod nulla ſanctior via, nulla celerior & ſalubrior quàm viâ Domini Regiâ gradiendo, vt à dextris nullatenus ant à ſiniſtris declinetur, ſed rejectis quibuſlibet ſiniſtris informationibus ac partialibus affectibus ad hoc ſinceris mentibus & puris conſcientiis ſatagatur, *vt miſericordia & veritas obuient ſibi, juſtitia & pax ſe mutuò oſculentur.* Denique ſi quid ſanctè Dominus inſpirauerit, quod vnâ cum mediis inchoatis vobis communicaremus. Hic erat niſi fallimur paucis adjectis veſtrarum major effectus & principalis continentia Litterarum ſuper quibus quoad pium ſincerumque affectum, quem tum ad cauſam ipſam potiſſimum tum ad nos geritis, magnas viciſſim gratias & Deo primùm & vobis rependimus. Cæterum de effectu qui ex noſtris conſequetur laboribus viderit Altiſſimus, cujus per nos Rex agitur, cujus eſt donum quid-

quid in parte iſta poſſumus, ex quo pendet vniuerſus noſtræ ſolicitudinis & vigilantiæ fructus, vtinam ſacratiſſimo eius in conſpectu acceptus : ad id vnum pro viribus elaborabimus & tota intentione enitemur, vt quod in nos fuerit, diuino auxiliante præſidio faciamus, ne per nos aliquatenus defuiſſe quis poſſit dicere quominus finem proſperum res capiat, in quo operam veſtram adjutricem & omnium fidelium, maximè Litteratorum conſortium nobis in hoc aſſiſtere, fauere & opem ferre humiliter obnixéque depoſcimus. Res enim communis eſt & communi conſilio conſenſuque peragenda, in qua nec ſimpliciſſimi cujuſpiam Catholici doctrinam conſiliúmve refugimus aut erubeſcimus; plerunque enim minori juxta Pauli Sententiam quod majori opertum eſt, reuelatur & præſertim in illis quæ Dei & fidei ſunt. Quantum verò ad illud attinet : quòd debitè laborantes ad concordiam iſtam Eccleſiæ debere viâ Regiâ incedere aſtruitis, & partiales ſiue ſingulares affectus ac informationes ſiniſtras rejicere, in nullo porſus à vobis diſcrepamus, ſed planè vnâ ſentimus : ad id tum ipſa ratio, tum maxima veritatis pernoſcendæ cupiditas, tum poſtremò Salluſtij veriſſima ſententia nos impellit, ait enim, *Omnes homines qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, ab auaritia, ira atque miſericordia vacuos eſſe decet. Non facilè animus verum peruidet, vbi illa officiant.* Verum inchoata media certis de cauſis pro nunc non ſcribimus ad veſtri notitiam, ſperantes aliunde peruentura.

Vnum in Litteris veſtris admodum miramur, quòd vos qui viæ Regiæ tanti ſectatores eſtis, adeo in alteram partem declinaſtis, vt vos de Iuſtitia Bonifacij veſtri, quem Papam dicitis, vos inconcuſsè tenere & nullatenus ambigere ſcripſeritis : nam profectò coloratius nimium apparentiuſque de Domino noſtro Clemente Summo Pontifice illud dicere poſſemus. Quare Fratres Chariſſimi, ſi ad pacem Eccleſiæ zelum aliquem habeatis (vt vos habere credimus & gaudemus) zelo illi ſcientiam adjungite & veſtram Regiam viam ſequamini : vos prouidi viri eſtis, & quamobrem hoc dicamus adnertere poteritis. Demum obſecramus vos, hortamurque vt ſtudia nobis conſinia Principeſque & Prælatos veſtros ad concluſionem iſtam inducatis & eam diligentiam quam circa Chriſtianiſſimum Regem noſtrum nos adhibere auditis & vultis, erga illos apponite. Pax Chriſti quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat ſenſus veſtros & intelligentias veſtras.

Extat quoque Philippi de Alençonio Epiſcopi & Cardinalis Oſtienſis tunc Romæ commorantis in eandem rem ad Vniuerſitatem data Epiſtola 8. Iulij, qua tam laudabile ſuſceptum & propoſitum illi gratulatur. Iam enim Romam vſque fama generoſitatis Academicæ peruaſerat, & omnium verè Chriſtianorum animos mirificè delectarat, & abjectos refecerat.

Viri Venerabiles & Egregij Amici Chariſſimi. Iam vti certius intelleximus, incepiſtis ex debito veſtræ Deuotionis affectu cum Cenſura Iuſtitiæ & dato vobis lumine veritatis intendere ad tollendum quod imminet à S. Matre Eccleſia diſſenſionis ſcandalum perhorrendum. Vndè, vt audiuimus, edidiſtis ſecundum ſacram orthodoxæ fidei doctrinam opportunas quaſdam Concluſiones ſalubres, atque vt credimus, Iuſtitiæ veritate conſtantes, Chriſtianiſſimæ & Excellentiſſimæ Vniuerſitatis veſtræ authoritate conſpicuas. Quæ honoris vobis & gloriæ & grandis ſimul magis quàm omnibus Eccleſiæ fidelibus erit, nec immeritò, canſa jocunditatis & gaudij. Si enim *Sereniſſimus Princeps* Dominns meus D. Carolus Francorum Rex Illuſtriſſimus ea continuabit & in finem vſque perducet, quæ pro pace & vnione dictæ S. Matris Eccleſiæ ad Sanctiſſimi Patris & Dñi noſtri D. Bonifacij Papæ IX. requiſitionem exhortationemque concepit, quanta Sereniſſimæ ſuæ Majeſtati gloriæ, vobiſque & Vniuerſitati veſtræ laus & fama continget, dum per veſtra ſaluberrima pacis exoptanda Conſilia videbimus ipſius Celſitudinem Regiam tam deuoto & landabili propoſito ita pium & ſalubre negotium inchoaſſe. Sanè etenim ex his quæ hîc pertulit jam fama celebrior aliis ejuſdem Sereniſſimi Principis Domini noſtri D. Regis Francorum geſtis magnificis & laudabilibus actibus, ſuæ fidei magnitudo à cunctis harum fidelium partium fidelibus jam deuotè admodum & diligenter attenditur : & dum iidem fideles ipſum exultantibus animis contemplantur, merito tantæ conſcientiæ puritati congaudet. Ipſius enim per has partes jam fama vbique prædicatur & co-

LITTERA PHILIPPI ALENÇONIS AD VNIVERSITATEM.

litur, his maximè conſiderationibus exaltatur, videlicet quod tanquam Princeps Chriſtianiſſimus & ſuæ Innocentiæ prouidus conſeruator, in ſuis tam feliciter conceptis & aſſumptis intentibus, præuio rationis Iudicio & comite ſinceræ charitatis affectu procedens ad tollendum dictæ diſſenſionis ſcandalum totis conatur niſibus & intendit, vt quietem fidelium quærat, proximorum læſionem ſedet, ſcandala tollat, animarum periculis obuiet, & Diuinæ Majeſtatis ſi contemnetur, veretur offenſam; & quæ pacis ſunt, ſolicitè cogitat, & quod gratius cunctis, ac ſuper cætera prædicta, omni partialitate poſtpoſitâ mouetur, & quærit hoc ſolum, quo Eccleſia ad pacem & vnitatem priſtinam reducatur, propter quod illi, nec mirum, ab omnibus Sacrificium laudis offertur, in cujus manu Regum corda conſiſtunt, illi toto mentis affectu gratiarum dignæ rependuntur actiones, qui ejuſdem Sereniſſimi Principis Domini mei Regis animum direxit in talia. Nihilominus quia cum deuotione illius ſolius clementia imploratur, vt ipſum in hoc ſacræ Religionis ſtudio & in hac fidei puritate per tempora longiora conſeruet; in eius namque proſperitate proſperari poſſe ſperat Eccleſia & creditur, ac ſine dubietate confiditur, quod ipſa ejuſdem Sereniſſimi Principis Domini mei Regis tam deuotis viribus quas ipſe ſuorum prędeceſſorum felicium inclytus imitator in obſequium fidei & Eccleſiæ pręfatæ ad veſtras exhortationes ſaluberrimas exercere proponit, debeat à tantis & cunctis ſuis neceſſitatibus citò Authore Domino releuari. Nunc ergo prçcipuè veſtra hinc in hoc opus Doctrina & veſtro ſpecialiter videmus indigere miniſterio. Vnde vos meritò & confidenter hortamur, ac quantum poſſumus deprecamur, quatinus Celſitudinem Regiam taliter in ſuo ipſo tam laudabili propoſito & ſancto hortari & ſolicitare velitis, vt circa materiam tam grandem, tam opportunam, neceſſariam & honeſtam, & magnificentiæ Regiæ ita dignam, ſuæ Regiæ promotionis auſpicia dirigens, continuet laudandæ hujus ſolicitudinis ſuæ principia, & omni quâ poteſt celeritate ordinet & deducat, ne ipſum tam ſalutare vllus negligentiæ torpor extinguat: ſed potius ad conſtituendum ſibi Chriſtianiſſimæ Religionis memoriale propoſitum, quantumque poteſt deuotio ſua inſtantius operetur. Ex his namque regulis magnificentiæ ſolum ſoliditatis augmenta ſuſcipiet, atque virtus potentiæ quantò in his ſolertior, tanto efficacior euidentiori clareſcet affectu. Sic igitur vt fuiſtis ſemper in cæteris, in hoc tam ſalubri promouendo negotio circunſpecti & vigiles atque ſolliciti *Venerabiles amici Chariſſimi* ſpeculatores eſtis, & ſuper veritates Catholicas poſiti vt ſtellæ fulgentes ad audiendum plurimos in Domo Domini. Super ſpecula igitur ſtate, & ſicut officio propriæ profeſſionis arcemini, ſolerter intendite vt annuncietis quodcunque vel perniciem inferre vel imminentem auertere poſſe videtur, ac opponatis vos murum ſimul atque vallum & propugnaculum Gentis Chriſti, magnificentiæ Regiæ ſincero conſulentes affectu, quantis Creatoris ſui beneplacitis per continuationem deuotionis hujuſmodi, & per omnes alias vias & modos quos videre in lumine poterit vultus eius pro viribus ſe coaptans inuiolabili propoſito in eorum proſecutione perſiſtat. Per hoc enim & animæ ſuę ſalus à ſe conſtans omnibus pręferenda ipſo actore proueniet, & quę proſequi eo inſpirante decreuerit, felicius ipſo dirigente procedet. Datum Romę die 8. Iulij an. 1394.

Litteræ Regis Arragonum ad Vniversitatem. Extant quoque multiplices Ioannis Regis Arragonum ad eandem Vniuerſitatem Litterę, quibus eam ad collaborandum hortatur in Schiſmatis extinctionem polliceturque ipſe ſuam omnem operam, opes & labores. Leguntur autem iſtę Litterę in eodem MS. quarum priores ſcriptę ſunt antequam ſciuiſſet deliberata Vniuerſitatis, quę ſunt ejuſmodi, cum hac ſuperſcriptione.

Venerabilibus & Dilectis Cancellario & Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Baccalariis ac toti Vniuerſitati Pariſienſis *ſtudij amicis noſtris Chariſſimis.*

IMprimis notare conuenit ejuſmodi ſuperſcriptionem eſſe pręter morem & conſuetudinem Scholę Pariſienſis, non verò pręter conſuetudinem quarundam aliarum Academiarum, in quibus Cancellarius præponitur & primarium locum obtinet: at in Pariſienſi aliter ſe res habet, in qua nempe Rector Regem repræſentat, ejuſque quodammodo Vicarius eſt, & primas partes tenet. Vnde is qui hanc Ioannis Regis Epiſtolam in prædicto Codice Victorino exſcripſit, poſt

illam

illam ſuperſcriptionem, ſubjicit, *deficit hæc ſuperſcriptio præponendo Cancellarium: imo nec conſueuit apponi quando ſcribitur Vniuerſitati.*

Ioannes Dei gratia Rex Arragonum, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corſicæ, Comes Barchinoniæ, Roſſilionis & Ceritaniæ, Venerabilibus Cancellario, & Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Baccalariis, ac toti Vniuerſitati Pariſienſis Studij Amicis noſtris chariſſimis & intimæ Dilectionis affectum. Dei virtus & Dei Sapientia Dominus Ieſus Chriſtus, cujus ineffabili ſunt omnia ſubjecta poteſtati, à fundationis initio ſplendore virtutum ſuam illuſtrauit Eccleſiam, inſignemque reddidit ſingulis Priuilegio poteſtatis, vt per ejus myſterium ſuum Iuſtitiæ conſequatur effectum, & ſedato fluctuum turbine mundo poſſet tranquillitas prouenire, caput ei ſtatuens vnionem, hoc eſt vnicum ſolum præſidem & Rectorem, qui in ſpiritualibus cunctis præeſſet, & cui omnes Chriſticolæ firmiter obedirent. Hæc igitur dum ſolemniter attendimus, horrendumque Schiſma penſamus, exortum inueteratumque proh dolor! in Eccleſia ſancta Dei, adeo jam eſt, diuque tenaces immiſit radices: nec minus inſpicimus venturum peſtiferum ex eodem profluens Schiſmate per multum interrumpens poteſtatis pręmiſſæ in non modica mundi parte, & fidem inficiens orthodoxam, graueſque metuimus diſſenſiones & odia. Hinc inde propterea Schiſmata & vbique intuemur rerum & corporum, non vtinam animarum pericula grauia quæ ex his fidei Chriſtianæ Cultoribus imminere noſcuntur, quæque in poſteris ſperantur, veriſimile, grauiora. Nam quanto in peccato plus quis perſeuerat, tanto peramplius aſſolet in eodem durior fieri & dilabi facilius ad peiora, multaque vſu præſcribuntur longæuu & perpetua quadam ſtabilitate firmantur. Dolemus nempe ex his acerrimè, & indeſinenter amaritudinis calicem exhaurimus, ad extirpationem Schiſmatis ipſius aſpirantes feruentius, viaſque & modos ſolicitè inquirentes, quibus hujuſmodi tempeſtatis horror turpiſſimus, quoad modum vt præfertur, ipſa turbatur Eccleſia & Chriſtiana Religiu vehementer concutitur, cœleſti pietate propitia propulſetur, poſſitque etiam ipſa ad ſui debiti & primæui ſtatus redire decorem. Et quia audiuimus perſæpe quod ſuper hoc Schiſmate radicitus euellendo fuerunt vobiſcum & inter vos habiti diuerſi tractatus, nec latet nos quod cætera mundi Studia veſtrum Pariſienſe ſtudium quodammodo certè brachiis cordialis affectionis complectuntur, antecellit, eſtque potiſſimè in Theologica Facultate, quâ æquum ab iniquo diſcernitur, & fides Catholica roboratur, aliorum omnium ſpeculum & exemplar. Vnde eſt probabiliter concludendum, quod veſtra prægrandis ſolertia ſolerter aduertens, quod & totius orbis neceſſitates innumeræ protellantur, & veſtra prudentia circunſpecta diſcriminum quæ longa Schiſmatis prælibati induxit duratio, conſequentia; non ignorat quantum neceſſaria ſit & quàm perutilis certa ſubjecta materia acceleranda prouiſio inuigilauerit plus aliis ſuper ea, & per conſequens ſic vobis præ cæteris illa aperta, Amicitiam veſtram percaram hortamur in Domino & rogamus ubnixè, quatenus omnia illa & vnumquodque eorum ſingulariter & diſtinctè, quæ circa præmiſſa quomodolibet pręſentitis, dignoſcitur & videtur, necnon & veſtram intentionem ſalubrem velitis per veſtras Litteras taliter expeditas, quod eis fides poſſit impendi pleniſſima, nobis clariſſimè ipſaſque Litteras exhibitori præſentium tradere, quem ad vos propterea prouidimus deſtinare. Nos enim quibus exinde vltra diuinum ſeruitium ſpeciale complacentiam facietis, propterea ſumus auidi pro defenſione fidei & vnione populi Chriſtiani non ſolum Regna & terras facultateſque omnes, ſed perſonam nec minus noſtram exponere & vobis in omnibus complacere. Datum Barchinoniæ ſub noſtro Majori ſigillo 20. die Aug. an. à Natiuitate Dom. 1394. Rex: Idem Rex auditâ Clementis morte, vt audiuit quoque Vniuerſitatem ſcripſiſſe ad Collegium Cardinalium de modis ſedandi Schiſmatis, ſuas etiam ad eoſdem Litteras direxit in hunc modum.

Litteræ eiuſdem Regis ad Cardinales Auenionenſes.

Ioannes Dei Gratia Rex Arragonum &c. vt ſupra. *Reuerendi Patres* & amici Chariſſimi. Etſi lex quæ legitur ad perfectum numerum perduxiſſe ſuos habuerit zelatores qui eam in Deuotionis ac fidei feruore zelabant, vt cum mala multiplicabantur in populo, iram poſſent Altiſſimi complacare, multò magis ſub lege gratiæ conſtitutos, quæ pretioſiſſimo Chriſti Sanguine rubricata portas aperit

Paradiſi, & perducit ad gloriam ſine fine, zelns debet comedere Domûs Dei, vt injurias eius ſuſcipiant in ſeipſos, qui pro eis ſputa, flagella, ſpinas & mortis diſcrimen ignominioſè ſuſtinuit, errores euellant & ſchiſmata ad proſtrationem tendentia, ſacramento S. Eccleſiæ ſuæ ſponſæ & aliis ſtudeant inniti pro viribus, quibus & ei placere, & finem demum ſua gratia largiente attingere valeant quo ſunt editi in naturam. Nos ergo videntes in quantum Dei injuriam vergit, ſchiſma horrendum, vigens proh dolor! in Eccleſia ſacroſancta, quantamque ſectionem & turbationem opprobriumque induxerit ortodoxæ fidei Cultoribus, quanta & quàm grauia comminatur eiſdem pericula rerum & corporum, non vtinam, animarum; quæ etiam adeo efficit grauiora ipſius prælonga duratio ſchiſmatis, quod in perniciem res erumpit, expergiſcimur & mouemur rationabiliter ex præmiſſis ac ſtudiis occupamur continuis, qualiter extirpari poſſet & tolli radicitus Schiſma idem, parati & auidi pro executione rei hujuſmodi non ſolum quoſcunque ſubire labores, ſed exponere etiam nos & noſtra, ſcientes quod quicunque in tempure opportuno ſeruierit bonorum largitori, ſibi deeſſe non poterit merces magna. Et licet credamns ad hoc nobiſcum vota veſtra concurrere, voſqne circa id veluti Eccleſiæ baſes firmiſſimas ſtabileſque columnas, ac qui locum obtinetis in Domo Domini potiorem, quibuſque non minor ex hoc imminet oneris ſarcina, veruntamen quia nos pungit interius ad medullas, neceſſitas quippe multò vrgentior ſolito imminens omnibus Chriſti fidelibus & opportunitas perſuadet, quod per obitum Sanctiſſimi Patris D. Clementis Papæ VII. cujus anima requieſcat cum beatis Spiritibus in excelſis, ſe ad hoc promptiorem & potiurem quàm antea exhibere videtur, conſiderato nec minus quod interdum nihil nocet admiſſo ſubdere calcar eqno; vos omnes & ſingulos exhortamur & rogamus ab intimis per viſcera miſericordiæ Dei viuentis; obnixius deprecantes, quatenus ex quo opportunitas atque locus ſe vt prædiximus offerant ſolitò promptiores præcogitare curetis, circunſpectæ deliberationis examine, quibus modis, quibuſve remediis, atque ſubſidiis Eccleſiaſticis & mundanis queat Schiſma euelli prædictum & Chriſtiana Religio in ſuam vnionem primæuam rednci, deliberataque circa ſubjectam materiam deducatis ſolerter in actum, morularum impatientes plurimarum, qnoniam nimis citò fieri non poteſt, quod citiſſimè non feciſſe culpabile eſt; bonum enim non poteſt niſi non ſero fieri. Turpem ergo non faciatis hanc vobis jacturam, ſed taliter circa hæc aſſidente Diuina gratia vos geratis, quod mereamini releuari ab onere, inde vobis à multis impoſito multæ laudis præconio, commendarique & præmium conſequi felicitatis æternæ. Nec omittatis quæſumus attendere diligenter, quod ad vos ſuper his ſuum defigit totus mundus intuitum, maximè Regis qui veſtros geſtus & actus curabunt prudenter exquirere & recto judicio ponderare, & vt decuerit, prouidere, ſi aliquis ob veſtri negligentiam, deſidiam, ſiue culpam, quod nullatenus opinamur, caſus ſiniſter accidens ſuper iſto, potiſſimè quod in toto vel ſaltem in maxima parte in veſtris manibus ſita eſt Schiſmatis euulſio Prelati. Et vbi forſitan velletis ſub coloris figmento prætendere, ſufficientes vias & modos ad id nequaquam vobis patere, poteſtis & debetis Catholicos Reges & Principes, quorum in hac parte non modicum verti dignoſcitur intereſſe, legitimè conſultare, qui vias & eoſdem vobis quantum fuerit ipſis poſſibile, aperire curabunt, & Nos potiſſimè qui onus exinde aſſumere volumus ſpeciale. Et reſcribite omnia confidenter amici perrari, quæ vobis & Eccleſiæ noueritis fructuoſa. Datum Barchinoniæ, die 22. Septemb. an. à Natiuit. D. 1394.

Eadem die idem Rex iterum ſcripſit ad Vniuerſitatem Pariſienſem admonens de obitu Clementis, ſuperioremque Epiſtolam ad Cardinales ſcriptam eidem tranſmiſit, vt videret quanto ipſe ſtudio in vnionem Eccleſiæ & opus pacis incumberet.

Litteræ eiusdem Regis ad Vniuersitatem Parisiensem.

Ioannes Dei gratia Rex Arragonum, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corſicæ Comeſque Barchinoniæ, Roſſilionis & Ceritaniæ, *Venerabilibus & Dilectis, Rectori, Magiſtris*, Doctoribus, Baccalariis ac toti Vniuerſitati Pariſienſis ſtudij Amicis noſtris Cariſſimis ſalutis & æternæ Dilectionis affectum. Negotio inſiſtentes feruentius ſolito exequendi ſolicitè modos & vias ſalubres, quibus ab Eccleſia S. Dei poſſit euelli radicitus ſchiſma nefandum, fidem infi-

ciens ortodoxam, opprobria, ſectiones, infinitaque mala inducens Chriſti fidelibus, & vtinam non eiſdem finale repromittens excidium, ſcripſimus ſuper ipſo negotio veſtræ prudentiæ his diebus in effectum petentes, quod omnia & ſingula ſingulariter & diſtinctè quæ circa ſubjectam materiam circunſpectio veſtra præſentiat, videat atq; noſcat, veſtris litteris nobis velitis clariſſimè aperire; quæ nos obtulimus offerimuſque libenter pro defenſione fidei & vnione populi Chriſtiani poſſibiles quoſlibet ſufferre labores & exponere Nos & noſtra, provt in Littera quam inde vobis direximus & credimus ob paucitatem lapſorum dierum nondum veſtras veniſſe ad manus, hæc veſtra poterit honoranda diſcretio plenius intueri. Nunc autem videntes latiores & promptiores vias & modos ad extirpationem hujuſmodi Schiſmatis per deceſſum felicis memoriæ D. Clementis Papæ VII. ſe offerre & in libera Cardinalium facilitate pro majori parte conſiſtere, in tantæ rei effectum noſtram eis direximus ſuper iſto exhortatoriam Litteram, quæ ſcilicet præſcribitor & quæ incipit, *Reuerendi Patres, &c.* Cujus Copiam vt extenſius & ad oculum videatis quid contineat, vobis tranſmittimus præſentibus interclusam, vos intimè deprecantes & hortantes in Domino, veluti qui inter alios Chriſtianæ fidei Cultores in eminentia poſiti eſtis ſcientiæ & virtutis; quanquam, vt accepimus, noveritis jam antè dicti ſummi Pontificis obitum, & ſcripſeratis de hac materia Cardinalibus incorporatis, at quibus decens valeat eſſe conſpicimus ſaciſque proprium proſequi factum iſtud; quatenus prouidè aduertentes, quod tantæ tamquè neceſſariæ prouiſioni jam fere omnis celeritas mora eſt, cum hac ſit occaſione tota Chriſtianitas poſita inter malleum & incudem, de morte, niſi feſtinè adhibeatur remedium ſalutare, ſecura potiùs quàm de vita, Cardinales eoſdem ſollicitare velitis, & apud eos veſtris inſiſtere efficacibus monitis & eloquiis fructuoſis, quod debitum ſoluant, ad quod circa hæc Deo hominibuſque tenentur, & ſuæ ſatisfaciant conſcientiæ, oneri & honori; & inſuper excitare velitis & indeſinenter inſtare ad tanti proſecutionem negotij, Mundi Reges ac Principes & Magnates; & aliter ſic laudabiliter vos habere, quod ab omnibus collaudari & Diuinæ mereamini retributionis præmio confoueri, primæuis & noſtris Litteris, vt præfertur, vobis deuotis, ſi placuerit, reſponſuri, & alias reſcripturi, quæcunque veſtræ adueniant placita voluntati. Datum Barchinoniæ, die 22. Septemb. an. 1394. ſuperſcriptio eadem quæ ſuperioris, menſis ſcilicet Auguſti.

En quanta eſſet illis temporibus exiſtimatio Vniuerſitatis Pariſienſis, quantaque fama ejus probitatis, vt Reges ipſi non putarent nefandum illud Schiſma poſſe ab Eccleſiâ Dei aliter auferri, quàm ipſius interuentu, monitis, & exhortationibus, vnamque plus poſſe quàm omnes ſimul Reges & Magnates. Itaque pax tandem Eccleſiæ reddita licet ægrè & poſt multos annos, huic Academiæ Principi potiſſimum debetur, quod apud Regem Patrem ſuum effecerit, vt huic rei animum ſedulò applicaret, alioſque Reges & Principes ad collaborandum & ad illud opus conficiendum adduxerit. Quid autem Reſponſi dederit Vniuerſitas ad haſce Regis Arragonum & Colonienſis Vniuerſitatis Litteras, infra referemus.

Accepto igitur certo Nuncio de obitu Clementis Vniuerſitas ex communi omnium Facultatum deliberatione Regem adit, rogatque confeſtim ſcribat ad Collegium Cardinalium Auenionenſium, ne properent eligere nouum Pontificem. In MS. San-Dionyſiano, de quo ſupra, ita legitur.

Nouis de obitu Papæ in Vniuerſitate auditis, mox ſequenti die Mercurij ex «
Magiſtrorum & Doctorum conſenſu vnanimi cum D. Rectore quidam ex ſo- «
lemnioribus, in paruo tamen numero deputantur, qui Regem ocyus adeuntes, «
ipſi per ordinem quatuor requiſierunt quæ ſequuntur. Primum fuit, vt Cardi- «
nalium moneret ſacrum Collegium electionem tardare, donec ſuper facto vnio- «
nis plenius deliberaſſet, modum quoque atque viam procedendi elegiſſet, at- «
tento quod inter vias ipſi in Epiſtola præſentatas prima ad habendum pacem «
potior eis & facilior videbatur. Iterum petierunt, vt Prælatos & Barones Regni, «
etiam Vniuerſitatum famoſiores opere & ſermone, necnon aliquos ſummæ au- «
toritatis Burgenſes qui bonæ conuerſationis exiſterent, & vnionem affectarent, «
congregaret, qui excogitarent & practicarent per quem modum in tam ſancto «

Digitized by Google

» tamque arduo negotio commodè procederetur. Iterum quod ſuper iſtis ſcribe-
» ret Bonifacio intruſo ac etiam Baronibus qui partem ejus fouebant, & quod per
» Regnum ſuum propter pacem obtinendam erga Deum à viris Eccleſiaſticis fie-
» rent orationes deuotæ & proceſſiones ſolennes; & quod ſuper materia iſta Stu-
» dio Pariſienſi liceret cæteris Studiis apices dirigere & remiſſos recipere Regio
» irrequiſito aſſenſu.
» Iis quæ poſcebant, quia rationabilia videbantur, Rex annuit, tandemque eos
» more ſuo benignè redarguens, *cur tanto tempore à prædicationibus & Scholaſticis*
» *actibus ceſſauerant*, præcepit vt reïterarent prædicta: quod & libenti animo ſe fa-
» cere promiſerunt. Sicque gaudentes & læti ad propria redierunt.

Quare ceſſauerat Vniuerſitas? ſupra docuimus, nimirum quia cum obtuliſſet ipſa Regi vias vnionis reſponſumque petiſſet, Petri de Luna Cardinalis & Ducis Bituricenſis artificio fruſtrata fuerat, & ſine reſponſo remiſſa, imò aſpetius tractata, quàm pro meritis decuiſſet. Audita ergo legatione Vniuerſitatis Rex Conſilium ſuum ſecretius conuocat, & cum omnes Regi ſuaderent vt ad Collegium prædictum legatos mitteret Patriarcham Alexandrinum & M. Petrum de Alliaco Eleemoſynarium ſuum, diſſuaſit Bituricenſis aiens Cardinales minus benignè excepturos M. Petrum quod ſcirent eum eſſe Vniuerſitati addictiſſimum. Res ita ſe habet in ſupradicto MS.

» Ipſa & eadem die, horâ prandij tranſactâ Rex, Bituriæ, Aurelian. & Borboniæ
» Duces, Dominos etiam Petrum de Nauarra, Carolum *d'Albret* cognatos ſuos,
» Epiſcopum Anicienſem, Guillelmum Vicecomitem Meleduni, Comitem Sa-
» cri-Cæſaris, Ioan. de Maingre, dictam *Bouſſicaut* Mareſchallum & Guill. Mar-
» telli cum nonnullis aliis ad Conſilium accerſens coram ipſis per Cancellarium
» ſuum quæ Vniuerſitati reſponderat, recitauit Vlterius Cancellarius ſubjunxit
» quod intentionis Regis erat, vt præmiſſis Cardinalibus, Regiis apicibus ad eoſ-
» dem D. Patriarcham & M Petrum de Alliaco Eleemoſynarium ſuum, Vice-
» comitem etiam Meleduni ad vnionem Eccleſiæ dirigeret, ſi bonum aſſiſtentibus
» videretur. Quamvis prænominatos Dominos quotquot accerſiti fuerant, dig-
» nos tantæ legationis judicarent, D. tamen Dux Bituricenſis retulit quod condi-
» tiones Cardinalium optimè cognoſcebat, & quod gratioſiùs acceptarent, ſi mit-
» terentur laici qui nil aliud negotiaturi eſſent, niſi votum Regis exprimere quàm
» viri Eccleſiaſtici. Iterumque Eleemoſynarium Regis ſciebat non eis gratum,
» cum crederent ipſum præcipuum Conſiliarium Vniuerſitatis extitiſſe in agen-
» dis, & ideo debebat ſufficere ſi miles quidam & vnus Secretarius cum Mareſ-
» challo Sacri-Cæſaris qui propè Auenionem degebat, mitteretur. Omnes tan-
» dem huic opinioni adhæſerunt, & tunc D. Reginaldus de Raya Nuncius conſti-
» tutus eſt adjuncto ſecum per Conſilium Ducis Bituriæ Mareſchallo *Bouſſicaut*,
» qui D. Raimundo de Turonia Litteras ferret, & autoritate Regia eidem præci-
» peret, ne plus bellicis diſcurſibus moleſtaret Cardinales, vt ſic liberius poſſent
» ad vnionem laborare. Quibus omnibus concluſis Rex die ſequenti Litteras ipſis
» Cardinalibus per quendam Equitatorem direxit hunc tenorem continentes.

AD CARDINALES.

» Carolus Dei gratia Francorum Rex noſtris Cariſſimis & ſpecialibus amicis
» Cardinalibus ſacri Collegij Romæ exiſtentibus in Auenione ſalutem. Cariſſimi
» & ſpeciales amici citò poſt doloroſa noua nobis exhibita de tranſitu defuncti
» Clementis Papæ bonæ memoriæ cui parcat Altiſſimus, & de quo dolentes fui-
» mus cordialiter & ſumus, congregauimus Conſilium noſtrum quod ad præſens
» habemus nobiſcum cum multis aliis de noſtro magno Conſilio, ad auiſandúm
» quid nobis agendum eſſet ſuper vnione & bono vniuerſalis Eccleſiæ. Et quia
» hoc negotium magnum eſt & arduum totamque fidelium Chriſtianorum Con-
» gregationem tangit, in iſta materia non potuimus ita breuiter deliberare vel
» concludere. Quapropter rogamus vos & affectuosè requirimus per pacem &
» vnionem Eccleſiæ quam tenemini totis viribus procurare, & per amorem quem
» deſideratis habere erga nos & Regnum noſtrum, quatenus ad electionem cujuſ-
» cunque minimè procedatis, ſed aliquantulum differatis donec acceſſerint ad vos
» noſtri Nuncij ſpeciales & ſolennes, quos ad vos propter iſtam materiam citius
» quàm poterimus, transmittemus. Scienteſque interim vos minimè ſollicitabi-
» mus, nec requiremus quod eligatis aliquem nec fauore nec amore cujuſcunque.

Scriptum Pariſius 22. die Septemb. Bidno poſt alias dedit ad idem Collegium «
Litteras hujuſmodi. «

Carolus Dei gratia Rex Francorum noſtris Cariſſimis.....Cariſſimi & ſpecia- «
les amici, noſtis quod poſt mortem D. noſtri Papæ Clementis VII bonæ memo- «
riæ, cujus anima ſanctâ requie perfruatur, nos vobis ſcripſimus per noſtrum «
Equitatorem, rogauimus & requiſiuimus inſtanter & affectuosè vt pro bono pa- «
cis vniuerſalis Eccleſiæ non procederetis ad electionem cujuſcunq; noui ſummi «
Pontificis, vſquequo aliqua noua recepiſſetis à nobis per noſtros ſolennes Nun- «
cios, quos ob hoc etiam vobis deſtinamus. Et quia, Cariſſimi amici, vt noſtis, «
materia eſt ardua & totam Chriſtianitatem tangit, nec potuimus adhuc delibera- «
re ſuper hoc, maximè cum cariſſimus patruus noſter Dux Burgundiæ nobiſcum «
principaliter non ſit, iterum vos rogamus cordialiter quantum poſſumus per «
amorem Ieſu Chriſti in tantum quàm affectatis Eccleſiæ vniuerſalis vnionem & «
pacem, vt non procedatis ad celebrationem electionis cujuſcunque, donec no- «
ſtri Nuncij vos poſſint adire. Nam procul dubio clarè percipimus, quòd ſi aliter «
faciatis, iſtud horribile ſchiſma quod tandiu in Eccleſia durauit, adhuc durabit «
diutiùs, quod erit ineuitabilis dolor & plaga, quæ non poterit curari, & quod «
malum nobis forſan imputabitur in parte. Datum 24. Septemb. «

Ipſa quoque Vniuerſitas exiſtimans non poſſe reperiri compendioſiorem viam, quàm ſi occaſione mortis iſtius, Cardinales Auenionenſes redirent cum Romanis in idem Collegium, eundemque omnes Pontificem agnoſcerent & haberent, ad prædictos Cardinales extemplo quoque ſcripſit, rogauitque enixiſſimè vt alterius Pontificis electionem & ſubſtitutionem differrent. Eius Epiſtola legitur in MS. Victorino, ſed ſuperſcriptio deſideratur. Talis autem eſt.

Litteræ Vniverſitatis ad Cardinales Avenionenſes.

Reuerendiſſimi Patres, etſi firmam antea ſpem animo conceperamus per veſtræ vigilantiæ ſanctam ſollicitudinem breui reſtitutum iri Eccleſiæ concordiam (vos enim totis animi præcordiis id quærere & jampridem quæſiuiſſe non ſumus neſcij) veruntamen ea ſpes ex præſenti rerum ſtatu diuinitus, vt credimus, orto adeo nobis accreſcit, vt rem iſtam propemodum jam factam æſtimemus, quandoquidem huc rediit, vt planè in manu veſtra poſita ſit. Eia igitur fortiſſimi Tirones Chriſti, ſolidiſſimæ columnæ Eccleſiæ, baſes argenteæ, Cardines portantes orbem, eia igitur agite, illas promite vires, illam ſanctam voluntatem jam in apertam lucem educite, nolite confidentiam quæ nobis & fidelibus vniuerſis tanta de ſacrato veſtro Collegio oborta eſt, fraudare. Arripite occaſionem vobis cœlitus oblatam, non ſimilem forte vnquam habituri, apertè inuitante Spiritu ſancto, & ad oſtium veſtrum nunc indefeſſe pulſante. Nunc nunc incumbite remis ſacratiſſimi Remiges Chriſtianæ Nauiculæ, vaſtis fluctibus oppreſſam, procellis & fluminibus disjectam, immaniſſimis alliſam ſcopulis, rimiſque jam innumeris fatiſcentem ac pœne ſolutam in tranquillam pacis ſtationem, nunc aditu facillimam ex diuturnis pelagi turbinibus ſubducite. O nimium vos felices & veriſſimè felices & ſupramodum felices! ô terque quaterque beatos, ſi hæc feceritis! vos ſiquidem certè dixerimus, qui ad tam beatum opus iucundum, celebrandum complendumque in terra nati fueritis, quos merces tam copioſa manebit in Cœlis, quorum perpetuus honos, fama, atque memoria ſempiterna, quoad ſecula durabunt, ſeruabuntur. Mementote modò Matris veſtræ, ô Filij, & talis ac tantæ Matris tales ac tanti Filij recogitate animo quantum ei debeatis, à qua vobis tanta bona, tot honores & commoda prouenerunt. Nolite ingrati eſſe, vicem eidem mutuam pietatis, compaſſionis, ſubſidij modò rependite. Si difficile à vobis & laborioſum quidquam exigeret, tamen vacuam abire poſtulato non debetis ſinere. Nunc verò quo nihil facilius, nihil magis ſitum eſt in veſtra poteſtate, promptos, beneuolos, ac vnanimes animos ad ſuam pacem poſtulat. Fingite nunc eam vobis occurrere vultu demiſſo ſupplicem veſtris affuſam pedibus, laceratâ veſte, crinibus effuſis, paſſis palmis, largo lachrymarum imbre, creberrimis ſingultibus, ſingulas ſingulis verbis interrumpentem querelas, longas nec numerabiles Schiſmatis hujus horrendi in ſeipſam moleſtias referentem, pacem à vobis obnixè per exuberantiſſima materna pietatis viſcera depoſcentem, nonne vos condeſcendere ſuis precibus decebit? nonne ipſa impetrare debebit, quod requirit? Ah Nos vehementer admodum fallimur! Ah vos

„ miſerebimini, nec incaſſum tot & tantas eam preces effundere permitteris. Sed „ quorſum, inquietis, hæc omnia? parati ad pacem ſumus. Quid nos facturos vul- „ tis? modicum eſt, quod volumus, leue eſt, facillimum eſt; volumus, rogamus, „ obſecramus, ſupplicamus, quoniam pacem & ſalutem Eccleſiæ diligitis, ne ad noui Pontificis celebrandam Electionem maturetis, donec cognitum fuerit de aduerſarij veſtri & noſtri ad concordiam Eccleſiæ voluntate, ſitque vndique „ tentatum quonam modo obtineri pax hæc, quam quærimus, poſſit, quod com- „ modius fieri, celerius, facilius ſede vacante conſtat quàm vnquam fieri poſſit in „ poſterum. Quod & Dominus noſter Rex vobis ſcribit. Hic cardo rei vertitur. Hîc ſumma eſt, hîc patebit, qui amici, qui inimici fuerint Eccleſiæ, qui Paſto- res, qui mercenarij, qui denique Catholici, quive Schiſmatici. Vnum maximè veremur, quod per ſuam piiſſimam miſericordiam Deus auertere velit, ne per Carnales aliquos & minimè ſapientes quàm dicti ſunt, turbemini, aut ab hoc ſa- cratiſſimo propoſito, in quo vos perſeuerare confidimus, impediamini, qui cœ- ca ambitione ad nouam electionem præproperè faciendam importunè, proca- citer & pernicioſiſſimè vos ſolicitaturi ſunt, in ipſius totius rei execrandam per- niciem & multò deteriorem præcedente. Sic enim crudele vulnus redintegra- retur, morbuſque non in ſalutem, ſed pœne in deſperationem omnium veniret. Quare, Patres Reuerendi, & ſanctâ Chriſti Charitate amantiſſimi, à talium quo- que ſicut pernicioſo fermento, quod totam maſſam corrumpit, vos ipſos cuſto- dite, ne vnius cuis morbidæ contagione Grex veſter inficiatur, & vtinam, vt cum Apoſtolo loquamur, abſcindantur qui vos conturbatuti ſunt in re iſta. *Nec illud, Patres optimi*, vos moueat, quod hi de parte aduerſa in re ſimili confeſtim elegerunt, damnabiliter ſiquidem vt credimus, ac ſceleratè egerunt; nec illud opus eorum vobis qui ad vnionem voluntarii eſtis, imitatione dignum eſt. Et profectò id agendo quod quærimus, majorem de jure veſtro in animos fidelium ingeretis opinionem, quam per quodcunque aliud quod cogitare poſſetis. Pater- nitates veſtras Reuerendas, vniuerſumque cœtum veſtrum Deus pacis & hu- manæ ſalutis amator ad pacem & ad ſalutem Eccleſiæ inſpirare, viſitare, dirige- re & corroborare dignetur. Datum in noſtra Congregatione Generali apud S. Bernardum ſuper hoc ſpecialiter celebrata die 25. Septemb. an. 1394.

Humiles Eccleſiaſticæ pacis & veſtri Oratores
Rector & Vniuerſitas Studij Pariſienſis.

Eodem die, menſe & anno eadem Vniuerſitas ſcripſit ad Prælatos & Capitula Eccleſiarum Cathedralium, eodem animi affectu rogans, vt ſuas curas & cogi- tationes in idem propoſitum conferrent, quò Cardinales ſic ab omnibus ſolici- tati & agitati eidem negotio ſubſcribere cogerentur. Tales autem ejuſdem Vni- uerſitatis Litteræ Circulares.

LITTERA EIVSDEM VNIVERSITATIS AD PRÆLATOS. Iuſtum erat, Venerabiles Domini ac Fratres in Chriſto Cariſſimi, vt hi quos benigniſſima Mater Eccleſia ſuo in ſinu fouerat, ſuauiſſimis pabulis & pro- pria ſubſtantia abunde ſuppeditatis aluerat, ad honores ampliſſimos, Gradus at- que Dignitates extulerat, præbendis & dignitatibus, Reditibuſque vberrimis donauerat, quibus pœne bona ſua vniuerſa, vt tandem vnico verbo abſoluamus, impenderat, hæc tanta Beneficia mente grata & memori apud ſe recognoſcendo in eius neceſſitate & tantâ neceſſitate quâ nulla grandior fuit de hominum me- moriâ, nunc eidem ſerò ſaltem ſubueniret. Quis enim tam extraneus, tamque alienigena, ſi vobis ea commoda quæ Eccleſia contulit, tribuiſſet, cui non ante omnia veſtris & omiſſis negotiis in ſuis aduerſis rebus ſuccurrendum exiſtima- retis? nec corpori, nec labori, nec rei familiari parceretis, dum ei prodeſſe poſſet cura veſtra. Præclara veriſſimaque eſt Comici Sapientis ſententia, *Multa ex quo tibi fuerint commoda, eius eſt æquum te ferre incommoda.* Cum itaque ex hac Matre indulgentiſſima tot vobis proſperitates & commoda contigerint, nec gra- uari debetis ex hac eam tempeſtate liberando, modicum operæ veſtræ impertiri. „ Si autem timuiſtis, nunc timere deſinite. Nec eſt quod jam terrorem incutiat. „ Tuta ſunt modò omnia, nec amplius aliunde ſuſpecta. Si prius diffidebatis, con- fidite. Iam omnis res, vt aiunt, in vado eſt. Iam magna humorum parte digeſtâ, „ reciſâ carne tabidâ, corruptâ vel virulentâ vulnus ad curationem approximat, & prope eſt vt latera cicatricis hactenus à ſe diuiſa cohæreant, in vnumque ve- „

antea reducantur. Huc vſque Samaritanus ille pius vinum amaritudinis ſauciatæ plagæ medicamentum impoſuit; nunc verò deinceps oleum lætitiæ, conſolationis, ac conſolidationis, vt nos ſperare debemus, appoſitum eſt, dum res turbulenta fuit atque periculi plena, nos ſemper & indefeſsè curam illius egimus, Nos eam ſuſtentauimus pœne ſoli, promouimus, proſecuti ſumus. Nunc poſtquam Diuino nutu res in tranquillum rediit, metuſque omnis abceſſit, nobis ſaltem de cætero aſſiſtentes nobis adjungimini, opemque & auxilium nobis ferte, vt ſi tribulationis participes non fuiſtis, ſaltem conſolationis, futuræque gratulationis ac honoris efficiamini, quæ vobis communicari non modò liuore ducti non inuidebimus, verùm plurimum profectò gaudebimus, ſi ſub ardore ſolari in meridie ipſos pondus diei & æſtus non tuliſtis: ac vbi adueſperaſcit, vmbræque refrigerij jam ortæ ſunt, in Dominicâ vineâ modicum operamini, quò diuturnum denarium nobiſcum percipiatis, qui vel tardè intrantibus non negatur. Incitet vos permaxima ac communis Eccleſiæ neceſſitas, quæ priuatis negotiis jure anteferenda eſt. Inducat internus dolor, longa ejus miſeria, longa oppreſſio; quæ quis vltra diſſimular, non probum certè filium ſe monſtrat. Nec enim eſt ſincerus filius, cui non cordi ſunt Matris miſeriæ. Inuitet obligatio, quâ id facere debetis, vt quid enim Gradus altos, prouentuſque copioſos in Eccleſia tenetis, niſi vt in preſſuris aut perſecutionibus ſibi auxilio ſitis, eam proregatis, tueamini, defendatis? Quis Eccleſiam ſeruabit, ſi ſui eam fugiunt? quis reuerebitur, ſi ſui contemnunt? quis pro ea militabit, ſi ſui eam deſerunt? Impellat ad id poſtremo proprij cura commodi, libertatiſque dulcedo, vt ab illis moleſtiis, ab illiſque ingentibus extorſionibus, quibus vexari eſtis & afflicti, hac durante procella Schiſmatis per adeptam Eccleſiæ vnionem eripiamini. Diuinum ergo imprimis Chariſſimi, quod in tantâ re fieri neceſſe eſt, implorate præſidiū, crebris proceſſionibus, ſolennibus prædicationibus, deuotis ſacrificiis & obſecrationibus, jejuniis, cæteriſque abſtinentiarum modis, quibus Diuinam gratiam impetrare ſuamque iracundiam placare conſueuerunt Patres noſtri, vniuerſumque cœtum populi in veſtris Diœceſibus ad hæc ipſa peragenda indictis Generalibus impellite, legatos inſuper quoſdam ex præcipuis veſtris ſuppoſitis ad Dominum noſtrum Regem, Dominoſque Cardinales ſuper procuranda pace ſanctæ Dei Eccleſiæ deſtinate, aut per Litteras ſaltem à Capitulis veſtris profectas ſuper hac re eiſdem ſupplicate. Sic enim plus mouebuntur Domini antedicti, ſi concordi & communi omnium Eccleſiaſticorum conſenſu ſolicitentur, faciliuſque multo erit pacem inuenire, quam ſic vno ſpiritu quærent multi. Dominationes veſtras & fraternitates in Chriſto dilectiſſimas ad ſuam pacem deuotè poſtulandam impetrandamque adjuuet ac dirigat ille, cui eſt gloria in excelſis, & qui pacem dat in terra hominibus bonæ voluntatis. Amen.

Nihil iſtæ neque priores Litteræ profuerunt, nec profecerunt, ſeu quia nimis properanter & feſtinè Cardinales electionem fecerant antequam illas reciperent; ſeu quia illis non eſſe deferendum cenſuerunt, ne Cardinalibus Romanis inferiores viderentur. Id tamen Principum & Vniuerſitatis voluntati conceſſerunt, vt pro ſe quiſque juraret antequam Conclaue ſubiret, ſe ſi deſignaretur, Pontificatum ejuraturum, id ſi modò Bonifacius Romanus facere paratus eſſet. Et in hanc rem conſcripta eſt quædam ſcedula, quam ad annum ſequentem referemus. Igitur illi Conclaue ingreſſi die Sabbati, die Lunæ ſequenti quæ erat 28. Septemb. Petrum de Luna Cardinalem Arragonium, nobiliſſima familia natum, Iuris vtriuſque cognitione præſtantem, multiſque legationibus clariſſimum eligunt, conſecrant & thiarâ inſigniunt 5. Idus Octobris. Et ille Benedicti XIII. nomen accepit. Re per Nuncios Lutetiam relata, Rex ad recens electum Pontificem Legatos ſuos, Vniuerſitas quoque ſuos, quorum Princeps erat M. Petrus de Alliaco Cancellarius Eccleſiæ Pariſienſis & Eleemoſynarius Regis, miſit cum hiſce Litteris.

Quanquam, Pater Beatiſſime, dum ad Nos perlata fuit Romani Pontificatus vacatio, zelo pacis Eccleſiæ feruentiſſimè ſuccenſi, quam ſuper alia quæque à nobis deſiderata reſtitutam conſpicere impenſius ſemper optauimus, DD. Cardinalibus, vt ſuam electionem celebrare aliquantiſper differrent, humili cordialique affectu ſupplicauiſſemus, exiſtimantes hoc pacto poſſe multò facilius le- *Litteræ Vniversitatis ad Benedictum XIII.*

uiuſque rem tantopere quæſitam obtineri, altera expugnandarum & validiori parte de viuentium medio ſubducta ſimulque veriti ne quod nonnunquam aſſolet in talibus auida intuentibus aliunde præſidendi cupiditas, ſicque non modò ſpes omnis Schiſmatis eradicandi interceptu excideret; verum inſuper radices rurſum alias agere inciperet. Poſtquam tamen indubiè reperimus præfatos Magiſtros Cardinales in veſtram electionem pari & conſonâ voce vnanimique conſenſu conueniſſe, ſancto quidem, vt credimus, Spiritu interueniente, ingens animis noſtris lætitia voxque gratulationis exorta eſt, ſperantibus vniuerſis ſanctum illud propoſitum flagranſque deſiderium vnitatis Eccleſiæ orthodoxæ, quod veſtris in præcordiis indeſinenter huc vſque geſſiſtis, gerereque vos audiuimus & credimus, nunc tandem nato tempore opportuno facultateque de Cœlo exhibita debet pateſieri ac in medium produci. Nunc igitur, Pater Benedicte, vt Nos nomine veſtro alloquamur, Pater, inquam, Benedicte, inque omnia ſecula jugiter Benedicte, illam ſacratiſſimam voluntatem tanto tempore conceptam promite, opere exequimini, quod tandiu intendiſtis, felicem diem iſtam, quæ perpetuum honorem, decus eminentiſſimum, famam indefectibilem, laudem inenerrabilem, pignus & arrham gloriæ ſempiternæ, vobis niſi reſpuitis, afferte, alacriter & jocundè ſuſcipite, oblatam occaſionem quam votis tam frequentibus optaſtis, quamprimùm, quàm celerrimè arripite, corripite jam moras omnes, tollite dilationem quantamlibet, non diem vllum, non horam, non vel momentum temporis exſpectate, ſemper differre patet eſſe noxium, quamprimùm, inquit Ethicus, rapienda eſt occaſio prima. Si cras vnum mens veſtra aliquaotulum lætior admiſerit, ecce confeſtim alterum, ecce tertium ſubibit, ſicque ſenſim procedendo, donec in negligentiam operiſque deſidiam ventum erit. Accedent Adulatores blandiloqui, ſub amicorum ſpecie virus peſtilentiſſimum nequitiæ inſpirantes, accedent ambitioſi dignitatum, cupidi promotionum atque Beneficiorum, accedent Aulici omnes præſentis aſſentatores potentiæ; quibus ſi aures veſtras aperueritis, mentem veſtram ad ardui hujus operis aggreſſum, non ſolum remiſſam, ſed languidam & eneruem reddet. Accedet denique honorum aſſuetudo dulciſſima, quâ nihil animo noſtro jucundius illabitur, nihilque magis allicit; & ſi eſt verum dicere, magis fallit; quâ nimirum pluſquam ſatis noſtra hæc ætas abundat. Habetis recentiſſimum, ne hiſtorias alias inducamus, de veſtro Anteceſſore exemplum, quem quid aliud impulerit in ea, quam tenuerat ſententiam, tam inexorabiliter perſiſtere, niſi iſta? neque ex differentia, ſed ex zelo vehementi & cautela, quâ vobis conſultum amantiſſimè eſſe volumus, hæc dicimus. Nec certè veremur ex his virorum offenſionem tam placidarum aurium incurrere. Veritatem vos amare nobis conſtat. Indéque cauſa loquendi major multò ingeritur audacia, fragilis eſt, vt noſtis, humana natura, & ſui excellentiam nimium appetens, ad quietem præterea & otium fallaceſque delicias plus quam ad laborem prona. Aggrediamini ergo quantocyus, ſupplici prece quæſumus, rem iſtam cunctatione qualibet & tergiuerſatione rejectâ. Si aptus eſtis hodie, quid craſtioum exſpectatis? ſi non hodie eſtis, cras certè minus eritis. Nam non voluntatem intendi per craſtinationem & temporis intermiſſionem, verum remitti potius & frigeſcere certum eſt. Morbus ipſe præterea celeritatem requirit auxilij, nec vlterioris moræ patiens eſt: quippe qui longâ nimirum inualeſcentiâ, niſi cita medicaminis inuigilauerit manus, io deſperationem jam vergere incipiet. Quid quod neſcitur, quandiu hæc vobis à Deo data duratura eſt poteſtas. Multa iotercedere poſſunt, quæ eam auferant, vita breuis & incerta, nec vllius ſecura craſtini, Principum & Dominorum in ſuis voluntatibus quas ounc Spiritus ſanctus, nefas eſt credere, mouet, mutatio, zeli pœne vbilibet ferueſcentis tepor, temporis quoque & rerum aliarum nunc commodè ſubminiſtratarum facilis in congruum conſenſio. Omnis enim creatura vanitati atque variabilitati ſubjecta eſt. Quid quod aſſiduè plura emergent impedimenta, ab jocundo opere animum his occupatum & quodammodo poſſeſſum ac vinctum reuocantia. Vt quæ dum licet agere non voluit, poſtea dum volet, non liceat. Principio eſt itaque labori quàm accuratè inſiſtendum, vt hæc vna tam ſalubris prærepta occupatio multis aliis aditum præripiat majorum certè honoris & fructus.

Sed

Sed nobis fortaſſe dicturus eſtis. Non ex me vno res pendet. Maxima ejus portio in alieno ſita eſt arbitrio, libens quod potero agam, quodque in me erit. O Pater Beatiſſime, in veſtra nobis credità pax Eccleſiæ ſita eſt poteſtate: ſi id quod in vobis ſtat, ſeduló & fideliter adimpleueritis, nihil vltra poſtulamus, abundè eſt. Sat & multum eſt. Aut enim pars oppoſita æquè vna nobiſcum debitum faciet, & rationis Cenſura ſeſe ſubdet, aut rationi ipſi pertinax refragabitur. Si quod in ſe eſt, agat, & rationis pariter judicio ſe ſubmittat, res acta eſt, inter vos citò de pace conuenerit. Sin obſtinato animo rationis æquitatem omnemque viam ſubire refugiat, & ſeipſa condemnabit, & ratio eam, & totalis mundus eam: ſicque rurſum concordiam faciliter adipiſcemur. Nam & orbem vniuerſum veſtræ inhæſitabilis juſtitiæ eo pacto teſtem feciſtis, & ad Æmulum veſtrum omni viâ poſſibili proſequendum, veluteque improbiſſimum, & Schiſmaticum de ſede quam vſurpabat, deturbandum, immò & de terrâ penitus exterminandum, omnium Catholicorum mentes animaueritis. *Ecce Pater Beatiſſime*, nunc ſalutem Eccleſiæ: nunc pacem & concordiam, nunc innumerabilium malorum exterminium, Eccleſiam citra finem omnem per tot jam Schiſmatis annos vaſtantium in dextrâ veſtrâ portatis. Si qua eſt ſpes remedij, ſi qua exſpectatio ex vobis eſt, oculi omnium in te ſperant Domine, omnia à te exſpectant effecta benedictionis. Aperi ergo nunc manum tuam, imple omne animal benedictione. Sed quâ benedictione? illâ de qua eſt ſcriptum in Pſalmo *Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ*. O vos verè Benedictum, *Pater Beatiſſime*, ſi nos benedixiſtis iſtâ benedictione. O vos feliciter natum: ô fortunatos parentes qui vos ad tam egregium & memoriale opus ediderit: certè in laudis veſtræ celebrationem elegantiſſimam illud perſonabit, quæ te tam læta tulerint ſecula? quem talem tanti genuêre parentes? *Infreta dum fluuij current, dum montibus vmbræ luſtrabunt, conuexa polus dum ſidera paſcet, ſemper honos, nomenque tuum laudeſque manebunt*. Et profectò firmiſſimè indubieque tenemus vos id enixè facturum, quibuſlibet & aliis prius habitis, nouimus integerrimum, veſtræ generoſæ mentis affectum, quem tum experientiâ quodammodo didicimus, tum volantis aura famæ, quæ jam latius eundem circumtulit, circumferreque in dies magis gaudet. Ex quo quanta in noſtris oboriatur animis lætitia, ſcire ne quæſieritis, nobis inexplicabile ſermone eſt. Si verò in hoc opere ad exitum perducendo noſtri moduli paruitas conferre aut ſubſeruire veſtræ Beatitudini aliquantulum valeat, nihil eſt quod recuſemus ad quæque prorſus etiam ſubeunda quæ ceruicibus noſtris imponere jam dicta Beatitudo dignabitur, promptiſſimi ſumus. Id modò præcipiatis, quid per Nos agi velitis, & nos certè faciemus, vt noſtram ſedulitatem ſimulque fidelitatem in ea re experiamini. Quam ob cauſam ſupplicamus humillimè, vti noſtrum Collegium immò veſtrum, ſi in oculis veſtris vlla gratia dignum eſt, hoc honore & munere dignemini, vt Clementiæ veſtræ Litteras ſuauiſſimas veſtræ benedictionis collatrices & voluntatis Indices mereamur quantoeyus commoditas affuerit, accipere. Id enim magnum gratiæ apud veſtram Sanctitatem, indicium & magni pignus amoris habebimus, & veſtri beneplaciti cognita intentione Nos eidem conformare in agendis enitemur. De illius concordia Turbatoris, ne aliud in eum dicamus, exequendâ promiſſiune ſicut veſtrum prędeceſſorem monuimus, ita tempore congruo vos monere intendimus. Sed ne tot ſimul agendis Beatitudinem veſtram oneremus, in præſens ſuperſedemus Veſtro, Pater Beatiſſime, ingreſſui Spiritus ſancti adſpiret progreſſui, comes adſit, felicique in egreſſu vos ſiſtat. Amen. Scriptum an. 1394. die 13. Octob.

Ac ne prædictus Pontifex diſſimulare poſſet, ſe Litteras illas accepiſſe, eadem die per eoſdem Nuncios earundem exemplar ſeu tranſcriptum mittit Vniuerſitas ad Cardinales, quorum maximam partem nouerat propendere ad pacem: eoſque adhortatur ad promouendum opus tam neceſſarium & vtile Religioni Chriſtianæ. Neque enim dubitabat, quin Benedictus quocum illa plurimas contentiones habuerat, cum eſſet Clementis Legatus, parum benignè ſuas Litteras reciperet: itaque adjutores ſui propoſiti & conſilij voluit habere Cardinales, vt, ſi quid Benedictus contra fidem præſtitam moliretur, cauſa eſſet cur & ipſa Vniuerſitas & Cardinales ab eo deficerent. Talis verò eſt Epiſt. ad Card.

Litteræ Vniverſitatis ad Cardinales.

Reuerendiſſimi Patres, ſcribimus Domino noſtro ſummo Pontifici ſuper vnione *S. Dei Eccleſiæ in hanc formam. Quanquam, Pater Beatiſſime.* Et cætera vſque
» ad finem vt ſupra in Epiſtola ad Benedictum. Propterea, Reuerendiſſimi Patres,
» toti veſtro ſacro Collegio & veſtrum vnicuique omnibus cordis viribus, omnique
» humilitate ſupplicamus, quantis in hujus rei maturando initio, nam maturato
» opus eſt, in promotione quod apud eundem Dominum, in omni denique pro-
» ſecutione atque agitatione pro ſe quiſque partes ſuas laudabili ſolicitudine in-
» termiſcere ſtudeat. Ipſi inſuper Dño, quam valdè, ad hoc affici debeat, ipſi melius
» noſtis, ipſumque ſicut credimus obinde elegiſtis, in ope, patrocinio, conſilio,
» ſubſidio cæteriſque generibus auxilij veſtri adeſte: vt quod ſalutiferæ veſtræ ele-
» ctionis titulo exordium acceperit, proſpero per vos ipſos, qui ſpirituales eſtis
» potius, quam per terrenam poteſtatem conſummetur effectu. In quo & noſtram
» operam, ſi vllius momenti eſt, in veſtro conſpectu, nullatenus defuturam con-
» fidite. Nobis autem qui veſtris Paternitatibus jam tertiò ſuper hac re ſcribimus,
» aliquod tandem Reſponſum ſupplicamus, remittatis. Valete, Patres metuendiſ-
» ſimi. Ita de militante Ieruſalem, quod in hymnis, cogitate, vt vos triumphans
» ipſa poſt ſæcli naufragium in ſuo materno ſinu excipiat. Amen.

Reſcripſit autem Benedictus ad Vniuerſitatem per Ægidium Bellemarium Archiepiſcopum Auenionenſem, rogauitque inſiſtere propoſito de reducenda vnione & pace Eccleſiæ & pollicetur Rotuli admiſſionem. Idem Legatus vt habetur in MS. Sandionyſiono *Regem adiens monuit vt vnioni Eccleſiæ* impenderet
» operam efficacem ſemper cum conſilio Clericorum Regni ſui *& præcipuè Vni-*
» *uerſitatis Pariſienſis*, & viam ab ipſa vt potiorem electam ſummo Pontifici noti-
» ficare dignaretur. Vt autem Colloquium ſuper hoc negotio ſecretum cum
» D. Papa haberetur, Rex *M. Petrum de Alliaco Doctorem in ſacra pagina* Eleemo-
» ſynariumque ſuum Auenionem deſtinauit. *Eodem quoque tempore Vniuerſitas Rotulum ſignandi illuc miſit: & quamvis id Doctorum & Rectoris conſilio ordinatum fuerit, Rotulus tamen ille non fuit generalis.* Ex quibus verbis intelligitur maluiſſe plurimos carere Beneficiis, quàm ab eo obtinere quem non putabant eſſe legitimum Pontificem. Nec dubium, quin Nationes Picardica & Anglicana in primo ſuo propoſito perſeuerarint.

Vniuerſitatis animos excitabant & augebant plurimorum Regum & Principum qui à Clementinis partibus ſteterant, conſpirantes in idem propoſitum pacis & vnionis voluntates; maximè verò Caroli Regis Francorum, Ioannis Arragonum, Henrici Caſtellæ Legioniſque, necnon finitimorum & longinquorum Principum, qui cum Cardinalibus Auenionenſibus ante electionem per Litteras & per Nuncios agere conati fuerant, ne ad alterius electionem Pontificis procederent, donec Bonifacij Romæ ſedentis in concordia Eccleſiæ procuranda voluntatem exploraſſent. Quid autem omnibus iſtis conſpirantibus ad pacem legationibus reſponſum fuerit à Benedicto, infra dicetur.

Cæterum Vniuerſitas in componendis Litteris ſuis tunc manu ſtyloque M. Nicolai Clemangij inſignis Rhetorices Profeſſoris, vt dictum eſt ſupra, vtebatur. Nullus enim tunc erat in illius artis profeſſione celebrior. Vnde & ipſi Benedicto, cum in Curia Regia Legatus degeret, apprimè notus erat, & valde familiaris. Itaque memorem eum futurum ratus contractæ ante promotionem amicitiæ, ſemonumque quos ſæpe habuerant de pace deque modis reſtituendæ concordiæ vnioniſque optabilis in Eccleſia Dei tam multis ab annis, diſſipatæ, ſcribit ad eundem Pontificem Benedictum recenter electum de Schiſmatis extirpatione, rogatque & monet vt Paſtoralem vigilantiam adhibeat: officium boni Pontificis deſcribit, item & tyrannidem mali, admonet quandiu jam in Eccleſia Dei Schiſma deteſtandum perſeuerauerit, & quæ illius abolendi cauſæ, quæ poſſint afferri impedimenta: poſtremo monet, vt M. Petri de Alliaco tunc Vniuerſitatis & Eccleſiæ Pariſienſis Cancellarij & Regij Eleemoſynarij operâ & conſilio in omnibus ſuis negotiis vtatur: cujus laudes plurimas paucis verbis complectitur. Sic igitur ille.

Epiſtola Nicolai Clemangii ad Benedict.

» Benedicto Dei gratia ſummo Pontifici, &c. Grandis, Pater Beatiſſime, &
» forſitan multorum exiſtimatione non aberrans à temeritate videbitur audacia,
» quod ego humilis & pauperculus homunciolus tuæ eximiæ dignitati, tuæque

Digitized by Google

præſtantiſſimæ Sanctitati ſcribere aggredior. Sic lucifuga noctua in ſolis jubar intuitum dirigit : ſua protinus exigua luce illius immenſo fulgore obcæcanda. Sic Pigmæus in Atlante ſublimi ſidera vertice pulſantem, lapis in magnum montem, mus in Elephantem, hyſſopus humilis in Cedrum aſſurgit. Et ſi Poëticas libet fabulas inſerere, ſic inefficaci alarum remigio Dædali Icarus in cœlum nititur, & Phaëton ineptus auriga currum Phœbi Patris igneum conſcendere non timet. Iſte præceps in Eridanum dejectus : ille ſuo in mare lapſu, vitreo, vt ait Horatius, daturus nomina ponto. Sic certant Cycnis vlulæ, ſic cum Orpheo Tityrus cythara contendit : ſic denique Troilus cum Achille, infelix atque impar congreditur : Dares cum Entello, Antheus cum Hercule. Verum, Pater Benedicte, ſicut & nomine diceris, & re, vt mea fert opinio, exiſtis, tua inſignis & præclariſſima virtus, mihi & aliis pleriſque intra hæc infelicia tempora omnium vitiorum fœcundiſſima, mirabilis; tuus ingens ac ſinceriſſimus affectus, quo ad pacem & ſalutem publicam tranquillamque Apoſtolicæ nauiculæ ſtationem inardeſcis : cujus Nauclerus es & Rector de excelſo, niſi fallor, immiſſus : tua præterea in omni laudum genere fama celeberrima, latius per orbis ambitum diſſeminata; tuæ denique innatæ benignitatis ſuauis humanitas atque manſuetudo, qua te in genere vniuerſis tam puſillis quàm majoribus facilem, affabilem, familiarem præbes, mihi hunc auſum tibi ſcribendi præbuerunt, imò certè ad ipſum à me quodammodo reluctante extorſerunt. Si quid itaque per me in hoc erratum erit, illis imputabis. Sed quibus de rebus tuam Sanctitatem alloqui ordior, ſi te laudibus ornare tentem, & in medio conatu ſuccumbam, & tibi aſſentari voluiſſe fortaſſis arguar, quod nec alteri me feciſſe memini. Nec à te vtique ducere velim initium, hoc in primis ne fortè aut metuas aut expectes, nec quicquam me facturum polliceor qui peſtem hanc capitaliſſimam Reſpublicas horribiliter eneruantem, ante omnia à puero ſemper exhorrui. Surgent proh dolor! ſatis aliqui & multo plures quàm opus eſſet, qui dicendæ veritatis inexpertes cœcaque Beneficiorum ambitione ardentiſſimi tuis ſtudebunt auribus ſubdolè atque fallaciter aſſentari, ne me illius artis Gnatonicæ imperitum meas oporteat in ea re partes immiſcere. Vtinam autem pauci ſuperſint qui veritatem, quæ odium parit, multitudini hominum inimicam, ſed tuo tamen animo vt arbitror amicam; tibi dicant. De quorum me ſorte ac numero & nunc & ſi quando poſthac aliud quidpiam ſcribere contigerit, pro mea virili parte fore profiteor. Non igitur à te beneficia poſtulatum venio : nec de meo ſed de tuo profectu tecum loqui geſtio. Tuum autem meritò dixerim profectum, eum qui toti Eccleſiæ Catholicæ communis eſt : Cui regendæ atque miniſtrandæ Deo authore præes. Sicut enim ipſa Eccleſia tibi deſponſata eſt, ſic virtute connubij inter vos initi communia eſſe debent inter vos omnia, vt nihil tuum ducas, quod non illius ſit : nihil etiam ſuum illa, quod non æquè tuum ſit. Multis modis, Pater Beatiſſime, qui antea eras, eſſe deſiſti : & ſicut de Saüle Rege facto dicitur, in virum alterum mutatus es. Petrus eras, iam Benedictus es, Petrique ſucceſſor. Sponſi Pamphylus ac Miniſter eras, ecce jam ſponſus es. Qui habet Sponſam ſponſus eſt, inquit Baptiſta : homo particularis eras, homo nunc communis es. Ne Platonicis in te Idæis locum eſſe putes. Ouis eras, Paſtor jam factus es, imò Princeps Paſtorum. Remigis Officium in naui gerebas, gubernator & ſummus Nauclerus eſſe cœpiſti Qui non vnius tuæ perſonæ vel rerum priuatarum, ſed totius nauis Apoſtolicæ & omnium quæ in ea vertuntur, curam habere debes. Si quæ ergo priuata tibi erant, de votis loquor & affectibus, ea profectò exuere te conuenit. Ne quid quod bono publico poſſit aliquatenus obſiſtere, in te reſideat. Priuati quippe ſolent affectus plurimum derogare communibus, dum cum publico plerique detrimento ſuæ quærunt rei familiari conſulere. Quod etſi in priuatis quibuſque pernicioſum eſt, in Principe tamen exitioſiſſimum, qui debet tutor & patronus eſſe Reipub. Ergo memor tuæ ſortis & gradus & vocationis communes in tuo animo fige affectus, ſtudia, vota, deſideria communia. Quia in te communia ſunt omnia, qui vt communis eſſes, tuus eſſe deſiſti. Mirum dictu. Sed planè veriſſimum, Tu Pater eſſe deſiſti, & meus factus es. Quomodo non meus es, qui Pater meus es, qui Paſtor meus es, qui denique vt audirer, ſeruus meus es. Si hæc falſa eſſe contendis, te ipſum quàm me prius argue falſitatis. An

non Pater meus eſt qui me ritè Filium vocat,ſi tamen verè vocat. An non Paſtor
meus eſt,ſi de Chriſti grege ſum qui totius gregis Chriſti ſe Paſtorem profitetur.
An non ſeruus meus eſt, ſi ſeruus Dei ſum, qui ſeruum ſeruorum Dei ſe appel-
lare gloriatur. Si itaque Pater meus es, imò vt communi melius verbo dicam, ſi
Pater noſter es, paternum in nobis affectum oſtende, Filios ama, Filios cura,
Filios erudi, filios in manſuetudine corrige & in pace educa. Hæc enim ſunt
veri ac pij Patris officium. Si Paſtor noſter es, ſuper gregem vigila, illis Paſtori-
bus aſſimilatus, quibus propterea in ortu Saluatoris Angelus apparuit, quia cu-
ſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Paſtoris erga Nos animum indue;
vt non tanquam ouis te ipſum, ſed tanquam bonus Paſtor, tuas oues paſcas. Gra-
uiter namque apud Prophetam Ezechielem mali Paſtores à Domino redar-
guuntur, qui ſeipſos non oues paſcebant. Si autem quæras quomodo paſcas,
paſce verbo, paſce doctrina, paſce ducatu & exemplo, paſce temporali ſnbſi-
dio, paſce bonos fouendo, malos & diſcipulos corrigendo, paſce canes haben-
do & feras arcendo, paſce poſtremo ſepta diligenter cuſtodiendo, ne aliquo
improborum impetu rumpantur, & ſi fortè rupta ſint, citò reficiantur, ne fra-
cto ouili prædones irruant, lnpi deuorent atque diſpergant. Quod ſi ſeruus no-
ſter es, vt te eſſe fateris, vide quàm minimè tuus ſis, qui vniuerſi pœne mundi
ſeruus eſſe cœpiſti. Sernus enim non ſui juris eſt, ſed alieni juris & arbitrij, &
quantò plurium eſt ſeruitio addictus, tantò oportet vt minus ſit ſuus. Attende
itaque & tecum conſidera quàm duram atque difficilem ſis prouinciam ſortitus,
qui omnium Chriſti fidelium ſeruus effectus es. Quàm parum tibi vacationis,
licentiæ ac libertatis ſit, qnàm multum oneris ac ſolicitudinis impoſitum, qui
mundo ſeruire ſuſcepiſti, vniuerſam Eccleſiam regere, tot ſalutem animarum
curare & de vniuerſo Chriſti grege tuo miniſterio commiſſo rationem reddere.
Cui plus committitur, plus ab eo requiritur, & vbi creſcit miniſterium, ratio-
nes etiam miniſterij creſcere neceſſe eſt. Tantò autem plurium ratio per Do-
minum cujus Vicarius es bonorumque diſpenſator à te exigenda eſt, quanto
ita & tui anteceſſores vltra onera vobis à Domino & Eccleſia pridem impoſita
ampliora, vltra veſtris ceruicibus impoſuiſtis. Qui vacuatis præſulatuum alia-
rumque dignitatum Eccleſiaſticarum electionibus, ſublato præterea à patronis
omnibus jure collationum, diſpēſationem omnium Graduum totius Eccleſiæ ad
veſtrū reuocaſtis arbitrium; vtrum ſalubriter pro vobis, ipſi videritis, vtrum verò
vtiliter pro Eccleſia, non eſt Epiſtolaris anguſtiæ diſcutere. Eſto ergo fidelis
ſeruus, prudens, diligens, humilis, obediens. Creditam tibi diſpenſationem
attentè recogita, voluntatem Domini tui meditare, præcepta exequere, flagella
pertimeſce, vt à Dño tandem ipſo audire poſſis, *Euge ſerue bone, & fidelis, ſuper
pauca fidelis fuiſti, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Noɔ eſt
autem tua iſta ſernitus vilis alicujus aut abjecti circa Nos miniſterij, vt inde eru-
beſcere debeas, honoris potius & dignitatis eſt, & regalis Sacerdotij, vt verbo
ſcripturæ vtar, quam ſi rectè ad creditarum ouium ſalutem miniſtraueris, nul-
lum prorſus terrenum imperium iſti egregiæ ſeruituti æquabis. Si verò illam ad
proprium quæſtum, ad pompam vel ad faſtum, quem procul abs te fore cre-
diderim, detorſeris, dominarique & præeſſe quàm prodeſſe malueris, tunc pro-
fectò veriſſimè imò viliſſimè ſeruus eris. Non quidem vt in titulo præfers, *Ser-
uorum Dei*, quibus imperare non ſeruire contendis, ſed cupidinis, auaritiæ, ſu-
perbiæ & libidinis ancillarum Diaboli, & in ſumma tot Dominorum quot vitio-
rum. Nam teſte Domino, *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*, & rurſum. Pri-
mus tuæ Cathedræ ait ſeſſor; à quo quis ſuperatus eſt, hujus & ſeruus eſt. Si
autem ſcire vis quantum à tuo pectore aliena debeat eſſe libido dominandi, eo-
dem primo Paſtore docente clariſſimè cognoſces. Qui ad te atque ad Paſtores
alios ita loquitur, *Paſcite qui in vobis eſt* Gregem Dei prouidentes: non coactè ſed
ſpontaneè *ſecundum Deum non turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque vt dominantes
in Clero ſed forma facti gregis ex animo.* Vbi Paſtoralis officij regulam quam ab
optimo præceptore ſuo didicerat, paucis verbis eleganter depinxit, eum & im-
primis cupiditatem velut omnium malorum radicem maximè à Paſtoribus extir-
pandam cenſuit, & ſuperbam Clero, eui præſunt, dominandi libidinem ſuſtu-
lit. Et plebis per lumen boni operis ac doctrinæ exemplar ac formam eſſe de-

Digitized by Google

bere admonuit, & nil ficté aut ſeruiliter, aut ex triſtitia vel metu, ſed omnia verè, ſincerè, voluntariè & ex animo facienda declarauit. Hæc autem idcirco à me dicta ſunt vt intelligas. Sint ſatis, non dubito, intelligis & honor tibi eminentiſſimus acceſſerit, plus tamen oneris quàm honoris, plus laboris atq; periculi quàm dignitatis aut faſtigij tibi adjectum. Sed libet ex hac generali cõmonitione ad aliqua pauca magis in ſpecie quæ pro tempore & rerum qualitate ſcribere inſtitui, deſcendere. Vides, Pater Beatiſſime, non dico Eccleſiæ ſtatum, ſed lapſum, ſed ruinam, & lamentabilem deſolationem quæ Schiſmate horribiliſſimo & omnium quæ fuerunt, Schiſmatum peſtilentiſſimo, anno jam decimo ſexto cum tantâ quantâ omnes cernimus ſpiritualium temporaliumque bonorum jactura conſeritur. Huic plagæ ante omnia te mederi oportet. In hujus curam & ſanitatem tuos labores, tuas vigilias, tuos omnes conatus ac ſtudia conferre. Parum prodeſſe poſſunt alij labores niſi vnus iſte proceſſerit. Quid prodeſt ægrotum bene paſcere, qui quo magis paſcitur, eo magis læditur? Non eget infirmus alimento at medicamento. Non dape ſed ope, non documento, ſed adjumento. Porro ſi contumaces & indiſciplinatos Filios Paſtorali volueris ſeueritate coërcere nec liberè audebis, nec commode poteris. Rebelles aduerſum te faciet matris deformitas. Non audient, non obedient, imperium contemnent, jugum excutient. Fruſtra languente capite lethaliterque vulnerato, membris aliis illo omiſſo cura adhibetur. Nauſeam patiente ſtomachoque injectos omnes cibos emittente fruſtra alios artus illo neglecto regere laborabis, aut alimenti ſuſtentare ingeſtione. Hoc vulnus tuæ chariſſimæ ſponſæ tandiu neglectum, tanto interuallo temporis incuratum Te Medicum curatoremque exſpectat. Ad hoc Te debes exiſtimare à Deo vocatum, à Spiritu ſancto, imò verò in lucem editum, &c.

Porro Benedictus, vt erat ingentis animi vir & intrepidus, nihil motus tam multis Litteris & admonitionibus Regum, Principum, Cardinalium, Vniuerſitatum & amicorum, vni tantum rei intentus, quomodo ſcilicet Pontificatum retinere poſſet, de transferenda in Italiam ſede agere cœpit, de abdicando Pontificatu verba fieri vetuit. Quæ res omnium animos penitus abalienauit. Vulpino tamen more agere cœpit initio, & moras trahere, ludificari & tergiuerſari, donec tandem ab omnibus derelictus eſt, vt ex ſequentibus patebit.

Interim Vniuerſitas Pariſienſis exiſtimans ad tanti operis perfectionem, ſibi retinendos eſſe Regum & Vniuerſitatum extranearum animos, eorumque excolendam amicitiam, eorum Litteris Reſponſiuas ſuas miſit per legatos Academicos: qua in re immenſis pecuniis opus fuit. Sic ergo illa ad Ioannem Regem Arragonum.

Illuſtriſſime Princeps, grauiſſimas Regalis veſtræ magnificentiæ Litteras affectus ſinceriſſimi ad ſalutem Eccleſiæ & concordiam geminæ prius paucos dies recepimus. Quæ quantâ nos affecerint lætitiâ, vix nobis effabile eſt. Lætati equidem ſumus, Rex inclyte, vehementiſſimè, lætamurque ſummum illum Eccleſiæ ac rerum ſimul omnium ſummum opificem cujus in manu ſita ſunt corda Regum, mentem hanc ſanctam Regibus infudiſſe, tamque ſalubrem cœlitus inſpiraſſe ſententiam, quæ quidem in Regis pectoribus reſederit. Nil eſt quod pertimeſcat Eccleſia, ſalua ſunt ſibi omnia, tuta, tranquilla, ſerena. Quis enim vltra Tyrannus Eccleſiam perſequetur aut opprimet, ſi Regum Catholicorum conſentanea voluntas: vnanimis cuſtodia, concors authoritas ad ſui defenſionem acceſſerint? Nullus tantam potentiam, tantas vires, munimentum tam validum, tamque inexpugnabile non metuet. Quis Schiſmate vel hæreſi Eccleſiam jam diſcindere audebit? ſi tremendâ Regum majeſtate redintegrata fuerit ac vnita. Nunc itaque, Reges inuictiſſimi, ſeruite Domino in timore, ſeruite, inquam, illi cujus vos ſerui eſtis: à quo vobis Imperia & Regna ſunt: cui ſeruire regnare eſt: cui miniſtrare decorum, cui obſequi glorioſum, cujus implere mandata, beatum eſt. *Recolite vos eſſe milites Eccleſiæ*, vos eſſe Filios, vos eſſe Cuſtodes, properate vos ad Matris auxilium, ô Filij, accingimini ad arma pro eadem capeſcenda, ô Milites; vigilate ad tutelam vobis commiſſi pignoris, ô Cuſtodes; vobis certè in manu eſt, vnde laudem perpetuam ſine bellico furore, ſine ſanguinis effluxu referatis. Habetis, Sereniſſimi, quem ſequamini Actorem, cuj-

Litteræ Vniverſitatis ad Ioan. Regem Arragonum.

Digitized by Google

que in hoc opere ſanctiſſimo aſſiſtatis, Regem Francorum Chriſtianiſſimum, qui jampridem cauſam iſtam Eccleſiæ inſtar auorum ſuorum Illuſtrium aggreſſus eſt, qui vos aut operam veſtram in hujus tanti honoris conſortium non aſpernabitur, ſed participes gaudebit vnà ſecum effectos. Quo ducc res vt credimus, optatum ocyus finem adepta eſt. Illius, patrocinio Benedicti interueniente, qui Petri nuper Cathedram ſortitus eſt, de cujus fama virtutum per ora paſſim hominum & voluntate magna nobis oboritur pacis ſpes. *Sed Princeps Sereniſſime*, vt ad veſtras veniamus Epiſtolas, primùm & ante omnia Gratias vobis habemus innumeras quod humile Collegium noſtrum tam excellenti honore dignamini, vt ei ſcribere, & ipſum præcordialis amoris affectu amplecti duxeritis. Super quibus cum facultas dignè gratias agendi non ſuppetat, pro omnimoda gratiarum actione vobis hoc dicimus........ *grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ.*

Quod autem nobis ſcribitis, ſi quid in hac materia vtile concepimus, vias aliquas & modos adinuenerimus, vt eos vobis mittamus, quantum Regiæ veſtræ Majeſtati maximeque acceptum obſequium per idipſum facturi, certum prorſus habetote nos apprimè gauiſuros, ſi quid aliqua ex parte nos feciſſe, vel dixiſſe, facturos vel dicturos, in poſterum contingeret, quod veſtræ Celſitudini gratum eſſet. Cujus poſtulationi per nos ſatis eſſe factum juxta modulum ſuum, plurimum optantes, quandam ſuper re iſta Epiſtolam nuper à nobis editam, Regique Domino noſtro, vt ex titulo apparet, deſtinatam tranſmittimus. In qua tres à Nobis viæ damnatiſſimi Schiſmatis abolendi apertæ ſunt cum nonnullis earundem motiuis & rationibus: quæ an aliquid vtile, quantúmve aut quo pacto contineant, veſtri erit examinis judicare. Plures alias hinc inde ſuper iſto negotio hortatorias ſcripſimus Epiſtolas, & quas mittere ſuperfluum putauimus: cum tenor & fundamentum intentionis noſtræ in hac parte abundè contineantur in hac vna. Quod verò nos ad extremum admonetis, vt Domini Cardinales, Reges, Principes, Magnates ad hujus ſacri operis aggreſſum præmaturum inſtante ſollicitudine, jugi perſeuerantia cohortemur, id profectò jam fecimus cum ſermonis exordio, tum etiam crebris Scripturis, faciemuſque ſedulò, enixè, indefeſsè, cœleſti ſemper præuio, ſine quo nil poſſumus, auxilio, donec pacem Ieruſalem quam quærimus reſtitutam vſquequaque viderimus. Dominationem veſtram, Rex Sereniſſime, cujus nos beneplacitis & mandatis obtemperare gaudemus, ad ſuæ defenſionem Eccleſiæ in proſperis ſucceſſibus conſeruare dignetur Altiſſimi Clementia.

Veſtri humiles Oratores & Mandatis veſtris prompti obedire Rector & Vniuerſitas Studij Pariſ.

LITTERÆ REGIS ARRAGONUM AD VNIVERSITATEM. Circa idem tempus accepit Vniuerſitas Pariſienſis Litteras tertias à Ioanne Rege Arragonum, quibus Vniuerſitati ſignificabat ſe, licet Petrum de Luna Cardinalem Arragonium, Pontificem factum amet, plus tamen amare pacem Eccleſiæ, nec ſe deſtiturum à propoſito, hoc eſt à proſequenda vnione & concordia. Inſuper rogabat, vt quid de nouo illo Pontifice ſentiret, ad ſe reſcriberet. Litterarum eius ſuperſcriptio ſimilis eſt prioribus.

Venerabilibus & Dilectis Cancellario & Rectori, Magiſtris & Doctoribus, ac toti Vniuerſitati Studij Pariſienſis amicis noſtris Chariſſimis.

IOANNES Dei gratia Rex Arragonum..... Venerabilibus & dilectis Cancellario & Rectori, Magiſtris & Doctoribus, ac toti Vniuerſitati Pariſienſis Studij ſalutem in eo qui ſolus eſt omnium Saluator. Quia poſtquam vobis nuper ſcripſimus ſuper iſtâ nefandiſſima peſte Schiſmatis in Eccleſia Dei vigentis remedianda obiit D. Papa Clemens, cujus anima requieſcat in pace, & deinde in ſummum Pontificem fuit electus D. Cardinalis Arragonum, dubitamus ne forſitan hæſitetur, nos idcirco primum noſtrum immutaſſe vel mutare propoſitum ob fauorem ejuſdem, quoniam naturalis Regni noſtri & ſemper vtique Majeſtatis noſtræ feruidi zelatoris & ſpecialis amici. Et certè quanquam reuera duo iſta ſimul, putà naturalitas & amicitia, quorum & alia multa, quæ erga eum veræ dilectionis noſtræ probabilia perueniunt argumenta, conueniant, ſanè potius merito zelo Dei & fidei incremento afficimur, & Chriſtiana Religione compellimur nos & cæteri Catholici mundi Principes deſiderabilem & ſalnti fide-

lium neceſſariam Eccleſiæ vnitatem inquirere & perquirere, ſectionem fugare ſceleratiſſimam, & ſcintillas tantæ malitiæ vnde venit, extinguere, quantum poterimus & ſit fas. Circa enim iſta vigilamus aſſiduò, Magiſtrorum Doctorumque ſolennium perſcrutamur, intrinſeca exploramus, & vota, inquam, veſtra, vt prædiximus, deſiderabiliter exſpectamus conſilia, quibus ſingulis ante oculos noſtros compoſitis & in mente diſpoſitis eligamus, quæ propterea melius huic bono reſpondeant viæ decentes & remedia opportuna. Scripſimus & nunc ſcribimus Illuſtri & Chariſſimo Fratri noſtro Regi Francorum ſuper hac materia, quem non ambigimus in re tam ardua provt decet ſollicitum, & ſimili debito huic voto conformem. Certiorantes itaque de præmiſſis præelectam prudentiam veſtram, preces precibus ſuperaddimus cordiales, quatenus immorosè velitis nobis quæcunque propterea deliberaueritis vtilius proſequenda reſcribere. Non enim ideo charitati veſtræ credimus eſſe moleſtos, ſcientes indubiè virtuoſos animos non fatigari, ſed potius recreari laboribus fructuoſis. Datum Barchinoniæ ſub noſtro ſigillo ſecreto die 6. Octob. an. 1394.

Has Litteras accepit Vniuerſitas die 18. Octob. ejuſdem anni; quibus in Comitiis Generalibus lectis concluſum eſt, Regi quàm honorificentiſſimè reſcribendum, Reſponſionisque conſcribendæ Prouincia eidem M. Nicolao Clemangio demandata eſt. In Comitiis autem 19 Nouemb. lectæ ſunt Litteræ Reſponſales, probatæ & ſigillatæ. Tales autem ſunt, cum hac ſuperſcriptione.

Sereniſſimo Principi ac Domino Metuendiſſimo Ioanni Dei gratia Arragonum Regi Illuſtriſſimo.

SEreniſſime Princeps; Regiæ veſtræ præconium Majeſtatis latè per orbem diffuſum amplius in dies non mediocriter intenditur, dum nec ſoli natalis exceſſiuus amor multorum oculos, ne recta videant, impediens, aut ſtimulus ambitionis interdum colla majorum jugo ſubjiciens hanc à veritate concepta commutant, quominus hoc in ſalo variis agitato procellis, extento velo rectè procedat, ac vitatis ſcopulis cæteriſque hinc inde circunſtantibus periculis portum ſalubrem ſtudeat reperire, in quo Petri nauicula, jam heu tot aduerſantium colliſione turbata ſub vnici Rectoris præſidio pacatè conquieſceret, cui vniuerſi Catholicæ fidei Profeſſores Diuinis ſe conformando ſanctionibus obſequium cum obedientia filiali pariliter impenderent. Quod & nobis, minimè tamen circa hoc hæſitantibus, eiſdem tertia verborum ſanctitate relucens nihilominus quantum in ſe fuit, relucens patefecit Epiſtola. Cujus profecto tenore admodum exhilarati *Illuſtriſſimo Principi Francorum Regi*, Domino noſtro verbaliter expreſſimus, qui de veſtris aliis pacis ſententiæ Litteris verendis lætitiam, eodem atteſtante, ſuſceperat abundantem Quod verò, *Princeps inclytiſſime*, de his quæ in tantæ arduitatis concepimus materia, noſtrarum medio Litterarum certiorari rogaſtis, qui potius præcipere potuiſtis, hæc certè Regiæ voluntati hac in parte paruiſſe nos credimus, qui licet incunctanter fateamur opus non fore, lumen tam tenue, ſi vel in nobis exiſtat, tantæ ſuperaddere claritati, obedientes attamen cujuſdam Copiam Epiſtolæ, aliàs Domino noſtro præfato Regi noſtra de parte directæ, Serenitati veſtræ tranſmiſimus, in qua noſtra quoad hoc intentio, quam tam veram quàm ſincero corde manantem à Domino poſtulauimus, quantum Epiſtolaris pati poterit anguſtia, ſententialiter eſt inſerta. Linguæ non parcimus, manum ad aratrum pro viribus apponimus, corda verò in hujus aſſiduâ rei meditatione tenemus, nec à cœptis eo juuante, qui Infantum linguas diſertas efficit, fortium manus ad prælia docet, & cor docile juxta ſuæ beneplacitum voluntatis, quibus ab æterno prędeſtinatiuè propoſuit, miſericorditer elargitur, deſiſtere intendimus modo quovis. Facimus quod in nobis eſt. Vos autem, Reges inuictiſſimi, quod in veſtra ſitum eſt poteſtate, perficite. Noſtrum ſiquidem poſſe in tribus prælibatis cum præciſione factum eſt: vt & os in loquendo, cor in meditando & manum in ſcribendo ſolicitè coaptemus. Vobis autem de meditatis, prolatis & ſcriptis, opere ſicut Regiam decet Celſitudinem viriliter exequendis, de ſuperius authoritas ſingulariter eſt collata. Habemus equidem nunc, vt ſperamus, Pontificem Magnum, qui noſtris infirmitatibus de profundo charitatis compatiens, hujus diriſſimi vulneris, quo & totum Eccle-

ſiæ corpus lethaliter ſauciatum, jam vitali fermè calore deficiens adhibitis dulcedinis medicamentibus latera ſectione diuiſa ſenili, in vnum ſciat compaginare. Scit vtique, nec ſuæ difformetur intelligentiæ benedicta, qui quod rectè concepit, ad operam deducere, vt ſolemnium ſuorum Nunciorum ob hoc ad præfatum Dominum noſtrum Regem deſtinatorum relatu didicimus, pro viribus deſtinabit. Felix Regio, quæ tantæ venuſtatis arborem parturiit, ſub cujus foliorum amœna Gregis oues Dominici cum jocunditate quieſcant, & de luporum faucibus, quorum ditioni Dominicius ſubactæ fuerunt, ſemetipſas congratulentur ereptas. Feliciores parentes, ex quorum præclaro ſanguine tantæ proceritatis ſpectabile ſuggerit alimentum. Is autem inter omnia feliciſſimus, cujus de felicitatis affluentia nos omnes ſpe pollicente gratiam pro gratia Duce Domino capimus. Sed ſi, quod abſit, effrenata cupiditas, pacis æmula, ejuſque collega dominandi libido hunc verbi dictorem, nequaquam factorem eluderent, ipſius nimirum ſæpius vulgata felicitas in abjectiſſimam miſeriam laberetur, & ſpes noſtra, quæ in ejus ſancto fixa eſt, vt credimus, propoſito, in deſperationem decideret. Quò enim majora nobis pacis innuiſſet indicia, tanto nos nutibus fictis illuſos & in optato vacuos lamentabilius plangeremus; quoniam vnde nunc vita ſperatur reſurgere, illic & mors vitam aſſumeret. Ea propter, *Illuſtriſſime Princeps*, per zelum feruidum, quem ad fidem orthodoxam, Eccleſiæ ſanctæ reſarcionem, ac animæ veſtræ ſalutem propriam vos habere cognouimus, Majeſtatem veſtram in Domino cohortamur, nihilominus totis ſpiritibus noſtris, quantum valemus obnixius ac humilius ſupplicantes, quatinus præfatum Dñm noſtrum Papam per Litteras veſtras, potius quidem per Ambaſſiatores ſolemnes ad hæc publicâ referẽte famâ promptiſſimum pulſare curetis, vt alteram viarum in Epiſtola noſtra prælibata, digeſto ſatis vt arbitramur conſilio, prolatarum in practicam deduceré juxta ſuæ circunſpectionem ſanctitatis latiſſimam, quoad hoc præſertim à Domino vt fas eſt credere, dirigendam, cum celeritate procuret, aut ſaltem vnam quartam ejus diſcretio diſcutiendam Conſilio à prudentum cœtu fidelium meritò recipiendam in medium produceat in actu, vt ſic veſtra ſalutaris exhortatio, nedum Arragones orbiſque totius fideles cordialiter lætificet, & ſæpius dicta Regia Celſitudo veſtra in tanti veneratione coloni vberius gratuletur, quam perſeueranter conſeruare dignetur Altiſſimus ad tranquillitatem & pacem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Datum in noſtra Congregatione Generali propter hoc ſpecialiter in S. Mathurino celebrata anno Domini 1394. die 19. Nouemb. *Veſtri humiles ac deuoti Oratores Rector & Vniuerſitas Studij Pariſienſis.*

Eodem tempore Epiſcopi Moguntinenſis & Colonienſis ac Dux Bauariæ Regi Carolo congratulantur per Litteras & per Nuncios ſuos, ob tam inſignem operam, quam Reipubl. Chriſtianæ nauare intendebat. Et Bonifacius ipſe tum Romæ ſedens ad eundem Regem ſcribit, pollicetur que ſe conſenſurum in concordiam Eccleſiæ, dum Benedictus, qui Auenione ſedebat, idem ſe bona fide præſtiturum polliceretur. Atque ex omni orbis Catholici parte veniunt ad Principem Francorum Legati congratulaturi, itemque ad Vniuerſitatem Matrem & omnium aliarum Academiarum parentem hujuſce ſanctiſſimi operis hortatricem, inſtigatricem, promotricem. Neque verò Rex inceptis deſiſtendum ratus, legatos habebat apud Benedictum Auenioni, habebat & apud Bonifacium Romæ, vt Pontifices illos quaqua ratione ad amicam pacem adduceret. Romæ inter præcipuos negotiatores erat Philippus de Alençonio Epiſcopus & Cardinalis Oſtienſis ſupra memoratus, qui Litteris ſuis Regem & Vniuerſitatem certiores faciebat ſæpiſſimè, quid rerum illic ageretur, & quæ eſſet Curiæ Romanæ inclinatio.

Eadem autem die quâ ſupra, hoc eſt 19 Nouemb. receptæ ſunt ab Vniuerſitate Litteræ, ad eam à Benedicto tranſmiſſæ per legatos ſuos, Epiſcopum Auenionenſem & M Petrum Blanij: quibus, quia ſciebat eam magnæ eſſe authoritatis, plurimumque momentum ad rei propoſitæ confectionem allaturam, quocunque ſe conuerteret, conabatur eam ſibi demereri, ſuamque circa vnionem Eccleſiæ voluntatem ſignificauit. Leguntur autem iſtæ Litteræ in MS. Victorino, cum hac Epigraphe.

Litteræ

Litteræ D. Benedicti XIII. Vniuerſitati Pariſienſi directæ, præſentatæ per Epiſcopum Auenionenſem Ægidium Bellemere, & M. Petrum Blanij ejuſdem Legatos, & Receptæ die 19. Nouemb. an. 1394.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Rectori ac Vniuerſitati Studij Pariſienſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Mirabiles elationes maris hujus ſeculi, magni quidem & ſpacioſi: illic enim reptilia, quorum non eſt numerus, ſpiritualia videlicet monſtra nequitiæ, quæ cum ipſum mare nauigantibus, portumque ſalutis fido remige petentibus formidabili congreſſione luctantur, denſis nempe ſurgentibus vndique ventis horrida ſæuit tempeſtas, & exaltantur terribiliter fluctus maris, quod etſi ſemper ſit turbidum, ſemper penitus inquietum, his tamen infauſtis temporibus ſuperabundantibus ac exigentibus demeritis peccatorum ſolitò vehementius indurauit. Flauit enim Aquilo frigidus, & refrigerata plurimùm proh dolor fidelium charitate propter bellorum & diſſenſionum exitioſa diſcrimina, quibus inter ſe diſſident, ac non ſine grauibus inter ſe corporum humanorum ſtragibus miſerandiſque cædibus debacchantur. Omnes ferè Reges & Populi Chriſtiani, præter quæ mala cætera vix enarrabilia, quibus miſerabiliter concutitur totus orbis, Schiſmaticæ diuiſionis in ejus Eccleſia ſuperuenit diſcordia, cujus pernicioſiſſimum diluuium Catholica climata nunc inundat, non modicam fidelium abſorbuit portionem. Mirabilior tamen in altis Dominus dominans poteſtati maris, ac motum fluctuum ejus mitigans & tranquillans Petri nauiculam ipſius maris fluctiuagis agitatam procellis & variarum proſecutionum alliſam ſcopulis, timenteſque cum Chriſti fidelibus, qui præfati diluuij clade territi ad ſaluificum ipſius præſidium conſurgerent, tam ſæuis inundationibus prorſus obrui tantaque tempeſtate demergi, ſemper à naufragij perditione liberat, & dum magis de ſuprema periclitatione formidat, tum eam mirabilius præter mortalium ſpem erigit in ſublime, dumque Naucleri ſui eidem pro tempore præſidentis ab hac luce migratio pro mortalitatis humanæ neceſſitate contigit, ne pro Rectoris defectu periculum ſubmerſionis ſubeat ſecundum exigentiam temporum & inferiorum merita, ex ineffabili ſuæ bonitatis clementia prouidet ſucceſſorem, nec ſemper ad tanti ſupportationem honoris ſatis idoneum, ſed infirma mundi eligens, vt fortia quæque confundat, atque liquidè pateat, quod ipſam nauiculam ipſe per ſe conſtructam ſuoque ſanguine pretioſo redemptam per ſeipſum regit, protegit & gubernat. Et ne dictæ nauiculæ inter tanta pericula ſaluatio humanis adſcribatur ſuffragiis, nonnunquam ejus regimini præficit imbecillem, ſicut Nos hominem nuncionem viribus debilem ac inſufficientem meritis; ad ipſius nauis clauum, ſuæ videlicet Eccleſiæ regimen ſuâ dignatione vocando feciſſe noſcitur his diebus. Felicis ſiquidem recordationis Clemente Papa VII. prædeceſſore noſtro ab hujus terreſtris incolatu miſeriæ, nuper ad ſupera ſicut piè credimus Chriſto vocante, tranſlato, corporeque ſuo, prout mos eſt, & debitum expoſcebant, honorificè tradito ſepulturæ, venerabiles Fratres noſtri S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, inter quos & de quorum numero tunc eramus, in Palatio Apoſtolico Auenionenſi, vbi dictus prædeceſſor vitam temporalem finierat, pro electione futuri Romani Pontificis congregati, in humilitatem noſtram, vtinam non exorbitante Iudicio concorditer & vnanimiter per viam ſcrutinij concordantes, Nos tunc Petrum S. Mariæ in Coſmedin Diaconum Cardinalem ad ſummi Pontificij cathedram euexerunt. Nos veram Gradus altitudinem & oneris imminentis tantæ Celſitudinis aſcenſuri molem, præſertim hujus deflendi Schiſmatis procelloſo tempore Nobis in Cardinalatu diuerſarumque Legationum officio experientiæ longæ participi, non ignotam attentâ meditatione penſantes, Eligentium & offerentium inſtantiæ, inſufficientiæ noſtræ imparitatem objecimus, debilitatem noſtram dictante conſcientiâ cum repetitâ multotiens relaxationis ſupplicatione humiliter allegantes. Cumque nec ſic ceſſaret inſtans Fratrum importunitas eorundem, ſed vim inferens noſtro propoſito, Collegij juſſus vrgerent, Nos ex defectuum noſtrorum conſcientiâ diffidentes, de illius in confidentes omnipotente Clementia, qui pacis & vnitatis amator vtraque fecit vnum, ſperanteſque quod operi manuum ſuarum dexteram por-

rigens, Nos in tam profunda maris altitudine poſitum non relinquet, noſtris per fratres eoſdem multiplicibus non admiſſis, nec lachrymoſis deprecationibus exauditis, ne mundi graui bellorum multiplicatione diuulſi, potiſſimè tamen Eccleſiæ ſacroſanctæ Schiſmaticæ peſtis nunc miſerabiliter laceratæ diſſidio, noſtrum Electioni prædictæ denegando conſenſum, diſcrimina negligere cenſeremur, quanquam injuſti oneris molem inſufficientia noſtra defugeret, de ſuperabundanti tamen plenitudine miſericordiæ Dei noſtri confiſi, ei noſtræ imbecillitatis ſubjecimus imperfectum, ac debiles humeros Apoſtolicæ ſuppoſuimus ſeruituti. Vt igitur ipſe Deus Nos qui debiles manus ad fortia miſimus, corroboret, adjuuet, & confirmet, ac Eccleſiæ ſuæ nauem noſtro creditam regimini in hujuſmodi tempeſtatibus cuſtodiat & dirigat, ac per miniſterium noſtrum ad optatæ portum pacis & vnitatis adducat, ad quod Deus quantum ipſe concedet, & humana ſinet fragilitas, proponimus omnibus Nobis poſſibilibus modis intendere, totoque conamine laborare, *Vniuerſitatem* veſtram monemus ac charitatiuè rogamus, quatenus preces humiles, ſedulas & deuotas frequenter fundatis ad Dominum, vt inſufficientiam noſtram ſua pietate ſuppleat, debilitatem fulciat, nobiſque quod eſt oneroſum leuiget, quod laborioſum alleuiet, quod obſcurum ſuæ claritatis luce reuelet & aſpera conuertat in plana, ſicque præueniendo clementer aſpiret, & adjuuando miſericorditer perſequatur, quod zelus noſter ſemper in ejus beneplacitis ferueat, nec vnquam in illorum executione torpeſcat. Cæterum, amabiles filij, affectum nos charitatiuæ benignitatis expendimus, & ſolidæ charitatis gremium aperimus, proponentes quantum cum Deo poterimus, honori noſtro deferre, ac noſtra, ac ſingulorum commoda, quibus ad nos recurrere cum ſecuritate poteritis, in plenitudine beneuolentiæ promouere. Datum Auenioni 5. Idus Octob. Pontif. noſtri an. 1.

Litteras iſtas, vt videre eſt, dedit Benedictus ſtatim poſt promotionem & conſecrationem ſuam: quibus generatim quidem ſe in pacem toto animo incubiturum pollicebatur, ſed diſtinctè nihil de modis componendæ pacis. Similes per eoſdem Legatos dedit ad Regem & Proceres Franciæ Litteras, & breues inſuper dedit alias ad eandem Vniuerſitatem, quas Credentiæ appellant: quibus Rectorem & Magiſtros hortabatur, vt iiſdem ſuis Legatis apud Regem adjutores & auxiliatores eſſent. Tales autem ſunt.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Rectori ac Vniuerſitati Studij Pariſienſis ſalutem & Apoſt. benedictionem. Mittentes nunc ad Regiam & Principum Domus Regiæ Franciæ præſentiam venerabilem Fratrem noſtrum Ægidium Epiſcopum Auenionenſem & Dilectum Filium Petrum Blanij Decretorum Doctorem Nuncios Apoſtolicos præſentium perlatores pro nonnullis magnis & arduis negotiis, Nos & Rom. Eccleſiam & ipſius vnionem tangentibus ac non mediocriter inſidentibus nobis cordi, Diſcretionem veſtram paternaliter exhortamur, ac affectuoſè rogamus, quatenus eiſdem in dicendis noſtri parte fidem velitis omnimodam adhibere. Datum Auenioni 15. Kalend. Nouemb. Pontif. noſtri an. 1.

Poſtquam verò idem Pontifex Litteras ipſius Vniuerſitatis per Mag. Petrum de Alliaco Cancellarium ſuum traditas accepit, viaſque & modos intellexit, quibus pacem reſtitui poſſe præmonebat, per alias ſuas Litteras die 11. Nouemb. datas ſignificauit ſe in eo eſſe animo, vt pacem Eccleſiæ reſtituat, ſi poſſit, juxta ipſiuſmet Vniuerſitatis vota & pia deſideria Litteris ſuis ſignificata. Tales verò ſunt Benedicti Litteræ Reſponſales ad Litteras ipſius Vniuerſitatis.

Altera Littera ejuſdem Pontific. ad Vniverſitatem. Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Rectori & Vniuerſitati Pariſienſis Studij ſal. & Ap. Bened. Receptæ per Nos Litteræ veſtræ illatam mentibus veſtris ſuper injuncti nobis Vniuerſalis Eccleſiæ cura regiminis lætitiam indicarunt: per quas nihilominus ſollicitudinem noſtram ad vnionem Eccleſiæ tam miſerabili, tanto jam tempore lacerata diſſidio impigrè procurandam filialiter excitatos, veſtrum ad id in quantum poſſetis nobis auxilium offerentes. Vtinam, amabiles filij, vobis cæteriſque fidelibus Eccleſiæ pacem & tranquillitatem optantibus ex promotione noſtra juſta lætitiæ cauſa ſubſit, & ille quem optatis & ſperatis, fructus perinde ſequatur. Noſtrum enim ad tantam molem ferendam tantumque debitè peragendum opus minus ſufficere cognoſci-

mús imperfectum, affectionem tamen & voluntatem bonam eſſe ſciatis, reſque ad conſummationem negotij vnionis hujuſmodi per Nos adhuc in minoribus conſtitutos, in multis regnis & regionibus, & cum multis laboribus & ſollicitudinibus pręſenti tantò ardentiores & intentiores affectu, quantò ſuſceptum officium ad id nos peramplius adſtringit, quod Deo & conſcientia teſtibus adhoc principaliter recepimus, ne tot labores noſtri optato, quod abſit, fruſtrentur effectu, ſed per indefeſſæ noſtræ continnationis ſtudium feliciter opitulante Domino concludatur. Vnionem nempe pręfatam toto proponimus proſequi & procurare conamine, & ad effectum ipſius quàm celerius fieri bono modo poterit, cæteris quibuſlibet omnique cunctationis diſpendio poſtpoſitis laborare. Quam intentionem noſtram Regibus & Principibus orthodoxis per diuerſos Nuncios Apoſtolicos propter hoc deſtinatos ad ipſos, ſed maximè Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Regi Francorum Illuſtri, Dilectiſque filiis nobilibus viris, Ducibus patruis & Germano ſuis ac aliis de Domo ſua Principibus, de quorum directione, auxilio & fauore circa hoc principaliter poſt Deum confidimus, per venerabilem Fratrem noſtrum Ægidium Epiſcopum Auenionenſem & Dilectum Filium Petrum Blanij Decretorum Doctorem, intimandum duximus, vobiſque, prout eis injunximus, notificatam fuiſſe credimus per eoſdem. Ad cujus executionem, oblationem veſtram ſpontaneè factam gratam ſuſcipimus & acceptam. Datum Auenioni 2. Id. Nouemb. Pontif. noſtri an. 1. ſignat.

P. DE PAVEILLIONE.

Eodem pœne tempore accepit Vniuerſitas ab eodem Alençonio Litteras datas Romæ 22. Octob. quibus Reſponſales ipſius Vniuerſitatis præmiſimus: & hanc habebant ſuperſcriptionem.

Venerabilibus & Egregiis viris Rectori, & Magiſtris venerandæ Vniuerſitati Studij Pariſienſis amicis noſtris Chariſſimis.

Litteræ Philippi de Alençonio ad Vniuerſitatem.

VIri venerabiles & Egregij Amici Chariſſimi, informati ex præeuntis famæ «
pręconio, qualiter Chriſtianiſſimus Princeps & metuendiſſimus Dominus «
meus Rex ſanctiſſimum illud ſuæ Celſitudinis propoſitum circa horrendi & tam «
execrabilis ſublationem Schiſmatis & ſanctæ Matris Eccleſiæ vnionem juxta ve- «
ſtra ſaluberrima pacis exoptandæ conſilia Regiæ Celſitudinis ſtudio continuans, «
commiſerit Excellentiis veſtris quatenus in & pro tam ſalubris deductione ne- «
gotij veſtræ profeſſionis officium ſollicitudine indefeſſa juxta ſanctiones Catho- «
licas quomodolibet exerceatis. Nimirum gaudemus ex intimis & longè plus «
quàm voce aut ſcripto exprimere valeamus, ſpem nobis firmantes indubiam, «
quod miniſterium veſtrum in tam miſerando pioque negotio eò valebit meliùs, «
quò de veſtra ſinceritate & rectitudine Doctrinæ potiora ex ſuis dictæ Matris «
Eccleſiæ ſæpius impenſis meritis majoris fiduciæ argumenta tenemus. Quamo- «
brem nec immeritò confidimus, quod circa dicti ſublationem Schiſmatis & ſan- «
ctæ Matris Eccleſiæ vnione, prout hujuſmodi negotij neceſſitas exigit, non eri- «
tis amodo à veſtrorum proſecutione cœptorum propter quemcunq, caſum huic «
ſanctæ intentioni contrarium, in aliquo deſides nec remiſſi, ſed potius apud Cel- «
ſitudinem Regiam & ſereniſſimæ Domus Franciæ Regalis quibus ex ſanguine «
plus cæteris nimirum afficimur, veſtris ammonitionibus ſacris cò feruentius & «
diligentiùs inſtabitis, quò à quacunque parte aliqua nouitas emerſerit; Hujuſ- «
modi verò proſecutionis impeditiua forſan, aut dilatiua. Sanè quidem nuper «
hîc diuulgato obitu quondam Reuerendi Gebennenſis ſcripſit ſanctiſſimus Pater «
Dominus noſter Bonifacius Papa IX. de iſto metuendo diſſidio, Domino meo «
Regi & illis in Ciuitate Auenionenſi degentibus, etiamque Vniuerſitati veſtræ «
venerandæ & notabilem ſcilicet ſui Ambaſſiatam, videlicet Reuerendum Patrem «
D. P. Patriarcham Gradenſem & Nobilem virum Carolum Brancatium Comi- «
tem Campaniæ, dicti D. noſtri Papæ Bonifacij conſanguineum, necnon egre- «
gium virum Thomam Spinelli de Neapoli Militem & Legum Doctorem ad Cel- «
ſitudinem Regiam & dictos in Auenione degentes, prout pridie in noſtris vobis «
directis Litteris aliqualem de iis mentionem fecimus, deſtinauit. Ea propter «
venerabiles & Egregij Amici Chariſſimi quæſumus attendite, & ſollicitè ac dili- «
genter aduertite, vt Celſitudo Regia Ambaſſiatores prędictos gratanter admit- «

» tat & placabiliter audiat atque tractet, & circa prędictum negotium votum ſuum
» Regium beneplacitis Diuinis conſequenter habilitet, & veſtris ſacris ſæpius ſibi
» expoſitis perſuaſionibus acquieſcat. Etſi in euentum aliquam ex parte illa quam
» geſſiſtis hactenus, commodam forſitan deligatis, habentes tamen zelum ſecun-
» dum ſcientiam Officij veſtri in tam pio negotio potiſſimè conſideretis honorem,
» pro quo in tanto caſu, nec perſonarum veſtrarum periculis, nec rerum diſpen-
» diis aliqualiter parcere debeatis. Hæc ex ſpeciali confidentia ſcripſimus depre-
» cantes Altiſſimum, vt Celſitudinem Regiam & Mentium veſtrarum conſcientias
» in tam laudabili propoſito adeo feliciter conſeruet & augeat, vt ex hoc dicta Ma-
» ter Eccleſia ad vnionem pacificam eo citiùs quò citius reducatur. Datum Romæ
» die 22. menſis Octob. an. 1394. Indictione 2.

Veſter Philippus de Alençonio Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis.

Ad eundem Philippum reſcripſit Vniuerſitas, taleſque dedit Litteras 6. Decemb. ejuſdem anni.

Reuerendo Patri ac Domino Illuſtriſſimo D. Philippo de Alençonio.

Reuerende Pater, ac Domine Illuſtriſſime, ſi quanta æmulatione quamque exquiſitis fraudum machinamentis Catholicæ pacis à pleriſque diſturbium procuratur, tantâ vnanimitate, tamque ſinceris, ac Deo dignis laboribus à cæteris ipſa deſideratiſſimæ pacis reformatio quæreretur, jam, vt credimus, in promptu eſſet, qui munificâ manu pacem porrigens Author ipſe ſalutis potentiſſimus illuceret, qui piarum mentium æſtus & cogitationes varias ſerenaret, per quæ denique æmulorum pacis (hos etenim verè Schiſmaticos dixerimus) & fraudes & machinamenta in luce deprehenſa veritate euaneſcerent, à Deo omnia prona & facilia ſuppeditarent, ſi vbi omnium vertatur intereſſe, ſuas ſinguli operas efficaciter adhiberent. Vnde plurimorum tarditatem potiúſve torporem ægrè ferimus, qui rerum & temporum opportunitate abuſi ſemper procraſtinantes incertum neſciunt, quid prçſtolantur, fortè vel quietis ſibi blandientis ſuauitate illecti, vel propriis & quotidianis occupationibus impediti, vel alterutrius partium adhærentiâ nimiâ perſuaſi, ſiue laboris aggrediendi difficultate deterriti, aut poſtremo illâ ſine quâ nil boni perfici valet, charitate deſtituti. Eò fit vt pauci admodum ſint, quorum mens ſana continuâ vigilantiâ & operoſâ diligentiâ hoc in labore tam prçclariſſimo emineat. Verum, Pater inclytiſſime, etſi pauci non diffidimus, etenim creduntur idonei, qui vtpote authoritate conſpicuâ & ſolertiâ vigilantiſſimâ, charitate ardentiſſimâ & poteſtate ampliſſima prædití, moras rumpere, occupationes poſtponere, ſe ſuaque omnia liberaliter exponere, necnon & omnem difficultatem vincere ſæpiſſimè conſueuerint, ſi nunc ardentiſſimè concupiſcant. Quâ in re Sereniſſimi Principis & Domini noſtri Franciæ Regis Chriſtianiſſimi Eccleſiaſticorumque ejuſdem, & vna vobis communis ſanguinis Principum virtus clarior, fama celebrior eniteſcit, antiquiſſimæ ſan - ac Illuſtriſſimæ propaginis æmulatores egregij, quorum veſtigiis tota mentis deuotione inhærens Princeps Sereniſſimus Rex Arragonum nihil ſe tantùm optare pronunciat, quantum pacem & reunionem Eccleſiæ ſacroſanctæ, prout ex ſuis claret Litteris tam prçnominato Chriſtianiſſimo Regi, quàm Cardinalibus & demum nobis deſtinatis pluries. Adeſt prçcipuè, qui & præ cęteris jocundiſſimum nobis affert & optatum ſolatium Sanctiſſimi Patris, ac Domini noſtri D. Benedicti Papæ XIII. ad pacem Eccleſię procurandam perficiendamque zelus feruentiſſimus, quam eò libentius intuemur, quo eum credi, cujus in fide præ cunctis mortalibus ſummè decuerat vt Domino ſeruus ipſe dicere poſſit, *zelus Domus tuæ comedit me*, qui poſt ſuam coronationem omnibus poſtpoſitis primum omnium hunc laborem aggredi, & ad Regem ac Domus Regiæ Principes noſque licet infimos ſuper hoc mittere non diſtulit, ſicque exorſus eſt. *O Bone Ieſu aſpira, adjuua, hic tua res agitur, intende proſpere, procede & regna, ideſt* cordi & pacato tuo, quod eſt Eccleſia, Regno impera. Quod ſi vel illum quem veſtris in Litteris Bonifacium appellatis, huic ſanctiſſimo labori efficaciter intendere contigerit, in quo & veſtram Illuſtriſſimam Paternitatem plurimum nimiumque valere non ſumus neſcij, annuente omnium Domino actum erit;

Ingruens tempeſtas ceſſauerit, non plus noſtros, vt aiunt, clamores importuniſſimos faſtidioſis auribus ingeremus, ſi tranquilla omnia & ſerena cernentur. *Eia Pater inclytiſſime*, nunc ſolerter, inſtanter agite, Illuſtriſſimæ propaginis vnà cum præfatis ejuſdem clariſſimi vobiſcum ſanguinis honorem zelate, pios mentis veſtræ conceptus, cunctis illius partis Eccleſiaſticis & ſecularibus Principibus aperite, hanc videlicet temporis opportunitatem rati, quâ maior nulla vnquam diebus noſtris arriſit. Et quidem multam ſpem excellentiſſimæ veſtræ Dominationis ſplendidiſſimi apices nobis directi hoc in promouendo negotio attulerunt, vbi & potiſſimum ea redolent, quæ pacis affectum nunciant. Nam de vehementi plus juſto ad illam partem adhærentiâ quod attinet, detrahere videntur: ſed vbi, vt de noſtra paruitate longè majora, plura quàm quæ præſumimus ſentire & hortari eam efficaciſſimè non eſt dedignata. In quo ſupra modum tantæ paternitatis humilitatem humanitatemque admiramur & reuerenter amplectimur, eidemque quantas valemus gratiarum actiones, pro noſtra tenuitate rependimus, adjiciendo ſupplicantes, quatenus Nunciis noſtris, quos illuc præhabito Chriſtianiſſimi Regis conſenſu, nec enim aliter quidquam in hoc facere nos deceret, ſaluumconductum impetrare, necnon eos noſque omnes cum viſceribus charitatis habere ſemper dignemini commendatos. De cætero vtcunque poterimus cunctos indifferenter ad tantum laborem cohortabimur. Majores Litteris noſtris, lingua & calamo, verbis ſollicitabimus, Regem Chriſtianiſſimum velut ex conducto & pacto inſequemur, atque apud Altiſſimum preces humiles fundemus, gratiarum actionibus inſtabimus, quatinus negotium hujuſmodi dirigere, proſperare & ad optatum vſque finem dignetur perducere. Et vobis omnibuſque ſinceris cooperatoribus bonorum operum conſummationem optimam perſeuerantiam, ac æternum retributionis præmium idoneis duntaxat vineæ Domini Cultoribus reſeruatum finaliter largiatur. Scriptum Pariſius in noſtra Congregatione Generali apud S. Bernardum propter hoc ſpecialiter celebrata die 6. Decemb. an. 1394. *Veſtri humiles Rector & Vniuerſitas Study Pariſ.*

Eodem tempore alias Litteras accepit eadem Vniuerſitas à G. de Vinea Epiſcopo Anconitano datas Romæ die 18. Octob. in idem argumentum, nimirum pro parte Bonifacij & vnione Eccleſiæ: quarum ſuperſcriptio talis erat.

Venerabilibus & Egregiis Rectori & Magiſtris Almæ Vniuerſitatis Pariſienſis.

Litteræ G. de Vinea ad Vniuerſitatem.

HVmili præmiſsâ recommendatione *Venerabiles Viri*, Diuina & humana « ſcientia ſuperilluminati; fama veſtra quæ nunc ſingulari quodam illuceſ- « cit radio omnium fidelium mentes exultare fecit in Domino, quod maxime « Alumnorum Almæ Matris meæ Pariſienſis ſacræ veſtræ Vniuerſitatis, cujus licet « inutile membrum glorior nuncupari, Deus enim qui ſua facit in tempore prodi- « gia huc vſque non ordinauerat veſtrum ſanctum adimpleri propoſitum, quam- « vis pluries ſincerè & ſalubriter conati fuiſtis ad tam laudabile negotium pro bono « ſtatu fidei totiuſque populi Chriſtiani tranquillâ vnitate & pace veſtra ſancta fi- « deliter ſtudia impendere, quæ multis doloris faſcinationibus inimici fuere proh « dolor fallaciter tam dilata. Sed ad majorem prædictæ Matris noſtræ honorem « & gloriam quæ velut Eſther altera à Rege Chriſtianiſſimo cunctæ Genti Chri- « ſticolæ ſalutem jam impetraſſe & obtinuiſſe videtur. Hæc eſt hereditas ſeruo- « rum Domini & Iuſtitia eorum. Agite igitur confidenter, Reuerendi Patres & « Domini, nec fruſtrabimini voto veſtro, ab illo procedente, qui imperfectum « non nouit. In nullo enim vnquam tempore potuerunt Patres veſtri tantam gra- « tiam aut meritum adipiſci, quæ vobis ſunt iſtis temporibus ab excelſo reſeruata, « agente Sanctorum Majorum ſuorum operâ Rege Sereniſſimo prædicto & quæ- « rente veſtris directionibus & Conſiliis quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, Eccleſiæ « S. Dei tranquillitatem & reformationem. Materiam non extendo quæ firmiter « & frequenter fuit & eſt apud vos vtiliter & profundiſſimè vſque ad minutum ven- « tilata, ad gaudium veſtris venerandis circunſpectionibus notificans Sanctiſſi- « mum Dominum noſtrum Bonifacium inclinatum vt verum Paſtorem & legiti- « mum ad pacem Eccleſiæ S. Dei, & ſui Regis vniuerſæ Chriſtianitatis, cujus ca- « lamitatibus lamentabiliter compatimur toto corde. Et hanc notificationem facio « de Mandato ipſius Sanctitatis, purè & præcipuè intendentis, vt miſericordia & à

„ veritas obuient ſibi, Iuſtitia & pax oſculentur ſe, & nunc faciente Altiſſimo fa-
„ cilitate miraculoſa diſpoſitiua eſt materia & apta, ſi proceſſum non fuerit per
„ partem alteram ad Electionem. Difficultatis namque media pars per obitum al-
„ terius eſt ſublata, & creditur indubie quod ad hoc vt non fiat, apud Chriſtianiſ-
„ ſimum & Sereniſſimum Regem prædictum jam laborauerunt cum effectu veſtræ
„ oculatiſſimæ diſcretiones. Citò pro hoc habebitur ſanctiſſima & deſiderata con-
„ cluſio, quæ quantum ſit neceſſaria, non eſt humanum dicere, omnium ſcilicet
„ pax & vnitas in vera & perfecta charitate, in quâ vobis manere concedat Deus
„ qui Charitas eſt, & ipſe in vobis maneat ſemper, Amen. Scriptum Romæ die 18.
„ Octob. an. 1394.

Vt autem & Pontificum & Regum atque Principum Legationibus Rex Carolus ſatisfaceret, neve quid inconſultò ageret in tam difficili intricataque materia, ſtatuit ſuaſu Vniuerſitatis conuocare Concilium Eccleſiæ Gallicanæ Pariſios ad diem Purificationis B. Virginis, & ejus deliberationi inſiſtere. Quâ de re per Litteras & Legatos admonuit inter cæteros Ioannem Arragonum Regem, quem maximè videbat negotio pacis addictum, & tranquillitatis Eccleſiæ ſtudioſiſſimum. Ille verò protinus ad Vniuerſitem reſcripſit, vt eam admoneret ſe ad Carolum Regem Franciæ ſcribere, quarum Litterarum exemplar ad eam tranſmittere voluit. Tales ergo ſunt Ioannis ad Vniuerſitatem Litteræ.

Littera Regis Aragoniæ ad Vniverſitatem.

„ Ioannes Dei gratia Rex Arragonum, &c. Venerabilibus & Dilectis Rectori
„ & toti Vniuerſitati Studij Pariſienſis amicis noſtris Chariſſimis cordialis amoris
„ dulcedinem cum ſalute. Fixum, Amici Chariſſimi, adeo modò manet in animo
„ extirpandi ab agro Domini Sabaoth Schiſma peſtiferum, quod omiſſis, quin po-
„ tius in oblitum jam fere deductis negotiis aliis adhoc inceſſanter diſtrahimur &
„ curâ propenſiori mouemur. Nam cum Gregem Dominicum corruptibiliter ſua
„ labe inficiat, & vtinam non diſperdat æternâ damnatione quamplures ex Gre-
„ gis ipſius ouibus, ſeminariumque malorum ſit omnium, & in flammam jam ſuus
„ ignis pertranſeat deſtructuram, ſuperlatiuo deſiderio cupimus viribuſque totis
„ nitimur ipſum euelli radicitus & pacem Eccleſiaſticam in ſuum ſtatum primæ-
„ uum reduci. Proinde attendentes, quod ibi agendum eſt fortius, ibi accuratius
„ inſiſtendum, vbi grauiora pericula imminent, & vnde fortiora timentur diſpen-
„ dia prouenire. Et ideo binas Litteras veſtras miris decoras ſententiis & ornatas
„ Reſponſiuas Litteris noſtris jam ſuper facto hujuſmodi vobis miſſis auidâ manu
„ recepimus. Et eo ſiquidem gratiores illas habemus, quo potius veſtræ ſanæ in-
„ tentionis propoſitum veſtraque vota ſalubria noſtris conformia intuemur. In-
„ deque ac de laboribus quos Noſtri amore propterea ſuſtuliſtis, & non minus de
„ veſtri oblatione non modicum liberali & affectu beniuolo quem dicitis, & firmi-
„ ter credimus ad noſtri gerere beneplacita & honores, aſſurgimus vobis ad gra-
„ tiarum actiones multiplices. Cum autem nunc Sereniſſimo Principi Regi Fran-
„ corum Chariſſimo Fratri noſtro ſcribimus per Litteram, cujus copiam mittimus
„ præſentibus incluſam, teneatque & firmè noſtra credulitas, quod vos ſeu ve-
„ ſtrum nonnulli Vniuerſitatis veſtræ loco & nomine intereritis Congregationi &
„ actibus de quibus in littera agitur prælibata. Veſtram amicitiam intimè depre-
„ camur quatenus ob reuerentiam illius, cujus in hac parte cauſa tractatur, & no-
„ ſtri reſpectu amoris velitis taliter agere, quod informationem quam in prædicta
„ Littera petimus, habeamus, non ſolum à dicto Franciæ Rege, ſed à vobis etiam
„ infra breue, ſcituri quod nobis magnum ex hoc placitum impendetis, qui ve-
„ ſtris nequaquam beneplacitis & honoribus deeſſemus. Datum Barchinoniæ 16.
„ die Ianuarij an. 1395. more verò Gallicano, quem ſequimur, 1394.

Exemplar autem, ſeu vt tunc loquebantur, copia Litterarum ad Regem tranſmiſſarum, eſt ejuſmodi.

Ad Regem.

„ Sereniſſimo Principi Carolo Dei gratia Regi Francorum Chariſſimo Fratri
„ noſtro Ioannes eadem gratia Rex Arragonum, &c. Votiuæ felicitatis ple-
„ nitudinem cum ſalute. Nouit, Princeps Magnifice, ille cui voluntates & corda
„ nota ſunt hominum, quod inter alios noſtræ mentis affectus, eſt ille nimirum
„ præcipuus, ac præ cæteris digniſſimè militans, quod euulſo radicitus ab Eccleſia
„ ſancta Dei horribilis Schiſmatis germine à diu vigente ſuccreſceret & floreret
„ vt antea, in eadem ſalutiferæ pacis & concordiæ plenitudo. Illud ſiquidem ma-

lorum eſt omnium productiuum, hæc bona in ſe continet vniuerſa. Quamobrem «
& propter onus permaximum ex hinc impoſitum humeris Catholicorum Re- «
gum & Principum nos ſperantes ex vobis relatis & aſſertis ne dum veſtrarum «
eloquio Litterarum, ſed etiam per Litteras & Nuncios ſpeciales ſanctiſſimi D. «
Benedicti Papæ XIII. ac de ſua confiſi prudentia prouida & prouidentia cir- «
cunſpecta aliis virturum donariis, quibus eſt multipliciter inſignitus, quod ad «
proſecutionem & effectum optari hujus tanti negotij ipſe non ſolum animoſum «
& promprum ſe exhibebit, imò etiam exponet efficaciter ſe & ſua. Videntes quod «
quia tempus eſt miſerendi Syon & in ejus adjutorium exurgendi, quia vt credi- «
mus, ſuperno adjuuante auxilio venit tempus, verſamur continuè circa ſubje- «
ctam materiam inquirendo hincinde ſollicitè, qualiter puſſit tam grandis & gra- «
uis ſciſſura hujuſmodi reſarciri ſalubriter, & in ſtatum vnitatis primæuæ Religio «
Chriſtiana reduci, Noſtroſque principaliter ſuper hoc facto tranſmitrimus im- «
præſentiarum dicto Domino ſummo Pontifici Ambaſſiatores ſolemnes. Et quia «
ex Litteris ſcriptis Pariſius, & aliis perpendimus nouiter quod *Vos Rex Excellens*, «
velut qui factum ipſum veſtris tenetis impreſſum viſceribus, veſtrumque ad illud «
conuertitis ſtudium efficax & intenditis veſtros labores & vires totales expone- «
re, & exprimunt veſtræ Litteræ nobis miſſæ, & credimus ſubſiſtere veritate, «
omnes propterea veſtri Prælatos Dominij euocaſtis, vt ſint vobiſcum in die Feſti «
Purificationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ proximè nunc inſtantis. Ex quibus ve- «
riſimilis inſurgit præſumptio, imò & firma reſultat credentia, quod in Congre- «
gatione hujuſmodi tantæ prudentiæ & virtutis plura tractentur & fiant directiua «
felicis principij, medij atque finis executionis prætacti negotij & optatæ conclu- «
ſionis ejus domus, Fraternitatē veſtram percharam rogamus ex corde, quatenus «
de his omnibus, quæ tractata ordinataque fuerint & concluſa circa dictam ma- «
teriam, & de aliis etiam de quibus veſtræ videatur prouidentiæ opportunum, ve- «
litis nos veſtris venerabilibus Litteris ſingulariter & diſtinctè extenſius informa- «
re, & omnia aperire veſtræ excellentiæ placita, quam juxta votum conſeruet & «
dirigat Rex æternus. Datum Barch.

Initio ergo menſis Februarij ejuſdem anni more Gallicano habita eſt Synodus Pariſiis, de via vnionis, cui præſedit M. Simon Cramaudus Patriarcha Alexandrinus: & ad quam conuocati quoque ſunt Deputati Vniuerſitatis. Concluſum verò ex plurium ſententia, è tribus viis quam Vniuerſitas Regi expoſuerat, viam Ceſſionis eſſe commodiorem & compendioſiorem, vt ſcilicet vterque Pontifex cederet, & tertius aut alter ex ipſis, ſi Concilio videretur expediens, eligeretur. In eadem Synodo Deputati ſunt ſolemnes Legati ad Benedictum, duo patrui Regis Duces Bituricenſis & Burgundus, & Frater ipſius Dux Aurelianenſis. Quo intellecto Benedictus cœpit ambages quærere. Rex ad eum prius ſcripſerat mirari ſe quod in Litteris quas ad ſe dederat Auenioni, nihil de ſcedula quadam diceret, quam feciſſe dicebantur Cardinales, antequam ad futuri Pontificis electionem Conclaue ſubirent, hoc nempe fine & propoſito, eum qui Papa crearetur, quamcunque viam tollendo Schiſmati idoneam & commodiorem, initurum & accepturum atque etiam Papatu ceſſurum, ſi alteri Pontifici, nimirum Bonifacio Romano videretur & probaretur. Benedictus ad has Regis Litteras reſpondit nullum fuiſſe factum ejuſmodi Inſtrumentum in introitu Conclauis, & tales ad Regem Reſponſales dedit.

Littera Benedicti ad Regem.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Chariſſimo in Chriſto filio Ca- «
rolo Regi Francorum Illuſtri ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Serenita- «
tis tuæ Litteras nobis nouiter deſtinatas paterno affectu recepimus, & earum «
intellecto tenore ſinceritatem Regij animi circa Eccleſiæ vnitatem & ſolertem «
tuam diligentiam, quâ quodammodo propoſitis aliis & arduis negotiis Regni tui «
principaliter ad id vacas, in Chriſto Ieſu, cujus res agitur, plurimum commen- «
damus tibi regratiantes humiliter qui cor tuum diligit, dirigat ad ſedulam proſe- «
cutionem tam ſancti operis & negotij ſalutaris, tibique grates referimus, qui il- «
lud ſic firmiter & prudenter aſſumis, tenentes indubiè quod votis tuis Deus ipſe «
aſſiſtet, & quod laudabiliter cœpiſti, laudabilius conſummabis. Et quia ab aliqui- «
bus ſcribis tibi eſſe relatum per Nos & venerabiles Fratres noſtros S. Romanæ «
Eccleſiæ Cardinales factum eſſe vnum publicum Inſtrumentum, dum adhuc eſ- «

» ſemus in Conclaui, cujuſque copia jam per aliquos his diebus de Pariſius extitit
» nobis miſſa, ipſiuſque originale vel Tranſſumptum in publica forma pro expe-
» dientiori veritate negotij, & pro his quæ tractanda erant in Congregatione Ge-
» nerali Prælatorum Regni tui, quos pro iſta materia conuocari feciſti, tibi poſtu-
» laſti per latorem præſentium vel alium celerrimè deſtinari. Imò quodammodo
» mirabaris attento tenore aſſerti Inſtrumenti præfati, cur tandiu tardauimus tibi
» Inſtrumentum ipſum tranſmittere, cujus copiam eandem jam à pluribus habe-
» bamus, de quo aliqui immurmurabant, nobis adſcribentes quod ad impedi-
» mentum vel dilationem diſtulimus Inſtrumentum prædictum tuæ Celſitudini
» deſtinare. Ad hæc tuæ Serenitati, fili Chariſſime, reſpondemus, quod qui tibi
» vel aliis iſta ſcripſerunt, vel quomodolibet retulerunt, minus veridicè id egerunt,
» & propterea dictam Copiam, quam confictam eſſe conſtanter aſſerimus, tibi re-
» mittimus præſentibus interſeptam. Verum eſt, Amantiſſime fili, quod per Nos
» & dictus Cardinales ante & poſt introïtum Conclauis, ac etiam poſtquam exinde
» exiuimus, fuerunt multa condita, multaque prolocuta & aliqua ſcripturæ com-
» miſſa, quæ de ſui natura & pro veritate negotij ſecreto expedit reſeruari: quæ
» nihilominus illis quos mitteres ad Nos, quia ſperamus, quod erunt tales, cum
» quibus poterit fieri ſolidum fundamentum, liberè communicabimus, & eis om-
» nia quantumvis ſecreta pandemus, cum firmiter noſtræ intentionis exiſtat; nil
» apud te & tuos de omni conceptu noſtro remouere incognitum, nil occultum.
» Et propterea, *Fili Chariſſime*, te rogamus & obſecramus per viſcera miſericor-
» diæ I. Chriſti quod miſſionem acceleres eorum quos miſſurus es, tales ad hoc
» eligendo, quibus poſſimus omnia liberè aperire. Et tunc clarè percipies, quod
» non turbare, nec differre volumus, ſed accelerare totis affectibus Eccleſiæ vni-
» tatem, cum teſte Chriſto ad id principaliter tota noſtra verſetur intentio, vt ope-
» ribus eluceſcet. Datum Auenioni 3. Non. Feb. Pontif. noſtri an. 1.

Erant verba & voces, quibus Benedictus animum Regis aliorumque Regni Procerum, qui negotio iſti incumbebant, detinere, delinire & faſcinare intendebat, moras ſubinde nouas excogitando & ſubnectendo. Certum enim erat fuiſſe factam Schedulam prædictam, ſignifque omnium Cardinalium, qui Electioni interfuerunt, firmatam. Et talis erat, vt legitur in eodem MS. Victorino, ſub hoc titulo.

Copia Schedulæ Conclauis.

SCHEDVLA CONCLAVIS. NOs omnes & ſinguli S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales congregati pro Electione futura in Conclaui ante Altare, in quo Miſſa communis celebrari conſueuit pro Dei ſeruitio, vnitate Eccleſiæ ſuæ ſanctæ ac ſalute animarum fidelium omnium promittimus & juramus ad ſancta Dei Euangelia corporaliter per Nos tacta, quod abſque dolo, fraude & machinatione quibuſcunque ad vnionem Eccleſiæ & finem imponendum Schiſmati, pruh dolor! in Eccleſia Dei nunc vigenti, quantum in Nobis erit & per Nos laborabimus fideliter & diligenter, quantum ad nos pertinebit, & dabimus Paſtori noſtro & Gregis Dominici ac Vicario Ieſu Chriſti Domino noſtro qui erit pro tempore, auxilium, conſilium & fauorem, nec ad impediendum vel differendum præmiſſa, dabimus conſilium vel fauorem directè vel indirectè, publicè vel occultè, & iſta omnia & ſingula, & alia etiam vltra præmiſſa omnes vias vtiles & accommodas ad vtilitatem Eccleſiæ ſeruabit & procurabit, poſſe tenus quilibet noſtrum etiamſi aſſumptus fuerit ad Apoſtolatum etiam vſque ad Ceſſionem incluſiuè per ipſum de Papatu faciendam, ſi DD. Cardinalibus, qui nunc ſunt, vel erunt in futurum, de his qui nunc ſunt, vel majori parti eorundem pro bono Eccleſiæ ac vnionis prædictæ videatur expedire. Sequuntur Nomina Cardinalium qui ſe præfatæ ſchedulæ ſubſcripſerunt ſub formâ præſcriptâ.

Ego Guido Epiſcopus Præneſtinus ſuperſcripta juraui & promiſi, & manu mea hîc me ſubſcripſi.

Ioannes Epiſcopus Tuſculanus. Nicolaus Epiſcopus Albanenſis, Bernardus tituli ſancti Sixti Preſbyter Cardinalis. Bertrandus tit. S. Putentianæ Preſbyter Cardinalis.

Thomas tit. S. Praxedis Preſbyter Cardinalis. Ioannes tit S. in Thermis Preſbyter Cardinalis. Ioan. tit. S. Vitalis de Marolio Preſbyter Cardinalis.

nalis. Petrus tituli S. Suſannæ Preſbyter Cardinalis. Ioannes tituli S. Anaſtaſiæ Preſbyter Cardinalis. Martinus tituli S. Laurentij in Lucina Preſbyter Cardinalis. Ioannes tituli SS. Ioannis & Pauli Preſbyter Cardinalis. Martinus tituli S. Laurentij in Lucina Preſbyter Cardinalis,

Ioannes tituli SS. Ioannis & Pauli Preſbyter Cardinalis. Petrus tituli S. Petri ad vincula Preſbyter Cardinalis. Guillelmus tituli S. Ceciliæ Preſbyter Cardinalis. Petrus tituli S. Mariæ in vialata Diaconus Cardinalis. Petrus tituli S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis. Amedeus tituli S. Mariæ nouæ Diaconus Cardinalis.

Prædictus verò Petrus de Luna Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin factus Pontifex Benedictus hanc Schedulam ſibi nocituram præuidens, ſcripſit Cardinalibus & expoſuit injuriam Eccleſiæ fieri, quod Reges Dominiorum Temporalium hanc à ſe Schedulam repoſcerent, tanquam ex pacto & condicto: periculumque eſſe, ne illi, ſi ſe faciles nimium præberent, in Eccleſiaſtica Iura inuolarent; itaque ſatius eſſe Schedulam illam omnino ſupprimere & tanquam non factam nec ſubſcriptam perpetuo ſecreto continere. Inhibuit igitur etiam per Litteras, ne illius exemplar vlli darent, aut ei ſe ſubſcriberent. Litteræ autem tales ſunt.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis in Chriſto fratribus Car- «
dinalibus, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ad noſtrum peruenerit «
auditum, quod Vos venerabiles Fratres noſtri S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales «
requiſiti fueritis, quod in quadam Schedula vobis tradita vos propriis manibus «
ſubſcribere deberetis, quod ſi fieret, dubitari forſan poſſet, quod pro tempore «
redundaret in perniciem libertatis Rom. Eccleſiæ, & contra ipſius honorem, ac «
etiam in Dei offenſam non modicam, & in occaſionem vobis detrahendi, in «
præjudicium Iuſtitiæ noſtræ partis & ad exaltationem ac obdurationem Intruſi «
& ſibi adhærentium, Noſque jam obtulerimus plures modos & vias rationabiles «
factibiles, Deo placentes & Iuri conuenientes, per quas vtilius & breuius & con- «
uenientius ad honorem Dei & ſuæ ſanctæ Eccleſiæ & adhærentium Iuſtitiæ iſtius «
partis vnio in Dei Eccleſia haberi poteſt, & Schiſma deradicari & euelli, provt «
de apertione & oblatione prædictorum modorum & viarum per nos oblatarum «
dilectis filiis Ducibus Ioanni Bituricenſi, Philippo Burgundiæ patruis, ac Ludo- «
uico Aurelianenſi Germano Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Fran- «
corum Illuſtris, & per eundem Regem ad nos deſtinatis, in quibuſdam publicis «
Inſtrumentis ſuper hoc confectis latius continetur. Idcirco præmiſſis & aliis «
multis attentis & conſideratis, quæ in tanto Dei & Eccleſiæ negotio attendi & «
conſiderari debent, loco & tempore latius explicandis, *Vos omnes & ſingulos* ve- «
nerabiles Fratres noſtros S Romanæ Eccleſiæ Cardinales monemus, hortamur «
& requirimus in virtute S. Obedientiæ, ac fidelitatis, quibus Nobis & Eccleſiæ «
Rom. tenemini vt nobis in proſecutione dictarum viarum per Nos oblatarum & «
aliorum in præmiſſis contentorum, quæ ad bonum vnionis Eccleſiæ tendunt, «
provt ad vos pertinuerit, aſſiſtatis, & adhæreatis fideliter & diligenter abſque «
fraude & dolo & machinatione quibuſcunque, nec ad impediendum vnionem «
prædictam detis conſilium, auxilium, vel fauorem directè, vel indirectè, publi- «
cè vel occultè, provt etiam virtute juramenti per vos ſuper hoc præſtiti eſtis ad- «
ſtricti Et nihilominus inhibemus vobis & veſtrum cuilibet in virtute S. Obedien- «
tiæ, ne in dicta Schedula, vt præmittitur, vos ſubſcribatis, nec etiam conſen- «
tiatis aliqualiter aliis quæ non licent, ſeu non decent, ſeu ex quibus, occaſio «
forte probari poſſet detrahendi, quod contra reuerentiam, obedientiam, aut «
honorem nobis & Eccleſiæ Rom. per vos debitæ, ſeu laudabiles mores inter nos «
& vos prædeceſſores noſtros & veſtros obſeruari conſuetos aliqua fierent per «
eos, quod abſit, provt nec credimus, quod facietis. Quod ſi contrarium per vos, «
vel aliquem veſtrum fieret, quod non credimus, proteſtamur contra vos & «
veſtrum quemlibet ſic facientem de pœnis in Iure ſtatutis & aliis debitis per- «
tranſgreſſionem præmiſſorum. Ad quæ vos injungenda mouemur tum con- «
ſideratione præmiſſorum, tum etiam, quia à pluribus dicitur, quod erga Nos «
& nobis aſſiſtentes modi inconuenientes ſeruantur, propter quod ſi aliud etiam «
à nobis fieret vel diceretur, cenſeretur forſitan non valere, & poſſent inconue- «

» nientia aut ſcandala ſequi. De quibus modis, qui erga nos & noſtros tenentur, » ſolemniter proteſtamur, videlicet quod ſi per Nos aliud fieret, ſeu diceretur ma- » nente ſtatu negotiorum non valere & habere pro infectis. Per præmiſſa verò vo- » bis venerabilibus Fratribus noſtris, quorum honori proſpicere ex noſtræ mentis » affectu deſideramus, vel quibuſvis aliis in aliquo derogare non intendimus, nec » perſpicere aliquod illicitum. Sed tantum occurrere ſcandalis & animarum peri- » culis, quæ veriſimiliter euenire poſſe timemus, honori, ac Iuri Eccleſiæ Rom. » prouidere, vt juris ſeu rationis fuerit & tenemur, & ita proteſtamur. Datum » Auenioni.

Concilium Eccleſiæ Gallicanæ. Sed vt ad Concilium Eccleſiæ Gallicanæ menſe Februario habitum redeamus, juſſa eſt Vniuerſitas deliberare de modis reducendæ vnionis conuenientioribus & magis idoneis atque promptis, ſuamque deliberationem per Deputatos ad Concilium mittere cum ampliſſima inſtructione, hoc eſt, qui parati eſſent de ſingulis capitibus ad interrogata reſpondere, & rationem reddere ſingulorum. Igitur ipſa poſt maturam deliberationem, publicam & priuatam delegauit è ſuis nonnullos, qui viam Ceſſionis præ cæteris magis commodam eſſe præponerent, & efficacibus rationibus perſuaderent. In eodem MS. Victorino legimus vnum è legatis ipſius tanquam Procuratorem & Actorem ipſius Vniuerſitatis Inſtructionem ſuſcepiſſe, & ſecundum illam in Concilio peroraſſe. Singula autem quæ in eo acta ſunt, & quinam tum interfuerint, habemus ex Monacho San-Dionyſiano his verbis.

Dum ſic ad habendam pacem in Eccleſia ſancta Dei tempus Legatos mittendo & remittendo teritur, Rex non immemor promiſſorum, ex cunctis oris Franciæ Prælatos Eccleſiaſticos, & de ſtudiis ſolemniores Doctores, apicibus Regiis euocauit, ad Feſtum inſtantis Purificationis B. Mariæ diem dicens, vt ſciretur qualiter horrendum ſchiſma ſopiretur. Ad latiùs conferendum ſuper hujuſmodi negotio tam arduo, regale Palatium aſſignauit, ſtatuens vt ſpectabilis vir Dominus Arnaudus de Corbeïa Cancellarius ſuus, cæteriſque alij notabiles de Conſilio ſuo, quoties poſſent, ibidem intereſſent. Quamvis ad centum & quinquaginta Prælatorum, omnes jure tituli, reſidentiæ, domicilij principalis, vel juriſdictionis ſpiritualis in Regno conſiſtebant, mandatum Regium perueniſſet, multi tamen antiquitatis, vel infirmitatis cauſa, aut occaſione penuriæ rei familiaris excuſationem miſerunt. Qui autem mandato Regio paruerunt, hîc ſequuntur: Videlicet Patriarcha Alexandrinus, Carcaſſonę, & Hieroſolymitanus, ſancti Pontij Thomeriarum, Eccleſiarum adminiſtratores perpetui, ac Lugdunenſis, Senonenſis, Remenſis, Rothumagenſis, Turonenſis, Bituricenſis, & Biſuntinenſis Archiepiſcopi, qui in Congregatione primi meritò nominandi ſunt. Interfuerunt & Eduenſis, Matiſconenſis, Lingonenſis, Cabilonenſis, Suffraganei dicti Archiepiſcopi Lugdunenſis. Epiſcopi etiam Pariſienſis, Carnotenſis, Aurelianenſis, Antiſſiodorenſis, Trecenſis, Meldenſis, dicti Archiepiſcopi Senonenſis. Catalaunenſis, etiam Tornacenſis, Maurinenſis, Atrebatenſis, Ambianenſis, Nouiomenſis, Siluanectenſis, Laudunenſis, Sueſſionenſis, dicti Archiepiſcopi Remenſis. Bajocenſis iterum, Abrincenſis, Ebroïcenſis, Lexouienſis, Conſtantienſis, dicti Archiepiſcopi Rothomagenſis. Cenomanenſis, Andegauenſis, Redonenſis, Nannetenſis, Archiepiſcopi Turonenſis. Mimatenſis, Anicienſis, Archiepiſcopi Bituricenſis Suffraganei. Pictauienſis, Malleacenſis, Lucionenſis, Condomenſis, Petragoricenſis, Xantonenſis, de Prouincia Burdegalenſi. Aquenſis, Lectorenſis, Conſeranenſis, de Prouincia Auxitana. Magalonenſis, Nemanſenſis, Vacenſis; de Prouincia Narbonenſi. Appamienſis, Riuenſis; de Prouincia Toloſana. Valentinenſis, Gratianopolitanus, de Prouincia Viennenſis; & Bethlemenſis Epiſcopus.

Necnon Ciſtercienſis, S. Dionyſij, S. Benigni Diuionenſis, Montis S. Michaëlis, Reſbacenſis, Fiſcanenſis, De Lira, S. Victoris prope Pariſius, S. Gregorij prope Rothomagum, S. Eligij Nouiomenſis, Abbates. Interfuerunt & cum prænominatis Abbatibus & Prior S. Martini de Campis, & Rothomagenſis, Andegauenſis, Remenſis, & Capellæ Diuionenſis Decani; Magiſtri Petrus de Alliaco, Guillelmus de Iardino, Ægidius de Campis, Petrus Plo, Iohannes Breuis Coxæ; Fratres etiam Michaël Picquier & quidam alter de Ordine Minorum; Iohannes

de Huſſaria Prior Auguſtinienſis Pariſienſis; Petrus de Conne Prior de Carmelo, Dominicus Herboly de Arragonia, dicti Ordinis de Carmelo, in ſacra pagina & Decretorum Magiſtri & Doctores. Necnon Magiſtri Radulphus de Caradoc, Iohannes de Matiſcone, Gerardus Vagoul, Vitalis de Caſtro Morono & ejus ſocius, ac Petrus Ianuti de ſtudiis Aurelianenſis, Tholoſanenſis, & Andegauenſis Decretorum & Legum Doctores ſolemnes. Iacobus Boüy, Iacobus Coſſon, Guillelmus de Canteriis, Robertus de Doms, in Curia Parlamenti Conſiliarij Regij. Andræas Grangeri, Iohannes de Milliaco, Radulphus de Vlmonte, etiam in Curia Parlamenti cauſarum Patroni. Magiſtri Robertus de Freta, Amelius de Brolio Auditores ſacri Palatij Apoſtolici, & Guillelmus Bourracery Licentiatus in Legibus, ſocius Domini Epiſcopi Anicienſis. Prior Carthuſienſis prope Pariſius, Prior Celeſtinorum Pariſienſium, necnon Iohannes Capitis Bitterrenſis, Iohannes Placius Agathenſis, Prior Prioratuum Sanctæ Columbæ de Sanardino & Voluento Caſtrenſis, Guillelmus Chat Lemouicenſis, Guillelmus Mimeti Abrincenſis, Iacobus de Mauſo Guichardo Ambianenſis, cum quodam alio, Mimatenſis, Epiſcoporum Vicarij & Nuncij: Officialis Lugdunenſis, Bertrandus Geneſte Archidiaconus Conſtantienſis, & quidam Religioſus Alemannus de Ordine Minorum, viri vtique circumſpecti & eminentis ſcientiæ, etiam præſentes interfuerunt.

Omnes Prælati præfati conſenſu vnanimi antequam Concilium inchoarent, Dominum Patriarcham Alexandrinum, Simonem Cramaudi vocatum, elegerunt, qui pro congregandis conſiliis, audiendis rationibus hinc & inde, determinandiſque concluſionibus authoritate præſideret. Is Decretorum Doctor famoſiſſimus, ſubtilis ingenio, clarúſque eloquentia exiſtens, libenti animo peragendum ſuſcepit negotium; quod tamen antequam inchoari præciperet, Magiſter Petrus de Alliaco, quem Rex ad Papam miſerat, reuerſus eſt, & ſuper legatione reſponſionem reportauit; hanc, quia eſſet ſecreta, ignoramus; ſcimus tamen quòd ad requeſtam Vniuerſitatis, Februarij menſis prima die, in aula regali S. Pauli publicam audientiam adeptus, prolixè elegantiſſimóque ſermone protulit quæ in ſubſtantia ſequuntur.

Primò namque Regem & proſapiam Regalem multis laudibus extollendo allexit ad audientiam. Et cùm vias & motiua epiſtolæ Vniuerſitatis venerandæ ſerie tenus recitaſſet, concluſit in finalibus, quòd via ceſſionis erat non modò à ſuppoſitis Vniuerſitatis, imò & à cunctis fidelibus, tanquam breuior, lucidior, & expedientior eligenda. His peractis jubente Domino Patriarcha, quotquot Prælati Pariſius conuenerant, die ſequenti in Capella Regalis Palatij Miſſam ſolemnem celebrari fecerunt, ibique Spiritum ſanctum, in arduis ſemper coadjutorem optimum, dignum duxerunt deuotiſſimè inuocare. Sequenti igitur die, cùm Dominus Patriarcha Alexandrinus Præſidens requiſiuiſſet omnibus aſſiſtentibus, quatenus per juramenta ſua jam præſtita Deum ſolum habendo præ oculis dicerent in hac parte quæ ſibi conſcientia dictaret. Interrogati ſuper hoc ſigillatim & ſingulariter fuerunt octoginta & ſeptem ex illis qui conuenerant, qui per viam ceſſionis eundum & non aliter concluſerunt. Inde abhinc & vſq; ad diem XVIII. ſua colloquia continuantes multa ad inſtructionem nunciorum mittendorum tetigerunt, quæ ſcriptis, & ſub inſtrumento publico redigi mandauerunt, & quæ ſequenter dignum duxi litteris commendare.

In Inſtrumento prædicto habebatur: Sequuntur illa quæ pro inſtructionibus Dominorum Ducum & aliorum Conſiliariorum ſuorum, quos Rex intendit mittere in Auinionem ad Dominum Papam & Dominos Cardinales, quæ vnanimi omnium conſenſu concluſa & deliberata fuerunt. Habeantur primò pro repetitis excuſationes, proteſtationes, & correctiones Dominorum; præſupponantur inde Orationes, Proceſſiones, Miſſæ, Prædicationes, cum aliis piis operibus, quæ tamen non ſufficiunt. Supponatur etiam credentia expoſita menſe Octobri per Nuncios Apoſtolicos Domino Regi miſſa, & reſponſio tunc eis facta, & cauſa propter quam Rex mandauit Prælatos Regni ſui, plures Abbates, Doctores, Magiſtros, Religioſos, & alios nobiles viros, vt Regi præberent conſilium ſuper requiſita per Papam. Tangatur in breui qualiter de præcepto Regis ante dictum tempus Prælatis aſſignatum, materia per plures dietas fuit notabili-

ter & diffuſè cum magna maturitate pertractata, tangendo vias omnes quæ reperiri poterant ad unionem cum motiuis ad eaſdem, dubiis in contrarium reſpondendo, & ſolutionibus eorum, & quæcumque in præſentia Domini Cancellarij Franciæ, & quorumdam notabilium de Conſilio Regis, & Deputatorum Vniuerſitatis Pariſienſis.

Poſt aduentum Prælatorum recitata fuerunt eis in effectum, quæ priùs diſputata, prolocuta & tractata fuerant, vt quilibet eorum clariùs deliberaret. Et inde de præcepto Regis examinatæ ſunt opiniones ſingulorum per juramentum. Opinio modica loquentis fuit, & eſt hæc in effectu, quòd primò ad viam facti nullatenus eſt procedendum, quoniam in infinitum periculoſas induceret guerras, & diſſenſiones Regum & regnorum, per quam etiam forſan jus habens in Papatu ſuccumbere poſſet, & ſi per hanc viam altera partium obtineret, de facto non eſſet finis ſchiſmatis, neque Catholicorum corda ſedata eſſent; non enim propter hoc crederent illum qui victoriam obtinuiſſet, eſſe verum Papam. Via reductionis Intruſi, Regum, Principum, Prælatorum & populi ſuæ obedientiæ, ad obedientiam Domini Benedicti non videtur poſſibilis, propter iſtorum obſtinationem, ſchiſmatis diuturnitatem, promotiones Prçlatorum,& aliorum Eccleſiaſticorum virorum, & quod credendũ eſt Principes partis aduerſæ in hac materia æqualitatem velle ſeruari, maximè cùm jam ſit notorium vbique tres vias per Vniuerſitatem apertas, eſſe ſatis æquales ad honorem vtriuſque partis. Et ſi Romanus Intruſus ſimpliciter renuntiare vellet, (quod non eſt credendum) non ob hoc prçfati obedientiæ ſuæ vellent obedire Domino Benedicto: ſicut ſi Dominus Benedictus ſolus renuntiaret, Rex & ejus ſubditi non obedirent Intruſo.

Quantum ad tres vias per Vniuerſitatem apertas, quia aliqui duxerunt ſufficere de præſenti conſulere Regi, quòd eas notificet Papæ, ſic quòd vnam earum eligat, vel aliam viam meliorem, aut æquè bonam, videretur loquenti quòd ad prçſtandum Regi per ſuos Prælatos fidele conſilium, & per Regem Papæ, ſi vna via illarum trium, vel aliqua altera inter cæteras melior, expedientior, & breuior appareat, illa ſit Regi conſulenda, & per Regem, ſi meliùs in ſuo conſilio non reperiat, Papæ exhortando eſt conſulenda, quoniam aliter conſilium eſſet incertum, & fruſtra forent Prçlati congregati, quoniam per epiſtolam Vniuerſitatis illæ tres viæ ſatis ſunt notoriæ. Si Papa, qui vult vti conſilio Regis, interrogaret ejus Nuncios, quæ via de tribus aut quatuor ſibi conſuleretur, & Conſiliarij Regis non eligerent vnam viam, veriſimile videtur quòd illos oporteret ad Regem remitti, vel ad ipſum remittere pro certificatione viæ per ipſum conſulendæ, per quæ ſequeretur circuitus in hac materia requirente celeritatem, propter animarum periculum, & alia inconuenientia tollenda, ſummè vitandus. Licet via Concilij generalis de jure prçcedere videatur, non eſt tamen de præſenti conſulenda, propter ipſius difficultatem nimiam & prolixitatem, ſicut patet per rationes communes: ſpecialiter quoniam oporteret vocare partes & audire, Dominus Benedictus haberet omnes Prçlatos ſuſpectos partis aduerſæ, quos reputat ſchiſmaticos & excommunicatos; ſimiliter Intruſus de Prçlatis obedientiæ Domini Benedicti jura partium nunquam eſſent diſcuſſa. Et ſi Papatus adjudicaretur vni, non ob hoc ſibi jus adjudicaretur, nec crederetur eſſe talis per ſubjectos partis aduerſæ, ſicque non haberemus vnionem.

Similiter & fortiùs per viam compromiſſi, licet per Commiſſarios vni adjudicaretur Papatus, ſequerentur etiam inconuenientia ſupradicta: Eſſet etiam difficultas maxima ſuper Conſiliariis eligendis & conueniendis. Videretur etiam quòd hçc materia tam ſpiritualis de Vicariatu Ieſu Chriſti, poteſtate clauium ſoluendi atque ligandi, & cura cunctarum fidelium animarum, in compromiſſo vel arbitrio cadere non poteſt. Et ſi Benedictus & Intruſus compromittentes cederent ex nunc prout ex tunc, ſi compromiſſarij medicarent, talis ceſſio conditionalis non valeret, quoniam ſicut conſenſus Papatui poſt electionem canonicam debet eſſe purus & ſimplex, non recipiens conditionem extrinſecam: ſic etiam renunciatio debet eſſe pura & libera, ſine conditione quacumque, ſpecialiter extrinſeca; quia ſi apponeretur, vitiaret actum ceſſionis, & eſſet Regi verecundum, Prælatis & Concilio, viam vnam offerre Domino Benedicto & Collegio, vel etiam Intruſo, ſiue via illa eſſet ſola, ſiue cum aliis viis, quæ via non eſſet ratio-

nabilis, & de jure ſuſtinenda. Nec eſt veriſimile quòd Dominus Benedictus, aut Intruſus, viam ceſſionis ponerent in compromiſſo, quia magis eſſet eis honeſtum liberè cedere, quàm per Arbitrorum ſententiam. Item Arbitrorum ſententia non parit actionem, niſi fuerit omologata, nec eſſet ſuperior eorum quo poſſet executio finem requiri. Et licet aliqui dicerent viam iſtam compromiſſi per aliquas rationes poſſe ſuſtineri, tamen quia poſſet in dubium reuocari (materia verò celeritatem deſiderat) omnes viæ dubiæ reſecari debent, excluſis diſputationibus & argumentis, amplectendo viam claram, breuem, ſchiſmatis ſedatiuam, conſeruatiuam æqualitatis vtriuſque partis, per quam conſcientiæ valeant pacificari.

Sanè ſuper eo opinantur quidam quòd eligatur aliqua via differendi, donec Dominus noſter Benedictus Nunciis Regiis expoſuerit vnam bonam viam per ipſum deliberatam, quæ Regi & toti mundo placere debebit. Nec eſt veriſimile Dominum noſtrum propter electionem melioris ſibi conſulendæ debere turbari, conſideratis ſuis ſanctis propoſitis, virtutibus, intentionibus, juramentis per ipſum & alios de Collegio, in ſua creatione præſtitis, imò commendatos habere debebit, tanquam fideles Prælatos & alios in iſto Concilio congregatos.

Eſt etiam notandum Vniuerſitatem per modum conſilij non determinationis vnam viam elegiſſe, ſi verò Prælati non eligerent, & Regi conſulerent viam ſaniorem, jam videretur inter Prælatos & Vniuerſitatem diuiſio quædam. Etſi (quod abſit) ex fideli conſilio ſecundùm conſcientias, & per juramentum Regi præſtito vel præſtando Dominus noſter moueretur, vel permitteret ſcandalum ſequi aut inconueniens (quod nullatenus credi vel dubitari debet) maximum onus eſſet ſuis conſcientiæ & honori. Tendimus enim ad redintegrationem & conſeruationem ſtatûs & honoris ſummæ dignitatis Papatûs, & vniuerſalis Eccleſiæ, ſicut in noſtris conſecrationibus juramus, ad quæ tenetur aſtrictus plus ſine comparatione, quàm homo viuens. Nos enim Prælati ſuæ perſonæ ſumus obligati ſolùm ratione ſuæ dignitatis, per conſequens magis dignitati quàm perſonæ, quia propter quod vnumquodque tale & illud magis eſt. Debemus igitur honorem & commodum dignitatis præferre perſonæ.

Concludendo & eligendo per modum oppoſitionis & conſilij, ſolùm attenta deliberatione Religioſorum Ordinis Carthuſienſis & Celeſtinorum, & Vniuerſitatis Pariſienſis, & quia neceſſe eſt Eccleſiæ ſanctæ Dei ſub periculo deſolationis ejuſdem, iſtud deteſtandum ſchiſma breuiùs quàm fieri poterit, extirpari, & Eccleſiam vniri; nec viæ prætactæ, vel aliæ quæ imaginari valeant, ſint ſufficientes ad veram vnionem, pacem firmam & concordiam animarum, præter viam ceſſionis vtriuſque partis, iſtam viam ſatis congruam quaſi inſtinctu Spiritus ſancti eligit, & Regi conſulit per Nuncios ſolemnes Domini Regis, Domino Benedicto conſulendam, ipſum & ejus Collegium ad hanc omnibus modis cum honore & reuerentia decentibus exhortando. Exponendo tamen Domino noſtro primitus alias vias prætactas, cauſas propter quas non approbantur de præſenti, & cauſas propter quas ceſſio cuilibet videtur eligenda.

In caſu verò quòd ſic Dominus Rex cum Dominis de genere ſuo, & aliis de conſilio ſuo ſic deliberauerit, modus perſequendi & procedendi poſſet eſſe talis; videlicet, quòd in Conſiſtorio publicè Nuncij Regis regratiarentur Domino noſtro & Cardinalibus de bonis intentionibus ſuis, de Nunciis ſolemnibus per Papam miſſis Domino Regi. Significarent etiam in genere bonam intentionem Domini Regis, diligentiam per ipſum adhibitam circa materiam, conuocando ſuos Prælatos & alios nobiles viros, & quòd cum Vniuerſitate habuit conſilium, & quod Nuncios miſiſſet ad Papam ad ſciendum ipſius intentionem, & viam per ipſum deliberatam, prout ipſe ſe daturum per ſuos Nuncios Regi ſignificauit. Demum apertè & ſecretè Nuncij Regis poterunt loqui cum Domino noſtro, relinquentes ejus arbitrio, ſi priùs voluerit eis viam per ipſum deliberatam aperire, vel audire viam ex parte Regis conſulendam. Et quicumque primus viam aperiat, ſi viæ ſunt concordes in nomine Domini; ſi verò clarè pateat Nunciis Regis, viam Papæ non ita conuenientem ſicut viam Regis, vel quia eligere vellet viam compromiſſi, ſeu Concilij generalis, ipſas vias impugnent ſecundùm ſuas inſtructiones per media prætacta & alia ſatis congrua. Sed ſi via per Papam expo-

nenda, quæ foret alia de tribus prætactis, Concilij, Compromiſſi, vel Ceſſionis, reuocaretur in dubium, an eſſet melior vel æquè bona (quod eſt incredibile ſeu multùm difficile) ſuper hoc Rex eſſet conſulendus, & ejus beneplacitum expectandum.

Reſtat modus executionis & proſecutionis in cauſa, quò Dominus noſter viæ renunciationi conſentiret, ſcilicet ſignificare per ipſum Dominum noſtrum & Regem Regibus & Principibus obedientiæ ſuæ, deinde per ipſum Regem & alios Reges Principes prædictos, non autem per D. Benedictum Regibus & Principibus partis aduerſæ, quoniam ipſius ſignificationem gratam non haberent. Nec primò via Ceſſionis eſt Intruſo ſignificanda, quia Principibus obedientiæ ſuæ malignari poſſet. Credendum eſt autem Principes & Prælatos ſuæ partis tantùm vnionem deſiderare, & quòd ad ipſam toto poſſe præfatum inducent, qui ſi conſentire refutaret, cenſeretur notoriè fouere cauſam injuſtam, poſſentque contra ipſum remedia reperiri ſubſtractionis obedientiæ, vel alia remedia juridica, tunc Principibus conſuleuda. Nec videntur Principes illius obedientiæ congregandi, donec aliqua via certa ſibi ſignificetur.

Non eſt enim veriſimile, quòd ipſi ſub incerto conuenire vellent, & etiam congregarentur, credendum eſt, quòd ipſi non deliberarent, niſi poſtquam forent ad ſua regna reuerſi, conſilium habituri tunc cum ſuis Prælatis, Clericis & notabilibus viris, prout obſeruat Rex Dominus noſter. Si diceretur quòd alij Principes Nuncios ſuos mittere poſſent ad Regem, vt ſcirent deliberationem ipſius, & ſuis Dominis referrent, &c.

Reſpondeo quòd attenta magnitudine materiæ, ſecuriùs exponeretur Principibus aliis per Nuncios Regis, quàm per alios, breuiùs etiam poſſet factum expediri.

Poſtquam Principes alterius obedientiæ viæ prædictæ conſenſerint, & ad conſentiendum eundem Intruſum & ſuos Anti-Cardinales induxerint, appropinquarent ſe partes in duabus ciuitatibus conuicinis, in limitibus duarum Obedientiarum ſituatis, & illuc conueniant aliqui Domini temporales potentes vtriuſque partis cum Prælatis & literatis viris, tam ad conſeruandum partes & Collegia liberè & ſecurè, quàm etiam ad pertractandum ea quæ pro complemento negotij complenda reſtabunt, videlicet de abſolutionibus, diſpenſationibus, reuocationibus, confirmationibus, & creationibus de nouo, in quantum fuerit opus, Cardinalium, Prælatorum, & aliorum Beneficiatorum; necnon bona reconciliatione & pacificatione partium, cum dependentiis & connexis, quibus omnibus concordatis, conuenirent ambæ partes eum Collegiis in eadem ciuitate completuræ pertractata; nec fieri poſſent iſta per Procuratorem, propter cauſas multas quæ ſatis patere poſſunt intuenti.

Tractetur etiam ante renunciationem de modo & forma electionis Summi Pontificis. Videtur autem ſcribenti ad vitandum odia Cardinalium vtriuſq; Obedientiæ, qui ſunt partes contrariæ, minus affectato, quælibet pars pro capite ſuo, cum aliis pluribus cauſis magis expediens, & populo cujuſlibet partis placens, quàm pro iſta vice Benedictus & Intruſus de conſenſu Collegiorum ordinarent VII. vel IX. Compromiſſarios probos, non ſuſpectos, extra Collegia, qui ſine præjudicio Cardinalium pro hac vice poteſtatem haberent eligendi. Præſtarent fortiſſima juramenta de fideliter eligendo de Collegio vel extra, fauore vel odio quibuſcumque ſecluſis, & quòd pro hac vice ſufficeret Electum voces majoris partis Compromiſſariorum habere. Sin autem ad hoc Cardinales induci non poſſent, expediret eligere numerum certum vtriuſque Collegij, qui ad electionem omnes admitterentur, & recluderentur in Conclaui ſecundùm formam juris; hoc addito, quòd ſufficeret majorem partem conuenire.

Nec obſtat ſi dicatur, per iſtam viam conjunctionis Collegiorum plures erunt Italici quàm aliarum Nationum, ſicque habebimus Papam Italicum, & ſic Italici ex ſuo delicto, videlicet intruſione præmium reportabunt: quoniam apud Deum non eſt acceptio perſonarum, & eſt ſimiliter comparatione meliùs habere Italicum (vtinam ſanctum!) quàm Eccleſiam manere laceratam. Et ſi percipiant Italici quòd cæteræ nationes ad habendum vnum de ſuis, ipſi nitentur in contrariis, ex quo ſchiſma nouum poſſet ſuboriri.

Dubitauerunt quidam, quòd ſi via ceſſionis publicetur, dicent aduerſarij Dominum Benedictum hanc viam conſentire propter dubium ſui juris; & quod Rex non tantùm ſibi fauet, quia non eſt Regnicola, ſicut fauebat Domino Clementi cum multis aliis, &c.

Reſpondeo quòd in quacumque via ſuperuenient multa, quæ non omnes præuideri valent, ſed ex quo ferè per omnes hæc via ceſſionis reputatur ſanctior, & vtilior, eſt proſequenda, ſub ſpe quòd omnibus pacem Eccleſiæ diligentibus placebit, & quòd optatum ſortietur effectum, quod annuat Altiſſimus. *Hæc Monachus S. Dionyſ.*

In MS. San-Victorino talis ab Vniuerſitate demandata Inſtructio: quæ pro titulo, in prædicto libro, habet *Concluſio Vniuerſitatis*, & talia ſunt ejus capita.

INSTRVCTIO ACTORIS VNIVERSITATIS IN CONCILIO.

1. Regracietur Deo, & laudetur Deus de hoc quod inſpirauit corda Regis & Principum ad celebrandum Concilium. Et etiam regracietur Regi de Audientiis Vniuerſitati in hac materia datis, ſupplicando, quod ſic faciat in tempore futuro, & ſpecialiter ſuper iſta materia, quandocunque erit opportunum.

Item animetur & laudetur Rex & factum in ſe, oſtendendo quod valde bene fecerit de congregando Concilium: & etiam de hoc quod poſtpoſuit omnia ad finem, quod laboraret ad Schiſmatis ſedationem & etiam oſtendendo Regi ſpecialiter, quomodo ipſe grauiter peccaret, niſi maneret, quovſque Concilium eſſet celebratum. Item moneat (Actor) totum Concilium, vt habeat ſolum Deum & veritatem præ oculis, abjiciendo omnem vanam gloriam & mundanos honores patriæ, vel perſonæ cujuſcunque. Item expreſsè ponat, quomodo ſcienter, differenter laborare ſecundum poſſe, aut diligenter attentâ diuturnitate Schiſmatis, temporis congruitate & parentum beniuolentia, deberent haberi pro ſuſpectis de Schiſmate, ſi qui forent, quod abſit, etiam ſub quacunque odedientia: & quod Vniuerſitas reputat tales ſuſpectos de Schiſmate proteſtando de proſequendo contra eos ſecundum qualitatem perſonæ, tempore & loco debitis.

Item quod ſummariè & de plano procedant non inſiſtendo in ſuis ſubtilitatibus, vel Ordinibus ſeſſionum, quæ poſſent retardare accelerationem facti.

Item quod ſupplicet Regi, quod velit ordinare celeriter ſuper miſſione ſuorum Nunciorum ad Dominum noſtrum (Papam) mittendorum, dicendo quod Vniuerſitas prompta eſt mittere ſuos. Item quod nullo modo ſufficit ſtare in Generalibus, ſed officit, quia videtur facta excuſatio illorum, qui ſolum generalia prętendunt, & vulpinoſum impedimentum: quia generalitas magis decipit quam abſoluta negatio. Cauſa eſt; nam ſophiſticè vident ſatisfacere primâ facie Principibus & aliis fidelibus, & remittit eorum zelum, diligentiam & laborem, & tamen nil ponit in effectu. Sed abſoluta negatio omnes mouet & accedit ad quærendũ remedium. Quapropter requiratur Rex & totum Conciliũ, quod non ſtent in alternatiua, ſed eligant vnam viam certam & determinatam, tanquam pro nunc expedientiorem, non ſolum diſpoſitiuam, ſed etiam deciſiuam Schiſmatis & omnino ſedatiuam. Et etiam eligant bonum certum modum executionis illius viæ, quia fruſtra eligeretur bona via, niſi ſibi adjungeretur bonus modus executionis oſtendendo, quod niſi ſic faciant, id Concilium erit in vituperium Regis, Regni, totiuſque Cleri, maximè Pręlatorum & totius Eccleſiæ Gallicanæ, & veriſimiliter in majorem radicationem Schiſmatis. Et aggrauetur, quantum poſſibile erit, iſte punctus. Ex quo ſequitur quod Pręlati non darent Regi Conſilium bonum nec ſufficiens, niſi juſtificarent vnam viam certam & determinatam, nec etiam D. noſter Rex D. noſtro Benedicto, nec mitteret bonam vnam viam, certam & determinatam cum certo modo executionis & prouiſionis. Item quod omnino reprobet viam facti, quia illam pro nunc certiſſimè dicimus abdicandam. Item certam viam boni regiminis, quia non ſufficit, quia eſſet Sophiſma ad Schiſma nutriendum. Item dicat, quod via precum non ſufficit: ſed arreſtare ſe præciſè in illâ eſſet tentare Deum. Item viâ prædicationis vnius partis coram altera parte, & contrarium, eſt valde periculoſa, nec ſufficit, nec expedit: ſed potius eſſet radicatio Schiſmatis. Item quæcunque via eligatur, quælibet via deſtructionis Iuris vtriuſque partis, quales antequam fuerint in aliquo ſchiſmate, & propter hoc valde periculoſum eſſet illas deſtruere propter diuerſa Inſtrumenta ab vtraque parte confecta, & diuerſorum Docto-

Digitized by Google

rum ſcripta varia, quæ oporteret viſitare & concordare. Sed hoc non eſt bene poſſibile.

Poſtea veniat ad factum Vniuerſitatis, narrando quomodo diu ſteterit in Generalibus, & nuper aperuerit ſibi, quod & deſcenderit ad ſpecialia. Et ob hoc aperuit tres vias etiam in ſcripto, quas credit ſatis publicas apud Principes, Prælatos & alios fideles; per quas vias & quamlibet illarum bene videtur, quod vnio licitè poteſt haberi & Schiſma terminari, dum tamen debitæ executioni demandentur. Poſtea narret illas tres vias, ſcilicet in Epiſtola tactas: duas ſcilicet, Concilij Generalis & Compromiſſi, eas ſecundum tenorem Epiſtolæ collocando: poſtea ſpecialiter deſcendendo ad viam Ceſſionis, eam collocando fortiter per omnes colores Epiſtolæ, & vltra per colores, qui ſequuntur.

1. Chriſtus propter amorem Eccleſiæ militantis & propter ſalutem generis humani liberè & non obligatus mortem ignominioſiſſimam paſſus eſt. Ergo, &c. vnde dixit Petro cæteriſque Apoſtolis, *Exemplum do vobis, vt ita faciatis.* Et hoc nedum ad humilitatem, ſed etiam ad omnem aliam virtutem: ideo quod omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio. Sequitur ergo, &c.

Item S. Thomas Cantuarienſis pro libertatibus Eccleſiæ paſſus eſt martyrium, & multi alij. Sed cedere propter vnionem Eccleſiæ nihil eſt in comparatione martyrij. Ergo, &c. Item ad hoc facit authoritas Ioan. 10. dicentis *Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis*, & ponere debet. Ergo à fortiori debet cedere Papatui, cum primum ſit difficilius incomparabiliter quàm ſecundum. Item ad hoc facit authoritas Dionyſij, vt refert Euſebius lib. 6. Eccleſ. Hiſtoriæ cap. 35. & vltimo. In 1. cap. vbi ſic dicitur. Dionyſius Nouato ſalutem. Si inuitus, vt ait, in hoc veniſti oſtendes in eo, ſi deſinas volens. Oportuerat certè omnia pati, ne ſcinderetur Eccleſia Dei. Et etiam infra. Non inferior eſt gloria ſuſtinere martyrium pro eo ne ſcinderetur Eccleſia, quàm eſt illa, ne Idolis immolares. Imò ſecundum meam ſententiam magis hoc puto eſſe Martyrium. Ibi namque vnuſquiſque pro ſua tantum anima, in hoc verò pro omni Eccleſia Martyrium ſuſtinet: ſed nitere tu perſuadere; ſiue etiam cogere potes fratres redire ad concordiam. Majus tibi eſt emendationis martyrium, quam fuerit culpa commiſſi: quia illud jam non imputabitur: hoc etiam dignum laude ducetur. Si verò illi in incredulitate permanſerint, ſalua ſalua animam tuam, valde pacem deſiderans, quam deprecor. Item ad hoc deberent eos mouere Exempla Sanctorum, ſcilicet Moyſis, qui petiuit deleri de libro vitæ propter peccatum populi, in quo Moyſe nullum erat peccatum. Item de Dauid, qui dicit, vertatur obſecro, Domine manus tua contra me & contra domum Patris mei. Item de Paulo, qui optauerat anathematizari pro fratribus. Quantò magis iſti deberent dimittere Papatum & honores mundanos, propter hujuſmodi ſcandalum tollendum. Ergo, &c.

Item hæc via, ſcilicet Ceſſionis eſſet Exemplum magnæ bonitatis, Charitatis & humilitatis apud omnes de mundo, etiam Infideles, qui viderent & audirent bonos tantæ virtutis & affectionis apud Deum, ſi principatum totius mundi renunciarent propter Deum & bonum commune inter ſuos obſeruandum. Item in via Ceſſionis non eſt timor ſubordinationis vel corruptionis Iudicum ſcilicet aſſiſtentium in Concilio, ſeu Compromiſſariorum: In aliis autem ſubeſſe poſſet de hoc periculum. Et ne vna pars tendat ad declarationem pro ſe habendam per preces, munera, pacta, Conuentiones, promiſſiones, minas, terrores & alia ſimilia, & ad vituperium euitandum, quod haberet ſi declararetur contra ipſam. Hinc forte in ipſo tractatu vel proceſſu veriſimiliter euenirent rixæ, diſcordiæ, injuriæ & bella inter multos; & ex conſequenti perpetua diuiſio, aut ſaltem longiſſima; & ſic propter odium non poſſent ad tractandum in vnum conuenire. In viâ verò Ceſſionis libera ac prompta iſta ceſſant. In via autem Compromiſſi poteſt interuenire corruptio, ſcilicet in Schiſmate, quæ continetur, quod priuſquam Gregorius Diaconus Cardinalis S. Vincentij fuerit per majorem partem Cardinalium electus in Papam Innocentium, & Petrus Leonis per minorem partem in Anacletum, Petrus Leonis propter potentiam Gentis ſuæ Eccleſiam Rom. per violentiam obtinuit, & deprædatis jocalibus & Eccleſiarum ornamentis omnes pœne Romanos corrupit, quod pro nunc facile ſeu facetum videtur. Quare, &c. Item attentâ bonâ voluntate D. noſtri Benedicti, quem ſi Deus auferret

auferret de medio, nunquam haberemus forſitan ita beneuolam, nec etiam haberemus de aliâ per ſe, ſicut nunc, vt multi dicunt. Tum etiam bonâ voluntate & maximâ affectione Regis Domini noſtri & Principum de Domo Franciæ : tum etiam DD Cardinalium : tum etiam Regis Arragonum, qui pluries ſcripſit ſuper iſta materia Domino noſtro Regi, & etiam Vniuerſitati : tum etiam Dominorum de Almania, & ſpecialiter Ducis Bauariæ, Reginæ Progenitorum, D. Philippi de Aleuçonio & Archiepiſcopi Colonienſis. Ita quod nunc videtur, quod motio ſpecialis Spiritus ſancti per quam omnes animantur, & ſpecialiter mouentur ad iſtam vnionem....... purandum iſto tempore. Sed dubium eſt, niſi celeriter fiat quin voluntates eorum mutentur. Sed via Ceſſionis eſt breuior. Ergo,&c. Item non minus obligatur eorum quilibet fidelitatem obſeruare erga ſuos inferiores & ſubditos, quàm ſecularis Princeps erga ſuos. Sed ſecularis Princeps obligatur proponere corpus, bona & honores pro tuitione ſuorum ſubditorum. Igitur quilibet eorum tenetur exponere corpus, bona & honorem. Igitur pro pace & vnione habenda quilibet à fortiori tenetur renunciare Papatui. Ergo,&c. Quia magis tenetur diligere vitam, quam bona fortunæ. Et ſi eorum cuilibet diceretur. *Eligas mori pro Republica & cedes Papatui*, ſtatim cedet.

Item optimus Romanorum ſcilicet Curtius ſe præcipitauit in hiatum cum equo, vt Reſpub. ſecum permaneret. Item Decij. Item de Codro Rege, qui ſcienter procurauit, vt occideretur in bello, quia dictum erat, niſi moreretur in bello, quod ciues ſui eſſent deſtructi. Ergo,&c. Item quod via Ceſſionis ſit expedientior, quàm via Compromiſſi, patet clarè propter pericula, difficultates, colorum apparentias & radicationes, quales nunquam legimus in aliquo ſchiſmate, & propter hoc valde pernicioſum eſt talia diſcutere propter diuerſa Inſtrumenta ab vtraque parte confecta & diuerſorum Doctorum varia ſcripta, quæ oportet viſitare & concordare, quod eſt nimis difficile. In via autem Ceſſionis non oportet. Ergo,&c. Item Dominus noſter Benedictus per Inſtrumentum antequam intraret Conclaue ſubmiſit ſe ſub debito juramenti ad omnem viam licitam. Et hoc idem confirmauit poſt electionem. Sed hæc eſt via licita, nec ſolum licita, ſed inter alias expedientior. Ergo,&c. Item hoc idem jurauerunt omnes DD. Cardinales in introïtu Conclauis. Ergo vterque cedit in maximum eorum honorem, & per hoc oſtenderunt maximum zelum ad bonum Eccleſiæ.

Item in prædicto Inſtrumento expreſsè & ſpecialiter approbant viam Ceſſionis. Et per hoc ſoluitur argumentum, quod alij faciunt de arctatione, ſcilicet quod arctaremus dictum Benedictum, quia jam ab ipſo quantum ad hoc ſumus præuenti. Præterea per idem ſoluitur & illud argumentum quo dicitur, quod non ſatis deferretur honori. Nam in hoc inſequitur ipſum & ſic ſibi deferimus. Item dum in minoribus conſtitutus erat, Pariſius dicebat & affirmabat ſe aliàs fuiſſe paratum dimittere pro vnione habenda totum ſtatum ſuum. Ergo à fortiori modò paratus eſſe debet cedere, cum per ceſſionem non dimitteret totum ſtatum ſuum. Et etiam ipſe eſt magis obligatus modò, quàm erat ante ad procurandam vnionem, clarè videtur quod ipſe eſt tam bonus & tam virtuoſus quod paratus eſt cedere, quandocunque expediens fuerit. Sed nunc expedientiſſimum eſt. Ergo,&c.

Inſuper in fine cum reuerentia & honore & humilitate dicat expreſsè per modum aduiſamenti propter iſta & propter multa alia videtur Vniuerſitati, quod via Ceſſionis vtriuſque partis eſt breuior, facilior, & pro nunc expedientior. Intelligendo enim quod vterque ſit paratus cedere, quotieſcunque erit appunctuatum & prouiſum de modo eligendi futurum Pontificem. Super hoc autem explicet proponens modos in Epiſtola tactos, poſtea ſubjungendo, quod Vniuerſitas parata eſt, dum tempus & locus affuerint, illos modos latius explicare aut magis ſpecificare ſcriptum.

Iuxta inſtructionem præcedentem & concluſiones ipſius Vniuerſitatis ſanxit Concilium Eccleſiæ Gallicanæ viam Ceſſionis videri commodiorem & breuiorem : atque ad eam ſuadendam mitti Legatos oportere ad Benedictum. Miſſi autem ſunt, vt ante dictum eſt, Duces Bituricenſis, Burgundus & Aurelianenſis, Epiſcopus Siluanectenſis & alij quidam à Rege : alij quoque à Clero Gallicano :

Item & ab Vniuerſitate Pariſienſi, qui Litteras via Ceſſionis ſuaſorias ipſi obtulerunt, hæc verba continentes.

Litteræ Vniverſitatis ad Benedictum pro via Ceſſionis.

» Sanctiſſimo in Chriſto Patri D. Benedicto Diuina Prouidentia S. Romanæ Ec-
» cleſiæ ſummo Pontifici Deuota ſuæ Beatitudinis filia *Vniuerſitas Studij Pariſienſis*,
» deuotum & humillimum cum filiali reuerentia obſequium. Quoniam, *Pater Bea-*
» *tiſſime*, ante paucorum menſium ſpatium ad abolendum Schiſma nequiſſimum,
» quod Catholicam coinquinat Eccleſiam, & lethali jam tandiu vulnere ſauciat,
» Chriſtianiſſimi Principis Francorum edicto nobis imperatum erat vias quaſdam
» idoneas exquirere, quibus ipſa S. Mater Eccleſia poſſet facilè & citò jocundæ
» pacis aſſequi dulcedinem. Nos eidem S. Matri ejuſque calamitati lachrymoſæ
» compaſſi animo & Regiis pariter mandatis, vt ex debito tenemur, obſequentes
» totas mentium noſtrarum atque ſtudiorum vires ad excogitandas vias aptas ad
» hoc & commodas contulimus, & tandem tribus repertis, quæ nobis eſſe con-
» gruæ videbantur, eas Regi memorato inuentas ſibi ſuper hoc Epiſtola deſtinata
» porreximus. Quas vias & Epiſtolam tam latè jam peruagas veſtram Beatitudi-
» nem non latere ſatis ſcimus. Cæterum ne ardens zelus Ciuitatis Eccleſiæ Ca-
» tholicæ & quæ ex ea dependet, proſperitatis fidei Catholicæ, qui noſtra ad id
» pectora ſinceriter & feruidè accenderat, remitti fortè putetur aut tepere, quan-
» tò magis rem cernimus ad deſideratum finem celeriter obtinendum diſpoſitam,
» ſuperna id vt credimus prouidente Clementia, tanto operam noſtram, curam
» & diligentiam vniuerſam inſtantius, enixius atque magis indefeſsè rei ipſi non
» ceſſamus impendere. Et quia inter tempora quæ à Schiſmatis fluxerunt initio
» vſque ad noſtros dies nullum magis opportunum, magis conueniens, magis
» acceptabile noſtro quidem Iudicio fuit, quàm hodiernum tempus eſt, tum pro-
» pter euectionem veſtræ Beatitudinis ad ſummum Pontificatum, ex cujus affectio-
» ne ſanctiſſimâ ad hanc pacem & ſalutem Eccleſiæ maxima nobis poſt Deum in-
» geritur fiducia, cum propter partis, vt fertur, ex aduerſo contendentis mentem
» ad hoc negotium promptam ac voluntariam; tam poſtremò propter Regum &
» Principum Dominorumque terrarum omnium vno verbo ſecundum ſui moduli
» portionem, fidelium paratiſſimum laborem in re iſta concordem penitus & vna-
» nimem conſenſum, vota & deſideria communia preceſque & aſſiduas ad Deum
» orationes. Quia inſuper maturè & quamprimum poſſibile extiterit, rem proſpe-
» ro terminari effectu maximè deſideramus, quod bene poſſe fieri non videmus
» quandiu ſic in genere & plurimarum viarum confuſione ſtabitur, imò quo vſque
» ad vnam certam & particularem ventum erit, idcirco nobis viſum eſt vt ad con-
» ſummationem percelerem res propior, facilior atque procliuior eſſet, ex multi-
» plici viarum alterno ancipiteque anfractu in prioris Epiſtolæ Triuio concur-
» rentium, in vnam harum aliquam præcipuè in particulari quadam approbatione
» deſcendere. Non quod alias damnare aut alio quovis modo improbare voluntas
» ſit: ſed quoniam neceſſe eſt quemlibet qui ad terminum pertingere concupiſcit,
» aliquam viam ſubingredi ex pluribus & ſectari, vt inter illas tres vias per no-
» ſtram excogitatas induſtriam, quæ ſit cæteris aptior, quæ melior, præſtantior-
» que vel expedientior, &c. ....
» ....
» apparentiâ & colore rationum vtriuſque partis; à quibus difficillimum eſſet eos
» dimouere, & diuturna nimium ſchiſmatis duratione: & ex hoc certè ſcrupulo
» recidiua diſſenſio facile renaſci poſſet aut noua forte hæreſis hinc oriri.
» Præterea in aliis viis poſſet facilè, imò veriſimiliter ſatis viſa multa malitia ho-
» minum hujus temporis incidere corruptio vel ſubornatio Iudicum. Compro-
» miſſariorum, teſtium, Notariorum, Prælatorum aut Principum, per quos ea
» res fieret, vt timendum nimis eſſet, ne pars quælibet tenderet toto virium co-
» natu, vt pro ſe definitio aut ſententia ferretur per munerum dationem, preces
» importuniſſimas, per pacta, conuentiones & pollicitationes, per blandicias, per
» minas ac terrores; & vt in enumerando finem faciamus, per ſingulas aſtutias, ar-
» tes, machinationes, & ſubdolas inſidias per quas animi hominum capiuntur. Ex
» quo contingere poſſent in ipſo pacis tractatu rixæ & diſſenſiones, inuidiæ, inimi-
» citiæ, probra, & contentiones & contumeliæ, quolibet pro ſua parte quam de-

fendere promiſit pertinaciter, intentè & alteri nullo modo cedere volente. *Sciant* inquit Pſalmiſta, *Gentes quoniam homines ſunt*, & per conſequens profectò ex carnis fragilitate humanis paſſionibus & incommodis iſtis ſubjecti, & quomodo inter tantos conflictus Deus pacis verſabitur, aut pedem inferet, non eſt, inquit Apoſtolus, diſſenſionis Deus ſed pacis. Vnde & alio loco ad Corinthios ſcribens idem ait. Cum enim inter vos ſit zelus & contentio, nonne carnales eſtis & ſecundum hominem ambulatis; tanquam apertè diceret non ſecundum Deum, qui pacis author, amator, propagator & largitor exiſtit. Poterit ergo meritò illi qui viam ſalutarem deſpexerit, alias minus congruas præferendo, improperari illud Hieremiæ, *Ergone decepiſti populum iſtum & Ieruſalem dicendo pax vobis, & ecce gladius peruenit vſque ad animam?* Aliis vtique viis ab iſta quamplurima erroris, fallaciæ, aut ſcandali pericula ſunt annexa, à quibus iſta tuta eſt & libera. Quare eam præcellere cæteris dicimus.

Nec existimet aliquis nobis in animo eſſe per hæc illa verba damnare vias alias, quas dudum approbauimus. Non illas repudiamus aut damnamus, ſed tantum eis annexa quamplurima pericula erroris aut fallaciæ ſeu ſcandali demonſtramus, à quibus iſta tuta eſt & libera: quare eam præcellere jure cæteris dicimus: quod & ſemper aliàs cenſuimus, & in præfata etiam Epiſtola de tribus viis edita, expreſſimus. Eſt namque valde multorum opinio, quantum impoſſibile ſit in illis quæ fidei ſunt, Generale Concilium oberrare, ſacro ipſum dirigente Spiritu, in his tamen quæ facti ſunt, ex falſa ſuggeſtione aut mendacibus teſtibus falli aut errare poſſe, ipſo S. Spiritu veritatis prupter mendacem ſpiritum præualentem, deſerente, & Concilio ipſi quantum ad ea facta, quibus ſibi reſiſtitur, & patri mendaciorum diabolo ſubſeruitur, nullatenus aſſiſtente. Quæ ſententia ſi vero nititur, quis in tantum cœcatus eſt, vt pericula errorum non videat, quæ tam multa euenire in via diſcuſſionis Iuridicæ poſſunt. Quæ cum ita ſint, nemini debet in dubium verti, multò ſecurius eſſe per hanc viam incedere quàm per alias quaſcunque ambiguas & inſidiis vndique circunſeptas?

Quod inſuper via iſta ſit cæterarum perfectior, pluribus ex radicibus oſtenditur. Nonne quæſumus eſt clarè perfectius juri ſuo liberè cedere, & ſeipſum dignitate propter Deum & totius Eccleſiæ ſerenam tranquillitatem abdicare, quàm in magnam perniciem, detrimentum & ſcandalum Eccleſiæ, Dignitatis faſtigium retinere; aut diuturno tempore velle pro præſidentia contendere. *Eſtote*, inquit, Chriſtus, *perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Et quæ ſit hæc perfectio, quam à diſcipulis ſuis expoſcat, eodem loco exponit. *Qui vult*, inquit, *tecum in Iudicio contendere & tunicam tollere, dimitte ei & pallium.* Ecce viam ceſſionis veluti perfectiſſimam apertiſſimè à Chriſto prædicatam & longis diſcuſſionum ambagibus præpoſitam. Sed & Gentium Doctor in 1. ad Corinth. Ep. eis ad verecundiam eſſe dicit, quod apud ſe Iudicio frater cum fratre contendit. Et paululum poſt ſubdir. *Iam quidem omnino delictum eſt in vobis quod Iudicia habetis inter vos:* Quare non magis injuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini: quid pro ceſſionis via clarius adduci poteſt, quid euidentius, quàm ſi omnibus huc ſcribitur Corinthiis? quid de ſummo Pontifice; cujus ſumma debet eſſe perfectio, cenſendum eſt? O Beatiſſime Paule Prædicator & Doctor veritatis, qui Petro ita acerbè in faciem reſtitiſti propter legis Moſaïcæ modicam ceremoniam per valde paucum temporis obſeruatam? quid de hoc inueterato & abominandiſſimo Schiſmate diceres, an in ſancta Eccleſia ad quartum vſque luſtrum tam peſtiferum venenum impunè tuliſſes? an tu diſceptationum vias interminabiles eligendas hortareris? an cuique partem ſuam, interim languente matre, pertinaci animoſitate defendere per cauillosas Iurium aſtutias ſuaderes, nimirum aut deſiſtere quàm citiſſimè vtrumque compelleres, aut diutius certantes dominandi libidine, vt Chriſti Vicariatu penitus indigniſſimos & noxios Eccleſiæ vaſtatores dura atque aſperrima increpatione ab occupata Cathedra planè abigendos eſſe prædicares. Hæc eſt enim Saluatoris & Legiferi noſtri ad Diſcipulos certantes quis eorum major eſſet, reſponſio, *Reges Gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem ſuper eos habent, benefici vocantur, vos autem non ſic.* Quod conſtat ad præſidendi deteſtandam libidinem eſſe dictum. Vbi Chryſoſtomus ait Dominum inſinuare voluiſſe Gentile penitus eſſe primatum ambire.

Digitized by Google

» Quanquam Gentiles nonnulli in hac quoque ſententia conſentiant, turpe &
» dedecoroſum de honorum gradibus certare, vt Cicero cujus hæc ſunt, *Miſer-*
» *rima eſt omnino ambitio honorumque contentio.* De qua præclarè apud Platonem eſt,
» ſimiliter facere eos qui contendunt, vter potius Rempubl. adminiſtret, vt ſi
» nautæ certent, quis eorum potiſſimum gubernet. Pontifex verò ſupremus cæ-
» terique citra eum Pontifices, ſicut Apoſtolorum gerunt ſimilitudinem, & eorum
» imitari vitam & opera debent, ſic Chriſti verba præmiſſa ſibi & per ſe dicta acci-
» pere, eaque toto virium ſtudio opere complere. Caueant itaque ſibi ne terrenæ
» poteſtati nimium ſe conformando, extincto prorſus in eis humilitatis ſpiritu
» ſceleratis Phariſæis ſimiles ſint; in quorum improperium per Saluatorem dici-
» tur, Dilatant Phylacteria ſua & magnificant fimbrias, amant primos recubitus
» in cœnis & primas Cathedras in Synagogis & ſalutationes in foro, & vocari
» ab eis Rabbi. Imò ſibi eſſe dictum intelligant, *niſi abundauerit juſtitia veſtra*
» *plusquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum.* Præ-
» terea quod duorum perfectius, aut quærere quæ ſua ſunt, aut quæ Ieſu Chriſti?
» per hanc autem ſpontaneam ceſſionem quæruntur immediatè quæ Chriſti ſunt:
» per reliquas magis quæri videntur quæ ſua ſunt, in quibus proprius honor, qui
» veriùs temporaneus & caducus eſt, petitur. Hic nempe, in Ceſſione videlicet
» ſalus Gregis & ouium maximè optatur: illic lac magis & lana, cum tamen dicat
» Cicero, *tutela & procuratio Reipubl. ad eorum vtilitatem qui commiſſi ſunt non ad*
» *eorum quibus eſt commiſſa, gerenda eſt.* Hinc eſt in Ezechiele illa Paſtorum malorum
» ſemetipſos & non gregem paſcendorum commioatoria vituperatio.

» Quid quod illud præſtatius & perfectius eſt quod ſui maxime cauſa exiſtit, quàm
» illud quod alterius deterius: quippe ſemper gratia melioris & perfectioris, & nun-
» quam vice verſa eſt, ſed cæteræ omnes viæ gratia Ceſſionis ſunt, & in eam ad
» poſtremum ordinantur; vt ſcilicet per alterius ſaltem, & neſcimus, an duorum
» ceſſionem, reſtitutâ bona pace tollatur ab Eccleſia diſſidium. Ceſſionis autem via
» non in aliam aliquam, ſed in pacem tandummodo reducitur. Quid quod illud
» perfectius quod magis ſine medio & mora finem attingit, quam quod longis in-
» teruallis & mediis interjectis aſſequimur. Ejuſmodi, vt præmiſſa demonſtrant,
» eſt libera renunciatio, nequaquam aliæ viæ. Denique quid perfectius eſſe po-
» teſt quàm Chriſti velle ſectari veſtigia, cujus qualibet actio humana eſt inſtru-
» ctio: ad quem circa imitanda veſtigia ſummus Paſtor Eccleſiæ, aut qui ſe talem
» jactitat, permaximè adſtringitur, cui ſingulari voce ante alios dictum eſt, *ſe-*
» *quere me.* Cum ergo Magiſter ſuus Paſtor ſummus Ieſus Chriſtus & boni Paſto-
» ris eſſe docuerit ſuam pro Grege animam exponere, & in exemplum poſteris
» Paſtoribus ſuam ipſe poſuerit: qua directoris via greſſus ejus ſequi poteſt eorum
» vterque quam non ſuas dicimus animas, neque enim id ab eis exigitur, ſed tem-
» poralem aliquem modicum honorem plus laboris quàm jocunditatis & vt Poëtæ
» verbum eſt, plus aloës quam mellis habentem, pro ſibi commiſſo grege aut quem
» commiſſum aſſerunt, exponendo, vt à lupi vaſtatoris ipſum faucibus eruant, qui
» nunc eum acerrimè confligentibus inter ſe Paſtoribus, rapit, diſpergit, laniat,
» vexat, infeſtat & diſſipat. Et cum teſte Gregorio incomparabiliter melior ſit
» anima quâ viuimus, à terrena ſubſtantia quam exterius poſſidemus, quomodo
» non dat pro ouibus ſubſtantiam ſuam, quando daturus eſt animam ſuam? Et
» quid terrenæ nomine ſubſtantiæ niſi bona hæc omnia terrena & fragilia acci-
» piendum putamus, opes, honores, gloriam, cæteraque fortuito & temporali
» tranſitu labentia; quæ ſi quis pluris exiſtimat quàm ſibi creditas oues, non jam
» Paſtoris nomine, ſed planè mercenarius cenſendus eſt, eodem ſubjiciente Gre-
» gorio, Qui plus terrenam ſubſtantiam quàm oues diligunt, hi nimirum nomen
» Paſtoris perdunt & jam mercenarij ſunt, qui lupo adueniente juxta Chriſti ſen-
» tentiam non oues quidem defendunt, ſed ſine vllo cuſtode derelinquunt, diſſimu-
» lant & fugiunt. Nam vt rurſum idem Doctor præclariſſimè deſcribit, mercenarius
» eſt qui locum quidem Paſtoris tenet, ſed lucrum animarum non quærit, terrenis
» commodis inhiat, honore Prælationis gaudet, temporalibus lucris paſcitur, im-
» penſa ab hominibus reuerentia delectatur. Hæc ſanè non eſt illa perfectio quam
» in ſuis Diſcipulis & in eorum poſteris Paſtoribus Chriſtus ineſſe voluit, qnam
» que eos imitari præcepit, cum dixit, *exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum*
» *ego feci, ita & vos faciatis.*

Digitized by Google

Sed ad noſtrum redeamus propoſitum & mõſtratâ hujus viæ majori perfectione quantũ ſatis eſſe debet, eam honoris maximè ſeruatricẽ oſtendamus, quod quarto loco poſitnm inter probanda fuerat. Et manifeſtum ſatis eſt, nec longæ probationis egere videtur, quod hæc via magis ſaluat inuiolatum honorem vtriuſque obedientiæ in ſe & in ſuis membris ac partibus, quàm aliæ qualeſcunque Iuſtitiæ diſcuſſinæ. Hîc enim decus Regnorum & Principum & populorum alterutrum timentium illæſum permanet abſque vllâ vnquam notâ erroris aut infamiæ: imò & diſſidentium maximè auget honorem via iſta, qui ex hoc inſigni facto perpetuò laudabuntur: illic verò neceſſe eſt alterutrius partium dedecus aut ſcandalum exoriri. Et quis ſcit an vtriuſque, cum tenebroſum adeo ſit negotium ipſum, vt viri ingenioſi & erecti quamplurimi vix quidquam ibi videant. Quemadmodum autem protinus, ſi fraternæ Charitatis vlla in nobis ſcintilla exiſtit, tot Gentium, Nationum ac Prouinciarum, quot in vtraque parte ſunt, ignominiam quærere aut ſcandalum. Audite Chriſtum dicentem in Euangelio. *Qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis iſtis, expedit ſibi vt mola aſinaria ligetur in collo eius & demergatur in profundum.* Quid igitur de illo erit, qui mediam aut majorem fidelium portionem ſcandalizauerit? Audite & Apoſtolum. Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, quanta ſollicitudine tam multæ plebis ſcandalum deuitaſſet, quantùmve abhorruiſſet, qui de vno tantum fratre ſic loquitur. Ad omnem itaque viam diſcuſſiuam videtur poſſe aptari illud Pſalmi, *Hæc via illorum ſcandalum.* Nec in contrarium valet adducere dictum Gregorij, vtilius ſcandalum naſci permittitur quàm veritas relinquatur. Illud enim intelligitur de veritate Doctrinæ præcipuè, non autem de veritate Iuſtitiæ & præſertim rigoroſè contendentis: quæ ſicut tradunt Doctores frequenter relinquenda eſt, ne inde fratri veniat ſcandalum, ſi aliter obtineri nequit, vtpote velut ipſi exempli cauſa inducunt de debiti repetitione & rigido Iudicij certamine cum fratris ſcandalo: ad quod redit id Chriſti ſuperius inductum de Tunica & Pallio; & Pauli ammonitio de fraudis & injuriæ libera perpeſſione. Quid ergo de Schiſmatica contentione iſta dicendum eſt, in qua rigor Iuſtitiæ cum maximo Eccleſiæ vniuerſæ ſcandalo quæritur, & nonniſi cum majori ampliſſimæ fidelium portionis obtinetur. *Rurſum* authoritas illa de clara & perſpicua veritate accipienda eſt, & de qua nemo ambigit niſi ignarus, inſanus, aut nimium forte obſtinatus, & qui videre recuſat veritatem. Sed hîc de occultiſſimis & ſupremè latentibus certamen eſt, vbi maximè prudentes & litterati ambigunt, quid verius? Quanquam enim Litterati pœne omnes de parte alterutra ſe teneant, non tamen certè illud eſt in pleriſque abſque magna formidine & plurima hæſitatione. Liquido ergo patet ex præmiſſis hanc viam honeſtiorem & honoris ambarum partium longè magis quàm alias ſaluatricem. Et iſta ſatis dicta ſint de prima probatione quadrifariam partita: quæ ſententia ex parte viæ ducit originem.

2. Radix noſtra principalis ex ipſa cauſa naſcitur, ejus conditionibus, natura, circunſtantiis eidem inhærentibus: quæ ſimiliter vt præcedens ex quadruplici trahitur fundamento. Ex Schiſmatis diuturnitate, ex vehementi colore rationum vtriuſque, ex partium in rebus geſtis inextricabili contrarietate, ex difficultate Iudicij & præſidentiæ. Ex diuturnitate ſiquidem magna inſurgit in cauſa, ſi diſcutienda eſſet, difficultas; cum fixæ & radicatæ ſint ex morâ partes ambæ hinc & inde, & jam in eis habitus quodammodo generatus, cum res jam in incuriam & pœne in obliuionem per ſeram prouiſionem & tanti fluxum temporis tranſierit, cum tot de vtraque parte excellentiſſimi viri, & qui ad diſcuſſionem, cum plurima de re noſcent, maximè requirerentur, poſt Schiſmatis exordium deceſſerint, & inſuper quotidie ſub legis naturæ rationem de vita excedant, tot quenoui & recentes & negotij penitus ignorantes exorti ſint. Imò cum jam duo illi, inter quos hæc maledicta introiuit diſſenſio, obierint, & ad alios tranſlata jn robur & firmitatem prope indiſſolubilem humano patrocinio res venerit. Quæ ſi adhuc per tantundem duraret ſpacij, quæ humana auxilia deſertæ & deſperatæ Eccleſiæ opitulari valerent in Græcorum diſſidium, niſi dexteram præbente Altiſſimo laberemur. Quod ſcelus indigniſſimũ & execrabile nefas nec Nos nec tuam, Clementiſſime Chriſte, ſinas perferre Eccleſiã. Quod ſi ob noſtras à nobis peſſimas iniquitates tanto tẽporum decurſu auertis, tuam ſaltem Eccle-

» ſiam pro cujus exſtructione ſacratiſſimum cruorem fudiſti, & tua ſibi promiſſa
» recordare, & ne det hereditatem tuam in perditionem. Sed nos ad rem re-
» deamus: & cum tanta ex tempore pendeat, vt doeuimus, difficultas, non minor
» prouentura eſt ex colore rationum partis vtriuſque, qui vel ex eo maximus ar-
» guitur, quod ſic Catholicum orbem vniuerſum conturbare, commouere, & in
» varias ſcindere ſententias voluerit, quod Doctores præcellentiſſimos, qui ſunt
» æneæ columnæ portantes tabernaculum, vacillare & conucti coëgerit, his pri-
» mam electionem præ metu affirmantibus inualidam, illis contradicentibus, & aut
» vitioſam aut nullam omnino. Ad quam non caſſata prima nec de ipſius errore
» fide facta proceſſum eſt. Et ita de quamplurimis perplexis & ambiguis, quæ ex
» hac & illa parte adducuntur, ad quæ plenè & apertè reſoluenda ſummo labore
» & cura & longiſſimo temporis interuallo opus eſſet, & adhuc bene nobiſcum age-
» retur, ſi tuti eſſe poſſemus, quod per hæc ad lucem rei veniretur. Sed etiam
» idipſum incertum eſt.

» Omnium autem maxima perplexitas ex partium in re geſta contrario certa-
» mine reſultat; nam conceſſo quod per jura poſſent ea quæ juris ſunt, terminari;
» quanquam inter tot jurium numeroſam congeriem pauca, ne dicamus nulla, de
» Schiſmatis edita ſint terminatione, quod ſatis mirabile eſt; cum à prima Eccle-
» ſiæ origine tot jam fuerint Schiſmata. Eſto ergo quod per jura ea quæ juris ſunt,
» poſſent terminari aut differri, quis diſſidentes inuicem partium relationes in re
» geſta concordabit? quis aduerſa inſtrumenta, quis repugnantes etiam fortaſſe
» teſtes, quis decidere poterit de juſtitia partium cum adhuc de re geſta, ex qua
» rei totum extat fundamentum lis pendeat, de qua ante Iudicij lectionem inter
» partes conuenire neceſſe eſt, imo certè cum de facto niſi per partes ipſas, de
» quarum cauſa agitur, bene conſtare nequeat, quas ſimillimum veri eſt, cum
» inter ſe diſcrepent, nunquam debere inuicem conſentire, aut alterius alteram
» acquieſcere dicto? quis vnquam finis haberi, quæ concluſio poterit aut defini-
» tio? Dædali perſimilis eſt labyrintho res iſta, in quem cum introieris, nec finis
» vllus certus eſt, nec exitus; ſed quo magis in intimum proceſſeris, eò magis in-
» uolutus amplius implicaberis.

» Sed & aliqua imminet difficultas ex parte præſidentiæ. Nam cum ſecundum
» doctrinam plurimorum Iuriſconſultorum, quod ſæpe nobis aliàs argutum eſt,
» Papa ſit ſupremus Iudex Eccleſiæ, qui omnia dijudicat & à nemine judicatur, &
» cui non eſt qui dicat, cur ita faciat, imò per ipſum vnicum poſſit cogi Concilium,
» tota quoque Concilij per ipſum ſtet authoritas, quis reperiri poterit, qui illic
» conuenienter præſideat aut Papam judicet, præſertim extra hæreſis nequitiam.
» Vterque autem ſe Papam profitetur, & velut Papam ſe gerit: quin etiam eo ma-
» gis Papales ceremonias ſibi obſeruandas putat, quo poſſe de jure ſuo facilius du-
» bitari arbitratur, ſi quantumlibet de eis remitteret. Quamvis enim hæc ratio in
» aſſumptis aliquibus nullatenus vſquequaque verum contineat, ſed clarè refelli
» poſſit, nequaquam tamen in eo à veriſimili exorbitat, quod propter aſſentatorum
» & fautorum vtriuſque turbam magnam ex collatis aut ſperatis ab eo Beneficiis
» priora & ſimilia auribus ſuggerentium, tum propter dulcem honorum aſſuefa-
» ctionem atque excæcationem, tamen propter inextinguibilem aſſuefactionem
» ad ſeipſum, ad propriaque commoda affectum, quæ friuolis ejuſmodi leniter
» acquieſcere Magnates faciunt, poterit interuenire per dubia hujuſmodi inania
» non parua retardatio & altercatio. Nam vt apud Satyricum veriſſimè eſt ſcriptum
» .... *Nihil eſt quod credere de ſe*
» *Non poſſit, cum laudatur dijs æqua poteſtas.*
» Et iſta ſunt de ſecunda principali ratione ex cauſæ pertinentibus deſcendente.
» Sequitur tertia Radix ex parte contendentium profecta, quos ſi vltro reſig-
» nare voluerint, veriſimile omnino eſſe debet ex hoc inſigni meriti præclariſſimo
» opere, quo nullum Deo gratius efficere poſſunt, etiamſi martyrium forte ſubie-
» rint, ſempiternam gloriæ mercedem cum Chriſto conſecutos, & in Beatorum
» ſortem ac numerum adſcribendos, eum ex copioſiſſima & exuberantiſſima cla-
» ritate tam celſi opus meriti proueniat, ſecundum cujus menſuram datur merces.
» O felices & fortunatos homines, quorum ita in manu eſt per vocis emiſſionem
» breuiſſimè Paradiſum promereri, vitam æternam aſſequi & beatos eſſe. Sed con-

tra ô Miſerrimos & non cœleſti brauio, verum potius ærumnis ſempiternis digniſſimos, ſi iſto aſſequi pacto obſtinatè refugiunt, ſi diuinum conſortium vna diſſyllaba voce (cedo) recuſant emere, ſi temporalem honorem quem non in pace obtinent, ſed in maximo turbine & cordium anguſtia pluris apud ſe faciunt, quam diuinum Iudicium, diuinum timorem, aut Eccleſiæ per eos immaniſſimum ſcandalum. Quod ſi tantùm eos juuat temporalis honor, videant quàm ampliſſimus ſit futurus honor ille, quem ex hac adipiſcentur Ceſſione, per quam quandiu ſubſiſtent ſecula, eorum ſemper clareſcet memoria, eorum fama vigebit. Contra verò ſi Chriſti ſanctiſſimam & ſacratiſſimam Sponſam Eccleſiam ſic diſcerpere certando perſeuerauerint, verendum eis nimis eſt, ne pars eorum tandem ſit cum reprobis inquiente Apoſtolo his qui ex contentione & qui non acquieſcunt veritati; *ira & indignatio, tribulatio & anguſtia.* Quinetiam quanto gradu celſiori extolluntur, tantò perniciofius delinquentes ſeueriorem perferent vltionem & majori in hoc mundo ſubjacebùnt infamiæ, quemadmodum à Poëta præclarè & conformiter ad Catholicam dictum eſt veritatem.

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò major qui peccat, habetur.

Et ſicut vult Apoſtolus, duplici honore digni habentur hi qui bene præſunt, ita certè ex aduerſo illi qui malè præſident, duplici ignominia notandi ſunt, quia & plurimum ſibi officiunt & aliorum procurant detrimentum, ideo per ſapientem tremenda & terribilis denunciatur, horrendè & citò apparebit vobis, quoniam Iudicium duriſſimum his qui præſunt, fiet, dubitare enim habent vehementer ne à pleriſque peritis dicantur hujus peſtis ſæuiſſimæ & omnium ſcandalorum, malorumve hinc ortorum rei eſſe; cum per ſuam voluntatem ſi adeſſet, totum in ictu oculi ſedaretur, nil, vt ait Comicus, dicto facilius, ſuum tantummodo dictum & ipſum perexiguum requiritur.

Quod ſi ad tantam omnium redimendam ſtragem negant, plurimum vereri habent, ne tandem audituri ſint, quod in Propheta legitur, *Sanguinem eorum de manu veſtra requiram.* Porro cum aliæ viæ eos veriſimiliter ad ceſſionem habeant compellere, & ſi nulla altera de cauſa, iſta tamen, quod tandiu Eccleſiam laceram & diſſipatam tenuerunt, nonne congruentius eſt, potius & honeſtius voluntariè cedere, & vt in prouerbio eſt, vrgentem neceſſitatem in virtutem conuertere, quàm inuitum & renitentem de Sede depelli.

Huc accedit præterea Paſtoralis officij injuncta obligatio, quâ disjectum gregem congregare, diſperſas & errabundas oues adunare debent, imò perditas quærere ſollicitè & in humeris propriis ad ouile reportare juxta Chriſti parabolam de centum ouibus; quarum vnica errante Paſtor vt eam requirat, derelinquit in deſerto nonaginta nouem. Et juxta acerbiſſimam exprobrationem quæ fit malis Paſtoribus per Ezechiëlem, *Lac comedebatis & lanis operiebamini, quod craſſum erat occidebatis, quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, quod fractum, non alligaſtis, quod abjectum, non reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiſtis, ſed cum auſteritate & potentia imperabatis eis, & diſperſæ ſunt oues meæ eo quod non eſſet Paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri.* Ad quod poſtea ſubditur horrenda de hoc neglectu vindicta. Ex quibus ſatis elucet boni Paſtoris id eſſe, perditas oues quærere, diſperſas & diſſipatas in vnum colligere. Sed vt prædicta declarant, nulla via facilios, melius, aut perfectius hoc fieri poteſt in caſu præſenti quàm cedendo, cum Ceſſio confeſtim vnionem ac pacem afferat, manſio in præſulatu ſemper diſſipationem ac litem augeat. Poſtremo juxta Doctrinam Apoſtoli, vt in humano corpore non ſit Schiſma, membra pro ſe inuicem omnia ſollicita ſunt, & ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur cætera. Ne capiti aut pedibus noceatur, manus ſedulo tuetur, & ſemetipſam exponit. Contra verò ne manui, aut cæterorum alteri ſit læſio, celeri fuga prouident pedes ipſi, & ſui & aliorum periculum oculi circunſpiciunt ac præcauent. Qoid auris? nonne attentè auſcultat, ne aliunde erumpant ad nocendum inſidiæ, ſicque compagem Corporis, & ejus pacatiſſimam harmoniam in qua ſalus & vita eſt, & cuncta pro viribus membra ſeruant ac protegunt, & ſi violata fuerint, reintegrare quamprimùm toto ſtudio feſtinant. Et cum hæc allegoricè ad myſtici Eccleſiæ cor-

» poris inſtructionem ſint poſita, ſicuti ipſemet docet & aptat Apoſtolus, *vos eſtis,*
» inquir, *Corpus Chriſti & membra de membro*, nonne eſt abſurdiſſimum, imò into-
» lerabile, cum pacem & concordiam Eccleſiæ contra membra quæritent extre-
» ma vigilantia, & capiti ad hoc ipſum ſubſeruiant, caput ipſum ex quo vnio pen-
» der in toto corpore ac membris, vnitas Spiritus, ſalus & regimen ac vegetatio,
» pacem iſtam non quærere, verum potius ſoluere & à membris eripere, aut jam
» ſolutam ſaltem in corporis vniuerſi exitium conſtruere. Audiamus Ciceronem,
» *quem*, inquit, *diſcordiæ, quem cædes Ciuium, quem bellum Ciuile delectat, eum ex nu-*
» *mero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.* Et certè
» Bellum iſtud pluſquam Ciuile eſt, Quod ſi quis aperto nomine velit appellare,
» domeſticum furorem dicere poterit, in quo non Ciuis cum Ciui, affinis cum
» affini, ſed quod furoris omnino & dementiæ eſt, caput cum membris propriis
» & corpore, membra quoque aduerſum ſe, nec minus aduerſum caput prælian-
» tur. An non igitur dementis eſt in ſemetipſum ſæuire & violentis manibus pro-
» pria membra truncare, ac perſequi? quonam modo durabile erir Corpus Ec-
» cleſiæ, ſi non tantum ab hoſtibus extrinſecus, ſed à proprio capite, membris ac
» partibus ſuis dirumpitur, laceratur & ſcinditur. Si pes, manus, aur oculus, quia
» corpus ſcandaliſat, abſcindi atque projici præcipitur, vnde capiti libertas, vt
» hoc impune faciat? *Poteſtatem*, inquit Paulus, *nobis dedit Deus in ædificationem &*
» *non in deſtructionem.* Quare alibi ait, *abſcindantur qui nos conturbant.* Ecce nedum
» Ceſſionem, ſed abſciſionem dixit, & vt ſe ſignificarer nemine prorſus exempto
» vniuerſaliter loqui, Audire quod adjectum eſt, *Qui autem vos conturbat, porta-*
» *bit Iudicium quicunque eſt ille.* Vt ergo cum Apoſtolo concludamus, ſi inuicem
» mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Et tanta de princi-
» pali tertia parte.

» Reſtat 4. Conſideratio principalis ex miſeranda nimium & lugubri Eccleſiæ
» deſolatione, & aſſidua per eam hujus viæ poſtulatione Nam quis pectoris adeo
» adamantini eſt, quis ferino tigridum lacte ſit paſtus, quem non Matris Eccle-
» ſiæ moueant, ac emollianr diræ nec enarrabiles miſeriæ? quis piæ matris Filius,
» Matrem ſuam longo annorum ſpatio aduerſâ valetudine in grabato decumben-
» tem, preſſam languore maximo, dolore acerbiſſimo affectam, & jam deducto
» capite membriſque à ſe inuicem diuulſis propè ſemiuiuam tunc non abhorreat?
» quis ei non condoleat & miſereatur? quis opem ſuam deneget imploranti? quis
» non ex hoc cruciatu totis eam conatibus erigere maturiſſimè feſtinet, fingamus
» eam nobiſcum ſic loquentem & ſuas ediſſerentem anguſtias. *O Filij Chariſſimi,*
» quos genui, quos peperi, & iterum parturio, donec in vobis formetur Chriſtus,
» quos viſceribus geſtaui, quos vberibus alui, quos à primâ origine corporali filios
» iræ genitos, & in mortem abeuntes, Ego melior Genitrix ſecunda Natiuitate
» ſpiritali in filios adoptionis, in vitam & gratiam reformaui. Cernite mœrores
» meos, cernite anxietates, attendite & videte ſi eſt dolor ſicur dolor meus. Ego
» illa quondam præpotentiſſima, opulentiſſima & florentiſſima Regina, Domina
» Gentium & Princeps Prouinciarum, quam metuebant tyranni, colebant Impe-
» ratores, Proceres venerabantur, adorabanr Reges, cui omnes Tribus & Lin-
» guæ Nationum vnanimi jugo ſeruiebant; quæ latiſſimè imperans in omni gente
» & populo primatum tenui: quæ & ſublimium colla, & ſuperborum cineres vir-
» tute calcaui, nunc, vt videtis, languida, egens, deſerta, jaceo, auxilium ab
» omnibus per viam tranſeuntibus expoſco. Et non eſt, qui conſoletur ex omni-
» bus Charis meis. Quid filios procreaſſe, quid fœcundam fuiſſe profuir? In meas
» fœcunda fui miſerias, filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me, &
» non modò ſpreuerunt me, ſed pugnauerunt contra me, & non ſolum pugnaue-
» runt, ſed & vulnerauerunt me, nec tantùm vulnerauerunt, verum & relictam
» & nudam ſpoliauerunt, meamque inconſutilem veſtem ſibi diuiſerunt, ne-
» que veſtem tantummodo, ſed caput dimidiatum, membraque pœne omnia cru-
» deliter ab inuicem diſtraxerunt. Videte caput diffiſum in duo media, videte
» eruentam plagam, quam vix vr ego video, præ horrore aſpicere poteſtis, ſed
» forti eſte animo, quid ora hinc auertitis? retorquere huc faciem, diuerſos à
» me oculos rurſum in meos referte conſpectus, jam abominandiſſimam videbitis,
» intus aſpicite, introrſum verſos figite intuitus, nihil eſt, quod vidiſtis. Quid
hæretis,

hæretis, quidve refugitis, ſpectate confidenter, omnia apertiſſimè videbitis, «
nulla obſtant velamina, nulla ligamina, plaga enim non eſt circumligata nec «
curata medicamine, nec fota oleo. Nullum adhuc remedium poſt tanti curſum «
temporis admotum geſto, contemplamini igitur veteris plagæ liuorem, tabidam «
ſaniem, oſſa cranei putrida, carnem emortuam, vermes ex cerebro ipſo grege «
cumulatiſſimo erumpentes, & ex celeris medelæ defectu vulnus ad curationem «
ſupramodum difficile, & cum caput adeo ægrum ſit, quæ ſanitas eſſe poteſt in «
membris cæteris? Sanè & ventrem doleo, & vix anheli pectoris incommoda fe- «
ro. Vtque cuncta vno verbo expediam, à planta pedis vſque ad verticem nulla «
eſt in me ſanitas. Videte roſeos olim meos vultus, genas purpureas, nunc in de- «
formem macrum pallorem conuerſos eſſe. Videte clara lumina & ſideribus de- «
core ſimilia, nunc in terra jugi fletu dejecta, lætiſſimum olim frontem nunc ru- «
gis indecentibus & nubilâ triſtitiæ caligine obductam. Quæ ſi mihi ab ex- «
terius inflicta eſſent hoſtibus, quanquam acerbiſſima ſint, multo tamen æ- «
quiore paterer animo: ſed id ægerrimè fero, quod à propriis filis, in quos «
nihil commiſeram, & quos per omnia, gratè, piè, dulciter, benignè & «
indulgenter & maternè tractaueram, quos ad maximas copias, honores ac «
dignitates extuleram, iſta mihi pro mercede referuntur. Quamobrem per has «
lachrymas, per ſi quis veſtræ parentis in vobis amor eſt, ſi quis honor, ſi qua «
cura, per quantum vobis cordi eſt Catholica Religio, quantum ſalutariſſima ſa- «
cramenta, quæ me vobis miniſtrante ſuſcepiſtis, per quantum veſtram ſalutem, «
quæ ſine me nulla eſſet, diligitis, his me certiſſimè malis eripite, & tandem mi- «
ſeremini ſaltem vos amici mei, ſi quis tamen mihi reſtat jam amicus, quem hæc «
tanta Matris tangat injuria. Excutite hanc corpore, & quæ hactenus inſuit, de- «
ſidiam expellite, ſi me ſaluam eſſe vultis, ſi me ex iſto periculo vnquam reuocare, «
in paupertate ſuccurrere, nullas proteſtationes aut diſſimulationes vltra morbus «
expectat. Iam vix pauca ſingulorum effari valeo: ita vehementer angor, & ma- «
jori quàm pariens dolore torqueor. Vos autem qui de miſerabili meo capite cer- «
tatis, parcite tandem laceræ & ſemimortuæ, veſtros ad compaſſionem flectite «
animos, Matrem veſtram ſic impiè diſcerpere aliquando deſinite. Et ſi vos vllæ «
poſtea mouêre miſeriæ, hæ moueant. «

Si his vobiſcum vocibus Eccleſia, quis tam ferrei animi, qui non commiſe- «
reſceret? quis non emollito corde moueretur? quis non eam exaudiret, & ſuis «
acquieſceret poſtulatis? Ipſa vos quotidiè gemitibus aſſiduis, & queruloſis ni- «
mium ſuſpiriis ſic alloquitur. Quid enim aliud ſonat vox omnium fidelium ſine «
intermiſſione Ceſſionem clamantium, quid Litteræ, vota, preces, quid omnis «
Gradus hominis, omnis ætatis, ordinis, ſexus, & conditionis aliud poſtulant? «
quos ſacrato inſtigante Spiritu ſic vnanimiter loqui credendum eſt. Caueant «
itaque ſibi illi ad quos res pertinet, ne eis improperetur illud quod Stephanus ait «
ad Iudæos, *Dura ceruice & incircumciſis cordibus & auribus vos ſemper Spiritui ſancto* «
reſiſtitis? Imò conſenſus iſte & vniuerſalis acclamatio fidelium pro via iſta videtur «
æquiparari quodammodo Concilio Generali, & ei obtemperare debent partes «
tanquam cuidam Dominæ voluntatis ſuper hac re Iudicio aut ſignificationi. Qua- «
re ſi eos non mouent rationes paulò ante inductæ, ſaltem Matris Eccleſiæ mœ- «
ſtæ moueant querelæ & jugis obſecratio Et quartæ noſtræ Radicis hic finis eſt. «

Hæc verba, Pater Beatiſſime, ſuper via ceſſionis, ejuſque ſuper alia præcel- «
lenti ad hanc partem idoneitate, veſtræ Beatitudini ſcribere libuit, vt vobis elu- «
ceſceret apertius in hac parte noſtra opinio, in quibus ſi quid fortaſſe durius aut «
aſperius inſonuit, id ardentiſſimo zelo Domus Dei qui noſtras mentes comedit, «
& non irreuerentiæ, aut de perſona veſtra ſiniſtræ ſuſpicioni adſcribatis. De qua «
in hac materia præ cæteris ſingularem & maximam gerimus confidentiam, & in «
hac etiam via Ceſſionis. Sed, Pater Beatiſſime, nobis ſic erat loquendum, qui tam «
multorum annorum longa experientia didicimus, ſuauia blandiciarum lenimen- «
ta tam inueterato morbo nihil proficere poſſe, cum nec etiam recenti profue- «
rint, ſed magis in deterius quàm in melius ipſum adduxerint. Quare acriora «
jam ſunt quærenda medicamina, quæ primo quidem occurſu fortè aſpera viden- «
tur, ſed vbi tentata erunt, & mitia ſatis apparebunt, & optatam celeriter afferent «
ſalutem, dummodo ea tentare & ad modicum perpeti non pigeat. Ecce pro ma- «

» nus noſtræ aut digiti ſanitate nos ſecari patimur, & pro veſtri & pro capitis noſtri
» ſanitate nihil patiemur, ſine quâ corpus ipſum langueſcere quàm viuere magis
» putandum eſt. Sed & id ſcire volumus, veſtram Beatitudinem, quod qui quid-
» quam vrgentius fortaſſe dictum eſt, non tam propter vos dictum eſſe, quem ſatis
» voluntarium non multis egere ſcimus ſtimulis, quàm propter alteram partem
» quam fortaſſe remiſſiorem & torpentem excitari oportebat altiori voce. Deeſt dies, menſis, annus, quo data eſt hæc Epiſtola, ſed ſatis conſtat datam fuiſſe hoc anno perque Nuncios Vniuerſitatis, Auenionem latam.

Has porro Litteras quas Vniuerſitas Pariſienſis Benedicto primum direxit, eaſdē poſtea paulum immutatas & correctas, & maturiori deliberatione ad omnes fideles ſcripſit, poſtquam intellexit Benedictum viæ Ceſſionis nullo modo acquieſcere velle, etiam acquieſcente toto Collegio Cardinalium. Quia verò non defuerunt multi obrectatores, qui viam iſtam procedendi contra ſupremum Pontificem arguerent, multa quoque ſcripta edita ſunt ad eximendum ab omni crimine proceſſum Regis & Vniuerſitatis. Et ex vno eorum; quod ſic incipit *Nunc Reges intelligite*, Quia *omne Regnum in ſe diuiſum non ſtabit*, quodque legitur in MS. Codice Victorino notato p. 10. 686. ſic habetur fuiſſe proceſſum.

Si conſideremus quomodo Concilia Generalia fuerunt hactenus celebrata, iſtud Concilium debet cenſeri nedum Concilium Generale, imò Concilium Generale bene ſolemne. Nam Papa Benedictus requiſiuit Regem quod vellet ſibi dare conſilium ſuper modo habendi pacem & vnionem in Eccleſia Dei & ſedatione hujus Schiſmatis. Rex verò attentâ arduitate negotij conſultus deliberauit vocare omnes Prælatos Regni ſui, vt conſultius poſſet videre in hac materia, quid agendum. Et ſcripſit hoc Benedicto, qui per Litteras ſuas reſcripſit Regi quod bene placebat ſibi, & præcepit Prælatis Regni reſidentibus in Auenione quod ipſi venirent ad mandatum Regis. In quo Concilio fuerunt duo Patriarchæ qui in regno tenent Eccleſias in commenda, ſex Archiepiſcopi, & 40. & vltra Epiſcopi, Abbates notabiles, Magiſtri in Theologia & DD. diuerſorū Studiorum vſq; ad numerum centum & decem perſonarum. Et cum hoc, Rex voluit quod Vniuerſitas Pariſienſis ſuper hoc quantum maturius poſſet fieri, videret: & quia & iſti omnes valde paucis exceptis, ſi qui ſiut, conuenerunt in hoc quod via Ceſſionis amborum concertantium eſt via ſola, per quam radicitus poteſt deleri Schiſma & haberi pax & vnio in Eccleſia Dei, & quod ita erat Papæ per Regem conſulenda. Et ſi Benedictus ipſam renueret, eſſet per Regem omnibus viis quibus fieri poſſet, Canonicè ad effectum deducenda. Et in iſta concluſione fuerunt omnes DD. Cardinales exiſtentes in Auenione qui erant in numero 20. vel 22. vno excepto poſt multas diſcuſſiones & deliberationes vicibus repetitis ſuper hoc habitas. Quam deliberationem ſignificauerunt Nunciis Regis ſolenniter miſſis. Et Rex poſtmodum concluſionem iſtius Concilij intimauit Regi Caſtellæ, non vt prædictus Rex Caſtellæ iſtam ſequeretur, niſi in quantum videret ipſam fore rationabilem. Et in præſentia dicti Regis Caſtellæ rationibus & motiuis facientibus pro iſta Concluſione ſolenniter & ad longum recitatis per Ambaſſiatores ſolennes Regis Franciæ in præſentia Nunciorum Papæ & multorum ſolennium Prælatorum, Magiſtrorum, Doctorum & Baronum Regni Caſtellæ ipſe Rex habitis ſuper hoc pluribus conſiliis & deliberationibus concluſit in effectu eodem modo vt videtur, quo fuerat concluſum in Concilio Franciæ. Et de hoc etiam certificauit Rex Franciæ Regem Arragoniæ & Nauarræ, qui ſolenniter & publicè omnia iſta audiuerunt, & idem etiam fecit Regi Scotiæ qui omnes ſcilicet de obedientia erant Benedicti.

Anonymus quidam in MS. Gemmeticenſi viam ceſſionis omnibus excogitatis aut excogitabilibus anteponit, ob id maximè quia, jus contendentium erat in-
» deciſibile. *Quilibet*, inquit, *horum* contendentium de Papatu debet ſe reputare
» habere dubium probabile de jure ſuo, cum tot Clerici in tanto numero per to-
» tum mundum de hoc dubitent: & eſt dubium inuolutum & inexplicabile & inde-
» ciſibile, vt cuilibet ſatis conſtat, quod nec vſque nunc à tempore Schiſmatis quo
» ſunt 19. anni decidi potuit, & ex temporis diuturnitate adhuc factum eſt magis
» indeciſibile, quod partes magis obſtinatæ ſunt ab vtraque credentia, & factum
» antiquius: quinimo facta ſunt contraria in principali actu & caſus diuerſimodè,

imò contrariè à partibus recitatur. Vnde ex diuerſitate facti ſæpenumero ius in- «
ducitur. C. ſi ex pluribus vnus ap. l. 1. & ſic quilibet eorum debet ſe reddere «
dubium. Nec ſumus in caſu Gloſſ. 24. q. 1. in fin. quæ dicit quod fortè excuſan- «
tur de Schiſmate duo Papæ quorum quilibet credit apud ſe eſſe Eccleſiam, quod «
hîc nullus dicet ſe ruputare certum de hoc vt dictum eſt, imò dubium. «

Sub initia tandem anni 1395. clarè ſignificauit Benedictus ſe Papatum nunquam abdicaturum. Hactenus enim fecerat ſpem aliquam pacis & vnionis. Verum vbi ſeriò ad interrogata reſpondendũ fuit, ſeriò quoq; reſpondit ſe viæ Ceſſionis quã Rex, Vniuerſitas, Eccleſia Gallicana & multi Principes conuenientiorem eſſe judicauerant, nunquam ſubſcripturum. Per aliquot ergo menſes cum eo Legati Regij, Cleri Gallicani & Vniuerſitatis, quos anno ſuperiore miſſos docuimus, egerunt de pace, deque modis illius reducendæ, quos ſe priuſquam cum Cardinalibus aliis ad Electionem Conclaue ſubiret, accepturum promiſerat, ipſamque etiam Papatus abdicationem. Quam in rem conſcripta fuerat Schedula, ab omnibus Cardinalibus atque ab ipſo etiam ſubſignata, quam ad annum ſuperiorem retulimus: hanc illi reuocabant in memoriam, exigebantque vt ſtaret promiſſis, quibus juramento tenebatur. Negabat ille ſe teneri: nec deerant Theologi, qui non teneri conteſtarentur, niſi ſub conditione, ſcilicet ſi prius tentatæ omnes aliæ viæ non profeciſſent, tunc enim Ceſſionem accipiendam. Importunè ergo flagitantibus Legatis prædictis Reſponſionem, hanc primam dedit Benedictus, Ducibus, Bituricenſi, Burgundiæ & Aurelianenſi à Rege miſſis.

Prima Reſponſio Papæ ad viam Ceſſionis facta 20. Iunij.

Benedictus Epiſcopus....... cum dudum ad procurandum & accelerandum «
ſciſſæ Dominicæ veſtis inconſutilem vnitatem, & ſeneſcentis erroris ſæuam, «
profugandam, eradicandamque Deo Actore perniciem ante meæ ad ſummum «
Pontificatum vocationis primordium, maximos labores & prolixas vigilias meæ «
ſolicitudinis inſtantia ſubiiſſet, tandem nobis ad ſummum Apoſtolatus apicem «
Diuinâ, licet inuitis, diſpoſitione vocatis, & eo magis ad eliminandam peſtilen- «
tiſſimi morbi molem vigilantibus & intentis, quod ab eo cujus gerimus vices in «
terris ejuſque negotium ventilatur, recepturi ſumus, ob hoc ei de conſtanti & «
officioſâ cura & exquiſita ſolertia, meritum, aut quod abſit, de negligentiâ, aut «
puſillanimitate ſupplicium, Chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Rex «
Francorum illuſtris, Eccleſiæ Dei pugil inuictus & defenſor ſolicitus, à nobis «
iteratis vicibus ſuper hoc cum inſtantia requiſitus, ipſius Eccleſiæ compaſſus «
gemitibus & afflictionibus diuturnis Inſignes Duces nobilis proſapiæ claritate «
ſublimes, Dilectos videlicet filios, Ioannem Bituricenſem, Philippum Burgun- «
diæ patruos, & Ludouicum Aurelianenſem fratrem ipſius Regis ſolenniter de- «
ſtinauit, Religioſæ Deuotionis & zeli Principis erga eandem Dei Eccleſiam, «
quod nobis non erat incognitum, affectum & conſtantiam exponentes, & alia «
nonnulla quæ ad reformationem dictæ Eccleſiæ vnitatis tendere videbantur «
ſuper quibus cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Car- «
dinalibus collatione & tractatu ac deliberatione præmiſſis, ipſiſque præſentibus «
& aliis certis tam Clericis quàm laicis de conſilio dicti Regis viam & modum ra- «
tionabilem & ſalubrem ad proceſſum & integritatem ipſius Eccleſiaſticæ vnionis «
eiſdem Ducibus duximus offerendum ſub hac forma. Videlicet quod nos cum «
fratribus noſtris prædictis ex parte vnâ, & aduerſarius Eccleſiæ Dei cum ſuis «
Anti-Cardinalibus ex altera in loco idoneo ad id eligendo ſub fidâ & ſecurâ pro- «
tectione dicti, cui ad hoc opportunitas plus ſe offerret, conueniremus perſona- «
liter pro tractanda & Chriſto Duce conſequenda prædicta Eccleſiæ Dei vnitate, «
& tunc nos viam ſeu vias conuenientes panderemus, quibus optata vnio in Dei «
Eccleſia celerius ſequi poſſet. Quas aperire vſque ad mutuam conuentionem hu- «
juſmodi exiſtimamus & credimus nullatenus expedire: Imò eas publicare, etiam «
bono vnionis pernicioſum impedimentum afferre propter multa, quæ contra «
vias expreſſas machinari poſſet illorum peſtilens & omnino præcauenda verſutia, «
quæ zizaniam & ſcandalum potius quam vnitatem in ſancta Dei Eccleſia ſeſe «
moliuntur, præſertim cum de intentione Aduerſarij certitudo nulla penitus «
haberetur. Verum Duces præfati præmiſſum modum ſeu viam non acceptantes, «
poſtea viam Ceſſionis per Nos & Aduerſarium noſtrum prædictum faciendæ pro «
parte dicti Regis ſuique Conſilij aperuerunt, nos requirentes quod prætermiſſis «

tanta ſcientia, quæ in veſtra Vniuerſitate florere ſolebat, de peſſima malitia & «
intentione Diabolica ferè omnium Cardinalium. Omnes conuenientes in «
vnum contra Chriſti Vicarium mundana Papatus annihilatione in aliam Na- «
tionem reducere, & volentes ſummum D. Pontificem Benedictum, & vt bene «
apparet, à Domino Benedictum, Papatum reſignare, Intruſo in ſui peſtifera «
poteſtate pacificè permanente, quoniam à nullis Imperatore, Regibus, Princi- «
pibus nec aliis mundi Gentibus ſuadetur, moleſtatur, inquietatur ſuum inde- «
bitum Pontificatum reſignare. Quæſo mihi dicite, quod totus mundus mihi «
dicere nequiret, quid profuiſſet, ſi obmutuiſſent reſignationem præfatam vni- «
tati Eccleſiæ ſacroſanctæ: nam iterum ſic fuiſſet mundus diſpoſitus, quod illi «
qui Antipapam credunt, ſua cum eo ne opera peregiſſent. Sed nos veri fide- «
les qui non in illum, ſed in iſtum credimus, diutius ſeparati quid fecimus? quis «
vacantibus Beneficiis prouideret, & aliis ſpiritualibus caſibus auxilium nobis «
ferret? Et vt dicere mihi habetis, quod nouam tartaream electionem feciſſent. «
Et ſcitote quod illi Electo tanquam Dæmoni fidem noſtram dediſſemus. Dul- «
ciſſimus tamen D. Ieſus, qui licet ſuſtineat ſanctam Petri Nauiculam quaſi pro «
viribus flagitari, non tamen eam periclitari ſinet, tantam tribuit ipſi Domino «
ſummo Pontifici animi virtutem & corporis, quod licet à Charis ſuis derelictis «
qui eum juuare & defendere debebant totis viribus, à cunctis aduerſitatibus di- «
uinitus & mirabiliter triumphauit. Et nunc pars mundi in eum credens non eſt «
diuinis auxiliis ſpiritualibus deſtituta, nec nouiſſimum priore Schiſma conſtitu- «
tum eſt in Eccleſia ſancta, Deus ſcit qui hoc egit, & ipſum rexit per infinita «
ſecula Benedictus, & reuereantur & confundantur omnes qui talia conabantur «
facinora perpetrare. Nunquid erat nimium ſcelus ſeruos in Dominum inſur- «
gere, & violentiam ſi potuiſſent præſtare, Iudicet ille verus Iudex viuorum & «
mortuorum cui laus & gloria per infinita ſecula, Amen.

Item, extant in eodem MS. Codice Victorino duæ Litteræ quorundam Theologorum cum Concluſionibus & Determinationibus contrariis illis quas Vniuerſitas Pariſienſis poſt maturam deliberationem conſcripſerat. Sic enim ad pag. 71. legitur. *Subſcriptæ duæ Litteræ, prima videlicet cum quæſtionibus Pariſienſibus annexis, & cum aliis Concluſionibus contra poſitis. Et ſecunda cum 13. Concluſionibus Reſponſiuis ad nouem Quæſtiones Pariſienſes fuerunt miſſæ vni Prælato familiari D. Papæ à quibuſdam in ſacra Theologia Magiſtris.* Tales autem ſunt.

Reuerende Domine, dum eramus in aliis occupati cum Quæſtiones per Pari- «
ſienſes propoſitæ ad noſtram notitiam peruenerunt, per quas & per modum in- «
quirendi eorum illa quæ ſentiunt in illis Quæſtionibus contra Papam & Eccle- «
ſiaſticam poteſtatem attentis eorum præcedentibus actibus & importunis cona- «
tibus, patenter oſtendunt, idcirco adinuicem conferentes in fauorem veritatis & «
Iuſtitiæ Chriſti imitantes exemplum, dignum duximus clauo retundere, & per «
Quæſtiones Quæſtionibus reſpondere. Et quibus quidem Quæſtionibus noſtris «
poterunt facile elici Concluſiones, Reſponſiones, ac etiam objectiones contra «
alias Queſtiones & contra ponentes eaſdem.

Quæſtiones Pariſienſes ſunt iſtæ.

1. Vtrum Papa teneatur acceptare viam Ceſſionis modo ſibi propoſito pro ſedatione pręſentis Schiſmatis, ſub pœnâ peccati mortalis, fautoriæ Schiſmatis, vel hæreſis, vel generaliter ſub qua pœna.

2. Vtrum attento ſpatio temporis & Requeſtis ſibi factis & plenè deliberatis per ſacrum Collegium Cardinalium, Regem & Principes Franciæ, & Prę-latos & Vniuerſitatem Pariſienſem, & deliberatione ſuper iis per eum habita Papa poſſit excuſari per ignorantiam.

3. Vtrum attento juramento præſtito in Conclaui & Requeſta Collegij Cardinalium ſibi facta ſuper via Ceſſionis dictam viam ſub pœna perjurij recipere teneatur.

4. Vtrum attento prędicto Iuramento, pręcepto per eum facto Cardinalibus de ſibi adhęrendo, & proteſtatione ipſius quod non intendit à viis ſuis

recedere, conſideratione Cardinalium, quam in eligendo habuerunt, approbatione viæ Ceſſionis ante & poſt Papatum, ac aliis ante & poſt ejus aſſumptionem per eum geſtis, ſit ſuſpectus de Schiſmate vel cenſendus Schiſmaticus.

5. Vtrum Papæ præcipienti Cardinalibus quod ſibi adhæreant, in proſecutione viarum ſuarum, ſit obediendum.

6. Vtrum Papa viam Ceſſionis recuſans, ad eam poſſit compelli, & ſi ſic, per quem, vel quomodo.

7. Vtrum quilibet Catholicus pro modulo ſuæ ſolicitudinis debeat laborare ad compellendum Papam in caſu prædicto, & an Principes ad id ſpecialiter obligentur.

8. Vtrum Papa ſubjiciatur Concilio Generali ſuæ obedientiæ in caſu recuſationis prædictæ cum ſequelis ſuis vſque ad depoſitionem incluſiuè in caſu pertinaciç.

9. Vtrum ſententiæ latæ vel ferendæ per Papam contra quoſcunque proſequentes hanc materiam contra eum in caſibus prædictis ligent & ſint tenendæ. Et an competat aliquod remedium appellationi, ad Concilium Generale, vel aliàs à grauamine illato vel inferendo per Papam in hac materia.

Sequuntur aliæ Quæſtiones in denario numero, ex quibus, vt prædictum eſt, poſſunt elici Concluſiones, Reſponſiones, ac etiam objectiones contra Quæſtiones prædictas & contra Intenta per eas.

1. Vtrum his 3. ſuppoſitis, de quibus certiſſimè conſtat, 1. Quod iſta aſſertio ſupradicta jam diſpoſitione creſcente, non eſt clara ex jure Diuino, quod videlicet Papa teneatur acceptare viam Ceſſionis ſub pœna peccati mortalis, &c. ſed ſolum argumentabilis hinc & inde videtur. Et tam Iuris Diuini quàm Iuris Canonici notabiliſſimi Profeſſores reputant illam ridiculoſam & manifeſtè falſam. 2. Quod nullum ſtatutum Iuris Canonici eſt pro illa, & ſi eſſet, non obligaret Papam. 3. Quod determinationes Pariſienſes ita ſunt ad falſa, vt ad vera, quemadmodum ſub quacunque pœna nos paratos offerimus ad probandum clarè, ſi fuerimus requiſiti per illos ad quos pertinet. His inquam ſuppoſitis, quærit Quæſtio ſi propter inquiſitionem ſeu quamcunque determinationem, vel approbationem ipſorum Pariſienſium aliquis ſanæ mentis dictam aſſertionem contra Vicarium Chriſti & Principem totius populi Chriſtiani debeat acceptare & approbare.

2. Vtrum ſuppoſito, quamvis ſit falſum, quod licet Papa juraſſet ſe renunciationem facturum pro vnione Eccleſiæ, quotieſcunque DD. Cardinalibus videretur, & interim in Eccleſia Dei errores hæreticales inſurgerent perículosè ſonantes in contumeliam Chriſti, derogationem Eccleſiaſticæ poteſtatis & corruptionem fidelium per Pſeudodoctores & fautores eorum fortiter defenſati, aut ex Iudiciis apparentibus vehementer pręſumerentur per pernicioſos conatus eorum maxima Eccleſiæ vacatiuæ imminere pericula, teneretur idem Papa ante aliam diſpoſitionem factam pro implendo promiſſum deſerere gregem ſuum, præſertim cum non ab hominibus, ſed à ſolo Deo contra quem nullum obligat vinculum juramenti, fuerit ſibi immediatè commiſſus.

3. Vtrum attento quod in promiſſorio juramento ſecundum jus Diuinum & humanum multæ ſubintelligantur conditiones, quæ de non implendo promiſſum jurantem excuſant, quandoque patenter, quandoque in foro conſcientiæ pertineat ad ſubditos perjuros & nullius judiciariæ authoritatis inquirere & diſcutere hujuſmodi juramentum factum à ſummo Pontifice ad ſibi ſecundum eorum ambitum crimen perjurij imponendum.

4. Cum multæ ſubintelligendæ conditiones non ſolum patentes ad extra, ſed etiam latentes in conſcientia poſſint obligationem excludere promiſſorij juramenti & permaximè circa ſcrupuloſam quamplurimis & perplexam materiam in quam D. Papa & cęteri Domini jurauerunt, ipſe nullumque crimen perjurij etiam de facto commiſſi homicidij, blaſphemię, idololatrię, & ſic de cęteris criminibus excepta hęreſi, tolleretur ſibi nec diminueretur Papalis au-

Digitized by Google

thoritas, & alij Catholici debeant ipſi ob quamcunque objectionem hujuſmodi perjurij, obedientiam aliunde ſibi debitam derogare.

5. Vtrum iſtis duobus attentis. 1. Quod in tota lege Diuina ipſi perſonæ nec communitati totius militantis Eccleſiæ datur extra forum conſcientiæ juriſdictio ſuper Rom. Pontificem, ſed ſibi ſuper omnes. 2. Quod pro determinato vniuerſalis Eccleſia habeat, quod etiam Generale Concilium non habet poteſtatem judicandi Papam inuitum. Illi qui contrarium publicè dogmatizant, vel illud quod de hoc Eccleſia docet & tenet, in dubium reuocare conantur, ſint cenſendi hæretici, ſeu vehementer de hæretica prauitate ſuſpecti.

6. Vtrum dicti Pariſienſes procedentes per modum Iuridiciariam poteſtatem habentium, videlicet per traditas quæſtiones in ſcriptis, exquiſitas Inquiſitiones de crimine perjurij contra ſummum Eccleſiaſticum Principem, & de reſiſtentiis & rebellionibus tam per Principes quàm æque per cunctos Catholicos violentiis præparandis & inferendis eidem, debeant rationabiliter reputari falsè & hoſtiliter ſe habere erga Rom. Eccleſiam.

7. Vtrum qui ſic ex induſtria ſeu meditata malicia cæteris actionem miniſtrant & audaciam præbent contra ſummum Pontificem inſurgendi, & per appellationes quas ſomniant, ab ejus obedientia recedendi, ſint ſeu vehementer præſumendi conſpiratores, ſeditionis ſuſcitatores, ac noui Schiſmatis inuentores.

8. Vtrum talibus temerariis dogmatizantibus qui ita non audenda vt audenda præſumunt, ſuiſque mendoſis & inſanis dogmatibus ac arrogantibus Inquiſitionibus contra Majores Eccleſiæ mentes fidelium incitant & corrumpunt, auferri debeat vel ſuſpendi omnis poteſtas Gradus Scholaſticos conferendi vſque dum plenè præteriti purgarentur eorum errores, & humiles, vel humiliati effecti addiſcerent illius præeminentiam recognoſcere reuerenter, fideliter & obedienter, à quo habent Gradus hujuſmodi & honores recipere & conferre.

9. Vtrum inimici notorij & rebelles ſummo Pontifici & Eccleſiæ Romanæ ex intentione, jure perdant Priuilegia ipſis ab Apoſtolica Sede conceſſa, præſertim illa quæ in pernicioſum Principis Eccleſiaſtici nocumentum, perſecutionem, contumeliam, vituperiumque retorquent.

10. Vtrum Deus qui ſolus & nullus alius plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis ſeu authoritatem Papalem dare pôteſt, dederit vnquam alicui perſonæ, vel Communitati creatæ poteſtatem auferendi illam authoritatem à Papa, quam immediatè ipſemet Deus ſibi contulit; & ſi ſit, ex quo textu ſacræ Scripturæ vel alterius cujuſcunque cui Papa credere teneatur, hoc poſſit habere.

Ad iſtas decem Quæſtiones noſtras præmiſſas multùm deſideramus quod Pariſienſes ſeriosè reſpondeant, & quod ſua Reſponſa abſque tractu impertinenti & violento Scripturarum ſacrarum clarè fundant, & tunc indubitanter nobiſcum ſentient, & nos cum eis illum imitantes in charitate Magiſtrum, quem ſcimus quia verax eſt, & viam Dei in veritate docet.

Sequitur ſecunda Littera.

REuerende Pater & Domine, quamvis ex propoſito impugnandi Inquiſitiones Pariſienſium, vel potius illa quæ per ipſas contra Papam, & contra Apoſt. Sedis authoritatem intendunt, compoſuerimus quæſtionibus quæſtiones exemplo Chriſti, qui inſidiosè & calumniosè interrogantes interrogando deuicit, attamen amatoribus veritatis volentes merces noſtras plenius aperire, quaſdam Concluſiones, 14. numero cum correctione dictæ S. Sedis poſuimus reſponſiuas ad omnes illas Quæſtiones eorum ſicut clarè patere poteſt intuenti & applicare volenti & ſcienti.

1. Quod Papa teneatur acceptare viam Ceſſionis ſub pœna peccati mortalis, fautoriæ Schiſmatis vel hæreſis non eſt in vniuerſali, nec in particulari in lege Naturali, Diuina aut poſitiua clarè fundatum, & aſſerere ipſum ſic teneri, voluntarium, temerarium & crimino ſum eſt: potiſſimè propter varietatem & incertitudinē caſus, euentuum & circunſtantiarum cujuſquam concurrentis Papa cedere teneretur, vel ejuſmodi Concurrentibus Ceſſionem recuſare teneretur,

& ſic impiiſſime tantus Pater à filiis condemnaretur, qui potius ſacra docente Scriptura etiam maculatus & à virtute nudatus piè cooperiri deberet.

2. In tribus Reſponſionibus D. Papæ datis ſolemniter DD. Cardinalibus Regi & Principibus Franciæ ac quantum in ipſo eſt, cunctis fidelibus euidenter apparet factorum ſuorum tam quoad Iuramentum in Conclaui præſtitum, quàm quoad alia ad celerem ſedationem Schiſmatis pertinentia plena juſtificatio, nec in illa materia eſt neceſſaria, niſi propter ſeditioſos, diffamatores & credentes eiſdem excuſatio.

3. Dicta Papæ juſtificatione omni rejecta, de qua impertinenter quæritur per ignorantiam excuſatione notabiliter facta, quam prope in prædictis 3. Reſponſionibus obtulit ſeparatum ad plus faciendum & amplius & æquitati condeſcendendum pro vnione Eccleſiæ procuranda quam in quacunque Chronica quæ ad manus noſtras peruenerit, legatur, quod vnquam tempore Schiſmatis aliquis ejus prædeceſſor præſentauerit, nec poterit contradicens probare contrarium.

4. Ex propoſito aſſerens Papam adſtringi virtute ſcedulæ in Conclaui factæ ſeu contentorum in ipſa ad Ceſſionem ante omnes vias alias procurandas & ſeruandas faciendam, aut ex malitia aſſerit, aut formam & ſententiam juramenti in ſchedula dicta contenti non rectè intelligit.

5. Qui in iſto modo vel ſimili in effectu argumentatur credens rectè concludere, Papa jurauit procurare & ſeruare omnes vias vtiles & accommodas vnioni Eccleſiæ vſque ad Ceſſionem incluſiuè. Ergo ipſe ex juramento tenetur nullas tales vias procurare & ſeruare, ſed ſolam viam Ceſſionis acceptare, indebitè & ineptè arguit vt ignorans.

6. Attento quod in promiſſorio juramento ſecundum jus Diuinum & Humanum multæ ſubintelliguntur conditiones, quæ de non implendo promiſſum Iurantem excuſant quandoque patenter, quandoque in foro conſcientiæ, non pertinet ad quoſcunque ejus ſubditos inquirere & diſcutere hujuſmodi juramentum factum à ſummo Pontifice, aut eidem ſecundum eorum arbitrium perjurij imponendum.

7. Etiam ſi ex euidentiâ patrati ſceleris vel ex publica confeſſione Papa toti mundo conſtaret Papam eſſe perjurum, nullatenus propter hoc eſſet Schiſmaticus, nec hæreticus, nec authoritate Papali priuatus.

8. Quantumcunque aliqui Prælati Eccleſiæ ſiue verè, ſiue falsè objicerent Papę, perjurium, non propter hoc in aliquo minus debent & tenentur ſibi ſubditi & obedientiam reddere conſuetam.

9. Quæ vel qualis via debeat obſeruari pro vnione Eccleſiæ procuranda Prelati Eccleſiæ majores & alij ſunt Conſiliarij, ſed ſub Deo ejus immediatus Vicarius ſolus Iudex, propter quod vt rectè judicet & ſanè procedat, non maledictiones, detractiones, aut diffamationes, ſed ſanctæ pro ipſo orationes à Deo ſunt crebetrimè & inſtantiſſimè faciendæ.

10. Papa non habet in terra ſupra ſe Iudicem, nec poteſt per non ſuum Iudicem compelli ad Ceſſionem.

11. Qui publicè dant doctrinam & conſilium compellendi Papam ad faciendum Ceſſionem, non ſolum ſunt exterminandi vt Conſpiratores & in Eccleſia Dei ſeditionis Concitatores, ſed vt prauitatis tam Schiſmaticę quàm hæreticæ Seminatores.

12. Sicut nulla creata perſona nec communitas totius Eccleſiæ militantis poteſt, nec vnquam potuit dare Papæ immediatum Chriſti Vicariatum, ita nec aliqua talis perſona vel Communitas poteſt auferre ſibi inuito illam Vicariatus authoritatem quę eidem non ab hominibus ſed à ſolo Deo eſt immediatè collata.

» 13. Proſequentes materiam quam Pariſienſes tangunt in vltima quęſtione » cum illa materia prout patet per quęſtiones & Inquiſitiones eorum ſit de conci- » tandis ſeditionibus & pręparandis rebellionibus contra ſummum Pontificem ita » ligant ſuę ſententię ſi ferantur in ipſos, ſicut ligant ſi ferãtur in alios criminoſos.

» 14. Rationabiliter D. Papa debet aduertere, ne nimium tolerando pungen- » tes ac pro Priuilegiis datis & gratiis contumeliam & contemptum reddentes, nu- » triat ſerpentem in gremio, & illam datam ab Apoſtolo laudem ironicam merea-

tur,

tur, vbi dicitur, *libenter ſuffertis inſipientes cum ſitis ipſi ſapientes, ſuſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit.* Vbi proinde docet Apoſtolus eſſe arrogantibus & temerariis reſiſtendum.

Iſtas Concluſiones probabimus, cum ipſi Pariſienſes aperuerint illa quæ de ſuis Quæſtionibus ſentiunt.

Iſta ad certamen ingenij & doctrinæ Theologorum iſtorum prouocatio vehementer extollebat Benedicti & fautorum eius animos: cui parti adhæſit Vniuerſitas Toloſana contra Pariſienſem: ſicque altercatione Schiſma creſcebat & & in dies magis inualeſcebat. Verita verò Vniuerſitas Pariſienſis ne ſpe Beneficiorum quæ larga manu Benedictus ſuis elargiebatur, aliqui è ſuis libertate loquendi abuterentur ad miſcenda omnia ſeditionemque concitandam, vetuit ne vlla Natio, Facultas, aut Ordo vllus Rotulum ad Papam mittere auderet inconſulta & non conſentiente ipſa Academia, pœnamque priuationis & reſecationis Edicto ſuo appoſuit: quod tale eſt.

Contra Mittentes Rotulum ad Papam.

Vniuerſis præſentes Litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem. Rerum omnium Conditor & Adminiſtrator Deus ſic ſingula quæque conſtituit vt ſua loca cuncta teneant ſortita decenter; nec ſuperiora patitur inferioribus ſubjici, vel inferiora lege Superiorum abſolui; ſed per media à ſuperioribus inferiora pro ſuo captu influxum recipiunt eiſque ob beneficium obedientiæ munus rependunt. Quâ lege ordinatiſſimâ Naturarum omni diſtributione ſeruatâ ipſa rerum vniuerſitas & pulcherrima ad contemplandum & firmiſſima ad ſubſiſtendum dignoſcitur reſultare. Sic Regna, ſic Imperia, ſic Ciuitates & ſingula quæque Collegia, ſi firma, ſi ſtabilia, ſi denique ampla & glorioſa eſſe mortales ſummè cupiunt & ſummopere intẽdunt, neceſſe eſt vt ordinem ſeruent inter diſparia, æquitatem inter æqualia, ne ſi illabatur confuſio, diſſolutio ſubſequatur, & tota publici corporis compages in nihilum redigatur. *Attendentes* itaque quàm pulchrum, debitum & neceſſarium eſt ſeruare pacem, tenere ordinem, quàmque periculoſum & graue eſt in his vel negligentes exiſtere, vel incautos, pręhabitâ maturâ & ſæpius digeſtâ deliberatione pro noſtræ Vniuerſitatis pace, honore & ſtabilitate in modum qui ſequitur, ordinauimus ſtatuenda & perpetuis temporibus obſeruanda. Videlicet vt niſi de conſenſu & licentia Vniuerſitatis nulla Facultas, Natio, Collegium ſeu Cœtus vel Congregatio Scholarium vel Graduatorum in eadem prętextu ſeu nomine Gradus vel Scholaritatis obtentorum in eadem, Rotulum ſeu ſupplicationes per modum Rotuli ad ſummum Pontificem qui nunc eſt, vel pro tempore erit, mittant vel per quoſcunque mitti procurent. Nam ſi ſic liceret ſingulis, non requiſito conſenſu totius Vniuerſitatis, ſufficientiorum & bene meritorum honor pręriperetur à minus dignis & temerariis, ac per hoc ordo debitus perturbaretur, & ſcandala ac diſſenſiones in totius Vniuerſitatis præjudicium generarentur. Quod ne fiat, nobis eſt diſtrictiſſimè pręcauendum. Quocirca omnibus noſtræ Vniuerſitatis Iuratis præſentibus & futuris, cujuſcunq; ſtatus aut conditionis exiſtant, diſtrictè pręcipimus & mandamus, quatenus talia facere non pręſumant, & facere volentes ſi ſciuerint, denuncient ſtatim Rectori qui eſt vel pro tempore erit, quatenus remedium adhibeatur opportunum. Quod ſi aliqui proprij Iuramenti immemores ſeu contemptores hujus noſtræ Ordinationis, contrarium fecerint, ſciant ſe à noſtræ Vniuerſitatis conſortio priuandos & reſecandos; Et ſi Iurati fuerint, perjuros & infames declarandos, ad alias nihilominus pœnas juxta qualitatem criminis proceſſuri. Vt autem hæc noſtra Ordinatio & ſtatutum inuiolabiliter obſeruetur, & ne aliquis ejus prætendere valeat ignorantiam, volumus vt inſcribatur *Libris ſingularum Facultatum & Nationum*, & à ſingulis Gradum recipientibus obſeruari juretur. Datum in Congregatione Generali apud S. Mathurinum ſuper hoc ſpecialiter celebrata anno Domini 1395. 22. Februarij.

Interim functi fuerant Legatione ſua apud Richardum Anglorum Regem Academici, eique non modò ſcedulam in Conclaui factam, & viæ Ceſſionis per Cardinales approbationem ſignis vniuſcujuſcunq; confirmatam obtulerant,

ſed & rationes quoque Vniuerſitatis ſcripto tradiderant, vt ſuper iis Conſilium ſuum Regium, & Oxonienſem Academiam conſuleret. Rationes autem illas Facto, vt vocant, contentas obtulerat M. Petrus *le Roy* Conſtantienſis, primùm Abbas S. Taurini Ebroïcenſis, deinde Exaquenſis, tum verò S. Michaëlis de Monte, Canonici olim Iuris in Academia Pariſienſi Profeſſor celeberrimus, & multis legationibus in Italiam, Arragoniam, Angliam, Hungariam pro negotio Schiſmatis inſignis. Ejus ergo opera vſa fuerat Vniuerſitas in Facto illo componendo, quod legitur in eodem MS. Victorino ad fol. 336. cujuſque talis eſt inſcriptio.

Factum D. Petri Regis Abbatis Montis S. Michaëlis pro facto vnionis Eccleſiæ coram Rege Angliæ, Anno 1395.

Oratio Legatorum Vniverſitatis ad Regem Angliæ.

„ DA nobis Domine auxilium de Tribulatione, *Pſal. 59.* tranſſumptiuè 23.
„ q. 3. §. item ab aliquo, *Sereniſſime Princeps*, in Tribulatione poſitos ſubſi-
„ dium à ſuccurrere valentibus implorare à Diuino & Humano jure fundamen-
„ tum aſſumit. Sic namque Iſraëliticus populus, ſic & multi tam ſub veteri, quàm
„ ſub noua lege degentes, nam quandoque ſurrexit tribulatio, ſibi finem vnum
„ concorditer aſſumentes, vt ſi de mœſtitia ſolatium & de tribulatione ejuſdem
„ per potentes propinaretur auxilium, clamauerunt. Hinc eſt quod cum filij Iſraël
„ ſeruientes Regi Saræ & Meſopotamiæ cui traditi fuerant pro peccatis ſuis non
„ clamauerunt ad Dominum, nemo ſuſcitatus eſt qui ſaluare eos poſſet, ſed cum
„ clamauerunt ad Dominum, tunc ſuſcitauit Dominum Saluatorem Iſraël & ſal-
„ uanit eos Iud. 3. Hinc leproſus clamauit ad Dominum, *Domine ſi vis, potes me*
„ *mundare*, & Dominus ipſum tangendo mundauit. Hinc cum cœcus clamaret ad
„ Dominum *Miſerere mei fili Dauid*, Dominus ipſum illuminauit, *Math. 9. 20. 52.*
„ *18.* de pe. diſt. 1 parag. denique. Ad idem facit quod habetur vbi Thema & 23. q. q.
„ Recedite & 34. q. 2. non ſatis. De jure humano ſatis patet 96. di. ſi Imperator 3.
„ q. 1. nulli fa. de Offic. ord. c. 1. Nos igitur his & aliis exemplis & authoritatibus
„ prouocati amaritudine cordis & anxietate mentis conſtrati ante veſtræ conſpe-
„ ctum Majeſtatis præſentialiter conſtituti flebili laxamus voce. *Da nobis Domine*
„ *auxilium de Tribulatione.* In his enim verbis innuitur, cui loquimur, cum dicitur
„ *Da nobis, &c.* propter quod mouemur, quia ſumus in tribulatione. Quid præſto-
„ lamur, cum ſcilicet petimus auxilium, potenti ſiquidem verba dirigimus, *Da*
„ *nobis Domine, Miſeriam noſtram oſtendimus*, quia ſumus in tribulatione, & conclu-
„ ſinem intentam ſubjungimus, cum petimus auxilium. *Da igitur nobis Domine auxi-*
„ *lium de Tribulatione.*
„ Poteſtatem igitur veſtram virtuoſam humiliter profitemur à Domino Deo vo-
„ bis datam ad Rom. 13. 23. q. 1. quid culpatur. Sed ad quid? certè teſte Apoſtolo
„ ad vindictam Malefactorum, laudem verò bonorum. Nam ſecundum Philoſo-
„ phum 3. polit. c. 25. principanti neceſſarium eſt habere potentiam qua cuſtodiat
„ leges, fa. 23. q. 4. ſicut Eccleſiæ in fin. vt ſcilicet ſecundum Iſidorum per ipſas hu-
„ mana coërceatur audacia, tutaque ſit inter Improbos innocentia & in ipſis im-
„ probis formidato ſupplicio refrænetur nocendi facultas 4. d. factæ ſunt. Et vt
„ teſte Gregorio ipſe conatus hoſtium Eccleſiæ comprimat, & ſuperbas eorum
„ ceruices jugo rectitudinis premat, vt ſecundum Iſidorum eadem diſciplinam
„ Eccleſiaſticam muniat, & quod non præualent Sacerdotes efficere per Doctrinæ
„ ſermonem, ipſa hoc imperet per Diſciplinæ terrorem, vt quæ contra fidem &
„ Diſciplinam Eccleſiaſticam aguntur, per hujuſmodi poteſtatem conterantur.
„ Cognoſcere enim debent Principes ſeculi Deo ſe debere rationem eſſe redditu-
„ ros propter Eccleſiam quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur
„ pax & Diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur, ab eis rationem
„ exigit qui eorum poteſtati Eccleſiam ſuam tradidit. Ipſi namque, vt teſtantur
„ Papæ, Ioannes & Pelagius ſunt conſtituti ad defenſionem eorum, quæ ad Diui-
„ nam confeſſionem pertinent, ad tuitionem & Eccleſiarum coërcitionem & refræ-
„ nationem hæreticorum, Schiſmatum & ſcripturarum Eccleſiæ, & ad ea quæ
„ Deo ſunt placita proſequendum 23. q 4. ſicut & q. 5. c. Principes C. ſe c. Admi-
„ niſtratores & c. de Liguribus fa. c. Regum ca. q. c. 1. de Offi. ordi. Ex quibus pa-

ret quod veſtra potens & Regia Majeſtas conſtituta eſt,&c. Propter quæ ipſam «
confidenter aggredimur, noſtram miſeriam oſtendentes & auxilium deuotè im- «
plorantes, cum dicitur in Themate *Da nobis Domine auxilium de Tribulatione.* «

Pro hujus autem Miſeriæ & Tribulationis oſtenſione clariori occurrit conſiderandum, quod præeminentia Prælationis & plenitudinis poteſtatis & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſuper omnes Apoſtolos & totam Eccleſiam vniuerſalem debuit vni ſoli à Chriſto committi, & hoc declarari poteſt authoritate, ratione, exemplo & figura: quod dic vt in lectura per me aliàs facta ſuper cap. Majores de Bap. de quo per B. Thomam in ſumma contra Gentiles art. 4. c. 76. 2. quod hæc præeminentia prælationis & poteſtatis fuit immediatè à Chriſto B. Petro commiſſa, quod dic vt in dicta lectura. 3. Quod Papa qui eſt Epiſcopus Romanus habet à Chriſto immediatè licet miniſterio Cardinalium eandem præeminentiam poteſtatis, prælationis & authoritatis quam habuit Beatus Petrus. Ita quod licet in quantum eſt Epiſcopus Romanus in ipſo ſit & eſſe debeat ſuperiutentio Eccleſiæ & Diœceſis ſpecialis ſcilicet Romanæ, in quantum tamen Papa eſt, eſt Epiſcopus Eccleſiæ vniuerſalis. Vnde in ipſo eſt & debet eſſe ſuperintentio totius Chriſtianitatis, quæ prætactam prælationis & poteſtatis præeminentiam includit, quod dic in præfata lectura. De quo etiam tangitur per Ioan. in Extrauag. *vnam ſanctam*, & de hoc in Gloſſ. Extrauag. Bonifacij Antiquorum ſuper verbo Confeſſis. Ex quibus apparet, quod non habere vel non recognoſcere Rom. Eccleſiam, nec Romanum Pontificem in caput, Schiſmaticum eſt, & patet 24. q. 1. Hæc eſt fides. Et C. quoniam 23. q. 5. Non vos. & 1. not. vnde de hac Eccleſia per Iſaiam Prophetam ſcriptum videtur. ſi hæc humiliatur, ad cujus confugietis auxilium, & vbi relinquetis gloriam veſtram 19. q. 3. aliorum. Ex quibus videtur quod recedentes ab obedientia Romani Pontificis, vel ſibi obedire nolentes, & præſertim ſi ex contemptu vel ſtudioſè, ſeu ignorantia affectata, puta quia noluerunt intelligere de jure ipſius vt benè agerent, videntur reputandi Schiſmatici, quia tales ſe ſcindunt ab vnitate Eccleſiæ Corpore Chriſti myſtico, ipſius capite & Paſtore, & Tunicam Domini inconſutilem quantum in ſe eſt diuidunt, & extra Archam Domini quæ etiam figurat, regnante diluuio ſunt, & ideo pereunt. Et de talibus dicitur in Ep. Iudæ, *hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos animales Spiritum Dei non habentes.* Vnde ex quo ipſi ſunt ſeparati à Corpore Chriſti myſtico, non ſunt membra ejus, nec vegetantur à Spiritu ejus. Et hæc habentur 7. q. 1. c. factis & 2. c. ſe. & c. denique qu 3. nihil. 24. q. quoniam vetus, & c. Schiſma. Et poteſt dilatari materia per ea quæ habentur eâ quæſtione per totum de hæret. cap. firmiſſimè de Schiſmat. per totum: per quæ poſſent dilatari multa mala ingruentia, tribulationes & miſeriæ occaſione ſchiſmatis prouenientes. Vnde dicebat Ioannes Salabor, lib. 8. cap. 23. quod occaſione Schiſmatis diuiditur veritas, integritas ſcinditur, ſinceritas corrumpitur, maculatur & ſanctitas, & mundi nouum Iudicium celebratur, & Princeps ejus qui in Paſſione Chriſti ejectus eſt, rediens ſcandala ſpargit, vt bonus ſit qui non capitur ejus tendiculis. Hæc ille. Vnde ex hoc veritas occultatur, error introducitur, lex contemnitur, Deus offenditur, proximus ſcandalizatur, ſuſpicio oritur, diuiſio in populis generatur, multa alia mala & ingentia potes ad plenum videre in Epiſtola Concordiæ prope principium (quam fecit Præpoſitus Wormacienſis) multa etiam alia enarrata fuerunt per Dominos prius Proponentes. Quare de ipſis taceo.

Mala Schiſmatis.

Ex quibus attento Schiſmate moderno oſtenditur miſeria noſtra, calamitas & tribulatio hujus Eccleſiæ Matris noſtræ, nedum temporalis & momentanea, ſed ad perpetuitatem diſpoſita deſolatio, hujus Corporis Myſtici deformitas & membrorũ ſeparatio, Capitis noſtri læſio ac ouium, Paſtoris exorbitatio, proximorũq; damnatio, propter quę, vt pręfertur, ad veſtram poteſtatem Regiam recurrere adſtringimur hujuſmodi noſtram miſeriã oſtendentes & auxilium à poteſtate humiliter implorantes, cum dicitur in Themate, *Da nobis Domine auxilium de Tribulatione.* Adſtringimur enim omnes & ſinguli hujuſmodi deſolationi Eccleſiæ Matris noſtrę, quę nos in Chriſto regenerauit, de S. Trinit. c. 1. in Clem. ſuccurrere Nam cum nos teneamur parere, honorare & alimentare parentes no-

Digitized by Google

ſtros Cardinales de quo 30. diſt. cap. 1. & 86. diſt. non ſatis & 1. Concor. multò fortius tenemur ſuccurrere Matri noſtræ ſpirituali pro qua Chriſtus ſanguinem ſuum fudit art. 2. q. 7. qualis & ibi concor. cauſa enim fidei ſicut eſt hæc vniuerſaliter omnium communis eſt, & non ſolum ad Clericos verum etiam ad Laïcos & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos, 96. diſt. vbinam. Nam omnes conatus noſtros ejus cauſæ debemus impendere, in qua etiam 24. q. 1. memor, quem enim Eccleſiæ filium, &c. de pe. felicis l. 6. Aſtringimur inſuper omnes & ſinguli cum videmus aliqua membra ab hujuſmodi corpore deuiare, pro æqualitate ipſius corporis laborare ad reductionem. Cum enim omnes ſimus vnum Corpus in Chriſto ad Epheſ. 4. decet vt omnes qui ejuſdem ſunt corporis, vnius etiam ſint voluntatis, & ſicut fratres adinuicem ſint vinculo Charitatis adſtricti. 24. q. 1. loquitur de exceſſ. prælat. c. 18. lib. 6. Adſtringimur inſuper omnia & ſingula membra hujus Corporis Myſtici tanto propenſius pro læſi capitis reformatione exurgere, quanto magis noſtra ſalus ab ipſius incolumitate noſcitur dependere, ne morbus qui eſt in capite, totum Corpus inficiat. 61. diſt. miramur in q. 7. ſicut 9. q. 3. cunctæ. Adſtringimur inſuper quilibet etiam ex præcepto Dominico quemlibet errantem ad viam veritatis, ad ouile & obedientiam veri Paſtoris reducere per illud quo quiſque præcipitur diligere proximum. Et quid ſit diligere proximum, habetur 23. q. 4. Debet homo ex per. d. 2. c. Charitas v. proinde. Confirmatur, quia quilibet tenetur obuiare peccato proximi ſui conuertendo. q. 1. ſi peccauerit. vbi de hoc ea cauſa, q. 7. negligere vbi etiam de hoc qui hæret. q. alios 22. q. 5. hoc videtur. Quia quilibet tenetur ſuccurrere neceſſitati corporali proximi ſui etiam inuiti. 81. diſt. paſce 23. q. 3. ipſa pietas & illud erat eum qui ducitur ad mortem & eum qui ducitur ad interitum liberare ne ceſſes de hom. ſicut dignum. Ergo multo magis ſpirituali, vt in caſu noſtro ar. prædicti. c. ipſa pietas.

Et maximè ad hoc videntur teneri Doctores & Litterati. Vnde Apoſtolus ad Epheſ. 4. de Hæret. com ex injuncto, quoſdam dedit Apoſtolos, quoſdam Prophetas, quoſdam Euangeliſtas, quoſdam Paſtores, & ſequitur, & Doctores in opus Miniſterij & ædificationem Corporis Chriſti, id eſt Eccleſiæ.

Et ſi quilibet quantum in ſe eſt, obligatur ad præmiſſa, maximè tamen Prælati præter & vltra omnem obligationem ad hoc tenentur ex Officij debito, & præmiſſa in ipſis habent locum, vnde eis dicitur, Attendite vobis & aliàs vniuerſo Gregi, &c. & illud. Paſcite illum, qui in vobis eſt, Gregem Domini; nam ſanguis ſubditorum requiretur, &c. 43. diſt. Epheſi. 93. diſt. legimus. 16. q. 1. Prædicator, nam qui ſuorum, ſcilicet ſubditorum, curam non habet, crudelis eſt, & fidem negauit 47. diſt. paragr. neceſſe eſt de Prælatis dicit Ambroſius, quod ab ipſis Prælatis non videtur fides ſeruari Chriſto, cujus Corpus eſt Eccleſia, qui permittunt ipſius artus diuidi & membra lacerari 24. q. 1. aduocauit. Vnde ipſi tanquam fideles & boni Samaritani & Paſtores populi Chriſtiani non quæ ſua ſunt quærentes, ſed quæ Ieſu Chriſti, ad vtilitatem communem conſtituerentur. 8. q. 1. ad ſunt in Eccleſia de Treu. & Pa. c. 1. per quod patet, quod ſcilicet Principes & Prælati & maximè Papa de quo infra ſequetur, non deberent ſe exhibere graues & difficiles aut aſperos proſequendo hujuſmodi negotium, ſed potius fauorabiles ac tanquam cooperatores eorum idoneos & laborum ſuorum participes recipere. De offic. ordin. inter cætera de Sepult. Dudum in Clem. in fin.

Et maximè ad hoc tenentur DD. Cardinales, quia ſicut à cardine regitur oſtium, ſic per ipſos debet regi & dirigi vniuerſalis Eccleſia. Nota de Officio Archiepiſc. cap 2. vbi de hoc ſa. no. per ho. de Cler. non reſid. c. 2. Et ſpecialiter ad hoc ſunt adſtricti virtute Schedulæ Iuramenti in Conclaui, per quam v. quod ipſi jurarunt, ad hoc laborare fideliter & diligenter, & ad hoc dare conſilium, auxilium & fauorem, nec aliqualiter dare conſilium vel fauorem ad impediendum vel differendum, quodque quilibet ipſorum procurabit poſſe tenus veraciter ſine machinatione, excuſatione vel dilatione quacunque omnes vias vtiles & accommodas ad vtilitatem Eccleſiæ & vnionem prędictam.

Et pręcipuè ad hoc ſunt adſtricti Principes ſeculares, qui Deo ſunt reddituri ratione propter Eccleſiam quam à Chriſto tuendam ſuſceperunt: nam ſiue au-

geatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradidit 23. q. 5. Principes ſa. ea quæ dicta ſunt in prima parte hujus, quod maximè in illis procedit, quorum prædeceſſores hoc facere conſneuerunt, cum eorum facta & exempla imitari teneantur per jura communia ſa.97. diſ. Eccleſiæ, ibi, ipſa ēnim Eccleſia, &c. Etſi hoc Ptælatis inferioribus vendicat ſibi locum, maximè in Papa, de cujus ſtatu quæritur, quod poteſt perſuaderi figura, authoritate & ratione. figura. ſiquidem de qua Exod. 4. vbi in veſte ſummi Sacerdotis mala punica tinninabulis jungi præcipiebantur, quod exponens B. Gregorius & habetur 43. dip. ſic Rector dicit quod per mala punica fidei & Eccleſiæ vnitas deſignatut: nam ſicut in malo pnnico vno exterius cortice multa grana interius nutriuntur, ſic innumeros S. Eccleſiæ populos fidei & Eccleſiæ vnitas contegit, quos intus morum diuerſitas tenet. Patet igitur quod eſt Officium ſummi Sacerdotis excitare & aduocate populum ſibi ſubditum.

Officium Papæ in Schiſmatis extinctione.

De authoritate patet. Vnde Bonifacius Papa dicit de ſe, ſi enim ſecus quàm oportet, eueniat, nos per noſtram tacentes deſidiam videbimur quod Ciuitatis quietem & Eccleſiæ pacem peruertere valet, admiſiſſe, & noſtra culpa erit, ſi non firmo & ſtabili jure cuſtodiatur, vt licita ſeruentur, & quæ ſunt illicita, minimè formidentur, 97. diſt Eccleſiæ ſa. 4. diſt. c.1. Vnde Gregor. quæ ſi nos qui aliorum peccata, &c. 2. q. 7. Nos. & Nicolaus Papa dicit quod nos qui tanquam arietes ducatum gregibus, &c. 7. q. 1. Schiſmatis ſa. 25. q. 1. nulli.

De Ratione patet, quia ipſe eſt Paſtor ouium hujus gregis conſtitutus per illa verba, ſi diligis me, paſce oues meas 8. q. 1. in Scriptis. Et ideo ipſe habet prouidere ſolerter in Congregatione & paſtura hujus gregis & ouium: adeo quod ſi hujuſmodi Grex vel ouis diſpergatur, vel pereat ipſius culpa præcedente, putà qui potuit prouidere & non fecit, ipſe de ouibus tenetur lex & no. de Reg. Iuris quamvis & infra materia. Hujus ratio, quia quotiens aliquis recipit mercedem pro cuſtodia rei ſibi commiſſæ, ſi hujuſmodi res pereat, etiam caſu fortuito culpâ ipſius etiam leuiſſima pręcedente ipſe tenetur, de Depo. c.2. in materia. Sicut dicitur de Tutore, quia ſi res pupillares ſaluare potuit, ipſas ſcilicet in horteo recondendo vel vendendo & hoc non fęcit, ſed ipſas per culpam etiam leuem, ſeu negligentiam caſu fortuito conſumi permiſit, vel cum potuiſſet acquirere pupillo, hoc non fecit, ipſe de hoc tenetur. c. de peri. Tut. l. ſi res pupillares c. arb. Tut. quidquid item facit, quia maximè circa ſpiritualia damnatur negligentia, adeoq; propter ipſam Prælatus deponitur 80. diſt. deinde vbi de hoc de Offic. cuſt. cap. 1. Vnde dicunt Innocentius & alij de Elect. querela, quod negligentia eſt crimen. Item facit obligatio qua adſtringitur Procurator Domino de dolo & negligentia C. Munda. in re mandata & Vaſſallus Domino, de qua 22. qu. 5 de forma..... Præterea ex quo circa temporalia requiritur exactiſſima diligentia vt præfertur, multo magis circa ſpiritualia, in quibus verſatur multò majus periculum ſine comparatione in C. infirmitas de pe. & re. Et præſertim vbi non pendet ſtatus hujus vel illius duntaxat, ſed maximę partis Chriſtianitatis, non quidem temporalis ſed perpetuus, ſicut in caſu noſtro.

Item facit, quia ipſi incumbit ſollicitudo omnium Eccleſiarum de cen. cum Inſtant cum ſi. vnde Apoſtolus cujus onus & priuilegium ad ipſum tranſit, 2. ad Corinth. 6. quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror? ſcilicet compatiendo. Hinc ipſe Papa nominat ſe ſeruum ſeruorum Dei, non quidem nuncupatiuè ad gloriam, ſed ſubſtantiuè, vtpote qui ſetuire tenetur etiam inuitus, quia voluntariè ſe ſubjecit ſeruitio, juramento præſtito. Ex quo patet quod ipſe ſeruire tenetur omni creaturæ, cum omnis perſona Deo ſeruiat & diſpenſatrix ſit clementiæ vel Iuſtitiæ ſuæ, de quo in proœmio Decre. ſa. c. non ſolum cum ibi no. 23. q. 5. ad quod facit deſcriptio curæ animarum quam ponunt Io. & Ioan. Andreas de Pe. & re. omnis. vbi dicunt quod cura animarum eſt vigil, oneroſa ac ſollicita cuſtodia animarum commiſſa alicui, vt curet, ne pereant ſed ſaluentur, & infra hoc proſequuntur & declarant, quod bene facit ad materiam ibi vide. Ad quod maximè adſtringitur virtute Iuramenti per eum in Conclaui præſtiti, cujus forma habetur in ſententia ſupra verbum & maximè perfectum, cum ibi addatur *Etiamſi aſſumptus fuerit ad Apoſtolatum.*

Ex his inſurgit conſideratio finis ſeu termini ad quem tendimus & ad quid auxilium imploramus, quia ſcilicet ad Eccleſiæ Matris noſtræ deſolatæ conſolationem, ad membrorum à corpore deuiantium reincorporationem, ad læſi capitis reformationem, ad proximorum ſalutem & omnium errantium ad ouile reductionem, ad Schiſmatis & diſcordiæ ſedationem, Eccleſiæ pacem & vnionem, ad quod quilibet, quantum in ſe eſt, tenetur laborare, patet ex prædictis. Propter quod miniſterium noſtrum quantum in nobis eſt exequentes, & hujuſmodi terminum perfectè attingere non valentes, auxilium ad hoc imploramus, à potente, cum dicitur in Themate. *Da nobis Domine auxilium de Tribulatione.*

Ex quibus infero aliquas Concluſiones. 1. eſt, quod qui poteſt obuiare hujuſmodi, maximè ſi ſit in poteſtate conſtitutus, & prę ſertim hoc ſciens, & non facit, videtur fautor Schiſmatis ipſe, quia Matris deſertorem & ſalutis ſuæ neglectorem ſe oſtendit, fa. 86. di. facientis. Et C. Error. Nam qui crimina quæ poteſt emendare, non corrigit, ipſe committit. 23. q. ſi. C. præterea per quod tollitur & exſufflatur allegatio aliquorum negligentiam ſuam ex eo prætextu palliantium; quia verò Papæ adhærent & occaſionem Schiſmati non dederunt. Nam in hac materia non ſufficit à malo abſtinere, vero Papæ adhærere, niſi fiat quod bonum eſt, & neceſſarium ad vnionem Eccleſiæ fa. ff. de Reg. Iuris, qui non facit 22. q 5. de forma de Symo. nemo. cum ibi no. minus enim graue eſt ad exterminationem prauitatis Schiſmaticæ non agere id quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit C. 1. in Clem.

Per quod etiam patet, quod guerra temporalis non debet quemquam retrahere à proſecutione hujus negotij tam pij, tam meritorij, ad quod, vt præfertur, quilibet tenetur; nec ipſa guerra debet cedere in detrimentum animæ ſuæ & Eccleſiæ vniuerſalis per jura communia. Vnde in hac materia in qua agitur de creatione Vicarij Ieſu Chriſti, debet deponi omnis priuatæ affectionis inordinatio, debet ceſſare conditi & intendimenti contemplatio.

2. Infero quod hujuſmodi vnio Eccleſiæ ſeu ipſius proſecutio debet habere tres conditiones ſeu qualitates, primò enim debet eſſe generalis & plenaria. 2. debet eſſe Schiſmatis omnino extirpatoria. 3. debet eſſe breuis & certiſſima. De 1. ſcil. quod debet eſſe generalis & plenaria: ſcilicet quoad omnes & ſingulos, patet, quia jura prę miſſa loquuntur generaliter & indiſtinctè. Item quia qua ratione tenetur quis procurare ſalutem vnius aut alterius, quia omnes ſumus fratres q. 4. 3. Ad menſam eſt, quia miſericordia debetur omnibus, & ipſius communis eſt vſus, & commune prę ceptum omnibus Officiis, hominibus, & ætatibus. 42. diſt. quieſcamus. 86. di. non ſatis. Item quilibet tenetur pro omnibus orare & procurare quod omnes ſalui fiant 13 q. 2. non exiſtimemus. 24. q. 3. Corripiantur de pe. di. 7. nullus fa. Illud quod habetur in Euangelio de illo qui habens centum oues, ſi perdiderit vnam ex illis, dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad quę rendum illam. Et hoc maximè videtur Papam adſtringere, cui dictum eſt *Paſce oues meas*, non diſtinguendo autem has & illas, & per conſequens omnes & ſingulas de Maio. & obe. ſolitæ. Et ipſe eſt ſeruus ſeruorum Dei, de quo in procemio Decretal. Item quia de ſingulis tenetur reddere rationem & aliàs videretur eſſe apud eum acceptio perſonarum.

Ex quibus apparet quod non ſufficit conuertere ad obedientiam noſtram vel Reges, Principes & Magnates aliquorum Regnorum vel Dominiorum: imò debet dari prouiſio generalis, per quam omnes Magni & parui tranquillam mentem & pacificos animos cuſtodiant. 97. diſt. Victor fa. illud videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis, quaſi dicat, quod nec Magni nec parui debent contemni in his quę ſunt ſalutis.

De 2. ſcilicet quod debet eſſe radicalis Schiſmatis omnino extirpatiua, patet, quia materia Schiſmatis omnino radicitus eſt extirpanda, vt patet ex præmiſſis, & fa. 8. diſ. mala pro hoc, quia fruſtra quis ramos conatur incidere, niſi etiam radicem contendat euellere de pe. diſt. 2. quia radix fa. de ſepult. dudum in Cle. ibi vt præciſis radicitus Schiſmatis, &c. fa. quia nihil videtur actum quandiu aliquid reſtat ad agendum, & ſic hujuſmodi morbus peſtifer eſt omnino & perfectè curandus, quia Dominus non ſaluauit aliquem pro parte, quin totum perfectè ſaluaret de pe. d. 3. ſunt plures, & in multa exempla. Et ſic debet dari pro-

Digitized by Google

uiſio per quam omnis materia dubitationis & titubationis prorſus amputetur de Hæret. cap. 1. Ex quibus patet quod non ſufficit dare prouiſionem per quam aliqui verbo & ſuperficialiter dicant ſe adhærere vero Papæ, ſicut & multi faciunt, niſi corde & animo conſentiant, vt ſic quod lingua ſonat, affectus ſentiat 23. diſt. Pſalmiſta. 13. q. 2. quam præpoſteram & ibi Concor. 8. q. 1. ſciendum.

De 3. patet, quia quilibet quoad hoc eſt debitor ſine adjectione diei, vt patet ex præmiſſis, & ideo ſtatim debet ſine mora ff. de ver. ob. tum quia vnde tardè ſoluendo non ſufficienter ſolueret 16. q. 7. Decimæ. quod maximè procedit in Prælatis, qui ſunt debitores Dominici 43. d. Diſpenſatio 24. q. 1. aduocat. & ibi nota. Item quia maximè Prȩlatus ſcilicet quantum in ſe eſt, tenetur ad exactiſſimam diligentiam, quam ſi non faciat, ipſe tenetur de caſu propter hoc emergente, vt dictum eſt ſuperius: diligentiam autem ſufficientem non faceret, niſi plenam, perfectam & celerem. Item quia in mora & dilatione imminent magna pericula & irreparabilia corporum & animarum, ſcandalorum & aliorum inconuenientium prætactorum, & quibus quilibet in quantum in ſe eſt, tenetur prouidere, & ideo debet celeriter prouideri & ſine mora. 5. di. Baptizari & in no. ſicut etiam vbi ſit timetur periculum contaminationis 8. di. mala fa. de Elect. Cum inter vniuerſas de ſen. ex. Conſtitutionem cum ibi no. Item pro hoc, quia etiam vbi eſt periculum in mora & dilatione circa temporalia, celeriter eſt procedendum vt in cautione damni infecti, & vbi res eſt tempore peritura ff. de Dam. infecto. l 1. ff. de ſe. l. 1. & 2. de Iudi. c. fr. Ergo multo magis hoc eſt obſeruandum circa ſpiritualia.

Confirmantur prȩmiſſa, quia non eſſet bonus nec fidelis medicus qui infirmitatem quam breui tempore poteſt perfectè curare, ad longum tempus exhiberet & imperfectè curaret. Vnde Ioan. And. in ſpec. de ſalar. narrans multas fraudes Medicorum, inter alias dicit ſic, quoſdam verò comperi hoc graue paſſari, vt languores qui pauciſſimis diebus vel etiam horis plenè poſſent repelli, ad longum tempus extraherent & ægros ſuos diu haberent in redditu ſeueriores quam ipſis morbis exiſterent. fa. 13. diſ. verum.

3. Infero, quod in proſecutione hujus negotij non inſiſtendum circa verba vaga, generalia, diſiunctiua vel juncta, nec ſufficit per talia verba promittere ad hujuſmodi vnionem laborare, imò ſic faciendo videretur hoc eſſe deterius, quàm denegatio ſimplex; ratio patet ex dictis, quia ex his poteſt ſequi protractio Schiſmatis & differri concluſio vnionis, imò poteſt impediri in totum vnio Eccleſiæ propter multos caſus qui poſſent euenire, ex quo ſequerentur multa damna corporum & animarum & perpetuatio Schiſmatis & alia inconuenientia quibus eſt obuiandum, vt patet ex prædictis fa. Iuraque talia verba reprobant. Vnde ſic faciendo non faceret quis id ad quod eſt obligatus, vt oſtenſum eſt ſuperius, & ſic debet condeſcendere ad certam viam & declaratam, & ipſam prout eſt poſſibile, proſequi, ne dum circa tales verboſitates exploſas inſiſtitur, animæ fidelium depereant & alia inconuenientia eueniant. C. de ver. ob. cum quidam. per quod etiam apparet quod non debet amplecti nec quæri via ad hoc habens in ſe circuitus, perplexitates, dilationes, difficultates, in ſui aggreſſu & progreſſu & in egreſſu materiam confuſionis, ſcandali, infamiæ, rixarum & diſſentionum.

4. Infero quod ſi pro deueniendo ad terminum antedictum occurrunt plures vias, quarum vna in aggreſſu, & progreſſu eſt facilior & breuior, cujus etiam egreſſus ſine tenus eſt plenior, perfectior, & plenius Schiſmatis ſedatiuus & ſcandalorum, quam egreſſus aliarum quilibet quantum in ſe eſt, prȩmiſſa præuidens & præuidere valens, debet ipſam præeligere aliis omiſſis fa. quia plura ſunt in obligatione, ſcilicet de ſedando Schiſma generaliter, totaliter & celeriter & ideo non ſufficit alteram adimplere de reſtit. ſpo. c. ſi.

Confirmatur, quia aut is ad quem ſpectat electio viæ, prælegit viam longiorem, cujus aggreſſus, & progreſſus eſt difficilior & prolixior, & egreſſus non ita plene Schiſmatis ſedatiuus propter bonum commune Eccleſiæ, vel propter commodum perſonæ. Propter primum non poteſt dici, vt patet ex præmiſſis: propter ſecundum non debet hoc facere, quia priuata vtilitas ſi quæ verſaretur in prælectione viæ minus bonæ non eſt præferenda publicæ & communi vtilitati Eccleſiæ 7. q 1. ſcias. Et in Concor. Vnde Philoſophus 1. Eth. melius eſt bonum

Gentis, quàm vnius hominis, & ideo preferendum, & alibi dicit quod bonus Princeps non cogitat ad ſingulare ſed ad bonum commune 4. & 5. politic. no. Ioan. And. de Bapt. C. vnico in Clem. fa. quia Prælatus non debet præponere negotia ſua negotiis Eccleſiæ ſibi commiſſæ 12. q. 4. quicunque. Vnde dicit Hoſt. in ſumma de Maio. & obed. & in fin. ſum. quod ſi Epiſcopus præcipiat Clero ſuo quod vadat Romam vel alibi pro negotiis Eccleſiæ, ipſe non poteſt ſe excuſare prætextu rei familiaris. Hoc ponit in fin. ſum. & ibi Romanos per eum.

5. Quod reperta via breuiori, faciliori, expedientiori & magis ſedatiua Schiſmatis quilibet deberet ipſam preſentare & ſuadere illi vel illis quorum intereſt & apud quos crederet prodeſſe, cum bona tamen prudentia, reuerentia & cautela, ne hoc derraheret honori illius apud quem hoc faceret, nec ipſius facientis, etiamſi illa via non acceptaretur. Ex qua communi & probabili opinione peritorum habetur pro meliori, & præſertim vbi ſe non artaret præciſè ad illum; nec curandum ſi aliqui de hoc obloquantur, quia ex quo hoc fecit, bono zelo & zelo Eccleſiæ & conſcientiæ puritati non defuit Iudicium rationis, non eſt curandum quid os loquentium loquatur iniqua 11. q. 3. inter verba de Reg. Iuris non ſolum lib. 6. cum ſi.

6. Quod ipſi proſequenti vel ſuadenti non obuiat Iuramentum fidelitatis per ipſum præſtitum juxta formam C. Ego enim imo Iuramentum peramplius ipſum obligat ad hujuſmodi proſecutionem & hoc faciendo Iuramentum ſuum ſeruare cenſetur, nec aliàs videretur ſeruare. facit 22. d. q. 5. de forma.

7. Quod Conſilium datum in hac materia, ſcilicet de eligendo viam breuiorem, faciliorem, meliorem & expedientiorem nedum eſt perfectionis, provt eſt illud de vendendo omnia bona ſua & dando pauperibus, de continentia obſeruanda & his ſimilibus, quæ non obligant ad peccatum, ſed eſt conſilium reuerentiæ ad quod quis omnino tenetur juxta ea quæ le. & no. de æta. & quali. ad aures. & ibi ma. & remiſſ. fa. quod dicitur de pluribus concurrentibus ad idem Beneficium, ſcilicet quod melior, ſanctior, & meritis præſtantior, eſt præferendus 8. q. 1. licet. & in Iuris & remiſſ. ad hoc de Offi. Cuſto. c. 2. vnde verſus. Qui meliora videt, ſi deteriora ſibi det, vltio digna Dei lumina tollat ei. Et per præmiſſa tolluntur aliquę objectiones, oppoſitiones, difficultates & apparentiæ quæ fuerunt in hac materia in contrarium ſcriptæ.

8. Quod Prælatus Superior ſcilicet Papa videns, quod Medicina per ipſum adhibita, putà ſententia & proceſſus & hujuſmodi ſimilia non proſunt ad curationem hujus morbi, ipſe poteſt & debet juſtè hoc tanquam peritus Medicus hujuſmodi Medicinam diſcretè tollere alia experimenta vtiliora miniſtrando fa. 23. q. 5. prodeſt de pe. & re. omnes fa. no. per Ioan. And. in nos de ſen. ex. c. 1. l. 6. quo facto ceſſabit confuſionis periculum. fa. no. per eum de ſen. ex. Conſtitutionem ad fi. fa. c. vehemens de Teſt. nec eſt ponderandum, ſi dicatur nouum remedium quia nouis morbis, &c. & congruit nos adinuenite multas Medicinas multorum experimenta morborum l. di. vt conſtitueretur fa. 39. d. c. fi.

Propter præmiſſas & alias rationes longè validiores juſtè moueri potuit laborare ad finem prætactum videlicet Eccleſiæ vnionem & condeſcendere quantum in ſe fuit ad vnam viam ſingularem & ſpecialem, quam arbitratur in hac materia bonam, licitam, & Canonicam: imò cæteris viis occurrentibus breuiorem, faciliorem & pro nunc expedientiorem. Et hæc eſſe via Ceſſionis Iuris vtriuſque contendentium de Papatu, quod quilibet ipſorum in eo prætendit ſe habere. Vnde circa hoc pono duas immediatè ad materiam pertinentes Concluſiones.

Prima eſt, quod hæc via Ceſſionis eſt bona, licita & Canonica quoad effectum ſpecialem & generalem Schiſmatis, & quoad omnes vias in genere, ac etiam quoad perſonas ſingulas in ſpecie tollendum & abolendum.

Secunda ſit hæc, quod hæc via cæteris viis occurrentibus eſt facilior in aggreſſu, breuior in progreſſu, & pro nunc melior & expedientior in egreſſu attentis circunſtantiis negotij quoad plenariè, perfectè & celeriter conſequendum terminum antedictum, ad quem, vt præfertur, tendere debemus.

Aduertendum tamen 1. quod in præmiſſis capio Ceſſionem cum adjectionis

Digitized by Google

complemento,ſcilicet cum prouiſione debita futuri Paſtoris, quia certum eſt de Ceſſione per ſe quod non eſt niſi præuia & præambula ad prouiſionem futuri Paſtoris. Vel capio viam non prorſus à termino ad terminum,ſeu ad finem vltimum contingentem,ſed via hæc eſt medium vtile ſeu valens ad finem conſequendum.
2. Notándum eſt quod in proſecutione & executione hujus viæ debet procedi cum bona ratione, humana prudentia, & Iuſtitia legali, & debet ſeruari bonus modus, ex quo facilius poſſit attingi finis intentus. De hujus autem complemento dictæ viæ per Dei gratiam aliquid dicetur in ſequentibus.

1. Concluſio probatur multiplici ratione,authoritate,exemplo ſeu figura. De 1. probatur, quia quotiens Prælatus non poteſt proficere plebi ſibi cõmiſſæ propter ipſius malitiam vel reſiſtentiam, & ita eſt Schiſma inter Prælatos & ſubditos, & imminet magnum periculum Eccleſiæ in ſpiritualibus vel temporalibus, & ipſe ſolus Prçlatus id eſt perſona ipſius vel jus perſonale ipſius quçritur,& eſt alius per quem poteſt eſſe tuta ſalus Eccleſiæ vel populi, ipſe debet cedere, ſed ſic eſt in caſu noſtro reſpectu totius Eccleſiæ & hujus Corporis Myſtici. Igitur,&c. Minor patet de ſe. Major probatur 7.q.1.§. hoc etiam totum vbi hoc propter gra. exemplo & authoritate hoc idem patet de renun. niſi cum pridem §.propter malitiam. Et hoc ibi no. Inno. Hoſt. & Ioan. Andreas Et eſt hujus duplex ratio. 1. quia publica vtilitas quæ verſatur in dimiſſione Prælaturæ & prouiſione futura Eccleſiæ debet præferri priuatæ vtilitati perſonæ ipſius Prælati 7. q. 1. Mutationes & C. ſcias eum ſi. 2. quia ad hoc aſſumitur Prælatus, vt proſit plebi ſibi commiſſæ non propter præſidentiam 8. q. 1. Qui Epiſcopatum cum ſi, vt ſcilicet congreget colligat & paſcat, vt prætangitur, quod ſi facère non poteſt, nec poteſt prouideri Eccleſiæ per dationem Coadjutorum durante hujus præſidentia, nimirum ſi cauſa hujus præſidentiæ ceſſante ipſe habeat cedere & dimittere no. per Innoc. in dicto paragr. propter malitiam.

Circa hoc etiam conſidero, quod dicta major fundatur ſuper Iure Diuino & ratione naturali, vt patet ex Iuribus allegatis. Et ſic non eſt niſi quædam explicatio Iuris Diuini & naturalis cui Papa eſt ſubjectus 25 q. 1. ſunt quidam. Ex quo patet quod ſi in caſu præmiſſo aliquis inferior Prælatus tenetur cedere, maximè ipſe Papa ad hoc cenſetur obligatus,cum ipſius tranſgreſſio ſit grauior & grauius punienda 9. q. 3. aliorum. & ibi no. Ex quo patet non obſtare ſi objiceretur quod ipſe non artatur ſua lege.

Ex prædictis autem patet non obſtare ſi objiciatur quod non tenetur dimittere Gregem ex quo ſunt aliqui boni quibus poteſt proficere 7. q 1 §. cum vero. Et C. ibi fa. de renun. niſi cum pridem § verum v. cum autem 2. q. 1. multi verò qui ad hoc nobis. Et quod zizania toleranda eſt vſque ad meſſem 11. q. 3 §. cum ergo. Et tolerabant Prophetæ malos 23. q. 4. recedite. quam magnum ac. nimirum & alibi dicitur quod pro palea aream Domini relinquere non debet, nec pro vaſis in contumeliam datis de domo Domini migrare non ob. quia prout no. in Iuris alleg. illi in §. hoc in totum & §. propter malitiam illa perdunt vbi Eccleſia proſequeretur & non Prælatus nec ipſius perſona,nec ſtatus eſſet cauſa talis proſecutionis, vbi ipſe poteſt proficere, & non eſſet alius per quem poteſt eſſe plenariè tuta ſalus Eccleſiæ. Secus autem in caſu noſtro, vt patet ex prædictis, igitur,&c. 2. Sic, quia ipſe tanquam bonus Paſtor tenetur ponere animam ſuam pro ouibus ſuis, aliàs non eſſet bonus Paſtor,nec diligeret Chriſtũ; nec ipſum cujus eſt Vicarius,imitaretur Ergo multo magis ipſe tenetur cedere Papatui. Tenet conſequentia, quia ex quo tenetur ad majus, & ad minus tenetur. fa. l. meris ff. de pe. dimittere autem Papatum minus eſſe nullus ignorat, cum in eo plus ſit mœroris & ſolicitudinis, quàm honoris 13. di. 40. diſt. nihil imò ſecundum veritatem teſte Ioanne Saliſber. adeo ſpinoſa eſt Cathedra Rom. Pont. & vndiq; aculeis conſerta acutiſſimis tantæque molis, vt etiam robuſtiſſimos premat, terat & comminuat humeros, adeoque laborioſiſſima & quantum ad ſtatum præſentis ſeculi pertinet,miſerrima videatur ipſius eſſe conditio,vt nemo illo videatur eſſe miſerior. Nonne ergo miſeria digniſſimus eſt, qui pro tanta pugnat miſeria? vnde antiquitus cum aliqui eligebantur, ipſi fugiebant. Antecedens patet 23. q. 4. C. quis nos & C. tres perſonas. Vnde ipſe adinſtar militis armatæ militiæ deberet mortem ſuſtinere pro defenſione Reipub.

Ex quo patet quod ipſum non deberet retrahere ab acceptatione hujus viæ con-

Digitized by Google

ſeruatio ſedis, honoris vel gradus. Nec à repudiatione ipſum excuſant verba hominum iniqua obloquentium. Nec obſtat ſi dicatur quod ad hoc quod Paſtor teneatur ponere animam ſuam, requiruntur tria. 1. quod morbus ouium ſit mortalis, aliter ad hoc non tenetur, ſed exactam diligentiam facere ad ſanandum. Si enim pro quolibet ouis morbo ad hoc teneretur, Paſtorale Officium nullius ſubſiſtentiæ iudicaretur. 2. requiritur quod conſtet per animam ſeu vitam temporalem oues eſſe liberandas. 3. quod conſtet aliter quàm per animam ſeu vitam Paſtoris oues non poſſe liberari. Altero autem iſtorum trium deficiente non videtur ad hoc teneri. In caſu autem præſenti non videtur quod morbus ſit mortalis, quoniam non conſtat alteram partem eſſe Schiſmaticam, quia quælibet Iudicio Eccleſiæ ſe ſubmittit, illi obedire parata, quem Papam Eccleſia Catholica reputabit. Item non conſtat per animæ poſitionem vel ſtatus dimiſſionem oues à morbo iſto eſſe liberandas, quia ad ejus complementum Ceſſio non attingit: nec apparet, quod oues aliter non poſſint liberari. Quare,&c.

Per præmiſſa & ſequentia apparet ad iſta Reſponſio, quia vt patet ex his quæ dicta ſunt ſupra,v. ex quibus videtur,quod recedentes,&c. apparet quod morbus iſte eſt mortalis. 2. patet ex his quæ dicta ſunt ſupra v. aduertendum dicetur, quod hæc Ceſſio eſt morbi Medicinalis: Et idipſum capio cum adjectionis complemento in prouiſione futuri Paſtoris. 3. quod aliter oues non poſſint curari, patebit ex his quæ dicentur in ſecunda Concluſione principali.

3. Sic illi de obedientia partis aduerſæ lacerant & diffamant, licet contra veritatem & ſine cauſa de ambitione, intruſione in Papatu & alis malis, de quibus 23. d. in nomine Domini. Et hæc eadem meritò dicimus & proclamamus de aduerſario, ex quo oritur diffamatio facti, & non poteſt negari quin ab vtraque parte ſint boni & graues. Et ideo videtur habere locum purgatio de pur.ea per totum. Nam reperio quod etiam Papa delatus de crimine, etiam ſine cauſa habet ſe purgare ad tollendam ſuſpicionem 2. q. 7. Mandaſtis. auditum in ca. q. 7. nos ſi. Sed non videtur puſſibile fieri plenam & ſufficientem purgationem per viam diſcuſſionis Iuris partium, nec per aliam viam, quàm per viam Ceſſionis, vt declarabitur in ſecunda Concluſione principali. Igitur procedere debet Ceſſio.

4. Sic quotieſcunque Schiſma tale eſt, quod ſine Ceſſione nequit remoueri, tunc Ceſſio eſt neceſſaria & Papa cedere debet. Sed nunc Schiſma tale eſt. Igitur, &c. Major patet ex his quæ dicta ſunt ſupra in 2. Cor. per quod patet quod Schiſma debet generaliter, plenariè, perfectè, radicitus & celeriter extirpari. Minor patebit ex his quæ dicentur in 2. Concluſione.

5. Ad idem mouet Caſus vrgentis neceſſitatis. Notum eſt enim, quod illud quod extra tempus neceſſitatis eſt illicitum & indebitum, imminente neceſſitate ſit debitum & licitum. Patet in contrectatione rei alienæ, quæ regulariter eſt prohibita & illicita. Exod. 20. de ſuo per totum. Et tamen in neceſſitate permittitur de Conce. di. 5. Diſcipulos. Et dilata materiam per illud quod no. de Reg. Iuris, quod non eſt licitum Quanquam igitur renunciatio Papatus aliàs ſit minimè voluntaria, de quo per Innoc. de Elect. licet. Neceſſitas tamen Eccleſię, cui non poteſt aliter plene, perfectè & celeriter prouideri, vt deeet, niſi per viam Ceſſionis, vt oſtendetur in 2 Concluſione ſequenti, indicat ipſam eſſe conuenientem & debitam, ne morbus qui eſt in capite, totum corpus inficiat 2. q. 7. Sicut inquit. pręſertim quia Papa non eſt propter ſe ſed propter conſeruationem & Paſturam totius Eccleſię, vt dictum eſt ſuperius. fa. quia propter Eccleſię vtilitatem ſeu neceſſitatem mutantur Epiſcopi 7. q. 1. mutationes. Et C. ſcias, & permittitur quod duo Epiſcopi vni Eccleſiæ præ ſint. 7. q. 1. non autem.

Per quod patet non obſtare difficultatem quam aliqui faciunt contra viam Ceſſionis ex eo quia ipſam ſupponit ratificationem geſtorum hinc & inde, per quod contingeret duos Epiſcopos fore promotos ad eandem Eccleſiam, & duos Cardinales ad eundem titulum. Quia per præmiſſa poteſt prouideri, & aliis multis modis, de quibus facile eſt imaginari. Nec repugnat ſtatui Cardinalium, quod ſit ſine titulo. No. Ioannes Andreas in addit. ſpec. tit de libell. conc §. jam nunc.

Et hoc etiam patet non obſtare quod dicitur, quod renunciare Iuri ſuo eſt voluntarium & opus ſupererogationis, quia illud regulare habet ſpeciale propter cauſam præmiſſam.

6. Hoc probatur textu ſeu authoritate & grauis ſcandali vitatione. Nam vbi

by Google

graue ſcandalum eſt ortum per Prælatum, & ipſum non poteſt ſedari niſi per Ceſſionem, ipſe Prælatus pro ſedatione ſcandali habet cedere. Sed ſic eſt in caſu noſtro. Igitur. Minor declarabitur ex proſecutione 2. Conclusionis principalis. Major patet in C.v.cum pridem.§.pro graui de renun.vbi ponderandũ quod ille textus fundatur ſuper authoritatibus Iuris Diuini, & ſic non eſt niſi quædam applicatio ſeu declaratio ipſius Iuris, quo ipſe Papa adſtringitur 25.q.1.ſunt quidam.

Ex quo & ex ratione illius textus ibi, dum dicit, ne plus videatur appetere temporalem gloriam quàm æternam ſalutem, infero quod Papa in caſu præmiſſo ſicut alius, imò magis adſtringitur ad Ceſſionem, tum quia major & ipſius offenſa eſſet grauior, tum quia periculum ſcandali eſſet grauius, per quod patet non obſtare ſi opponeretur quod ipſe Papa non artatur lege ſua.

2. Infero quod illud quod dicitur in textu ſupra, quolibet Epiſcopu, in caſu prætacto petere liceat iam cedendi nedum importat liberam facultatem, ſed debitum & obligationem. Vnde dicunt Hoſtienſis & Io. Andreas quod Prælatus in caſu ſcandali Eccleſiæ, cogitur cedere. Alle. de præſcript. 3.q.6. hoc quippe cum ſi. Et No.1. Innoc. Hoſt. & Io. And. quod vbi eſt periculum deſtructionis Eccleſiæ, vel magni periculi & ſcandali in ſpiritualibus & temporalibus, Prælatus poteſt cogi cedere. fa. C. tua. de Ele. ægro. vbi Prælatus propter ſolum ſcandalum & horrorem deponitur ſecundum intellectum Gloſſæ ibi.

3. Infero quod ex quo Prælatus inferior propter ſolum ſcandalum etiam temporale & momẽtaneum, etiam vbi non dubitatur de jure ipſius Prælati apud ſubditos, vbi non eſt periculum Schiſmatis nec aliorum malorum & inconuenientiũ prętactorũ habet cedere vt præfertur, multo fortius hoc in Papa procedit, in caſu præſenti, vbi eſt grauiſſimum ſcandalum nedum temporale, ſed diſpoſitio ad perpetuitatẽ vbi de jure ipſius nedum dubitatur; imò cõntrarium aſſeritur apud maximam partem Chriſtianitatis vbi eſt Schiſma formatum & imminẽt multa mala & inconuenientia ſuperius enarrata. Et Confirm. per C. ſi duo fortè 79. di. vbi ſic dicitur, Quod ſi duo fortè contra fas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex eis futurum Sacerdotem permittimus, ſed illum ſolum in Sede Apoſtolica permanſurum cenſemus, quem ex numero Clericorum noua ordinatione Diuinum Iudicium & Vniuerſitatis conſenſus elegerit. Ex quo videtur, quod in caſu Electionis duorum non debet diſcuti de Iure ipſorum, ſed vterq; debet dimittere, & aliquis ſolus tertius eligi, & hoc propter ſcandalum vitandũ. Vt ibi notæ: ſic etiam intellexit Gloſſa illud caput, vt patet 63. di. q. 3. c. ſi. vt ſic majoribus malis ſanandis Charitas ſincera ſubueniat I. di. vt conſtitueretur. Sic etiam ſapit Archiep. vtrobique.

Confirmatur, quia Papa eandem habet cauſam ſcilicet ſcandalum & Eccleſiæ perturbationem vitandi, præſertim vbi multitudo eſt in cauſa, detrahitur ſeueritati, & eſt obmittenda ſeu diſſimulanda veritas Diſciplinæ & Iuſtitiæ I. di. vt conſtituerentur 23 q. 4. non poteſt de Temp. ord. c 2. & vtrobiq; de hoc. Et in §. pro graui alle. Vnde ex eadem cauſa & pro bono pacis Eccleſiæ Epiſcoporum depoſitiones & ſurrogationes aliorum minus canonicè factæ & inualidæ, putà quia per Principem ſecularem propria temeritatæ, attentatæ ab Eccleſia tolerantur 3.q.6 hoc quippe. §. alij.

Ex quibus infero, quod timor Ratificationis geſtorum hinc & inde, præſertim vbi non eſſet vitium niſi ex defectu poteſtatis facientis, non deberet alterum contendentium de Papatu retrahere ab acceptatione hujus viæ Ceſſionis attento ſcandalo, quod oriretur ex retractatione promotionum, ordinationum, diſpenſationum, legitimationum & his ſimilium. Cum veriſimiliter ſe opponerẽt multi Principes & potentes. Et multitudo eſt in cauſa. Et maximè hoc procedit, vbi hæc eſſent allegatione facta ex parte cauſæ. fa. de ſup. negli.... C. pe...... per quod videtur quod hæc eſſent toleranda & ratificanda per Eccleſiam, etiamſi pro ſedatione Schiſmatis via diſcuſſionis Iuris partium eligeretur.

2. Quia impunitas delinquentium in hac materia non deberet retrahere ab acceptatione hujus viæ attento ſcandalo, quod oriretur ex punitione, & quod multitudo eſt in cauſa & maximè etiam quia facta declaratione de Iure alterius contra alterum & ſibi adhærentes non ſequeretur, propterea quod ipſi contra quos probarentur fuiſſe Schiſmatici attentis rationibus Iuris & facti hujus negotij, quia ad

Digitized by Google

eſſe non Schiſmaticum,videntur duo inquiri, ſcil. error in opinione & pertinacia in voluntate 24.q.3.dicit Apoſtolus & no.24.q.1 in ſum.& c. didicimus,& Schiſmatici ſi qui forent, difficile vel nullo modo poſſent ab aliis ſeparari. Quare,&c. De ſepult. ſacris cum ibi non. Quoad ea verò quæ ſunt fori pœnitentialis, quilibet videtur ſuæ conſcientiæ remittendus cum obteſtatione & admonitione de pœnitendo. de temp. ord. c. ſi. cum. Aduerte quod non intendo loqui de illis qui fuerunt Authores impreſſionis Item infero,quod non intereſt Eccleſiæ militantis,quod procedatur ad ſedationẽ Schiſmatis per viam diſcuſſionis Iuris partium.

7. Hoc exemplo & figura perſuadetur. Nam hæc via videtur fuiſſe præfigurata in Iona Propheta, qui licet regendæ nauis curam minimè ſuſcepiſſet, maluit tamen ſolus perire & naufragium facere, vt naufragium aliorum tolleretur, quàm multos inuoluere ſuis periculis. Ionæ 1. c. de quo. 25. q.2.in princ. Et in illa bona matre,quę mater non mota affectu,inregro filio maluit cedere quàm eum partiri: ex quo præſumpta fuit vera mater. Alia verò contendens volens filium partiri, non 3.Reg.3.de præſumpt. affect. Et in illo filio pudico ſc. Ioſeph,qui maluit pallium ſuum relinquere adulteræ, quàm adulterij crimine inuolui. Et in Chriſto, cujus contendentes dicunt ſe Vicarios, & per conſequens ipſius eſſe ſectatures, qui maluit veſtem ſuam, per quam Eccleſia deſignatur,cedere quàm ſecari. De Schiſm. c. 100. l. 6. cum ſi.

Ex quo inſurgit pręſumptio magna pro altero contendentium offerente & proſequente hanc viam Ceſſionis. Cujus præſumptionis fructus poteſt eſſe multiplex, quia ſibi adhærentes per hoc magis confirmantur in ſua obedientia & adhæſione: & quia adhærentes aduerſario per hoc alliciuntur vel ad adhærendum ipſi proſequenti,vel ſaltem ad dandum audientiam ſuper Iure ipſius. Et per hoc præſertim aliis viis interuenientibus, ſc.prædicationis boni regiminis & precum herent reducibiles. Item quia de hoc facta omnimoda diligentia de acceptatione hujus viæ, ipſe videretur excuſabilis ab obligatione, quâ, vt præfertur, ipſe eſt adſtrictus ad hoc laborare, art. 48.di. Epheſij, cum ſuper. intereſt ergo in hoc præuenire.

In contrarium inſurgit præſũptio vehemens de defectu tituli Canonici contra contendentem ſeu contendentes hujuſmodi viam acceptare recuſantes, & Eccleſiam ſic periclitari & ſcindi præeligentes. Item quia etſi nolle cedere, cujuſmodi actus eſt indifferens, & cujus vitium vel bonitas dependet ex fine & intentione,poſſit fieri intentione ſeu conſideratione alicujus boni, purà propter conſiderationem omnis ſuſcepti & efficaciæ ſui Iuris, aut etiam quia in modis propoſitis nullum comprehendunt modum ad finem debitum ita producendum cui conſcientiæ remorſus non obſiſtat, vel propter intentionem majoris inconuenientis vitandi, talis tamen intentio non eſt rectè regulata, imò attentis negotij circunſtantiis,ſcil. temporis,loci,modi,voluntatis Principum,renuentes hoc facere pręſumuntur propter conſiderationem proprij commodi & ſingularis, ſcil. vt pecunias congregent,carnem & ſanguinem foueant, dilatent & corrumpant, vt familiam nobilitent. Denique vt gloriam contra Doctrinam Apoſtoli quærentes in Clero dominentur non forma facti gregis ex animo 16.q.1 Prædicator.vt contra Chriſti doctrinam Regibus Gentium ſe conformantes dominentur in ſubditis, & poteſtatem exercentes benefici dicantur. Deniq; vt charitate extincta ſedem ſuam ponant ad Aquilonem.Sed licet ipſi labiis & ſimulatione officij Paſtorem induant, potius cum tyranno quo nihil deterius, quàm Principi accedunt. Quid enim eo iniquior qui miniſterium pacis, ſacrificandi Officium in rixam mittit & carnificium? quorſum quæſo tanta immanitas? nunquid ad vitam? ſed eorum finis interitus. An ad gloriam? ſed eorum gloria in confuſione eſt. An ad voluptatem? ergo & eorum Deus venter eſt. An vt nobilitentur in carne & ſanguine? ſed caro & ſanguis Regnum Dei non poſſidebunt. Nam aduerſus carnales Apoſtolica intonat tuba, *quorum*, inquit, *finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione, quia terrena ſapiunt.* Humilietur ergo quilibet ipſorum cedendo, vt exaltetur in die viſitationis & libeat quemlibet eorum cum Claudiano alloqui in hæc verba.

Tu Ciuem patremque geras, tu conſule cunctis
Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota.

Ex

Ex quibus infertur quod hæc via Ceſſionis habet in ſe humilitatem & charitatem Vnde via excellentior poteſt nominari. 1. Ad Corinth. 12. De Pe. d. 2. Charitas eſt vt mihi videtur, & etiam Iuſtitiam & veritatem & quod eſt via Regia, ordinaria & Iuridica pro ſedatione Schiſmatis, & per conſequens acceptanda & ſummopere proſequenda; quod facit contra Reſponſionem, per quam ipſa videtur damnari tanquam ſcandaloſa & pernicioſa, &c.

Item infertur quod ille qui iurauit ſecundum formam præfatam 1. verſu, & maximè ad hoc tenentur DD. Cardinales, &c. ſcilicet quod procurabit poſſe tenus veraciter ſine machinatione, excuſatione vel dilatione quacunque omnes vias vtiles & accommodas ad vtilitatem Eccleſiæ & vnionem ipſius; permaximè tenetur ad iſtam viam, vt dicatur quod iſta via de ſe continetur tanquam vtilis & accommoda ſub illa generali obligatione, imò ſpecialiter & ſingulariter videtur obligari ad viam Ceſſionis, ex duobus contentis in forma ipſius Iuramenti. Primò ſcilicet, cum ibi dicitur *vel dilatione*, quia certum eſt, quod non eſt alia via ab ipſa quæ non habeat difficultates & perplexitates, quæ poſſunt eſſe cauſa, nedum dilationis, ſed peremptionis totius negotij, vt oſtendetur in ſecunda Concluſione Generali. 2. Cum ibi dicitur omnes vias vtiles & accommodas ad vtilitatem Eccleſiæ & vnionem, &c. conſtat autem quod non eſt alia via præter viam Ceſſionis taliter ſufficiens, per quam poſſit debitè procurari vnio Eccleſiæ, vt declarabitur in dicta Concluſione. Igitur, &c. ad quod facit quod præmittitur in dicta forma Iuramenti per quam dicitur, quod quilibet promiſit & iurauit laborare fideliter & diligenter quantum in ſe eſſet, ad vnionem Eccleſiæ, nec ad impediendum vel differendum dare conſilium vel fauorem, &c. Ex quo patet quod etiamſi aliæ viæ eſſent vtiles & accommodæ, quod ipſe teneretur ſaltem vltimo loco purè, ſimpliciter & ſine conditione ad acceptationem huius viæ Ceſſionis etiam ſine adiectione illius clauſulæ. *Etiam vſque ad Ceſſionem*, &c.

Ex quo infertur quod adiectio illorum verborũ, *Etiam vſque ad Ceſſionem incluſiuè de Papatu faciendam*, &c. ibi non ponitur per modũ ampliationis obligationis quoad numerum viarum, ſed per modũ declarationis obligationis præcedentis, & propter prælationem ipſius viæ in ordine executionis: quod patet, quia aliter illa verba de nihilo operarentur contra Iura Communia. De Priuil. ſi Papa. cum ſi.

Item quia adiectio illa verborum fuit facta ad aliquid operandum & tunc ad ampliationem dictæ obligationis, aut ad prælationem viæ in ordine executionis; propter primũ non poteſt ex præmiſſis, concluditur ergo quod propter ſecundũ.

Præterea DD. Cardinales per adiectionem illius Clauſulæ, *Etiam vſque ad Ceſſionem incluſiuè*, non intendebant detrahere obligationem vel executionem obligationis viæ Ceſſionis, quia ipſi prius erant purè obligati per verba præcedentia, vt præfertur, Ergo dicta Clauſula adijciebatur propter præelectionem & prælationem executionis obligationis viæ Ceſſionis conditione adimpleta. Antecedens patet tum ex forma Iuramenti, tum quia non apparet de mutatione voluntatis, tum quia obligatio præcedens, quâ ipſi erant obligati procurare omnes vias vtiles & accommodas, ſub quâ comprehendebatur etiam via Ceſſionis, vt dictum eſt, erat, vt præfertur, pura & ſimplex ſine conditione. Obligatio autem ſupperaddita per dictam Clauſulam, *etiam vſque ad Ceſſionem incluſiuè*, ex ſui forma eſt conditionalis, patet per illa verba, *Si DD. Cardinalibus videatur expedire*, per quod patet quod ipſa Conditio non refertur, ſeu non operatur nouam obligationem niſi quoad prælationem executionis viæ Ceſſionis; aliter id quod poſitum eſt ad augmentum, induceret diminutionem & ad obligationem induceret liberationem ab obligatione pura inducendo obligationem ſuper eodem conditionalem.

Ex quo patet, quod ille, qui vt præfertur, Iurauit, non liberaretur, ſeu non ſatiſfaceret Iuramento adimpleta conditione prætacta tentando omnes vias quæ ſolent aperiri pro ſedatione Schiſmatis, & demum veniendo ad viam Ceſſionis: imò quod plus eſt, non videtur quod etiam conditione non adimpleta & multò magis adimpleta poſſit ſine periurio omnes vias tentare, quod ſuadet multiplex coniectura, quæ interpretationibus voluntatum etiam dubiarum debet attendi. ff. De le. 2. l. Cum proponebatur. Prima ex hoc inſurgit,

Ex quo patet quod ille qui iurauit, vt præfertur, non poteſt nunc improbare dictam viam per ipſum ſolum iureiurando approbatam, præſertim causâ nouâ non ſuperueniente. De Iur. Quemadmodum. De Elect. nulli lib. 6. & in Concor. Nec valet dicere quod aliàs in caſu ſimili non fuit practicata ſed repudiata, cum par vel ſimilis caſus hactenus non fuerit inuentus. Nec ſola abſtinentia præiudicaret in talibus quæ ſunt Facultatis le. & no. ver. ſi Abbate. Nec etſi fuiſſet refutata, concluditur ipſam ex hoc refutandam attentis ipſis iuſtitia & iuramento prælibatis.

Item patet, quod etſi Iurans de transgreſſione & pro iam commiſſo poteſt abſolui obligatio, tamen debiti iuramenti pro futuro non debet ſibi remitti etiam per Collegium Cardinalium, cum ipſius obſeruatio concernat Dei ſeruitium, vnitatem Eccleſiæ ac ſalutem animarum, non propriam & ſingularem ipſorum iurantium, vt patet tam ex præmiſſis, quàm ex forma dicti iuramenti. fa. 23. 44. ſi is qui, & quod not. per Ioan. Andræam deſp. c. 2.

8. Moueat ſcilicet ad acceptandam hanc viam, ſicut & mouere debet votum Cleri & populi, Cardinalium atque Principum & Magnatum, ſine quorum auxilio minimè ſperari poteſt Schiſma poſſe extirpari, in hanc viam conuenientium & aſpirantium. Inſuper metus ſcandali grauioris, exempli pernicioſi, atque periculum veriſimilis radicationis Schiſmatis ex præmiſſorum transgreſſione, & huius ſanctæ viæ repudiatione, nec-non honoris & famæ vtriuſque obedientiæ conſeruatio: ad quod ipſe Papa præcipuè videtur obligatus 99. diſt.

Nec obſtat ſi dicatur quod ex huiuſmodi Ceſſione videretur ſequi inconueniens: quia ſi poſtquam Cardinales aliquem elegiſſent, ſuper electionis facto præterito, quæſito & conficto, excuſationis colore vt puta Principibus ſcribendo ſcilicet talem, quod iſtum nunquam formaliter elegerunt aut eligere voluerunt, ſicut quiſque ſcire vel præſumere valet: propter quod ad electionem ſecundam procedere voluerunt, tunc ex vero præſumpto ſine alia diſcuſſione crederetur Cardinalibus, & per poſitionem præſentem orto Schiſmate, pro vnione Eccleſiæ Papa cedere debent. Ergo iam nonus electus ea radice cedere tenetur, & ita alio electo, & hinc oborto Schiſmate quandocunque & quotieſcunque ita contingeret. Et ſic ex hac poſitione cum vero præſumpto ſequeretur, DD. Cardinales quandocumque & quotieſcunque Papam poſſe remouere, ſeu Papæ remotionem procurare, & efficaciam Vicariatus Chriſti ſubuertere. Cuius inconuenientiæ deteſtabilitatem nemo ignorat: quoniam ex hoc Vniuerſalis Eccleſiæ regimen infirmaretur, & ſupremi Pontificij ſtatus nullius fieret efficacis ſubſiſtentiæ vel ſecuritatis. Vnde hoc foret non pro Eccleſiæ ſtatum emendando & conſeruando, ſed pro efficacia ſtatus & regiminis Eccleſiæ penitus inualidando. Nec id duntaxat ſequeretur in Papatu, ſed & pari ratione in omni dignitate inferiori Electoribus poſt præuiam Electionem per eos teſtificatam variantibus. Ex quo multa mala & ſcandala pullularent.

Nec obſtat ſi dicatur quod quis non debet priuari iure ſuo. Quia verum eſt ſine cauſa le. & no de Conſti. cap. 2. multæ autem cauſæ in caſu præſenti, vt patet ex præmiſſis. Item iſte ad hoc tenetur tum ex debito Officij, quàm ex vinculo iuramenti. Vnde in hoc non priuatur, ſed hoc faciendo Officium ſuum exequitur.

9. Eſto quod ſingulæ cauſæ præmiſſæ ad hoc non ſufficerent, omnes tamen ſimul iunctæ ad hoc ſufficere debent iuxta illud, quæ non proſunt ſingula, iuncta iuuant. Et hoc de 1. Concluſione principali dixiſſe ſufficiat. Nec obſtat id de quo frequenter objicitur, ſcilicet quod Rex in pari caſu, ſi cum eſſet contentio de Iure Regni ſui, vel de ipſius parte, non tenetur cedere.

2. Concluſio erat quod via Ceſſionis cæteris vijs occurrentibus eſt facilior in aggreſſu, breuior in proceſſu, melior & pro nunc expedientior in egreſſu. Ita quod cæteræ viæ, præſertim Iuris partiũ diſcuſſiuæ & deciſiuæ ſunt difficiliores, prolixiores & minus expedientes. De aggreſſu & progreſſu patet, quia difficultas eſſet in conueniendo de illis qui haberent cognoſcere de loco, in quo etiã difficulter conuenirent illi quorum intereſt. Eſſet inſuper difficultas & prolixitas circa probationes factorum, attentis temporis diuturnitate, oblinione, af-

fectatione, & aliis circunſtantiis propter quæ veriſimile eſſet quod ſuper his fierent prolationes contrariæ per teſtes & ſcripturas, quas difficile forſan & impoſſibile eſſet reducere ad concordiam. Item & circa reprobationem teſtium probatoriorum, reprobatoriorum & depoſitionum ipſorum, cuius huiuſmodi & aliæ quaſi minimæ difficultates, prolixitates & alia impedimenta & incommoda poſſunt imminere circa aggreſſum & progreſſum aliarum viarum, quibus pendentibus multa mala, pericula & damna corporum & animorum eſſent euentura; quibus eſſe obuiandum patet ex prædictis, & maximè poſſent eſſe cauſa nedum dilationis, ſed impedimenti perpetui & peremptionis negotij præter multos caſus qui ſuperuenire poſſent, & ita radicationis perpetui ſchiſmatis, cui eſt obuiandum.

Quod autem aliæ viæ ſint minus bonæ & minus expedientes, & minus tutæ quoad ſui egreſſum quàm via Ceſſionis, ſic declaratur. Pro cuius euidentia noto hic aliqua Et 1. quod Papa non ab homine ſed à Chriſto originaliter & immediatè poteſtatem tradente habet, licet miniſterio Cardinalium præeminentiam plenitudinis poteſtatis & Iuriſdictionis ſuper totam Eccleſiam vniuerſalem in Cõmunionem fidelium habeat, de quo tactum fuit ſupra. Per quod patet hanc præeminentiam poteſtatis in nullo conſiſtere præterquam in Chriſti Vicario. Vnde poteſtatem inſtituendi Chriſti Vicarium à Petro, vel eius ſucceſſore oportet procedere & deriuare. Et hanc habent Cardinales non alij iuxta generalem Eccleſiæ Conſtitutionem, interpretationem & obſeruantiam.

Ex quo videtur, quod non ſufficeret pro debita Eccleſiæ reparatione, quod aliquis ad Papatum aſſumeretur, per cuius aſſumptionem pax Eccleſiæ daretur, Clerus & populus contentaretur, ceſſarent ſchiſmaticæ diuiſiones, diuerſæ adhæſiones, & omnes in eum crederent, niſi verus Papa eſſet, licet ſecus ſit in poteſtate temporali, quia ab homine habetur, propter quod videtur multis peritis, quod ſi ipſe actus ab efficacia Vicariatus Chriſti dependentem faceret, quod eſſent inualidi & inefficaces. Sicut ſi ſacerdos creditus & reputatus characterem non habens omni apparentia ſenſibili Miſſam celebrare videretur, & tamen Corpus Chriſti non conficeret: talis enim non haberet præeminentiam dictæ poteſtatis ſpeciali dono, & virtute Diuina procedentem, quæ hominum non ſubiacet poteſtati. Propterea Papa vocatur, quia mirabilis in terris Diuina præditus poteſtate. Quod autem vis præeminentiæ poteſtatis Papalis Diuina ſit, non humana, ſiue ſupra hominis poteſtatem, planum extat accidenti, quia poteſtatem habere ligandi & ſoluendi, & theſaurum Eccleſiæ diſtribuendi humanæ poteſtatis excedere limitem nullum ignorat. Ex quo patet quod conſideratione ſtatus Papalis veritas exigitur: reſpectu verò ſtatus Eccleſiæ, vnio. Vt ſic error quoad primum, & diuiſio quoad ſecundum repellantur. Nec ſufficeret vnum ſine altero, ſed vtrumque ſimul neceſſarium exiſtit, aliàs debita ſtatus Eccleſiæ reformatio fieri nequit.

2. Noto quod moderni Schiſmatis ſunt quatuor partes. 1. Certis rationibus dicit Vrbanum Papam. 2. Contrariis rationibus Clementem. 3. Pars neutrum eorum, mouetur primis & ſecundis rationibus: quia ſcilicet rationem Vrbani declarant Clementem non eſſe Papam: nec ex his ſequitur ipſum Vrbanum eſſe Papam. Et rationes Clementis declarant Vrbanum non eſſe Papam: nec ex hoc ſequitur Clementem eſſe Papam. 4. Pars non innititur determinatæ poſitioni, ſed dicit ſtatum ſuſpenſiuum, & tres præmiſſas poſitiones ponit dubias. Mouetur conflictu rationum Iuris & facti contrariarum, arduitate materiæ, quia per negationem partis res fit dubia. Vnde enim ex facto ius oritur, Iuris certa agnitio procedere non valet.

3. Noto quod ſententia ſiue definitio lata in hac materia per modum Iuridicæ deciſionis, eſſet declaratoria Iuris antiqui prius competentis, & non priuatiua. Super hoc vide Gloſſam penult in C. propoſuit de Conceſ. Præb. Et Ioan. Andr. ſuper ea, & per eundem Ioann. Andræam in C. quanto de Tranſ. Ep. ſuper verbo concupiuit. Nec etiam tributiua noui ff. de rei vend. ex diuerſo § ſi ſecundum vendi. ſicuti §. ſed quæritur. No. de re Iud. quod maximè procedit in beneficialibus, in quibus requiritur in facto Canonica à principio. De Iuſtit. ex frequentibus. De Reg. Iuris. De Elect. quia coram

illis qui de hoc cognoſcerent ad hoc non ageretur, ſcilicet ad anferendum ius Papæ, nec etiam ad tribuendum ius de nouo, & ideò ipſorum ſententia hoc nun operaretur. De Ordi. cog. cum dilectus. Ex quibus infertur quod receptio Eccleſiæ quam faceret de illo pro quo eſſet lata ſententia, nihil operaretur, quantum ad priuationem vel exaltationem Iuris Papalis. Patet, quia vt dictum eſt, requiritur in facto Canonica à principio fa. op. C. Dilecto de præbend. Item quia ad hoc non intendit Eccleſia. Quare, &c. Item quia ſola electio Cardinalium dat Ius in Papatu prius vacante, vt dictum eſt. Item quia iſte modus priuandi Papam & inſtituendi alium non reperitur in Iure inſtitutus, & ideo non eſt ſuperſtitioſa adinuentione præſumendus. 2. q. 5. conſuluiſti fa. 9. q. 3. Nemo per hoc. Quia receptio, tractatio & reputatio verbalis & realis etiam facta per illum ad quem ſpectat actus diſpoſitio, non conſtituit rem in vero, nec dat ius maximè in Beneficialibus. C. de probationibus l. Nudis, & lib. non Epiſtolis de ſen. ex. ſi ſummus in Cle. & in materia. Et per hoc quia ipſa receptio quæ fundaretur ſuper Iure præexiſtente quod nullum eſſet, eſſet erronea, & ideo aliquem effectum non induceret.

4. Noto & hoc eſt manifeſtum quod aſſumpti ad agnoſcendum de hoc, per hoc non eſſent facti impeccabiles, quando poſſent errare ex facti, vel Iuris ignorantia, vel ex aliis cauſis quæ humanum ſolent peruertere ingenium, de quibus 11. q. 3. quatuor fa. quia etiam Eccleſia militans fallit & fallitur, &c. de ſent. Ep. à nobis vnde dicit l. quod euentus iudiciorum ſunt dubij ff. de pe. quod debetur.

Ex quibus inferuntur plura. 1. Quod huiuſmodi via diſcuſſionis Iuris partium, quoad ſui egreſſum eſt dubia & incerta. Via autem Ceſſionis eſt certa, & ideò tenenda. De Spon. Iuuenis cum ſpe.

2. Quod ipſa eſt periculoſa. Et hoc dupliciter. 1 Quia per eam poteſt contingere illum pro Papa declarari, & haberi qui non eſt: & è contra, quod eſſet valde periculoſum & inconueniens, vt patet per ea quæ dicta ſunt ſupra in primo notabili. 2. Quia in hoc pendet periclitatio famæ & honoris vtriuſque ſeu alterius obedientiæ ne retro notetur de Schiſmate. Ex quo ſequitur quod attento huiuſmodi periculo non eſt veriſimile quod Principes, ſine quorum auxilio non poteſt haberi vnio, hanc viam acceptarent, nec huic periculo ſe exponerent, quia crudelis eſt. 12. q. 1. nolo.

3. Ex hoc patet, quod ipſa poteſt eſſe ſcandaloſa, ſeminaria & occaſio rixarum, odiorum & iurgiorum, quare vitanda.

4. Patet quod non eſſet ſufficiens ad perfectam & plenariam ſedationem Schiſmatis & quietationem conſcientiarum præſertim grauiū & litteratarum, & præſertim tenentium neutrum Ius habere vel dubitantium de Iure vtriuſque, de quibus dictum eſt ſupra in 2. notabili, & ſic ipſa eſſet illaqueatiua, & perplexitatis inductiua. Contra C. de viduis 27. q. 1.

Ex quo etiam patet quod egreſſus huius viæ non moueret ad pœnitendum & contendendum de præteritis, nec ad petendum abſolutionem vel reconciliationem. Patet quia ſtante ſententia nihilominus illi contra quos eſſet lata, perſiſterent in prima opinione, & dato quod mutarent vel dubitarent, nihilominus procedit quod dictum eſt, quia non ſequitur, aliquis fuit in Schiſmate, ergo fuit Schiſmaticus, vt dictum eſt ſuperius. Et ſic per hanc viam non poteſt conſtare quis fuiſſet Schiſmaticus, & per conſequens reſpectu huius finis non intereſt Eccleſiæ per hanc viam procedere.

5. Quod hæc via poteſt eſſe veriſimiliter inutilis & fruſtratoria, quia ille contra quem eſſet, lata ſententia & forſan ſibi adhærentes dicentes ſententiam eſſe iniuſtam occaſione præmiſſorum, non parerent, ſiuè fortificantes intentionem ſuam per ea quæ habentur 21. diſt. §. hinc etiam per C. nemo 9. q. 3. vbi no. Quod etiam Concilium non poteſt iudicare Papam. Idem no: 2. q. 5. Mandaſtis. Ex alio etiam poteſt eſſe inutilis, quia arbitri nil determinarent forſan morte præuenti vel voluntate ſeu aliquo impedimento decenti vel propter mortem compromittentes de Arbi. C. ſi. vel propter difficultates Iuris & facti, quæ ineſſent huiuſmodi negotio, vel quia arbitri in æquali numero aſſumpti eſſent diſcordes. de re. Iudic. C. ſi. vel quia aſumpti pro vna

ipſos ad Ceſſionem faciendam; tum quia poteſt contingere quod nihil de hoc dictarent. Et dato quod hoc facerent, forſan contendentes & ſibi adhærentes non parerent ſententiæ, nec eſſet tunc magis quàm nunc qui poſſet ipſam executioni mandare. Et dato quod parerent, hoc viderentur facere inuiti propter quod non viderentur digni laude, præmio vel merito 23. quæſt. 5. ad finem vbi de hoc.

Ex quibus omnibus poteſt etiam difficultari via Concilij Generalis vel Particularis & maximè quoad rei egreſſum, etiam vbi prælati hinc & inde eſſent reducti ad æqualitatem numeri, imò etiam circa ipſam imminent multo plures difficultates; quoad ſui aggreſſum, progreſſum & egreſſum. De aggreſſu patet, reſpectu Conuocationis Concilij & illius Præſidentis, quia non habetur Papa vnicus induhitatus, cuius conuocationi obediretur, maximè quoad Neutrales, nec cuius authoritate celebraretur. De Elect. ſignif. Ex quo aliqui poſſent difficultare huiuſmodi viam quoad egreſſum dicentes huiuſmodi ſententiam non tenere, quaſi non eſſet lata authoritate Iudicis competentis. Reſpectu loci, In quo ſeu ad quem fieret conuocatio: quia quilibet contenderet, quod ſub ſua obedientia, quilibet Princeps, quod ſub ſua poteſtate, difficulter conuenirent de loco ſecuro & congruo, quoad habitationes, victual a & his ſimilia. Reſpectu etiam conuocandorum dupliciter. 1. Quia difficile eſſet, ſumptuoſum & laborioſum Prælatos conuocare & illuc accedere. CONTRA VIAM CONCILIJ.

Item patet impugnari propter inæqualitatem numeri Prælatorum huius & illius obedientiæ qui præſumerentur perſeuerare in eadem voluntate, ex quo contingeret Iudicium claudicare contra Iura.

Præterea diceretur quod aut conuocarentur & admitterentur creati Prælati per aduerſarium, aut non; ſi non, tunc nec illi de parte iſta admitterentur, & ſic non celebraretur Concilium. Si ſic, tunc non videtur hoc de Iure poſſibile propter plura. 1. Quia ipſi non ſunt repudiandi Prælati attentis etiam proceſſibus inde ſecutis per C. 1. de Schiſm cum in Not. 2 quia Nos reputamus ipſos Schiſmaticos & Excommunicatos, & ideo ad huiuſmodi actus communes minimè admittendo 1. Imò ius ſi quod aliud illis competeret, reſideret in alijs de iſta obedientia licet numero paucioribus le. & no. de Conſue. Cum Dilectus. De Poſtula. Prælat Gratum. de Elect. Cum inter R. C. illa & C. quia propter. 3 Quod ſi ſecundum hoc ſtatus ipſorum dependeret ex euentu Concilij generalis, & ideo ipſi eſſent valde ſuſpecti, quia in Cauſa ſua per Iura Communia. Et hoc verum niſi diceretur, quod ante celebrationem dicti Concilij haberet præmitti abſolutio, reconciliatio, ratificatio & validatio geſtorum hinc & inde; quod tamen aliqui reputant abſurdum & inconueniens maximum. Ex quo etiam principaliter impugnant viam Ceſſionis. 4. Quia eſto quod fieret huiuſmodi ratificatio, nihilominus ibi penderet conſeruatio famæ & honoris Prælatorum, & ideo ipſi eſſent ſuſpecti. Quare, &c 3. qu 5. quia ſuſpecti. Cum ſi. Poſſet etiam difficultari hæc via propter veriſimilem diſcordiam quæ proueniret ex exitu Concilij.

Ex præmiſſis etiam apparet quod ceſſante huiuſmodi abſolutione & reconciliatione, Prælati de obedientia Partis aduerſæ etiam creati de tempore Gregorij non eſſent ad huiuſmodi Concilium conuocandi, & tamen non eſſet poſſibile Concilium Generale aliter celebrari.

Ex quibus etiam infertur, quod ſi Dominus noſter vellet celebrare Concilium Generale, ipſe non haberet conuocare illos de obedientia Partis aduerſæ. Ex quo patet ſequi vnum inconueniens occaſione huius ſchiſmatis niſi prouideatur, ſcilicet quod Domino noſtro celebrante huiuſmodi Concilium de ſe & ſuis, ita & ille de Roma faciet de ſuis, & in iſtis diuerſis Concilijs poterunt fieri diuerſæ & contrariæ conſtitutiones & declarationes circa fidem & alia, ex quo poterit radicari Schiſma perpetuum inter Latinos & Græcos.

Item pendente huiuſmodi celebratione Concilij interuenirent multa inconuenientia quibus eſt obuiandum. Etiam poteſt impedimentum Iuris difficultare per C. Nemo 9. q. Cum in No. & 2. q. 5. Mandaſti vbi No. quod etiam Concilium non poteſt Papam deponere.

Circa etiam aggreſſum, progreſſum & egreſſum huiuſmodi viæ imminent

qnaſi innumeræ aliæ difficultates qnas omitto cauſa breuitatis vnde dicebat Bo. me. D. Cardinalis S. Euſtachij in Reſponſionibus ſuis ad Archiepiſcopum Toletanum, quod fuit deliberatum & concluſum per DD. Cardinales in principio huius Schiſmatis, quod via Concilij Generalis erat difficilis & impoſſibilis; ſi ab exordio huius Schiſmatis deberet talis iudicari, multo magis nunc.

Ex quibus videtur multis grauibus & litteratis Perſonis, quod etiamſi altera dictarum viarum eſſet electa, ſcilicet Compromiſſi vel Concilij Generalis, quod attentis difficultatibus & perplexitatibus Iuris & facti quæ inſunt dictis vijs, veriſimile eſt quod Arbitri vel Concilium ſuper hoc poteſtatem habentes definirent & deberent definire ad viam Ceſſionis eſſe condeſcendendum. Et ideo hæc via non eſt per multos circuitus inutilis, imò præiudicialis, quærenda. Maximè quia poteſt in mora contingere caſus nedum dilatorius, ſed & peremptorius, & in mora & dilatione imminent multa pericula, quibus eſt omnino obuiandum, vt eſt præmiſſum.

Ex quibus poteſt inferri ratio ad rationes per quas aliqui nituntur probare quod ad ſedationem præſentis Schiſmatis procedendum eſt per viam Concilij Generalis. Nam rationes per ipſos inductæ procedere poſſent in alijs caſibus vbi haberetur Papa indubitatus, authoritate cuius celebraretur, vbi eſſet certum de Prælatis illud celebrantibus: Sed licet quod eſſent Prælati & non eſſent ſchiſmatici, nec excommunicati, vbi ceſſaret timor ſuſpicionis, vbi non eſſet idem Iudex & Pars, vbi ex dilatione & mora non imminerent multa pericula errorum, perplexitatis & difficultatis prætactarum, vbi caſus pendens non poteſt commodè aliter terminari. Secus autem in Caſu præſenti; igitur, &c. Maximè quia nullum Ius ſcriptum dicit expreſsè quod recurrendum ſit ad Concilium Generale pro ſedatione talis Schiſmatis, nec prouidet ſuper hoc de certo Iudice. Et per hoc poteſt reſponderi ad No. per Gloſ. 79. d. C. ſi duo Ioan. Andr. in Clem. Ne Ra. de Elect. qnia illa potuiſſet ſibi vindicare ab exordio Schiſmatis, vbi ceſſaſſent quamplurimæ de rationibus antedictis. Secus autem nunc. Per quod ſolui poteſt obiectio quæ fit de hoc ordine non ſeruando in alijs Caſibus & Beneficialibus, quia ſcilicet non dicitur Partibus à Principio quod cedant, ſed quod recurrant ad Iudicem competentem vel ad Arbitros, quia ſecus hîc, ſecus illic. Ratio diuerſitatis patet ex præmiſſis.

Contra viam Prædicationis.

Ex præmiſſis etiam infertur, quod licet via Reductionis per Prædicationem, ſit de ſe bona & licita, non eſt tamen duntaxat circa eam immorandum. Patet quia ipſa eſt difficilis & periculoſa in aggreſſu, prolixa & ſumptuoſa in progreſſu, vt patet de ſe ex ipſius prolixitate multa inconuenientia prætacta eſſent euentura, quibus omnino eſt obuiandum, vt patet ex iam dictis.

Item dubia eſt, incerta, imò veriſimiliter infructuoſa arguendo ex præteritis ad futura.

Item propter obſtinationem & indurationem partis aduerſæ Cauſam habentis tam ex temporis diuturnitate & rationibus iuris & facti, quàm ex alijs circunſtantijs huius negotij: ex quibus quodammodo eſt radicata, & habitus in ea generatus, propter quod non vult audire: imò adeo duræ ceruicis eſt, quod domus exaſperans eſt, & ideo videtur ceſſandum à prædicatione de Renun. niſi cum pridem §. propter malitiam, & maximè niſi etiam audiatur apud nos; ex quo auditu multa poſſent ſequi ſcandala & inconuenientia. Et ideo videtur opus eſſe alio remedio procurare huius morbi curationem, licet quandoque profuerit.

Item hoc remedium fuit diu tentatnm & non fuit ſufficiens ad perfectam & celerem curam huius morbi, Igitur, &c.

Nec valet ſi diceretur de reductione illius Aduerſarij, quia non eſt modus nec via ſufficiens pro ſedatione huius Schiſmatis. Nam etiamſi cederet Iuri, quod ſe habere prætendit, & in Dominnm noſtrum, ipſum transferret, hoc nihil operaretur quantum ad acquiſitionem Iuris Domini noſtri, cum Papa non poſſit ius ſuum in alium transferre, nec ſibi ſucceſſorem ſubſtituere. Not. Gloſſ. & Archi. 79. diſt. ſi tranſitus 7. q. 1. §. his omnibus. Pau. in Clem. ne Rat. Pe. Ber. in C. vbi Maius de Elec. & præſertim hoc non ſufficeret quoad dubios de Iure vtrluſque, nec quoad tenendum neutrum ius habere, & ſic non ſedaret ſchiſma

ſchiſma ſufficienter patet ex præmiſſis, quia debet omnibus vniuerſaliter prouideri, vt ſuperius fuit oſtenſum. Et dato quod adderet de declaratione Iuris Domini noſtri & erroris ſui, hoc tamen nil operaretur quantum ad Neutrales qui dubitant de Iure vtriuſque, nec quoad tenendum Ius habere. Et dubium eſt probabile, quod nec etiam quo ad ſibi obedientes, tum propter dictas obſtinationem & radicationem, tum quia diceretur quod allegaret turpitudinem ſuam, ideo, &c. tum quia argueretur de corruptione & colluſione, nec non propter bonoris & famæ ſuæ qui in hoc verſantur, conſeruationem, ad quam quilibet babet naturaliter laborare 12. q. 1. Nolo. tum quia hoc, ſcilicet an babeat ius, neue, non dependet ex facto ſuo, ſed ex alieno in quo eſt error probabilis ff. pro ſuo l. fi. propter quod non eſt veriſimile, quod ad motum ipſius mouerentur illi de obedientia ſua. Sicut nec in caſu conuerſo illi de hac obedientia de facili mouerentur, & forſan minus illi propter cauſam præractam. Et ſic per hoc non prouideretur ipſi ſufficienter, quod tamen eſt faciendum, vt patet ex præmiſſis.

Ex quibus infertur quod via facti, ſeu Belli pro ſedatione huius Schiſmatis non eſt de præſenti, attentis circunſtantijs quibuſlibet expediens nec licita. Patet quia ad hoc debet procedi breuiori faciliori, & expedientiori via, vt patet ex prædictis. Conſtat autem de huiuſmodi via, quod ipſa eſt difficilis, ſumptuoſa, periculoſa & prolixa in aggreſſu & progreſſu, incerta & dubia, imò etiam infructuoſa in egreſſu, quia varius eſt euentus belli. Nunc enim hunc, nunc illum interficit gladius: & quandoquè contingit, quod fouens iuſtam cauſam non conſequitur victoriam. 3. q. 7. qui ſine peccato. fa. de Pur. vul. c. 2. ſicut nec in bello Iudicial. in l. quod debetur ff. de Pecu. per quod apparet, quod ipſa nun eſt ſedatiua ſchiſmatis, & ideo non eſt exercenda per hoc quia bellum geritur vt pax habeatur. Ita quod finis belli pax 23. q. 1. Nolite. Cum igitur per euentum belli non haberetur pax & vnio in Eccleſia, ſequitur quod non eſt exercenda. Maxime, quia non agitur de ſucceſſione Auguſti, ſed Petri Piſcatoris, qui iuſſus fuit mittere gladium in vaginam. CONTRA VIAM BELLI.

Item aliter videretur ſimilis Romulo in parricidijs, non Petro in commiſſi diſpenſatione ouilis.

Confirmatur quia aduerſarius habet maiorem, imò maximiam partem Chriſtianitatis ſibi adhærentem, & vt communiter tenetur, bellum ſubire paratum per defenſionem ipſius, & ideo non videtur licitum, virtuoſum, nec opus prudentiæ vel fortitudinis hoc caſu, ſed temeritatis ex parte iſta bellum aggredi; non enim is iuſtam cauſam habet propterea bellum aggredi vel expectare. Sed eſt hoc aggrediendum vel expectandum cum prudentia, quæ dicitur regulare & dirigere omne opus virtutis, quia vna virtus dirigit aliam. fa. de Off. cuſto. c. 1. 41. diſt. §. 1. vnde vero pericula ſunt ſupra bominem fugiendum eſt. Math 10 7. q. 1. §. hinc etiam.

Item quia aliter aggrediens videretur Deum tentare contra illud non tentabis Dominum Deum tuum. Nam Deus tentatur cum requiritur ab eo per naturam, quod non eſt à natura producibile. Sed miraculo ceſſante non eſt ordine naturali à natura producibile, quod minus fortis, minus ingenioſus, etiam propter Iuſtitiam ſuam vincit peritiorem & magis ingenioſum. Per quod patet reſponderi ad l. ſi quis pecunia cum ſi. quæ videntur velle quod in hac materia procedendum eſt via facti. Nam illa poſſent procedere, vti illa via poteſt aggredi virtuoſè cum concurrente prudentia &, opere fortitudinis. Et vbi ipſius egreſſus poteſt eſſe ſchiſmatis ſedatiuus, aliàs non videntur obligare illa iura. Nam Iura non obligant ad impoſſibile. Illa autem dicuntur impoſſibilia quæ ſine ſalutis periculo facere non poſſumus ff. ad Trebell. l. Sciendum & l. ſe vnde timor periculi excuſat ab eo ad quod quis ciuiliter & naturaliter tenetur 4. loca habitatores de ſen. ex. quamuis. Intelligantur ergo dicta iura, vt nihil contineant iniquitatis, impoſſibilitatis, vel temeritatis, & ſecundum veriſimilem intentionem legiſlatoris ff. ad Munic. Vt Gradatim §. ſed ſi lege. de Iur. in c. 1. l. 6. cum ſi. Per hoc patet reſponſio ad id quod no. Innoc. de vo. quod ſuper vti. quod quilibet debet ſuſtineri & foueri in Iuriſdictione ſua quantum poteſt.

De viis autem boni regiminis non loquor, quia manifeſtum eſt, quod etſi ſint bonæ, non ſunt tamen ſufficientes ad ſedationem Schiſmatis, nec vnionem habendam. Secus autem eſt in via Ceſſionis, maximè cum adiectione complementi, id eſt prouiſionis futuri Paſtoris, in qua ceſſant difficultates, prolixitates, perplexitates & alia inconuenientia, quæ inſunt aliis viis prætactis. Et ſic concluditur vt ſupra, in duabus principalibus Concluſionibus.

Patet igitur quod actus Ceſſionis eſt nedum vtilis, ſed optimus & neceſſarius, quodque ſine ipſo negotium huiuſmodi vnionis non valet terminari, nec terminus quò tenditur perfectè attingi. Ex quo patet quod Conuentio, vel tractatus cum aduerſatiis poteſt eſſe nullius vel modici effectus niſi ad practicandum dictam viam Ceſſionis. Ex prædictis patet declaratio & probatio Minorum 3. & 4. 5. & 6. rationum in prima Concluſione principali ſupraſcriptarum, in quibus dictum fuerat, quod &c.

His taliter qualiter diſcurſis, vt *a* reuolet ad A finem verbis nudis eloquij mei cupiens imponere, vt potentia de qua præmiſſi, reducatur ad actum, ſcientia quam cognoui, proferatur in medium, charitas ſperata procedat ad effectum. *Exurge Domine adiuua nos & redime nos propter nomen tuum*, ſicut notatum eſt in præaſſumpto ſermone, *ita nobis Domine auxilium de Tribulatione.* Sed ad quid? Certè, vt miniſterio veſtro, ſcilicet per viam veritatis, ſcilicet Ceſſionis prætactam membra cum capite, oues cum Paſtore, ſimulque palmites cum vite indiſſolubiliter vinciantur, vt malis facultas delinquendi adimatur, Eccleſia pacem conſequatur, aliquid multorum vtilitati conſeruetur, quod eſt vtile & honeſtum, diſſimulare verò grauiſſimum, vbi Thema, vel vlterius non patiamini in Eccleſiam aliquos inſidiantium procellarum, id. ſchiſmatum fluctus illidi, & quietam faciem tempeſtatis inſolito timore turbari, ſed in perpetuum ſtatui Eccleſiæ conſulatis 97. diſt. Eccleſiæ, vt Miniſterio veſtro ſciſſura S. Matris Eccleſiæ reſarciatur, ſicque præciſis radicitus Schiſmatis vepribus & diſſidiorum anfractibus omnino ſubductis pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet, inualeſcat concordiæ vnitas animorum identitas perſeueret. De ſepult. dudum in Clem. *Quod nobis concedat &c.*

Explicit copioſiſſima Oratio ex Theologia & Iure à Reuerendo Abbate S. Michaëlis in Normania.

Hanc Orationem tam prolixam, tam multis ſacræ ſcripturæ, & Iuris vtriuſque locis & authoritatibus ideo munitam Regi Anglorum porrexerunt Legati Academici, vt eam rationeſque in ea conſcriptas Vniuerſitatibus Anglicanis examinandas committeret. Itaque Rex iudicium ſuum conſenſumque ſuſpendit, donec eas conſuluiſſet, & Legatos Academicos cum Reſponſalibus litteris ad Vniuerſitatem remiſit, quæ receptæ ſunt 13. Octob. an. 1395. Superſcriptio autem talis erat.

A nos tres-chers & bien-amez en Dieu l'Vniuerſité de Paris, le Roy d'Angleterre & de France, & Seigneur d'Irland.

LITTERA REGIS ANGLICANI AD VNIVERSITATEM.

TRes-chers & bien-amez, nous vous faiſons ſçauoir que par la diſcrete relation & ſerieuſe rapport de les Doctours en Theologie & en Decrets, & autres vos Meſſagers de voſtre Vniuerſité, à nous n'adgueres enuoyez, auons plein entendus les peines, trauaux & diligences, qu'en vous ſeintement mœurs & nous enſemble, auez fet en tour brief remede trouer à determination & reparation finale du damnable Schiſme, qu'ores eſt en ſeinte Egliſe miere de tous Chreſtiens. Veraiement nous tenons vos fets en droit de ce, ſelon la relation d'iceux à nous fets, eſtre à honer & gloire de noſtre Seigneur tout-puiſſant, à ſaluë des ames Chreſtiennes, & à ſeureté & plaiſance vniuerſelle de tous Princes & autres Seigneurs Catholiques, & par eſpecial à Nous, qu'auons ſi comme nous ſemble que nous deuons continuel & ardant deſir, que ledit Schiſme que trop a de durée, fuſse menée à concluſion feſante à la loenge de Dieu & de ſa Egliſe parfaite vnité, peromit de noſtre amis vous auez fet choſe

molt meritoire pour vous meſmes, & bunut à voſtre Vniuerſité, tielle que veriſemblablement à icelle ſera & bien deura eſtre perdurable. De voſtre part enſement auons par voſd. Meſagers receu vos Epiſtoles, contenanr ſerioufement & ſous fourme ſoummaire vos intentions, ſentiments & concluſions, deſquelles par tant que noſtre Clergé, ſi bien de nos Vniuerſitez d'Oxenford & de Canterbrugg, comme d'Irlan & de Germane eſt de preſent diſſeuerez, & ne poet en brief eſtre aſſemblez pour nous enformer, conſeiller & auiſer en cette partie, nous nous abſtinons à ore de vous enuoyer reſponſe, & ne mie ſans grande cauſe conſiderez que ſi tres-chargeant fer que vniuerſellement touche tous en communs, ne ſe doit ſans grande deliberation paſſer, & ce de tous que de s'en y poeut valoir ou de poir. Ne partant il ne ſera gerres que nous ne ferons aſſembler noſtredit Clergié, & loeur mõſtretons ſi bien ce que voſdits Meſſagez nous ont de bouche nonciez comme vns Epiſtoles ſuſdires, & oies ſur ce les motiues, opimons, raiſons, ſentemens & concluſions de meſme noſtre Clergié, nous y prendrons par la grace de noſtre Seigneur, le meilleur appointement & la plus ſaine voie, & la ſignifierons ſi bien à noſtre tres-cher frere & Couſin de France, comme à Vous, as qu'eux tres-entierement mercions & remercions de tres-tout noſtre cuer, de voſtre labour ſi ſeintement commenciez, vnus empriants tres cherement que continuer le vueilliez tan q'à la finale deciſion de ladite Sciſme & reduction de vraye vnité en l'Egliſe noſtre Miere auant dite, ſçachants qu'en ce nous penſions à l'eide de Dieu de noſtre part, effectuellement fere quiconque nous purtons en aſcune manere.

In fine huius Epiſtolæ Regiæ, hæc verba habentur in eodem Manuſcripto Victorino. *Non fuit* data in ſuptaſcriptis litteris, (hoc eſt non eſt appoſitus dies quo datæ ſunt) ſed Nuncii Vniuerſitatis de quibus in eis fit mentio, apportauerunt: & eranr ſignatæ ſigneto Regio ſecreto: & extractæ ſunt præſentes ab Originali, & eodem modo ſillabicatæ à principio litterarum, quo dicitur *Treschers*.

Menſe Martio eiuſdem anni eadem Vniuerſitas plura babuit Comitia ſuper variis litteris quas ab omni parte orbis Chriſtiani recipiebat. Sed die præſertim 12. apud S. Mathurinum congregata decreuit dare ad omnes Vniuerſitates extra Regnum Gallicanum conſtitutas, itemque ad omnes Reges & Principes litteras Nunciosque mittere ad ſuadendum viam illam Ceſſionis, vt poie commodiorem & faciliorem. Inter cæteros verò hi Nuncij ab ea miſſi ſunt, iam aliis-defuncti legationibus MM. Ioannes Luqueti, Robertus de Donis, Guill. Clauſtri, Guil. de Canteriis, Io. Mercatoris, Io. de Auſtria, Ioan. Breuicoxæ Doctor Theologus, qui fuit poſtea Epiſcopus Pariſienſis. Tales igitur dedit ad Vniuerſitates extra Regnum Franciæ conſtitutas, vt adhærerent viæ Ceſſionis, & aliis hoc idem perſuaderent, Regibus præſertim & Principibus.

Litteræ Circulares Vniverſitatis ad alias Vniverſitates.

Venerabiles viri & multiformibus ſcientiarum ritulis conſpicui recommendatione præmiſſâ nefas haud dubiè apud Deum cenſeretur, & homines vbi matris lethale periculum objicitur, filium quouiſmodo iuuamen ſibi poſſibile nedum ei non præbere, ſed id ipſum quomodolibet diſpendio prorogare, vt ſic eius linguam perpetuum muteſcere, pedeſque ſui demereantur euelli, quæ vel per momentum loqui differret, aut progredi ſolo nimium adhærentes aliquatenus deſiſterent, dum per verba greſſuſque pariter ſolatium tenue licet, eidem præſtare putarent, Sacroſanctæ igitur Matris noſtræ communis militantis Eccleſiæ per ventos oppoſitos de mundi partibus ferentes agitatio heu tam diututna in apertum erecta fletus aſpectibus, cogitationes mentibus, motus pedibus, calamum manibus & ori verba, Deo vrinam, vt in eius miſericordia confidimus, placentia, inceſſanter parere non deſiſtit, omne quippe viuens in quolibet quod ſui, natoraliter commouetur, vbi id in eius ſanitate propria ſalus eſt tecondita, moribundum effigiare videret. Teſtis enim nobis Deus, quod cum tempus loquendi ab iſtius nefarij Schiſmatis occurreret, exordio iuxta modulum intelligentiæ noſtræ, cæteriſque ſicut decet, quibuſcunque poſtpoſitis huic morbo peſtifero prorſus rejiciendo de medio noſter ſemper animus pro viribus aſpirauit: nunc in Chriſtianiſſimi ac Sereniſſimi Domini noſtri Francorum Regis Illuſtriſſimi conſpectu iteratis vicibus, & ad longum matetiam pro-

Digitized by Google

ponendo, nunc coram Legatis de Curia Rom. Pariſius accedentibus, nunc D. Clementi, cuius anima feliciter requieſcat, ſæpiſſimè reſcribendo. Tandem igitur quantum ſpecialius diſcretiuſque potuimus præfatum morbum eiuſque circunſtantias attendentes, habitiſque ſuper hoc Collationibus ſæpiſſimis, deliberationibus maturis, pluribuſque viis inter nos apertis per quas aditus ad optatum terminum veriſimiliter præſumi poterat, fauore & odio deordinatis propulſis Deum duntaxat habentes præ oculis ad viam Ceſſionis vtriuſque partium Iuris habiti vel prætenſi tanquam ad meliorem, breuiorem & pro nunc expedientiorem, nec vno in tanto ſuppoſitorum numero renitente vnanimiter condeſcendimus. Quam etiam viam Dominus noſter prædictus Parium Regni ſui Illuſtrium cæterorumque de Conſilio ſuo maiori deliberatione concordi inter cæteras prælegit: quamque *Prælatorum de Regno Franciæ Concilium* ob hoc Pariſius ſpecialiter celebratum & per menſem integrum quotidie profundiſſimè diſcuſſâ materiâ protelatum, vocatis ad hæc Regni totius in Iure diuino & humano peritioribus ſingulariter elicuit. Pro cuius viæ veritate apertiùs detegenda præfatus Dominus noſter Patruos ſuos ac fratrem, Principes Sereniſſimos ad Dominum noſtrum Benedictum, cum quibus, Deus nouit, ſumptibus non veritus eſt tranſmiſiſſe, cum quibus etiam aliquid de penuria noſtra in Gazophylacium Domini mittere cupientes Nuncios noſtros de ſingulis Collegij noſtri Facultatibus eadem pro cauſa ad præfatum Dominum noſtrum tunc deſtinauimus. Eapropter venerabiles viri & multiplicibus ſcientiarum titulis conſpicui, quæ propoſita ſunt, Circunſpectionibus veſtris notificare ſcripto tenus decreuimus, vt ſi conuenientes id arbitremini, penſatis diligenter omnibus quæ in tantæ arduitate materiæ conſideratione digna ſunt, ſi iam hoc non feceritis, ſaltem nunc eadem nobiſcum quoad hoc quæſumus, ſentiatis, voſque id idem ſentientes, vbi opportunum fore videbitis, manifeſtare curetis, veſtras nihilominus in charitatis vinculo fidei zelo ſcientiarumque conſonantia perpetua in quibus ſimiles efficimur, Fraternitates veſtras deprecantes quatinus erga Reges terrarum Dominos cæteroſque fideles in quorum habitatis confiniis, ne in futurum, quod abſit, talentũ ſcientiæ in terris abſcondiſſe damnabiliter arguamur, cum inſtantia & ſollicitudine debita id ipſum ſapere procuretis, quodque ad iſtius viæ in qua duce Domino conueniemus pariter executionem debitam ad laudem Dei, Eccleſiæ pacem & eorum gloriam promerendam operam efficacem, nec aures doloſis & mendacij Patris filiis præbeatis accommodas qui forſan aliud quam ſupraſcriptum ſuggererent. Non enim vbilibet præſentialiter eſſe valemus, vt ſic iniqua loquentium ora poſſimus obſtruere. Pro iſta ſi quidem materia latius declaranda prædictus Dominus noſter Rex ſuos Ambaſſiatores ſolemnes ad Regna veſtra, cæterarumque terrarum Chriſtianitatis Dominos tranſmiſit, cum quibus etiam noſtros ſcilicet venerabiles viros Magiſtros Ioannem Breuis-coxæ in ſacra Theologia Profeſſorem, Ioan. Mercatoris & Io. de Auſtria Licentiatum in Theologia in Artibus Magiſtros ad eoſdem fines duce Domino delegauimus, quibus rogamus fidem indubiam parte noſtra in dicendo adhibere valeatis, eiſdem conſilium, auxilium & fauorem gratioſè conferendo, ſicut & in ſimilibus ac aliis omnibus ad Charitatum veſtrarum beneplacita pro viribus adimplenda cordialiter afficimur, quas conſeruare dignetur Altiſſimus feliciter & longæuè, prout optatis. Scriptum in Congregatione noſtra Generali apud S. Mathurinum ſuper hoc ſpecialiter celebrata 12. die Martij an. 1395.

Veſtri Rector & Vniuerſitas Studij
Pariſienſis.

Similiter eadem Vniuerſitas ad omnes Principes exteros litteras Circulares dedit, quarum exemplar habemus in eodem Manuſcripto Victorino.

EIVSDEM VNIVERSITATIS AD REGES EXTEROS.

Illuſtriſſime Princeps, Schiſmaticæ tempeſtatis monſtruoſæque ſciſſuræ, & S. Matris Eccleſiæ ruinæ miſerabilis ac fidelium ſemper deflendi exitij internæ mentis aciem ad exterminium dirigentes, ne ſaltem talenti nobis crediti inutiles à Domino fieri diſpenſatores arguamur, nec-non Matris & alumnæ pi-

gri oeglectores videamur, ſi morbo tam graui apponere medicamenta minimè curaremus, iam lapſis multorum annorum curriculis, iugibus curis, laboribus atque vigilijs noſtrarum virium qualitate penſata diligentiam adbibuimus iodefeſſam, præſertim apud illuſtriſſimum Principem Dominum noſtrum Francorum Regem, cæteroſque ſui Regni Magnates ac Prælatos, quatenus ad procurandam pacem militantis Hieruſalem Regiam manum porrigeret adiutricem, quam ille in cuius nutu corda ſunt Regum adeo ſuæ conſolationis gratia viſitauit, vt tranquillum quod quærimus vnitatis, orationum, proceſſioonum atque ieiuniorum interuentu ardentius atque feruentius præfatus Dominus nôſter illuſtriſſimus poſtulet à Domino, viris etiam quaotacunque polleant Religionis atque deuotionis ſanctitate, & inde Excellentiæ Regiæ placuit poſt ſuper hac re geſta quoſdam ſui Regni & Conſilij, authoritatis & ſcientiæ viros apud Celſitudinem veſtram Regiam deſtinare, cum quibus nos eius rei finem in diebus noſtris videre flagrantes quatuor noſtræ Vniuerſitatis viros, ſcilicet MM. Ioannem Luqueti ſacræ Theologiæ, Robertum de Donis Decretorum Doctores, Guillelmum Clauſtri & Guillel. de Canteriis in Artibus Magiſtros, & io vtroque Iure Licentiatos eidem veſtræ Celſitudini curauimus Ambaſſiatæ vices imponere, obnixius in Charitatis & vnitatis vincula ſupplicantes, quatenus ad hoc peſtiferum Scbiſma ſuâ venenoſâ oimiumque diuturnâ protelatione tuoicam inconſutilem Domini diſcindens eradicandum, euellendum & extirpandum magnificentia veſtra Regia ſe promptam & paratam dignetur pietatis & charitatis intuitu miſericorditer exhibere: quatenus in diebus noſtris Regalis magnificentiæ meritis Chriſti ſponſa, Regum progenitrix atque nutrix Mater Eccleſia priſtinæ reſtituatur libertati, & honore ſibi debito cum ſereoo pacis, exultationis iubilo poſſideat lætabunda, veſtram profectò magnificentiam Regiam huic operi perneceſſariam cognoſcimus & tenemus ioconcuſsè, ſine qua nec dolorem mitigari nec ſcandalum terminari exiſtimamus vllo modo, ſed boc à Domioo factum eſt, vt mirabile ſit in oculis Regum, dum à Domino tantæ neceſſitatis & vtilitatis opus eiſdem reſeruauit agitandum, quod proinde factum eſt, & forſan vt Eccleſia ſe cognoſcat peramplius Regibus obligatam, ſine quorum præſidiis à ſuis calamitatibus & ærumois Domino diſponente minimè valeat liberari, vt proinde glorioſius Regnare ſe gaudeant Regum agmina, quanto in Eccleſia triumpbante feliciora Regum opera fuerint executi in eadem militante. Quæ verò ſuper præſenti materia hactenus geſta ſint, cunctaque præſentis materiæ concernentia ſtatum per nos aduiſata viuæ vocis oraculo Maieſtati veſtræ Regiæ præfati noſtri Ambaſſiatores exponent, quibus adbibere dignetur omnino fidem indubiam in dicendis. Celſitudioem Regiam inſpirare dignetur ille in cuius manu corda ſunt Regum, quatenus vnanimi conſenſu quærat quod inueoire poſtulat neceſſitas Eccleſiæ Chriſtianæ. Scriptum Pariſius in Congregatione noſtra Generali apud S. Mathurinum ſuper hoc ſpecialiter celebrata 12. die Martij an. 1395.

Veſtræ Celſitudinis bumiles Oratores Rector
& Vniuerſitas Studij Pariſienſis.

Anno 1396. varias accepit ex omni parte litteras Vniuerſitas Pariſienſis ſuper materia Schiſmatis: imprimis verò à Richardo Rege Angliæ, iuxta quod ipſi & Legatis ſuis promiſerat, ſe ſcilicet poſtquam Clerum Anglicanum & Vniuerſitates Regni ſui cooſuluiſſet, reſponſurum clarius & euidentius ad litteras, quas ad eum ipſa dederat. Simul verò litteras ſeu deliberationem Voiuerſitatis Oxonienſis ad ſe miſſam, ad Pariſienſem direxit. Quæ quidem Vniuerſitas oimis æmulata Pariſienſis dignitatem, ipſique in ſedando Scbiſmate tot labores inuidens, non amore quærendæ pacis, ſed æmulatioois & inuidiæ æſtu ducta vias ab Vniuerſitate Pariſienſi propoſitas, & per Abbatem S. Michaëlis Regi Ricbardo in ſcriptis traditas deſtruere conata eſt, & ſingula capita refutate; vt ex eius ad Regem Angliæ Epiſtola patebit. 1396.

Epiſtola Studij Oxonienſis ad Regem Anglorum ſuper facto Schiſmatis Eccleſiæ.

CHriſtianiſſimo Principi & Domino ſuo D. Richardo D. Gr. Regi Angliæ & Franciæ ac Domino Hiberniæ ſtrenuiſſimo Vniuerſitas Studij generalis Oxoniæ vnitatis & pacis amatrix veraciſſima ſubiectionem, reuerentiam & honorem Maieſtati Regiæ debitam & pacem Eccleſiæ inuictiſſimè procurare.

Illuſtriſſime Principum & Domine Sereniſſime, ſuper lugubri ſciſſura per quam nauicula Petri pene per medium laceratur, tenerrimè condolens & exterminata exinanitâ pietate compatiens quæ ſemper geſſit Eccleſiam Chriſti
» viſceribus Caritatis. Celſitudo veſtri nuper imperij nobis ſolenni præcepit edi-
» cto viam abolendi Schiſmatis in Epiſtola quadam à Studio Pariſ. elaborata
» propoſitam & multiplici rationum congerie roboratam diligenter examinare,
» ac deinde quid de ea ſentiendum decerneremus: vel ſi quid aliud melius noſtro
» judicio ſentiremus, id in ſcripta redigere curaremus & veſtris obtutibus præ-
» ſentare.
» Nos autem & veſtræ in hac parte Deuotioni ſummopere congaudemus, &
» labores nobis iniunctos quamuis ſub breuiculo indulti temporis coarctatos aſ-
» ſumimus, aggredimur, perficimus vt valemus, nec ſolum vt non incurramus
» jubentis Majeſtatis offenſam, quin imò vt Matri noſtræ quæ nos regenerauit
» in lucem gratiæ, debitum pietatis Officium exſoluamus; quis enim tantis Eccle-
» ſiæ calamitatibus tam inueterato & quaſi iam peue deſperato ſchiſmate peri-
» clitantis non compatiatur, non defleat, non occurrat? fleuit olim Propheta S.
» Ciuitatis excidium, crebras cum lachrymis lamentationes ingeminans, quan-
» to magis nobis deplorandum eſt infelix diſſidium vnitatis in quo fundamenta
» morum non mœnium euertuntur: in quo non bonorum temporalium timetur
» amiſſio ſed virtutum: nec imminet captiuitas corporum, ſed peſſima ſeruitus ani-
» marum. Et quid acceptius, quid vtilius, quidve laudabilius in hac vita eſſe po-
» teſt quàm Reges & cæteros ſeculi potentatus animari contra Schiſmaticos &
» pacem Eccleſiæ procurare? Hoc eſt enim iniunctum Regibus cœlitus officium:
» hoc debitum eis miniſterium. Cæterum, vt ait Iſidorus, intra Eccleſiam pote-
» ſtates Vniuerſæ non eſſent, niſi quod non præualent Sacerdotes efficere per
» Doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ timorem; & ite-
» rum cognoſcat, inquit, Princeps ſeculi Deo ſe debere rationem eſſe reddítu-
» rum propter Eccleſiam quam à Chriſto tuendam ſuſcepit. Nam ſiue augeatur
» pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis ratio-
» nem exiget, qui eorum poteſtati Eccleſiam ſuam tradidit. Noſtrum ergo erit
» vnitati S. Matris Eccleſiæ hortando, ſcribendoque conſulere, veſtra autem &
» aliorum Principum Catholicorum intererit manum poteſtatis apponere, &
» gladium quem non ſine cauſa portatis ad nutum Eccleſiæ extrahere ſi oportet.
» Quamobrem vt aggrediamur opus iniunctum, Viam Pariſienſem ſub proprio
» verborum tenore in medium deducamus. *Via*, inquiunt, *iſta*, quam velut fa-
» ciliorem magis idoneam, & compendioſam pro nunc eligendam eſſe arbitra-
» mur, eſt plena & vltronea renunciatio vtriuſque partium ad Ius quod habet,
» vel habere ſe prætendit, quam inter quaſcunque alias humano reperibiles inge-
» nio profundâ per Nos ſuper hoc meditatione longaque vigilantia hinc inde diſ-
» cuſſione præhabitis, longè præſtare credimus.
» Porrò licet hæc via cæteraque in eadem Epiſtola contenta forti zelo &
» ſubtili ac eleganti ſtylo ſint dicta, Nobis tamen ſaluâ pace tanti Studij videtur
» longè aliter ſentiendum, aliterque dicendum, quod ne dictum ex leuitate quis
» putet, tota per ordinem faciemus. 1. Enim oſtendemus inſufficientiam huius
» viæ. 2. Ad rationes quæ videntur maioris ponderis reſpondebimus. 3. Quod
» nobis viſum fuerit, in hac materia apponemus.
» Primò quidem licet Ceſſionem Aduerſarij D. noſtri Bonifacij etiam cum
» ſubmiſſione plenâ ſui Collegij reputemus iuſtam, rationabilem & legalem, Iu-
» ſtitia exigente vt felicis recordationis Vrbanus VI. qui ſecundum partem de

poſſeſſione Papatus fuerat ſpoliatus, ſit in ſuo ſucceſſore in integrum reſtitu- «
tus; hæc tamen via duplicis renunciationis ſiue Ceſſionis nobis inſufficiens & «
dimioutè poſita exiode videtur, quod eadem conceſſa vel poſita in effectu ad- «
huc radix & fundamentum continuationis huius diſcordiæ ſtarent ioter diuiſa «
& aduerſa Collegia Cardinalium ſicut prius. Quomodo quæſumus ex nudâ «
huiuſmodi duplici renunciatione potius ſequeretur vnitas in Eccleſia quàm ſi «
vterque pro eodem tempore moreretur? nimirum neque per mottem neque «
per renunciationem veriſimiliter ſubducetur facultas ſeu voluntas, aut alte- «
rutrius vtriuſque Collegij ad ſummum futurum Pontificem eligendum. Nonoe «
penè in vno quolibet titulo ſunt duo Cardioales, vnus verus & alius præten- «
ſus: & quomodo ex nudâ renunciatione Capitum abſque tractatu non paruo «
forent ipſi Concordes. Imò poſita huiuſmodi vtriuſlibet partinm renuncia «
tione, aut vtrumque Collegium ſeparatim eligeret ſibi futurum ſummum «
Pontificem, & tunc ſtaret maledicta diſſenſioſicut prius. An ad vnum tantùm «
Collegium ſpectabit electio? Et quod ſi dicamus ad noſtrum, quo rectè dudum «
non ambigimus, qui de noſtro capite minimè dubitamus, haud dubium tamen «
quin aduerſarij pertinaciter dicant quod ad ſuum, & quomodo in tanta diſ- «
eordia tam conatuum quàm aſſettionum apparebit medium vnioois. Quod ſi «
tertio ſimul ad vtrumque Collegium petrioebit electio, vbi erit locus tntus «
ad conueniendum, cum vtraque pars timebit ſibi infra poteſtatem alterius «
conuenite, ne forte dolo ſibi clam aut palam violentia inferatur, vel ſi fortè «
qualicunque ſecuritate interpoſitâ in locum aliquem vnum conuenirent, ti «
mendum veriſimiliter foret, ne vtroque Collegio ſeorſum conſpirante & pro «
parte ſua totis viribus ſatagente, ne in vnum aliquem concordarent, & Eccle- «
ſiam ſimili priori Schiſmate lacerarent, quin etiam de Cardinalibus eundem ſi «
bi titnlum vendicantibus non parua foret altercatio; quis eorum videretur eſſe «
maior? altero fortaſſis allegaote pro ſe antiquioritatem, reliquo inficiante «
propter interpoſitam occaſione Schiſmatis degradationem. Quomodo ergo «
vnum erit? quocirca medium radicis tertiæ huius Epiſtolæ dicitur per ſuam, «
inquiunt, voluntatem, ſi adeſſet, totum in ictu oeuli ſedaretur, nihil, vt ait «
Comieus, dicto facilius: ſuum, inquiunt, tantummodo dictum, & illud per- «
exiguum requiritur: ſed illud non tam comicè dictum quàm comicè prolatum «
putamus. «

Ex ijs ergo & alijs quæ ſequuntur, elucet Nobis huiuſcemodi duplicem re- «
nunciationem nihil veriſimiliter ad inteotam vnionem valere, etiam ſi ponere- «
tur in effectu, niſi pluribus ſecuritatibus interpoſitis etiam difficillimis & tra- «
ctatu permaximo præcedente: quæ omnia vno tantum modo, aut in momento «
temporis volo vtriuſque verbo eodemque breuiſſimo, aut vna voce diſſyllaba «
fieri non modo difficillimum, ſed prope impoſſibile iudieamus. «

Sed iam veniamus ad ſecundum, quod ſupra facere propoſuimus in quo vt «
inſufficientia huiuſmodi, Rationes quibus ipſa fulcitnr, tentabimus infirmare; «
quæ rationes licet ex quadruplici radice proficiſcantur in genere, videlicet ex «
patte viæ, ex parte cauſæ, ex parte contendentinm & ex parte S. Matris Ec- «
cleſiæ. Prima tamen ratio quæ ſumitur ex parte viæ ſolâ ſe refellitur: cæteræ «
quæ ſequuntur ad ſtabilimentum huius viæ, modicum ne dicamus nihil poſſunt «
adminiculari: quia magis hottando ſeu vias alias quam iſtam de qua nunc agi- «
tur directè roborando procedunt. Cæternm hæc prima via, vt aiunt, ex qua- «
drupliei fonte manat; fontes autem ſunt facilitas, ſecuritas, perfectio, & qui il- «
læſus per eundem ſernatur honor vtriuſque obedientiæ. Primò enim non tam «
arguuot quàm aſſerunt quod iſta via ſit inter quaſcunque alias humano inge- «
nio repetibiles facilior: qnam Nos tamen ſatis difficilem arbitramur. Neque «
enim totum reſidnum Eccleſiæ, præter hos duos de quibus nunc ſit ſermo, ne- «
que aliqua Creatura, ſiue in Cœlo, ſiue in terra ſolis eiſdem duobus reniten- «
tibus nec conſentientibus, ſufficit iſtam viam facere in lucem venire. Quod ſi «
ad hos duos tantum hæc ipſa facilitas retorqneatur, putamus vel vtrumque, «
vel alterum abſque magna difficultate non poſſe à ſuſcepta dignirate ſponte «
recedere, tum propter repugnantem interius forſitan appetitum, tum propter «
contradictionem ſubditorum: tum propter veriſimilem ſuſpicionem imminen- «

» tium ex huius receſſu periculorum, quod ex eo liquere, vel maximè poteſt,
» quoniam ſicut à multis & magnis dicitur Aduerſarius Domini noſtri nuper
» electus licet, obligatus ſit ad renunciandum ſub certis conditionibus interpo-
» ſito Iuramento, nullatenus acquieſcit cedere iuri ſuo. Quomodo etiam huiuſ-
» modi renuntiatio non erit opus difficile? cum foret tam excellens & tam vir-
» tuoſum vt par videatur eſſe martyrio vt innuunt infra Radice. 3. Virtus autem
» ſecundum Philoſuphum conſiſtit circa difficile, & ſi fortaſſis in præſenti negotio
» procedatur ad tantum, vt ad Ceſſionem coactam veniatur, quæ & innui videtur
» infra, in hac radice prima. Et iterum in radice 3. aſſumpto Paulo Apoſtolo
» in teſtimonium, huiuſmodi Ceſſio coacta, foret nuſtro Iudicio via ad pacem
» difficillima: tum quia in Papa iuſto foret iniuſta; tam quia non poſſet fieri ve-
» riſimiliter niſi per brachium ſeculare, & forte non niſi per bella, vel ſaltem
» per ſubtractionem obedientiæ, quæ quidem ſubtractio à Papa iuſto reos Schiſ-
» matis argueret ſubſtrahentes; ſi electio coacta robore careat, vt dicunt aduer-
» ſarij, quantò magis Ceſſio coacta in Papa iuſto nihil habebit penitus firmitatis?
» & de facilitate quidem in ſe, tantum dictum ſit.
» Iam veniamus ad rationem. Quis autem neſciat multò facilius eſſe duos ho-
» mines per quos ſtat hoc Schiſma Iuri ſuo propter pacem cedere, quàm Conci-
» lium aliquod generale de diſtantiſſimis terrarum partibus conuocare, aut viros
» electiſſimos in compromiſſum aliquod cum vtriuſque partis maximo Inuidia-
» rum certamine congregare. Hic dicimus 1. quod ſi per aſſumptum innuant
» ſchiſma ſtare per illos duos, qui ſe prætendunt eſſe Papas, inficiandum eſt ex
» parte iuſt: Papæ, cum hoc ſchiſma ſtet ſolum per Antipapam & ſuos 2. Dicimus
» quod ratio in ſe diminuta eſt, quia arguit faciliorem ex parte facti tantùm &
» non in ratione viæ; arguit enim quod huiuſmodi proceſſio poſſet fortaſſis mi-
» nore conatu fieri, aut excluſa maiori ſeu generaliori fatigatione. Sed quomodo
» hac ipſa Ceſſione in effectu poſita facilius exinde quod per aliquam aliam etiam
» ſi in effectu ponetur, conſequeretur vnitas in Eccleſia? non deducit, & forte
» via Comprumiſſi ſeu generalis Concilij, quamuis eſſet in ratione facti difficilior,
» eſſet tamen ſi poneretur in effectu in ratione viæ ad pacem & vnitatem Eccle-
» ſiæ multo efficacior, proclivior atque veriſimilior. Nam huiuſmodi nuda Ceſ-
» ſiune poſita in effectu, maneret etiam in diſſenſione vt modo lacerata & varijs
» perplexitatibus, ac difficultatibus inuoluta: ad quos vnde, vel ſolui, vel ſermo-
» nes poſſent, nihilominus veriſimiliter ex nuda huiuſmodi Ceſſione deducitur.
» Imò forſan oporteret vlterius, ſi pax redderetur Eccleſiæ, aut Concilium ali-
» quod generale, vel particulare congregare, vel iniri compromiſſum aliam
» viam quærere, reperire & procurare, niſi forte dicatur vtrumque Collegium
» Cardinalium ſimili ratione oportere cedere conſequenter: quo dato Eccleſia
» redderetur perplexa circa modum & medium futurum Pontificem eligendi;
» niſi diceretur quod ad Clerum Rom. pertineret Electio ſummi Pontificis ſicut
» olim. Prætcrea ſimili ratione deduci poteſt quod via ad pacem facilior foret
» ſolius aduerſarij D. noſtri Bonifacij plena, ac vltronea renunciatio iuris quod
» ſe prætendit habere. Nam quis neſciat multa facilius eſſe vnum ſolum homi-
» nem per quem ſtat hoc ſchiſma iuri ſuo propter pacem cedere, quàm gene-
» rale Concilium de diſtantiſſimis terrarum partibus congregare, aut viros ele-
» ctiſſimos vtriuſque partis in aliquod Concilium compromiſſum vt particulare
» maximo Inuidiarum certamine congregare. Et fortè adhuc facilius eſſet vnum
» quàm duos ſuo Iuri cedere: imò maior pars rationum adductarum pro via du-
» plicis Ceſſionis æquè efficaciter militat pro viâ ſimplicis Ceſſionis, quamuis
» neutra per ſe ſit noſtro Iudicio via veriſimilis propinqua & efficax vnionis.
» 2. In hac prima radice arguunt, quod hæc via Ceſſionis ſit ſecurior quàm
» alia: quia per eam, inquiunt, multò magis quàm per quamcunque aliam paca-
» rentur hominum Conſcientiæ, ceſſarentque remorſus & ſcrupuli, & Schiſma
» radicitus tolleretur. Dicimus hoc deinde non eſſe vnumquemque verum; tum
» propter diſſenſionem remanentem in Collegijs Cardinalium poſt huiuſmodi
» Ceſſionem; tum propter innumeras promotiones & prouiſiones alternatim
» factas ad ſeparatas & diuerſas perſonas in eiſdem beneficijs; tum propter illi-
» citas ordinationes inter Schiſmaticos celebratas. An non ſecurum magis eſſet

vt

vt veritas per diſcuſſionem veniret in lucem : quatenus hi qui ſunt peccato «
Schiſmatis damnabiliter inuoluti, ſuam culpam poſſent agnoſcere, & de eadem «
ſalubriter pœnitere, quàm tam horrendum & abominabile crimen ſub hac te- «
nebroſa viâ Ceſſionis abſcondere. Omnis, inquit Saluator, qui malè agit, odit «
lucem & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Non ſecurum eſt «
tam lethale vulnus ignorare. Et quid à ſecuritate remotius quàm mortem ipſam «
ſpiritualem viram putare? cum dixerit, inquit Apoſtolus, pax & ſecuritas, tunc «
repentinus ſuperuenit interitus. Nonne is qui culpabiliter ab Eccleſia ſepa «
ratur, Catholicos putat eſſe Schiſmaticos, & è contra, cum ſit ipſe Schiſma- «
ticus, ſeparet ſe à Catholicis quos putat eſſe Schiſmaticos? «

Ipſa ergo ſeparatio eſt vera mors animæ in qua tamen putant ſe vitam tenere. «

Sed eſto quod ignorantia excuſet Schiſmaticum, ne ſit ſchiſma peccatum: «
quid de illo fiet, qui, vt ait Pſalmiſta, noluit intelligere vt bene ageret. «

Sed 2. deducitur ſecuritas huius viæ ex hoc quod in alijs vijs poteſt incide- «
re veriſimiliter corruptio, vel ſubornatio Iudicum, Compromiſſariorum, «
Notariorum, teſtium, Prælatorum, aut Principum per quos res fieret, quia «
timendum, vt aiunt, nimis eſſet, ne pars quælibet tenderet toto virium cona- «
tu, vt pro ipſo definitio, aut ſententia ferretur, per ſingulas aſtutias, artes, ma- «
chinationes & inſidias. Hîc dicimus quod hæc via ſuſpicione non caret quæ «
omnes generaliter habet de errore ſuſpectos, etiam Concilium generale: ſed «
abſit vt modò relictus ſit ſolus Helias in Iſraël, Confidimus in Domino Ieſu, «
quia adhuc reſtant ſeptem millia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal. «
Et mirum valde eſt quod iſta tam præſumpta ſuſpicio gladio proprio confoſſa «
non languet. Nonne etiam in hac via Ceſſionis poſſunt veriſimiliter incidere «
inconuenientia recitata: ſi enim timenda ſit corruptio, aut ſubordinatio Iudi- «
cum, Compromiſſariorum & Notariorum, teſtium, Prælatorum, aut Princi- «
pum, ſi timendæ ſunt preces, conuentiones, blandiciæ, minæ, terrores & aſtu- «
tiæ, artes, machinationes & inſidiæ, vbi magis quæſumus, quàm in his quibus «
fuit, eſt, & non: & ſi ſententia Concilij generalis ſit ſuſpecta de errore quæ al- «
terius Iudicis ſententia poterit omnino remanere ſecura? Quomodo ergo ſecu- «
ra eſt illa via quæ dum vult ſe ſecuram reddere, nec ſe nec aliam ſecuram pati- «
tur remanere. «

3. Pro hac primâ radice hauriunt motiuum de fonte perfectionis ſuadendo «
quod hæc via eſt cæteris perfectior; quæ tamen quantum ſit imperfecta liquet «
ex dictis; nam perfectio viæ non ex intentione meriti, ſed ex eius ſufficientia & «
efficacia ad finem conſideranda eſt. Sicut enim homo tunc ſecundum Philo- «
ſophum dicitur perfectus, cum ſufficit ſibi ſimilem generare; ſic illa debet dici «
via ad vnionem perfecta, quæ eſt ſufficiens & efficax ad eandem. At è con- «
trario ſi inſufficiens fuerit & diminuta, quomodo poteſt dici perfecta, quin «
imò eo magis timenda magiſque repudianda apud nonnullos æſtimatur hæc «
via duplicis Ceſſionis, quo in Sanctorum dictis, aut factis, aut S. ſcripturæ locis «
perpaucis & perraris, ne dicamus nullis, docetur exemplariter, ſeu efficaciter «
approbatur niſi forte faciat pro eadem quod Eſaü propter ruſum pulmentum «
ceſſit Iuri primogenituræ, aut cedens iuri propinquitatis, hoc ex lege ſuſti- «
nent opprobrium quod Domus Moyſes ceſſit ſuo principatui propter ſchiſma «
Chorè tollendum, aut Apoſtolus Paulus ſuo ceſſuit Apoſtolatui propter falſos «
ſubintroductos fratres & Apoſtolos. Verum vt hanc viam alijs perfectiorem «
perſuadeant, ſic aſſumunt, perfectius, inquiunt, eſt Iuri ſuo liberè cedere, & «
ſeipſum dignitate propter Deum & totius Eccleſiæ ſerenam tranquillitatem «
abdicare, quàm in magnam perniciem, detrimentum, aut ſcandalum Eccleſias «
& dignitatis faſtigium retinere, aut diuturno tempore velle pro præſidentia «
contendere. Dicitur quod ex hoc aſſumpto non ſequitur, quod hæc via dupli- «
cis Ceſſionis ſit perfecta, niſi hoc adiecto quod vtraque pars de qua ſit ſermo «
in Eccleſiæ perniciem, detrimentum & ſcandalum retineret faſtigium dignita- «
tis, quod ſi concedant de ſuo, abſit ne hoc idem de noſtro ſentiamus: neque «
enim dicendus eſt in Eccleſiæ perniciem præſidere qui iuſtè intronizatus non «
præeſſe deſiderat ſed prodeſſe timens ſuæ dignitati renunciare, ne forte Ec- «
cleſia maiori exponatur periculo & grauiori incurſione turbetur. Cum ergo «

alia. E contra dicimus. Patet ex dictis quod præter hanc nudam dnplicem «
Ceſſionem, mora non parua & media multiplicia requiruntur pro vnione fa- «
cienda. Non negamus tamen quin renunciatio libera Antipapæ & ſuorum «
Anticardinalium ſtante iure Domini noſtri foret expedita via & breuis, & im- «
mediatiùs quam hæc duplex Ceſſio faceret vnitatem. «

Præterea arguunt, ſi exemplo Chriſti tenetur Paſtor animam ſuam pro «
grege ſuo ponere, quanto magis temporali dignitati renunciare? dicente «
Greg. qui terrenam ſubſtantiam plus quam oues diligunt, hi nimirum Paſto- «
ris nomen produnt. Hic dicimus quod ſi Paſtor pro ſalute gregis tenetur ſuæ «
dignitati renunciare, cur etiam non tenebitur pro ſaluando grege ſui gradus «
faſtigium retinere? Quandiu enim certum eſt Paſtori aut probabile veriſimile- «
que, ſua renunciatio eſt in augmentum diſſenſionis & detrimentum Eccleſiæ. «
Quid aliud eſt tunc cedere quam lupum videre venientem & fugere? verum- «
tamen habito vſquequaque tractatu, & ad hoc producto vt nihil omnino de- «
ceret, quin vera, certa & ſtabilis pax redderetur Eccleſiæ, hoc duntaxat excepto «
quod datus Paſtor cederet iuri ſuo, nec etiam alia via quæ humana ratione com- «
prehendi poſſet ad vnitatem veriſimilis. Quis tunc ambigeret quin vera Cari- «
tas Paſtorem in hoc caſu ſcientem, hoc aut ſine dubitatione credentem ad ce- «
dendum efficaciter inclinaret? aliàs enim temporalem honorem magis quam «
æternam videretur affectare ſalutem. Sed longe hoc ab hac via nuda duplicis «
Ceſſionis quæ nec in promptu pacem offert, nec veriſimile medium propin- «
quum vel remotum, quo datâ tali ceſſione pax poſſet fieri, patefacit. «

Quarto & vltimo in hac prima radice aſſerunt pro hac via duplicis Ceſſionis «
quod ipſa ſit honoris vtriuſque partis maximè ſeruatiua. Nos autem cum Phi- «
loſopho proclamamus quod duobus etiam exiſtentibus amicis, ſanctum eſt «
perhonorare veritatem: abſit enim vt appetitus bonoris volatilis, vel in «
nobis, vel in aliis adeo dominetur, vt eius ſeruandi occaſione velimus quomo- «
dolibet excludere viam aliquam rationabilem vnitatis, ne nobis velut in fide- «
libus improperetur illud Euangelij, quomodo poteritis credere qui gloriam ab «
inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt non quæritis? nonne alter huiuſ- «
modi præſidentium fur eſt & latro tanquam is qui non intrauit per oſtium ſed «
aliunde? Et quid magis incongruum viris Catholicis & eruditiſſimis, quàm «
zelare pertinaciter pro vnius honore Latronis? Porro cum honor ſit præmium «
virtutis, vbi non eſt, non dicamus, veritas ſed forte nec vmbra virtutis, quo- «
modo erit dignitas bonoris? Imo ſi non eſt honor verus, quomodo ſeruatur in- «
uiolatus? Non eſt honor ille appetendus vi laudatur peccator in deſideriis «
animæ ſuæ & iniquus benedicitur. Quàm ſanctum quàm ſalubre foret Regi- «
bus & Principibus qui in partem Schiſmatici & intruſi Pontificis abierunt, ſi «
quoquo modo poſſent erroris viam cognoſcere, & ab eadem cognitâ pœni- «
tentiâ reſilire. «

Sed illic, inquiunt, neceſſe eſt alterutrius partis dedecus aut ſcandalum «
exoriri: quemadmodum autem poterimus, ſi fraternæ, inquiunt, vlla in nobis «
ſcintilla exiſtit Caritatis tot gentium, Nationum, ac Prouinciarum quot in «
vtraque parte ſunt, ſcandalum quærere? Qui ſcandalizauerit, inquit Chriſtus, «
vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei vt mola aſinaria ligetur in «
collo eius, & demergatur in profundum. Quid ergo de illo erit qui mediam «
aut maiorem fidelium portionem ſcandalizauerit? Si eſca, inquit Apoſtolus, «
ſcandalizauerit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. «

Dicimus quod veriſimile nobis eſt, notabilem fidelium portionem, quantam «
tamen neſcimus definire, occaſione huius execrandi Schiſmatis ſcandalizari, «
ſed væ homini illi per quem ſcandalum venit; væ illis qui huic ſcandaloſo Schiſ- «
mati introitum præſtiterunt, fouerunt & auxerunt. Sed metus, inquiunt, «
illatus eſt nobis, ô modicæ fidei! Quare dubitaſtis? ait S. Iob. qui timent prui- «
nam, irruit ſuper eos nix. Vtinam excuſatio iſta non eſſet ad excuſandas excu- «
ſationes in peccatis. Sed eſto, erat metus illatus. Num tantus erat, vt exſuffla- «
ri per eum poſſet tantus reatus? Quis maior eſt metus temporalis pœnæ an ge- «
hennæ? Si gehennam non timuiſtis, quia temporalem vitam præpoſuiſtis, Qui «
amat, inquit Saluator, animam ſuam pluſquam me, non eſt me dignus. Et quo «

» modo non amat animam ſuam plus quam Chriſtum qui metu temporalis pœnæ
» turbat, lacerat, ſauciat & inflicto lethali vulnere ſecundum magnam partem
» mortificat Corpus Chriſti quod eſt Eccleſia, pro qua Dominus Apoſtolus mori
» dignatus eſt.

» Vt ergo redeamus ad motiuum, vbi quæſumus maius, periculoſius aut enor-
» mius ſcandalum quàm Schiſma præſens abominandiſſimum in quo partes reci-
» procè reputant ſe Schiſmaticas, & cenſuras terribiles vt dicitur, inuicem fulmi-
» narunt, cum tamen anathema, vt aiunt Canones, fulminari non debeat niſi pro
» mortali.

» Si quo ergo modo ſiue diſcuſſionis, ſiue alio, quidquid directius & expreſſius
» per iuſtitiam diſcuſſiuam, veriſimiliter poſſet errantis partis opinio, ſubmoue-
» retur tam generale ſcandalum, quis enim veritatis inimicus non pacaretur? Quis
» niſi honoris proprij ambitioſus offenderetur? aut quis niſi inuidus aut malitio-
» ſus ſcandalizaretur? Vbi enim quis non ex culpâ noſtrâ ſed ex propria malitia
» gratis impingit in factum aut dictum noſtrum, & decidit in peccatum, non eſt
» nobis certe huiuſmodi ſcandalum imputandum. Audiuimus in Euangelio do-
» cente Chriſto dictum fuiſſe, Magiſter ſcis quia audito hoc verbo, Phariſæi
» ſcandalizati ſunt: at ille huiuſmodi ſcandalum pro nihilo habens. Sinite, in-
» quit, cœci ſunt & Duces cœcorum: omnis enim plantatio quam non plantaue-
» rit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Nonne pro me in omnibus cauſis iudi-
» cialiter agitatur, altera pars ſcandalizatut: non propterea tollenda ſunr iura &
» iudicia ſuſpendenda. Non tamen negamus quin interdum opera indifferentia
» dimittenda ſint propter ſcandalum puſillorum. Sed poſt debitam informatio-
» nem & admonitionem qui non acquieſcit veritati, iam vt dicunt Doctores,
» non ex infirmitate ſi contingat, ſed ex malitia dicetur ſcandalizari.

» Quamobrem dicit Cyprianus, quod ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ
» conuenit ſemper operam dare, ne quis noſtra culpa de Eccleſia pereat: ſi quis
» autem vltro & crimine ſuo perierit, & pœnitentiam agere atque ad Eccleſiam
» redire noluerit, nos in die iudicii inculpatos fututos credimus, qui eorum con-
» ſulimus ſanitati illos ſolos in pœnis remanſuros qui nolunt Conſilij noſtri ſalu-
» britate ſanari. Nec mouere debent nos conuicia perditorum quominus à re-
» ctitudinis viâ, à certâ regulâ non recedamus, quam & Apoſtolus inſtruit dicens,
» ſi hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Ex his dictis liquet veriſimi-
» le nobis quod hæc via duplicis rennnciationis eo modo quo aſſeritur, non eſt
» breuis ad vnionem Eccleſiæ faciendam, ſed longa, non procliuis ſed aduerſa,
» non aperta ſed clauſa, non plana ſed aſpera, non recta ſed curua, ne dicamus
» nullis ſed plurimis ſcopulis & ſentibus impedita. Patet etiam quod non tantum
» guſtauit de 4. fontibus prælibatis, quod debeat vel ſufficiens meritò videri,
» vel cæteris omnibus viis anteponi. Quinimo per eadem media ſi valeant deduci,
» patet quod vbi inter Principes ſeculares, ſuper alicuius regni iure Schiſma ſub-
» iectorum via facilior, magis idonea & compendioſa, ad pacem inter eos facien-
» dam foret vtriuſque Principis ſpontanea & vltronea renunciatio ad ius qnod
» habet, vel ſe prætendit habere; eo quod talis via eſt magis facilis, magis ſecu-
» ra & magis perfecta, & per illam ſeruaretut honos magis illæſus vtriuſque obe-
» dientiæ, cuius vtilior deductio eſt in patulo diſcutrendo per media ſupra tacta.
» Quæ concluſio cum noſtra non ſit, ipſi viderint, ſi ſapiant veritatem: quia
» certi ſumus quod ſi prædicata fuerit, non pariet vnitatem. Quin etiam ex eiſdem
» mediis, pro maiori parte dednci poteſt quod via magis idonea, & magis
» compendioſa ad pacem Eccleſiæ faciendam foret aduerſam D. noſtri Bonifa-
» cij plena ac vltronea renunciatio & reſignatio iuris quod ſe prætendit habere
» cum plena & effectuali ſubmiſſione totius ſui Collegij in manus eiuſdem D. no-
» ſtri Bonifacij. Conſtat enim iuxta euidentias allegatas quod hæc via eſt mul-
» to breuior quam via compromiſſi, ſeu generalis Concilij maximo innidiarum
» certamine congregati. Et quamuis diceretur in ratione facti difficilior quàm via
» duplicis Ceſſionis, multo tamen eſt ad pacem efficacior, quinimo iuſtior ſimpli-
» citer atque legalior ptopter violenter factam ſpoliationē, cui ex nunc debetur
» in integrum reſtitutio. Et quis dubitaret quin hæc foret via ſecurior; tum quia
» per eam Schiſma radicitus tollitur, nec haberet locum quoquomodo corruptio

vel ſubordinatio Iudicum, Compromiſſariorum, Notariorum, teſtium Prę- «
latorum aut Principum; nec alia pericula quæ Pariſienſes timerent in aliis, & «
nos in eorum viâ timemus euentura veriſimiliter, nec relinquetur cuique ratio- «
nabilis cauſa murmuris, niſi forte aduerſario vnitatis, aut ſi quis vellet quem- «
piam Phariſæum, de bono opere lapidare. Cæterum hæc via cæteras in perfe- «
ctione excellet, tum quia ad finem efficacior, tum quia virtuoſior quantò hu- «
milior: & cum honor ſit præmium, patet quod quanto virtuoſior, tantò foret «
honornatiuior. Vide ergo ſi non propriis armis Goliat ipſe proſternitur. Et «
ſi inſtetur forte quod hæc via non eſt veriſimilis, haud dubium, nec via Pari- «
ſienſis veriſimilis eſt. Quod ſi dicatur non eſſe hanc viam mediam indifferentiæ, «
dicimus quod non oportet non huius medium offerre, qui de vtroque non poſ- «
ſumus dubitare, maximè cum poſſimus hanc viam iuſtitiæ ex aduerſariorum «
euidentiis ſuadere, & tantum ſit circa id quod cap. 2. facere promiſimus. «

Cæterum ne in tanto ſceleſtiſſimi Schiſmatis horrore obmuteſcere, & velut «
in bello conſtituti ſubterfugia quærere in animarum noſtrarum periculum vi- «
deamur; præſertim nos hinc mouente pietate negotij, illinc verò vrgente po- «
teſtate imperii cui nos contradicere non licet, non decet. Implebimus nunc «
tertiò quod ſupra propoſuimus, & viam nobis eligibiliorem ſaluâ ſemper pace, «
non in idipſum conſentientium apponemus. Vbi primo occurrit non tam la- «
xaro ore nobis fore loquendum, cum eis qui & noſtrum Papam non ſequuntur, «
& ſuum vt dicitur perſequuntur. Sed moderatiorem omnino eſſe linguam no- «
ſtram, vt illic obſeruetur obedientia debita vbi iuſtitia non negatur. Proteſta- «
mur ergo nos non intendere aliquam viam pertinaciter ſuadere, vnde ſtatui «
D. noſtri Bonifacij & iuſtitiæ ſibi acquiſitæ poſſit veriſimiliter derogari, ſed ze- «
lantes pro vnitate Eccleſiæ pro qua Dominus gloriæ crucifixus eſt, viam offe- «
rimus non tam pacis reformatricem quàm errorum in Eccleſia pullulantium «
correctricem. Quæ quidem via ſi de beneplacito D. noſtri Bonifacij & Eccle- «
ſiæ Prælatorum ac Principium Catholicorum poſſit fieri, foret via Concilij «
generalis. Et hæc certè via noſtro iudicio eſt aliis vuis & authoritate præſtan- «
tior, & vtilitate generalior, & pro vnitate efficacior. Non enim oportet pro «
iſtius viæ rationabili authoritate fundanda ciſternas quærere diſſipatas quæ «
continere non valent aquas ſapientiæ ſalutaris, aut coniecturis fantaſticis labo- «
rare, cum poſſimus hanc viam, in fonte viuo ſacræ Scripturæ noui & «
veteris Teſtamenti, & certiſſimis Hiſtoriarum experientiis copioſiſſimè reperi- «
re. Verum in ſacra Scriptura hæc via non tantum proponitur vt exemplum, ſed «
tanquam ſalubre & expediens iniungitur documentum. Docet enim nos Chri- «
ſtus in Euangelio, vt ſi peccauerit in nos frater noſter, primò ſecretè corripien- «
dus eſt, vt corrigarur, deinde ſi non audierit, adhibendi ſunt teſtes vt & erro- «
re confundatur: etſi nec tunc audierit, ad notitiam Eccleſiæ deducatur. Cum «
ergo per tot longos tractus temporis Pſeudo-Papa & ſui complices iuſtum Pa- «
pam non audierint, correpri non obedierint, teſtibus etiam adhibitis non reſi- «
puerint, quid iam reſtat iuxta verbum Chriſti, niſi vt dicatur Eccleſiæ, celebra- «
to ſupple Concilio generali, cuius Sententiam ſi decreuerint audire, iam cum «
Etnicis & Publicanis pars eorum computanda eſt. Quantæ autem authorita- «
tis & reuerentiæ apud SS. Patres huiuſmodi Concilia generalia tenebantur, «
patet ex hoc quod magnus Sanctus & Doctor Gregorius venerari ſe 4. Conci- «
lia generalia tanquam 4. Euangelia profitetur. Nec aliquem credimus dubi- «
tare quin hæc via dignitate, authoritate & factorum factis conformitate præ- «
cedat tam viam compromiſſi quàm viam aſſignatam duplicis Ceſſionis. Nec «
minus in aperto eſt quantum Concilij generalis præcellat vtilitas; ſi quis Eccle- «
ſiæ ſtatum conſideret vſquequaque. Quis enim finis huiuſmodi diſcordiis funa- «
libus vnquam erit? Niſi aduerſus huiuſmodi præſumptores qui pacem Eccleſiæ «
dirimunt, nouis decretis & opportunis remediis occurratur? quod per viam «
Ceſſionis aut Compromiſſi expeditè fieri non poteſt, ſed tantùm per viam Con- «
cilij generalis. Quis iterum non videat quantum noſtris temporibus periclite- «
tur Eccleſiæ fides, errores & hæreſes quos infelix temeritas quotidie parturit, «
quis enumerare poteſt? Quis auſus temerarios aduerſus Eccleſiam attentatos «
& oppreſſiones iniuſtas & ſcandala pelli faciliter poſſe de domo Domini arbi- «

» trabitur, niſi prærogatiua Concilij generalis ſuffragetur? Durum hoc & exe-
» crabile Schiſma fortaſſis Domino permittente ita introductum eſt, vt multi-
» plicatis ærumnis remedium generale requiratur.
» 3. Foret hæc via efficacior pro vnitate, tum quia virtus vnita fortior eſt
» ſeipſa diſperſa: tum quia veriſimile eſt in huiuſcemodi Concilio ad tam vtile,
» & tam præſens negotium congregato Spiritus ſancti gratiam non deeſſe, coo-
» perantibus eidem & pro eodem apud Deum interpellantibus orationi-
» bus, poſtulationibus, & cæteris vniuerſalis Eccleſiæ meritis & ſuffragiis
» vniuerſis, nonnullis etiam votis, ieiuniis, eleemoſynis, ac aliis piis devo-
» tionibus, circa id temporis, ſuaſis, inductis, & per Prælatos Eccleſiæ ſpecia-
» liter applicatis. Si animi .... deprecatio iuſti aſsidua, vt dicit fides
» noſtra, quantò magis, vt ait Boëtius, multorum preces cum rectæ ſunt, ineffica-
» ces eſſe non poſſunt? Præterea efficacia Concilij generalis non tantum valebit,
» abominandam illam quæ in præſenti eſt, reformare ſciſſuram, aut eam peni-
» tus abolere, verum etiam vt prætactum eſt, contra futuros morbos conſimiles
» nouis ſaluberrimis antidotis prouideret. *Sed difficilior*, inquiunt, eſt hæc via,
» eſto quod ſit in ratione facti. An ideo quia arta eſt via quæ ducit ad vitam, re-
» linquenda nobis erit? & via lata quæ ducit ad interitum, amplectenda? Attende
» finem, fructum conſidera, & iam non terrebit difficultas itineris. Vbi ſuper-
» abundat vtilitas finis, iuſtum eſſe videtur & congruum, vbi totius Eccleſiæ
» vtilitas agitur: vbi generale Chriſtianorum vertetur intereſſe, cooperetur
» modis quibus poteſt diligentia ſingulorum. Sed vbi inquiunt, tuto conue-
» niant? Certè hoc non eſſet difficile diffinire, cum vniuerſi pro reformatione ze-
» lauerint vnitatem. De conſenſu enim partium poteſt eligi locus, poſſunt & ſe-
» curitates idoneæ per vtriuſque partis Principes interponi. Nec enim Schiſma
» præſens radices habebit in Principibus cum viderint illud in Sacerdotibus ten-
» dere ad occaſum. *Sed timendum*, inquiunt, quia cum venerint, minimè con-
» cordabunt: ſicut de Cardinalibus ſupra timendum fore replicauimus. Non
» æqua comparatio. Veriſimile eſt enim Cardinales & illos maximè quorum frau-
» de dolo, aſtutia & inconſtantia tota huiuſmodi inſaniſsimi Schiſmatis ſcaturi-
» go proceſsit, ſemper vbicunque conuenerint, particulariter agere cauſam
» ſuam, prædictas intendere inſidias, moliri ne quidquid agitur, pro eis agatur,
» ſuſpicantes enim ſibi per diſcuſsionem ſcandalum naſci, verentur ex veritate ſi-
» bi diſpendium generari, præeligentes magis Eccleſiam ſcindi quàm ſe confundi.
» Non ſic certè, non ſic de aliis Eccleſiæ Patribus & Prælatis, qui ſibi huiuſmodi
» conſcij non ſunt, qui non ſuam ſed Eccleſiæ cauſam agere proponunt: qui
» nihil ſibi deperire poſita veritate ſuper candelabrum deprehendunt. Talis
» haud dubium, ſi contingat, intererunt plures certè feruentiſsimè adminicula-
» torum, qui ſolum Deum non hominem verebuntur. In generali ergo Concilio
» eſſet zeli ſinceritas maior & minor partialitas, & quod ſuper omnia eſt, gratia
» Spiritus ſancti cooperans efficacior. Ex quibus ſequetur finis fructuoſior & vti-
» litas generalior. Cur ergo non erit vis ſecurior? Cur non perfectior? Cæterum
» quoad difficultates alias propter quas Pariſienſes viam generalis Concilij poſt-
» ponendam eſſe contendunt, ſuperſedendum fore putamus, tum quia in parte
» ſoluuntur ab aliis: tum quia huiuſmodi ſolutiones ante tempus aperire, poſſet
» vt veriſimiliter credimus non paruum impedimentum præſtare, propter varias
» & exquiſitas inſidias eorum qui paratiores exiſtunt, Eccleſiam ſcindere quàm
» vnire: quin imo propter hæc & cæteros huiuſcemodi, & ſi quæ forte eſſent alia,
» ad quæ ſoluenda nihil in ſcripturis Canonicis, aut SS. Patrum Hiſtoriis vel
» exemplis expreſsè dictum aut definitum eſt, forent ſeniores Prouinciæ congre-
» gandi: nam vt dicit Canon, facilius inuenitur quod à pluribus ſapientibus quæ-
» ritur. Verus enim Repromiſſor ait Dominus, ſi duo ex vobis, vel tres in vnum
» conueniant ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet
» illis à Patre meo. Demum verò in hac via ſiue quæcunque alia inter literatos
» viros ſpeculatiuè diſcuſſa ad felicem practicam deducatur, neceſſe eſt inter
» partes mutuum intervenire Tractatum quem ante omnia conſulimus ordinan-
» dum; vt liquido poſſit conſtare ad quam pacis viam partes decreuerint conſen-
» tire. Et ſi in qualemcunq; viam conſenſerint, dũmodo per illam vnitas Eccleſiæ

ſalubriter reformetur, bene nobiſcum agitur, ad vnam viam vel aliam conſenſum partium non poſſumus extorquere. Nec ex zelo Contentionis aliquam viam diſcutimus, ſed gratia vnionis, ſi tamen in hanc viam Concilij Generalis conſentirent, & vnitati S. Matris Eccleſiæ ſine aliqua partialitate ſtuderent, ſperamus quod Eccleſia facilius ac felicius, firmius & fructuoſius vniretur: quia etiam à nonnullis purgaretur erroribus & nouis remedijs contra futura pericula muniretur. Hæc igitur, Illuſtriſſime Princeps & Pugil Eccleſiæ, pretioſè de Mandato veſtræ Circunſpectionis prælocuti ſumus, non duritia, non audacia, non cupiditate inanis gloriæ, non ſuperſtitioſa credulitate alicui ſententiæ adhærentes, quaſi niti vellemus magis pro opinione refellenda quàm pro Eccleſia vnienda, abſit, abſit vt tam inſobriè ſapiamus. Hoc tamen cupimus, hoc quærimus, hoc rogamus, vt ille qui facit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem, dignetur Eccleſiam ſuam ſponſam benignâ pietate reſpicere, & ſiue per vnam viam, ſiue per aliam, ad optatam reducere concordiam vnitatis. Nec miretur *Regia Celſitudo*, ſi hoc opus exiguum diminutum appareat, aut penitus impolitum: poſſumus enim allegare pro nobis & temporis breuitatem & ingenij paucitatem: nam ob defectum rei familiaris penè recessit de ſtudio ſcientia liberalis, ſed & ipſa breuitas indulti nobis temporis non permiſit, vt aliquod exquiſitum profundumve in tam alta materia dicere mus, altiora & ſubtiliora profunditatis indagini Patrum & columnarum Eccleſiæ ad quos de Iure ſpectat huius rei diſcuſſio; cum ea qua decet reuerentia, relinquentes. Deus author Pacis & amator ſemper conſeruet in proſperis veſtram Regiam Majeſtatem ad ſalubre regimen tam regnorum quàm Eccleſiæ in Concordantia Catholicæ vnitatis. Data in Conuocatione noſtra apud Eccleſiam B. Virginis Mariæ Oxonienſis de conſenſu Regentium & non Regentium ad hoc ſpecialiter celebrata. Die 17. menſis Martij an. Domini 1395.

Accepit etiam eadem Vniuerſitas circa idem tempus litteras ad ſe à Philippo de Alençonio datas Romæ 26. Martij, quarum hæc erat ſuperſcriptio.

Venerabilibus & Egregijs viris Rectori & Magiſtris famoſæ Vniuerſitatis Studij Pariſienſis Philippus de Alençonio Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis.

VIri venerabiles & Egregij Amici Chariſſimi, litteris veſtris per Dilectum & fidelem Domicellum noſtrum Guillelmum de Baillolio Exhibitorem præſentium nuper ea quâ decuit charitate ſuſceptis & perſpicaciter intellectis, gauiſi ſumus in Domino & in potentia virtutis eius, qui vos in proſecutione ſublationis huius Schiſmatis perhorrendi adeo ſua confortauit gratia quod propter nullum contrarietatis euentum, quantum in vobis fuerit, à proſecutione tam laudabili deſiſtetis. Circa quam reuera & nos ſimiliter curabimus non minus, quàm poterimus operari. Conſolati inſuper tantam in vobis fidelitatis, deuotionis & magnanimitatis conſtantiam dignis ſemper in Domino commendandam laudibus percepiſſe. Verum quia etſi cunctæ virtutes in ſtudio ſimul certent, ſola tamen perſeuerantia brauium accipit exoptatum, Dilectiones veſtras denuo confidenter requirimus, attentè petimus & affectuosè rogamus, quatenus ad & circa dictæ proſecutionis materiam & ipſius materiæ proſecutionem laudabilem fortes geratis animos & inuictos, quia Dominico aſpirante fauore & autoritate vobis per Celſitudinem Regiam & alios Sereniſſimæ Domus Franciæ Principes, vt indubiè de ipſorum Chriſtianiſſima ſerenitate confidimus, impendente auxilium, quod aduerſus vos huic ſancto propoſito nullus præualere poterit inimicus. Nec vos pœnitebit amore tanti communis boni incommoda, damna & aſpera plurima toleraſſe; quinimo quando Dominus dederit iſtis finem, eorum procul dubio meminiſſe iuuabit; & in ipſorum memoria tanto maiori mentium alacritate fruemini, quantò gratior eſt poſt naufragium portus & requies poſt laborem. Datum Romæ 26. Martij 3. Indict.

Eodem anno ipſa Vniuerſitas, ſeu Magiſter aliquis eius nomine ſcripſit ad Benedictum experiundi causâ poſtremò, num poſſet obſtinati viri animum flectere ad viam vnionis & Ceſſionis amplectendam, plurimaſque rationes in

ſuo Tractatu inſtat Epiſtolæ complexus eſt, vt viam iſtam ei ſuaderet. Ad vltimum verò minatus eſt Vniuerſitatem ab eo, ſi ſe flecti non ſineret, omnino receſſuram. Quanquam autem hæc Epiſtola videatur eſſe alicuius Magiſtri Pariſienſis, ſatis tamen intelligitur ipſam Vniuerſitatem illam perſcribi mandaſſe & approbaſſe, noluiſſe tamen tanquam à ſe factam publicâ authoritate munire. Legitur autem hoc opuſculum in eodem MS. fol. 258. videturque pars eſſe cuiuſdam maioris. Diuiditur verò in quinque Verba, quorum ſingula in particulas rurſum diuiduntur; quâ præmiſſa Diuiſione ſic rem aggreditur.

Epiſtola ad Benedictum.

Vnda dehiſcente, Pater, tempeſtatis nimium procelloſæ duo de viginti annorum iam curſu temporis accedente, Nauicula Petri non modo rimis ſemiſſis, ſed proræ partibus ab inuicem auulſis, contrarijs fluctibus agitatur. In cuius opus debitæ reparationis perſonæ veſtræ ſolertiam non iam Architecti fungentes officio diligentia prouida commendabat, hincque illius aſſumptionem ſubſecutā ad ſummum culmen Apoſtolatus & Nauis regimen principale veniſſe cœlitus pro Eccleſiæ neceſſitate cœtus fidelium dinoſcitur: at ...... ſe fama conferente latius diuulgata ſuper ſincera eiuſdem affectione ad Vniuerſalis Eccleſiæ vnionem, inde ſpem ſtatuens, inde ſementem, quia factum verbis in Eccleſiæ reformationem eiuſdem probitas celeri remedio compenſaret. Nunc autem miſerandæ relatus nouitatis & de recepta via præſentis Schiſmatis protelatiua, vel vt rectè dixerimus, continuatiua, Deuotorum proh dolor! euerberat aures & mentes concutit, admirationis pariter & mœroris extaſi conturbando. Eapropter, Pater ſumme, zelus Domus Dei nos rurſus commouet, verba prophetica nos incitant clamare, nec ceſſare, Doctrina nos vrget Apoſtolica inſtare opportunè & importunè ac clamores noſtros crebrius iterare, quoad exactis iam præambulis requiſitis à veſtra Sanctitate dependens Iudicium ſuccedat operis executiuum, Compromiſſi via pro tempore relegata, cuius pro nunc incompetentiam non exquiſitis argumentis, ſed re ipſa tam planè Dei opere tanquam efficaciter volumus demonſtrare, quo neminem latere valeat attendentem. Et hæc noſtra præſens Intentio pro quâ funditus ædificandâ currentis nunc materiam Schiſmatis à primæuis inchoando radicibus duximus explicandam, Acti per Nos Proceſſus efficaciam deſuper oſtenſuri. Verum quia ſcripta prius ſufficere non ambigimus beneuolis nec affectatis, hæc 4. vel 5. tantummodo verborum breui ſerie perſtringemus. Verbum 1. de Schiſmatis qualitate. 2. De noſtri qualitate proceſſus. 3. De qualitate viæ Compromiſſi. 4. De materia accedentis Iuramenti. Cui verbum 5. Intentiunis concluſiuum finaliter annectemus.

Concluſio fundata ex ſequentibus principalis pro debita præſentis ſtatus Eccleſiæ reparatione, ſeu verâ ipſius vnione & perfecta Schiſmatis remotione viam Ceſſionis vt nunc concludit neceſſitas & Compromiſſi viam Impoſſibilitas excludit. Pro qua concluſione Intentionis præſentis ratio hæc eſt effectualis. Quandocunque tale Schiſma eſt, quod ſine Ceſſione nequit remoueri, tunc ceſſio eſt neceſſaria, & Papa cedere debet: ſed nunc Schiſma tale eſt, Ideo Papa cedere debet, & ceſſio neceſſaria nunc exiſtit. Maior claritatis euidentia probationis ſcrupulum effugit; quia nemo dicet Schiſma permittendum vel non eſſe remouendum. Et Minor ex 1. 3. & 4. verbis ſequentibus luce clarius demonſtratur.

Effectus verbi primi, Præſentis Schiſmatis partes & diſtinctas vias earumque diſtinctionem radicitus explicare. Partes ſeu vias, Pater, moderni Schiſmatis doloroſi quatuor in Chriſti fidelium populo comperimus poſitionum inuicem diſſonantium aut diſtinctarum. Quarum 1. Vrbanum Papam. 2. Clementem. 3. Dicit neutrum eorum eſſe Papam. Cui 4. ſuccedit determinatè non innitens poſitioni: quam vocent Statum ſuſpenſiuum, tres viarum præmiſſas penitus dubitans, ſeu dubias pronuncians poſitiones. Quam viam etiam inter Partes extremas Computatorum incidiſſe non paucos contrarijs vtrinque rationibus & arduitate materiæ non ignoramus. Poſitionem ſuam, Vrbanus eſt Papa, via 1. ſuper Electionem & quaſi poſitionem per obedientiam continuatam diuerſis fundat medijs, quæ latius explicare non eſt negotij præſentis.

Poſitio

Poſitio 2. *Clemens eſt Papa*, ſupra 2. fundatur & liberam Electionem. Harumque probationes affirmatiuas minorum ambiguitate dicendo, *Vrbani* Electio fuit efficax, Clementis actio fuit efficax minus probabiles æſtimantes, hinc ad Concluſiones ſe potius transferunt negatiuas, vt Clementem tenentes, Vrbanum probent non eſſe Papam, & eius electionem non fuiſſe validam, quia metu factam. At Vrbanum tenentes vice verſa Clementem non eſſe Papam, & eius Electionem non eſſe validam, quia factam primâ ritè non caſſatâ, vel eius inualiditate nou debitè declarata: quorum etiam inſiſtere non cupimus diſcuſſioni.

Via 3. poſitionem ſuam, *Neuter iſtorum eſt Papa*, non tantùm cæteris probabiliorem, ſed actu perfectius aſſerit probatam, tres in hac parte, quibus etiam aſſentiunt tenentes ſtatum ſuſpenſiuum ponendo ſuppoſitiones.

Prima de præmiſſis poſitionibus duabus, quod ex vnius affirmatione poſitionis negatio ſequitur alterius: & è conuerſo, licet per oppoſitum ex vnius negatione alterius affirmatio non procedat. Et hanc ſuppoſitionem de ſe claram fundare videtur hypotheſis; quod poſſibile eſt ſic duas vel ambas, aut Electiones plures eſſe, vel fuiſſe inualidas, licet duas ſimul poſſibile non exiſtat. Vnde ſequi planum eſt, *Clemens eſt Papa*, ergo non Vrbanus: & è conuerſo, Vrbanus eſt Papa, ergo non Clemens; licet ex vnius negatione alterius affirmatio non ſequatur. Vrbanus non eſt Papa: ergo Clemens eſt Papa, vel Clemens non eſt Papa, ergo Vrbanus eſt Papa. Secunda ſuppoſitio iſtorum, quod citra Concilium Generale nullum Collegium, aut Vniuerſitas præter Collegium DD Cardinalium poteſt facere Papam. Cui 3. ſuppoſitio nexa, quod nemo præter ſummum Pontificem poteſt facere Cardinalem, ſeu poteſtatem tradere eligendi Papam. Et has duas ſuppoſitiones Iuris & Eccleſiæ Generalis videtur obſeruantia firmare.

Huius autem 3. viæ iuxta præmiſſa poſitio ſic fundatur. Iſte, iſtorum duorum non eſt Papa, Electo primo demonſtrato, & iſte iſtorum non eſt Papa, demonſtrato Electo altero. Ergo neuter iſtorum eſt Papa, ſequitur manifeſtè, Partem primam omnes rationes Clementis probant tendentes ad negatiuam, ſeu Vrbanum non eſſe Papam, concludentes & Partem ſecundam pari modo. Rationes Electi primi, quibus Clementem arguitur non eſſe Papam, ipſæque rationes vtrinque iuxta prætacta Poſitiones illas vlterius non probant, pro quibus adducuntur, quia ex vnius negatione alterius affirmatio, ſeu ad Vrbanum non eſſe Papam non ſequitur Clementem eſſe Papam, aut è conuerſo nullatenus procedit. Ideo per rationes, quæ pro duabus primis poſitionibus adducuntur, non illas, ſed poſitionem tertiam appatet clarius ſtabiliri.

Viæ 4. quam Statum nominant ſuſpenſiuum, quia poſitiuè, vt dictum eſt, non innititur poſitioni, fundatio talis comparatur, per negationem Partis rem fieri dubiam: & ſuper hoc facto Partes conſtat aſſerere contraria quam plura. Huic facto non concordato, ſeu dubio perſiſtente, cum ex facto ius oriatur, Iuris agnitio procedere non valet, ſed ex dubietate facti, Iuris dubietatem vel incertitudinem ſequi neceſſariò videtur, vt quis, an etiam aliquis duorum Papa ſit indubiè nequeat apparere propter iuris inſuper multimodas ambiguitates. Et hoc modo de Schiſmatis varietate pro Verbo 1. ad Intenti fundationem ſufficiat enucleauiſſe.

Effectus verbi 2. Materiæ præſenti Eubuliam de viarum numero dictionis ſufficientia fundate. Verbum 2 Iam, bone Pater, aſſumentes pro minus Inſtructis, quò plenius efficaciam capiant dicendum, duo cenſuimus præmemoranda. Primum in agendis magnis prudentiæ triplicem proceſſum quo viæ primitus, quibus res fieri valeat, inueſtigantur, quod Eubuliæ prope deputantur. Secundò quænam viarum ſit potius eligenda, cuius Iudicium Syneſi eſt attributum. Et 3. viam electam operi applicari, ſiue opus exequi velociter imperatur; quæ tria largo nomine Prudentia comprehendit, ſtrictè ſolam virtutem præceptiuam. Aliud, ne illorum lædatur opinio dictis vel dicendis, quod modo ſuſcepto ſtatui non ſingula videant conſonare, dicimus in præſenti nos talia ponere narratiuè, nec de Iure Partium hîc diſceptare, ſed pro nitente fundatione radicali diuerſas diuerſarum Partium diſcernimus adhæſiones

& ſchiſmaticas dubietatis, quas prorſus extirpari cupimus, & omnes Chriſti fideles reduci pariter ad Eccleſiæ conſonam vnionem. Huic itaque, Pater, variæ multiplicati præſentis Schiſmatis deteſtandi diu iam quantum in nobis erat, finem debitum procurare viſcere tenus affectantes, Sereniſſimi dehinc Principis & Patris noſtri Caroli Regis Francorum attendentes deſuper mandato, noſtras in hoc adaugere vires & totas cordium ſollicitudines decreuimus applicare, ac deſuper penſantes quanta maturitate quantoque digeſtionis pondere foret in materia tam ardua procedendum non præproperè, tandem normam in hoc prætactam moralis ſuſcepimus diſciplinæ iuxta rerum qualitates & circunſtantias Eubuliæ primitus inſiſtentes ſeu viarum Inquiſitioni ſicut & diligentiæ Regiæ mandatum expoſcere conſonè videbatur, dehinc Pater ad ſyneſim, ſeu eligibilitatis Iudicium procedentes pro ipſius aſſequentis Miniſterio perceptiuo factas exhortationes antea veſtræ ſufficere credimus Charitati.

Circa Eubuliam quippe quò rem breuiter ſed radicaliter, vt cœpimus, explicemus, vias tres ſufficientem fundare cenſuimus diuiſionem, vt cum illis vel earum altera nullatenus coincidens alia dabilis non reperiatur talis ſub effectu tenoris. Controuerſiam babens aut ius ſuum relinquere vult, aut vult proſequi. Et hoc dupliciter, vel coram Iudice ordinario, vel coram Iudice conſenſu partium conſtituto. Quam diſtinctionem breuem iuxta prius ſcripti tenorem pro Eubuliæ fundatione radicali, membrorum ſubdiuiſione libet præciſius explicare, intelligentiæ reſolutionem inſuper adijciendo. Quoniam omnis Controuerſiam habens rem aut Ius relinquere vult ſeu retinere. Si vult relinquere, tunc viam Ceſſionis coincidere dico, eo quod ipſa hoc membrum non claudit indiſtinctè, quia rem vel ius relinquere quis poteſt deſerendo tantum ſeu proſecutionem obmittendo vlterius Iuri ſuo non renunciando, quo caſu ceſſio non eſt: vel relinquere poteſt cum hoc Iuri ſuo non renunciando, & ſic eſt Ceſſio. Si verò Controuerſiam babens rem vel Ius vult retinere, hoc eſſe poteſt. Ius ſeu controuerſiæ terminationem proſequendo, vel non proſequendo. At ſi proſequendo, boc vel coram Iudice habente poteſtatem Iuridicam Ordinariam, vel ſuper Ordinariam. Et ſic eſt Concilium Generale, vel coram Iudice habente à partibus traditam poteſtatem. Et ſic eſt via Compromiſſi, vt pariter Arbitrium comprehendatur, quoniam aliàs ſubdiuidendo quoad poteſtatem Arbitrium mixtum diceretur. Si non proſequendo quis vult rem vel Ius retinere, hoc eſſe poteſt vel potentia ſeu via facti, vel poſſeſſionis quæ etiam facti dicitur, ſuis caſibus Iure validata.

De his itaque membris, quia tria ſunt non terminatiua controuerſiæ, illis relictis manent reliqua controuerſiæ terminatiua. Membrum quidem illud quo eſt *Ius relinquere* deſerendo tantum & Iuri non renunciando, non ſufficit in materia præſenti; quia licet aliàs pro derelicta rem habendo, vel non habendo ſeruitutem quis amittat, tamen Papa exiſtens ſi Papalem dimitteret adminiſtrationem de facto abſque renunciatione, non deſineret eſſe Papa. Inſuper alia membra quæ ſunt non proſequendo, via facti vel poſſeſſionis, retinere ad controuerſiæ terminationem non procedunt: ideo ſicut præmittitur pro determinatione claret membra cætera remanere, videlicet Ius relinquere renunciando, & ſic Ceſſio; vel non relinquere terminationem proſequendo coram Iudice habente poteſtatem Iuridicam, & ſic Concilium Generale, vel coram Iudice babente à partibus traditam poteſtatem; & ita via Compromiſſi. Et hinc, *Pater*, attendere licet non fictitia diuinatione, ſed realis Inquiſitionis efficacia Nos in viarum Eubulia & earum poſitione proceſſiſſe.

Vias autem intelligimus non prorſus de termino ad terminum, ſeu ad finem vltimum contingentes: ſed vias hoc eſt media vtilia, ſeu valentia ad finem conſequendum. Qua de re compromiſſum non in toto ſuo ambitu vel ſui natura, ſed certis tantum caſibus & modis materiæ præſenti congruens inter vias etiam enumeratur, quod aliquo caſu valere poſſit aut poterit ad negocij terminationem.

Item viarum non modo repugnantem intelligimus diſtinctionem, ſed membrorum in caſu compatibilitatem, quæ viarum coincidentem pluralitatem

pôſſibilem effectualiter includit. Vnde ſi præcisè ſermocinalis ſcientiæ dicendi modo foret in hac mareria loquendum, ... nunc verbo ..,.... non huic nouum eligibiles connectendo, quod tres viæ nunc ſunt eligibiles, admittere, nihil inconueniens cenſeremus, hoc eſt, vt groſſius ediſſeramus, quod tres vias eligibiles poſuimus eo quod quãuis earum aliquæ aliquo caſu eligibiles ſeu eligi ſibiles inueniretur, nun quælibet illarum foret in caſu quolibet eligenda, ſeu ordine petuerſo & contra dictamen rectæ rationis quocunque caſu vel tempore aliqua illarum eligeretur, ſi & dum pro altera eligenda, perſonarum, rerum, locorum & temporum circumſtantiæ rationabiles conuenirent. Et hoc planum cuilibet intelligenti.

Poſt viarum Eubuliam, Pater ſumme, taliter exquiſitam in ſcriptis, vt veſtra nouit diſcretio commendatam, ad ſyneſim nos vt prætangitut, & iudicium deſcendimus electiuum, inter vias pro nunc quænam ſit eligibilior diſcernentès proceſſu media iungendo materiæ competenti, pro miniſterio prudentiæ præceptiuo, quod à veſtræ Sanctitatis dependet arbitrio factas exhortationes hactenus ſufficere recenſentes.

Effectus verbi 3. Compromiſſi incompetentiam & pro nunc impoſſibilitatem rei ſeriæ radicali præciſiui declarare. Ad membrum tertium, mœſti, Pater, procedentes corde reuolutis ſcandalis, quæ niſi diuina pietas adſpiret, veſtræ probitatis requiſita ad id prudenria intercedenre in promptu metuimus ſubſequutura. Præſentis cauſæ finem duplicem conſideramus, ſcilicet propinquum, qui eſt Schiſmatis amotio, & finem vltimum, qui eſt Eccleſiæ prouiſio debita de Paſtore, ne corpus acephalum maneat, vel duo habens Capira monſtruoſum, finemque propinquum nunc medium neceſſarium ad finem vltimum debitè contingendum. Dehinc duplicem quoad finem propinquum præſentis Schiſmatis penſamus ſubſiiſtentiam vel effectum. Primum in ſpeciali, quo ad originem vel ſubſiſtentiam in perſonis ſpecialibus à quibus oritur, ſeu à Contendentibus de Papatu. Secundum, effectum ſiue ſubſiſtentiam generalem, prout in generali Eccleſia ſeu fidelium communione ſubſiſtere comperitur, qui vt præſcribitur, in vias 4. ſeparatur. Et quia planum eſt Schiſmate in ſpeciali quantum ad perſonas à quibus oritur, concordato non binc ſequi generalem Scbiſmatis ablationem, quod in cordibus hominum eſt radicatum & aduerſis obedientiis diutius confirmatum. Ideo neceſſe eſt tali modo delere Scbiſma in ſpeciali, vt in Eccleſia generali, ſeu fidelium communione ſaltem omnimoda, ſeu quo ad omnes vias in genere deletio Schiſmatis apprehendarur. Et dicimus ſaltem quoad vias in genere, quoniam hoc certum conſtat, & in hac materia ponderandum, non tantum partes gregis numerum continentes, ſed etiam ad ouile, ſi fieri poteſt, oues fore ſingulas reducendas, cum talis inrer illas acceprionis differentia non ſubſiſtat, quin reddere rationem Paſtor de omnibus & ſingulis teneatur.

Et binc ad materiam ſpecialiùs accedentes intenti noſtri triplici radice diſponimus efficaciam demonſtrare, ſcilicet viarum vtrinque deſuper expreſſarum & accidentis inſuper ſubſecuti, ac rei & ſtatus aſſumpti qualirate. Quoad radicem primam viarum qualitatem, via Compromiſſi, ſicuti prætactum eſt, non in toto ſuo ambitu vel natura ſui, ſed certis tantum caſibus & modis ſibi locum vindicare poteſt, in materia præſenti, de quo iam latius & præciſius explicuiſſemus, ſi eligibilitatis ipſius caſum rerum circumſtantiæ protuliſſent. At nunc caſu contrario extante venit contrarium declarandum, ſed & generalitatis incompetentiam, Pater, libet præſignare, quò planius ex ignorantia vel malitia voluntaria procedere conſtet viam Compromiſſi pro nunc, ſi qui ſunt veſtræ Beatitudini perſuadentes. Compromiſſi quippe bæc inter cæteras conditio repetitur, quod pactione ſeu conuentione partium procedit, & ejus Sententiæ metu pœnæ ſtatur. Et hinc aliaque eius ſententia tenet, non etiam æqua, licet in caſu contra ius lata reſcinderetur. Iuxta quas conditiones clarè valet non in toto ſuo ambitu ſeu generaliter Compromiſſum buic materiæ conuenire: quoniam iuxta conditionem primam, et ſi in caſu de ſpiritualibus in Clericos compromittatur. In oppoſitum ſtar generaliter, quod in bis non ſolum pactio, ſed etiam conuentio prohibetur. Quoad ſecundam conditionem, pa-

Retrobatur via Compromiſſi.

lam eſt illam in hac materia generaliter procedere non poſſe, cum meram requiram æquitatem, eo quod in inſtanti aſcenſus Succeſſoris Petri in Chriſti Vicarium electi ſibi deſuper conferri pleni Vicariatus in terris ſupponimus poteſtatem, quæ in vim actus iniqui ſeu ſententiæ iniquæ non vtique conferretur.
3. Ad id materiæ arduitas concludit, quoniam matrimonij cauſa intuitu Sacramenti, & etiam cauſa libertatis pro magnitudine non ſubiacent compromiſſo, ſed maiorem iudicem requirunt, ideo fortiori vtique ratione, hæc cauſa ſtatus Vicarij Chriſti, quia cæteras arduitate & magnitudine præcellens à Compromiſſo eximitur, & maiori debet iudicum ſententiæ ſubiacere. Et ita Compromiſſum ſui natura claret, & inſuper ob caſus arduitatem non in toto ſuo ambitu præſenti materiæ conuenire, quod fuit nunc probandum.

Poſt hæc ad Compromiſſi præſentem incompetentiam nos conuertentes luce clarius demonſtrandum hanc prætactam ponimus concluſionem. Via Compromiſſi pro nunc, ſeu rebus & rerum circunſtantiis, vt nunc ſe habentibus pro debita ſtatus Eccleſiæ reparatione, ſeu pro vera & perfecta Eccleſiæ vnione ac præſentis Schiſmatis remotione, eligibilis vel eligi poſſibilis non exiſtit. Vel ſub breui ponimus tenore. *Per viam Compromiſſi pro nunc*, ſeu rebus vt nunc ſe habentibus vera vnio Eccleſiæ & præſentis remotio Schiſmatis nequit adipiſci. Hanc Concluſionem Dei opere, talis efficacia baſis nunc volumus ſtabilire, vt probationem eius Catholicus intelligens indubiam cenſeat & efficacem. Et licet de rerum circunſtantiis concluſio tangat, in hac probatione tamen longas nequaquam vel diſtantes rerum circunſtantias, ſed rem planam tantummodo, ſeu cuique notam rei ſeriem aſſumemus.

Ecce res de qua ſermo. Eccleſia quæ eſt fidelium Communio, Schiſma præſens, diuiſio vnionis ipſius Eccleſiæ, & vnio in materia præſenti refertur ad vnitatem capitalem Vicariatus Chriſti, & vnicæ obedientiæ Communionis fidelium ſub illo conſtitutæ. Et quamuis hic de materia Schiſmatis non abſonè plura tangi poſſent, tamen hæc quæ ad intenti neceſſitatem faciunt, pertranſimus. Vnum porro pro materiæ intelligentia radicali cenſemus minoribus attendendum. Cum ex parte vna, quoad ſtatum Vicariatus Ieſu Chriſti talis diuerſitas comperiatur, quod de facto duo ſunt, quorum quiſque Chriſti Vicarium ſe affirmat; & ex parte alia quo ad ſtatum Communionis Chriſti fidelium, talis multiplicitas, quod alij, quis illorum ſit Papa, hæſitant, alij an aliquis illorum, alij diuerſas habent deſuper opiniones & adhæſiones, alij contrarias & aduerſas. Ideo ad debitam præſentis ſtatus Eccleſiæ reformationem prorſus neceſſarium eſt à rebus præſentibus, vt nunc ſe habentibus tali modo procedere, ad vnici Vicarij Chriſti ordinationem, vt duorum conſideratione ſtatuum veritas & vnio habeatur, & error ac diuiſio repellantur. Nec per ſe ſufficit aliquod iterum, ſed vtrinque ſimul neceſſarium exiſtit huius intelligentiæ ratio. Dato quod in ſtatu Communionis fidelium omnes hæſitationes Schiſmaticæ & diuerſæ, vel contrariæ adhæſiones in vnam adhæſionem reducerentur, ad credendum firmiter aliquem Papam ſeu Vicarium Chriſti, qui non eſſet. Hæc vnio quoad ſtatum Communionis fidelium non ſufficeret quâ nouus error in Eccleſia produceretur. Quoniam ab efficacia Vicariatus dependentia falſa forent & inualida ab illo collata qui Vicarius non eſſet. Et ita non ſufficit vni quoad ſtatum Communionis, ſed veritas etiam exigitur, quoad ſtatum Vicariatus: quæ è conuerſo quo ad ſtatum Vicariatus per ſe non ſufficeret; quia dato quod vnicus verus eſſet Chriſti Vicarius, ſed Communio fidelium nullo modo crederet vel teneret eum eſſe Papam, tunc rurſus inter Vicarium & fidelium Communionem diuiſio ſchiſmatica remaneret, & ſic neutro per ſe ſtatus Eccleſiæ debitè reformaretur.

Et iſtud nunc clarum putamus fideli cuilibet intelligenti. Et hinc ſi formamus rationem, ſine his duobus, vtriuſque ſtatus intuitu, debita fieri nequit ſtatus Eccleſiæ reformatio. Et ita eſt, quod hæc duo per viam Compromiſſi non poſſunt obtineri. Igitur per viam Compromiſſi fieri debitam ſtatus Eccleſiæ reparationem poſſibile non exiſtit. Huius pars prima nota. Secundam rei ſerie radicali nunc volumus declarare. Verum de efficacia vel inefficacia Compromiſſi, quo ad Papæ ſtatum aut Electionem, hic præciſè non diſcutimus, ſed de

Digitized by Google

ipſo, quia non ſui natura & in toto ſuo ambitu materiæ competit; ſi eligibilitas caſus obtuliſſet, latius vt præmittitur, explicuiſſemus. Inde iuxta 2. ad huius partis probationem nos transferimus, quod per viam Compromiſſi vera Eccleſiæ vnio nequit adipiſci, ſiue præſens Schiſma perfectè remoueri, pro qua præmiſſorum quædam hîc veniunt attendenda. Et quod de Ceſſione pariter atingamus, dicimus hac forma. De via Ceſſionis ſic eſt, quod per eam Schiſma quoad effectum generalem, & quoad omnes vias in genere, ac etiam quoad perſonas ſingulas in ſpecie tollitur vel tolli poteſt; intelligendo finem vltimum proiſionis debitè ſecuturum. Et ita de via Compromiſſi, quod per eam nec quoad perſonas ſingulas in ſpecie, nec quoad vias omnes in genere Schiſma poteſt remoueri. Ideo per viam Compromiſſi non fieri perfectam Eccleſiæ vnionem, & Schiſmatis ablationem ſequitur euidenter. Et hîc licet Eccleſia ſit fidelium Communio ex perſonis ſingularibus conſtituta, non tamen pro intentionis noſtræ fundatione ſtrictè vnionem capimus & diuiſionem ad perſonas ſingulas referendo, ſed tantum diuiſionis vel Schiſmatis partes in genere recipimus inuicem differentes, vt omnes perſonas eiuſdem, opiniones ab alia differentes partem diuiſionis aut Schiſmatis nominemus. Vnde & hoc modo de vnione & diuiſione, ſeu de vnionis aut diuiſionis partibus loquendo, dicimus quod Eccleſiæ vnio, ſeu quod in ea non ſit diuiſio, non poteſt fieri per viam Compromiſſi. Et pro his tenor verbi. 1. memorandus.

Aſſumptum verò iuxta præſcripta plana rei euidentia declaramus conſtitutis, verbi gratia, quibuſcunque Compromiſſariis & quotcunque. Vel iuris tantum ad inquirendum de Iure partium, & deſuper pronunciandum vel vterior poteſtas à partibus tradita dicetur: ſed quodcunque dicatur, per id Schiſma totale in genere viæ tertiæ patet nullatenus remoueri: quia Ius non habens, Ius tradere nequit, aut poteſtatem Papam eligendi: & radice pari de genere viæ quartæ Schiſmatis præſentis quanquam per tales ageretur, æqua dubietas perduraret, cum iuxta præſcriptas ſuppoſitiones citra Concilium generale, nec Papa ab aliis quàm à Cardinalibus, nec Cardinalis ab alio quàm à Papa fieri valeat aut ordinari. Vnde vtrinque ex dubietate ſtatus creantis dubietas ſequitur ſtatus Creatoris, & è conuerſo. Hincque ſi noui vel ab altero illorum creati Cardinales Compromiſſarij ſtatuantur, par ſequitur effectus. At ſi antiqui Cardinales indubij ſtatus aſſumantur, idem quoad effectum Compromiſſi cum tanquam Compromiſſarij non haberent niſi traditam à partibus poteſtatem. Verum ſi quis vlterius in hoc cenſeat adjiciendum, quod cauſa vel caſu qualicunque via ceſſante Compromiſſi, viæ ordinariæ officio proprio in negotio procedant, vt ſi non teneat quod agitur ex vi compromiſſi via debita perficiatur, id prorſus impoſſibile non cenſemus. Claret igitur ſi quem iſtorum dictent Compromiſſarij, Ius habere Schiſma viæ tertiæ nullum habere Ius ponentis, & etiam viæ quartæ, hoc dubitantis, nullatenus remoueri, quæ per Ceſſionem ſi nullus Papa dictetur, penitus quietabuntur. Sed & pro viis extremis in hoc Ceſſio neceſſaria exiſtit: quia ſi quem Ius habere dictarent aduerſa obedientia diuturna adhæſione radicata nec illum crederet, nec ei mentaliter adhæreret.

Vnde Pater, de tractatu cum aduerſario deſuper ineundo, qui ad Iuris Ceſſionem vel recognitionem ab altero alteri faciendam tendere videretur, non minus in hoc tactum inconueniens procedit. Quoniam nullo ius habente iuxta viæ tertiæ poſitionem, nullum ius tradere vel credere poſſe ſequitur conſequenter; & ita etiam, in via quarta par dubietas remaneret. Sed in duabus viis primis alterius inſuper adiectio ponderis accedit, quod ſi huiuſmodi tractatu aduerſarium Paternitati veſtræ Ius credere vel recognoſcere ponamus, non hinc ſequi veriſimiliter Principes & populum longa diuturni temporis adhæſione in parte contraria radicatos ad veſtræ dominationis obedientiam acceſſuros, ſicut id conuerſo caſu de Principibus & populo Galliæ non veriſimile putaremus. In ......, Et præmiſſorum effectum cum ſequelis, non tantùm in Iure Papali, ſed in omnibus actis vi præeminentiæ poteſtatis, quæ non eſſet valida ab vtraque parte, ſicut nec vtrumque eſſe Papam quælibet pars agnoſcit, cenſemus attentius conſiderandum, vnde non cedendo Schiſma remanſurum claret & ſcandalum oboriturum.

De via Concilii Generalis.

At nunc aliam Generalis intuitu Concilij ſuper neceſſitate Ceſſionis apponimus oſtenſionem, cuius is tenor effectualis; quod abſque via Ceſſionis non eſt poſſibile Schiſma perfectè & iuridicè per *Concilium generale* nominari. Et hîc vice maioris de ſe notæ trimembrem ponimus attentionem. Membrom 1. quod ab inæqualitate Iuris & documenti Iudicum procedit. Cuius ratio, quia par potentia non ſufficit rem mouere, *Par in parem Imperium non habet*. Vnde id etiam commodum poſſidendi, quod in cauſa pari ſeu æquè forti poſſeſſor non amouetur: ſed exiguntur ad ipſius expulſionem aduerſarij validiores. 2. Quod per negationem partis & contrarias aſſertiones res fit dubia de Iure: & quia non ex aſſertione ſimplici, ſed ex probatione iudicij firmitas fundatur. Ideo vno probante & altero deficiente vt ſit inæqualitas iuxta prætactam attentionem pro eo qui probat, iudicium ſtabilitur. 3. His nexum, quòd ex facto & facti qualitate Ius oritur à quo iudicium probatione intercedente per inæqualitatem in apparentia ſeu documento: quia ſi & quando pro duobus electis eſt apparentia, certum non valet iudicium explicari ius hæc de ſe clara intelligenti. Quibus loco maioris poſitis pro minore viæ quartæ præſentis Schiſmatis prænotatum adjicimus tenorem in negotio præſenti ſuper facto à quo Ius dependet, vtrinque partis negatio reperitur & contrariæ ſunt aſſertiones. Ideoque facti dubietas ex dubietate facti Iuris dubietas conſequenter, ad hoc non tantùm in ſimplici aſſertione, à qua dubietas vel ambiguitas procedit, contrarietas reperitur, ſed etiam in probatione ſeu his quæ deſeruiunt probationi, à qua iudicium dependet, vt in hoc de apparentiæ inæqualitate nequeat conſtare. Vnde ſupra dubietatem perplexitas aggregatur, quoniam ſuper facto negotij præſentis tam vocalis aſſertionis partium quàm Scripturæ, ſeu inſtrumentorum inuicem diſſonantium contrarietas reperitur. Inde cum ex contrarietate ſimplicis aſſertionis tantùm eſſet facti dubietas vel ambiguitas, iam explicationis contrarietate ſuper ſententia profetenda dubia perplexitas & perplexa dubietas generatur, quæ certum iudicium non admittit.

Igitur iuxta maioris præmiſſæ tenorem cum per negationem partis, ſeu ex contrarietate aſſertionum dubietas facti & hinc Iuris conſequenter, & ex contrarietate probationis dubietas Iuris proferendi & perplexitas neceſſariò ſequatur, claret etiam Concilium generale ad partis alicuius declarationem & determinationem Iuris certam pertingere non poſſe, quin per alterius probationem partis infirmaretur, vel ſaltem ambigua redderetur. Ideoque vitandæ ſententiæ ambiguæ causâ & ſopienda huius perplexitatis neceſſitas ipſum Concilium vrgeret indicere Ceſſionem. Quod licet de ſe planum ſit, nunc volumus declarare. Pro cuius effectu notam illam iungimus Gloſſatorum Decreti in hac parte non minimè ponderandam, quo efficax procedit ratio confirmatiua, pro maiori ſtatuentes. Cum timetur ſcandalum, vtraque electio eſt caſſanda. Cui iungimus minorem; ſed nunc ſcandalum timetur: igitur vtraque caſſanda: & ſic effectus Ceſſionis. Minor autem, quod nunc ſcandalum timetur, vt apparet nimis proh dolor eſt in Dei Eccleſia manifeſta, vt non iam Eccleſia ſcandali futuri metu, ſed præſentialiter applicati triſtitiâ miſerabili conturbetur.

Cum itaque, Pater bone, quatuor viarum Schiſmatis ſupra deſcriptarum, quarum arduitate materiæ & contrariis vtrinque rationibus, quarum plures nos metuere tetigimus incidiſſe, vix ab vna per Compromiſſi viam adhæſio Schiſmatica valeat extirpari, iam claret manifeſtum per eam viam non veram fieri Eccleſiæ vnionem, ſeu partium Schiſmaticarum in vnum reductionem, quod nunc cepimus declarandum.

De Iuramento in Conclavi facto.

Effectus verbi 4. *Impoſſibilitatem pro nunc Compromiſſi & rei feriæ accidentali Clauſula intelligentiam confirmare.* Poſt hanc poſitam Concluſionem, Impoſſibilitatem Compromiſſi fundamentalem rei feriæ declarantem, duas rurſus impoſſibilitates tenere iuramenti comprehenſas, ne prorſus materia taceatur, deſuper applicamus ſic, in fundationem impoſſibilitatis eius efficacem triplicem rationis funiculum inconfringibilem contorquentes.

Attentio prima veſtræ Paternitatis & Confratrum DD. Cardinalium authoritate pariter adaptare: quid hoc nobis & rectè ſapientibus conſtat vni-

uerſis Dominorum venerabile Collegium illicitum iurando Dei nomen in vanum, & mendaciter vtique non aſſumpſiſſe: hincque ſiue meliorem, ſiue minus bonam, ſiue primò, ſiue vltimò, ſeu poſt alias acceptandam Ceſſionem, viam ſaltem bonam & licitam veſtræ Paternitatis & venerabilis authoritati Collegij concludimus ſupponendum. Et ſi hæc ſcripta per Nos non ſtabilirent quæ ſufficere non ambigimus fidelibus Orthodoxis.

Attentio 2. quia rem deſerentes verborum corticem acceptantes falſarij, perſuaſores, veritatis attentio ne tem oſtenſuri corticem volumus & obfuſcatiuam intuitus nigredinem remouere partem quidem Iuramenti verbalem non realem acceptantes Dictionem, *Vſque*, notare terminum proferunt: & hinc aliorum perſiſtentiam, vel proceſſum; ſicque ſermonem aſſumendo, rem de qua ſermo, derelinquunt. Verum ſtante talis dictionis, *Vſque* proprietate rem captantes, & rei ſeriem vt caſum partialem & hinc falſum remouentes totalem & verum aſſumamus, non hunc caſum dicimus in capite vici vtrinque obſtructi conſtitutum promiſiſſe per vicum ſe proceſſurum etiam vſque ad terminum extremum, quoniam hoc caſu, non dictionis *Vſque* proprietas, aut efficacia, ſed res ipſa faceret neceſſariò vici partem primam ante ſecundam & ſecundam ante tertiam pertranſire. Sed hic inter ſocios iter arrepturos de via multiplici facta mentione, ipſi Ducem itineris conſtituere decreuerunt, hoc condicto, expreſſione & promiſſione cuilibet ſingulari quod ea via procederet: quia Societatis pars maior dictaret eligendam, etiam vſque ad viæ ſignatæ, vel nominatæ receptionem, quæ forte aſperior, aut difficilior æſtimabatur, hiſque itinerantibus in capite triuij conſtitutis, per maiorem partem vna viarum dictata eſt concorditer eligenda, per quam melius reputant ad locum pertingere deſtinatum. Et nunc illam Dux itineris renuit acceptare. Et hic caſus, Pater, patet non tantum verbaliter, ſed rei euidentiâ, tenoris integri & realis.

Sed hinc ad verba tranſeuntes quò Sophiſtriæ pueriles ſcorbem detergamus, cum prius etiam in hac parte iugabili ſimilitudinis competentia proloquamur non apertæ definitionis aut deſcriptionis, ſed à tota formaliter arguendum. Vnde cum ex proprietate termini *Vſque* vias alias præcedere debere proferunt, minorem in modum reſponſionis prænotatæ dicimus ab hac ſola enunciationis parte non argui ſufficienter, ſed ex integra arguendo partem reliquam addendam, vt ſic dicatur, ad viam quantuncunque rationabilem acceptandam etiam vſque ad viam Ceſſionis, quilibet ſe adſtrinxit, & hoc dictamen maioris partis Conſilij Dominorum, & vlterius eorum dictamen actum eſt, hanc viam non primò ſed aliam acceptare. Igitur alia ex vi promiſſionis prius venit, ſic ſic, Pater, à tota ſeu integra definitione, id eſt promiſſione non à parte rei effectus vtique concluderetur, & in hoc dictionis *Vſque* termino puerilem ambigimus Sophiſtriam & veſtræ Paternitatis intentum de via Compromiſſi cum vero ſuppoſito reipſa concludimus impoſſibile manifeſtè, promiſſionis etiam tenor is eſt, quòd via acceptetur dictamine, ſeu conſilio maioris partis Dominorum, ſiue illa quam maior pars dictauerit Dominorum; huic verum iungimus id ſupponentes quod DD. Cardinales qui viam Ceſſionis dictauerunt eligendam, contra factum proprium non venient viam aliam decernendo, quod etiam promiſſionem efficacia non conſonaret. Igitur hoc ſuppoſito veſtra Paternitas ex proprio tenore promiſſionis implenda dictamen Dominorum iuramentum ſeruando ad alterius acceptionem viæ conſurgere vel attingere non valet. Et hæc non minus pro neceſſaria rei monſtranda veritate quàm pro debili Sophiſtria detegenda, ſic libuit declarare, quod ex integro tenore Iuramenti neceſſitas Ceſſionis ſequitur & impoſſibilitas Compromiſſi.

Attentio 3. de cæteris coloribus euaſionis, quod viam Ceſſionis dicant non Iuridicam, ſed ſcandaloſam & aliàs non practicatam ſed refutatam; de quibus friuolis ad exigentiam materiæ hîc eloqui veremur, quis enim de ſimili dicere caſum ſimilem non veretur, cui parem conſtat hactenus non inuentum; qui etſi ſimilis foret ex non facto refutatum arguat aut non fiendum? quis inſuper ſanæ mentis illa negare præſumat, quorum ſeriem & effectum ſcriptura dictante nouis quilibet inſtructus? quis demum non exalbeſcat Iudicio fuſcato rationis actum pariter & exemplum charitatis? Ceſſionem dico, ſcandalum nominari,

ſanè hæc fundamento carentia non falſi notam ſolam, ſed crimen hæreſeos continere non eſt ambigendum.

Verum his quia falſis falſa cumulando colorem alium deſuper appingunt ab ea conditione generali quo pacto & promiſſis Iuris expreſſione tradita comperitur, quam ad illa quæ contra bonos mores ſunt vel illicita talia iuramenta nullatenus ſe extendunt. Cuius intelligentiæ ſanè non credimus contradicendum, ſed ex præſumptis claret & prius ſcriptis Ceſſionis viam ſæpè dictam, nec contra bonos mores, nec illicitam cenſendam. Et in hoc falſarios attendere volumus perſuaſores aliud de promiſſis pœnâ vel humanæ Inſtitutionis dictamine validitatis, & aliud de promiſſo Iuriſiurandi religione & Dei teſtimonio confirmato, de quo dicitur, omne ſeruandum eſſe quod in æternæ ſalutis interitum non vergit, & ſic id capere dictum ſicut intelligit cui iuratur. Quæ duo veſtræ Paternitatis conſcientia reuoluat.

Demum Pater in huius rei efficaciam adijcimus vltimatam, dato adhuc ſecundum inſtigationem falſigrapham Perſuaſorum, quòd via Ceſſionis minus bona eſſet, vel etiam malum aut inconueniens contineret, dummodo in æternæ ſalutis interitum non vergens, nihilominus accedente Iuramento pro meliori neceſſario concluditur acceptanda, vt ſic veſtræ Paternitati duplex, cui ſtatim tertiam annectemus, acceptationis viæ Ceſſionis neceſſitas incumbat: pro cuius efficacia veritatis, licet authoritas ſufficiat præſumpta de omni ſeruando Iuramento præter id quod tam mendacium quàm periurium contra diuinum noſcimus præceptum, & inter genera mendaciorum magis deteſtandum quod Religionis materiam concernit, & præter id quod periuri, infames & velut homicidæ reputantur. Hoc amplius vrgent præter hæc quod ceſſante neceſſitate Eccleſias regere non merentur: & quod in maiores tranſgreſſio Iuramenti tanto grauior & grauius dictatur vindicanda, quantò maiori præeminent dignitate, & eorum exemplo facilius alij poſſent ad ſimilia prouocari. Quibus quid ſequitur, veſtra Paternitas concludat, in effectu claritatem adijcimus prænotati, quod etiam in bis quæ lege orthodoxa prohibentur, vtpote vſuris, Iure iurando intercedente iubetur Deo reddere iuramentum. Et ad hæc Gabaonitas ob ſolam religionem Iuramenti contra iuſtum præceptum & Imperium Domini reſeruatos: quod in hac materia non minus ponderandum.

Et hæc de Efficacia ſufficiunt obſeruantia Iuramenti, ſed pro minus inſtitutis ad radicalem Intelligentiæ materiam verbum modicum cenſemus inſuper reſoluendum, iuxta prætacta dicentes, quòd ad obſeruantiam Iuramenti veſtra Paternitas non tantùm efficaciter obligatur, ſed inſuper efficacius quàm alter ſtatus inferioris obligaretur. Pro cuius rationis intelligentia, quatuor in hac parte duplicitates attendimus conſiderandas. *Prima Duplicitas* diſtinctionis inter Iuramentum, vtrum iurare, vel deierare liceat aut non liceat, & ab obſeruantia iuramenti liceat, vel non liceat abſolui. Et quo ad primum, Pater, efficaciæ maioritatem non notamus, qua licere mentiri & dejerare contra Diuinum præceptum & hæreticum generaliter dictatur. Sed quo ad 2. inobſeruantia promiſſi Iuramenti Paternitatem veſtram amplius intelligimus obligari. Circa quod ſcimus, quòd dicere poſſit minus Inſtructus, quòd per hoc Papa quàm inferior videretur, cum non tantùm dejerantes noſcamus abſolui, ſed etiam vota ex cauſa rationabili in alia miſericordiæ opera commutari, ſi Papa gratiam talem in alium & non in ſe ſaltem per intermedium inducere poſſet; ad quod licet in generali dici poſſet, quòd hoc ſatis commune reperitur, quod quis in perſonam, vel rem aliam aliquid, vel aliquale inducere poteſt, quod vel quale in ſe non poſſet; & etiam quod huiuſmodi abſolutiones à Superiori in quantum tali fieri debent, cum Papa non habeat Superiorem, tamen pro intelligentia vlteriori tres reliquas Duplicitates adijcimus conſiderandas, ſcilicet rei, temporis & ſtatus.

Temporis quidem Duplicitas in hac parte non tantum in diſtinctione præteriti & futuri, ſed etiam in poſitione temporis futuri abſolutè & indeterminatè, & poſitione eiuſdem determinata, ſeu limitata vnde in præſenti pater, quod præmiſſio fuit de tempore futuro abſolutè, quod ſi quis in Papam aſſumeretur, ad vnionem Eccleſiæ procederet ea via quæ per maiorem partem

Cardinalium

Cardinalium vtilior dictaretur etiam vſque ad viam Ceſſionis incluſiuè, ideo ſemper & pro toto tempore futuro vſque ad promiſſi complementum veſtra Paternitas remanet obligata. Si verò promiſſio pro alio, vel pro certo tempore fuiſſet limitata, vt ſi dictum fuiſſet aut foret, *Promitto* & *Iuro tali anno, menſe & die me facturum*, tunc pro tali tempore fuiſſet promiſſio verificanda, aliter illo tempore lapſo periurium extitiſſet. Et circa hoc 2. non circa primum ſibi locum poteſt abſolutio vindicare; quoniam in hoc caſu ſecundo fit abſolutio de præterito & crimine iam admiſſo vel commiſſo. In caſu autem primo, peccato non admiſſo, ſed effectu adhuc pendente foret licentia, ſeu licentiæ conceſſio de Crimine admittendo, ſeu de Iuramento non implendo.

Alia Duplicitas eſt abſolutionis realis, ſiue certa rei diſtinctio: quoniam aliud abſoluere à vinculo peccati, aliud abſoluere à vinculo debiti: ad quod quis ex vi ſtatus ſuſcepti tenetur. A primo vinculo quis abſolui poteſt, à ſecundo nequaquam ſtatum remanente. Et iuxta hoc tertia duplicitas diſtinctionis inter ſtatus, quia alius ſtatus eſt perfectionis, aut maioris dignitatis, alius ſtatus perſonæ inferioris. Circa quam diſtinctionem dico palam, cum Papa contradictoria, vel Impoſſibilia non poſſit facere, non valet, quin ſtatus perſonæ inferioris, quia tunc ſtatus perfectior, aut præminentior non eſſet: ſicque Papa facere non poteſt, quin ipſe in quantum Papa, ſeu intuitu perfectionis ſtatus plus vel ad plura teneatur quàm alter non Papa, cuius ſtatus parem perfectionem non requirit. Et hæc intelligentiæ ratio & cauſa, quare fortius & efficacius quàm alter obligatur, & conſequenter quanto quis fortius obligatur, tantò vtique cum ſolui difficilius eſt manifeſtum.

Cauſa verò Cauſæ in hoc ſtatu tanta eſt, quia maiorum, ſeu Prælatorum deterior eſt tranſgreſſio; cum non tantum in ipſos malum extendatur, ſed cæteris in perniciem exempli, vt ipſi tot mortibus digni proferantur, quot exempla mali in ſubditos tranſmittunt: quod quidem ſtatum veſtrum, Pater ſumme, à quo ſalus omnium pendere dictatur, ſpecialiter & præcipuè concernit. Et hinc ad formam Obiectionis prædictæ, quòd Papa conditionis deterioris videretur, dicendum conſequentiam non valere, & ita de omni ſtatu perfectiore argui poſſe. Non eſt enim hominis conditio ex ſtatu deterior, ſi per obligationem reſtrictionum voluntatis & voluptatis temporalis æternarum deliciarum amplitudinem acquirat, aut ſi intuitu ſtatus illa non valeat, quæ poſſet imperfectior, aut homo ſtatus imperfectioris. At ſi quo caſu etiam ſtatus talis largè dicatur occaſio mala, eo quod grauius aliquando puniatur, non ſtatim in cauſa cognoſcimus, ſed peccatum quo non ante per eum ſtatum amplius vtique meretur. Et ſic Pater veſtræ Celſitudinis conditio nequaquam ſeruilior, aut deterior exiſtit in eo quod ad Dei & legis ſuæ præcepta ſeruanda plenius obligatur, *cum Deo ſeruire ſumma ſit libertas*, & huius obligatio ſeruitutis Maioritati deſeruiat meritorum.

Hincque præmiſſa veſtræ deuotio probitatis intrinſecus aduertat cum his, vel curioſè reuoluendo quænam ſint, vel eſſe nunc debeant plebis verba, qui populi ſermones & nonnullorum etiam Magnatum, dum verbis & ſcriptis facta manifeſtè contraria deprehendunt, quo fit quia pro Eccleſiæ vnione veſtra Diſcretio affectionem laudabilem hactenus multipliciter oſtendit, verbis & ſcriptis aſſeruit expreſſis, & ante Conclauis introïtum forma prætacta etiam Iuramenti vinculo confirmauit, iam clamet populus, inſurgat *Clerus*, & in verba pariter prorumpant veſtræ paternitati ſimulationes fictitias, hypocriſim, mendacia, periurium & cæteras vitiorum notas dedecorè impingentes, & ſic mentibus conturbatorum. Ideoque probitatem veſtram in opus debitum feſtinare deuotis affectibus deprecamur, ne, quod abſit, celeritatem deſidia præpediente murmur conſurgat ſcandali grauioris.

Effectus verbi quinti. Ex qualitate rei & ſtatus Papam obligari, & ex præmiſſis Schiſmaticum iudicari duarum efficacia concepta radicum præmiſſarum; de tertia quia cunctis non patet, ex abundanti quid tangendo curſu facili pertranſimus, veſtra quidem Paternitas quæ de materia præſenti reali notitia plurima iam cognouit, aut de ſuo Iure, aut ſtatus efficacia nunc hæſitat, aut ius ſuum firmum præſupponit. At ſi primum, cum non ſolum à malo, ſed ab

hæc hominem libidine dominandi obcœcatum efferabant tantummodo, non emolliebant.

Vt ergo vidit Vniuerſitas nihil illum tam multis rationibus permoueri, eoque obſtinatiorem fieri quò plures in viam Ceſſionis deſcendebant, exiſtimauit ad hominem flectendum opus eſſe obedientiæ ſubſtractione. Itaque hoc primùm Regi ſuadet, ſignificandam eſſe appellationem ad futurum Concilium de his omnibus quæ deinceps ſtatueret & decerneret Benedictus: deinde Cardinales iam ſatis omnes ad viam Ceſſionis propter iuſiurandum in Conclaui præſtitum propendentes ab eius partibus deducendos. Quod vt facilius fieret, notumque foret omnibus quamobrem ab obedientia Benedicti recedere in animo eſſet, publicauit ipſa motiua quædam & rationes totam huiuſce Schiſmatis hiſtoriam continentes: vt ſe habent in eodem Manuſcripto.

NARRATIO.

1. Recommendetur Eccleſia in Breuibus, & quomodo deriuata eſt à « Chriſto, & qualiter debet eſſe vna, non ſolum in fidei vnitate, ſed etiam in « vno capite Chriſti Vicario. « ART. I.

Item notetur quomodo ipſa Eccleſia à longo tempore diuiſa eſt: & noten- « tur mala inde ſequentia, videlicet periculum animarum & vilipenſio Sacramen- « torum. « 2.

Item qualiter Vniuerſitas ad obuiandum tantis malis quæ emergere videlicet « & emerſiſſe poſtea experta eſt, & adhuc grauiora niſi prouideatur à principio « Schiſmatis in hac materia locuta eſt & laborauit ad pacem pro poſſe. « 3.

Item qualiter citra modica tempora excitauit per litteras & Epiſtolas quam- « plures D. Clementem, dum viuebat de laborando ad pacem Eccleſiæ: & hoc « plures vias tangendo, quatenus congruentiori ordine & à generalibus ad ſpecia- « lia fieret adſcenſus. « 4.

Item qualiter tempore pendente prædicto mortuus eſt D. Clemens. «

Item qualiter ipſo mortuo Rex Franciæ, Principes & ipſa Vniuerſitas ſcri- « pſerunt Cardinalibus, ſupplicando quod non eligerent Papam vt facilius ad « Papam deueniretur. «

Item qualiter antequam huiuſcemodi literæ de non eligendo ad Dominum « Cardinalem deuenirent, proceſſum eſt ad Electionem Domini Benedicti. «

Item nouis auditis de ſua Electione plurimùm congratulabantur multi di- « ctæ ſuæ Electioni, eo quod optimam voluntatem ſciebatur habere ad vnionem « Eccleſiæ: nam & in ſtatu Cardinalis in Francia exiſtens commendabat labo- « rem & laborantes ad ipſius Eccleſiæ vnionem tam in ſecreto quàm in aperto. «

Item quod in ſpeciali ipſe & alij DD. Cardinales ſciebantur iuraſſe in in- « troitu Conclauis de laborando pro poſſe ad vnionem Eccleſiæ & etiam *vſque* « *ad viam Ceſſionis incluſiuè*, & quomodo ad iſtam viam afficiebatur dictus D. Be- « nedictus, ita vt ipſo electo diceret quod tam paratus eſt cedere Papatui quam « promptus erat capam deponere. «

Item quod ipſe in Francia Legatus exiſtens hanc viam præ cæteris commen- « dauerat, & ſolam eſſe per quam vnio commodè haberetur, dixerat ad partem, « & in diuerſis locis coram pluribus & nobiliſſimis perſonis, ſubinferens quod « quamuis aliæ viæ eſſent à principio Schiſmatis tentandæ; hæc ſola tamen nunc « aliis relictis. «

Item qualiter eius Electione celebrata publicè aſſeruit ſe principaliter onus « aſſumpſiſſe vt per eum Eccleſia vniretur. «

Item & ad exprimendam ſanctam quam pro pace videbatur gerere volun- « tatem, ſuos miſit Ambaſſiatores cum Bullis ad Regem, Principes & Vniuer- « ſitatem, hortando ipſos ad laborandum in hac materia & deſtinandum ad eum « Nuncios inſtructos de ipſius Regis intentione cum quorum conſilio procederet « in materia. «

Item & quod dicti Nuncij per Regem mittendi ſic eſſent auctoriſati quod « ipſos non oporteret ad Regem redire pro executione, aut Concluſione in hoc « habenda. «

Digitized by Google

» Item qualiter hoe tempore pendente videns Vniuerſitas, quod ſtare in ge-
» neralibus nil prodeſſet, ſed ſubterſugij potius occaſionem daret, inter plures
» vias hinc inde tactas & longo tempore per eam diſcuſſas, ad vnam quæ ſibi ex-
» pedientior, breuior & melior videbatur, ſcilicet *viam Ceſſionis iuris*, quod in
» Papatu quilibet habet habere prætendit, omnibus aiijs dimiſſis condeſcendit.

» Item quod ipſa Vniuerſitas D. Regi ſupplicauit, vt pro deueniendo ad ali-
» quam concluſionem particularem, ſolenne Concilium Prælatorum, Princi-
» pum, Religioſorum & aliotum Nobilium de ſuo Regno conuocaret.

» Item & quod ipſa Vniuerſitas dictam viam Ceſſionis in præſentia dictorum
» Regis, Concilij, Principum, & eum ſuis motiuis exponi fecit.

» Item & quod Rex ex deliberatione dicti Concilij ipſam viam Ceſſionis
» elegit.

» Item & quod pro dicta via taliter deliberata ac D. prædicto Benedicto præ-
» ſentanda dictus D. Rex ſuos Patruos & fratrem Duces, ac Vniuerſitas de eiuſ-
» dem Regis conſenſu & ordinatione de ſingulis Facultatibus & Nationibus Le-
» gatos miſerunt.

» Item qualiter dicti DD. Duces, ac Vniuerſitatis legati apud dictum D. Be-
» ned. omnem reuerentiam, honorem & humilitatem in omnibus & per omnia
» provt ad ſummum Pontificem poterant deferre tam verbis quàm geſtis exhi-
» buerunt.

» Item & quamuis per eoſdem Principes prædicto D. Benedicto pluries fuiſſet
» ſupplicatum, quarenus ad dictam viam Ceſſionis condeſcendere dignaretur, &
» maximè in caſu quo eius aduerſarius ad eandem condeſcendere vellet, nihilo-
» minus ipſe ſicut immemor de prædictis ipſam viam denegauit, aſſerens eam non
» eſſe Iuridicam, nec à SS. Patribus traditam, ſed in caſu conſimili aliàs refuta-
» tam, &c. vt patet in Bulla ſuper hoc confecta. No. Bullam quæ incipit. *Cum*
» *dudum.*

» Item & quod poſt huiuſmodi reſponſionem congregatis DD. Cardinalibus
» vnà cum dictis DD. Ducibus & Legatis Vniuerſitatis pro deliberatione ſuper
» viâ expedientiori pro ſedatione Schiſmatis habenda, concluſerunt omnes dem-
» pto vno Cardinali dictam viam Ceſſionis eſſe meliorem & breuiorem, &c.

» Item & quod tunc præſentialiter promiſerunt dicti DD. Cardinales omnes
» & ſinguli dempto vno illam proſequi practicariè & ad executionem deducere
» pro poſſe, ſe & ſua exponere ad hoc promittentes.

» Item quod poſt hæc dicti DD. Duces iterum cum omni humilitate, vt ſupra
» dictum eſt D. Bened. monuerunt, vt dictam viam vellet recipere ſibi reducen-
» tes ad memoriam iuramentum per eum præſtitum & quod compateretur Ec-
» cleſiæ tantis temporibus iam diuiſæ: ad quæ reſpondit gloſſando iuramentum.
» No. gloſſam.

» Item & qnod dicti DD. Cardinales Collegialiter omnes dempto vno aſſe-
» ruerunt ad dictum D. Bened. intimantes ſibi qualiter prædictæ viæ adhæſerant,
» tanquam meliori & breuiori pro ſedatione Schiſmatis oſtendentes quod non
» erat alia via tam breuis & vtilis: quare finaliter humillimè ſibi ſupplicarunt,
» quatenus ad ipſam viam condeſcendere vellet. Et ipſe iterum ſicut prius ne-
» gauit verbis comminatorijs ipſos Cardinales exprobando & etiam eos requiren-
» do, vt cum ipſo in ſua via ſtarent.... Non. verba formalia eiſdem Cardinali-
» bus dicta.

» Item dicti DD. Principes videntes & percipientes has reſponſiones DD.
» Cardinulibus ſupplicauerunt, vt ſuper deliberatione & concluſione per eos ad
» dictam viam Ceſſionis facta & habita ſcedulam ſuis ſignetis, aut ſigillis muni-
» tam vellent dare.

» Item quod hanc ſupplicationem, ſeu Requeſtam audiens D. Benedictus in-
» hibuit ſub pœnis Excommunicationis inobedientiæ & infidelitatis, ne huiuſmo-
» di ſcedulam conficerent. No. viæ inhibitionem.

» Item finaliter habitâ maturâ & ſolenni deliberatione DD. Cardinalium,
» Ducum & aliorum, de eorum & Vniuerſitatis Conſilio iterum ad Papam re-
» dierunt, & omnes genibus flexis deuotiſſimè per viſcera pietatis ipſum exo-
» rando ſupplicarunt tam ex parte Regis Francorum, Prælatorum & totius Cleri

Digitized by Google

debita præſentis ſtatus Eccleſiæ reparatione, &c. Et aliam in præſenti Epiſtola volumus ſtabilire.

Et nunc profundius in hac materia ſapientium adijcimus Concluſiones quæ ab Orthodoxis ſcientificis inferuntur. Vna patet Chriſti fidelium multitudine generaliter proclamata, quod veſtræ Paternitatis perſona Schiſmatica, ſeu de obſtinatione Schiſmatica manifeſtè notabilis eſt iudicanda, duplici radice; ſcilicet Schiſma, ſicut tenetur, non remouendo, & inſuper id continuando, ſeu vnionem impediendo. Hanc enim Concluſionem non tantùm ex eo firmant, quod veſtra Paternitas renuit Ceſſionem, quam ante ſuſceptum ſtatum conſtat non malam dictauiſſe, ſed ex eo præciſius, quia ipſius affectio ad præeſſe non ad prodeſſe dominandi libidine continuare ſchiſma facto, verbis & ſcriptis contrario manifeſtè comprobatur, ad vnionem Eccleſiæ poſt ſuſceptum ſtatum minus quam ante, cum tunc maximè tenetur, minimè laborando ſicut actus præſentiales monſtrant præteritis comparati, tam efficacia prætactorum quàm Eccleſiæ ſtatus & rei intuitu obligatur. Aliud pro ipſa Concluſione medium, quod non tantùm veſtra Paternitas dominandi libidine non procurat, ſed etiam actualiter impedit Eccleſiæ vnionem, ſicut multis & quaſi omnibus multipliciter apparet: nam præter hoc quod ab ea effectus vnionis & motus ad illam debet inchoari, principaliter & effectualiter continuari, cuius contrarium experitur, ipſa vnionem vtique plus nequit impedire quàm eius effectum ad quid impoſſibile referendo, vt de ſe notum eſt, quia cauſa ſine qua non impoſſibile exiſtente ſequitur impoſſibilitas effectus, & ita eſt quod pro effectu vnionis cauſam ſine qua non, ſeu medium aſſignat viam Compromiſſi, quæ vt rei ſerie, & iuramenti tenore probatum eſt, pro vnione Eccleſiæ debitè procuranda & Schiſmate remouendo poſſibilis non exiſtit. Ideo claret *Paternitatem veſtram* non tantum, vt diximus, impedire, ſed magis impoſſibilitate quantum in ſe eſt, Eccleſiæ vnionem, & ſic iuxta Concluſionis tenorem duplici radice de ſchiſmate manifeſtè notabilem iudicandam.

Alia Concluſio ad hæc Corollaria Scientificorum, quod veſtræ Paternitatis perſona in formatam hæreſim incidiſſe actualiter inuenitur. Quæ Concluſio ex duplici opinione prætacta biſpertita etiam radice ſtabilitur. Vna quod Principatus ſui gratia falſas gignit opiniones; alia quod opiniones erroneas animo ſuſtinet pertinaci. Pro radice prima verba Canonis ædificant maiorem, quod ille hæreticus eſt qui Principatus ſui gratia falſas opiniones gignit: ſed ita eſt quod veſtræ Paternitatis perſona ſui Principatus gratia falſas opiniones gignere comperitur. Igitur hæretica cenſenda. Opiniones ſunt, quod via Compromiſſi in præſenti ſchiſmate ſit acceptanda, & quod via Ceſſionis refutanda, de quarum falſitate claret ex præmiſſis; ſed quod Principatus ſui gratia illas gignit, hoc indicat, quia principatu exiſtente eas gignere, & principatu non exiſtente non genuiſſe, rerum experientia demonſtratur. Veruntamen quia hoc non planè conſtare dicent, proteruus inſurget affectus, intactum hoc nolumus pertranſire. Sed verum dicimus & de ſe notum de Papa, vel alterius intentione, aut hæreſi quæ in mente conſiſtit, poſſe conſtare nullatenus euidenter, quia ſolus Deus cordium ſcrutator, nec quiſquam alterius intentionem noſcere valet, aut propriam demonſtrare aliter quàm verbo, ſcripto, vel facto, aut nutu, vel ſigno æquiualenti. Hinc præmiſſam concluſionem ſtare proferunt & fundari notitia huiuſmodi poſſibili in humanis, dicentes 1. quia Paternitatem veſtram Ceſſionis viam, quam ante malam non dictabat, conſtat poſt ſuſceptum Officium refutare. 2. Dictis & ſcriptis ante ea poſt ſtatum ſuſceptum factum contrarium manifeſtè comprobatur. 3. Specialiter ante ſuſceptum ſtatum ad Eccleſiæ vnionem ſcitur laborauiſſe, & poſt ſuſceptum Officium, cum tunc maximè tenetur, ad hanc minimè laborare, vel quod deterius eſt, illam exquiſitis medijs impedire, ne aliter quàm ad ipſius intentionem & libitum procedat. Et hæ quidem mutationes indicia ſunt mutationis interioris & mentalis notitia talis qualis ſuper huiuſmodi poſſibilis eſt in humanis, quoniam & nunc patet, quamuis, quod abſit, aliud veſtra Paternitas verbis, aut ſcriptis aſſerere vellet quàm mente gereret, de hoc vel de quacunque ipſius intentione aliter quàm verbis, ſcriptis aut factis nequit vtique conſtare, ſicut

Regni ſui, ac etiam ex parte ipſorum: imò & pro parte ipſius ſacri Collegij «
quatenus ipſe compatiens Eccleſiæ Dei ipſam viam reciperet: quod iterum «
ſicut prius facere recuſauit. *Nota verba.* «

Item licet dicti DD. Principes pluries cauſam ſuæ legationis exponere in «
Conſiſtorio publico ſupplicaſſent, non potuerunt obtinere. «

Item licet Nuncij Vniuerſitatis ad idem, ſcilicet vt in Conſiſtorio publico «
audirentur minimè exaudiri potuerint, quanquam ipſi literis recommendato- «
rijs ex parte Regis ad hoc muniti eſſent, & ſic finaliter ſine audientia reuerſi «
ſunt, licet Cardinales & Principes pro illa audientia pluries ſupplicaſſent. «

Item licet dicti DD Duces conquererentur cum dicto D Benedicto ſuper «
materia dictæ vnionis & ipſi requirerent quod illi de Vniuerſitate in ſupradictis «
requeſtis & collocutionibus intereſſenr, ſæpè negauit: & cum diſplicentia fi- «
naliter voluit quod intrarent locum vbi colloquebantur cum proteſtatione ta- «
men quod eſto quod intratent, nihil dicerent ſeu loquerentur. «

Grauamina.

NOn obſtante Proceſſu ſic facto, humilitate, honnre, requeſtis & ſuppli- « GRAVAMINA.
cationibus ſupradictis tam ſanctè per Regem DD Duces N. ac Vni- «
uerſitatem ſic peractis, & etiam per eundem D. Benedictum quantum ad ea «
quæ ante eius electionem geſta ſunt, gratè receptis, imò quodammodo ad eius «
inſtigationem inceptis & diſcuſſis, nihilominus non multùm poſt eius ad Papa- «
tum aſſumprionem de prædictis indignarus ſine cauſa contra ipſam Vniuerſi- «
tatem & nonnulla eius Suppoſita, proceſſus aliquos & ſententias, ſeu Benefi- «
ciorum prinationes facere diſpoſuit & facere præcepit: & ad hoc faciendum «
aliquos commiſit, ſicut à Magnatibus & plurium aliorum multiplici eadem «
Vniuerſitas fide digna relatione præcepit, imputans ipſe D. Benedictus totum «
proceſſum ſupradictum ſibi non modicum, provt diſplicentem Vniuerſitati, «
quæ non immerito cum alijs quæ ſequuntur grauaminibus eidem Vniuerſitati «
cauſam appellandi ſufficiunt inducere. «

Primò non obſtanre quod Vniuerſitas zelo ſinceto ad vnionem Eccleſiæ & «
puro corde proceſſerit, ſibi tamen per aliquos, ſcilicet per dictum D. Bened. & «
ſuos imponitur & vbique diuulgatur ipſam odio, rancore & iniquè ad hoc opus «
laboraſſe planè faciendo cauſam: cuius oppoſitum, ſcilicet Vniuerſitatis ſin- «
cera mens patet ex dictis in tertio, quarto & ſexto artic. præſentis narrationis, «
quia eriam ſede vacante vbi non erat odium perſonæ in ſuo labore amplius «
perſtitit, &c. «

Item non obſtante quod dicta via Ceſſionis ſit vnica & perfectiſſima pro ſe- «
datione ſchiſmatis qua in comparatione ad viam, vel vias ſi quas dederit, cum «
ſuis Reſponſionibus eminet ſicut lux ſuper tenebras, veritas ſupra falſitatem, «
certum ſupra ambiguitatem. Ad quam viam Ceſſionis Rex Franciæ, Cardi- «
nales, Prælati, Vniuerſitas & totus Clerus Franciæ tanquam pro vnica & me- «
liori ſe determinarunt, provt habetur in 16. & 21. articulis narrationis. Et non «
ſolum Clerus Franciæ; imò & plurimi Nobiles & perfectè literati de alterius «
obedientia eam pro tali vt dictum eſt, recipiunt; tamen ipſam repudiauit aſſe- «
rens eam non Iuridicam, &c. vt habetur in Bulla. Imò quia hanc viam Vniuer- «
ſitas elegerat & pro meliori acceptauerat, ideo in eius Vniuerſitatis contem- «
ptum, eam non ſolum vt dicitut, recipere renuit, ſed etiam irrationabilem re- «
pudiauit, &c. vt habetur in Bulla. «

Item non ſolum in ipſius Vniuerſitatis, ſed etiam totius Eccleſiæ grauamen, «
nec prædictam viam recipit, nec ad aliquam aliam ſe deſtinat, ſed in verbis «
confuſis loqui ſemper videtur quærens occaſionem per dilatorias, vt in ſuo ſta- «
tu maneat perpetuò. Et hoc patet, quoniam licet ex vi Iuramenti per enim in «
introïtu Conclauis præfati vt habetur in 9 art. narrationis obligatus eſſet hu- «
iuſmodi viam Ceſſionis recipere, nihilominus ipſum iuramentum negauit fe- «
ciſſe, vt patet per Bullam ſuper hoc confectam & Regi miſſam. «

Item & ſcedulam de huiuſmodi Iuramento ſub ipſius & aliorum Cardina- «
lium ſignetis manualibus confectam prima facie renuit DD. Ducibus oſten- «

Digitized by Google

» dere ne per eius tenorem videretur ad hanc viam obligari, ex quo patet eius
» malitioſa tergiuerſatio.
» Item & poſtquam dicti DD. Duces dictam ſcedulam licet cum magnâ dif-
» ficultate obtinuiſſent, viſus eſt dictum iuramentum per ſe vel ſuos ad alium
» ſenſum trahere ipſum, vt habetur in 23. art. Narrationis, gloſſando contra
» intentionem Cardinalium, ad quorum intentionem pro maiori parte ſe tenetur
» referre iuxta formam Iuramenti.
» Item nec Reſponſio ſua in Bulla vltima data vbi ponit quod vult tenere
» ſcedulam Conclauis nil addendo, vel remouendo ſibi ſuffragatur, quin adhuc
» teneatur & obligetur ſub pœna periurij hanc viam Ceſſionis recipere quotiens
» ab omnibus Cardinalibus, vel eorum maiori parte requiretur, vt patet per
» ſcedulam de dicto Iuramento confectam.
» Item & ad hoc facit quod nec ipſe poteſt ignorare requeſtam per dictos
» DD Cardinales omnes dempto vno in præſentia DD. Ducum, Conſilij Regis
» & Legatorum Vniuerſitatis factam, quod ſcilicet dictam viam Ceſſionis acce-
» ptauerat, vt patet in 24. art Narr. quod tamen facere recuſant & recuſat, vel
» distulit & adhuc distulit quare, &c.
» Item quod dicta Requeſta per dictos DD. Cardinales, vt præmittitur facta,
» inhibuit eis ne de dicta via amplius ſibi mentionem facerent, ſed cum ipſo ſta-
» rent ſub pœnis Iuris & infidelitatis, prout habetur in ix. art. narrat.
» Item poſt hoc non ſolum in Vniuerſitatis, ſed totius Eccleſiæ grauamen
» proteſtatus eſt, quod ſi dictam viam acceptaret, ex aliquo caſu pro non acce-
» ptata haberetur, & ſic eam volebat haberi; vide ſuper hoc reſponſionem ſuam.
» Item & licet dicat hanc proteſtationem reuocaſſe, nihilominus adhuc ma-
» net grauamen, cum ad dictam viam nondum deſcenderit, nec ſpes ſit de deſcen-
» ſu ad eam maior quàm ante: quod patet ex ſequenti articulo.
» Item & ad huius viæ turbationem, ac pacis Eccleſiaſticæ dilationem facit
» quòd ſunt miſſæ Ambaſſiatæ ſecretæ ad ipſos contendentes de Papatu, &
» ſcriptis ad maledictum & pernicioſum exitum & vt fertur ad ſubmiſſionem al-
» terius partium per corruptiones & munera tendentes, quæ omnia ſunt cauen-
» da & declinanda, quia ſuſpecta ſunt ad habenda remedia, quæ veris ſunt pericu-
» lis grauiora.
» Item & ad hoc facit, quod per eum mittuntur legati hinc inde ad ſiniſtrè
» informandum & omnes per corruptiones & munera præſentandum, ne ad dictam
» viam planè condeſcendant, Nota de Baſatenſi, Auignion. & Teranon. Pariſius:
» & in Hiſpania Namozenſis, &c. Nota quomodo Rex Hiſpaniæ fuit informa-
» tus contra Regem, Cardinales, & Vniuerſitatem: adeo vt grauia & magna reſ-
» criberentur per dictum Regem Hiſpaniæ prædictis Regi & Cardinalibus.
» Et licet ex ipſis D. Benedicti variatione in Reſponſionibus, negatione Iu-
» ramenti præpoſiti, inconſtantia, ambiguitate verborum, ac proteſtatione de
» procedendo contra Cardinales & conſequenter intenta conuentionis fuga cum
» pluribus alijs eius tergiuerſationem circa pacem Eccleſiæ generaliter oſten-
» dant; vnde grauamen non modicum totius Eccleſiæ conſurgit, ſpecialius ta-
» men Vniuerſitas timens vt præmittitur in 1. artic. de grauaminibus, nec non
» ex certis præſumptionibus particularibus quæ ſequuntur, per dictum Papam
» in futurum moleſtari, cauſam habet ſpecialiter pro ſe & ſuis ſuppoſitis ſibi ad-
» hærentibus appellandi.
» Prima autem Præſumptio eſt hæc, quoniam Vniuerſitas à tempore ſuæ Ele-
» ctionis apud eum humiliter ſe habuit, honoremque & reuerentiam Papæ fieri
» ſolitam exhibuit, quam pluries deuotiſſimè ſcripſerit, quatenus iuxta intentio-
» nem quam ante dictam Electionem exhibuerat ad vnionem & pacem Eccleſiæ
» laborat, & veruntamen poſtquam eandem percepit Vniuerſitatem ad viam
» Ceſſionis fore determinatam, nec ipſam, nec eius legatos, aut ipſius ſuppoſita
» gratè ſicut ante conſueuerat, recepit: quod exiſtimari non poteſt, niſi ex eo
» quod viam Ceſſionis concluſit & eam apud ſingulos publicauit.
» Secunda Præſumptio exiſtimatur ex eo quod cum Vniuerſitas perſequeretur
» apud Regem & Principes, Concilium Prælatorum & Regni congregatum,
» Papa quia malè contentus de ipſa fautores habuit & Legatos impedientes pro

poſſe

Digitized by Google

poſſe ne in dicto Concilio via Ceſſionis reciperetur, aut alia quæcunque par- «
ticularis acceptaretur. «

Tertia Præſumptio, quamuis Nuncij Vniuerſitatis cum Ambaſſiatoribus «
Regis ad ipſum D. Benedictum miſſi fuerint, & peterent audientiam publi- «
cam; in Conſiſtorio aſſerentes quod eſſent aliqua dicturi ex parte eiuſdem «
Vniuerſitatis quæ multum proficere poſſent ad vnionem & pacem Eccleſiæ «
& conſequenter ad decorem fidei Catholicæ; hoc non obſtante dictis Nuncijs «
audientiam denegauit, quæ tamen Iudæo, aut Saraceno viſis petitione & ma- «
teria de quibus locuturi erant, denegari non debuiſſet. «

Item & conſiderato quod pro modico beneficio, aut ſeculari negotio vt de «
more & conſuetudine Rom. Curiæ obſeruatum exiſtit, huiuſmodi audientia «
nunquam in publico denegatur Conſiſtorio. «

Item quod & Vniuerſitas quæ tantum eſt Collegium litteratorum virorum «
in hac materia Eccleſiæ quæ propinqua eſt fidei tantam repulſam paſſa ſit, ani- «
maduertendum eſt. «

Quarta Præſumptio ex eo quod dum dictus D. Benedictus ſuper materia «
dictæ vnionis & Ambaſſiatores Regis ſimul conuenirent, ipſe nolebat quod «
Legati Vniuerſitatis ibidem intereſſent, quamuis per prædictos DD. ſupplica- «
retur quod illos cum eis audire dignaretur, quod tamen pluries denegans, fina- «
liter licet cum quadam diſplicentia in eodem permiſit eſſe Concilio, ſub pro- «
teſtatione tamen quod nihil ibidem dicerent ſeu loquerentur. «

Quinta Præſumptio ponitur ex eo quod prædictis Nuncijs multum impro- «
perauit de eo quod credentiam ſuam in ſecreto dicere noluerunt, allegantibus «
tamen ſe ſub debito Iuramenti per Vniuerſitatem adſtringi eandem Creden- «
tiam in publico Conſiſtorio & non alibi dicere. Audiantur Nuncij ſuper verbis «
per Papam dictis & interrogentur de forma huius articuli. «

Sexta Præſumptio quamuis eidem D. Bened. conſtaret F. Ioannem Halo- «
nis Iacobitam publicè dixiſſe Vniuerſitatem prædictam eſſe filiam Sathanæ, «
matrem errorum, nutricem ſeditionis, ſummi Pontificis diffamatricem & vt in «
Concluſione 3. per eum poſita cauetur, ac alia in ſuis Concluſionibus malè ſo- «
nantia & per DD. Ambaſſiatores Regis prædictos, requireretur quatenus pro- «
uideret & ipſum detineret, donec maledicta ſua correxiſſet & reuocaſſet; nihi- «
lominus ipſe requeſtæ non obtemperauit, nec illum correxit, ſed potius ſuæ «
fauens poſitioni, vel doctrinæ, ſuſcepit eum in domo ſua, & ſicut familiarem «
poſt hæc magis intimum quàm ante ſuſcepit & ad honores maiores promouit. «

Septima Præſumptio eſt, quoniam illi qui pacem Eccleſiæ per dictam viam «
Ceſſionis procurant, ad Prælaturas, Dignitates & Beneficia nullatenus promo- «
uentur, ſed potius ſibi adhærentes, ſcilicet illi qui dictam viam impediunt & «
perturbant, quod multum cedit in præiudicium Eccleſiæ, damnum totius Cleri «
& vilipenſionem fidei. Et ex iſtis ſequitur diſſipatio ſtudiorum, incorrectio «
errorum, tepor fidei. «

Octaua Præſumptio eſt fama communis & publica, quæ nulla poteſt tergi- «
uerſatione celari, ſcilicet quod ſibi adhærentes & ſui familiares diffamant «
proſequentes dictam viam Ceſſionis, improperia & opprobria, ac iniurias pu- «
blicè & occultè eiſdem inferentes & Schiſmaticorum nomen imponentes, &c. «
& potiſſimè Vniuerſitatem & quos nouerint eiuſdem eſſe ſuppoſita. «

Item & his ſuperius præmiſſis per dictam Vniuerſitatem conſideratis, ne for- «
te per ipſum D. Benedictum indebitè moleſtari poſſit, in ſubſidium Iuris ap- «
pellationem tam à grauaminibus præteritis quàm futuris interponere decreuit. «
«

Prima Appellatio Vniuerſitatis à Benedicto XIII. «
«

Sequitur Appellatio Vniuerſitatis eiuſdem à Benedicto quam in ſe ſuſcepit «
M. Ioannes de Craona ei ſignificandam, Procuratione munitus trium Facul- «
tatum & quatuor Nationum. Inſtrumentum autem appellationis eſt eiuſmodi. «

Si tramitem veritatis vas Electionis Beatiſſimus Paulus Iudæorum, præſer- «
tim Phariſæorum populo minimè prædicaſſet, ab eiſdem de Ciuitate in Ciui- «
tatem nullatenus fuiſſet perſecutus. Si Prædicator ipſe veritatis huiuſmodi «

» perſecutionem ad aliquid non timuiſſet, non appellaſſet Cæſarem; & ſi non
» appellaſſet, perſequentium inſidias vix euaſiſſet. Si Doctor Gentium verens ne
» minus proficeret quàm deberet, minimè fuiſſet perſecutus appellationem, eun-
» dem nunquam timuiſſent Perſecutores qui ipſum Romæ traductum, eo quod
» nulla eſſet cauſa perſequendi, dimittere voluerunt immunem. Sed quia nunc
» proh dolor! vt rerum Magiſtra docet experientia, miſericordia & veritas de-
» uiauerunt ſibi, Iuſtitia & pax obſcuratæ ſunt, miſericordiam amplectentibus,
» Euangelizatibus veritatem, Iuſtitiam quærentibus & diligentibus pacem, non
» mirum ſi prouocationis auxilium pro clypeo, remedium appellationis pro lori-
» câ, & perſecutionis diligentia pro munimine ſecuro proderit; quatenus Per-
» ſecutores maleuoli potius deſiſtant quàm ſuam perſequantur intentionem.
» *Idcirco* (Io. de Craona) *Procurator & procuratorio nomine Rectoris, ac Decanorum*
» *Theologiæ, Decretorum & Medicinæ Facultatum, & etiam Procuratorum Franciæ,*
» *Picardiæ, Normaniæ & Angliæ Nationum in Facultate Artium; ſingulorumque præ-*
» *dictorum, & Doctorum, Magiſtrorum, Licentiatorum, Bacalariorum & Scholarium*
» *dictorum ſingularum Facultatum Regentium & non Regentium, Studentium & Au-*
» *dientium coram vobis Tabellionibus publicis veluti coram probis & honeſtis viris, ac*
» *publicis perſonis, ſingulíſque veſtrum & teſtibus hîc præſentibus ad hoc vocatis ſpecia-*
» *liter & rogatis pro ipſis Vniuerſitate & Rectore, Decanis Facultatum, Nationum*
» *Procuratoribus in Facultate Artium, ſingulíſque prædictorum & Doctoribus, Magi-*
» *ſtris, Licentiatis, Bacalarijs & Scholaribus, Regentibus & non Regentibus*, ſtudenti-
» bus & audientibus, ac quibuſcunque ipſi Vniuerſitati ſingulíſque præmemora-
» torum adhærentibus, adhæſuris & ſucceſſuris contra deſcriptos inferius & eo-
» rum quemlibet ſub proteſtationibus, quòd dictus Procurator quibus ſupra no-
» minibus alicui ſubſcriptorum contra quos ipſius in eorum abſentia appellatio &
» prouocatio emittuntur, cum ipſorum præſentiæ copia commodè non poſſit
» haberi, non intendit aliquid proferre, dicere, vel ſcribere in ipſorum ſtatuum-
» que & Conditionum, Iurium & Dignitarum eorundem iniuriam, vituperatio-
» nem, contumeliam, diminutionem, opprobrium, grauamen, læſionem ſeu
» oppreſſionem & famæ ſuggillationem ſeu denigrationem, nec etiam quod ma-
» lè ſonet, vel deuiet à fide, ſeu ſiniſtrum quodcunque ſignificet. Quod ſi ali-
» quid tale reperiatur, habeatur pro non appoſito. Sed intendit ipſa proponere
» & dicere duntaxat ad Iurium eiuſdem Vniuerſitatis ipſiuſque Suppoſitorum
» tuitionem, oſtenſionem innocentiæ ſuæ & cauſæ ipſius Iuſtificationem. Dicit
» & proponit quod Altiſſimus Creator pulcherrimi vniuerſi & perfectiſſimi
» quemadmodum ab initio tanquam vnus Deus, vnus Dominus, vnuſque & ſin-
» gularis Paſtor & Creator omnium Creaturarum ſuper vnitate, vt à Monade
» Monas procederet, Eccleſia jecerit fundamenta, ac tam per ſemetipſum quàm
» à ſe miſſos & electos, & tam ante legem à ſe datam quàm poſt Eccleſiam ſuam
» in virga ferrea & ſub ferula correctionis vſque ad eorum Saluatoris aduentum
» viriliter & rigorosè, licet in Angelis ſuis repererit prauitatem, in gentibus ve-
» rò & præcipuè populo Iſraëlitico quem veluti proprium & peculiarem à cæ-
» teris Nationibus ſelegerat, omnium vitiorum ſpurcitias, idololatrias, ſciſſiones
» Regnorum & occaſionem ſummi Sacerdotij, plurimas diuiſiones & concita-
» tiones ſeditionum, ſuam tamen Eccleſiam ſuper vnitate fundatam per Patria-
» chas, Prophetas, Reges, Duces, Pontifices, cæteroſque Legis ipſius zelatores
» Sanctiſſimos ab huius turbinibus incorruptam perduxit & conſeruauit illiba-
» tam. Sic vergente in ſenium ſeculi corruptela, quando de ſuis meritis vix quis
» poterit gloriari, quando nucleo Legis retecto ſub cortice populus errans Scri-
» barum & Phariſæorum ſequebatur traditiones, vt non amplius Eccleſia ſub
» Synagoga Sathanæ vocari mereretur, Ieſus Chriſtus vnigenitus Dei Filius con-
» trito veteris legis vinculo nedum antiquam Eccleſiam innouare, ſed transferre,
» nedum legem vetuſtam duntaxat adimplere, verum etiam nouam Eccleſiam,
» nouam fidem, nouamque legem gratiæ, non rigoris venit mirabiliter ſtabilire:
» hanc Eccleſiam, hanc fidem, hancque legem gratiæ ſupra petram firmam, id
» eſt ſupra ſeipſum, quia petra erat Chriſtus, ſupra ſe lapidem angularem qui fa-
» cit vtraque vnum, ſupra ſe ſe auctorem proprium, vnicum adiutorem protecto-
» remque ſpecialiſſimum primitus fundauit; quod fundamentum nemo alius

ponere potuit præter Chriſtum, quam dum vixit, rexit per ſemetipſum & ſuo «
tempore multipliciter roborauit. Demum Petro tanquam vnico Paſtori Chri- «
ſto Vicario & ſingulari ſucceſſori tradidit gubernandam, necnon claues Ec- «
cleſiæ, vt ligandi & ſoluendi poteſtatem haberet. Et quamquam commiſerit «
Petro, ipſam non deſeruit, oec deſeret in ſecula ſeculorum. Ipſo dicente, Petre «
rogo te vt non deficiat fides tua, regimine non fundatione, quia ipſe fundauit «
eam Altiſſimus. Quamuis enim Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem «
ſuam parem poteſtatem rribuerit, tamen vr vnitatem manifeſtaret, vnitatis «
eius originem ab vno incipere & à ſeipſo authore diſpoſuit, hæc erant vtique «
Apoſtoli, qui dicitur Petrus, pari conſortio prædiri & honoris & poteſtatis, «
ſed exordium ab vnitate voluit proficiſci, vt Eccleſia vna monſtraretor. Vna «
igitur quia ab vno proceſſit ſimplici vnâ vnitate integritatis, vna vnius aduna- «
tionis, voa vnius corporis, vnius ſpiritus, voius ſpei vocationis noſtræ, voius «
Dominus, vniuſque fidei; vna columba, voa matris ſuæ electa, hæc eſt ſponſa «
Chriſto pulcherrima ſine macula, ſine ruga, vna vnius capitis, vnius Vicarij, «
vnius Epiſcopatus S. Romanæ Eccleſiæ: vna Petri nauicula quæ non turbatur, «
non mergitur, non vacillat quamuis naues cæterorum vacillariot. Et quem- «
admodum anre aduentum Chriſti Eccleſia multis fuerat agirata procellis & «
tandem ſeditionum ſubmerſa voraginibus, Eccleſia tameo Chriſti quæ eſt «
Eccleſia fidelium Catholica Eccleſia Rom. tametſi quatuordecim & amplius «
perſecutiooibus io ſui primordio concuſſa, fatigata, hæreſum innumerabili- «
tate, & 22. Schiſmatum, ac 42. Intruſionum hactenus extiterit procelloſis «
exagitata turbioibus, in ſui tamen eſſe conſtans, in orthodoxa fide firma, in- «
uariabilis & intacta permanſit. Eſto quod ipſius caput, ſcilicet Vicarius Chri- «
ſti à fide recta quandoque exorbitaſſe dicatur, provt in Marcellino, Liberio, «
& Anaſtaſio 2. ſummis Pootificibus ſcribitur accidiſſe, profecto & ſi tempore «
quo priora delicta recentibus priorum exemplis cauenda mooſtrante, & præ- «
ſertim Schiſmata Luciferi cupientis Altiſſimo coæquari, Protoplaſtorum vt dij «
eſſe volentium, Chore, Dathan & Abiroo, Roboan, Ieroboan de Priocipatu «
Iaſonis & Menelai, de Pontificatu contendentium, quæ pœnis fuerint vlta «
grauiſſimis, quis dubitat ſceleratius eſſe commiſſum quod eſt grauius viodica- «
tum? In Eccleſia tamen Catholica quæ eſt lex gratiæ contra Schiſmaticos mi- «
tius reperitur fuiſſe & eſſe proceſſum, licet legatur de multis Schiſmaticis & «
Intruſis quod ipſos vltio digna Dei fecerit malâ morte perire. Sumatur exem- «
plum in 4. Schiſmaticis tempore Alexandri III. vt de cæteris taceatur. Omnes «
eoîm tales ſiue corporaliter fuerint puniti, ſiue non, æterno tamen niſi pœni- «
tuerint, operiuntur incendio: ex quo enim ab Eccleſiæ quæ eſt vna, ſeceſſerunt, «
alieni, profani, hoſtes & inimici ſunt Eccleſiæ & extra Eccleſiam conſtituti. «
Qui enim vnitatem fidei non tenent, præſentiam diuinam ooo agnoſcunt. Si «
verus oriens iotra ſe populorum furore colliſos indiſciſſam Domini tunicam «
& deſuper contextam minuratim per fruſta diſcerpſit, vbi verò vineam ex- «
terminarint vulpes ioter lacus cootritos qui facile noo habent aquam, cur oon «
modernis temporibus dici valeat, quod vetus occidens dereliquir fontem «
aquæ viuæ vt foderet ſibi ciſternas diſſipatas quæ conrinere oon valent aquas «
Caritatis & voitatis, ciſternas totius quidem diſſeoſionis & ſchiſmaris? O ſpoo- «
ſa Chriſti Cariſſima, fili Mempheos & Taneos conſtuprauerunt vſque ad ver- «
ticem, quam tibi in via Ægypti, vt biberes aquam turbidam obſcuriſſimi «
Schiſmatis, diſſenſionis tenebroſiſſimæ & periculoſiſſimæ diſgreſſiones ab voi- «
tate. Quod maledictiſſimum Schiſma præſens omnia Schiſmata quæ Eccleſiam «
retroactis temporibus non modicum fatigaruot, in obſcuritate præcellit. Voa- «
quæque Pars quibuſdam perſuaſionibus veriſimilibus, ac rationibus coloratis «
veteriſque reſtameoti, ex vrriuſque Iuris Canonici pariter & Ciuilis authori- «
tatibus nititur ſuam poſitionem fuodare, adeo quod oedum fidelium ſimpli- «
cium animos, verum eriam Doctorum, literatiſſimorum & peritiſſimorum «
mentes ſub dubierate coëgerit fluctuare, aſſerentes alij Vrbanum, alij Cle- «
mentem, alij Neutrum ipſorum fuiſſe Canooicè electum & verum Papam. Ex «
quibus ſequitur igoorantia Iuris alterutrius, ſeu oeutrius in Papatu, & peram- «
plius ſequitur, ſi memoria labeſcat ex diuturnitate & ſegnitie langueſcent, «

» contabeſcent. Ecce hîc inexcuſabilis obſcuritas, hîc perplexitas indiſſolubilis, » hîc pro zizamo ſeminatorem .... Leuiathan perplex...? Hîc intrica- » tur ſponſa Chriſti Dædali labyrintho; hîc inter vepres & ſpinas ferè ſuffoca- » tur, & verendum ne hîc vigeant Phariſæorum & cæterorum Schiſmaticorum » temporis Chriſti peſtiferæ ſciſſiones ademptione totali Pontificatus & ſempi- » ternâ mulctatæ ſeruitute. In cæteris verò temporis præteriti Schiſmatis, aut » notoria erat vnius partis intruſio, aut de iure electionis vnius partis ſtatim cla- » reſcebat. In iſto diſſidentes abſorpti ſunt amodo. In cæteris pars vincens poſt » Schiſmatis ablationem vt plurimum ſuperminebat. In iſto ſucceſſores ſunt di- » uiſi; in cæteris non niſi Schiſma nouum ſuperuenerat. In iſto nedum partes » Principales, nedum Principes terreni, nedum Eccleſiaſtici, verum etiam Po- » puli vtriuſque partis vltro citroque diſſidunt & dimicant. In cæteris Populus » Rom. & circumquaque vicini ad inuicem concitabantur, & vix Italiæ termi- » nos prætergredi dicebatur diſſenſio; ſed vbi oriebatur ſeditio, illic breui tem- » pore moriebatur, excepto tamen Schiſmate tempore Alexandri III. quod per » 16. annos durauit, ſicut & iſtud iam per 18. de quo hæſitatur, quod niſi proui- » deat Altiſſimus, temporibus protelabitur diuturnis: ſed forſan dedit Dominus » & dabit in hac tribulatione prouentum. Quemadmodum namque Prouiden- » tia Dei in antiquo Teſtamento Moyſen, Heliam, cæteroſque Prophetas, » Eſdram & Mathatian aduerſus malignorum tranſgreſſiones, diſſenſiones & » Schiſmata misericorditer ſuſcitauit; Sic & in nouo aduerſus hæreſes & ſchiſ- » mata & intruſiones, Pontifices ſanctiſſimos & Principes incitauit fortiſſimos » Eccleſiæ defenſores. Nec eſt credendum Ieſum Chriſtum ſponſam ſuam om- » ni adiutorio ſpoliatam relinquere velle; ſed piè dicendum adiutorem & pro- » pugnatorem ſuſcitaſſe, ſuſcitaſſe inquam Danielem eruditum in ſapientia ad- » uerſus ſenes Suſannam Eccleſiam pudicam Chriſti, ſponſamque vnius cubiculi » puritatem caſto pudore cuſtodiuit & cuſtodit adulterare molientes contra Ia- » ſonem & Menelaum prætactos de Pontificatu diſſidentes Mathatian Matha- » teoſque legis Dei zelatores feruentiſſimos, *Vniuerſitatem Pariſienſem* matrem » omnium ſcientiarum, fontem ſapientiæ totius inexhauſtum, lumen Eccleſiæ » vetum, quod nunquam appropinquat occaſui, numquam pertulit Eclipſim, » ſpeculum fidei terſum & politum, conuexum non concauum, non angulo- » ſum, nullis offuſcatum nebulis, nullis contagijs maculatum. *Sereniſſimum* » *Regem Francorum, ſolem Iuſtitiæ, illuſtres Duces cæteroſque Principes domus Fran-* » *ciæ ſtellas fixas in luce orthodoxæ Religionis clariſſimo reſplendentes fulgore.* Hæc » nempe Domus nunquam hæreticaſſe, nunquam ſchiſmaticaſſe, nunquam ab » Eccleſiâ receſſiſſe, nunquam à fide deuiaſſe, nunquam intruſis fauiſſe, nun- » quam hæreticos ſuſcitaſſe, nunquam fouiſſe Schiſmaticos; ſed duntaxat veros » ſummos Pontifices repetitur, nec opitulante Deo faciet, ſed in fidei ſoliditate » permanebit fermè radicata; quoniam hanc ab originis ſuæ primordio nutriuit » ſincera fides, auxit deuotio, ſtabiliuit iuſtitia, ſapientia protulit, magnificentia » decorauit: quarum virtutum radius tantò potius ab antiquis temporibus emi- » cuit, quanto in capite & in membris fulſit religio Chriſtiana.

» Proinde non mirum ſi exurgant vt diſſipentur vnitatis inimici. Non eſt » itaque nouum Domum Franciæ plurimos ſummos Pontifices à Sede Romana » violenter expulſos ad Cathedram propriam tam reduxiſſe quàm manutenuiſſe, » alios auxilium domus eiuſdem impetraſſe & habuiſſe. Non eſt nouum Schiſma- » ta per principes ſeculares ſedata fuiſſe totaliter; ſed & forſitan verum eſt quod » nunquam Eccleſia collapſa ſeu vacillans ſuis proprijs viribus ſe erexit; non eſt » aſpernanda Principum potentia, ad Reges pertinet Chriſtianos vt temporibus » ſuis paccatam eſſe velint Eccleſiam matrem ſuam; vnde ſpiritualiter nati ſunt. » Et tunc per terrenum regnum cœlos perficit, dum in Regum Catholicâ pote- » ſtate ſtat veritatis defenſio & reparatio vnitatis. Nec eſt inquam deſerenda, » imò amplectenda potiſſimè, vbi iuſtiſſimam fouent cauſam; quæ iuſtior cau- » ſa quàm vnitatem Eccleſiæ procurare? quæ melior quàm teſtimonium Chri- » ſti pacem relinquentis exequi? quæ ſanctior quàm eliminatis ſchiſmatum & » intruſionum ſpurcitijs proſequi Dei & Chriſti Caritatem? Non enim pax niſi » in vnitate, nec caritas niſi in pace. Sed Chriſti fideles vnam S. Catholicam pro-

fitentur Eccleſiam, vt in Apoſtolorum Symbolo ipſam ſub pœna tranſgreſſio- «
nis fidei ſeruare tenentur, vnam in Chriſto, vnam in Vicario, vt eſt prædictum. «
Sequenda igitur vnitas eſt & tenenda, non tantùm tenenda, ſed toto corde «
diligenda, non ſolum diligenda, ſed omnium niſu procuranda. Et quanquam ab «
initio huius ſchiſmatis Mater Vniuerſitas Pariſienſis eidem minime ſe oppoſue- «
rit & pluries ſuper boc laborauerit ſecundum poſſe vicibuſque repetitis Do- «
mino Clementi reſcripſerit, vias multiplices reperiendo ad huius ſchiſmatis «
contagioſi ſedationem. Quia tamen nondum venerat bora, opus iſtud vſque ad «
mortem Domini Clementis remanſit incompletum, illo quidem tempore du- «
rante in ſordibus Schiſmatis, ſorduit Eccleſia & in ſtercore ſuo iumenta com- «
putruerunt, ſtulti facti ſunt Principes Taneos, Principes Mempbeos emar- «
cuerunt omnes ferè & abierunt retrorſum, beneficia & complacentias illac «
iſtac quærentes, & dormierunt. Et ſi quidam vigilabant, quia videbant ſe non «
poſſe proficere, noluerunt mittere margaritas ante porcos. Itaque vacante «
Eccleſia Rom. D. Clementis obitu, quando tunc erat tempus acceptabile ſe- «
dandi Schiſmatis, tunc dies ſalutis, *filia Eccleſiæ Vniuerſitas* quaſi à graui ſomno «
euigilans, Sponſæ Chriſti calamitatum non oblita ſurrexit & prædictos glorio- «
ſiſſimos athletas Eccleſiæ diligenter incitauit, eiſdem ſupplicando qualiter «
ſcriberent Cardinalibus, ne non ita citò eligerent, quatinus ad Schiſmatis «
ſedationem facilius deueniretur, quod & fecerunt; ſed antequam huiuſmodi li- «
teræ ad notitiam Cardinalium peruenirent, ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & «
D. D. Benedictum diuina prouidentia Papam 13. elegerunt. Nec ob hoc ceſ- «
ſauit Mater Vniuerſitas, quin Eccleſiæ negotium fuerit proſecuta, & adhuc «
viriliter proſequitur. In quâ ſiquidem proſecutione *filia Eccleſiæ* nonnullis vijs «
ſubtiliter perquiſitis & cum ſummâ maturitate diſcuſſis ad viam Ceſſionis tan- «
quam meliorem, planiorem, veriorem, ſanctiorem, boneſtiorem, leniorem «
& certiorem ad totale ſchiſma de cordibus fidelium radicitus euellendum fina- «
liter condeſcendit; Multis ſiquidem mota rationibus nedum perſuaſiuis, ſed «
omni fideli Chriſtiano ſecundum materiam ſubiectam concluſiuis. Pro quo «
præſupponendum omnem Catholicum Dominum timentem vnitatem & Pa- «
cem Eccleſiæ Catholicæ, fidem ortbodoxam & ſinceram caritatem in Domino «
teneri diligere, dilectas ſcilicet optare, optatas quærere, quæſitas amplexari, «
toto niſu retinere & in ipſis viuere & mori vt verum & fidelem Chriſtianum «
omnem verum Cbriſtianum teneri in vigore bonæ conſcientiæ & odore bonæ «
famæ vnione bonum operari, animæ ſuæ ſalutem & gloriam deſiderare ſempi- «
ternam, timereque pœnas æternales, omnem fidelem debere præeligere mo- «
ri, quam vnitatem & pacem Eccleſiæ ſcindere, ſciſſam fouere, fotam pertina- «
citer defenſare, omnem ſchiſmaticum intruſum, fautorem & de hæreſi vehe- «
menter ſuſpectum ad abiurandum ſchiſma vel intruſionem, & eidem renun- «
ciandum Iuris remedijs & vijs opportunis debere compelli, alioquin tanquam «
palmitem infructuoſam, & membrum putridum à corpore Eccleſiæ reſecari, «
ad hocque faciendum omnem verum Catholicum præſertim poteſtatem ſpi- «
ritualem & temporalem habentem tempus, & contra ipſos ſpiritualiter & tem- «
poraliter procedi debere: Nec in hoc caſu ſibi fore quomolibet, obediendum. «
Omnem facientem contra verum dictamen rationis & bonam conſcientiam «
ædificare ad gehennam, omnem hominem debere poſtponere ſalutem ſuam cu- «
iuſcunque, quantocunque ſeu qualicunque commodo temporali; omnem te- «
nentem ſeu potius detinentem rem aliquam præſertim vel Beneficium Eccle- «
ſiaſticum quodcunque ſit, ſeu poſſeſſionem illicitè tenentem ſub debito ſalutis «
eidem renuntiare. Et etiam in caſu dubij, vel erroris pro viâ tutiori habenda «
& tenenda pro certiori ad omnem conſcientiæ ſcrupulum remouendum, viam «
renunciationis, reſignationis ſeu Ceſſionis, quod eſt idem, etiam in ſummo «
Pontificatu fuiſſe & eſſe Iuridicam, à Iure introductam, receptam, approba- «
tam & à primitiuâ Eccleſiâ vſque ad Bonifacium VIII. vſitatam, vt in Clemen- «
te I. Cyriaco, Liberio, Ioanne XII. Leone IX. Benedicto X. & Celeſtino VI. «
quorum Ceſſiones ab Eccleſia approbatæ fuerunt, & etiam acceptæ. Ceſſit «
enim Clemens I. propter exempli perniciem, Marcellinus propter Idololatriam «
& ſcandalum inde exortum. Cyriacus propter deuotionem, Liberius propter «

» exilij attædiationem. Leo IX. & Benedictus X. propter conſcientiam, Cele-
» ſtinus VI. propter inſufficientiam vel potius deuotionem. Cæteris igitur vijs
» viam Ceſſionis fore præeligendam luce clarius apparet. Sint Titius & Mæuius
» electi in ſummos Pontifices: vt in Schiſmatis primordio: & quod dicetur de
» Titio, idem de Mæuio dicatur. Aut Titius nullo modo tenuit vel poſſedit Pa-
» patum, hoc eſt de iure, vel de facto Electioni noluit conſentire, vt accidit in
» Cardinale S. Petri, aut de facto duntaxat; aut ſolum de iure, aut de iure &
» facto ſimul. Hæc diuiſio videtur ſufficiens. Primum membrum tanquam inſuffi-
» ciens ad propoſitum reijciatur, quia ex eo Schiſma non poſſet concludi. Si 2 dica-
» tur; an ſciuit de facto ſe tenere? & tunc ad totale ſchiſma tollendum de cor-
» dibus fidelium neceſſaria eſt renunciatio per ſuppoſita, quia illicitè tenet &
» ad hoc tenetur de neceſſitate ſalutis, intelligendo de illo qui habet liberam
» cedendi facultatem, ſicut in iſto caſu: & ſi non cedat, talis nedum eſt Schiſma-
» tis author, imò fautor, imò pertinax, hæreſis defenſor ſeu defenſator; &
» ad cedendum cogi poteſt modo prælibato, vel ſimpliciter reſecari. Si dubitat
» ſe de facto tenere: adhuc idem pro via tutiori. Nam ſi cedat, ſchiſma totaliter
» aboletur; ſi non, videtur eſſe fautor & hæreſis defenſor ſi perſeueret. Nec vt
» prius per præſumpta concludit, aut ignorat; vt in illo qui per pecuniam pa-
» rentum ipſo ignorante ad aliquod Beneficium promouetur, an ignorantia eſt
» tolerabilis? & tunc non eſt ſchiſmati prouiſum. Credit veriſimiliter vna dicta-
» rum partium ſuum Electum eſſe verum Papam qui reuera non eſt. Ponatur
» quod altera pars in illum conſentiat ignorantiâ tolerabili decepta, nunquid eſt
» prouiſum ſufficienter? non quia ſequetur error intolerabilis vt ille qui non eſt
» Papa, pro Papa vero teneatur & approbetur, ligabit an non? ſoluet an non?
» quidquid aget, falſum, irritum, inualidum & nullum erit, ordinabit Epiſcopos.
» Epiſcopi Sacerdotes, Sacerdotes miniſtrabunt Sacramenta, quarum virtute
» clauium miniſtrabuntur? Ecce falſam paternitatem, ecce idololatriam me-
» ram, ecce defectionem fidei Petri. Ecce totalem Eccleſiæ Catholicæ deſtru-
» ctionem; hîc maius inconueniens quàm ſi Schiſma duraret, vbi vna Pars verè
» foret electa, quia ſola pars malè electi erraret: hîc totus Populus, vt cæcus
» cæcum ducens in errorum foueam laberetur. Ibi per aliam concordiam ſchiſ-
» ma poteſt tolli. Hîc forſan in perpetuum, vel ſaltem vſque ad obitus Ordi-
» nantium & Ordinatorum, ligantium & ligatorum error iſte prolongaretur.
» In Caſu vbi neutra pars eſt ritè electa; hîc caſus & tale ſchiſma poſſent adin-
» uicem ęquiparari. Vt ergo talis error radicaliter euellatur, renunciata eſt Ceſſio;
» nec alia via poſſibilis in hoc caſu reperiri valeret niſi per mortem vt præfertur.
» Sin autem intolerabilis ſit ignorantia, quia craſſa, ſupina, vel affectata, tunc
» ſecundum Iura ſcienti, vel ad minus dubitanti, ſeu titubanti poterit adæquari,
» vel æquè concludi. Si errat, tunc neceſſariò ſequitur prædictus intolerabilis
» error, vt ex præmiſſo apparet. Certum eſt namque non in rerum ignorantia
» erraſſe poſſe. Certum eſt proprium eſſe errores antequam exiſtimaret ſe ſcire
» quæ neſcit, pro vero falſum approbare: quippe errantem non conſentire ve-
» ritati. In errore exiſtentiæ rei non eſſe certiſſimum eſt. Si errans veritati con-
» ſentiret, etiam ignorans non erraret, ſi in errore cederet, Rei exiſtentia falſum
» non approbaret pro vero, aliàs eſſet oppoſitum in obiecto. Infertur igitur ne-
» ceſſariò errantem veritati Papatus non conſentire. Ergo errans non poteſt eſſe
» verus Papa. Cedat igitur & euacuabitur error, nec multiplicabuntur incon-
» uenientia ſupradicta, & ad hoc debere præſuppoſita compelli.
» Rurſus tertium & quartum membra prætactæ diuiſionis expediantur, quia
» non differunt quantum de hoc agitur niſi in poſſeſſione, vel detentione reali,
» & de facto; imò quantum ad caſum præſentem attinet, tertium incidit in
» quartum, eo quod vtraque pars Papatum tenuit & poſſedit & iuribus Papatus
» de facto fuit vſa. Et hîc agitur de ſcientia, vt dubietas, ignorantia & error in
» hoc caſu dimittantur, quò fortiori concludatur ratione. Fuit ergo Titius verus
» Papa de iure, quia & de facto Papatum poſſedit, & ſciuit ſe fore talem, alio
» exiſtente intruſo. Videatur an fauore ſchiſmatis extirpandi renunciatio ſe-
» quatur, & ad hoc ſedandum debeat primâ ratione in iſto præſenti caſu com-
» pelli, prædicta præſupponendo vera provt ſunt. Tutius pro honeſto credere

Digitized by Google

«.ebuit ad ſchiſma penitus expellendum, quia vnitatem Eccleſiæ tanquam Pa- «
ſtor ad oues diſperſas in ouile reducendas totis viribus debuit anbelare. Si ne- «
glexit, pauit ſemetipſum, mercenarius fuit, ſaluti propriæ commodum præ- «
poſuit temporale, prærıpuit lac & lanam: de ouibus non curauit. Neglectus «
in tali paſtore mortalis eſt. Non Truffenius ſi ſe geſſit pro vniuerſali omnium «
Ouium Dominicalium Paſtore, de omnibus ouibus in diſtricto Iudicio tenebi «
tur reddere rationem? Num eſt facile ſtare in loco Petri & Catbedram cum «
Chriſto regnantium tenere, ſi negligens & remiſſus Papa fuerit, inutilis eſt. «
Nihilominus innumerabilis populo cateruatim ſecum duxit primo mancipio «
gehennæ: cum ipſo plagis multis vapulaturus in æternum. Hanc ſi quidem «
Communicationem forſan metuentes B. B. Cyriacus & Celeſtinus VI. Papæ «
nulla vrgente neceſſitate Papatui ceſſerunt. Quid igirur faciendum eſt vbi «
Schiſmatis viget neceſſitas? quid facere debuit Tirius attento ſtatu dignitatis? «
quis ipſo magis erat obligatus ad ſchiſmatis ſedationem? Ceſſiſſe potius ſibi «
quoad animam profuiſſet, quàm dignirarem retinuiſſe. Et quia remedium non «
appoſuit, ſcbiſma quantum erat in ipſo fouit. Ex quo per ceſſionem altero etiam «
cedente ſcbiſma ſedari potuiſſet. Error cui non reſiſtitur, approbatur; negli- «
gere quippe cum poſſis perturbare peruerſos, nihil eſt aliud quàm fouere. Si «
Paſtor dormit & lupus oues deuorat, nunquid euigilandus eſt vt ſuccurrat oui- «
bus? Si vigilat & non curat, nunquid culpandus eſt? Si non eripuir à faucibus «
luporum oues quas eripere potuiſſet, nunquid lupis fauiſſe dicetur? Si Oues «
ſub tali Paſtore ſe cognouerunt periclitari, nunquid ab obedientia ralis Paſtoris «
recedendum? Dicit Paſtor Oui, vado ſubmergi, ſequere me, nunquid obe- «
diendum? imò ralis Paſtor debet à ſe tanquam indignus remoueri & ad ce- «
dendum per præmiſſa compelli. Si ſuſtiner partem ſuam & defendir ipſe Titius, «
ex buius defenſione oritur graue ſcandalum an non? Si oritur graue ſcandalum, «
vt quia propter hoc ſcbiſma diutius prolongatur & proprer hoc ſcit ſcbiſma «
plus durare adhuc propter illud ſcandalum, cedendum eſt, via Iuridica eſt pro- «
pter graue ſcandalum debere cedere Pontificem. Propter ſcandalum ceſſerunt, «
vr præfertur, Marcellinus, Benedictus X. & Leo IX. qui etiam poſt ceſſionem «
aſſumptus fuit in verum Papam. Si cedendum eſt propter graue ſcandalum, ſit «
propter grauius; quod ſcandalum eſt grauius quàm ſchiſma Eccleſiæ in ſummo «
Pontifice? Ponarur, vniuerſus populus Chriſtianus, credit & tenet Titium non «
eſſe verum Papam qui tamen eſt verus Papa, nunquid eſt bîc diuiſio Schiſma- «
tica & ſcandalum grauiſſimum. Ex quo igitur per ceſſionem ſcandalum præſer- «
tim tam grauiſſimum, abſque eo quod mortale peccatum incurrarur, ſedari «
poteſt: cur non ſedatur? ſi cedat Titius, nedum non peccat, imò meretur. Si «
Chriſtus præceperit oculum, membrum ſubſtantiale corporis eruendum & «
proijciendum, ſi ſcandalizauerit, quid facit Chriſti Vicarius qui ipſum debet «
imitari, nunquid tenebitur à ſe proijcere dignitatem Papatus vbi accidenrale «
quid eſt cauſa ſcandali? Si non faciat, nunquid eſt cauſa ſcandali? nunquid «
author? nunquid fautor? nunquid defenſor? & nutritor eſt ſchiſmatis & de hæ- «
reſi ſuſpectus? vtique & per conſequens ad cedendum compellendus. Si eſca «
ſcandalizat fratrem, dicir Apoſtolus, non manducabo carnes in ærernum. Si «
ſponſus ſponſam propter ſcandalum dimittere teneatur, cur non Titius Papa- «
tum? Siue Titius Populum Cbriſtianum, ſiue è contrario Populus Titium ſcan- «
dalizaret. Idem de maiori vel magis, ſeu minori parte Populi ſicut de roto Po- «
pulo ſcandalizato, & de minoribus vt de maioribus dicente Domino. *Si Quis* «
vnum de puſillis iſtis ſcandalizauerit, expedit, &c. Si ergo Titius admonitus debirè «
non ceſſerit, debet baberi pro Etbnico & Publicano, quia ſpernit vnitatem Ec- «
cleſiæ, fidem turbat Catbolicam, & de Caritate Dei & Chriſti non curat fa- «
ciens contra præmiſſum ſuppoſitiones, & tanquam ſcbiſmaticum, ſeu ſautorem «
ſcbiſmatis ad cedendum debere coërceri; alioquin eidem non eſſe obediendum. «

Vltimum autem membrum prælibatæ ſubdiſtinctionis ad propoſitum non «
accedit, quia ſcbiſma ſine ſcandalo erit non valet nec defendi. Nec in aliquo «
membrorum ſeu Caſuum prædictorum, quo ad totalem ſchiſmatis ſeductionem «
ſimplex Papatus dimiſſio, vel qui pro derelicto habeatur, minimè ſufficeret «
abſque renunciatione ſi ſponſus ſponſam dimittat, vel relinquat, fugiat, nun- «

» quid deſinet eſſe ſponſus? reuera non. Si Titius Papalem dimittat adminiſtra-
» tionem, nunquid deſinet eſſe Papa, nunquid liberabitur à vinculo ſponſæ ſuæ
» videlicet vniuerſalis, quo fuerat obligatus? certum eſt quod non remanet vin-
» culum quoad Eccleſiam. Ergo non obſtante dimiſſione ſiue derelictione non
» deſinit eſſe verus Papa. Nec eſt ſimile de rei profanæ dimiſſione vel derelictio-
» ne; vbi diuinum perditur propter vinculum obligationis vnius ad alterum, ſci-
» licet Papæ ad Eccleſiam, ibi eſt ſola voluntas dimittentis. Sic concluditur de
» Mæuio, quia credentes eum fore verum Papam, per huius viam demiſſionis,
» vel derelictionis in conſcientijs non contentabuntur. Scrupulus ergo conſcien-
» tiæ reliquationes ſuas in eis derelinqueret. Cæterum hæc via dimiſſionis in-
» honeſta eſt & indiſcreta: à quadam quippe ſatuitate mentis procedens. In
» ſtolidis ſiquidem opinionibus adeo tanta creſcere poteſt fantaſia, vt cephalicâ
» exagitati furiâ, quid ceſſiſſent viâ ceſſionis contemptâ? viam demiſſionis eli-
» gendam; & derelinquatur mater Eccleſia ſicut tugurium in Cucumerio, & ſicut
» Ciuitas quæ vaſtatur. Deſipiunt qui ſapiunt ſponſum Vicarium Chriſti Spon-
» ſam Eccleſiam debere vagam relinquere, vt nec ſponſum babere qui eam gu-
» bernet, nec Paſtore credatur viduata. Quis Paſtore illo ſceleratior qui Oues
» relinquit in direptionem luporum? quis infelicior agricola qui vineam Chriſti
» deſerit, vt ſit in conculcationem, vt exterminet eam aper de ſilua, & ſingula-
» ris ferus depaſcatur? Talis infidelior etiam Iuda traditore, Eccleſiæ deſtructor
» & veriſſimus Schiſmaticæ fautor prauitatis.

» Sed ecce Titius colludit cum Mæuio & tantùm procurat quod vi, fraude,
» timore, prece vel pretio Mæuius Titio, vel è contra cedit Papatus dignitatem.
» Iſta via non eſt noua. Plures, inquam ſummi Pontifices ſymoniacè, alij violen-
» ter, alij fauore, alij timore, alij interuentione, alij fraudulenter intrauerunt.
» Sed omnes ferè qui ſic fuerunt ſublimati, miſerabiliter perierunt; alius ſubitò,
» alius in latrinis mortuus eſt, alius ſtrangulatus, alius ſuffocatus, alius à Dæmone
» percuſſus, alius interijt vt canis. Ecce martyres horribiles, martyres luciferi
» qui maiora perpeſſi ſunt, vt eſſent in combuſtionem & cibum ignis, quàm
» alij ſummi Pontifices qui Martyrio fuerunt coronati. Iſta colluſionis via eſt
» damnatiſſima quam nemo bonæ conſcientiæ, nemo memor ſuæ ſalutis duceret
» acceptandam. Si Titius de facto tenet & Mæuius cum eo colludat, ſequitur
» error intolerabilis, de quo ſuperius eſt prætactum. Si de Iure ſolum, vel de Iure
» & facto tenet, tunc peſſimo medio nititur Titius ſchiſma quietare, & mente
» nequiſſimâ poſſidere conatur Papatum. Hæc via deteſtabiliſſima, imò ſcanda-
» loſiſſima, quanquam velamine pacis cooperta. Qualiter nempe vtraque vel al-
» tera pars Populi tanquam diuturno proh dolor! infecta Schiſmate. Si Deum
» timeat & conſcientiam, tranquillabitur vt ſchiſma in mentibus fidelium tribus
» luſtris & amplius inueterata & Sathanæ conſolidata glutino diſſolidetur, &
» ſcrupulo totaliter abraſo, vino recompaginetur. Certè hoc difficillimum; in
» promptu cauſa eſt. Omnis namque colluſio partium eſt inter ſe diſſidentium
» latens & fraudulosa conuentio. Audient Principes, audient Pontifices, au-
» dient Clerici, audient Laïci. Titius fecit pacem cum Mæuio, & obtinet Titius
» Papatum. Et qualiter hoc factum ſit, hæſitatur; quid Principes ſuſpicabun-
» tur, niſi fraudis conuentum? quid Pontifices niſi concordiam Gieziticam &
» ſymoniacam? quid Clerici niſi improbam conuentionem? quid Laïci niſi So-
» phiſticam compoſitionem & deceptiuam? Profectò compoſitio quæ quid in
» tali caſu latenter machinatur, præſumitur ſuſpicio fraudis. Quamobrem &
» qui colludit, vermem, conſcientiam corrodentem non euadit, nec euincit, niſi
» quòd per nefas perueniat ad optatum. Et qui per hanc viam infirmari ſchiſma
» concupiſcit, fortius reſurgit, & mentes fidelium ſtabilioribus laqueis Diaboli
» cenſetur implicare. Hæc via tantò peſtilentior, quantò latentior: quanto pal-
» lacior, tantò deceptior: quantò fraudulentior tantò periculoſior. Hæc ne-
» dum execranda ſed perſequenda, non ſolum perſequenda, ſed detegenda, nec
» tantùm detegenda, ſed priuatione multanda dignitatis. Non ſic in ceſſione
» quæ in propatulo fieri conſueuit, vt palam cognoſcat vnuſquiſque per huiuſ-
» modi viam Eccleſiam Rom. euidenter & veraciter fore viduatam & ad canoni-
» cam veri paſtoris electionem debere procedi. Qui igitur ſanctiſſimâ viâ Ceſ-

ſionis

Digitized by Google

ſionis rejectâ viam Colluſionis amplectitur, ſi de hoc fuerit detectus fautor «
Schiſmatis, & de hæreſi ſuſpectus eſſe coouincitur per præmiſſa, oec obſe- «
quendum eſſe tali colluſori. «

Sed diceot aduerſarij quorum via eſt ſcandalum, viam facti, viam armorum, «
viam expulſionis à ſede tanquam breuiorem fore amplexaodam, ſicut factum «
eſt per multos Intruſos & etiam per noonullos, qui tanquam veri Papæ fuerunt «
approbati, vt in Calixto II. qui Burdinum Hiſpanum Antipapam de facto per «
arma capi fecit & per Ciuitatem Romaoam ſuper aſioum auerſa facie ignomi- «
nioſè deduci, & finaliter carceri perpetuo mancipari, quibus in faciem reſi- «
ſtendum. Hanc viam Diabolicam & inſanam concludendo, cum hæc ſit veriſ- «
ſima iotruſio nemini ſanæ meotis acceptanda, attentâ præſentis ſchiſmatis per- «
plexitate. Nam ſi Titius de facto tantùm tenet ſummum Pontificatum, cooſtat «
per huiuſmodi expulſionem non pacificari ſchiſma, ſed peramplius & fortius «
inflammari. Si de iure taotùm & facto ſimul, tunc eſt medium peſſimum vbi de «
iure Titij & Mæuij perplexitas naſcitur, provt ſupra tangitur de Colluſione. Si «
manifeſtiſſima foret iotruſio vt in Burdioo, tunc licentius permitteretur, «
quaoquam ab omni iure & fuerit & ſit reprobata. Conſtat eoim dictum Burdi «
num Henricum Imperatorem IV. io odium Gelaſij II. intruſiſſe per vim, «
qui nouos Cardinales creauit, ac Gelaſium cum toto Collegio Cardinalium «
violenter expuliſſe. Qui Gelaſius cum ſuo Collegio veniens io Ftaociam mo- «
ritur Cluniaci: & Calixtus II. per Collegium Cardinalium eligitur concordi- «
ter, & accedens Romæ auxilio Francorum expulſo Burdino in ſede Rom. col- «
locatur. Nemo tuoc dubitabat Burdinum fuiſſe intruſum, Gelaſium & Ca- «
lixtum veros Papas extitiſſe tanquam per antiquos Cardinales concordialiter «
electos. Nec tameo in dubijs ſchiſmatibus hæc via facti voquam fuit appro- «
bata. Si cooſtitutum eſt quod Inuaſores Beoeficij, vt ſi non virtutis amore, «
pœnæ ſaltem formidine à ſuæ temeritatis audacia refrænentur, eo ipſo ius «
quod in eis competebat, amittant; cur non idem in Papatu? vt Papa legem «
quam tulerit patiatur? Ex quo igitur inuaſit, ius ſibi perdidit acquiſitum potiſ- «
ſimè vbi Mæuius aſſerit ius habere & poſſeſſionem iuſtam, vel ſaltem ſe habere «
coloratam & antequam Titius quandocunque ius haberet in Papatu: quo caſu «
nec iure ſuo priuari de facto, nec ſua poſſeſſione deberet violenter ſpoliari. Et «
niſi iura peruertantur Canonica, abſque cauſæ cognitiooe cootra Mæuium per «
viam facti non deberet procedi. Imò Titius tanquam violentus & ſpoliator ab «
huius poſſeſſione deberet amoueri. Cum via facti, oec ius aliquod penitus ac- «
quirat, ſed verius noſcatur deturpare, nec poſſeſſionem iuſtificet, ſed potius «
decoloret. Hæc igitur abhorrenda eſt, nec tenenda etiam ſi iuramentum in- «
teruenerit eo quod tenderet ad noxam, & iuraotem hoc implere volentem ad «
interitum deduceret ſalutis æternæ & nec teoendum iuramentum. Qui igitur «
iſtam tenerent viam, non ſolum non peccarent, ſed vnitatem Eccleſiæ non «
cuſtodirent, ſed fouerent ſchiſma, verum etiam de ſchiſmatica prauitate dice- «
reotur ſuſpecti: igitur oec eſt eis pareodum. «

Adhuc inſtant aduerſarij qui viam pacis non cognoueruot, vnam Com- «
promiſſi fore iuridicam & præ alijs captandam, allegantes forſan illud in Schiſ- «
mate Symmachi Papæ & Laurentij obſeruatum fuiſſe qui de Rege ſuo in Theo- «
doricum Gothorum Regem pro tuoc in Italia regoantem compromiſerunt, «
per cuius ſententiam fuit ſchiſma pacatum. Quibus reſpondetur ex rebus & «
ſtatibus negotij vt nunc ſtaotibus eorumque circunſtaotijs debitè penſatis viam «
Compromiſſi ſubſiſtere non poſſe & ad totalem ſchiſmatis eradicationem fore «
penitus incompetens. Et primitus ſegregetur via Compromiſſi, via, inquam, «
eſt vna trium viarum per quas ad electionem proceditur à Iure traditarum, eo «
quod ad Electionem de iure oequeat progredi niſi prius Eccleſia Officio, vel «
dignitate de iure & facto vacante & Paſtore viduata, alioquin contingeret Ec «
cleſiam tanquam habentem duo capita fieri modò ſcrupuloſam, eo quod «
Paſtor ſuperinduceretur Paſtori, & vnitas capitis Paſtoris & Vicarij contra «
præmiſſa minimè ſeruaretur. «

Reſtat ergo via Compromiſſi, provt io rebus accipitur profanis; ſi ſic acci- «
piatur, Certum eſt iſtam viam de Iure in rebus Eccleſiaſticis & ſpiritualibus «

Digitized by Google

» præſertim in Beneficialibus locum ſibi vindicare non debere, ex eo quod in ta-
» libus non admittuntur pacta, conuentio, nec adiectio pœnæ; ſuper quibus tota
» vis arbitriorum & Compromiſſorum radicalirer fundatur. Sed admittatur
» quod via arbitrij, Compromiſſi, arbitragij vel amicalis compoſitionis, ſeu nu-
» dæ voluntatis etiam in ſpiritualibus & in Papatu locum valeat habere, vt omnes
» viæ Compromiſſum tangentes; appellatione Compromiſſi inſimul compre-
» hendantur, adhuc buius viæ incompetentia per multiplices rationes luculenter
» demonſtratur. Certum eſt Sedem Rom. & eius Epiſcopum meritis Apoſtolo-
» rum Petri & Pauli primariam Patriarchalium ſedium, ac Vicariatum Ieſu
» Chriſti in terris obrinuiſſe cæteraſque ſedes ipſarumque Epiſcopos eidem Sedi
» humiliter obediuiſſe tanquam primæ Sedi, & eius Epiſcopo Ieſu Chriſti Vica-
» rio generali. Certum eſt Epiſcopum Rom. tanquam Vicarium Cbriſti non ha-
» bere ſuperiorem, cum Chriſtus non babuerit, & Eccleſiam Catbolicam à ſe &
» per ſe fundatam Petro tanquam capiti tradidiſſe gubernandam. Certum eſt
» Papam Cbriſti Vicarium non poſſe creare, vel eligere ſucceſſorem, ſed Papam
» eligi Canonicè debere ab his qui ſuper boc habent poteſtatem, nec aliter poſſe
» creari. Nec obſtaret de Bearo Petro qui Clementem elegit, quia Clemens pri-
» mâ electione non fuit vſus, ſed vt præfertur, propter exempli perniciem Papa-
» tui ceſſit & fuit *Linus* electus in Papam. Certum eſt viam Compromiſſi à con-
» uentione, ſeu nudâ voluntate Partium ſuam vim & poteſtatem habere, nec
» aliam poſſe babere poteſtatem quam per ipſas partes attributam. Ex his ma-
» nifeſtè concluditur veraciter in hoc paſſu viam Compromiſſi ſore iucompeten-
» tem. *Eligant Titius & Mæuius* tres Compromiſſarios, vel plures ad ipſos
» concordandum & de iure eorum ſententiandum, ſiue ſint Cardinales, ſiue
» non, & tunc ſecludantur via ſententiandi, vel concordandi pro tertio, quia ad
» Compromiſſarios poteſtas ſe non extendit, & etiam quod ambo ſint Papæ veri,
» quia ſequeretur Impoſſibilitas & maius ſcbiſma quàm ante, aut ſententiam
» neutrum babere ius in Papatu, & tunc ſi ambo obediant ſententiæ, concludi-
» tur quod fuerunt Inuaſores & Intruſi, & per conſequens deponendi. Iſte eſt
» finis inboneſtiſſimus & ignominioſiſſimus. Honeſtius, ſanctius, commodius, &
» leuius fuiſſet viam Ceſſionis compendioſam elegiſſe, quàm per graue diſpen-
» dium ad banc inſamiſſimam deueniſſe concluſionem. Igitur iſta via & compe-
» tens eſt, cum alia competens valeat reperiri, Si ambo vel vnus minimè pareant
» ſententiæ, ad quem appellabitur, cum ipſorum quilibet aſſerat ſe non habere
» ſuperiorem? An ad alicuius viri boni arbitrium recurretur? quærarur iſte bonus
» vir; non eſt ei locus in diuerſorio. Si dicatur, Iudex Ordinarius: vbi eſt, ſi
» Cardinales ipſi quilibet ſuam fouent parrem. Idem de Principibus. Et ſic non
» erant in cauſis proprijs Iudices competentes, *ſi neutrales* ſuſpecti ſunt, quia ſem-
» per iudicarent pro neutralitate.

» Ad primum membrum buius diſtinctionis reincident, ſi Concilium genera-
» le de buius viæ difficultate tractabitur: ſi alius quiſcunque, quis erit, aduiſetur,
» quia oportebit quod per partes eligatur; irerató erit proceſſus in infinitum.
» Et ſic per banc viam ad finem buius diſſenſionis nunquam peruenietur.

» Rurſus ſi iudicent buiuſmodi Compromiſſarij. An pro Mæuio? & ita ſi am-
» bo acquieſcant, ſequetur intolerabilis abſurditas, quod de errore intolerabili
» ſuperius eſt expreſſum. Si non, vt ſupra concludatur. Si pro Titio, tunc ad-
» buc Neutrales & de Iure vtriuſque dubirantes minimè contentabuntur; & non
» eſſet totale ſchiſma qnietatum. Eſt etiam in bac viâ notandum, quod Compro-
» miſſarij nullatenus ſententiare valebunr, niſi factis vtriuſque Partis, ex quibus
» Ius oritur, aut confeſſis per partes, aut ſalrem probatis ſufficienter. Enimverò
» ſi Cardinales antiqui qui primæ interſuerunt Electioni ſecundæ & in Compro-
» miſſarios fuerunt electi, quanquam vr Cardinales nouerint cauſæ merita, non
» tamen ſicut Compromiſſarij niſi ſactis concordatis, vel probatis nequibunt
» vllatenus iudicare, ſicut nec extranei, vel noui Cardinales valerent. Præui-
» deant igitur omnes quantum ſit difficilis, vel quaſi impoſſibilis buiuſmodi fa-
» ctorum concordantia, vel ſufficiens probatio, vt ex iure binc reſulrante poteſt
» firmiter iudicari quanto tempore factorum concordantiæ, ſeu propoſitiones
» hinc inde perficerentur quanto tempore tantus duraret proceſſus, nemo eſt qui

neſciat. Hic exceptionum & allegationum abyſſus abyſſum inuocaret; ſic de- «
cideret in Scyllam cupiens vitare Carybdim. Hîc arbitrorum mare magnum & «
ſpacioſum: illic ſubterfugiorum reptilia quorum non eſt numerus; ſolent Ad- «
uocati qui cauſas agunt deſperatas ſuis perſuadere Clientulis vt cauſas huiuſ- «
modi ferè periclitatas Arbitrorum voragini committant, quatenus vertiginum «
circnitionibus ſubmerſas nunquam ipſarum veritas attingatur. Cur igitur «
hanc viam plus cæteris aduerſam concupiſcant, vnuſquiſque contempletur, «
reperiet ſanè quod ſolum cœcato oorde, conſcientia læſa, turbidâ mente, ſur- «
dis auribus, oculis attonitis, inuerecunda fronte & facie confuſa tempora per- «
tranſeant, ac ſchiſmate durante ſuos promoueant, bonis ditentur Eccleſia- «
ſticis, ſplendidè viuant, dominentur ſuperbè & mundiali gloria ſuis tempori- «
bus abutantur, hi non timent conſcientiam, nec Deum reuerentur, qui ſi be- «
ne perſcrutarentur, non tantùm de ſchiſmate, ſed etiam de verâ hæreſi repe- «
rirentur non mediocriter ſuſpecti, forſan retributionem bonorum & malorum «
punitionem, paradiſum vel infernum non ardentes. Nec obſtat Symmachi & «
Laurentij Compromiſſum: ibi ſiquidem in ..... diſſenſionis ſententia fuit «
dictata; hic non: ibi propoſitiones & informationes peremptæ: hic non: ibi «
ſolus Clerus Romanus diſſidebat: hic vniuerſus Clerus qui bifariam eſt parti- «
tus: ibi ſchiſma fuitum breui temporis internallo: iſtud quotidie augmentatur, «
& ex maiori temporis diuturnitate fortius indureſcit. «

Sed opponunt iteratò qui in circuitu ambulant. Ecce viam Generalis Con- «
cilij ſanctiſſimam? quæ aliàs in ſedatione ſchiſmatis extitit practicata. Nam Im- «
perator Henricus II. congregauit Concilium Epiſcoporum de cuius Concilio «
Gregorium VI. & duos alios de Papatu ſimul contendentes eiecit, & authori- «
tate Concilij Clementem II. intronizauit. Sed hanc viam tanquam ſanctam «
& honeſtam, tantùm quo ad huius præſentis ſchiſmatis exterminationem, ceſ- «
ſionem incompetentiorem videri poterit luculenter. Difficultas nempe congre- «
gandi, factorum ambiguitas & perplexitas iudicandi maximam cauſam trahe- «
re videntur. Excludantur Concilia particularia, nam ſi ſola pars Titiana Con- «
cilium adiuuaret, aduerſa obedientia Titio per huiuſmodi Concilium appro- «
bato vel etiam reprobato, alteri pro eo in Papatu ſubſtituto, nullatenus cre- «
deret, nec eidem firmiter adhæreret. Et idem de Concilio per partem Mæuia- «
nam congregato, vnde quia iſtud ſchiſma rotale fœdaſſe noſcitur Eccleſiam «
vninerſalem, neceſſarium eſt congregari, ſcilicet Latinam, nedum Clerum «
in Pontificalibus & cæteros Prælatos, ſed etiam populum Chriſtianum in Prin- «
cipibus & cæteris rerumpublic. adminiſtratoribus. Sanctiſſime Deus, quis «
iſtius Concilij legitimus congregator? non eſt tanta poteſtas Eccleſiaſtica, po- «
tiſſimè cum ſit diuiſa, vt hoc valeat adimplere. Reſtat ergo quod ſecularis; «
ſub quo igitur Principe? ſub quo protectore? quâ in prouincia? quo in loco «
quis miniſtrabit expenſas? quoto quantoque tempore congregabuntur, ſi Prin- «
cipes ſibi ipſis non deferant, ſed velit vnuſquiſque ſuam poteſtatem & maieſta- «
tem adeo conſeruare, vt nec parem, nec maiorem patiatur. Iſtius viæ conclu- «
ditur impoſſibilitas, nullatenus adimplenda, niſi Deus Deorum Dominus po- «
puli ſui miſereatur & corda Principum conuertat, quatenus ipſorum alteri om- «
nes cedant locum, qui ſummâ motus pietate in viſceribus Caritatis, affectu «
pijſſimo, huius negotij tam neceſſarij, tam ardui onus miſericorditer aſſumere «
dignaretur. Et nedum Conciliū conglomerati ſufficeret, niſi cauſa adiuuationis «
perduceretur ad effectum. Plane autē Concilium partibus auditis aut procedet, «
aut non procedet. Si primò, tunc in inconueniens quod ſuperius eſt relatum in «
Compromiſſo ſuper factorum diſcordantia concidentia recrudeſcet: & tamen «
pone quod partes ad ſua facta propoſita recipiantur ad probandum, tunc vna- «
quæque pars fecerit diligentiam de probando, an partes æqualiter probabunt, «
aut inæqualiter, ant nullo modo. Si æqualiter, nec inde poterit Iudicari iudi- «
cium quid ab inæqualitate propoſitionum, ſeu Iuris à propoſitionibus eliciti «
procedit. Si inæqualiter. Hîc introducitur perplexitas iudicandi. Opinandum «
eſt Epiſcopos in huiuſmodi Concilio ſicut & in cæteris tanquam Iudices ſede- «
re quos, vt cum reuerentia dicatur, Epiſcopellos Italicos Iuris ignaros quorum «
infinitus eſt numerus, Bellacores, Alemannos cæteroſque de Mæuij promo- «

» tione puerulos Gallicanos & cæteros de promotione Titij qui Eccleſiam ſibi
» obedientem poſuit in pomorum cuſtodiam. Pauci namque reſtant de promo-
» tione Gregorij, qui quid agent? quælibet Pars ſuam partem fouebit; quis eſt
» ille qui tantum Concilium? quis ſedium primacias & Seſſiones nouerit ordinare?
» hîc onerosa multitudo: hîc nullus ordo, hîc ſumma confuſio. Si ambæ partes
» aliquid probent, hîc maxima perplexitas, quæ ipſarum partium melius proba-
» uere intentum; hîc inſtrumentorum diſſonantium varietas; hic teſtium con-
» traria deponentium, quibus melius credi debeat, ambiguitas; hic argumen-
» torum & allegationum infrontitudo & adeo tanta variarum alteratio opinio-
» num, quod ſicut cortina cortinam trahit, contrarietas varietatem, vai i:tas du-
» bietatem, dubietas perplexitatem inducit iudicandi. Sed eſto quod circa mo-
» dum probandi, ſcilicet quod vnus ipſorum melius probauerit, ſit aliqua cer-
» titudo, ſiue pro Titio, ſiue pro Mæuio ſententia feratur, an Titius, vel Mæuius
» deponetur tanquam intruſus? Et tunc honeſtius fuiſſet eidem ceſſiſſe; an com-
» pelletur ad cedendum? tunc leuior via Ceſſionis extitiſſet quam Concilij Ge-
» neralis, ex quo idem effectus reſultat, aut incarcerabitur, ſicut in maiori parte
» Schiſmatum, victor victum, ne ſchiſma recidiuet, incarcerare conſueuit; hîc
» infirmiſſimus finis, melius ei fuiſſet ſi ceſſiſſet homo ille quàm in carcere mori.
» Et tamen quantum ad illum qui per ſtultitiam remaneret, nedum aduerſæ par-
» tis ſequacium qui tamdiu curuâ adhæſione ius partis ſuæ fortiter radicarunt,
» conſcientiæ ſcrupulus ſopietur; ſic nec partibus neutralibus & dubitantibus
» ſatisfiet: ad oppoſitum ſemper formido ſequetur, vel ex ſubordinatione teſtium
» partis vincentis, vel inſtrumentorum falſorum inſpectione, allegationum in-
» aduertentia, vel iurium vtriuſque partis immatura conſideratione: vel quia hu-
» manum ſæpè fallitur Iudicium, vel quia non deficit ius, ſed probatio Iuris.
» Qualitercunque verò vel Titius, vel Mæuius remaneat Papa in iſtâ maledictâ
» Conſcientiarum inquietudine mentis fidelium perpetuò commouebuntur: qui
» conſcientiæ ſcrupulus niſi viâ ad hoc poſſibili radicitus euellatur, certum eſt
» omnem talem fluctuationem ad interitum vergere ſalutis. In Ceſſione quidem,
» nec vnus remanet ſcrupulus, imò nec aliqua ſcrupuli ſcintilla. Nulla eſt alia
» via poſſibilior ad hoc penitus extinguendum. Cum ad verum ventum fuerit
» ſummæ hic aduertatur hoc negotium pro minimo non eſſe habendum, quia ma-
» ximi eſt ponderis; hic non agitur de lacte vel lana, nec de commodo temporali;
» hîc agitur de Conſcientijs cuiuſlibet ſubditorum totius Chriſtianitatis; hîc
» omnium fidelium, vel ſalus æterna, vel interitus verſatur ſempiternus. Videat
» omnis mundus iſtius ſcrupuli periculum, quo nullum maius ad mortem, & videat
» omnis Eccleſia fidelium Ceſſionis remedium, quo nullum melius ad ſalutem.
» Sin autem Partes nil probant, quia ſcilicet neutrarum Partium aſſertioni mi-
» nimè creditur, nec de ipſarum iure liquidè poteſt apparere, neceſſarium eſt vt
» contra ipſos aduerſa ſententia procedat: & à ſede debeant propelli. Sanè ceſ-
» ſiſſe fuiſſet honeſtius, quia turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes.
» Si Concilium partibus non auditis procederet, tunc maiora quàm prius ſe-
» querentur inconuenientia, ſiue vnus remaneret, ſiue repellerentur ambo, vt ap-
» paret per præmiſſa. Non obſtat Concilium Henrici, tum quia nec vniuerſale,
» ſcilicet de Epiſcopis Romæ propinquis, tum quia plures notorioſiſſimè fuerunt
» intruſiones illo tempore. Nam Benedictus IX. inuaſit Papatum; quo eiecto
» Silueſter IV. Simoniacè intrauit: quo iterum infra duos menſes eiecto Bene-
» dictus Papatum recuperauit, qui Gregorio VI. Papatum pro duabus mille li-
» bris vendidit: qui Gregorius vnum Papam ſibi Coadiutorem elegit, Cardina-
» les tertium elegerunt, & ſic erant tres. Propter quod Henricus vocatus à Clero
» Populoque Rom. Concilium congregauit, intruſos eiecit, & Clementem II.
» intronizauit, vt præfertur. Iſto tempore nihil eſt notorium, ſed omnia ſunt
» obſcura.
» Sic igitur omnibus vijs præmiſſis excluſis, concluditur euidentiſſimè viam
» Ceſſionis fore præeligendam vt honeſtiſſimam, vt leniſſimam, vt compendio-
» ſiſſimam, vt clariſſimam & demum vt ſanctiſſimam. Hanc equidem filia Sion
» mater Vniuerſitas ſupradicta maturiſſimè perpendens, noſcitur elegiſſe, non
» vt D. Benedictus ſolus de facto cederet, ſed vt firmiter diceret ſe paratum

Digitized by Google

cedere in caſu quo aduerſarius cedere paratus eſt. In hoc verbo, Paratus ſum cedere, ſtat tota difficultas; quod ſit præiudicium Benedicto ſi dicat, paratus ſum cedere? nunquid ius ſuum diminuitur? nunquid tollitur, etiamſi ſummum ius habeat in Papatu, imò affectio bonitatis internæ quam haberet ad ſchiſma tollendum, palam & efficaciter appareret à maiore & minore, vt euentu rei conſtaret, Benedictus diceretur, diligeretur ab omnibus, & eius ſanctitas longè latequè diffuſa per orbem vbique, etiam in populis partis aduerſæ diuulgaretur: nihil niſi bonum aduerſarij eius præſumere valerent. Sed diceretur, de iure ſuo diffidere videretur ſi cederet; & ſic eſt inhoneſtas. O peruerſiſſima præſumptio! Si Benedictus ſciret ſe iniuſtè tenere Papatum, vel etiam leuiter ſuſpicaretur, num ſanctius eſt cedere? num melius carere Pontificatu, quàm mitti in gehennam ignis? Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? O honeſtas Diabolica quæ ſuum cogit damnum ſubiectum. Quæ inhoneſtas hæc eſt, bonam conſcientiam immutari illud quod ſuum non eſt dimittere, reſtituere ablatum, vt peccatum dimittatur. Si honeſtas hæc inhoneſtatem, coactionem induceret, iam nemo peccara ſua confiteretur, honeſtas proh pudor ſequeretur hæretica effronti Schiſmatis impudentiæ non ſequuta ſed coniuncta. Hanc viam benedictiſſimam inclytiſſimi vnionis pugiles ſupradicti vocatis Concilio & Epiſcopis Franciæ nonnullis & viris prudentibus & literatis approbauerunt & emologauerunt; hanc tanquam expeditiſſimam ſecuti fuerunt & ſequentur. Quanquam etiam dictus Benedictus ante ipſius aſſumptionem palam & ſecretè Pariſius & alibi ad vnionem Eccleſiæ laborantes laudibus extulerit copioſis; ac etiam ipſemet hanc Ceſſionis viam, non ſemel ſed pluries, ad partem & in pluribus locis coram notabilibus perſonis præ cæteris vijs multifariè commendauit aſſerens firmiter, quod licet cæteræ viæ in Shiſmatis primordio tentari debuiſſent, tamen moderno tempore conſiderato, hæc ſola non alia ſimpliciter expediebat. Sed ex aſſumptione Papatus ſecuta fuit opinionis mutatio quæ non fuit mutatio dexteræ Excelſi. Ægrè credere potuit filia Eccleſiæ tantum verum tamque famatum à viâ per ipſum approbatâ ſic ſubitò deliraſſe, forſan amicorum notorum & Conſiliariorum fictis perſuaſionibus & falſis inclinatum qui ipſum errare fecerunt in inuio & non in viâ. Horum aliqui ſequentes viam Balaam ex Boſor qui mercedem iniquitatis amauit, dulces eidem diuitiarum præſuſurrant illecebras. Alij viam ſed perituræ calliditatis protoplaſtos ſeducentis mellitum Eccleſiaſticæ dominationis toxicum propinant. Alij tanquam Conſiliarij Pharaonis in ſeipſo diſſipati latenter ſubſibilant, Pater ſancte, filius es Regum, antiquorum parens nobilium, amicus Magnatum ne cedas; qui tenet teneat, manda promotiones, expectationes remanda, expecta, lilia mareſcent, remollientur principes & attædiabuntur. Reexpecta, Vniuerſitas in ſeipſa contabeſcens deficiet, grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora, tunc ceſſabit caſſatio: tunc videbunt in quem pupugerunt. O nefarijſſimi ſuſurrones! inſtitores fraudulentiſſimi, nolentes prouentus ſuæ perdere mercaturæ! modicum ibi expectaui, & fortaſſis ventus vrens fruges ſiccabitur? O deteſtabiliſſimi Perſuaſores qui concupiſcitis eſſe dominantes in Clero & in Eccleſia potentari! modicum ibi, & fortaſſe artato Virginis pomerio floccipenſi tanquam forma facti gregis! O ſubuerſores mentium neqniſſimi, conſilium dantes inſipiens & nefandum archimandritæ de Schiſmate non curare quaſi in baculo arundineo confidenti & agnitam viam veritatis deſerere penitus & omnino. Quis ſcit ſi Dominus ſpiritum miſceat vertiginis vt tales ſchiſmatis continuatorum conſiliantes ſuâ potentia conterat & confringat? Non ſic, impij, non ſic, vt ſuſpicamini. Conſiderate Lilia quomodo creſcunt, non deficient, non corrumpentur, non marceſcent. Nidus Atiſtotelis qui Eccleſiam quotidie fœtu nonæ prolis amplificat mirabiliter, non contabeſcet, ſed fortius quod inceperit, perſequetur, & in Domino cuius cauſam ſuperans agitur non infirmabitur. O quàm grauis Schiſmatis fautoria! ipſum toto niſu velle continuare! ô fortis hæreticæ prauitatis adhæſio in ſummo Pontifice, velle toto tempore vitæ ſuæ ſciſſuram perpetuari! Sordibus imbuti nequeunt dimittere ſordes.

Sed dicunt honarum conſcientiarum ſubuerſores ad excuſandas excuſationes

Digitized by Google

» in peccatis, Dominus noſter ad nihil aliud tendit quàm ad omnimodam ſchiſ-
» matis abolitionem; promiſit & iurauit ante ſui promotionem omnes vias vtiles
» & accommodas procurare & ſeruare poſſe tenus, verum vſque ad ceſſionem
» incluſiuè per ipſum. de Papatu faciendam ſi Cardinalibus, vel maiori parti eo-
» rundem videretur expedire; perquirantur iſtæ viæ demum ad Ceſſionem per-
» neniarur: non eſt ſaltu præpropero ſic procedendum, verbum, *Vſque*, ordinem
» ſignificat agendorum. Dominus noſter reperit viam tractatus accommodam val-
» de & ſummè vtilem; quid vltra facere debuit? Vniuerſitas vult ipſum cogere
» ad cedendum. Minor in maiorem non habet imperium, nec par in parem:
» ones Paſtorem reprehendere non valent; nunquid poteſt Vniuerſitatem
» obiurgare dicendo, lege, audi, ſtude, addiſce, quid ad te de ſchiſmate? tu
» me ſequere; hæ fallaces verſutiæ ſic elidi videntur: habet ſiquidem proprium
» antiqui hoſtis inuidia, vt quos palam deijcere non valet, ſub quadam veritatis
» ſimularione virus latenter infundat. Aiunt falſidici veritatem, vt acrius pun-
» gant. Afficitur Dominus B. ad vnionem, verùm eſt: ſed affectus non perduci-
» tur ad effectum. Refertur quid in eius auſpicijs dixerit, ſeipſum Papatus onus
» principaliter aſſumpſiſſe, vt per eum vniretur Eccleſia, & tam paratum eſſe ce-
» dere Papatui quàm promptus erat deponere cappam. Si dixir, ſi promiſit, cur
» dictum non tenet? cur non ſeruat promiſſum? ait Prætor, Pacta ſeruabo. Si in
» ſimplici homine reprehenderetur, cur non fortius in Papa? deriſio etiam à ſto-
» lidis cachinnanda, contrarij aſſertio. Si iurauit, cur non tenet? non eſt iſtud iu-
» ramentum volatile ſeu quotidianum, ſed cum matura deliberatione pro cauſa
» Dei, pro facto Eccleſię iſtud iuramentum diceret vergere in detrimentum ſalutis
» æternæ? Quis niſi Apoſtaticus à fide ipſum aſſereret non ſeruãdum, tenetur igitur
» ſub periurij pœnâ ipſum obſeruare, niſi diceret, per adeptionẽ dignitatis Papam
» impeccabilem effici, quod eſt hæreticum & inſanum; quid horribilius in Papa?
» quid deteſtabilius quàm periurium? quid infamius quam Papam dejeraſſe?
» Ecce per exemplum; homines, nedum Magnares, ſed etiam populares
» mentiri, iurare, dejerareque minimè terrebuntur in ſui excuſationem allegan-
» tes, Papa mentitur, Papa deierat, cur non mentiar, cur non dejerabo? Quantis
» criminibus peccabit apud Deum ipſe Papa, cuius ſtatus debet eſſe perfectiſ-
» ſimus, etiam quantum humana poteſt capere creatura, quàm damnabilius, ne-
» mo ſanæ mentis contradicir. Diceret quiſpiam, ſupradictum Papæ iuramen-
» tum conditionale fuit; ſed non obſtat; ex quo per DD. Cardinales excepto
» vno per quem tota hæc ſciſſio ferè dependet, conditio fuit adimpleta: & ſic
» habetur perinde ac ſi fuiſſet purificata. Igitur ſi Papa non adimpleret, faceret
» infinitos, vt nunc eſt dictum. Rurſus nil facit illud verbum, *Vſque*, quod ad
» ordinem neceſſitatis non inducit, ſed duntaxat congruitatis; vt in ſimilibus
» poſſet argumentari. Si congruentionem ceſſione viam reperiſſet *filia Sion*, pro
» ipsâ non tantùm decertaſſet. Quæ eſt iſta allegatio Sophiſtica? Credunt ne Su-
» ſurrones iſti vniuerſum mundum ſuis decipere Sophiſticationibus? credunt fi-
» liam Sion quæ propoſitiones Elenchicas ſummè nouit, puerilis Sophiſticæ de-
» cipula, tanquam virtutis hominum ignaram paralogiſare? Credunt Dominos
» ſupradictos totumque Franciæ Concilium vnicâ verbi expoſitione falſigraphâ
» contrauenire? Non vtique tanta namque vis eſt iuramenti ſupraſcripti, ipſius
» efficaciâ manente, vt nec Dominus noſter, nec DD. Cardinales aliam viam
» quamcunque valeant acceptare: nec in melius poſſe commutari videtur; nec
» etiam attento præſenti caſu ſuper tali iuramento ſummè licito, vtili & neceſ-
» ſario, omni iure approbato diſpenſari, niſi de plenitudine poteſtatis. Quod ſi
» abſque rationabili cauſa & neceſſaria fieret, porius diſſipatio crederetur. Trans-
» greſſor eſt igitur Iuramenti qui non ſeruat quod iurauit.
» Tranſeunt ſubuerſores iſti ad viam Tractatus inter partes, & vtriuſque partis
» Cardinales. Iſte tractatus an appropinquat? an eſt prætenſa via collnſionis
» ſuperius reprobata. Nequit fieri vt rractent quod ambo remaneant Papæ per
» præmiſſa. Si quod vnus ipſorum? id ſequitur, quod in colluſione. Si quod ne
» vtet, ſed vnus tertius, quod non eſt veriſimile adhuc ſequitur præſumptio
» fraudis: & nihilominus ad viam Ceſſionis, vel depoſitionis remanebunt. Ex
» quo iſta via incompetentiſſima cenſetur.

Digitized by Google

Improperant finaliter filiæ Sion de paritate & imparitate. Certum eſt « filiam Sion imparem eſſe Papali dignitati, Ouem ſubiectam Paſtori ſummo, « filiam Eccleſiæ quæ matrem diligit tenerrimè, indiſſolubilem fidei columnam « firmiſſimo ſtabilitam fundamento. Profectò tantus eſt amoris ardor erga ma- « trem, vt eius ſponſum aberrantem ad viam veritatis reducere vellet ſi poſſet. « Non cogit, non compellit niſi conſecutiuè. Quanquam ergo Dominus, cui « cur dici non valeat, cur ita facis? nedum non admoneri poſſit ſuper Schiſmate « vel hæreſi quæ caudas babent adinuicem alligatas, verum etiam accuſari ſi « pertinax eſt & incorrigibilis. Et idem de quibuſcunque criminibus tendentibus « ad depoſitionem. Quid igitur de Scbiſmate ſic notorio, ſic manifeſto, vt nulla « valeat tergiuerſatione celari, nunquid accuſari poterit ſic? Si in viridi id fit, « in arido quid fiet? actio ſiue accuſatio popularis eſt nota popularior, imò nec « accuſatio criminis læſæ Maieſtatis, in quo quilibet admittitur criminoſus: ſi « quilibet de populo recipitur, cur non filia Sion? Non indignetur Dominus « noſter, ſi veritas eidem non ſubticetur. Non eſt inſuetum minorem maiorem « dignitate reprehendere poſſe. Ietro Moyſen, Moyſes Aaron, Aſina Balaan, « Nathan Dauid, Helias Achaz, Ieremias Sedechiam, Baptiſta Herodem, Pau- « lus Petrum reprehendit; quis aliquem prænominatorum culpare potuit iuſtè? « quis Moyſen & Aaron, Chore, Datan & Abiroo Schiſmaticis reſiſtentes ob- « iurgabit? Quis Danielem, quis Mathatian? Cur Vniuerſitas quæ Dei cauſam « & Eccleſiæ proſequitur ab ipſo Domino noſtro & ſuis ſequacibus criminabi- « tur? niſi quia dolent iſtud ſchiſma ſic debere ſedari. Porrò vt fautoria ſchiſ- « matis clareſcat magis; dicit idem Procurator quod cum ad inſtantiam D. Be- « nedicti ſereniſſimus Princeps Rex Francorum Nuncios quàm potuit digniores, « ac etiam Vniuerſitas ſuos meliores deſtinarint eidem, qui ſibi pluries & flexis « genibus requiſierint, quatenus dictam viam acceptare vellet in caſu duntaxat « quo aduerſarius ſuus ad boc condeſcenderet, prædictum Iuramentum ad me- « moriam reducendo. Nibilominus immemor ſui iurameoti ad dictam viam con- « condeſceodere denegauit aſſerens ipſam non eſſe iuridicam, & in ſimili caſu « refutatam. Videat omnis Eccleſia ſanctorum tam bumilem, tam ſupplicem « requiſitionem; videat tam iodiſcretam, tam imprudentem reſponſionem & con- « tra veritatem ſuperius allegatam. Quæratur io hiſtorijs, in Cbronicis, in An- « nalibus, in Geſtis Pontificum & ſimile ſchiſma: ſicut iſtud nuſquam reperie- « tur, nuſquam viam Ceſſionis repudiatam; imò pluries acceptatam, vt ſuperius « eſt deductum. Ad quid tendit iſta reſponſio niſi ad ſcbiſmatis durationem? « Quippe tantæ dignitatis aſpirata ſuauitatis bonores maximos aromatizans in- « timis medullis nubilata non finit cor ipſius Ceſſionis eructare verbum bonum. «

Rurſus tamen ad inſtantem petitionem Nunciorum cum omnes Cardinales « vno dempto Collegialiter aggregati viam Ceſſionis elegiſſent, ac eandem inter « ſe promiſiſſent totis ſuis viribus procurare, ipſique Nuncij cum bumilitate ſum- « mâ eundem ſuppliciter exorareot, quatenus ipſam admittere dignaretur, dicen- « do quod DD. Cardinales elegerant eandem; & iterum dictum iuramentum re- « plicando, boc omnino refutauit, dictum gloſſans iuramentum vt ſuperius « enarratur. Bone Deus! iſta eſt gloſſa Aurelianenſis quæ deſtruit textum. Quid « ſibi vult iſta gloſſa niſi ſcbiſmatis geminationem & fautoriam omnimodam? « quid gloſſa niſi quod vix, aut nunquam vt ſibi videtur aliqua via accommoda « poterit inuenire; cur ſic iuramentum commentatur, quia etiam ſi aliqua via « reperiretur accommoda, illam aut repudiaret, aut gloſſaret ſicut iuramentum, « aut ipſam non iuridicam allegaret, & ſic ſemper vellet in iſtâ remanere digni- « tate. Quid mirum? deſiderio præſidentiæ inflammatus & ſpecioſi culminis ſe- « ductus faſtigio mente ſic obfuſcatur, vt viam nequeat eligere veritatis. «

Profectò, quanquam omnes Cardinales excepto vno eidem nunciaſſent « quod viam elegerant ſupradictam, & ibidem vt prius ſupplicaſſent, non tan- « tum facere hoc recuſauit, ſed etiam multa verba comminatoria inferendo, ipſos « requiſiuit vt cum ipſo in viâ ſuâ ſtarent; quid prætendat iſta requiſitio niſi to- « talem viæ Ceſſionis abdicationem & viæ ſuæ ſuperius improbatæ per ſuos Con- « ſultores auribus prurientes repertæ omnimodam adbæſionem? quæ ſcbiſma « plus implicet quàm tranquillet, plus protelet quàm reſecet; nec mirandum. «

» Sanquiſugæ ſitibunda progenies ardore licet inextinguibili ſemper vociferans, » *Affer, affer* in infinitum cruciaretur, ſi tantus bolus ex ipſorum faucibus eripe- » retur per Ceſſionem. Quam requiſitionem ſic factam Domini Nuncij audien- » tes, Dominos Cardinales iteratò requiſierunt quatenus ſuper deliberatione ſuâ » ſcedulam conficerent aut ſuis munitam ſignis, aut proprijs ſigillis roboratam; » quod obaudiens Dominus noſter quadam inuectus furiâ confeſtim eiſdem Car- » dinalibus ſub pœnâ excommunicationis, inobedientiæ & infidelitatis inhibuit, » ne huiuſmodi ſcedulam conficerent ſeu confectam ſignarent. Ecce hîc aper- » tiſſima ſchiſmatis prorogatio; nunquid ſufficere debuerat eidem ſi huiuſmodi » viam totiens repudiaſſet, vt quam palam inhibet, niſi vt in ſuis fictis perdura- » ret adinuentionibus nullo tempore proſequendis, & ſuo tempore perſeueran- » tiam ſchiſmatis palliaret. Nimirum mens nequam dominandi cupiditate me- » dullitus inardeſcens exquiſitas venatur aſtutias, quibus ſuam velet ambitio- » nem & in poſſeſſione dominationis ſuis temporibus perduret.

» Deinde ſæpe dicti nuncij D. B. requiſierunt vt ad ambaxiatam in Conſiſto- » rio, aut alias publicè explicandam audientiam præberet & in collocutionibus » ſuper ſedatione ſchiſmatis coram ipſo facere admitteret, ſed ipſe, ſed ſimilem » aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas requiſitionem non exaudiuit. Acbas im- » pijſſimus Rex Iſraël Micbeam Propbetam noluit audire, eo quod non prophe- » tabat bonum ſed malum, & ob hoc eum odiebat; perpendatur quis finis extiterit, » & per hoc concludatur. Poſtremo glorioſi Principes & Nuncij ſæpè dicti flexis » genibus per viſcera miſericordiæ Dei noſtri eidem ſupplicarunt, quatenus Ec- » cleſiæ ſic diuiſæ compateretur, & ſummarunt eundem quatenus viam ſæpè ta- » ctam dignaretur acceptare; quod renuit penitus & omnino. Et inauditi & » repulſi in Franciam redierunt. Ecce quaternam admonitionem & ad viam » Ceſſionis non vult ſe inclinare; talis eſt verus contumax; talis eſt verus perti- » nax; talis eſt verus fautor & verè de ſcbiſmate ſuſpectus; talis incorrigibilis, » talis non ſequendus; tali non obediendum, vt concluditur ex præmiſſis ſpecificè » & maturè conſideratis.

» In augmentum etiam fictæ fautoriæ præſumitur vehementiſſimè eo quod ad » huiuſmodi viam impediendam Auenionenſem, Terracenſem & Baſatenſem Epiſ- » copos ad partes direxit Gallicanas; Zamorenſem in Hiſpanias tranſmiſit: qui » contra Cardinales & Vniuerſitatem magna & grauia reſcripſit eiſdem & ipſos » mirabiliter confutauit, imponens, vt refertur, quod contra dictum Benedi- » ctum nulla fuiſſet facta commotio, ſi extitiſſet Gallicanus vt patuit in Clemente: » ſed quia alterius eſt Nationis per quem Gallia ſuos amiſit Pontifices, ad hoc » recuperandum cogere nituntur renunciare, viam nouam abſque Principum » aliorum euocatione quaſi ſola Gallia & non aliæ Prouinciæ, poſſit determi- » nare de ſcbiſmatis ablatione, nouiter ad inuenerunt. O peruerſiſſima & falſiſ- » ſima ſuggeſtio! contra Clementem Gallicanum inceptus fuit huiuſmodi pro- » ceſſus, licet non ita apertæ ſicut ipſe, vacationis: quod erat opportuniſſimum. » Cur indignantur Hiſpani, ſi Gallici in inchoato proceſſu perſeuerent, ſi ſuam » acquittant conſcientiam. Non coëgerunt D. Benedictum cedere, ſed dunta- » xat monitione Canonicâ monuerunt ad viam Ceſſionis recipiendum per ipſum. » Quid culpantur ſi intentionem D. Benedicti voluerunt inquirere? qualiter pro- » cedi mitius valuit, ediſſerant aduerſarij. Nolunt Gallici ſoli materiam ſchiſ- » matis diſcutere: cæteris Principibus ſuam denunciarunt intentionem & denun- » ciabunt; acceptent eandem ſi placeat, nemo compellit, quæ fit eis iniuria? » Sed quod idcirco aduerſus Gallos incandeſcant, nullâ ratione videtur poſſe » concludi. Sed dicet quiſpiam, recepteтur via Ceſſionis, quid vltra agendum: » reſpondetur vt Abraham filio ſuo quærenti vbi erat victima, reſpondit, Do- » minus prouidebit de victima: ſic electâ aliquâ viâ concorditer Dominus prouі- » debit de Paſtore.

» Ad huiuſmodi etiam ſuſpicionis ſcbiſmaticæ cumulationem adſtipulatur » illius Picæ bicoloris ſine diſcretione velut Cantarinides, garrientis incorrectio » & elargitio contra dictorum requiſitionem Nunciorum, receptio in familiarem » & ad maiora promotio, *qui filiam Sion, in Catholicâ doctrinâ & in proſecutione Iu- » ſtitiæ Eccleſiaſticæ filiam Sathanæ, matrem erroris & Nutricem diſſenſionis ore polluto*

auſus

auſus eſt nominare. Ad quid eum non correxit, ſed in familiarem recepit, niſi in « tantorum Nunciorum contemptum? ad quid prouexit eum ad maiora niſi vt « Canem impudentiſſimum haberet qui non ceſſet ore nefando contra filiam Sion « oblatrare: quæ maior ſchiſmatis adhæſio? quæ grauior fautoria? quæ vehemen- « tior ſuſpicio? quæ fortior pertinacia? quid in hoc caſu niſi veram hæreſim de- « terius elici valeret? Quibus Dominus noſter non contentatus, ſed exoſiorem « animum aduerſus filiam Sion gerens nedum ſemel, ſed pluries coram multis & « magnis comminatus eſt contra ipſam & eiuſdem ſingularia ſuppoſita aut omnes « ſibi adhærentes occaſione præfatæ proſecutionis ad priuationem actuum & gra- « duum ſcholaſticorum, Beneficiorum Eccleſiaſticorum amotionem, inhabili- « tationes perſonarum, declarationes ſchiſmaticæ, vel hæreticæ prauitatis, Ex- « communicationes, ſuſpenſiones, interdictiones, cæteraſque Cenſuras & pœnas « Eccleſiaſticas ipſarumque fulminationes rigoroſiſſimè procedere. Et ad hoc « nonnullos fautores commiſiſſe & deputaſſe. Quid ſibi tam ferina conferet in- « humanitas? filiam Sion innocentem de bono opere lapidare? quid rigor infle- « xus, filiam quæ non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, in ſuis legitimis « defenſionibus non audire? Si Diabolus iuſtas haberet defenſiones & in Iudicio « perſiſtere valeret, audiretur; vocetur debitè, prompta eſt coram quibuſcun- « que ſe viriliter defenſare. Quid tanti horror ſupercilij filiam Sion inauditam « non conuictam, non confeſſam condemnare? Caueatur ne quis nimis emungat « & eliciat ſanguinem. Quid ſibi volunt tales proceſſus niſi aduerſarios perho- « noratos ad deteriora prouocare? vnde procedunt niſi ex radice ſuperbiæ quæ « ſibi appellandum habeat thraſones, gnatones & paraſitos, qui vltro arrideant, « qui ſuis faueant opinionibus, qui tanquam vendiloqui dictis ſuis quibus licet « acquieſcant; habet mores ſuos arrogantia, vt nec pares, nec maiores patiatur, « ſed minores quibus imperet, quibus ſuos mores ſuaque dicta præceperit immu- « tandos. Non eſt iſtiuſmodi filia Sion quæ veritatem omni tempore & nuntiare « & docere & prædicare conſueuit: quæ nunquam in hoc defectu; nec quocun- « que tempore futuro Domino concedente, quomodolibet erit deſitura. «

Ad vltimum planè filiæ Sion dictum eſt verbum abſconditum, & quaſi fur- « tiuè ſuſcepit venas ſuſurri eius quod Dominus noſter ſummè perterritus de « eiuſdem Scholarium & rotuli reductione Pariſius, palam & plenariè dicens « quod nunquam alicui ſummo Pontifici tanta irrogata fuit contumelia, quanta « ipſi fuerat per Vniuerſitatem: aſſerens furibundè ſe amplius pati non poſſe « quin vlterius procederet, qui iam inceperat proceſſiſſe; quis furor eſt? quæ « tanta animorum dementia ludit? quis furor iſte nouus nulli feritate ſecundus? « quid intendit, nunquid vult diſcordiam diſcordiæ cumulare? nunquid Eccle- « ſiam ad tam infimum vult ſtatum reducere? quatenus de cætero non adijciat vt « reſurgat? nunquid ſuæ obedientiæ diuidet vnionem? nunquid ſecundi Schiſma- « tis erit author & inuentor, nunquid propagator? hoc eſt, quod quærit Pars « aduerſa vt ipſius obedientia in ſeipſa diuiſa deſoletur. Si ſtat, videat ne cadat, « aduertat, conſideret: vtinam oculos cordis aperiat, vtinam det ſibi Dominus « cor humanum non ferinum, vtinam domabile, non durum; carneum non la- « pideum; non excæcet Dominus cor eius, nec aures aggrauet, nec oculos clau- « dat, vt videat & intelligat, ac nouiſſima prouidear, ne ſibi poſſit dici, Phari- « ſæus confiſus in ſuperbia Populorum merebit quod ſinciput eius radetur & ver- « tatur in prouerbium, quod non orietur abundantia pacis donec auferatur « *Luna.* «

Veruntamen ne præmiſſis non obſtantibus quæ quatenus in facto conſiſtunt, « vera ſunt, & in facto ponit, & ea dictus *Procurator* quibus ſupra nominibus « probare intendit quantum ſufficit ad intentum. Et quæ omnia & ſingula idem « Procurator aſſeruit & aſſerit coram Nobis Tabellionibus fuiſſe & eſſe facta, « geſta & actitata in dictæ Vniuerſitatis ſingulorumque Suppoſitorum eiuſdem ac « ſibi adhærentium & adhæſurorum iniuriam, contemptum, oppreſſionem, læ- « ſionem, opprobrium, vituperationem, ac cauſæ ipſius damnum non modicum « & grauamen. *Idcirco* Procurator *& Procuratorio nomine* Vniuerſitatis *prædictæ*, « Rectoris ac *Decanorum Theologiæ*, *Decretorum & Medicinæ Facultatum*, Procu- « ratorumque *Franciæ*, *Picardiæ*, *Normaniæ*, *& Angliæ Nationum ſingulorumque* «

» *prædictorum ac Doctorum Magiſtrorum dictarum ſingularum Facultatum trium, &*
» *Facultatis Artium Regentium & non Regentium; Nec non & pro ipſis* Vniuerſitate,
» Rectore, *Decanis Facultatum, Nationum Procuratoribus, ac Doctoribus & Magiſtris*
» *Facultatis Artium Regentibus & non Regentibus dictæ Vniuerſitatis quibuſcunque ipſi*
» *Vniuerſitati ſingulisque præmemoratis adhærentibus & adhæſuris & ſucceſſuris.* Sen-
» riens per dictum ſanctiſſimum Parrem Commiſſoſque quorum pro nunc igno-
» rantur nomina & cognomina, Committendos ab eodem eidem adhærentes &
» adhæſuros, ipſiuſque ſequaces & ſecutores eundem, prædictam Vniuerſira-
» tem ſinguloſque præmemoraros fuiſſeque & eſſe læſos, grauaros & oppreſſos:
» ac rimens ex veriſimilibus coniecturis potuiſſe & poſſe in futurum lædi, oppri-
» mi & grauari: & ne idem ſanctiſſimus per ſe ſeu prætenſos Commiſſos commit-
» rendos, adhærenres & adhæſuros, ſequaces & ſecuturos, ſeu aliam quamcun-
» que perſonam quocunque nomine cenſeatur, contra dictam *Vniuerſitatem* ſin-
» gulaque Suppoſita eiuſdem & quibuſcunque ipſis ſingulisque ipſorum adhæren-
» ribus & adhæſuris & ſucceſſuris ad huius actuum Beneficiorumque priuatio-
» nem, ſui, perſonarum quaruncunque inhabitarionem, citationem per Edictum
» aut aliam monitionem, contumaciæ reputationem, ſuſpenſionem, inrerdictio-
» nem, excommunicationem, anarhema, aggrauationem, reaggrauationem,
» huiuſmodique pœnarum & quaruncunque aliarum Eccleſiaſticarum Cenſu-
» rarum ſenrentiam, condemnationem, declarationem, fulminationem, publica-
» tionem, nunciationem, inſinuarionem, ſeu notificarionem procedat, vel pro-
» cedi faciat de facto, cum de iure non poſſir, coram vobis Tabellionibus viris
» probis & honeſtis ac publicis perſonis, reſtibuſque aſſiſtentibus ad hoc vocatis
» ſpecialiter & rogatis, à prædicto D. Benedicto prætenſiſque Commiſſis &
» Committendis, adhærenribus & adhæſuris & ſucceſſuris, ſequacibus & ſecu-
» turis & quolibet ipſorum & conrra ipſos & ipſorum quemliber; nec non ab
» omnibus & ſingulis grauaminibus prædictis aliàs latius declarandis, ſi ſit opus,
» illatis & aliàs inferendis, ad proximum futurum vnicum, verum, orthodoxum &
» vniuerſalem Papam eiuſque ſanctam Sedem Apoſtolicam, ſeu ad illum, vel
» illos qui de huius cauſa appellationis de iure cognoſcere potuerit vel potue-
» rint, in his ſcriptis, quibus ſupra nominibus prouocauit & appellauit, pro-
» uocat & appellar, & à Nobis Tabellionibus & à quolibet noſtrum petijt &
» petit primò, ſecundò, & rertiò, ac inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè Apoſto-
» los ſaltem teſtimoniales ſuper hoc ſibi dari, proteſtans de alijs Apoſtolis pe-
» tendis ab illis à quibus de iure fuerint petendi; ac quòd huiuſmodi prouoca-
» tio in vim veræ appellationis tranſear, ſi contingat contra ipſam quomodo-
» libet attentari, nec non & de huiuſmodi prouocationem & appellationem de-
» clarando & corrigendo, eis addendo, vel ab ipſis diminuendo, ipſas nuntiando,
» inſinuando, notificando, proſequendo, iterum appellando & prouocando,
» apoſtoloſque petendo vbi, dum, quotiens & coram quibus eidem viſum fuerit
» expedire. Submittens & ſupponens ſpecialiter & expreſsè & inquantum de
» iure fieri poreſt, ipſam Vniuerſiratem ſingulaque eius ſuppoſita, ac ſingulos
» adhærentes, adhæſuros & ſucceſſuros prædictos, ſingulorumque omnium, ac
» Beneficiorum ſuorum iura & bona quæcunque & vbicunque exiſtentia, præ-
» ſentia & furura, dicti fururi vnici & veri ſummi Pontificis eiuſque ſanctæ Sedis
» Apoſtolicæ, ſeu illius, vel illorum qui de huiuſmodi cauſa cognoſcere poterit,
» vel poterunt, de iure, ruitioni, prorectioni, & ſaluegardiæ ſpeciali aſſiſtentes
» inuocando in reſtimonium præmiſſorum. Actum an. 1396. die.

Significata eſt ſtarim Prouocatio, ſeu Appellatio iſta D. Benedicto: quamobrem ille excandeſcens eam irritam & inualidam eſſe pronuntiauit, ſtatuitque aduerſus prædictum Ioannem de Craona Procurarorem, & contra Vniuerſitarem Pariſ. procedere; provt ex quadam ipſius Conſtitutione apparet, quæ talis eſt.

Conſtitutio Petri de Luna contra Appellantes à Rom. Pontifice edita.

» Benedictus Epiſcopus ſer. &c. Ad perpetuam rei memoriam. Creſcit faciliter
» in immenſum perueſa Improborum audacia, vbi conatus temerariorum non

reprimit authoritas Præſidentes; ſitque ſæpius vt ſumptâ ex ſuperiorum ſilen- «
tio audaciâ in deteriora non ſine pernicioſo exemplo proſiliat qui deliquerit. «
Nuper ſiquidem ad noſtrum etiam famâ publicâ deferente peruenit auditum, «
quod deteſtandæ præſumptionis filius & damnandæ temeritatis alumnus *Ioan-* «
nes de Craona qui ſe gerit pro Preſbytero Laudunenſis Diœceſis, & Magiſter in «
Artibus, aſſerens ſe *Procuratorem Vniuerſitatis, Rectoris, Theologiæ, Decretorum,* «
Medicinæ Facultatum Decanorum; ac Franciæ, Normaniæ, Picardiæ & Angliæ «
Nationum in Facultate Artium Procuratorum, ſingulorumque prædictorum & «
Magiſtrorum Licentiatorum, Bachalariorum, Regentium & non Regentium «
& ſtudentium dictarum ſingularum Facultatum & eas audientium ſtudij Pari- «
ſienſis; ſumptis quibuſdam rebellandi, ſeu rebellionibus contra Nos & Roma- «
nam Eccleſiam, cunctorum Chriſti fidelium Dominam & Magiſtram: quod «
nulli vnquam licuit Catholico temerarijs detrahendi auſibus, ac ſub occaſione «
nonnullorum per nos eis vt falsò dicebat, comminatorum & in poſterum for- «
ſan inferendorum grauaminum: quin potius vt ſub pallio huiuſmodi conce- «
ptarum malitiarum ſuum intentum valerent proſequi, quandam nefariam pro- «
uocationem ſeu appellationem, imò verius libellum detractorium ac diffama- «
torium, cum etiam nullum grauamen ſubierit à nobis, & contra Nos & per- «
ſonam noſtram in detractione præeminentiæ, dignitatis & plenitudinis Apoſto- «
licæ poteſtatis, vice & nomine Procuratorio Vniuerſitatis, Rectoris & alio- «
rum prædictorum, ac etiam nomine ſibi adhærentium & adhærere ſibi volen- «
tium in hac parte interpoſuit temerariè & de facto. Verum etſi aliquando le- «
uitates ſeu errores ſimplices in quantum perſonam tangunt propriam Præſi- «
dentis clementia conſueuerit tolerare, tamen quia prouocatio ſeu appellatio «
memorata agentibus intentionem peruerſam habentibus nunquam extitiſſe «
cognoſcitur machinata, cum non ſolum perſonam noſtram maledictis lacera- «
re voluerit, ſed etiam manifeſtè innitatur contra plenitudinem poteſtatis B. «
Petro Apoſtolorum eiuſque ſucceſſoribus à Chriſto collatæ, ac contra ſacro- «
rum Canonum inſtituta quæ à Sede Apoſtolica appellare, ſeu Romano Pon- «
mano Pontifice interdicunt, nec omnino careat in hac parte præſertim ſuſpi- «
cione Schiſmaticæ prauitatis, non poſſumus nec debemus eam ex iniuncto no- «
bis Apoſtolicæ ſeruitutis officio ſub ſilentio atque diſſimulatione abſque pro- «
uiſione accommoda pertranſire. Nos igitur volentes quod ſicut Appellatio «
ſeu Prouocatio huiuſmodi de Iuris viribus non ſubſiſtit & Iuris caret effectu, «
ita eius damnatio & nullitas in publicam notitiam deducatur. Et etiam quod «
Eccleſiæ Romanæ prædictæ illibata ſemper authoritas præſeruetur, *Authorita-* «
te Apoſtolica de fratrum noſtrorum Conſilio tenore præſentium declaramus «
non licuiſſe ſeu licere à Rom. Pontifice appellare, ſeu etiam prouocare. Et «
nihilominus prouocationem, ſeu appellationem à Iure prohibitam & damna- «
tam eſſe, ac nullam nulliuſque efficaciæ exiſtere roboris, vel momenti, ac om- «
ni Iuris effectu carere. Contra temerarium appellantem huiuſmodi & eiuſdem «
appellationi adhærentes, ac alios culpabiles in præmiſſis, aliàs prout eorum «
culpa, ſeu proteruia exegerit, ac iuſtum fuerit & nobis expedire videbitur, «
proceſſuri. N*ulli ergo omnino hominum, &c.* ſi quis autem, &c. Datum Aueni0- «
ni 3. Kal. Iunij Pontif. noſtri anno 2. «

Quia autem in hacce Conſtitutione continentur aliqua contra honorem Academiæ Pariſienſis; vt ſtatim Pariſius publicata eſt, illa ſe omni ſuſpicione contumaciæ liberandam eſſe putauit, itaque publico inſtrumento declarauit quàm grauiter ſe læſam exiſtimaret à Benedicto; rurſumque ab ea Conſtitutione appellauit, vt ex ſequentibus patet.

Secunda Appellatio Vniuerſitatis à Benedicto Papa.

Tametſi appellatione & prouocatione quas mater Vniuerſitas Pariſienſis « 1396.
ad ſui & Suppoſitorum ſuorum tuitionem nuper interpoſuerat, contentaretur, «
vlterius non proſecutura vſquequo vnicus pacificus & vniuerſalis Archimandri- «
ta ſurrexiſſet; quia tamen quod verebatur accidit; videlicet quod ſpiritus ille «
vertiginis totam Eccleſiam diſſidijs contaminans grauamina grauaminibus & «

buſdam rebellionibus contra Nos & Curiam Rom. &c. Teſtis eſt Deus quod «
pia mater Vniuerſitas nunquam contra Romanam rebellauit Eccleſiam, ſed «
ipſam à tempore quo cepit, fouit, honorauit, multipliciter & viriliter defenſa- «
uit. Non deſunt exempla etiam de proximo, nec etiam contra dictum D Be- «
nedictum cuius electionem & aſſumptionem nunquam reprobauit, nec aliquid «
de facto voluit attentare, quanquam pro ſedando peſtifero ſchiſmate ipſum «
Canonicè monuerit & procurauerit moneri ad cedendum in caſu duntaxat, «
quo ſuus cederet aduerſarius; licet reperiri poſſe medicum nedum corporis, «
verùm etiam animæ; quicunque ante ea fuerit, approbatus lex & Canon, non «
ambigunt; nec eſt inſuetum ſacerdotes & Reges diſcipulos Chriſti & Apoſto- «
lorum quoque approbatos vel toleratos à Domino vel Apoſtolis, poſtremò re- «
probos extitiſſe. Relegantur ſummorum annales Pontificum, & pluſquam de- «
cem & octo ritè electos & approbatos propter ſua demerita tanquam reprobos «
à ſua ſede rejectos, aut miſerabiliter finiuiſſe reperientur. Notentur Benedi- «
ctus V. & VI. & IX. Papæ qui propter ſuos faſtus, ambitiones & tyrannidem «
in regendo fuerunt expulſi: nam vt patuit in multis alijs ſummis Pontificibus «
& proximè in Bonifacio VIII. faſtus, rigores & ambitiones ſummorum Pon- «
tificum, vt plurimum exitus habuerunt ſiniſtros. Porrò in ſcedulis memora- «
tis aliud tangitur opprobrium, quod pia mater Vniuerſiras quandam nefariam «
appellationem ſeu prouocationem imò verius libellum detractorium & diffa- «
matorium contra ipſius D. Benedicti perſonam & in detractionem præeminen- «
tiæ, dignitatis & plenitudinis Apoſtolicæ poteſtatis, interpoſuit de facto. Non «
enim nefaria appellatio fuit, ſed neceſſaria ex veris, iuſtis, rationabilibus, & «
legitimis cauſis, ac benè ritè, & debitè interiecta, vt ex eius contextu liquidiſſimè «
poteſt apparere. Nec poteſt nefaria dici, quod ad perſonam D. Benedicti à quo «
fuerit appellatum ratione cuius objicitur, quod ipſum aperuit Vniuerſitas & «
adhuc aperit in appellatione prædicta ipſum Papam nominando, idcirco fatuè «
appellatum, cum non habuerit cauſam reprobandi. Cui obiectioni reſponde- «
tur, quod qui in Iudicio, vel extra à Iudice appellat, in quantum appellat de «
iure, non reprobat, nec reprobat dignitatem Iudicis, ſeu eius perſonam ex di- «
recto; ſed grauamen per ipſum illatum. Nec adſtruit ipſum non debere, vel «
debere remanere Iudicem, ſed factum eius corrigi ſeu reparari, aut ſi prouo- «
cat, debere ceſſare comminationes & ab inferendis grauaminibus defenſari. «
Hoc enim eſt pronocandum & appellandum Officium & non aliud. Non fuit «
igitur fatuè appellatum quo ad hoc, neque quo ad grauamina; quia an ſint ve- «
ra vel non, legitima vel non, iuſta vel non, diſcuſſio ad Iudicem ad quem ap- «
pellatur, noſcitur de Iure pertinere. Nec eſt officium Iudicis à quo, de meri- «
tis appellationis per ſemetipſum cognoſcere, vel iudicare, aut appellationem «
reprimere, vel dicere nefariam, licet coram Iudice ad quem, Iudex à quo ſi «
eidem libuerit, poſſit ſe facere partem formatam & allegare nulla fuiſſe facta «
grauamina prætenſa. Nec etiam quo ad appellantes, quaſi non liceat ipſis «
montem tangere fumigantem & de actibus ſummi Pontificis diſcutere; de qui- «
bus, nec pia mater diſcutit, niſi in quantum tangunt Eccleſiaſticam vnitatem. «
Cum enim contenta in appellatione prædicta vniuerſalem Eccleſiæ ſtarum con- «
tingant, nunquid moneri potuit, vt fuit monitus canonicè ſecundum Eccleſia- «
ſticam diſciplinam? Si monitus acquieſcere non curauit viæ ſanctæ huius peſti- «
feri ſchiſmatis deciſiuæ & vnionis reparatiuæ, nunquid negligens ſuæ ſalutis, «
aut remiſſus poterit reputari? ſi viam ſanctam ipſe ſolus nitatur deſtruere, nun- «
quid vt pertinax haberi debet? ſi proſequentes vnionem & ſchiſmatis ſedatio- «
nem tanquam hoſtes proſequatur? Et quod maius eſt vt ſua manifeſtius prodit «
prælibata declaratio, notatos habeat de ſchiſmate, nunquid fautor ſchiſmatis «
cenſetur? ſi defendat pertinacirer, nunquid ſuſpectus eſt de hæreſi? ſi ex hoc Ec- «
cleſiam ſcandalizat; nunquid ab eo recedi, nunquid accuſari, nunquid etiam «
à ſede propriâ poteſt eijci vel deponi? Multi namque ſummi Pontifices de ſe- «
dibus ſuis etiam per brachium ſeculare fuerunt eiecti, vt per exempla ſupra- «
dicta clarè conſtat. Clerus Rom. ab Anaſtaſio II. iuſtè receſſit, eo quod abſque «
Concilio Eccleſiæ Photino fautori Achatij hæretici communicauerat; & in «
punitionem nutu diuino fuit percuſſus. Cum igitur in hoc caſu non ſit agere «

Digitized by Google

» contra Eccleſiam, ſed pro Eccleſia, licuit piæ matri, Eccleſiæ matri ſuæ tam
» miſerabiliter deſolatæ ſubuenire, ſecundum ſuam modulam poteſtatem. Quia
» igitur aliud pro tunc non potuit quàm monere, fecit quod potuit; ſed quantò
» plus ſupplicabat pia mater, maiorem ſentiebat repulſam. Non fuit fruſtraroria
» appellatio piæ matris, nec quantum ad Iudicem ad quem, cum omnis oppreſ-
» ſus liberè ſi voluerit, poſſit appellare ad eum per quem credit poſſe grauamen re-
» parari. Vbi enim agitur de Schiſmate & ſuſpicione hęreſis, etiam ſummi Pontifi-
» ces tam viui quàm mortui maiorem habent Iudicem, viui Concilium Generale,
» mortui ſucceſſorem; licet in rerum natura nondum conſiſtant, & ſicut ad
» Concilium quod nondum eſt, præſertim in caſu Schiſmatis, vel ſuſpicionis hæ-
» reſis, à ſummo etiam Pontifice poteſt appellari: ſic etiam à Papa viuo ad ſucceſ-
» ſorem ſuum qui de meritis cauſæ apertis poterit cognoſcere & etiam judicare.
» Succeſſores facta ſummorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum correxiſſe
» iura & exempla ſunt quamplurima. Bonifacius VIII. nonnullos actus Celeſtini
» V. ſic Clemens V. Bonifacij VIII. correxere. A Bonifacio prædicto Rex Franciæ
» Philippus, Nobiles, Prælati, Collegia, Abbares, Conuentus, Clerus & po-
» pulus Regni Franciæ occaſione Conſtitutionis, *Vnam ſanctam*, ad Apoſtolicum,
» Catholicum futurum prouocarunt, & etiam appellarunt. Cuius conſtitutio-
» nes effectus poſtmodum per ſucceſſorem eiuſdem fuit ſuſpenſus & tandem an-
» nullarus. Non fuit igitur temeraria appellatio ſupradicta, nec etiam pia mater
» libellum diffamatorium ſeu detractorium confecit. *Si Mater Pia* tam ſecrero
» quàm palam ipſum monuit, vt in appellatione prædicta continetur, quæ fuit
» detractio? Si veritatem notoriam & manifeſtatam in populis in appellatione
» non ſubſtituit, quæ fuit diffamatio? Potiſſimè cum pia Mater in appellatione
» ſæpe dicta proteſtata fuerit quod per contenta in ipſa non intendebat alicui in-
» iuriari. Iſta de iure ſunt licita. Expedit crimina nocentium nota eſſe; & per fa-
» cti notorij recitationem per illum qui illud vult in iudicium deducere vt in iſto
» caſu, iniuria non inferatur.
» Si congruum eſt ſiue in iudicio, ſiue extra, nunquid veritas prodiret in lucem?
» Si non audit, Euangelica & Canonica monitione commonitus, num debet ha-
» beri ſicut Ethnicus & publicanus? Num eius facta manifeſtari & Eccleſiæ dici
» valebunt? Num Prophetæ tacebunt & prædicatores vt veritatem ponant ſub
» modio ne luceat? Nathan Propheta Dauid Regem de homicidio vitæ & nume-
» ratione populi palam reprehendit? Helias Achab & Ieſabel de ſuis iniquita-
» tibus & morte Naboth publicè redarguit? Ieremias Prophera ſummum Sacer-
» dotem cæteroſque ſacerdotes ac Regem Sedechiam de ſuo malo regimine ma-
» nifeſtè confutauit? Sanctiſſimus Bapriſta Herodem pro Herodiade, Ieſus Pha-
» riſæos, Scribas, Saducæos & Legis Doctores notoriè exprobrauerunt. Paulus
» Petro gentes Iudaïzare cogenti in faciem coram hominibus reſtitit, & Elimam
» viis Domini reſiſtentem æternâ ſeueritate damnauit. Nunquid detraxerunt iſti?
» Nunquid iniuriam intulerunt? aut peccarunt manifeſtando veritatem? quod
» de quolibet dicere nefarium foret & inſanum nempe ſicut notoria erant crimi-
» na, ſic manifeſta correctio.
» Quid igitur peccauit pia Mater, verum notorium ac manifeſtum non tacen-
» do. Nec reperietur in appellatione præmiſſa quod Sedis Apoſtolicæ præemi-
» nentiæ vel plenitudini poteſtatis in aliquo ſit detractam vel iniuriatam, niſi ea
» ratione quâ ab ipſo D. Benedicto appellatum diceretur; quod nil diminuè;
» cum in caſu noſtro ſecundum iura ſit licitum, vt ſuperius eſt prætactum. Quod
» autem dicitur prædictam appellationem à gentibus peruerſam intentionem
» habentibus extitiſſe machinatam, ſaluâ dicentis reuerentiâ, hoc nullâ ratione
» valet colorari, cum nec vt Deus cor intuearur, nec ſecretorum cordis humani
» cognitor exiſtat. Aut ergo caro & ſanguis reuelauit ſibi, aut oculo toruo reſ-
» picit quæ foris patent, qui Thomæ verba non erubuit in publicam deducere
» notitiam. Secura eſt Mater pia, firma eſt, certa eſt de ſuâ intentione, quia ſan-
» ctiſſimâ affectione ducitur: rogat quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, nec exauditur,
» ſed ad modum aſpidis ſurdæ obturant aures ſuas qui nolunt intelligere vt bene
» agant, ſed Matrem piam totis niſibus proſequi moliuntur. Deinde idem Do-
» minus noſter Conſtitutionem vt aſſeritur, promulgauit declaratoriam, non li-

Digitized by Google

cuiſſe nec licere à Romano Pontifice appellare ſeu etiam prouocare, ac dictam appellationem à Iure prohibitam & nullam, nulliuſque exiſtere efficaciæ, roboris vel momenti, ac omni Iuris effectu carere. Miranda cuicunque rationem habenti & materiam rectè conſideranti ſubiectam, Conſtitutio hæc. Ecce mirabile. Ille à quo fuerat appellatum, qui Apoſtolos dare debuerat appellanti, partes aſſumit iudicis. Pars formata ſui ſuperioris vſurpat poteſtatem, per quod Iura etiam naturalia ſubuertuntur, non eſt hæc doctrina Euangelica, non Apoſtolica, non eſt Chriſti actio, non ordinatio Petri, nec Pauli prædicatio. Quis Apoſtolorum Chriſti hoc introduxit?

Sed objicitur, etiam de Iure antiquo non licet appellare à Papa, verum eſt de cauſis coram ipſo nil eius commiſſo deductis & Iudicatis, ne liceret in infinitum appellare; ſic nec ab Imperatore; oportuit enim aliquem eſſe finem appellationibus, ne partes vltra modum laboribus & expenſis fatigarentur. Si Cathedra B. Petri Præſidentes in eadem impeccabiles omnino redderet, nemini vertitur in dubium quod à Romano Pontifice appellare non liceret, quia nec fratrem Chriſtianum poſſet grauare. Sed obmittatur hæc difficultas aliàs radicitus explicanda, ſi ſit opus; ſufficit piæ matri quod appellauerit & appellet, quia iuſtam cauſam habuit & habet appellandi.

Demum nec præmiſſis contentatur ipſe D. Benedictus, niſi iteratò ſe proceſſurum contra appellantes & appellationi præfatæ adhærentes publicè & in ſcriptis, & tam per ſe quàm per ſuos Commiſſos, vel committendos comminetur. Hîc eſt certiſſima ipſius D. Benedicti voluntatis declaratio; hîc appatet manifeſtè quàm paſſionum ſtimulis agitatus piam matrem eiuſque ſuppoſita præter Iuris ordinem velit exterminare. Sed quid? tolerabunt mater pia & ſui deuoti fideles tribulationes proſequentium, ſcandala tentationum patienter ſuſtinebunt, non recedent à viâ veritatis, Eccleſiæ vnitatem tenebunt, non diuellentur à verâ Chriſti ſponſâ, in fide ipſius & viuent & morientur. Veruntamen præmiſſa omnia & ſingula vera ſunt & quatenus in facto conſiſtunt; in facto ponit idem dictus Procurator quibus ſupra nominibus ea intendit & offert probare quantum ſufficiet ad intentum. Et quæ omnia & ſingula dictus Procurator aſſeruit & aſſerit coram Nobis Tabellionibus & fuiſſe & eſſe facta, geſta, & actitata in dictæ piæ matris ſingulorumque ſuppoſitorum eiuſdem, ac ſibi adhærentium & adhæſurorum iniuriam, contemptum, oppreſſionem, læſionem, opprobrium, vituperationem ac cauſæ ipſius damnum non modicum & grauamen. Ideo dictus Procurator nomine Vniuerſitatis prædictæ, Rectoris, ac Decanorum Theologiæ, Decretorum & Medicinæ Facultatum, Procuratorumque Franciæ, Picardiæ, Normaniæ & Angliæ Nationum, ſingulorumque prædictorum ac Doctorum & Magiſtrorum dictarum ſingularum Facultatum, & Facultatis Artium Regentium & non Regentium, nec non pro ipſis Vniuerſitate, Decanis Facultatum, Nationum Procuratoribus, ac Doctoribus & Magiſtris Facultatis Artium, Regentibus & non Regentibus piæ matris ac quibuſcunque ipſi piæ matri ſinguliſque præmemoratorum adhærentibus, adhæſuris & ſucceſſuris ſentiens per dictum ſanctiſſimum Patrem Commiſſoſque eiuſdem quorum pro nunc nomina & cognomina ignorantur, & committendos ab eodem, eidem adhærentes & adhæſuros, ipſius ſequaces & ſecuturos eundem, prædictam piam matrem ſinguloſque præmemoratorum fuiſſe & eſſe læſos, grauatos & oppreſſos, ac timens ex veriſimilibus coniecturis potuiſſe & poſſe in futurum lædi, opprimi & grauari. Et ne idem ſanctiſſimus Pater per ſe, ſeu prætenſos Commiſſos & committendos, adhærentes vel adhæſuros, ſequaces aut ſecuturos, ſeu aliam quamcunque perſonam quocunque nomine cenſeatur contra dictam piam matrem ſingulaque ſuppoſita eiuſdem & quibuſcunque ipſis ſinguliſque ipſorum, adhærentes, adhæſuros & ſucceſſuros ad huiuſmodi priuilegiorum, actuum, beneficiorumque priuationem, ſeu perſonarum quaruncunque inhabilitatem, citationem per Edictum, aut aliam monitionem, contumaciæ reputationem, ſuſpenſionem, interdictionem, excommunicationem, anathema, aggrauationem, reaggrauationem, huiuſmodi pœnarum & quaruncunque aliarum Cenſurarum Eccleſiaſticarum ſententiam, condemnationem, declarationem, fulminationem, publicationem,

Digitized by Google

» intimationem, inſinuationem, ſeu notificationem procedat, ſeu procedi fa-
» ciat de facto, cum de iure non poſſit. *Coram vobis Tabellionibus probis & ho-*
» *neſtis viris ac publicis perſonis teſtibuſque hîc aſſiſtentibus ad hoc vocatis ſpecialiter &*
» *rogatis à præfato* D. *Benedicto, prætenſiſque Commiſſis & committendis, adhærentibus,*
» *adhæſuris & ſucceſſuris, ſequacibus & ſecuturis; & quolibet ipſorum ac contra ipſos &*
» *ipſorum quemlibet, nec non ab omnibus & ſingulis grauaminibus prædictis aliàs latiùs*
» *declarandis ſi ſit opus, illatis & aliàs inferendis, ad proximum futurum vnicum, verum*
» *orthodoxum, pacificum & vniuerſalem Papam eiuſque ſanctam Sedem Apoſtolicam, ſeu*
» *ad illum qui de huiuſmodi cauſa appellationis de iure cognoſcere poterit; In his ſcriptis*
» *quibus ſupra nominibus prouocauit, appellauit, prouocat & appellat, & à Nobis Ta-*
» *bellionibus & à quolibet noſtrum petijt & petit primò, ſecundò & tertio, ac inſtanter, in-*
» *ſtantiùs, inſtantiſſimè Apoſtolos ſaltem teſtimoniales ſuper hoc ſibi dari, proteſtans de alijs*
» *Apoſtolis petendis ab illis à quibus de iure fuerint petendi, ac quod huiuſmodi prouo-*
» *catio in vim veræ appellationis tranſeat, ſi contingat contra ipſam quomodolibet atten-*
» *tari*; nec non de eiuſmodi prouocationem & appellationem latius declarando
» & corrigendo, eis addendo, vel ab ipſis diminuendo ipſas intimando, notifi-
» cando, proſequendo, iterum appellando & prouocando, Apoſtoloſque pe-
» tendo vbi, dum quotiens & coram quibus eidem viſum fuerit expedire, ſub-
» mittens & ſupponens ſpecialiter & expreſsè, & in quantum de iure fieri poteſt,
» Ipſam matrem piam eiuſque ſingula ſuppoſita ac ſingulos adhærentes & adhæ-
» ſuros & ſucceſſuros prædictos, ſingulorumque ipſorum omnium ac Beneficio-
» rum & Officiorum ſuorum iura & bona quæcunque & vbicunque exiſtentia,
» præſentia & futura dicti futuri vnici & veri ſummi Pontificis eiuſque ſanctæ
» Sedis Apoſtolicæ ſeu illius qui de huiuſmodi cauſa cognoſcere poterit de iure;
» tuitioni, protectioni & ſaluegardiæ ſpeciali aſſiſtentibus, vocando in teſtimo-
» nium præmiſſorum. Actum an. 1396. die mensis.

Paulò antequam hoc ſecundum inſtrumentum conderet Vniuerſitas, ſcri-
pſit ad Cardinales qui Auenioni erant, de hac appellatione, quam annullaſſe &
irritaſſe dicebatur Benedictus.

Litteræ Vniverſitatis ad Cardinales.

» Non dubium eſt, Reuerendiſſimi Patres, orthodoxam Eccleſiam Chriſti
» pretioſo Sanguine conſtructam nunc, proh pudor! ſcabioſâ rubigine tabida-
» que perfuſam ſane, quæ violentorum quorundam manibus diſcerpitur, veſtris
» humeris tanquam baſi ſtabili fultam ſubnixamque fuiſſe, ſicuti exactis tempo-
» ribus opere ipſo exteriori, quo ſæpenumero ſibi præbuiſtis auxilium, liquidò
» monſtratum eſt. Et præſertim in huius horrifici diuulſione ſchiſmatis, quod
» Chriſti fidelibus multos dies gemebundos totidemque noctes quibus queruloſas
» nimium voces protulerunt, poſt eius initium infandum attulit. Et vnde væ,
» væ, væ nobis terram habitantibus affert quotidie, afferetque poſthac, quod
» pluris multò facimus; quid enim re ſic diſpoſitâ ſperamus, niſi Rex ille magnus
» qui eam Eccleſiam ſuper petram ædificauit ſolidam ſpeciali quodam modo va-
» ſtis laboribus feſſiſque rebus finem ſtatuat. O peruerſa diſcordia! quam lon-
» ginquo tempore fidelium in medio radicata præſtas? quàm diſſonas ſententias
» haud dubiè longis ambagibus obuolutas humanis pectoribus inſeris! ſed ad
» cœpta redeamus. Sicut pij filij matri piæ ſubſidium imploranti ſubueniſtis no-
» bis hoc fugato ſchiſmate ac prorſus abolito pacem quæritantibus aduenire in-
» gentia contuliſtis auxilia modis quamplurimis, quos enarrare per ſingula non eſt
» factu facile. Nec profectò nos huc vſque peruenire remur potuiſſe viſis multis
» inſidijs vndiquaque verſatis viriſque vaniloquis in nos ſæuientibus & effera
» motantibus ora, niſi veſtra protectio ſemper præſens affuiſſet. Super quibus
» non ingrati multas grates referimus, quas dignè perſoluere vti poſcunt meri-
» ta, non eſt nobis datum.

» Verum, Reuerendiſſimi Patres, tametſi diebus exactis contra nos plurima
» quæſita ſint, attamen hîc aliud maius nobiſque multò tremendum obijcitur
» magis, atque improuida pectora turbat. Quippe dum curis vigilantibus exciti
» rectis vtique mentibus, pijs cordibus, aſſiduis laboribus multoque ſudore quæ-
» reremus, & vtinam quaqua verſum veritas ſciretur, quatinus ſecuriores eſſe-
» mus in re iſta! Propter cauſas legitimas arbitratu noſtro contingit appellare.
» Nunc verò creberrimâ paſſim volitante famâ ad nos vſque delatum eſt D.

noſtrum

noſtrum hanc appellationem vtcunque ſit, mente ſincerâ puraque confectam, tanquam iniuſtam penitus annullationeque dignam cenſuiſſe, ſuorum, vt dicitur, fratrum Conſilio, quod minimè credere poſſumus; felix heu nimium felix Eccleſia! ſi hi quorum in manibus redintegrare ſitum eſt, tantis ad te reuniendum niterentur viribus, quantis enituntur, quorum labor reprobatur. Appellatio fruſtratur, nihili fit, annullatur: quarum innocentia, peruerſa ſcientia nociuaque vocitatur: Nam nunc procul pulsâ diſcordiâ more priſco regnares. Ob iſtas Res, *Reuerendiſſimi Patres*, vos quibus præ cæteris huius æui mortalibus ſuper hac re confidimus, obnixè ſupplices exoramus, ad hanc luem abigendam totis viribus eniti, quæ magis iterumque magis in dies alitur & augetur. Deprecamur inſuper, quatinus modum præfatam appellationem annullandi Nobis quamprimum patefacere generoſis veſtris libuerit animis. Has quoque Fratribus veſtris S. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus cæteris communicare litteras. Quod ſi quippiam eſt, quo vobis noſtra prodeſſe queat induſtria, fidenter id nobis notificate, animis prorſus libentibus vobis obſecuturis. Paternitates veſtras nobis honore permaximo venerandas conſeruet Altiſſimus ad pacem taliter quæritandam, vt breui concordia veniens fœdere pari fideles coniungat. Scriptum Pariſius in Congregatione noſtra Generali apud S. Mathurinum propter hoc ſpecialiter celebrata die 10. menſis Iulij an. 1396.

Hæc appellatio & prouocatio Vniuerſitatis Pariſienſis à Benedicto, initium dedit ſubſtractioni obedientiæ, quam poſtea Carolus Rex nomine Regni ſui & Delphinatus ex deliberatione Eccleſiæ Gallicanæ Benedicto ſignificauit: vt ad annum 1398. referemus.

Anno 1397. habitus eſt Francofurti in Germania magnus Principum Conuentus de Schiſmate Eccleſiæ; ad quem multi Reges & Principes, Vniuerſitas quoque Pariſienſis ſuos Legatos miſerunt. Habitum quoque Pariſijs Concilium Eccleſiæ Gallicanæ in eandem rem. Cum enim videret Carolus Rex neque precibus, neque minis adduci poſſe Benedictum ad Ceſſionem, Prælatos conuocauit ſuadente Vniuerſitate deliberaturos quid facto opus eſſet. Cauſa deliberationis talis propoſita: an expediret ad abolendum ſchiſma vtrique Pontifici obedientiam ſubſtrahere, neutrique parti adhærere. Plurimis placebat ſubſtractio; quâ promulgatâ ſperabant cæteros Monarchas idem facturos, erga Bonifacium. Diſſuaſit M. Radulphus de Vlmonte Magiſter in Artibus & in vtroque Iure Licentiatus, effecitque ea vice, ne Decretum fieret, ſed vt ad vtrumque Pontificem Legati mitterentur, admonerentque de Conſilio & Propoſito Eccleſiæ Gallicanæ. Extat longus Radulphi Tractatus contra ſubſtractionem, qui legitur in MS. San-Victorino ſic notato BF. 31. Sicque incipit. 1397.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Virginis glorioſæ, ac totius Curiæ Cæleſtis, &c. ita autem rationibus ſuis Regem & Prælatos Proceresque emouit, vt eos à conſilio ſubſtractionis ad tempus ſaltem auerteret; dico ad tempus: nam poſt habitum Concilium Eccleſiæ Gallicanæ, auditis Partibus contrarijs tamen tandem concluſa eſt ſubſtractio.

Habitus eſt quoque eodem anno Remis conuentus Wenceſlai Romanorum Imperatoris, & Caroli Francorum Regis plurimorumque Magnatum: & idem omnibus Conſilium placuit. Igitur ad vtrumque Pontificem miſſi Legati à Regibus; ad Bonifacium profectus eſt M. Petrus de Alliaco tum Anicienſis, ſeu Podienſis Epiſcopus. Summa legationis erat, vt mitterent Pontifices è ſuis Cardinalibus quos vellent ad Concilium, quod Rex in rem Schiſmatis habere deſtinabat, niſi mallet vterque Ceſſioni propoſitæ & expetitæ acquieſcere; ſed neuter acquieuit. Bonifacius quidem reſpondit, ſe poſtquam Benedictus ceſſiſſet, Regis poſtulatis ſatisfacturum. Benedictus ad Regem duos legauit Cardinales quorum vnus erat Martinus Pampilonenſis, vt eum verbis deluderent, ſine vllo rei effectu. Rex intelligens ſibi verba dari, cum pacem Eccleſiæ maximè cuperet, noluit admitti Iamque palam de ſubſtractione obedientiæ omnes loquebantur: quod veritus Benedictus, ad Ducem Bituricenſem ſcripſit, rogans vt qua authoritate valebat apud Regem, impediret ne Rex amplius Ceſſionis viam procuraret. Scripſit quoque ad Regem, mirari ſe quod Cardi-

nales quos miſerat, vetuiſſet admitti, mandauitque vt erratum corrigeret; tales ſunt ad vtrumque litteræ.

» Benedictus Epiſcopus, &c. Dilecte fili, ad quaſdam litteras Chariſſimi in
» Chriſto Filij noſtri Caroli Regis Francorum Illuſtris nepotis tui, quas his die-
» bus recepimus, Nos rem hactenus inſolitam & vnde proceſſerit admiraotes,
» ſcribimus eidem Regi paterno affectu, fulgore ſuique zelo honoris inducti, in
» forma ſequenti.

» Chariſſime in Chriſto Fili, ex quarundam litterarum tuarum ſerie cum ma-
» gna amaritudine cordis accepimus, quod acceſſus Dilecti filij noſtri Martini
» Cardinalis Pampilonenſis, quem nuper vnum de Nuncijs Cardinalibus ad te
» mittendum ſuper negocijs Eccleſiæ Vniuerſalis prounciauimus, tibi noo ad-
» ueniebat placidus, ſubiungeos proinde abſque alia expreſſione Cauſæ quod il-
» lum tibi minimè mitteremus. Reuera, fili dilectiſſime, mirari oon ſufficimus,
» & etiam credere vix valemus, quod huiuſmodi littera de tui maturitate Conſilij
» prodire potuerit, vel etiam expediri, cum effectus illius nec hoöori tuo con-
» gruat, nec ſaluti expediat animarum; inde quod inconuenientiæ multiplices
» ſequi poſſent. Videmus etiam, fili Chariſſime, quod promotores talium non
» recta intentione proceſſerunt, innitentes forſao diſiunctioni vnius Cardioalis
» ab altero, quod honeſtè iam facere nequiremus, ac ne Iuſtitia & veritas io lu-
» cem deueniant, teque, quod abſit, ad rem nefariam & hactenus inauditam ho-
» minibus, (nimirum ad ſubſtractionem obedientiæ) in grande animæ tuæ diſ-
» pendium prouocarent. Quis quæſumus tuam tuorumque conſcieotias poſſet
» clarius & melius de veritate rei geſtæ pariter & gerendæ etiam noſtri ex parte
» inſtruere, quàm hi duo Cardinales, quorum vita, ſufficientia, probitas & ho-
» oeſtas per cuncta fidelium ſchiſmaticorumque Climata commeodantur? Ro-
» gamus ergo magnitudinem tuam & in Domino exhortamur, quateous more
» Catholici Principis ea quæ in præmiſſis ſub tuo nomine acta ſunt, ſtudeas, ſicut
» honori tuo conuenit, in melius reparare. Et nihilominus ad negotia Eccleſiæ
» Dei, quæ ad Nos & Rom. Pontifices ordinariè pertinent, & quibus pro viri-
» bus, niſi impedimenta à vobis præſtentur, intendimus, manum tuam vltra
» quam deceat modeſtiam Regiam, non extendar, quin potius in huiuſmodi ſic
» te reuerenter ad Sedem Apoſtolicam Romanamque Eccleſiam cum Progeni-
» toribus tuis claræ memoriæ velis gerere quod apud Deum & homines valeas
» laudabiliter commendari. Datum.

» Hæc, fili Dilecte, pro tanto Nobilitati tuæ intimare decreuimus, vt quia
» inter alios Regis propinquos ſanguine ad te pertinet oprare ſemper & conſer-
» uare honorem & gloriam Regni Franciæ, quæ maximè ex ſinceritate fidei de-
» uotiſque Artibus circa negotia Rom. Eccleſiæ Romanorumque Pootificum
» Prædeceſſorum noſtrorum exaltat onem meruerat & ſuſcepit, præſenti atten-
» tione conſideres, quantum obnubilari poſſit, & quod abſit, honor & fama
» ipſius Regis, imò & tua & aliorum ſibi attinentium ex huiuſmodi refutatiooe
» Cardinalium Nuncij Apoſtolici, ac ex illis quæ ad æmulorum ſuggeſtiones in
» derogationem eminentiæ Apoſtolicæ Sedis libertatiſque Eccleſiæ dicuntur
» apud Majeſtatem Regiam promouere. Indeque tua clara Nobilitas ad repri-
» mendum & ſedandum talia, etiam pro reuerentia Dei æternæque vitæ merito
» efficacius aoimetur. Datum Auenioni ſub ſigneto noſtro 9. die menſis Iunij.

» Accedit, fili Dilecte, ad prædicta, quod ſicut poſt Concluſionem præſen-
» tium accepimus, & eidem Regi ſcribimus, illi totius perturbatioois & diſcor-
» diæ filij, Simon qui Patriarcham Alexandrinum, & Petrum qui Abbatem S.
» Michaëlis ſe nominant, quique præmiſſa, vt creditur, incitarunt & nutriunt,
» nuper in publico & Generali Conſilio Regis, tuique præſentia auſi ſuot ore
» ſacrilego nonnullam euomere maculam & infamiam non tantùm perſonæ no-
» ſtræ, quantùm Eccleſiæ S. Dei, quæ etiam ex loco vbi prolata ſunt, redun-
» dant io vituperium Regni ſuæque irreuerentiam Maieſtatis: quod profectò
» cum de vno ſimplici Epiſcopo audiri, ſeu ſuſtineri fas non ſit, nec nos ſuſtine-
» remus in Curia noſtra de eius perſona proferri ſimilia, nullatenus debet iſta
» honeſtas Regia tuaque deuotio patienter tolerare. Datum, *vt ſuprà.*

Simon ille de quo loquitur, vocabatur de Cramaudo, frater Petri Domini

de Cramaudo Toparchæ Rupiſcauardi, tunc Patriarcha Alexandrinus, olim Archiepiſcopus Auenionenſis, paulò poſt futurus Archiepiſcopus Remenſis & Cardinalis Petrus verò Abbas S Michaëlis de monte, erat Petrus ille *le Roy*, quem ſupra inter legatos Vniuerſitatis miſſum fuiſſe ad Richardum Angliæ Regem commemorauimus.

Anno 1398. habitum eſt Concilium Pariſienſe 3. ob rem Schiſmatis, cœptumque eſt 22. Maij, cui quidem Rex morbo detentus intereſſe non potuit; at eius nomine interfuerunt Patrui & frater Regis, videlicet Duces Biturigum & Burgundionum, Ludouicus Aurelianenſis Carolus Rex Nauarræ, Ludouicus Dux Borbonij, Arnaldus de Corbia Regni Cancellarius. Simon Cramaudus patria Lemouicenſis, Patriarcha Alexandrinus, Archiepiſcopi Lugdunenſis, Rothomagenſis, Senonenſis; Epiſcopi, Pariſienſis, Beluacenſis, cum 30. alijs; quamplurimi Abbates, Prælati minores & Capitulorum Procuratores. Rector Vniuerſitatis Pariſienſis, vnà cum Decanis Facultatum & Procuratoribus Nationum. 1398.

Item Procuratores aliarum Vniuerſitatum Aurelianenſis, Andegauenſis, Magalonenſis & Toloſanæ: & quamplurimi Doctores Theologiæ & vtriuſque Iuris.

In eo Concilio hæc Quæſtio ventilata eſt, an pro *executione viæ Ceſſionis* facienda eſſet ſubſtractio particularis Obedientiæ; id eſt pecuniarum, ſubſidiorum & prouiſionum Epiſcopatuum, aliorumque Beneficiorum per Papam fieri ſolitarum; an verò totalis. Quæ Quæſtio vt maturius diſcuteretur, conſtituti ſunt ex vna parte ſex viri Benedicto addictiſſimi, Archiepiſcopus Turonenſis, Epiſcopi Anicienſis & S. Pontij, Abbas S. Saturnini, aliįque duo Doctores Toloſani: ex parte altera, Alexandrinus Patriarcha, Epiſcopus Atrebatenſis, Abbas S. Michaëlis, & tres Doctores Pariſienſes. Deinde audita 12. illorum diſputatione, omnes ſententiam tulerunt.

Re agitata & diſcuſſâ 247. totalem ſubſtractionem continuò faciendam eſſe cenſuerunt. 20. exiſtimarunt faciendam quidem ſubſtractionem, at prius monendum eſſe Benedictum. 16. Rogandum Benedictum per Clerum Gallicanum, vt vellet cedere; alij ſingulares ſententias dixerunt. Itaque ſecundum plures, poſt rem ad Regem delatam, Cancellarius die 27. Iulij totalem ſubſtrationem ſine morâ faciendam pronunciauit. Huic ſubſtractioni Vniuerſitas Toloſana obſtitit, è Pariſienſi Nicolaus Clemengius potiſſimum, qui ob id coactus eſt ex vrbe diſcedere; hæc breuiter ſub aſpectum dedimus; quæ fuſius in ſequentibus referimus.

Promulgatâ illâ ſubſtractione Cardinales numero 19. ei ſubſcripſerunt, & ad Regem reſcripſerunt; reliqui quinque Benedicto adhæſerunt. Miſerrima tum fuit conditio Benedicti in Palatio ſuo Auenionenſi concluſi; vnde ad Regem ſcripſit Epiſtolam valde patheticam, quam refert Ioannes Gerſonius in ſuo Trilogo, quam nos quoque infra referimus. Sequuntur ergo Concilij acta ex MS. Victorino nunc notato hiſce characteribus, BF. 31. fol. 51. & ſequentibus.

Acta Concilij 3. Gallicani pro vnione Eccleſiæ.

SEquuntur Acta 3. Concilij Regis & Eccleſiæ Gallicanæ ſuper Proſecutione vnionis Eccleſiæ & Executione viæ Ceſſionis per ſubſtractionem totalis obedientiæ. Et pro euidentia dicendorum ſupponitur 1. determinatio Regis & Eccleſiæ Gallicanæ ad viam Ceſſionis tanquam ſanctam & circunſtantijs præſentis Schiſmatis debitè conſideratis ſolam dolendæ ſciſſuræ ſedatiuam & Conſcientiarum quietatiuam. Cuius rationes & motiua in Epiſtola Pariſienſis Vniuerſitatis vniuerſis Chriſti fidelibus directa, vt plurimum continentur. 2. Supponitur ſolenniſſima Requiſitio pluries facta Auinioni dicto Benedicto per Cardinales omnes vno excepto videlicet Martino Pampillonenſi; & per DD. Duces Bituriæ & Burgundiæ Regis Patruos & Ludouicum Aurelian. eius fratrem pro parte Eccleſiæ Gall. vt pro ſedatione ſchiſmatis Eccleſiæ compatiens ad Ceſſionem paratum ſe offerret, eamque viam acceptare dignaretur ſecundum formam & tenorem Cedulæ per eum & alios Cardinales ante eius Electio-

» nem iuratæ. 3. Supponitur alia ſolennis Requiſitio ad idem facta dicto Bene-
» dicto pro parte Regis & Eccleſiæ Gall. per eius ſolennes Ambaxiatores, &
» etiam Ambaxiatores Regum Hiſpaniæ & Angliæ cum intimatione quam ſi
» non acceptaret, remouerentur impedimenta vnionis fouentia ſchiſma, vt in
» dictis Requiſitionibus & Inſtructionibus dictorum Ambaxiatorum plenius con-
» tinetur. 4. Supponuntur dicti Benedicti denegationes & Reſponſiones ore,
» ſcripto & facto vt in proceſſu latius apparebit.
» His ſuppoſitis Rex Eccleſiæ compatiens volenſque incepta debitum finem
» accipere, tertiò conuocauit Epiſcopos, Abbates, Vniuerſitates, Capitula Ec-
» cleſiarum Cathedralium & plures ſolennes Theologiæ & vtriuſque Iuris Do-
» ctores, ad primam diem Maij an. Dom. 1398. & Impedimentis pluribus Regi &
» eius patruis & fratri prædictis obuenientibus vſque ad 22. diem negotium dila-
» tum eſt; in quo Rege neceſſariò abſente, & ob hoc Deputatis in Concilio
» præſidentibus Io. Bituriæ, Philippo Burgundiæ Patruis, & Ludouico Aure-
» lian. fratri Ducibus; Cauſa conuocationis per Simonem Cramaut Decrero-
» rum Doctorem Regis Conſiliarium Patriarcham Alexand. prætacta expoſita
» eſt, præſentibus vnà cum prædictis Ducibus Rege Nauarræ Karolo, Duce
» Borbonij Comite Niuernenſi filio dicti Ducis Burgundiæ, Cancellario Franciæ
» D. Arnaldo de Corbeya Milite, & quodam Milite Græco Alexio nomine; ac
» pluribus Militibus & Baronibus Conſilij Regis, ac præſentibus DD. Archi-
» epiſcopis, Lugdunenſi, Rothomagenſi, Remenſi, Senonenſi, Bituricen-
» ſi, Auxitenſi, Turonenſi, Biſuntinenſi, Epiſcopis Bajocenſi, Lexouienſi,
» Abrincenſi, Maclouienſi, Conſtantienſi, Pariſienſi, Carnotenſi, Cabillon.
» Morinenſ. Atrebatenſi, Beluacenſi, Ambian. Siluanecten. S. Flori, Aurelian.
» Andegauen. Redonen. Coriſopitenſi, Trecorenſi, Laudunenſi, Sueſſionenſi,
» Lexouien. Magalon. Condomienſi, Conuenarum, Petragoric. Albienſi, Ro-
» docenſi, Pictauienſ. Anicienſi, Trecenſi, S.Pontij, alijſque pluribus innume-
» rabilibus Abbatibus & Prælatis, ac Capitulis ſeu Procuratoribus eorundem an-
» tedictis, ac Vniuerſitatum Pariſienſis, Aurelianenſis, Andegauenſis, Magalo-
» nenſis, Toloſanæ Magiſtris & Doctoribus ſacræ paginæ & vtriuſque Iuris in
» copioſa multitudine, *Rectore Pariſienſis Vniuerſitatis*, cum Decanis & Procurato-
» ribus ſingularum Facultatum, nomineque Regio dicta cauſa conuocationis
» aperta, videlicet ad conſulendum Regem, an pro executione viæ Ceſſionis fa-
» cienda ſit ſubſtractio particularis obedientiæ, id eſt pecuniarum, ſubſidiorum
» & prouiſionis Epiſcopatuum, Dignitatum ac aliorum Beneficiorum per Pa-
» pam conferri ſolitorum, an totalis eſſet obedientia ſubſtrahenda, vt maturius
» ſecuriuſque quiſque poſſet ſecundum ſuam conſcientiam iudicare, conſulere-
» que Regem pro dicti extirpatione ſchiſmatis. Sex ex vna parte viri Notabiles
» pro parte negatiua proponenda, ſcilicet quod neutram ſubſtractionem facere
» licet, decet & expedit, Deputati ſunt: qui vt melius materiam ad Papæ bene-
» placitum aperirent, de eius amicitia & promotione familiariſſimi electi ſunt, vi-
» delicet Archiepiſcopus Turonenſis, Amedæus de Brolio Decretorum Doctor,
» Epiſcopus Anicienſis Doctor ſimiliter, Epiſcopus S. Pontij Doctor ſimiliter
» Decretorum, Abbas S. Saturnini Toloſa. Decretorum Doctor F. Petrus Emi-
» larij Iacobita Magiſter in Theologia Toloſæ, D. Ioannes de Coſta legum
» Doctor Toloſæ. Pro parte autem altera affirmatiua videlicet quod facienda
» erat totalis ſubſtractio, aut particularis defendenda, totidem viri prouidi &
» ſcientifici Electi deputati ſunt; videlicet Simon Cramaut Decretorum Doctor
» ſupra nominatus habens Epiſcopatum Carcaſſonenſem in Commendam. Ioan-
» nes Canardi Licentiatus vtriuſque Iuris diſertiſſimus homo, Epiſcopus Atre-
» batenſis. Petrus Regis Decretorum Doctor, Abbas S. Michaëlis in periculo
» maris. Ægidius de Campis de Rothomago. Io. Breuiſcoxæ, & Petrus Plaoul,
» viri prouidi & honeſti Doctores in Theologia Pariſius: & in hac materia vnio-
» nis Eccleſiaſticæ eruditiſſimi. Eiſque parte Regis dictum eſt, vt omnes & ſin-
» guli vnius partis collatione adinuicem habita pro ſua parte liberè per ora trium
» ex eis dicerent & proponerent omnia, quæ pro eorum poſitionibus fulciendis
» facerent aut quomodolibet facere poſſent, itavt amplius diſcuti materiam non
» oporteret. Concluſo quod per Regem in materia capi poſſet ad honorem Dei &
» Eccleſiæ ſuæ ſanctæ.

Digitized by Google

Præmiſſis itaque ſic vt præfertur diſpoſitis die Mercurij 19. dicti menſis Maij præſentibus ſupradictis in aula Reformationum ſupra Sequanam in Palatio Regio, vniuerſo cœtu congregato, pro parte negatiua declaranda, quod non debebat Benedictus compelli ad Ceſſionem per ſubſtractionem totalem, aut particularem, propoſuit Petrus Ranati Decretorum Doctor ſupradictus Epiſcopus S. Pontij, & qui vt ab aliquibus aſſeritur à Papa inſtructus & eius partem ſeu obedientiam defendendam modis & diuerſis medijs & mirabilibus ſpecialiter miſſus dicebatur, in effectu propoſuit quæ ſequuntur proteſtando, præmittendo & concludendo; ſequitur proteſtatio.

Petrus Ranati.

IMprimis proteſtor quod omnia quæ dicturus ſum, intendo dicere ſalua fide Catholica, determinatione, correctione, & emendatione D. Benedicti diuina prouidentia Papæ XIII. ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ, cum honore & gloria Chriſtianiſſimi Principis D. noſtri Francorum Regis, cum honore & reuerentia D. Regis Nauarræ præſentis, DD. Ducum Præſidentium, & aliorum de genere Regio, Conſilij Regij, & Reuerendiſſimorum Prælatorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, *Vniuerſitatum*, Capitulorum & omnium aliorum quorumcunque. Quod etiam in iniuriam cuiuſcunque nihil intendo dicere, niſi in quantum veritas me aſtringit & materia requirit.

Dicebatur aliter Petrus Rabanus Epiſcopus S. Pontij Benedicti legatus.

Item præmittitur quod D. Clemens VII. fuit verus Vicarius Ieſu Chriſti, verus Papa & verus Epiſcopus Rom. vt patuit per Depoſitiones Iuratas DD. Cardinalium & Determinationes Regum Franciæ, Hiſpaniæ, Aragoniæ, Scotiæ, Prælatorum, *Vniuerſitatum Studiorum*; taliſque quandiu vixit, habitus fuit & reputatus: nec eſt reuocatum in dubium. Quo ſublato de medio D. Benedictus XIII. concorditer electus fuit verus Papa per habentes poteſtatem, quod D. noſter Rex & alij per ſuos ſolennes Ambaxiatores reputauit & reputat; quo præmiſſo de ſubſtractione totali ponuntur 3. Concluſiones.

Prima Concluſio eſt in his quæ non ſunt contra Generalem Eccleſiæ ſtatum, Ius naturale, vel diuinum, Romano Pontifici eſt obediendum, quamuis ſit contra Ius poſitiuum & aliquibus graue & oneroſum. Probatur. patribus Carnalibus eſt obediendum ad Coloſſ. 3. c. ergo fortius, ſpirituali. ad Hebr. 10. c. C. qui reſiſtit, &c.

Item qui non obedierit Principi morte moriatur. c. ſi quis, &c.

Hanc Concluſionem probat decem rationibus quibus ſuperſedeo.

Secunda Concluſio eſt. Papæ etiam apertè malo in vita & moribus, quandiu eſt Papa, obediendum eſt. Probatur per dictum Apoſtoli Petri c. 2. obedite Præpoſitis veſtris non ſolum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcholis. 2 Per dictum Chriſti, Matth. 23. ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, &c. ſequitur; quæ dicunt facite, quæ faciunt, facere nolite, &c.

Tertia Concluſio eſt. Papæ etiam de hæreſi accuſato obediendum eſt ante ſententiam: & qui ante recedunt, ſunt ſchiſmatici. Probatur per §. Hinc etiam, iuncta gloſſ. 17. diſt. vbi Symmachus fuit de hæreſi accuſatus, aliqui receſſerunt ante tempus ab eo, dicit textus quod ſchiſma fecerunt C. nonne 8. q. 4.

Item ſi Papa de hæreſi accuſatus ſpoliatur, reſtituendus eſt, aliàs daretur occaſio malignandi, &c.

Reſtat probare quod non eſt facienda particularis ſubſtractio: pro quo ponam tres Concluſiones

Prima Concluſio eſt. Romano Pontifici in Collationibus & Prouiſionibus Epiſcopatuum, Prælaturarum, Dignitatum & aliorum Beneficiorum eſt obediendum. Probatur per primam Concluſionem ſupra poſitam: quia hoc non repugnat Iuri naturali vel diuino, aut ſtatui vniuerſalis Eccleſiæ.

Hanc quoque Concluſionem plurimis fulcit rationibus quæ in actis illius Concilij fusè deducuntur.

Secunda Concluſio eſt. Romano Pontifici pro neceſſitatibus Eccleſiæ Rom. eſt obediendum in vacantibus & annatis Epiſcopatuum & Beneficiorum aliorum. Probatur per 1. concluſionem, quia hoc eſt contra Ius diuinum, &c. Nec

» mirum ſi Dominus non iſta præcipiat quoniam ipſe non incepit, ſed Ioannes 22.
» Item certum eſt quod ordinarius collator fructus vacantis Beneficij poteſt
» reſeruare pro certo tempore ex cauſa, ergo & Papa à fortiori, &c.
» Tertia Concluſio ſequitur ex prædictis, quod Romano Pontifici in procu-
» rationibus quas certo modo ſibi reſeruat, eſt obediendum, quia hoc non eſt con-
» tra Ius naturale, diuinum aut vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum.
» Hanc Concluſionem confirmat diluendo quædam argumenta quæ ſolebant
» contra afferri, aut ſaltem quæ potuiſſent aduerſari. De Vniuerſitate Pariſienſi
» ſic habet. *Quod allegatur quod ad hoc* eſt Pariſienſis *Vniuerſitas* (ſcilicet ad ſub-
» ſtractionem particularem) *Audiui à valentibus viris etiam de Vniuerſitate, ſi placeret*
» *Regi ſcrutari vota* ſingulorum, *non reperiretur* media, *aut tertia pars pro aliquali ſub-*
» *ſtractione.* Et poſt ſolutionem illorum, ſic legitur in actis.

Iacobita.

» S*Tatim completa præmiſſa propoſitione ſurrexit pro eadem parte fulcienda Frater*
» *ſupra* nominatus Iacobita & propoſuit in forma quæ ſequitur. 1. Proteſtan-
» do & inde concludendo. Proteſtatur vt D. S. Pontij affirmatiuè & negatiuè.
» Et vltra quod non intendit aliquid dicere contra viam Ceſſionis.
» Prima Concluſio eſt. Chriſtiano non eſt licitum cogere Papam ad ceden-
» dum & reſignandum. Probo ſic. Nulli Chriſtiano licitum eſt cogere Papam ad
» abſoluendum ſubditum à Iuriſdictione ſui Epiſcopi, aut Epiſcopum à iuriſdi-
» ctione ſui ſuperioris. Ergo, &c. Conſequentia eſt bona. Aſſumptum eſt B.
» Bernardi, qui dicit, extorta licentia, non eſt licentia, ſed violentia.
» Secunda Concluſio non licet, nec expedit Eccleſiæ Gallicanæ ſubſtrahere
» obedientiam Domino noſtro in his quæ pertinent ad officium Cathedræ. Pro-
» batur; non licet Eccleſiæ Gallicanæ dicere vnam truffam mendoſam etiam pro
» vnione Eccleſiæ. Ergo non licet obedientiam ſubſtrahere.
» Tertia Concluſio, maius eſſet peccatum noſtrum præſtare non obedientiã D.
» noſtro Papæ quàm Roman. Schiſmaticorum ad obedientiam noſtram nullo mo-
» do venientium. Probatur. Infidelitas Chriſtianorum hæreticorum eſt maius
» peccatum intenſiuè quàm Paganorum qui nunquam gratiam Baptiſmi recepe-
» runt. Et Ratio eſt, quia magis peccat qui non implet quod promiſit, quàm qui
» nihil promiſit, &c.
» Quarta Concluſio, non apparet ex Reſponſionibus datis per Papam quod
» Papa renuerit viam Ceſſionis. Et dato hoc, non ſequitur quod ſit Schiſmaticus.
» Probatur; non apparet ex Reſponſione primæ Bullæ quæ fortius vrgere vide-
» tur, quia ibi non eſt expreſſa negatiua: nec ſequitur ex Contentis in ea; quia
» licet videatur dicere, illa reſponſio quæ ex acceptatione viæ Ceſſionis ſequere-
» tur inconueniens. Et ex hoc non ſequitur quod ipſe refutauerit; quia non ne-
» gamus omnia ex quibus ſequuntur inconuenientia, &c.
» Quinta Concluſio eſt, dato non conceſſo quod D. noſtri Papa cedere tene-
» retur & Ceſſionem facere recuſaret, hæreticus non eſſet, aut ſchiſmaticus. Pro-
» batur; quia ad hoc quod quis ſit hæreticus, duo requiruntur, videlicet error in
» intellectu contra fidem & pertinacia in opinione & voluntate: modo in caſu
» iſto eſſet poſſibile quod D. Papa negaret viam Ceſſionis, & tamen non erraret,
» nec eſſet pertinax, &c.
» Sexta Concluſio, licet inter laudabiles conditiones quas habet via Ceſſionis
» habeatur quod ſit breuior & facilior quàm quæcunque alia via declarationis,
» non ſequitur, Papa præſentat viam prolixiorem & difficiliorem: ergo eſt fau-
» tor ſchiſmatis. Probatur, quia via gratiſſimæ dimiſſionis peccati primi Parentis,
» ſi Deo placuiſſet, erat breuior & facilior quàm incarnatio & Paſſio Chriſti. Et
» tamen non propter hoc per viam gratiſſimæ dimiſſionis, ſed Incarnationis &
» Paſſionis Chriſti fuit peccatum remiſſum, &c.

Digitized by Google

Ioannes de Coſta Legum Doctor Toloſæ. Die Iouis 30. Maij.

SVbſequenter die Iouis 30. Maij immediatè ſequenti pro eadem parte ful- « cienda D. Ioan. de Coſta legum Doctor Toloſæ propoſuit quæ ſequuntur, « præmittens proteſtationes in forma vt Dominus Pontij, quas hîc cauſa bre- « uitatis omitto. Sic ille præmiſit. Quia ab aliquibus Domino noſtro ſubſtra- « ctionem eſſe fiendam pro eo quia aſſeritur, ipſum eſſe periurum, pertinacem « & dubitatum; ideo oſtendetur contrarium. Et 1. ſuppono Cedulam Conclauis « quæ tria continet in effectu. 1. Videlicet promiſſionem & iuramentum de pro- « ſequedo pacem & vnionem Eccleſiæ omnibus vijs & modis vtilibus & accom- « modis. 2. Quod etiam vſque ad Ceſſionem de Papatu faciendam. Et 3. ad hoc « appoſitam conditionem, ſcilicet ſi DD. Cardinalibus qui nunc ſunt, vel erunt « in futurum; de his qui nunc ſunt, vel maiori parti eorundem hoc pro bono Ec- « cleſiæ ac vnionis videatur expidere. «

Item ſuppono quod DD. Cardinales aſſeruntur feciſſe declaratinnem & « requiſitionem D. noſtri Papæ vt alijs vijs dimiſſis acceptaret viam Ceſſionis. «

Item ſuppono quod declaratio qua declarauerunt Papam ad viam Ceſſio- « nis teneri, fuit facta Papa inconſulto & non vocato. «

Item ſuppono quod DD. Cardinalibus per Cedulam & non aliunde data « fuit poteſtas dictam declarationem faciendi. «

His præmiſſis probatur quod non ſit periurus. Vbi aliquis promittit ſtare « arbitrio, ſtandum eſt quando tenet pronunciatio, aliàs non. Patet quia vbi ar- « bitrium non tenet, ſubmitteos nullo modo adſtringitur. 1. Diem proferre. ff. « de arbit. ſic eſt in propoſito: quod nullum eſt arbitrium, probatur; nam certum « eſt quod arbiter tenetur pronunciare parte præſente & vocata, &c. At Do- « minus N non fuit vocatus nec præſens. Ergo, &c. Ex prædictis apparet quod « D. N. Papa non eſt periurus, quia nunquam refutauit Ceſſionem, vt patet in « eius Reſpunſiunibus, per quas etiam apparet quod obtulit viam Iuſtitiæ & ra- « tionalem quâ diſcuſsâ & tentatâ dicit ſe omnibus vijs & modis procurare pa- « cem & vnionem. «

Item in tertia ſua reſponſione declarauit ſe nolle derogare Cedulæ Concla- « uis in qua Ceſſio continetur, & eam non refutat. Et poſtea iterum obtulit viam « Compromiſſi taliter qualificatam, quod continet viam Concilij Generalis im- « plicitè, & etiam Ceſſionis voluntariæ. Et illa eſt via Iuris & Iuſtitiæ declara- « tiua per quam reddetur Ius illi qui habet. Et etiam obtulit iſtam Rex Arrago- « num, &c. Ex prædictis ſequitur quod D. noſter non eſt pertinax, quia non eſt « periurus, vt eſt dictum & probatum, & offert bonam viam pro pace & vnione « Eccleſiæ conſeque da, &c. «

Et quia aſſeritur ſubſtractio fienda D. N. Papæ, quia dubitatus eſt & dubiam « habet Iuriſdictionem propter contendentem qui poſſeſſor eſt pro maiori parte « & fuit poſſeſſor pacificus. Mirum hoc dicendum à Clericis; quoniam qui in « dubio habet Iuriſdictionem, ſibi eſt obediendum. Nam Iudex habet cognoſ- « cere an ſua ſit Iuriſdictio, &c. «

Item ſi propter dubitationem partis aduerſæ obedientia eſſet ſubſtrahenda, « ſequeretur magnus error; quia certum eſt quod per Iodictionem belli res effi- « citur dubia, & etiam per negationem, l. 3. &c. «

Eadem die 30. *Maij, Symon Cramaut Patriarcha Alex. Decret. Doct.*

GAllicè dixit, vt intelligeretur à Principibus qui aderant. At is à quo hæc excerpo, in Latinum vertit hoc modo, & partem affirmatiuam defendit. *Pro svbstractione totali.*

Illuſtriſſimi Principes venio ad aperiendum materiam, ad quam Deputatus « ſum, videlicet an via Ceſſionis per Regem & Clerum Francıæ electa & quod « plures Reges, ſcilicet Angliæ, Hiſpaniæ debitè practicari poſſit per ſubſtra- « ctionem obedientiæ. In primis præſuppono pro veritate animarum & vnitate « fidei conſeruanda, neceſſarium eſſe habere vnum Papam: & qui contrarium « diceret, hæreticus diceretur. Nunc proh pudor! Chriſtianitas eſt indiuiſa: «

» quia quidam dicunt Bonifacium Vicarium, alij Benedictum. Et ex iſta diuiſio-
» ne ſequuntur plura inconuenientia, quia alter ſine dubio eſt ſchiſmaticus & ad-
» hærentes eidem plures: modo acta à ſchiſmaticis nulla ſunt ipſo iure, &c. Et ex
» iſtis ſequuntur errores in populo, & plures ſimplices decepti: quia aut ipſi, aut
» nos decepti ſumus; nec ſufficeret dies ad enarrationem ſcandalorum, &c. Nec
» mirum quia lex Mahometi fuit introducta propter contendentiam de Papatu
» & ſchiſma Græcorum propter nimium Dominium quod voluerunt forſan ha-
» bere Papæ ſupra Patriarcham Conſtantinopolitanum, vnde & Patriarchatus
» proh dolor! perditi ſunt, &c.

» Item ſuppono pro notorio & confeſſato etiam per Aduerſarium quod D.
» noſtro Clemente defuncto Cardinales, ex quibus tunc erat vnus D. Benedi-
» ctus videntes inconuenientia prædicta & alia ex ſchiſmate prouenientia, paci
» Eccleſiæ prouidere volentes, percipientes proſequutionem dictæ Pacis quam
» in Clemente viuente inceperat D. noſter Rex, omnes & ſinguli iurauerunt
» ſecundum formam Cedulæ, cuius tenor ſequitur, & eidem ſe ſubſcripſerunt.

» Nos omnes ſinguli S. Rom. Eccleſiæ Cardinales Congregati, &c. nos ſupra retulimus; ſic multas rationes pro parte affirmatiua congerit, contrariaſque fuſiſſimè diſſoluit.

Petrus Regis Abbas S. Michaëlis in periculo maris. Die Veneris 31. Maij.

» Conſequenter die Veneris ſequenti illa menſis Maij, Petrus Regis Abbas
» S. Michaëlis in periculo maris Decretorum Doctor Pariſius ibidemque
» Regens vir ſtudioſiſſimus pro eadem parte affirmatiua dicenda per Regem,
» Conſilium & deputatos in Gallico, aut lingua materna Normanica effectualiter
» propoſuit quæ ſequuntur. Ea tamen in Conſilio pro meliori & breuiori in lati-
» num provt fidelius potui, reportaui.

» In proſecutione, inquit, huius materiæ hunc ordinem obſeruabo. 1. Pro-
» teſtabor. 2. Ponam tres Concluſiones quas probabo: ex quibus reſpondebo
» ad ea in contrarium allegata. In primis proteſtor vt D. Patriarcha, quod illa quæ
» dicam, ſolum dicam ad aperiendum materiam, &c.

» 1. Concluſio eſt quod omnis Catholicus tenetur ad reducendum Eccleſiam
» ad obedientiam vnius Rom. Pontificis, extirpando omnia contraria & remo-
» uendo impedimenta. Probatur quia in hoc pendet ſalus totius Chriſtianitatis
» & Eccleſiæ. Et ſpecialiter ad hoc tenetur Papa, quia ad hoc habet à Deo po-
» teſtatem, ſcilicet ædificationem Eccleſiæ. Ideo ſi contrarium faciat, aut ſit
» negligens, tenetur de damnis & inconuenientibus hac occaſione euenien-
» tibus, &c.

» 2. Concluſio eſt. Licitum eſt, aptum & neceſſarium vnioni Eccleſiæ ſub-
» ſtrahere obedientiam & dependentia, id eſt, Collationes Beneficiorum, proui-
» ſiones dignitatum & annatas, ſeu procurationes & ſimilia. Probatur & 1. no-
» tatur factum. Verum & notorium eſt quod D. Papa miſit Ambaxiatores erga
» Regem Romanorum ad impediendum viam Ceſſionis. Hoc vidi legatus pro
» tunc ibidem exiſtens pro parte D. noſtri Regis, viderunt & omnes quotquot
» voluerunt videre, nec aliqua tergiuerſatione celari poteſt.

» Item cum fui ad Arragoniam pro facto Eccleſiæ ex parte Regis, Legati Pa-
» pæ publicè dogmatizauerunt, quod D. N. Rex non volebat habere Papam niſi
» Gallicum. Poſtquam autem alij Legati Regis & ego requiſiuimus Regem Ar-
» ragoniæ quod acceptaret Ceſſionem ſe conformando alijs, Epiſcopus Zabu-
» lenſis ibidem pro parte Papæ exiſtens publicè dixit quod Papa nunquam acce-
» ptaret, & quod de hoc proteſtabatur. Et vltra hoc dixit D. Iunianus ibidem
» ſimiliter pro parte Papæ exiſtens, quod D. Rex, Duces, Vniuerſitas & Almanni
» non erant concordes in hac proſecutione & quod impediebant vnionem. Ite-
» rum vt prius requiſiuimus dictum Regem. Reſpondit quod Papam de hac viâ
» ſommauerat acceptanda, & requiſiuerat vt acceptaret viam Ceſſionis: & quod
» ipſe refutauit & erat ad eam indiſpoſitus, & alia plura quæ hîc non opus eſt
» recitare. Ex quo apparet quod Papa per ſe & per ſuos ſatellites impedit viam
» Ceſſionis notoriè: ergo fautor eſt ſchiſmatis, nutritor & pertinax quia continuè
impedit,

impedit. 2. Notatur quod via Ceſſionis eſt ſola ſufficiens ad ſchiſma termi- «
nandum & conſcientias pacificandum; nec oblata pienè eſt alia ſedatiua ſchiſ- «
matis. Patet per determinationem primi Conſilij Regis in hac materia. «
3. Concluſio eſt. Suppoſito quod per Regem non fieret ſubſtractio rotalis «
obedientiæ, deberet fieri particularis ſubſtractio Collationum Beneficiorum & «
pecuniarum annatarum & perturbationum. Er pro euidentia Concluſionis no- «
tatur primò quod in primitiua Eccleſia fuit conſtitutum, quod Electio Epiſco- «
porum & Abbatum pertineret ad Capitula & Conuentus, ordinatumque eſt «
per Concilia, quod Confirmatio Epiſcoporum ad Archiepiſcopos, & Collatio «
Beneficiorum ad Epiſcopos & Diœceſanos pertineret. Nam & hoc ordinauit «
Chriſtus Apoſtolis § 1. diſt. 21. Et hoc fuit obſeruatum mille ducentum annis «
& amplius. Ex quo videtur quod licet Papa hoc vſurpauerit, hæc tamen vſur- «
patio eſt contra bonam & debitam politiam; quia non eſt in poteſtare ſolius «
hominis tantum populum gubernare & Beneficijs omnibus debitè prouidere. «
Ratio huius eſt. Non debet prouideri Beneficijs niſi de perſonis notis; modo «
Prælati magis cognoſcere debent promouendos quàm Papa, &c.

Die Sabbati 1. Iunij. *Ludouicus de Tignonuille.*

CONſequenter die Sabbati 1. Iunij præſente cœtu vniuerſo dixit D. Ludo- «
uicus de Tignonuille miles armatæ militiæ, ac vir literatus, quòd cum «
ipſe causâ Legationis iret cum alijs Legatis Regis Aragoniam pro facto vnionis «
Eccleſiæ, tranſijt per Auinionem, ibique Papam viſitauit qui ab eo petijt de no- «
uis Regis & Regni: qui quidem miles cum Papæ nihil diceret niſi quod Rex & «
Domini, Domino concedente erant benè diſpoſiti, Reſpondit D. Benedictus, «
Credit Rex facere quod cedam, non certè faciam; vult facere ſubſtractionem, faciat de- «
bitum in ſuo Regno, faciam in meo quod debebo. Et finaliter quod antea ſe permit- «
teret excoriari quam cederet; receſſitque ab eo dictus D. Ludouicus, qui cum «
veniſſet Aragoniam, acceſſit ad quendam magnum Dominum Regni Aragoniæ «
& ſibi præſentauit literas Credentiæ ex parte Regis; audiuitque eum dictus «
Dominus patienter, recitauitque dicto militi diligentiam Regis & DD. in pro- «
ſecutione vnionis, deſiberationem Concilij Prælatorum & Vniuerſitatum ad «
viam Ceſſionis. Requiſiuitque dictum Dominum vt cum Rege vellet ad eam «
laborare. Qui quidem Dominus miles Aragoniæ reſpondit quod via erat ſancta «
& bona, erat tamen difficilis quoad Contendentes quod non vellent in hoc «
concordare; dixitque vltra quod in partibus illis erant multi corrupti per pe- «
cunias & dona; Quodque nulla erat alia via practicandi Ceſſionem niſi per ſub- «
ſtractionem obedientiæ. Et ad hoc proſequendum Domino Regi obtulit cor- «
pus & bona; vlterius dixit quod hac de cauſa accederet ad Regem Aragoniæ «
Dominum ſuum, niſi fuiſſet ſibi mandatum quod ad eum non iret, niſi eſſet de «
parte Papæ, ſcilicet contra viam Ceſſionis.

Ægidius de Campis de Rothomago Magiſter in Theologia.

STatim ijs dictis ſurrexit M. Ægidius de Campis Magiſter in Theol. famo- «
ſiſſimus & Regis Conſiliarius, eandemque partem affirmatiuam quibuſdam «
præmiſſis defendit. Et eorum qui pro parte negatiuâ erant, rationibus reſpon- «
dit. Qui cum abſoluiſſet, negatiuæ partis fautores replicarunt & duplicarunt, «
rationeſque rationibus oppoſuerunt totis tribus, aut quatuor conſequentibus «
diebus. Die verò 7. Iunij *Rector Vniuerſitatis Pariſ. ſupplicauit* DD. *Præſidenti-* «
bus & vniuerſis adſtantibus ac præſentibus, *vt dignarentur Vniuerſitati concedere* «
vnam audientiam, vt ibidem dicitur, ad proponendum aliquam materiam Conci- «
cilij tangentem; quemadmodum ſuperioribus Concilijs conceſſum fuerat. Ad- «
miſſa eſt ſupplicatio per organum D. Cancellarij ſupra nominari: & ad præ- «
dicta proponenda dies Vniuerſitati aſſignata fuit proxima, die Veneris 7. Iunij. «
Quâ die M. Petrus Plaoul Magiſter in Theologia famoſiſſimus nomine Vni- « M. Petrus
uerſitatis perorauit in lingua materna; pro ſubſtractione particulari & totali, « Plaoul.
hoc modo. «

„ Propitius ſit Nobis Deus; Non eſt nobis vtile relinquere legem & Iuſti-
tias Dei vt eamus altera via. Scribitur 1. Machab. c. 2. verba iſta metuendiſſimi
» Domini mei faciunt ad propoſitum per hunc modum. Antiochus Rex tenebat
» Ieruſalem & populum Iſraël in ſubiectione & fecit in Ciuitate eleuari Idolum,
» publicari & præcipi vt vnuſquiſque veniret ad adorandum Idolum, & inducti
» ſunt plures Iſraëlitæ ad hoc: aliqui per pecunias, aliqui per minas. Mathatias
» autem & filij eius non ierunt adorare: quod audiens Antiochus miſit ad eum
» legatos pro inducendo vt adoraret. Legati autem crediderunt inducere Ma-
» thatiam promiſſione tali. *Tu eris amicus Regis & amplificabit te auro argento &
» multis muneribus*, &c. Mathatias amicus Dei non conſenſit, ſed reſpondit,
» vt ſupra in themate. *Propitius ſit nobis* Deus, *&c.* Ad propoſitum omnes amici
» Dei & pacis Eccleſiæ qui eam deuotè proſequuntur, vt Domus Franciæ, Cardi-
» nales, Prælati & Vniuerſitas: ſi eis offerantur munera, aut inducantur nunc
» reſpondere debent vt Mathatias, *Propitius ſit nobis* Deus, *&c.* Et antequam
» vltra procedam ad propoſitum, præmitto excuſationes, 1. propter præſentiam
» tantæ nobilitatis vt Domus Franciæ, & tanti Collegij, vt Prælatorum, Docto-
» rum & Literatorum virorum, & præcipuè eorum qui materiam tractauerunt
» profundiſſimè.

» Item etiam præmitto excuſationem propter materiæ arduitatem & altitu-
» dinem natura ipſa reſpicit quodammodo totam felicitatem noſtram, in qua vt
» videtur modicum capi poteſt, quoniam dicit Ariſtoteles, veritas non æquè
» citò vt falſitas cognoſcitur. Schiſma autem præſens eſt taliter radicatum &
» conditionatum, quod à tempore Chriſti caſus ſimilis non eſt viſus. Et licet
» per Canones Eccleſiæ & iura caſus ſoleant decidi cum in Iure ſcripti, aut ſimi-
» les inueniuntur. Iſte tamen caſus, aut ſimilis totaliter non reperitur in Iure; nec
» etiam reperitur remedium & medicina: imò qui aliquando caperet canones ad
» literam, perpetuaret ſchiſma, propter hoc ad remedium habendum & propter
» altitudinem materiæ oportet recurrere ad principia & media Extraordinaria
» Vniuerſalia & Generalia, naturalis videlicet Iuris & diuini; ex quibus pendent
» particulares Conſtitutiones; nam Caſus præceſſerunt conſtitutiones particu-
» lares. *Et quia Mater* pulcræ dilectionis Vniuerſitas, in qua ſunt Doctores iuris
» Diuini, naturalis & Canonici, materiam iſtam reſoluit ad talia principia, ei
» magis credendum videtur. Et 1. propter multitudinem Doctorum. 2. Propter
» ordinariam affectionem quam habet; nam affectio, amor & odium peruertunt
» Iudicium. Affectio enim Vniuerſitatis ordinata clarè apparet, quia non ſequi-
» tur proprium commodum, ſed vniuerſalis Eccleſiæ Ieſu Chriſti. Et hoc appa-
» ret, quia Papa dilexit Vniuerſitatem cum fuit electus. Et hoc ſciebat Vniuerſi-
» tas. Vniuerſitas autem ne propter priuatum publica Eccleſiæ vtilitas & proſe-
» cutio impediretur, noluit facere rotulum; ſed etiam pro proſecutione Eccle-
» ſiaſticæ vnionis propria bona & ſuorum ſuppoſitorum expoſuit: vt patet per
» Ambaſſiatas iteratas ad Almaniam, ad Angliam & Hiſpanias: & hoc eſt ma-
» nifeſtum. Ex quo apparet eius bona affectio.

» Vniuerſitas autem ſemotis cunctis inordinatis affectionibus hanc materiam
» 18. annis vel circiter examinauit: ex quo videtur præferenda illis qui non ita
» materiam cognouerunt, aut ſunt affectati propter Beneficia, aut refutata. Quia
» autem hoc dictum eſt per D. S. Pontij quod Vniuerſitatis tertia pars non erat
» pro ſubſtractione, &c. non eſt verum. Scio quod fui vbi in Vniuerſitate tracta-
» ctum eſt; ſcio quod nullo reclamante concluſa fuit *Via Ceſſionis*: concluſa etiam
» fuit particularis ſubſtractio, vt apparuit in alio Concilio: & mihi eſt iniunctum
» quod proponam pro totali quæ ſequuntur. Ideo DD. Reuerendi & Metuen-
» diſſimi Principes, videtur quod Dominus S. Pontij deberet authores huius fal-
» ſitatis nominare. Et quod proponeretur ſubſtractio totalis, habetur inſtru-
» mentum de concordia Facultatum, *Rector teſtificatur*. Idem *Decanus Theologiæ*.
» Idem *Decanus Decretorum*. Idem *Decanus Facultatis Medicinæ*. Et ad idem 4.
» *Procuratores Nationum Franciæ*, *Picardiæ*, *Normaniæ*, *Angliæ* facientes Faculta-
» tem Artium. Et antequam vlterius procedam, proteſtor quod illa quæ dicam,
» non intendo dicere, & intendo non dicere contra fidem Catholicam & Eccle-
» ſiæ determinationem, eiſque ſubmitto & omnibus quorum intereſt corrigere

ſubmitto etiam DD. de Domo Franciæ præſentibus, DD. Prælatis & Collegio præſenti. Idem proteſtor & iuro in conſcientia mea teſtemque Deum inuoco, quod ea dicam ſine odio & fauore inordinatis cuiuſcunque. Ante enim iſtam proſecutionem eram in gratia Papæ: & hoc ſcio, & eum dilexi & diligo; magis tamen Eccleſiæ teneor.

Item proteſtor quod quæ dicam, de præcepto Vniuerſitatis dicam; & ſi dicam aliquid malè ſonans contra Papam, non dicam niſi quod materia requirit. Proteſtor finaliter propter idioma, ſi non benè Gallicum loquar, me haberi excuſatum. Et hoc ſupplico metuendiſſimis Dominis meis, & omnibus his præſentibus me etiam patienter audiri.

Venio ad Propoſitum. Difficultas eſt, de qua hîc agitur. Vtrum licitum ſit ſubſtrahere obedientiam totalem, aut particularem. 2. Vtrum expediat. 3. Vtrum neceſſarium eſt. Reſponſio autem affirmatiua tertij includit vtrumque duorum dubiorum. Dico igitur quod eſt neceſſarium; & quod de neceſſitate ſalutis ſub pœna peccati mortalis & damnationis oportet ſubſtrahere; licet igitur & expedit. Et pro huius deductione ponam aliquas propoſitiones.

Prima Propoſitio eſt quod ſicut pax Eccleſiæ eſt vita & conſtructio Eccleſiæ; ſic ſchiſma eſt mors & deſtructio Eccleſiæ. Probatur prima pars, quia lex I. C. & eius præcepta, Incarnatio, Paſſio, Reſurrectio, Aſcenſio, Miſſio ſancti Spiritus, ſacramenta Eccleſiæ, fides, Caritas, ſpes & ſimilia, ſunt omnia propter pacem ordinata, & ſine ea viuere non poteſt, ſicut fides ſine caritate mortua eſt. Et quod omnium pax ſit finis, tangit Apoſtolus ad Galath 6. cap. *Quicunque hanc Regulam ſecutus fuerit, pax ſuper illos.* Et alibi. *Pax multa diligentibus legem tuam.* Et ad hoc denotandum, quando Chriſtus rupit ſchiſma Adæ & dedit pacem Eccleſiæ in ſua benedicta natiuitate canebant Angeli, *Gloria in altiſſimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Secunda pars probatur; quod ſchiſma eſt mors Eccleſiæ, quia ſchiſma tollit pacem & concordiam quæ eſt vita Eccleſiæ vt eſt dictum.

Item probatur per dictum Chriſti, *Omne Regnum in ſe diuiſum deſolabitur.* Ex qua Concluſione ſequitur collorariè quod ſchiſma eſt æquè mala, aut peior diſpoſitio in Eccleſia, ſicut Idololatria, aut priuata hæreſis. Patet quia eſt mortificatio & deſtructio Eccleſiæ, quod eſt peius quàm priuata hæreſis. Et quod Idololatriæ comparetur, hoc ponit in Epiſtola Dionyſius Epiſcopus Corinthi ad Nouatum, vbi dicit quod pro vnitate Eccleſiæ & tollendo Schiſmate deber Chriſtianus ſe exponere martyrio ſicut pro Idololatra.

Item ſi Papa teneret quod Spiritus non procederet niſi à Patre, & in reſiduo benè crederet, non faceret tantum præiudicium, nec tantum læderet Eccleſiam: ſicut Eccleſiam lacerando & diuidendo ab inuicem Chriſtianos in Sacramentis quantum in ſe eſt & pro ſui Iuris credulitate, aut adhærentia ſicut nunc facit Papa; quod apparet; nam ipſe haber modum iuſtum & bonum viuendi; & per eum ſtat: igitur magis lædit Eccleſiam quàm ſi teneret vt eſt dictum. Et ex iſto ſequitur Concluſio ſupradicta quod ſubſtrahenda eſt obedientia. Nam Mathatias facta reſponſione Legatis Antiochi ſtatim interfecit videns adorantem Idolum non exſpectando ſententiam aut proceſſum. Ex quo apparer quod in tali caſu & tam graui non debet exſpectari ſententia aut proceſſus.

Item Phinées interfecit Iudæum qui contra legem mœchabatur cum Extranea, nec exſpectauit Iudicum ſententiam, aut proceſſum. Et ſic videtur quod Papæ de facto obuiandum eſt & ſe opponendum tanquam illi qui violenter renet Eccleſiam ſpoliatam. Et per hoc ſoluuntur omnes rationes & Iura DD. de contraria parte quæ faciunr mentionem de ſententia, aut proceſſu.

2. Propoſitio eſt, obligatio quæ nos adſtringir ad pacem eſt maior quam ſit poſt obligationem quâ ſumus Deo obligati ad eum ſine medio diligendum. Probatur quia iſta continet omnes obligationes ſecundi præcepti de diligendo ſe & proximum, quia iſta continet illam de proſequeudo pacem Eccleſiæ.

3. Propoſitio eſt. Via Ceſſionis nobis præcepta eſt ad proſequendum iure diuino, vel ſic, nos ſumus obligati lege diuina ad procurandam vnionem, igitur & Papa maximè. Conſequentia tenet, quia Regula eſt, quod qui tenetur ad concluſionem, tenetur ad medium. Ex quo ſequitur quod refutatio viæ

» Ceſſionis eſt peccatum mortale, ſcandalum & deſtructio Eccleſiæ. Quod non
» ſit alia via D. Rex ſupponit, & alàis in primo Concilio probatum eſt clarè, &
» in ſpeciali, via Papæ ſuppoſiro quod aliàs de ſe eſſet bona, non tamen nunc &
» circunſtantijs Schiſmaris conſideraris, & ſic non eſt medium pacis, ſed clarè
» inurilis & non ſequenda.

» Item ſequitur quod refutatio viæ Ceſſionis eſt ſchiſmatica, nutrimentum
» Schiſmatis & deſtructio Eccleſiæ. Patet per prædicta & etiam facta & requiſi-
» tiones ſupra per alios Dominos meos recitatas. Ex quo ſequitur quod Papa
» viderur dicendus ſchiſmaricus. Probatur; nam Papa babet medium ſanctum,
» iuſtum & cunctis Cbriſticolis gratum ad ponendum vnionem & non vulr reci-
» pere, & per boc Eccleſia recipir diuiſionem. Igitur ipſe volunrariè eſt cauſa
» ſchiſmaris. Ex hoc ſequitur quod non eſt ſponſus, ſeruus aut fidelis Chriſto,
» nec ſibi tener fidelirarem: Patet quia cum effectus fuit Papa, Eccleſiam vnien-
» dam recepit; & facit totum contrarium. Imò poteſt dici quod diuidit Chri-
» ſtum quantum in ſe eſt. Nam Eccleſia eſt vnum Corpus myſticum, cuius Chri-
» ſtus eſt caput, & perſecutiones Eccleſiæ Cbriſtus ſibi attribuit, quod patet,
» cum dixit, *Vado Romam iterum crucifigi.* Si igitur Papa vnionem impedit, diui-
» dit Eccleſiam à Cbriſto & Chriſtum ab Eccleſia. Secundò, non eſt Chriſti ſpon-
» ſus, nam diuidir & deſtruit ſponſam Chriſti ſibi commiſſam, ſcilicet Eccleſiam.
» Eccleſia enim non eſt ſponſa Papæ, ſed Cbriſti, licet ſit eius cuſtos modò. Papa
» nunc recipit pro ſe ſibi eam, approbat & tanquam ſua vult vti, & non ſolum vt
» ſuâ vtitur, ſed quantùm in ſe eſt, portionem lacerat: dum Populos & Principes
» qui volunt vniri, non recipit; ſed quaſi ſua eſſet Eccleſia, eius ſupremum offi-
» cium in Eccleſiæ perniciem nititur totis viribus retinere: & ſic Domino ſuo &
» Eccleſiæ ſponſo, ſcilicet Cbriſto non eſt fidelis.

» Item Eccleſia eſt hærediras Cbriſti, quam redemit proprio ſanguine. Papa
» iſtam bæreditatem diuidit & diſſipat; vt eſt dictum.

» Item victoria I. C. in Cruce contra Inimicum fuit Eccleſiæ conſtructio; &
» per eam Cbriſtus Eccleſiæ caput & Dominus. Vnde iſta victoria fuit cauſa ſe-
» datiua ſcbiſmatis, quod erat inter Deum & genus humanum & per quod ſchiſ-
» ma genus humanum erat in ſeruitute Diaboli: à qua ſeruitute dicta victoria me-
» diante eſt liberatum. Caſus autem conuertitur per ſchiſma. Nam per ſcbiſma
» præſens eſt in ſubiectione Diaboli. Et ſic viſis grauiminibus factis Chriſto Ec-
» cleſiæ & ſaluti noſtræ ex Papæ refuratione plus grauat Nos, quàm qui occi-
» deret corpus. Non tamen licitum eſſet ſe opponere. Idcircò viſis grauamini-
» bus prædictis ſicut Mathatias ſine dilatione interfecit Iudæum adorantem Ido-
» lum; ſic nos ſine dilatione debemus nos Papæ opponere, & ab eius obedientia
» recedere; aliàs non compleremus legem Cbriſti.

» Sequitur Corollariè quod non debet vlterius dari dilatio. Et ratio eſt, quia
» dare dilationem eſſet dare conſenſum iniuriæ Chriſti, cui fir iniuria vt eſt di-
» ctum: & ita omnis dilatio probibetur lege diuina. Ex quo ſequitur quod nullus
» proceſſus eſt in hoc tenendus, ſed ſtatim ab eo debemus recedere; ne ſcilicet ei
» conſenriamus qui non eſt fidelis, vt eſt dictum.

» Item ſequitur quod omnes illi qni volunr impedire ſubſtractionem, ſunt cau-
» ſæ & fautores ſchiſmatis & qnod ſubditi deberent ab eis recedere & eis non
» obedire, aut communicare. Et quia vt eriam dixerunt aduerſarij Domus Fran-
» ciæ nunc bonorem babuit, quod nunquam fouit ſchiſmaticos; ſi Papa eſt Scbiſ-
» maticus, vt eſt dictum, non debet ſibi obedire; aliàs obediretur aduerſario Ieſu
» Cbriſti.

» Item ſequitur quod ſi deliberata & concluſa ſubſtractione aliqui ſe oppo-
» nerent, Rex deberet punire, & confiſcare bona eorum tanquam aduerſario-
» rum ſummi Regis, diſſipatorum Eccleſiæ & fautorum ſchiſmatis; ſicut aliàs
» Rex priuauit ſuo Comiraru Comitem Toloſanum, quia erat fautor bæretico-
» rum. Et ſi Domioi deſiſterent à proſecutione, Deus ſe plangeret, dicens eis
» illud Ezecbiel. c. 16. non adſcendiſtis ex aduerſo nec oppoſuiſtis vos murum
» pro Domo Iſraël? Quod autem ab eo debeat fieri ſeparatio, faciunt plures
» authoritates ſacræ ſcripruræ; dicitur enim Lucæ 11 c. *Venient in nomine meo*
» *& contra me, eis ne communicetis.* Sic Papa ſub nomine Chriſti & ſimultate in eius

nomen vult pertinaciter Officium Eccleſiæ contra Eccleſiam tenere ipſam diuidendo, contrarius eſt Chriſto, non eſt ei communicandum.

Item dicitur Deuteron. 13 Si veniunt Prophetæ, aut alij dicentes ſe habere reuelationem, & prædicant contra legem, non recipiatis, ſed occidatis.

Item B. Ioan. in Canonica ſua prohibet communicari illis qui ſe non conformant legi.

Item ad Titum 3. c. dicit Apoſtolus, poſt ſecundam & tertiam monitionem deuita, &c.

Item Num. 16. præcepit Dominus recedi ab Dathan & Abiron quia ſchiſmatici erant. Et multæ etiam authoritates facientes ad hoc quod ex quo quis contrariatur Deo, & facit contrarium eius, ad quod ordinatur, euitandus eſt.

Reſtat reſpondere ad rationes factas in contrarium per D. S. Pontij & Iacobitam. Ipſi enim in hoc & alio Conſilio fecerunt fundamentum, quod non ſunt facienda mala vt dubia bona eueniant, aut certa mala, vel certa bona, &c. Et hoc facit contra eos. Iſta enim aſſumpta, *Non ſunt facienda mala, &c.* eſt vera & Catholica: ſed facit contra eos, quia via Ceſſionis eſt talis, vt eſt dictum, quod quilibet tenetur proſequi, & eſt ſub præcepto eius proſecutio. Ex quo ergo Papa requiſitus non vult eam acceptare, aliam viam ſeu modum quam requiſitionis oportet practicare, ſcilicet Compulſionis quæ ex prædictis eſt ſub præcepto & legis diuinæ. Compulſio autem, ſeu mitius remedium & melius eſt ſubſtractio. Igitur ſubſtractio eſt legis diuinæ & neceſſaria. Ergo eam obmittere propter quæcunque dubia euentura, eſſet malum facere vt bona euenirent. Ideo ſi dicatur, euenient ſcandala, reſpondendum eſt, *Non ſunt mala facienda vt bona eueniant;* debemus enim nos conformare legi diuinæ, nec debemus eam propter quæcunque obmittere. Et quidquid ſequatur, reſpondeamus vt Mathatias. *Propitius ſit nobis Deus, &c.* Aliàs enim de rigore acrius contra Papam videtur poſſe procedi per prædicta. Et per hoc ſoluitur ad omnia allegata in contrarium, quando dicitur, ſubſtractione facta pacem non habebimus, neſcio, Deus ſcit; ſed veriſimile eſt quod tandem per eam habebimus; quia ſi adimpleuerimus legem Chriſti, pax & omnia adijcientur nobis. Nam primò ad Chriſtum debemus habere pacem & ex conſequenti inter nos Chriſtianos qui ſumus eiuſdem Eccleſiæ membra. Caput autem eſt Chriſtus, idcirco ſi aliquid eueniat, reſpondere debemus vt Mathatias, *Propitius ſit nobis Deus, non eſt nobis vtile relinquere legem & Iuſtitias Dei, &c.*

Item Papa cum pacem procurat, Vicarius eſt, & aliàs non. Et ſic ſi Vicarius & Dominus ſunt diſcordes, obmittendus eſt Vicarius & adhærendum Deo infallibiliter, nec erimus ſine capite & acephali; ſed habebimus verum caput Eccleſiæ Chriſtum. Et per hoc cum dicitur, non habebimus pacem, dico contrarium & veriſimilius eſt. Nam nemo dubitat, quin ſi ab initio facta fuiſſet ſubſtractio, non tantùm duraſſet ſchiſma: obedientia enim eſt cauſa Schiſmatis. Primò enim per obedientiam acquirit amicos, fautores & impeditores proſecutionis Regis & Eccleſiæ Gallicanæ quæ remouerentur ſubſtractâ obedientiâ.

Item Almanni & alij non habent aliam viam, niſi ceſſionem, nec ſciunt eam impugnare; vt clarè vidi in Almania & plures ſimiliter viderunt. Iſta prius fuit electa per Regem & plures eam inſequuntur: & ſic executio & practica debet eſſe prior.

Item niſi nunc capiatur appunctuamentum pro executione Ceſſionis, Rex Caſtellæ ſeparabit ſe à nobis, quia hoc ei promiſimus.

Item ſimiliter Collegium Cardinalium quod eſt pro ſubſtractione.

Item proſecutores negotij qui ſunt de Vniuerſitate, amplius non poterunt laborare, quia Papa contra eos procedet ad exterminium conſiderata eius obſtinatione, & ſic non debet dari dilatio.

Item ſequetur aliud inconueniens, quia ſi Papa habeat negatiuam, ſe armabit contra Regem armis quibus Rex deberet vti.

Item pendente illa dilatione Papa per promotiones & munera forſitan ad ſe attrahet Pauperes: & ex hoc poterit euenire quod maior pars erit contra Regem & eius proſecutionem antea tam ſanctè concluſam, quod eſſet maximum

Digitized by Google

» inconueniens & ſcandalnm in Regno. Nec valet quod dictum eſt per aduer-
» ſarios. *Papa vult facere legationes, opus eſt pecunia, &c.* dico quod iſtæ legatio-
» nes impediunt vnionem Eccleſiæ manifeſtè, & ſubſtractione facta ceſſarent ta-
» lia impedimenta, ceſſantibus ſcilicet pecunijs: & vtinam nullas feciſſet.
» Item nec valet illud quod alleganit D. S. Pontij quod præparabimus aduen-
» tum Antichriſti niſi venerit diſceſſio primum, &c. Dico quod boc eſt contra
» ipſum, quia Antichriſtus vincet per dona & promiſſiones; videtur autem nune
» caſus ſimilis doceote experientia. Multi & benè noti tempore Clementis erant
» pro via Ceſſionis ardenter vt apparebat; mortuo autem Clemente Papa eos ad
» ſe attraxit per Beneficia & promotiones prnpter quod nunc ſunt contrarij dictæ
» viæ & eius executioni, & continuè tales multiplicantur, quia vident plures ſe
» non poſſe promoueri, niſi ſint de opinione Papæ ei adbætentes cootra Ceſſio-
» nem & executionem, & ſic neceſſe eſt remouere tales promotiones: aliàs ſe-
» queretur confuſio Regni; & per tales præparatur aduentus Antichriſti.
» Item dicunt Doctores multi, Nicolaus de Lyra & alij plures, quod illa au-
» thoritas niſi venerit diſceſſio primum, intelligitur quando multi recedent à fide,
» & quaſi fides peribit: & ſic Papa præparat viam vt videtur; non autem per ſub-
» ſtractionem: & ex hoc ſequitur quod debet fieri ſubſtractio & debemus dicere,
» *Propitius ſit nobis* Deus, *non eſt nobis vtile relinquere legem & Iuſtitias* Dei, *&c.*
» Item ad aliud argumentum cum dicunt, inobedite eſt peccatum, &c. & cui
» obediemus, &e. Et allegant authoritates 1. Reg. 15 *Obedite* Principibus *licet diſ-*
» *colis, &c.* Et hoc argumentom multum mouet ſimpliccs, qui non ſunt eleuati
» in materia. Allegant etiam prædictum exemplum de peccato inobedientiæ
» Adæ primi parentis & Luciferi primi Angeli, &c.
» Ad boc Reſpondeo per ſecundam propoſitionem ſupra poſitam, quia obli-
» gationi primæ eſt ſatisfaciendum. Nam etiam de Iure poſitiuo cum veniant duæ
» obligationes incompoſſibiles, maior eſt ſequenda: obligatio autem proſequen-
» di pacem & vnionem maior eſt præcepto Papæ, aut Conſtitutione Papæ, &
» reſpondendum eſt quod magis eſt obediendum Deo quàm bominibus. Et hæc
» eſt Doctrina Petri, Act. 5. Princeps Sacerdotum prohibuit Petro ne prædicaret
» legem Chriſti, reſpondit Petrus oportet Deo magis obedire quàm hominibus.
» Sic ſi Rex ptæcepit vnum & vaſſallus contrarium, Regi eſt obediendum, ſed di-
» cendum, *Propitius ſit nobis Deus nos, &c.* Et per boc ſoluitur argumeotum de
» Iuramento Epiſcopotum facto Papæ de manutenendo & conſeruando, &c.
» licet alij deberent ſolutionem: quia iſtud Iuramentum eſt introductum in fa-
» uorem Eccleſiæ: oam obligatio ad pacem Eccleſiæ & iuramentum Papæ præſti-
» tum poſſunt eſſe contraria, oportet contra vnum venire, & non eſt dubium
» quod magis legi Dei quàm iuramento eſt obediendum.
» Item quando ſubditus habet plures Dominos, ſuperiotem ſcilicet & me-
» dium, & medius non ſeruat fidelitatem D. ſuperiori, ſubditus Domino ſuo im-
» mediato obedire non tenetur, aliàs participaretur in nomine Domini & repu-
» taretur proditot. Et hoc fuodatur in Iore diuino & naturali ſic. Prima Dei
» inſtitutione hominis in ſtatu innocentiæ omnia alia, Leones, &c. ſibi obedie-
» bant, ſed per peccatum & inobedientiam Adæ contra Deum commiſſam be-
» ſtiæ contra eum rebellarunt. Sic in propnſito Papa in obediendo ſuperiori Do-
» mino, eui ex debito & iuramento tenetur ſe reddit indignum quod ſibi obe-
» diatur.
» Item habemus etiam exemplum de Lucifeto qui erat ſummus Prælatus Ec-
» cleſiæ triumphantis, cæteriſque Angelis datus erat vt præeſſet, ſed propter
» inobedientiam eius erga Deum commiſſa, alij boni Angeli ab eo diſceſſerunt,
» tunc verbo Domini ſolidati; ita quod de cætero caſum aliquem non pertimeſ-
» cunt: boc nempe tunc promeruerunt quaodo peruerſo Prælato non conſen-
» ſerunt, &c. vt dicit Auguſti. in lib. Cur Dens homo c. 1. Et in boc receſſu non
» fuit proceſſus, aut ſententia: oam Michaël executus fuit vt habetur Apocal. 4.
» Item rationes quas faciunt aduerſarij, procederent forte, ſi vnus eſſet Paci-
» ficus notoriè Papa in Eccleſia, quod bodie non eſt verum: Nam duo perni-
» cioſè contendunt, vnde dolor. Contendere autem de Papatu eſt maximè re-
» probatum, vnde dicit quoddam Decretum vetus, & eſt Iſidori, oblationes

Digitized by Google

diſſidentium fratrum non recipiantur, &c. Et Doctores cum de contendenti- «
bus de Papatu locuti ſunt, ſemper in malum contendentium locuti ſunt, vt v. «
g. 10. Saliſberienſis cuius tempore fuit ſchiſma. Ipſe enim optabat conten- «
dentes in marina Inſula reponendos ſolos ad inuicem pugnaturos, &c. vt ha- «
betur in Polycratic. §. 51. c. Ex prædictis apparet reſponſio ad rationes, cum «
dicitur, *Cui obediemus, &c.* dicò quod Deo eſt obediendum; obedientia enim «
quæ eſt virtus, debet habere bonum principaliter in reſpectu; ſed cum eſt con- «
trarietas inter Deum & Creaturam, qui creaturæ obedit, prouocat ſuper ſe «
indignationem Dei, & ei obedire eſſet ei in crimine conſentire, propter quod «
Deus contrariaretur Creaturæ, &c. «

Item ad aliud, cum dicitur, *obediendum* eſt *Principibus, &c.* dico quod hoc «
non facit ad propoſitum. Illæ enim authorirates loquuntur in Dominis & «
Principibus temporalibus qui non erant Chriſtiani, & aliquos habebant ſerui- «
tores & Officiarios Chriſtianos: iſti enim Chriſtiani fideliter obedire debent «
& monentur in Officijs ſuis, non autem in præiudicium Dei & Chriſtianitatis. «
Sicut tempore Iuliani Apoſtatæ Imperatoris milites Chriſtiani ſibi ſeruiebant «
& obediebant ad tuitionem Populi, non autem ad impugnationem fidei aut «
Chriſtianorum. «

Item ad aliam rationem cum dicunt, quod non pertinet ad Regem, aut «
Principes ſeculares, aut iſtam Congregationem, tractare iſtam materiam quæ «
eſt Eccleſiaſtica, & allegant Exemplum de libro Reg. 1. de Oza qui fuit per- «
cuſſus, &c. Solum dico quod iſta Authoritas intellecta facit contra eos. Oza «
enim non erat Laïcus, aut Princeps ſecularis, ſed erat Sacerdos, vt dicit Gloſ- «
ſa ordinaria. Officium autem Sacerdotis, ſeu Preſbyteri erat ſuſtinere arcam & «
in propria perſona deferre. Et quia Oza faciebat Arcam deferri per bonos, & «
ita per alium, non per ſe, vt tenebatur; ideo Dominus indignatus, quia reddi- «
derat ſe indignum tangere arcam, ſic autem eſt in propoſito; nam Papa qui «
principaliter eſt ordinatus ad pacem & vnitatem Eccleſiæ conſeruandam, vt eſt «
dictum, contrarium operatur; & ex ipſo & per ipſum durat & protelatur di- «
uiſio. Idcirco reddit ſe indignum regimine Eccleſiæ & obedientia, & debent «
Principes permittere procurare & euellere ſchiſma, pro quo ponuntur pro- «
poſitiones. «

Prima Propoſitio eſt, quod cuilibet Chriſtiano pertinet proſequi viam Ceſ- «
ſionis & ad hoc tenetur quilibet pluribus cauſis. 1. Obligatur quilibet obliga- «
tione quâ tenetur ad fidelitatem Chriſto Ieſu: quando enim vident eius ſpon- «
ſam periclitari, prouidere debent. «

Item obligantur obligatione quâ filius tenetur matri: non enim debet filius «
permittere matrem detrimentum recipere. Et ſi contra faceret, non eſſet na- «
turalis, etiam ſi dilationem caperet. «

Item etiam quilibet obligatur hoc proſequi obligatione quâ Papæ obliga- «
tur, ne ſalutis eius ſit contemptor: per ſubſtractionem enim magis erimus ſibi «
fideles quàm alij, cum eius ſalutem ſicut & aliorum proſequamur. Ex quo «
ſequitur quod quilibet tenetur proſequi toto poſſe & ſine dilatione ſubſtrahe- «
re. Hæc autem faciendi quilibet habet authoritatem pluribus cauſis. 1. Dat «
authoritatem neceſſitas; qui enim vellet alicui vitam corporalem tollere, ſe de- «
beret defendere: nec ad hoc requiritur ſententia, aut proceſſus: modò ſchiſma «
eſt mors animarum; quilibet ergo ſe opponere debet ſine proceſſu alio Iuridi- «
co, & quantò dilatio in talibus eſt periculoſa, tantò minus debet dilatio. «

Item dat authoritatem feruor Charitatis; ſicut Mathatias propter carita- «
tem ſtatim interfecit Iudæum adorantem, nec exſpectauit Iudicium. «

Item dat authoritatem lex diuina quæ præcipit Ceſſionem proſequi & ex- «
ſequi; quod fieri non poteſt niſi per ſubſtractionem quæ eſt mite remedium, vt «
eſt dictum, cum de facto nichil ſibi remouetur; & quam niſi faceremus, eſſe- «
mus conſentientes peccato ſuo in Deum & Eccleſiam commiſſo, & eſſemus «
fautores Schiſmatis. «

Item etiam hoc præcipit conſcientia inſtructa & regulata ſecundum Doctri- «
nam Euangelicam quæ præcipit fidelium vnionem proſequi. Ex quibus apparet «
quod omnibus fidelibus Chriſtianis hoc competit. «

„ 2. Propoſitio eſt quod in ſpeciali ad Prælatos pertinet & etiam ad Princi-„pes, &c. 1. Ad Prælatos quo ad eorum Officium. Nam corpora & animas ha-„bent ſubdita, producenda ad Paradiſum. Et licet ſimplices non ſe ſubſtraherent, „ipſi tamen tenentur vt ſalui ſint; aliàs peccatum ſimplicium eſſet ſuper Præla-„tos: & non debent pati ſubditos & oues eſſe in poteſtate lupi: ideo ſine dilatio-„ne debent ſubſtrahere, ne ei communicent in crimine. Et ſi eſſent aliqui qui „vellent contrarium facere, dico quod Rex Dominus non ex fidelitate quam „habet ad Chriſtum & Eccleſiam, deberet ſe facere partem & eos punire, vt eſt „ſupra dictum; & maximè quia Rex Franciæ cum ſit inſtitutus ad pacem Ec-„cleſiæ & impugnandum Schiſmaticos. Conſiderandum enim eſt 1. quod ipſe „incepit proſequi vnionem; nec Princeps aliquis ſe intromittebat: Et ſic Deus „videtur ad hoc ipſum inſpiraſſe & ei ſpecialiter commiſiſſe: quanquam alij com-„plures eum inſecuti ſunt & eum inſequuntur.

„ Item quod ipſe Dominus Rex cœpit ſerpentem inſidiari & contra eum bel-„lare, & continuè obtinuit quod via ſua acceptatur, & in tantum ſchiſma di-„minutum eſt; & niſi Rex continuaret, ſchiſma augeretur. Vnde via Regis com-„parari poteſt viæ Moyſi, quæ coram Pharaone in terram proiecta erat ſerpens. „Sic quandiu Rex viam iſtam in manu tenebit, ducet populum in terram pro-„miſſionis, id eſt pacis; ſed ſi eam dimitteret, caderet in terram & eſſet ſerpens, „quoniam ſchiſma veriſimiliter perpetuaretur. Et ſic patet quod ad Dominum „noſtrum Regem ſpeciali priuilegio pertinet proſequi ceſſionem & eius exe-„cutionem.

„ 3. Propoſitio & quod ad Regem pertinet huius viæ proſecutio & executio „tanquam ad Principem & ad hunc titulum, quod Princeps. Habent enim Prin-„cipes authoritatem, quia potentiores: pauperes enim non poſſunt talia exſequi. „2. Habent authoritatem à Iure naturali & à Iure Canonico, vt Patriarcha de-„duxit & alij Domini mei pro iſta parte proponentes.

„ Item à Iure diuino: & de hoc iure allego tria exempla. 1. 3. Reg. Salomon „de Sacerdotio ſe intromiſit & depoſuit Abiathar.

„ Item 4. Reg. 12. Rex Ioas miſit manum ad pecunias templi, fecitque argen-„tum applicari neceſſitatibus Synagogæ & templi. Et ſi hoc licet pro materiali „Eccleſia, fortiori ratione pro ſpirituali.

„ Item aliud exemplum habetur 4. Reg. 22. vbi *Ioſias* cuius tempore Eccleſia, „ſeu templum erat deſtructa, & etiam Preſbyteri templo non deſeruiebant, primo „fecit reædificari templum de pecunijs templi, & fecit etiam legem obſeruari.

„ Item, nam Honorius Imperator tempore ſchiſmatis Bonifacij I. duos depo-„ſuit; & poſt fecit Conſtitutionem *ſi Duo forte.* Ex quibus patet quampluribus „modis ad Principes pertinere prouidere paci & bono publico Eccleſiæ.

„ Reſtat Reſpondere ad vnam rationem Sophiſticam, & de qua vt plurimum „vexillum fecerunt aduerſarij coram veſtris metuendiſſimis Dominationibus „ſcientes vos popularem tumultum. Dicunt enim quod ſubſtrahere obedientiam „Domino noſtro Papæ eſſet dare occaſionem ſubditis, ſeu Popularibus non obe-„dire Principibus, ſeu eorum Dominis temporalibus: ex quo ſequerentur re-„belliones, rixæ & alia innumerabilia inconuenientia prout latè deduxerunt. „Iſta enim non ſunt niſi nunc, nec benè intelligentibus aliquod faciunt ad pro-„poſitum. Supponunt enim quod idem, ſeu ſimilis ſit caſus in Domino tem-„porali & dignitate, ſeu adminiſtratione ſpirituali, cum tamen plures ſint „differentiæ. Primam enim differentiam dedit Chriſtus in Euangelio, cum „quærerent Apoſtoli quis eorum eſſet maior, reſpondit. *Principes Gentium do-„minantur eorum, vos autem non ſic,* ſed qui maior eſt, fiat ſicut miniſter: & ſic „maior eſſe debet humilior & ſeruus hominum, & qui plura habet, minor eſt „& plus obligatur. Et ob hoc dicit Apoſtolus non quaſi dominantes in Clero, „ſed forma facti Gregis, &c. Et ſic non eſt ſimilitudo inter Præſidentem „Eccleſiaſticum & temporalem. Nam Eccleſiaſtici ſolum ſunt Miniſtri. Scribit „enim B. Bernardus ad Eugenium Papam, Scias quod Eccleſia Romana non eſt „Domina Eccleſiarum, ſed Magiſtra: vnde Papa non eſt Dominus Epiſcopo-„rum, ſed vnus ipſorum, &c. Vnde Principes mundi ordinantur vt dominen-„tur: non ſic de Eccleſiaſticis: quia ordinantur vt ſer[illegible]ant ſubditis: & maior

dicitur

dicitur qui maiorem habet ſeruitutem & Officium adminiſtrationis. Et notant «
Doctores quod Papa non eſt Dominus rerum Eccleſiæ : & hoc tenet Godefre- «
dus de fontibus. Quærunt etiam Doctores an Papa poſſit committere Symo- «
niam, & arguunt quod non, quia omnia Eccleſiæ bona ſunt ſua; & ſic ea ven- «
dere poteſt, &c. Et non obſtantibus contrariis allegationibus S. Thomas dicit «
contrarium, & quod vendere Beneficium eſſet Symoniacus, quia non eſt Do- «
minus Beneficiorum & bonorum Eccleſiæ: in caſu enim iſto ſubjicitur Eccleſiæ, «
& hæc eſt prima differentia. «

2. Diſſimilitudo aut differentia eſt, diuiſio dominationis in temporalibus, «
non eſt contra ſalutem animæ, licet eſſet aliquando contra bona temporalia. «
Aliquoties enim bellum vtile videtur. Ad quod facit illud quod recitat Augu- «
ſtinus de Ciuitate Dei. Romani finito bello, contra Carthaginenſes habita «
victoria Conſilium inuicem habuerunt, an expediret in quiete ſtare & non mo- «
uere bellum; finaliter concluſerunt quod expediebat vt bellum aliquod ha- «
berent pro exercitio habendo, ne otio vacarent, & inter ſe bella haberent. Se- «
cus eſt de pace Eccleſiæ, quia neceſſaria eſt ad ſalutem. «

3. Differentia eſt, quia ſecundum diuerſitatem regionum & hominum poſ- «
ſunt, imo conuenientius neceſſe eſt diuerſos Principes temporales eſſe ac di- «
uerſa regimina: nec oportet quod ſit vnicus Princeps, ſed oportet quod ſimus «
vniti in vna fide & Caritate ſub vno Vicario iuxta dictum Apoſtoli, vna fides, «
vnum Baptiſma &c. «

4. Differentia eſt, nam enſis materialis non per totum extenditur: ſecus eſt «
in ſpirituali enſi aut Cenſura. «

5. Differentia eſt, nam damnum Principum ſecularium etiam dominando «
in ſubditos extra conſuetum, eſt temporale & modicum reſpectu mali Schiſma- «
tis ſeu diuiſionis Eccleſiæ, vt eſt clarum. «

6. Differentia eſt, Principes ſeculares non ſunt ſubditi politiæ: ideo non «
poſſunt compelli cedere Dominationi: Papa autem eſt ſubditus Eccleſiæ. «
Ideo Eccleſia quæ eſt ſuperior, poteſt inquirere vt cedat, cum ſubditos occidit «
ſpiritualiter iniuſtè detinendo &c. ſecundum prædicta. «

Item Principes ſeculares ſunt Domini pro ſe & ſuis hæredibus: non ſic eſt in «
Papa vt clarum eſt: non ergo valet argumentum de Dominio temporali ad «
ſpirituale. Et ſic cum defectus Papæ ita eſt pernicioſus quod non poteſt tolerari «
ſaluâ conſcientiâ, ſubditus eum poteſt compellere ad ſalutem. Ideo Paulus «
Petrum reprehendit; nec propter hoc indignatus fuit Petrus. Et ſic voluntas «
Dei eſt quod Papæ perturbanti aut impedienti bonum Eccleſiæ quilibet ſe op- «
ponat, quodquè ſi monitus non deſiſtat, ab eius obedientia recedatur, monitio- «
nes autem notoriè factæ ſunt &c. «

Omnia alia argumenta ſoluuntur propter neceſſitatem prouiſionis vt eſt di- «
ctum. Eſt igitur ſibi obuiandum & ei ſine dilatione reſiſtendum, ne ſimus ei in «
crimine conſentientes & fautores & nutritores Schiſmatis. Ad quod faciendum «
vt eſt dictum, compellit propria & Eccleſiæ ſalutis neceſſitas quæ abſoluit & diſ- «
penſat contra omnem legem poſitiuam. *Hæc ſunt dicta ſub correctione ante-* «
dictâ. «

Hac diſcuſſione finitâ die 10. Iunij Dominus Cancellarius 4. capita quæ «
ſequuntur, recitauit. «

1. Quia pro parte proponentium contra ſubſtractionem materiæ ſaltem «
tactæ viſæ ſunt inferri, aut veriſimiliter plures poſſent timere deliberando con- «
tra Papæ voluntatem prætextu potentiæ Papæ, aut perditionem ſtatus aut ſi- «
miles cauſas. Ex parte Regis & Conſilij præcipitur quod quilibet in Concilio «
exiſtens omni timore poſtpoſito deliberet ſecundum conſcientiam ſuam; quo- «
niam Rex & Domini præſentes promittunt ſingulos ſeruare ab omni violentia «
& oppreſſione huius occaſione per Papam aut quemcunque alium inferenda, «
quoad perſonas, bona & ſtatus. «

2. Quia ex parte eorundem proponentium tactum eſſe videtur quod non «
tenetur quis Regem inſequi aut ei obedire, ſi decerneret ſubſtrahendum eſſe. «
Ex parte dicti D. noſtri Regis & Concilij decernitur ſeu vobis intimatur quod «
ſi contingat ſubſtractionem à dicto D. noſtro Rege acceptari; Et aliquis con- «

» tradicat Regi contra determinationem Concilij non obediendo, reputabitur
» Schiſmaticus, fautor & nutritor Schiſmatis; & vt talis taliter punietur quod
» cedet cæteris in exemplum.

» 3. Quia ſimiliter pro eorundem parte tangi videbatur, quod ſi fieret ſub-
» ſtractio, fierent impreſſiones in electionibus per Principes Laïcos & Nobiles
» in Collationibus &c. Ex parte dicti noſtri Regis dico quod eius inten-
» tio eſt ſi fiat ſubſtractio per Concilium præſens, tenere Capitula & Conuentus
» liberè in electionibus abſque omni impreſſione & violentia: & ſi qui ſunt con-
» trarium facientes, taliter eos puniet, quod cedet cæteris in exemplum.

» 4 Quia ſimiliter pro eadem parte tacitè tangebatur, quod etiamſi fieret
» ſubſtractio, Rex caperet pecunias Eccleſiæ, Procurationes, annatas &c. Ex par-
» te dicti D. N. Regis vobis dico quod hoc non faciet nec facere intendit. Qui-
» nimo eius eſt intentio ſi per hoc Concilium fiat & acceptetur ſubſtractio, Eccle-
» ſiam ſui Regni tenere in antiquâ ſuâ libertate. In examinatione autem opinio-
» nem fecerunt præſentes DD. Duces Bituriæ, Burgundiæ, Aurelian. & Bor-
» bonij prædicti. D. Cancellarius Franciæ ſupra nominatus, D. Petrus de Byac,
» quondam Cancellarius & Regis Conſiliarius. Notarius autem Regius qui opi-
» niones ſingulas conſcripſit, erat vir probus & boneſtus M. Ioannes Huë Cano-
» nicus Pariſienſis, ſinguli autem Epiſcopi, Abbates, & Præſides Capitulorum &
» Vniuerſitatum præſente ligno S. Crucis & tactis ſacro-ſanctis Euangeliis
» opiniones ſuas dixerunt iurati & requiſiti.

His præmiſſis ex parte Regis & Concilij conſtitutum eſt quod præſentibus Ducibus Præſidentibus, Notario Regio & aliquibus Regis Conſiliarijs quilibet in Concilio exiſtens diceret opinionem verbaliter ſuper propoſitis, quæ per Notarium ſcriptis conſignaretur, inhibitumque ne vllus ante Concluſionem Concilij recederet. Notarius ille erat M. Io. Huë Canonicus Pariſienſis ſinguli autem Prælati Epiſcopi, Abbates & Procurarores Capitulorum & Vniuerſitatum præſente ligno S. Crucis & tactis ſacro-ſanctis Euangeliis opiniones ſuas dixerunt iurati & requiſiti. Et ne variatio ſeu inconſtantia aut defectus in iudicando & eligendo interueniret, ſinguli eorum in ſcriptis & ſcedula ſignata ſigno manuali ſuas opiniones Notario tradiderunt. Tum de Vniuerſitate ſic ſcribitur.

» At verò Pariſienſis Vniuerſitas Deum non hominem timens, vt luceret lux
» eius coram hominibus & glorificaret Deum Patrem qui in Cœlis eſt, per or-
» ganum Rectoris eius videlicet M. Io. Rouſelli coram DD. Ducibus, vniuerſo
» cœtu prædicto ac vniuerſis in aula Concilij audire volentibus cunctis, oſtio
» aperto opinionem ſuam in Gallico fecit legi & tradi, prout in ſequenti cedula
» continetur, DD. prædictis offerendo, quod de hac Cedula fieret litera ſigillata
» ſigillo Vniuerſitatis ſi eis placeret. Eratque dicta Cedula ſequens ſignata ſi-
» gnis 4. Notariorum aut quinque. Et fuit hoc actum 13. die dicti menſis Iunij
» aut circiter, quia diem non regiſtraui præciſè.

L'Vniuerſité de Paris déſpieça apres pluſieurs meures deliberations euës ſus le faict de la propoſition de la voye de Ceſſion & de l'vnion de l'Egliſe, delibera & conclud que il luy ſembloit licite, & expedient, que l'on ne toleraſt plus, ne ſouffriſt que le Pape donnaſt les Benefices Eccleſiaſtiques, ne exigeaſt ne leuaſt aucuns proffis & emolumens pecuniaires de ce Royaume. Car ces choſes nourriſſoient le Schiſme & empeſchoient l'vnion de l'Egliſe. Et cecy fiſt propoſer pluſieurs fois deuant le Roy en la preſence de vous Noſſeigneurs, en requerant que le Roy vouſiſt à ce entendre & le mettre à execution, & depuis a eu pluſieurs Traittiez, aſſemblées, diſcuſſions & deliberations en cette matiere, tant enſemble que chacune Faculté & Nation à part ſoy, Et derrainement & de nouuel. C'eſt aſſauoir l'an 1398. le 11. iour de Iuing à huit heures au matin, les Maiſtres & Docteurs des Facultés furent appellez deuëment & tres-ſolemnellement par leur ferment à deliberer en cette matiere. Et requis à y deliberer à l'honneur de Dieu & de l'vnion de la S. Egliſe. Finalement les 4. Facultez pour ce tres-generalement aſſemblées, comme dit eſt. C'eſt aſſauoir les Facultez de Theologie & de Decret, d'vn commun conſentement

& accord, ſans contradiction d'aucun. Item la Faculté de Medecine. Item la Faculté des Arts conſtituée des 4. Nations; C'eſt à ſçauoir France, Picardie, Normandie, & Angleterre, en laquelle eſtoit le nombre de 400. Maiſtres ou enuiron. Deſquels Maiſtres pluſieurs ſont Graduez és autres Facultez, comme Licentiez en Theologie, en Decret, en Droict Ciuil & Medecine, & pluſieurs autres Bacheliers eſdites Facultez, pour pluſieurs cauſes raiſonnables touchées pour grant partie en ceſt preſent Conſeil, en adiouſtant à la deliberation & concluſion deſſus touchée, de laquelle ils ne ſe penſent pas ſe departir pour l'extirpation de ceſt preſent Schiſme & vnion de l'Egliſe auoir, firent concluſion quel'on doit dés maintenant ceſſer & ſoy departir du tout de l'obeïſſance de noſtre S. Pere.

Finito verbo D. Cancellarius ſupradictus requiſiuit ex parte Dominorum «
Rectorem, Decanos & Procuratores, vt de hoc darent literam ſigillatam &c. «
vt ſupra oblatum erat. Traditaque fuit præſentibus vniuerſis, vt ſupra dicta «
Cedula, & fuit ſigillata ſigillis Theologiæ, Decretorum, Medicinæ, quatuor «
ſupradictarum Nationum, & communi ſigillo Magno Vniuerſitatis. In ea itaque «
pendebant octo ſigilla, & continet vt ſequitur. «

Sententia Vniuerſitatis ad Regem directa.

CHriſtianiſſimo & Orthodoxæ Religionis amantiſſimo Principi Karolo Dei «
gratia Regi Francorum illuſtriſſimo deuotæ ſuæ Maieſtatis Regiæ Filia «
Vniuerſitas Studij Pariſienſis deuotum in beneplacitis obſequium atque Filialis «
obedientiæ ſinceritatem. Sæpenumero fleuimus, Chriſtianiſſime Princeps, ſu- «
per hac tanta tam horrendâ deſolatione S. Matris Eccleſiæ, & pro doloribus «
maximis ex eius afflictione ſatis ſuperque durante ſubortis ingemuimus pio ſibi «
compatientes animo. Fleuimus iterum. Et quis à lacrymis temperaret? Quis «
adeo durus eſt, quis ferino tigridum lacte ſic paſtus eſt, vt ipſa pietate non «
emoueatur? In quo non excitetur dolor ingens atque cordis magna contritio, «
tam grandis haud dubiè, tam effera, tamque immanis eſt hæc afflictio, vt ſi «
tacuerimus, ſi non Eccleſiæ piis mentibus iuxta noſtram poteſtatem ſubuene- «
rimus, parietes illacrymabuntur, cauſam illam agere geſtient. Nam quod prot- «
ſus monſtri ſimile eſt, nonne diſcordia ſciſſa palla, vultu gaudenti fronte ſuper- «
ba fulmineum enſem manu geſtans vipereos ſuos angues nunc huc, nunc illuc «
iaciens, vti victrix per noſtri medium ſine metu perambulans ante ſe ſuis geſtibus «
flumina ſanguinis futura demonſtrat? Deus Optime! An eſt aliquis qui neſciat «
cuilibet Catholico permultum incumbere, vt pro ſuo poſſe laboret ad hanc «
inuiſiſſimam belluam è medio noſtri confeſtim abiiciendam, vt pacis optatiſſi- «
mæ procuret aduentum, vt mortis terminum, vitæ principium totis quærat co- «
natibus. Vos, *Chriſtianiſſime Princeps*, vos ea res profecto non latuit qui ſemper «
toto ſtudio, tota cura, tota vigilantia poſtquam in virum perfectum vos Deus «
adduxit, pacem quæſiuiſtis Chriſtianiſſimorum veſtrorum Progenitorum auda- «
cter Chriſtianiſſimorum atque glorioſiſſimorum morem imitando qui monſtra «
ſemper pro viribus quas gerebant, maxima ab Eccleſia S. repulerunt. «
Iam in hac cauſa tantum per vos effectum eſt vt eandem vnionem cæteri «
Principes fideles vnà vobiſcum perquirant, & vt quàm celerrimè Schiſmati ne- «
fandiſſimo finis imponeretur, in mentem veſtram generoſiſſimam diſponente «
Deo ſicut credimus impulſum eſt Concilium celeberrimum ex Principibus, «
Prælatis, & Clericis Regni veſtri conuocare, vt qua ratione ſit ad abhinc proce- «
dendum planè noſceretis, vbi ſententiam noſtram poſcere Regni Maieſtas ve- «
ſtra dignata eſt. Quamobrem, Chriſtianiſſime *Princeps*, veſtris ſemper iuſſis & «
mandatis obedire cupientes, ſicut tenemur obnoxij, & hac re quæ agitatur non «
modicum permoti, pluries ſolenniter congregati fuimus, vt in diſcutiendo vias «
& rationes hinc inde rectus procedendi modus & ſecundum Dei iuſtitias & le- «
ges per nos poſſet inueniri atque veſtræ Maieſtati Regiæ præſentari. Tandem «
verò rebus omnibus inter nos verſatis & reuolutis nobis apparuit ab vnâ noſtrâ «
deliberatione quam aliàs veſtro conſpectui cum ſuis rationibus, motiuis & co- «

Digitized by Google

» loribus fecimus proponi nihil eſſe detrahendum : ſed multum ſuperaddendum.
» Iudicabamus enim , *Princeps Chriſtianiſſime* , expedire maximè pro ſæpe dicti
» Schiſmatis eradicatione præpropera, quod ſummo Pontifici non toleraretur
» amplius aut permitteretur ipſo ſchiſmate durante Beneficiorum collatio ac
» etiam pecuniarum exactio. Ex iis ſane quæ diebus ante actis videramus , quid
» eſſet futurum faciliter tenebamus. Nam quis dubitat talia vires magnas Schiſ-
» mati miniſtraſſe , aut pacis & vnionis aduentum percelerem impediſſe ? Profe-
» ctò rebus eiuſmodi D. Benedictus plurimos ſibi fauentes comparauit , qui cum
» prius tota mente pacem quærerent , poſterius in alteram abiêre ſemitam. Et
» vtique parabit adhuc : ad id enim nititur quandiu ſuis in manibus vnde compa-
» ret, babebit. Quare non iniuria veriti ſumus & veremur adhuc, ne ſi res ſub tali
» diſpoſitione manerent , plures qui nunc affectione magna procurant , non tan-
» tùm refrigeſcerent , ſed etiam magnopere pacis ipſius aduentu procurarent.
» Nunc autem, *Princeps Chriſtianiſsime* , videntes cauſam ipſam per Principum fi-
» delium & ſuorum ſubditorum confluxum & conſenſum in viam per vos ele-
» ctam , videlicet Ceſſionis amborum contendentium de ſummo Pontificatu , de
» die in diem magis ac magis proſperari vireſque maiores ſumere , diuinâ, niſi fal-
» lamur , id operante gratiâ, huic deliberationi nihil eius infringentes ſuperaddi-
» mus aliud ex communi concordiâ quatuor Facultatum ſolenniter & per iura-
» mentum conuocatarum , ne vnâ quidem etiam Natione ſentiente contrarium,
» ſed conſentiente qualibet & deliberante. Nam exhibitio huius obedientiæ
» quam D. Benedicto præſtamus, ad teterrimi Schiſmatis perpetuas tendit mo-
» ras. Quid ita ? Quia D. Benedictus in tantis tribulationibus quas Eccleſia ſancta
» Dei gemens & plorans crebrò pacem vociferans perpetitur, nullum ſibi fiet
» leuamen : quin potius , ſicuti vos, *Chriſtianiſsime Princeps* , nouiſtis optimè , eos
» qui in ſuis ſuadent auribus, vt eam prono fauore ex iis educat miſeriis, odit , per-
» uerſos cenſet & pro ſuis inimicis eos ducit : viam vnam diuinam, ſaluberrimam
» & optimam de quâ iam mentionem fecimus , tanquam veneno turpatam à ſe
» penitus repellit, nec tantùm eam repellit , ſed ne fideles ipſi conſentiant in
» eam , totis viribus impedit : ſed nec vllam offert , quin conſtet prorſus eam nul-
» lius eſſe valoris aut fructus , quin plurimis ſpinis & tribulis referta ſit , in ſuo
» tantùm eſt errore firmatus , vt quod alij ſinguli verum credant in materiâ ſpe-
» cialiter tangente vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ falſum arbitretur , quodque re-
» ctum putet iniquum , & periculoſis aſſertionibus Catholicam enitatur peruer-
» tere veritatem : quod ius quodlibet humanum transgredi videtur , id non iuridi-
» cum aſſerat , ſed viribus refutandum. O ſceleſta ! ô veritatis hoſtis ! ô cæca ! ô
» damnabilis ambitio ! tuiſne viribus , nam quibus aliis ? Schiſma retinetur ? Nos
» ſic totos perturbabis ? vnum hominem credere id cui cæteri diſſentiunt , coges ?
» Tantam mundi portionem tandiu , proh dolor ? vaſtabis ? Satis iam ſatis hacte-
» nus viribus tuis vſa es ; ſatis & nimium vltra ſatis præſidentiæ ac dignitatis
» amorem his quorum vlterius ſe Papam aſſerit , immiſiſti, induraſti Benedi-
» ctum , obſtinatum effeciſti ac notorium pacis impeditorem, ad eam indiſpoſi-
» tum prorſus ipſum reddidiſti. Quid iam erit cauſæ cur non ipſum Schiſmaticum
» vehementer ſuſpicabimur ? Ah fœdum facinus ! ab maculam non delebilem vi-
» ribus humanis ! ab culpam grauiſſimam ! iam is qui ſponte mortem ſubire pro
» ſuis ouibus ex Caritate deberet , his mortuis præſidere quàm cum earum vita
» viuere mauult. Rectiſſimè ſanè mortuis dixerimus. Nam quo pacto in parti-
» bus tanta ſeparatione diſiunctis vita eſſet ? heu Caritas ? heu priſca fides ! quor-
» ſum abiiſtis ? Quibus in vos tanta licentia data eſt vt pelleremini ? Hæc itaque
» diligenti curâ notantes & attendentes , *Chriſtianiſsime Princeps* , diſcuſſis cum
» omni maturitate his quæ ſunt iuris & facti ; Iuris, inquam, triplicis , Diuini , na-
» turalis & humani ; nedũ ſemel ſed ſæpius non ni vna Congregatione ſed pluribus
» rectis intentionibus iuſtiſque conſcientiis concluſimus lege diuina maximè nos
» ad id adſtringente licitum , expediens ac neceſſarium eſſe pro bono vnionis Ec-
» cleſiæ , vos, *Princeps Chriſtianiſsime* , ſinguloſque Chriſticolas à Benedicti ipſius
» obedientia ex nunc ceſſare totaliter atque recedere. Sic non modò particulari-
» ter Collationes Beneficiorum atque pecuniarium exactiones , non amplius ei
» tolerandas aſſerimus , quod aliàs feceramus, vt dictum eſt , imò nec aliqualem

obedientiam eidem permittendam. Hæc igitur eſt, *Chriſtianiſſime Princeps*, no- “
ſtra ſuper infandiſſimi Schiſmatis propulſione ſententia ; cui ſi res exigat, ſuas “
rationes, colores atque motiua tempore congruo dabimus. Nec nos putet ali- “
quis hoc dicere, quia de iure partis noſtræ quoquo pacto diffidamus, ſed ſince- “
riſſima caritate pectora noſtra ſuccendente mouemur, vt iſtud diſſidium gra- “
uius longè quàm dici queat, ab Eccleſiæ gremio, quantum ad Nos pertinet, re- “
pellamus. *Datum* in noſtra Congregatione Generali apud S. Mathurinum ſu- “
per hoc ſpecialiter celebrata ex vnanimi conſenſu *ſingularum Facultatum & Na-* “
tionum, ſub ſigillo noſtro magno & ſigillis omnium Facultatum & Nationum “
prædictarum, anno Domini 1398. vndecima die menſis Iunij de mane hora “
Primæ. “

Tandem auditis omnium opinionibus per multos dies concluſum eſt Concilium die Dominica 28. Iulij eiuſdem anni : & D. Cancellarius in aula ſupra Sequanam oſtio aperto cunctis audire volentibus præſentibus innumerabilibus vtriuſque ſtatus hominibus ſic pronuntiauit.

MEs Seigneurs, ce que ie diray cy apres, ſçachez que ie le diray du com- “
mandement du Roy, & de Meſſeigneurs icy preſens ; & briefuement “
m'en expedieray ; car i'ay eu bref temps comme depuis hier, & auſſi ie ſuis bien “
aiſe de le faire brief. Il eſt voir comme vous ſçauez, que quant vous fuſtes ve- “
nus, le Roy noſtre Sire vous fiſt dire la cauſe pourquoy il vous auoit mandez ; “
c'eſt aſſauoir pour auoir auis, deliberation & conſeil à proceder pour extirper “
ce douloureux Schiſme, & auoir vnion en noſtre Mere ſainte Egliſe.

Poſtmodum recitauit quæ propoſuerat Patriarcha videlicet deliberationem “
primi Concilij ad Ceſſionem. Ambaſſiatas DD. eorumque Requiſitiones. “

Item ſecundum Concilium & ſommationem virtute eius factam per Reges “
Franciæ, Hiſpaniæ & Angliæ, ambobus contendentibus videlicet quod acce- “
ptarent, aut infra feſtum Purificationis pacem darent Eccleſiæ, remouerent “
dicti Reges omnia impedimenta & nutritiua Schiſmatis, & procederent ad pa- “
cem omnibus vijs & modis poſſibilibus, prædictis narratis quæ plenius in litera “
concluſiua huius Concilij continentur. “

Et pour ce que le ſciſme eſt ſi perilleux pour les ames, ſi comme vous ſçauez, “
le Roy noſtre Sire a tres diligemment entendu à le oſter, & par l'aduis & deli- “
beration de Meſſeigneurs cy preſens, a mandé les Prelats & le Clergé de ſon “
Royaume à ce preſent Conſeil & leur a expoſé ce que deſſus eſt dit, *hoc eſt* “
proceſſus prædictæ proſecutionis primi Concilij, &c. Et outre requis aduis & con- “
ſeil pour mettre à execution la voye de Ceſſion. Et pour ce que le Roy noſtre “
Sire, comme chacun ſçait, a eu pluſieurs occupations & n'y peut continuelle- “
ment eſtre, il ordonna Meſſieurs icy preſens de Berry & de Bourgongne & “
Monſieur d'Orleans pour eſtre preſens à ce Conſeil & oüir les opinions & de- “
liberations des Prelats & autres preſens au Conſeil, & ordonna que tous pre- “
ſens la matiere fuſt diſcutée pour mieux & ſainement deliberer, & ainſi a eſté “
fait ; & ont eſté ſix notables hommes d'vn coſté pour impugner la ſubſtraction “
& ſix autres au contraire pour la ſouſtenir, par leſquels la matiere a eſté tres “
grandement diſcutée & ouuerte ſi comme ils en ſont bien aiſies. Et apres ce, “
Meſſeigneurs pour enſuir l'ordonnance du Roy ont oüy les opinions d'vn “
chacun par ſerement tres-notable faict ſur les Euangiles & ſus la vraye Croix; “
auant toutes haynes, crainte, faueur, deſordenées arriere miſes, ſelon leurs “
Conſciences franchement & volontairement ſans paour de force du Pape ou “
autre quecunques, ils donroient Conſeil au Roy pour executer la voye de “
Ceſſion. Et tres diligemment a eſté en ce fait procedé, & tant que Meſſeigneurs “
ont oüy les opinions de 300. perſonnes & plus, & les Vniuerſités de Paris, d'Or- “
leans, de Angers, de Montpellier & de Toulouſe, & ont eſté leſdites opinions “
bien diligemment & loyaument eſcrites. Et auec ce pour plus ſeurement pro- “
ceder fu ordonné que chacun baudroit ſon opinion par eſcript, ſignée de leur “
ſigne manuel de leur nom. Et aprés ce Meſſeigneurs enſemble tres diligem- “
ment ont veu toutes les opinions & ceux d'vne opinion mis à vne part, & les “

» autres à l'autre. Et ponrce que pour l'arduité de la matiere & par l'Ordonnan-
» ce du Roy, la Concluſion ſe deuoit prendre par luy hier (27. Iuillet) Meſſei-
» gneurs furent deuers luy & luy rapporterent leur procés & diligences & luy
» dirent les opinions & le nombre d'icelles. Et pour dire verité des 300. opinions
» ſans les Vniuerſités oüyes comme dit eſt, il en y a 247. d'opinion que ſans delay
» ſoit faite ſubſtraction totale au Pape, iuſques à qu'il ait accepté la voye de Ceſ-
» ſion. Et que par effet il ait tant fait que nous ayons vnion en ſon Egliſe. Au-
» cuns autres iuſques au nombre de 18. ou 20. & non plus, vouloient que de pre-
» ſent ſe fiſt concluſion de totale ſubſtraction, mais que l'execution ſe differaſt
» iuſques à ce que le Pape fuſt derechief ſommé. Aucuns autres 16. ou enuiron
» vouloient, que le Pape fuſt ſommé par le Clergé de ce Royaume, & que apres
» ce toute l'obeyſſance fuſt aſſemblée & ce que par elle ſeroit determiné ſuſt
» tenu & executé. Aucuns autres & tres-peu: ont eu ſingulieres opinions qui ne
» ſe entretiennent en rien & ne ſçauent qu'ils veulent dire. Et de la grant opinion
» *l'Vniuerſité de Paris* n'eſt contée que pour vne opinion: & ſemblablement deux
» Docteurs de celle d'Orleans & deux pour celle de Angiers & autant pour Mont-
» pellier & leſquels ont dit *nomine proprio* & *procuratorio dictarum Vniuerſitatum.*
» De ladite grant opinion ont eſté Noſſeigneurs preſens de Berry, de Bourgon-
» gne, Bourbon, & les Ducs de Bar & de Lorraine, Alençon, Neuers, Sauoye,
» Comtes & pluſieurs autres Nobles, de la ſommation de Noſſeigneurs. Et
» tout cecy fut rapporté au Roy noſtre Sire, lequel a mercié nos Seigneurs de
» leurs diligences & en a eſté tres-bien content, & apres ce il s'eſt condeſcendu
» à la grant opinion. C'eſt aſſauoir à faire ſans delay ſubſtraction de toute obeïſ-
» ſance. Et ainſi l'a le Roy conclut & veult que execution s'en face, & a com-
» mandé que toutes les lettres neceſſaires pour l'execution s'en facent, Auxquel-
» les ſe i'ay peu dit, ie me rapporte. Et outre Meſſieurs vous font dire que c'eſt
» leur entention de pouruoir par toutes manieres raiſonables, que d'ores en auant
» l'Egliſe de France ſoit tenuë en ſes franchiſes & libertés anciennes. Et pour ce
» que le procés, au plaiſir Dieu, ſe conduiſe mieulx, Dimenche prochain de huy
» en huit iours Nous irons tous en Pourceſſion à S. Geneuiéue pour loër Dieu &
» remercier. *Et factum eſt ita, literam Concluſionam vide cum alijs.*
» Scripta & in minutam redacta ſupraſcripta fuerunt in Concilio ſupradicto
» anno & diebus ſupradictis celebrato per Guill. de Longolio Rothomag. Dioe-
» ceſ. de Dieppa Magiſtrum in Artibus, Licentiatum in legibus, & Baccalarium
» in Iure Canonico. Qui licet ſingulorum minimus & tanto indignus conſortio,
» præſens tamen prædictis actis omnibus & allegatis interfuit Concilio. Veniam
» petens à legentibus ſi quid allegatorum per DD. proponentes in ſupraſcriptis
» Propoſitionibus obmiſſum ſit, Quoniam ſi aliquid deeſt proponentium verbi
» velocitate difficultateque ſingula dicta reſcribendi, aut ignauia & imbecillita-
» te proprijs continuè reſcribentes, ſuis cum dictis minutis collationauit prout
» potuit fideliter & diligenter, ac ea poſtmodum in præſcriptam formam groſ-
» ſauit nullo addito, aut remoto quod facti & allegationis immutet ſubſtantiam
» & effectum.

Sequitur eiuſdem Concilij Concluſio eadem die data, vt ſequitur.

» IN *Nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,*
1398. » *Amen.* Anno Domini 1398. die Dominicâ 28. Iulij, Prælatis Regni Franciæ
» & Clero ad Concilium conuocatis in Palatio Regio Pariſius. *Præſentibus & præ-*
» *ſidentibus ex parte Regis DD. Ducibus Bituriæ & Burgundiæ Regis Patruis*, aſſiſten-
» teque D. Duce Borbonij, ſed pro tunc abſente D. Duce Aurelianenſi fratre
» Regis ſuper Concluſione habenda in Concilio Prælatorum, quod tunc cele-
» brabatur ſuper vnione ponenda in Eccleſia ſancta Dei per viam Ceſſionis am-
» borum contendentium de Papatu practicandam per ſubſtractionem obedien-
» tiæ totalis à Papa, vel particularis tantùm, ſcilicet per ſubſtractionem Colla-
» tionum Beneficiorum & receptionem pecuniarum ratione Procurationum &
» primarum annatarum beneficiorum vacantium, &c. *Dictum fuit per os D. Ar-*
» *naldi de Corbeya, viri vtique diſcretiſſimi Regiſque Francorum Cancellarij, illud quod*
» *ſequitur in effectu.*

Digitized by Google

1. Dixit quod ex ordinatione & præcepto Regis & DD Ducum Præſiden- «
tium ea dicebat & diceret quæ dicturus erat, &c. Quo præmiſſo recitatur ſuc- «
cinctè qualiter Rex mandauerat Prælatos, Vniuerſitates, & Capitula, &c. ad «
Concilium, vt ſibi darent opiniones ſuas & conſilium ſuper modo ſedandi iſtud «
doloroſum Schiſma quod diu, proh dolor! viguit & viget in Eccleſia ſancta «
Dei. Recitando poſtea qualiter aliàs in alio Concilio per Regem & Prælatos «
celebrato concluſa fuerat via Ceſſionis tanquam melior & tanquam ſola, per «
quam vnio in Eccleſia Dei perfectè poſſet obtineri, fueratque in eodem Con- «
cilio aduiſatum, quod Papa ſummaretur notabiliter vt decebat, vt dictam Ceſ- «
ſionis acceptaret viam, in caſu quod alter contendens de Papatu eam accepta- «
ret, &c. ad quem Papam ſummandum, ſolemniores, quos potuit miſit Rex «
Legatos illuſtriſſimos, ſcilicet Principes DD. Duces Bituriæ, & Burgundiæ «
ſuos Patruos & D. Ducem Aurelianenſem eius Germanum; qui humiliter re- «
quiſiuerunt & ſupplicarunt D. Papæ, eum ſummando quatenus vellet viam «
præfatam Ceſſionis acceptare in caſu quod, &c. Et illud idem ſupplicarunt «
Papæ DD. Cardinales excepto vno. Papa verò dictis ſupplicibus & requeſtis «
non acquieſcens nec obtemperans, ipſam viam Ceſſionis recuſauit. Receſſerunt «
igitur DD. Duces & Regi ſuas fecerunt relationes; quibus factis & auditis Rex «
magnâ deliberatione Concilium Prælatorum Regni ſui iterum conuocauit, «
vt aduiſaretur quid vlterius eſt agendum in facto vnionis Eccleſiæ; voluitque «
& ordinauit quod D. Dux Aurelianenſis in eodem Concilio præcederet; quo «
Concilio ſolenniter & diligentiſſimè celebrato fuit aduiſatum quod maior pars «
Concilij erat in opinione quod Papa adhuc ſummaretur: licet magna Pars «
Concilij tunc eſſet in contrarium; ſcilicet quod ſine alia ſummatione fieret «
ſubſtractio. Rex tamen maturè volens procedere voluit pro ſecuriori quod «
Papa adhuc ſummaretur. Et ſuper hoc colloquium habuit cum Rege Angliæ «
& cum Rege Caſtellæ qui condeſcendentes cum via Regis, ſcilicet Ceſſionis, «
vnanimi conſenſu voluerunt mittere legatos pro ſummatione ambobus de Pa- «
patu contendentibus facienda. Et in caſu quod dictam Ceſſionis viam non ac- «
ceptarent, contra eos procederetur, & ad executionem viæ Ceſſionis, omni- «
bus vijs & modis poſſibilibus. Miſit itaque Rex ſolennes legatos, qui Papam «
ſummauerunt quod infra feſtum Purificationis tunc proximò futurum vellet «
dictam Ceſſionis acceptare viam, & Papa tamen vt prius non acceptauit, ſed «
recuſauit. Receſſerunt verò legati Regis & vnà cum Regis Angliæ & Regis «
Caſtellæ legatis adiuerunt Romam; ac illum de Roma ſuper via Ceſſionis «
acceptanda ſummauerunt: quo eam recuſante receſſerunt legati & ad Regem «
pro ſuis faciendis relationibus acceſſerunt; quibus factis & auditis, conſidera- «
tiſque diligenter & penſatis reſponſionibus amborum Contendentium de «
Papatu, cæteriſque circa hoc conſiderandis, Rex iterùm nunc conuocauit «
Prælatos & Clerum, &c. ad Concilium, vt aduiſaretur quid vlterius eſſet «
agendum & qualiter dicta Ceſſionis via poſſet practicari, vel executioni debitæ «
perduci. Ordinauitque Rex multis alijs impedimentis occupatus DD. Duces «
Bituriæ, Burgundiæ & Aurelianenſem in eodem Concilio fore præſidentes: «
quodque materia affirmatiuè, ſcilicet quod licitum ſit & expediat in caſu præ- «
ſentis ſchiſmatis facere Papæ ſubſtractionem, per ſex ſolennes Clericos ex vna «
parte aperiretur: & per ſex alios, ex alia parte aperiretur negatiuè, ſcilicet «
quod non expedit, nec eſt licitum in caſu præſenti Papæ facere ſubſtractionem. «
Qua materia ſolenniſſimè hinc & inde aperta, dictoque in ea quidquid dici «
poterat & allegari, DD. Duces diſtrictiſſimè ac diligentiſſimè ſingulorum in «
Concilio vocatorum opiniones & vota ſcrutati ſunt, præſtito primitus à quolibet «
iuramento ſuper ſancta Domini Euangelia, quod ſecundum propriam con- «
ſcientiam haberet deliberare & opinionem ſuam dicere. «

Audierunt igitur DD. Duces opiniones pluſquam trecentarum perſona- «
rum, & cum hoc quatuor Vniuerſitatum, ſcilicet Pariſienſis, Aurelianenſis, «
Andegauenſis & Montiſpeſſulanæ. Et ex abundanti voluerunt pro tutiori, quod «
quilibet traderet opinionem ſuam in ſcedulâ proprio ſigno ſignatâ, quod & ita «
factum eſt. Hoc igitur facto DD. Duces diligentiſſimè opiniones & ſcedulas «
ſingulorum viſitarunt, ad partem vnam ſcedulas facientes pro vna opinione, «

» & ad aliam quoque partem reliquas ponendo. His præterea expeditis adui-
» ſatum eſt, quod ad Regem ſpectabat auditis opinionibus facere concluſio-
» nem. Propterea DD. Duces heri fuerunt apud Regem ſuper iſto facto &
» ei recitauerunt totum proceſſum Concilij & qualiter repererant ducentum
» quadraginta ſeptem voces quod fiat Papæ ſubſtractio obedientiæ quouſ-
» que Papa condeſcenderit in viam Ceſſionis effectualiter & quod per eam po-
» fuerit in Eccleſia Dei vnionem; fuerunt etiam 18. vel 20. voces quod conclu-
» deretur ſubſtractio ex nunc, ſed differretur eius executio vſque ad certum tem-
» pus infra quod Papa iterum ſommaretur. Fuerunt præterea 16. vel 18. voces
» quod Papa adhuc ſommaretur, quo ſommato congregaretur Clerus ſuæ obe-
» dientiæ ad Concilium, & quidquid ordinaret Concilium, exequeretur. Fue-
» runt poſtremò aliquæ voces paucæ in numero quæ erant ſingulares in dictis
» nec ad aliquam opinionum præcedentium ſe applicabant: de quibus quia pau-
» cæ & ſingulares, non multum eſt curandum. Et aduertendum quod de magna
» opinione, ſcilicet quod fiat ſubſtractio ſine ſommatione aliquâ fuerunt 4. Vni-
» uerſitates præfatæ, ſcilicet Pariſienſis, Aurel. Andegauenſis, & Montiſpeſſulana:
» quælibet tamen Vniuerſitas fuit computata ſolum pro vna voce. Huius etiam
» opinionis fuerunt DD. Duces hîc præſentes videlicet Bituriæ, Burgundiæ,
» Borbonij & plures DD. abſentes, ſicut Dux Barrenſis, Comes Alenconij,
» Dux Lotharingiæ & Comes Sabaudiæ cum compluribus alijs. Vnus tamen de
» magnis Dominis noſtris de Francia, licet vellet quod concluderetur ſubſtra-
» ctio, bene voluiſſet tamen quod executio dilata fuiſſet vſque ad certum tem-
» pus, & quod interim Papa fuiſſet ſommatus. Rex igitur omnibus his diligen-
» ter auditis & attentè, regraciatus eſt DD. Ducibus auunculis ſuis, de pœna,
» diligentia & labore per eos ſumptis in hoc Concilio: dixitque quod auditis
» narratis per auunculos ſuos & conſideratis volebat, quod iuxta maiorem &
» ſaniorem Concilij partem fieret Concluſio, fueratque ſemper huius intentio-
» nis & voluntatis quod ſecundum deliberationem maioris & ſanioris partis fie-
» ret & exequeretur. Et pro illa concludebat, ſcilicet quod fiat ex nunc ſubſtra-
» ctio Papæ totalis obedientiæ ſine vlteriori ſommatione, ſeu dilatione quacun-
» que. Quibus omnibus per Cancellarium recitatis & prolatis ſubiunxit, quod ex
» parte Regis & de eius præcepto dictam Concluſionem & alia coram cunctis
» edicebat; ſi tamen plus vel minus dixerat quàm ſibi iniunctum erat, de omni-
» bus ſe referebat ad literas quæ ſuper hoc ex parte Regis notabiliter fierent &
» publicarentur. Subiunxit quoque quod Rex duobus eius Secretarijs iniunxerat,
» ac præceperat, quod omnes circa hæc literas neceſſarias haberent conficere, per
» quas plenius materia ſeu intentio Regis poterit aperire. Dixit etiam quod
» DD. Cardinales antiqui erant huius opinionis, exceptis tribus, de quibus erat
» ſpes quod ipſi, aut eorum aliqui haberent ad opinionem redire præfatam. Ad-
» iecit etiam quod Rex Caſtellæ erat huius opinionis prout ſcripſerat Regi; &
» de hoc habentur literæ ſuper hoc per eum miſſæ. Nec moueantur aliqui in con-
» trarium quod nuper venerint literæ aliquæ & copiæ literarum ex parte ipſius vt
» aliqui aſſerebant quæ videbantur ſonare contrarium: quia hîc eſt vnus miles
» legatus ex parte Regis Caſtellæ qui nuper venit dicens quod litera prædicta
» nunquam de mente Regis Caſtellæ proceſſerat; imò ſtabat in aliàs ſcriptis &
» primo propoſito. Subſequenter dixit ex parte Regis quod Prælati & alij non
» recederent adhuc quouſque eſſet aduiſatum de Executione huius Concluſionis.
» Et appunctuatum & ordinatum de aliquibus punctis huius negotij & totam Ec-
» cleſiam tangentibus, quod in breui fieret. Et pro tam nobili concluſione dixit
» ex parte Regis & Dominorum quod hac ſeptimanâ, ſcilicet die Iouis proxima
» fieret ſolennis Proceſſio Populi generalis apud S. Genoueſam, in quâ per no-
» tabilem quendam Magiſtrum in Theologia ibidem ſermocinantem durante
» ſermone Concluſio præfata ex parte Regis populo manifeſtaretur. Conſequen-
» ter dixit, quod nullus occaſione huius Concluſionis habeat formidare, ſeu ali-
» qualiter timere, quia Rex omnes ponit in ſua poteſtate & ſaluagardia ſpe-
» ciali, & eos intendit tueri & defendere ab omni violentia & oppreſſione, ſeu
» turbatione quacunque quas propter prædicta poſſent pati, quouiſmodo nil
» incurrere. Subiunxit denique quod intentionis Regis eſt prouidere quod Ec-
cleſia

Digitized by Google

cleſia Gallicana de cætero in omnem euentum habeat in ſuis antiquis franchiſijs & libertatibus remanere, ipſiſque vti & gaudere.

Poſtquam igitur Cancellarius prædicta in effectu coram cunctis elegantiſſimè protuliſſet, M. Ferrandus Legatus Regis Caſtellæ de præcepto DD. Ducum locutus eſt loco militis Legati Regis Caſtellæ qui nuper venerat, qui non bene ſciebat loqui Latinum neque Gallicum, dixitque idem Ferrandus, quod præfatæ literæ & copiæ literarum de quibus ſupra, nunquam proceſſerant de mente Regis Caſtellæ, nec in eius Curiâ de hoc aliqua mentio babebatur: imò ipſe Rex in primo ſuo propoſito Regi fratri ſcripto perſtabat, ac perſtare intendebat, prout teſtabarur miles prædictus.

His itaque finitis D. Condomenſis Epiſcopus ad genua ſe proſtrauit, ex parteque maioris partis Prælatorum DD Ducibus ſupplicauit, quatenus in omnem euentum, licet non eſſet neceſſitas, ſed ſolum pro ſimplicibus ad remouendum ſcrupulum Conſcientiæ, fieret ex parte Regis quædam prouocatio, ſeu appellatio pro ſe ſuiſque ſubditis & adhærere volentibus. Tunc ſtatim Cancellarius ex parte Regis & DD. dixit quod ſufficienter quo ad hoc erat prouiſum, & quod nullus baberet dubitare, licet prout dixerat Epiſcopus Condomenſis, hoc non erat neceſſe. Dixit poſtremo idem Cancellarius, & ex parte Regis inhibuit, ne quis eſſet tam audax proferendi verbum, ſeu laborandi quouiſmodo in contrarium huius Concluſionis ſub omni pœnâ quam erga Regem poteſt incurrere.

Facto igitur fine in verbis Cancellarij D. Dux Bituricenſis dixit, quod coram cunctis volebat dicere ea quæ Rex DD. Ducibus Burgundiæ & Borbonij & ſibi iniunxerat dicenda cum præmiſſis; videlicet quod Rex inhibet cuilibet ne aliquid babeat dicere, vel facere quouiſmodo in contrarium huius Concluſionis. Si quis verò contrarium fecerit, ſeu dixerit, ſi ſit perſona Eccleſiaſtica, ab omni ſuo ſtatu deponetur, &c. ſi verò ſit perſona laïca, punietur graui pœnâ iam aduiſata & ordinata in tantum quod cæteris cedet in exemplum.

Quibus per D. Bituricenſem dictis & finitis, ſtatim omnes ſurrexerunt & receſſerunt. Deo gratias & eius Genitrici, Amen. Vtinam per hoc medium in Eccleſia S. Dei breuiſſimè peroptatam conſequamur vnionem. Amen.

Item in eodem Concilio nonnulla prouiſa ſunt circa ea quæ à Romano Pontifice fieri & emanare ſolent: quæ ſic Gallicè concepta reperio.

Sur les inconueniens qui pourront auenir à cauſe de la ſoubſtraction de l'obeyſſance totale, ont eſté auiſez les Prouiſions & remedes qui s'enſuiuent.

PRemierement quant aux Sentences & procès quelconques que pourroit faire le Pape, a eſté dit par tous, que pour crainte deſdites Sentences & procés on ne deuroit point deſiſter de faire la ſubtraction, & que tels Sentences & procés ſoient de nul effet & de valeur, quoy que par conſequent il ne ſoit nul beſoing d'apeller.

Neantmoins il a eſté dit d'abondant & pour appaiſier les Conſciences d'aucuns ſcrupuleux, doubtans où il ne faut point doubter, que on pourra prouoquer ou appeller en tant que beſoin en eſt.

Item, quant aux abſolutions & ſentences des pechés reſeruez au Pape, il a eſté dit qu'il y eſt aſſés pourueu de droit; C'eſt aſſauoir que le Penantier ou Penantiers de Cour de Rome deſquels l'office eſt perpetuel, & leſquels le College des Cardinanx pourroient ſubroger ſe aucuns enfailloient ou cas que ledit Penantier & les Cardinaux ſe departiront du Pape en pourra abſoudre, & ſinon, l'Eueſque Diocesain en enioignant à celuy que ainſi ſera abſoubz que ſi toſt que il arra Pape paiſible, il voie deuers luy. Et cecy eſt expreſſement fourme de droit. Et ſe on diſoit que il y a aucuns cas deſquelx le Penantier ne puet abſoudre & que ſont expreſſement reſeruez à la perſonne du Pape. Reſponſe que de tous ces cas l'ordinaire puet abſoudre en la fourme cy-deſſus dite.

Item, quant aux diſpenſations de Mariage, &c. a eſté dit que s'il en auenoit aucuns cas de tres-grand & euident prouffit ou de neceſſité vrgente comme pour la paix de deux grands Princes, &c. que l'Ordinaire y pourroit diſpenſer

» ou eſpoir le College des Cardinaux tout d'vn accord.
» *Item*, quant aux Impetrans qui ont fait leur procés, a eſté conclus que il ne » ioüironr qu'en quelque manere de leur grace, ſe elle ne auoient à plain au iour » de la ſouſtraction totale ſorti leur effet.
» *Item*, a eſté dit que le Roy & l'Egliſe de France ne ſouffriſſent deſormais » que le Pape vſurpaſt, confondiſt ne eneruaſt ainſi du tout, comme il a fait de» puis aucun temps la puiſſance & autorité des Prelats de l'Egliſe de France » quant à la Collation & diſpoſition des Benefices, laquelle choſe a eſté faite » contre toute raiſon, l'autorité des ſaints Conſeils & Canons, le ben de la Police » Eccleſiaſtique & que l'Egliſe de France fuſt ramenée quant à ce à ſes libertés » & vſaiges anciens.
» *Item*, quant à ceux qui ſont obligiez au Pape par ferment & ſur peine de » Eſcommuniement à paier, &c. a eſté dit que la ceſſation de obeïſſance, ladite » obligation eſt ſuſpenduë & que par non paiant, il n'encourronr ne pariure, ne » ſentence.
» *Item*, a eſté dit outre, que le Roy deuroit pourueoir que deſormais perpe» tuellement toutes telles exactions comme de vacations, procurations & tou» tes autres ſemblables ceſſaſſent pour cauſe des deſtructions des Egliſes & autres » tres grands inconueniens qui en auiennent par chacun iour, & auſi ce ſont cho» ſes volontairement & de nouuel impoſées, & ſe le Pape feſoit ſon deuoir & il » auoit beſoin, on pourroit bien auiſer autre maniere de pourueoir à ſon eſtat » appellez ceux qui ſoient à appeller.
» *Item*, quant aux appellations qui ſoient interpoſées au Pape, il a eſté dit » que tout ce ſoit delaiſſé à la diſpoſition de droit commun, comme quant le Pa» pat vacque par mort meſmement que, ſe Dieu plaiſt, il ſera brieſment pourueu » de Pape à l'Egliſe. Où ce prendra qui ara beſoing de appeller, appellera de » l'Eueſque à l'Archeueſque & de l'Archeueſque au Conſeil Prouincial qui ſe » tendra chacun an vne fois.
» *Item*, quant à ceux qui auroient ſcrupule de conſcience de obeïr à la ſub» traction, il a eſté dit qu'il ſont tenus de eux conformer à la determination du » Roy & de depoſer leur ſcrupule, & ſe ils ne le vouloient faire, le Roy y pourroit » & deuroit pourueoir, ſelon ce que autrefois fut dit publiquement & par mon » Seigneur le Chancelier.
» Et poſé que il y en ait aucuns qui ne veulent depoſer leur ſcrupule, toute» fois en y a ſans comparaiſon plus, que ſauue conſcience ne pourroient obeïr à » celuy que ce reputent ſchiſmatique, fauteur & nourriceur de ſchiſme & em» péchant l'vnion de l'Egliſe, meſmement que obeïſſance que on luy feroit, feroit » noriſſement de ſon peché, & en ce faiſant il en feroient cauſe & participeroient » auec luy ou fait & crime dampné, & on doit pourueoir de raiſon au greigneur » neceſſité.
» *Item*, quant à la confirmation des Elections des Exemps, a eſté conclus que » elles ſe feront par les ordinaires parmi ce que ils bailleront lettres que pour le » temps à venir & ne porte preiudice auſdites exemptions, & auxi auront les » Exempts lettre ou inſtrument que l'Egliſe de France à Paris aſſemblée a cecy » ordonné, & voulu expreſſement que l'ordinaire pour le temps à venir ne puiſſe » cecy traire à aucune conſequence, ne faire par ce aucun preiudice aux Exem» ptions, Et par cette maniere ſe a confermé par l'Eueſque de Paris l'Eſleu de » S. Denys.

Cæterum vtraque pars & Benedicto contra ſubſtrahentes fauentium, & ſubſtrahentium plurimos emiſit in lucem Tractatus. Extat in eodem. MS. Victorino ad pag. 83. prolixus alicuius Doctoris Tractatus pro ſubſtractione: ad cuius calcem reſpondet obiectioni quorundam aientium, quod ſi fieret ſubſtractio à Benedicto, multi viri Docti priuarentur præmio ſuorum laborum, proponit autem illis exemplum Vniuerſitatis quæ Rorulum mittere reſpuerat.

» *Item*, inquit, *non obſtat alia ratio, in qua dicitur quod per hoc ſubſtraherentur ſuis » Gratijs multi valentes viri, qui ab vtroque impetrauerunt litteras expectatiuas: quia » etiamſi non ſubſtrahatur obedientia, iam fruſtrati ſunt multi notabiles Clerici v. g. » Vniuerſitas Pariſ. quæ verè tanquam lucerna fulgens decorat & illuminat Eccleſiam*

Dei, quæ nunquam voluit facere rotulum, vt tolleret quamcunque occaſionem tepiditatis in proſecutione vnionis, ſuppoſitis ſuis. Et Deus ſcit quod illa alma Vniuerſitas præ cæteris Collegiis mundi cum vera animi ſinceritate proſecuta eſt indefeſſè vnionem Eccleſiæ, & adhuc continuè proſequitur, nec per Dei gratiam ceſſabit, *quod qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

Subſtractio obedientiæ à Benedicto XIII.

Verum cum poſt varias dilationes Benedictus XIII. Antipapa tandem declaraſſet ſe non poſſe inire viam Ceſſionis quam in promotione ſuâ ſe initurum promiſerat ad pacem Eccleſiæ reſtituendam; Rex vt violari fidem vidit, ſe ſuoſque & Regnum ſubſtrahit his verbis ab eius obedientia.

CArolus Dei gratia, Rex Francorum Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem «
in Domino, reintegrationem S. Matris Eccleſiæ totis mentibus anhelare. «
Rex æternus miſeratione diuinâ ſemper ſitiens animarum ſalutem ſuoſque ado- «
ptionis filios in ſui Corporis charitate connectens, Eccleſiam ipſam ſuper firmam «
petram ſtatuit, ac à ſemitis quærentium ambitioſo cultu pretioſam ſubſtan- «
tiam pro vitandis hoſtis antiqui laqueis pedes docuit prohibendos, vt quæreren- «
tur non materiales, ſed ſpirituales quidem nerui, & in eiſdem filiis inconcuſſa «
caritas, ac perpetuò in ipſa Eccleſia indiſſolubilis vnitas foueretur, quandoque «
non hæc, ſed abominationem deſolationis videntes compellit. Nos ſincera «
fides, conſcientiam vrget, & ipſa pulſat Eccleſia vt accingentes nos operi Re- «
gum ac Principum aliorum fulti auxiliis ad integram aulam Domini, ipſa abo- «
minatione fugatâ totis conatibus intendamus. Sane iam nouit populus vniuer- «
ſus ærumnas graues omnibus deflendas Chriſticolis, lamentabilemque ſciſſu- «
ram, quibus poſt obitum felicis recordationis D. Gregorij XI. Ipſa Dei Eccle- «
ſia premitur ob nimiam ambitionem retinendi ipſius Principatum. Duobus «
enim ſuper eo ambitioſè certantibus orti ſunt errores mortiferi & diſſidentia «
corda inter eos, quod in verâ fide Chriſti caritas propagatur. «

Inſurrexere etiam inter Principes, Magnates & populos fremitus guerra- «
rum vrgentes, rancores & odia quos ſolet Eccleſia ipſa ſopire. Secutæ ſunt non «
ſolum exhortationes, imò & ſtrages multorum ac per ipſos errores prout «
credendum, ſumméque dolendum poſt perditiones quamplurimùm animarum, «
ac ſi multæ proh dolor ſimul ſubſint periculo contendentium, ipſorum execran- «
da ambitio ſatis pandit, quorum quiſque ſuæ ambitioni intentus, & dum inte- «
grè habere non poteſt, contentus, vt facta probant, Principatu partis obedien- «
tiæ ſuæ, ac retroponens quod ex quo propter longæuam & induratam opinio- «
nem partis ſibi aduerſantis apud illam non poteſt proficere pro tanto ſcandalo «
videlicet perditionis animarum vitando tenetur à ſuo regimine declinare, ne- «
dum ad abolendam huiuſmodi perditionis cauſam, Eccleſiæ videlicet vnitatem «
procurandam, non vocato vocatis, imò illi modis omnibus obſtare ſtudet, ac «
huiuſmodi ſciſſuræ ſeu Schiſmati etiam hunc & illum promiſſis & muneribus «
corrumpendo perpetuum miniſtrare fomentum. O crudelis inhumanitas! ô in- «
humana crudelitas! pro contegenda veſte molli, altoque ſtatu & delicatis edulis «
vno fouendo cadauere, nullus illorum curat plurimarum interitum animarum; «
& vbi Caritas? Vbi pietas? Vbi curæ Paſtoralis profeſſio? Violatur certè perpe- «
ram per eos facta profeſſio in aſſumptione cuiuſlibet, dum ipſius Eccleſiæ non «
quæritur realiter vnitas, ſed contra Schiſmatis durabilitas his ambitioſis, imò «
criminoſis & damnatis actibus procuratur. Quam ob cauſam quantis malis Ec- «
cleſia ipſa ſit obſita, quot ſubiaceat diſcriminibus, hîc texere longum eſſet: ſed «
vt multa breuitas ipſa perſtringat, videtur circa eandem Eccleſiam cum Hiere- «
mia plangendum *quod ſederit Ciuitas plena populo, & quaſi vidua Domina gentium,* «
Princeps Prouinciarum facta ſub tributo; ploranſque plorauit iam dudum, nec fuit qui «
conſolaretur eam ex omnibus Caris eius. Hac etiam ex re fidens improba pagano- «
rum progenies iampridem in Chriſti plebem infremuit, iam patratis Chriſtico- «
larum plurium quippe diuiſarum nationum ſtragibus, limites ſibi vicinos inua- «
ſit, vbi deleto diuino cultu & honore nominis Chriſti hâ peſſundat & conuertit «

» Eccleſiam antedictam, vſque adeoque adiunctis præmiſſis verè columna Dei
» viuentis pæne videtur nutare & firmi Piſcatoris ſagena cogitur procelli s. intu-
» meſcentibus in naufragij profunda demergi, niſi Reges atque Principes Chri-
» ſtiani vt debitam reddant rationem de Imperio ſuo, commoueantur iuxta debitũ
» contra ipſius diſſipatores Eccleſiæ, vnde ſpiritualiter nati ſunt quam etſi ad Reges
» ipſos & Principes, vt ſacris Canonum docemur eloquiis debito Cbriſtianæ Re-
» ligionis ſpectat videre temporibus ſuis patratam. Nos qui inter cæteros Orto-
» doxos Reges vinculo ſpeciali adſtringimur, velut deuotus ipſius Eccleſiæ filius
» more Progenitorum noſtrorum maternis ærumnis gemitibuſque compaſſi, con-
» tinuantes quoque actus recolendæ memoriæ Domini Genitoris noſtri, qui
» multa per tempora apud cæteros Cbriſticolas Reges per ſolemnes Ambaſſiatas
» crebris repetitas vicibus, vt vellent ad Eccleſiæ vnitatem intendere, ſummoperè
» laborauit, ad eoſdem Reges, poſtquam idem Dominus Genitor noſter ſpiritum
» reddidit almo Patri, ob ipſas eaſdem cauſas miſimus Ambaxiatas frequentes,
» ac demum non quidem vt ſingulares, ſed cum ipſorum Regum ac Principum
» auxiliis, Conſiliis & fauoribus Eccleſiæ laceratæ, tantiſque, proh dolor! agi-
» tatæ turbinibus integrationem corde ſincero procurare volentes, requiſiti maxi-
» mè ſuper boc tam per omnes R. Clementis; quàm per cæteros eius aduerſario
» obedientes Reges & Principes quàm etiam per aduerſarium ipſum ſpondentem
» inter cætera, quod quamprimum nos ad id diſponi ſentiret, adhiberet & ipſe
» omnimodam diligentiam, nihil de contingentibus omittendo. Præterea & per
» Regni noſtri Prælatos, *ac Venerabilem filiam noſtram Vniuerſitatem Pariſienſem*.
» pluries incitati ſumpſimus mutantem loricam & accincti gladio diuinæ legis
» peltam conſtantiæ carpſimus ad conterendum, talium comitati auxiliis, ſed ma-
» lignatus eſt inimicus in ſancta. Itaque tunc nec tantum obeſſemus ſilentio & de-
» ſidia, quantum verbo & ſolertia poteramus prodeſſe, excitauimus Clementem
» iam dictum ad ſæuam huius dolendi Scbiſmatis elidendam peſtem. Et ſuper
» boc penes ipſum quantum fuit poſſibile, adhibuimus operam diligentem ſuc-
» ceſſiuè ſede Apoſtolica per obitum dicti Clementis vacante languorem ipſius
» Eccleſiæ & gemitum non obliti ſcripſimus ſacro Collegio Cardinalium, vt dif-
» ferrent futuri electionem Pontificis quantum per boc ceſſione aduerſarij lenius
» procurata præfati Scbiſmatis euulſio facilius ſequi poſſet. *Verum Cardinales* ipſi
» priuſquam noſtræ ſuper boc directæ literæ ad ipſorum poſſent peruenire noti-
» tiam, intrauerant Conclaue, vbi de futuri Paſtoris Electione deque Eccleſiæ
» vnitate quàm melius poterant vt tenebantur, tractantes ſingulariter ſinguli ad
» ſancta Dei Euangelia, vt inde nobis debitè patuit, promiſerunt & iurauerunt
» pro Dei ſeruitio, vnitate Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ac ſalute animarum fidelium,
» omniumque abſque dolo, fraude, machinatione quibuſdam ad vnionem Eccle-
» ſiæ, & finem imponendum Scbiſmati, quantum in eis eſſet, quantumque per-
» tineret ad eos, laborarent fideliter & etiam diligenter, nec ad eam differendam
» darent conſilium & fauorem directè vel indirectè, publicè vel occultè; quini-
» mo quilibet eorum etiamſi ad Apoſtolatum aſſumptus eſſet, ſeruaret ſane &
» veraciter bæc omnia ſine macbinatione, excuſatione vel dilatione quibuſlibet,
» etiam vſque ad ceſſionem incluſiuè, per ipſum de Papatu faciendam, ſi Cardina-
» libus qui tunc erant vel eſſent in futurum, de tunc exiſtentibus aut maiori parte
» eorundem id expedire videretur pro bono Eccleſiæ & vnitatis prædictæ, prout
» hæc latius per ſcedulam in ipſo Conclaui factam ſubſcriptum propriis manibus
» ipſorum Cardinalium clarè patet. Inde facta & ſubſcripta per ſingulos eoſdem
» Cardinales buiuſmodi elegerunt de ipſorum gremio exiſtentem cum eis in eo-
» dem Conclaui Petrum tunc Cardinalem vulgariter dictum de Luna, poſt eius
» aſſumptionem buiuſmodi nuncupatum Benedictum: quo ad regendam Petri Na-
» uiculam ſic aſſumpto, iterauit ſolenniter prout nobis verè nunciatum eſt, hu-
» iuſmodi iuramentum. Subſequenter aſſumptione nobis illico nunciatâ, exulta-
» uit cor noſtrum in Domino, gratias innumeras egimus ſperantes quod per ip-
» ſius medium attulerat nobis Deus circa præfatam integrationẽ Eccleſiæ deſide-
» ria cordis noſtri. Poſtmodùm verò ipſe parte ſua per Ambaxiatores ſolemnes
» viuâ voce nobis exponi fecit, quod magnum zelum gerebat ad extirpationem
» Schiſmatis & Eccleſiæ vnionem; idque in hoc nihil facere volebat ſine conſen-

ſu, & directione ac voluntate noſtris, exhortans nos & deprecans, vt in boc ne- «
gotio vellemus ſine intermiſſione intendere, ſi quidem ad ipſum deſtinare nota- «
biles, & fideles viros veram & cordialem affectionem ad Eccleſiæ vnitarem ge «
rentes plenè de viis & modis vtilibus & accommodis per nos in bac materia de- «
liberatis inſtructos vellemus fulcitoſque poteſtate opportunâ quâ vlterius non «
recurrendo ad nos deliberatâ poſſent executioni mandare; quibus & ipſe nu- «
dare poſſet intrinſeca ſuæ mentis, & nihil apud eos de conceptu ipſius occulta- «
re volebat, incognitum remanere; ſubiungens ſe aduiſaſſe vnam optimam «
viam eamque breuem quâ facilius vnio ſequi poſſet, ſeque illam aperturum «
Ambaxiatoribus mittendis per nos, dum tamen tantæ authoritatis eſſent, quod «
omnia eis reuelare poſſet vt nobis; ac nibilominus nos certificans quod non re- «
cuſaret quamcunque viam ſibi poſſibilem tendentem ad Eccleſiæ vnitatem: «
quinimo deliberatus erat conſentire illi, & conſideratâ cordiali affectione no- «
ſtra illam proſequi toto poſſe. Nos quoque qui banc vnitatem, teſte Deo, «
mente gerimus, præ cæteris deſiderijs cordis noſtri conſiderantes bæc, ac pon- «
derantes & maximè recolentes requiſitiones iteratas per Reges Principeſque «
& Aduerſarium prædictos, *conuocauimus Conſilium Prælatorum, Capitulorum,* «
Nobilium & Vniuerſitatum, plurium ſacræ Paginæ & vtriuſque Iuris Doctorum, Re- «
ligioſorumque Deuotorum, & aliorum Procerum regni noſtri. Intra quos viſis dili- «
genter fideque diſcuſſis, ac digeſtis maturè pleriſque vijs, tandem per opi- «
nionem ipſius conuocati Concilij comperimus aſſumendam tanquam melio- «
rem, certiorem, honeſtiorem, breuiorem & melius conſcientias Chriſti fide- «
lium ſerenantem, imò ſolam plenariè Schiſmatis extirpatiuam, *viam Ceſſionis* «
amborum contendentium per modum qui ſequitur, praticandam. Quod vi- «
delicet contendentes prædicti habitâ prius plenâ & ſufficienti ſecuritate in cer- «
to loco ſecuro & congruo ab eis eligendo conueniant perſonaliter cum ſuis «
Collegijs & alijs perſonis, de quibus expediens videtur ſub protectione & pote- «
ſtate illorum Principum & Dominorum de quibus ducent confidendum. Vbi «
caſſatis & annullatis proceſſibus, ſententijs atque pœnis, temporalibus & ſpi- «
ritualibus latis & promulgatis binc inde quomodolibet per vtrumque conten- «
dentium & Prædeceſſorum ſuorum ad Cardinalatum omnibus & ſingulis vtro- «
bique in ipſa dignitate ſiſtentibus, confirmatis; etiam ratificatis & canoni- «
ſatis ex certâ ſciâ diſpenſationibus & promotionibus omnium binc inde ad «
Prælaturas dignitates, Officia & beneficia quæcunque Eccleſiaſtica promo «
torum. Itaque non babentes competitores ſimpliciter in Prælaturis & Be- «
neficijs buiuſmodi remanerent: habentes verò qui Ciuitatem, aut Benefi- «
cium, ſeu locum Principalem Beneficij poſſiderent Epiſcopatus, ſeu Bene «
ficia huiuſmodi, integrè remanerent eiſdem, & alijs partem dare, vel Be- «
neficij poſſidentibus prouideretur de penſione annua vſque ad valorem eorum «
quæ ante confirmationem & Canoniſationem buiuſmodi poſſidebant, donec «
eſſent alibi per Sedem Apoſtolicam collocati. Nibil poſſidentes autem ſic ex- «
pectarent ſecundum prouiſionem iam dictam. Inſuper & Prouiſio vtrique bu- «
iuſmodi Contendentium de bono & ſufficiente ſtatu quo poſt renunciationem «
congruè ſuſtentari poſſet. Prouiſo etiam quod conſpirationes, diuiſiones, tur- «
bationes, dubia & perplexitates quæ poſt Ceſſionem vtriuſque Sede vacante «
contingere poſſent, quod bumanitus eſſet poſſibile vltra conſtitutionem Gre «
gorij X. editam in Concilio Lugdunenſi; Demum omiſsâ Iuris partium diſ- «
cuſſione & definitione quacunque, ambo contendentes iam dicti in formâ de- «
bitâ ſine morâ & dilatione cederent, ſeu renunciarent iuri quod habent, ſeu «
habere in Papatu prætendunt. Inde buiuſmodi renunciatione factâ *Cardinales* «
hinc inde creati per aſſumptionem prætactam facerent vnum verum & in- «
dubitatum Collegium, intrarent Conclaue & ſecundum Iuris diſpoſitionem «
procederent ad futuri electionem Paſtoris, qui debitè omnia & ſingula ratifi «
caret, approbaret & laudaret ad abundantem cautelam; quam ſiquidem viam «
niſi vobis melior, vel æquè bona per ipſum Benedictum, vel alium aperiretur «
pro vnione buiuſmodi aſſequenda velut meliorem, ac magis vt prætenditur «
accommodam pleniuſque Conſcientiarum omnium ſerenaturam delegimus ipſi «
Benedicto conſulendam, perſuadendam quàm ſuppliciter primò & poſt per «

» Nos rationibus, medijs tam aliorum quidem quàm Chriſtianorum Regum &
» Principum auxilio, conſilio & fauore, dooec habita ſit vnio proſequēda. Proinde
» conſideratis præmiſſis, vt præfertur, Nobis expoſitis, parte ſuâ Legatos ad eum
» quàm plus potuimus ſuæ prædictæ nobis miſſæ intentioni aptos & cooſonos,
» illuſtres videlicet Regalis proſapiæ Duces Ioannem Bituriæ, Philippum Bur-
» gundiæ & Patruos, & Ludouicum Aurelianenſem fratrem ooſtros huius qui-
» dem voitatis & Pacis feruentiſſimos zelatores cum certorum Prælatorum, mul-
» torumque literatorum virorum ootabili comitiua duximus qui iuxta manda-
» tom rerum apertâ ſibi prius eorum aduentus cauſâ inde petita & obtenta, licet
» difficili exhiberi ſcedulâ conclauis ſupertactâ, antequam viam aliquam ape-
» rirent ſibi humiliter ſupplicarunt, vt dignaretur viam quam nobis ſe aduiſaſſe
» ſcripſerat, aperire; Offerentes parte noſtra ſi via ipſa bona & cooueníeos fo-
» ret, nec inueniretur melior, auxilium, conſilium & fauorem ad proſecutionem
» illius: ipſe verò per diuerſa temporis interualla in effectu viam Compromiſſi
» aperuit ſub his verbis facta & datâ ſecuritate ſufficienti. Conueniet Dominus
» B. cum ſuo Collegio & iotruſus cum ſuis Anti-Cardinalibus qui ire poſ-
» ſent ſeu vellent, aliter conſentirent vt daret poteſtatem conſentiendi, infor-
» matis & alijs, de quibus eis & eorum cuilibet videretur expedire, ſeu etiam pla-
» cebit in loco de quo fuerit concordatum. Præmiſſiſque apunctatis & ordinatis
» Dominus noſter pro parte ſua eligeret, & eliget perſooas timentes Deum, &
» bonum zelum ad Eccleſiæ vnionem habentes, qui ſimul conueoientes, ac etiam
» præſtito per eos iurameoto ſuper ſancta Dei Euangelia & coram eis, duobus &
» alijs de quibus videbitur de bene diligenter & fideliter procedendo in negotio
» huiuſmodi ad ſolum Deum & Eccleſiam habentes reſpectum amore, odio &
» timore ceſſantibus, quibuſcunque auditis & examinatis Iuris & vtriuſque Partis
» rationibus eiſque rectâ intentione diſcuſſis, provt qualitas negotij patitur & re-
» quirit, declaratis quis iſtorum duorum ius habeat, ſeu etiam remanere de-
» beat in Papatu, cum rectâ & ſufficienti ſubmiſſione de tenendo & obſeruaodo
» quidquid per dictas perſonas, vt præfertur, electas vel duas partes earum de-
» claratum fuit, ſeu etiam definitum etiam adhibitis hinc inde prouiſionibus in
» præmiſſis neceſſarijs & vtilibus, ſeu etiam opportunis. Proinde poſt temporis
» tractum, idem Benedictus ipſi viæ fecit additiones ſequentes.
» Item vt optata vnio in Dei Eccleſia poſſit haberi & non valeat per aliquam
» occaſionem differri, ſi ambiguitas, difficultas, ſeu etiam diuerſitas aliqua ori-
» retur, ſeu occurrat prædicti electi, vt maior Pars prouideant ad cautelam Ec-
» cleſiæ Rom. de altero iſtorum duorum per viam prouiſionis, vel quoad ſere-
» nandas conſcientias, tollendas verſutias, & occaſiones hominum peruerſorum,
» quoad illud contra quem pronunciatum fuerit, ſeu etiam per viam prouiſionis
» ordinatum; Hæc pronunciatio, ſeu ordinatio habeat locum & vim renun-
» ciationis ſpootaneæ legitimè factæ. Et proinde quoad eum cenſeatur Sedes
» Apoſtolica vacare, ac inſuper ad cautelam renunciabit ibidem. Et illi de quo
» declararint, ſeu etiam per viam prouiſionis ordinarint, quod debeat remanere
» in Papatu, vt ſupra præmittitur, Ius pleoum etiam de nouo ad cautelam acqui-
» ratur per declarationem, ſeu ordinationem, vel prouiſionem huiuſmodi, ac
» ſi aliàs Sede Apoſtolica verè vacante Canonicè electus fuiſſet in Papam. Et
» etiam ad cautelam ibidem & iocontinenti per eos ad quos aliàs electio pertine-
» ret, ac per dictos deputatos ad prouiſionem, ſeu pronunciationem huiuſmodi
» eligeretur in Papam & de his fierent ordinationes Apoſtolicæ, etiam de conſen-
» ſu eorum ad quos pertineret in forma quæ ſufficeret ſecundum conſilium peri-
» torum, & addi poſſet pro maiori ſecuritate præmiſſorum conſenſus eorum qui
» pro Prælatis & Principibus vtriuſque obedientiæ qui haberent ad hoc pote-
» ſtatem, vt ſic vel quaſi vim conſilij generalis habere videretur. Quæ ſi quidem
» via quam callidè quàm verſutè inuenta quantis ſit in eius aggreſſu, progreſſu &
» egreſſu difficultatibus & erroribus circunſepta, aliàs per certos Ambaxiatores
» noſtros eidem Benedicto latè fuit apertum. Inſuper & frater noſter Cariſſimus
» Rex Caſtellæ qui hanc inutilem & pernicioſam multis rationibus etiam in ſcri-
» ptis ſolenniter refutatis improbauit pridem in reſponſione per eum Conſan-
» guineo noſtro Cariſſimo Regi Aragonum elegantiſſimè factâ liquidò demon-

ſtrauit. Ac nos ſi plenius enumerare vellemus, profecto traderemus materiam «
valde longam. Verum vt conſtet quàm non omnis qui dicit *Pax vobis*, quaſi co- «
lumba audiendus eſt; propterea exprimendo ipſius viæ inutilitatem iniquita- «
temque, pauca de plurimis hîc diximus non tacenda. Eſt enim in eius aggreſſu «
ex eo difficilis, quod vterque conrendentium locum in quo ſimul conuenire «
habebunt, ne dum optabit; imò contender eligi ſub obedienriæ ſuæ, ac Prin- «
cipum ſibi ſauentium & adhærentium poteſtate qui alteri Parti procul dubio «
ſuſpecti erunt. Verum & cum loci aſſignatio ex Principum vtriuſque obedien- «
tiæ conſenſu dependeat, difficillimum erit in hac via quæ per diſcuſſionem «
fieret, ipſum habere aſſenſum. Præterea cum ſecundum viam eiuſmodi eiuſque «
practicam in ipſo loco debeat Principum & Prælatorum vtriuſque obedientiæ «
fieri conuocario, expectando & etiam ſumptus ne dum permaximos imò im- «
portabiles miniſtrando impenſas, quis difficultates non videat? reuera tot «
eſſent & tantæ totque inconuenientia exinde emergerent, quod eſt quodam- «
modo indicibile: vſque adeo quòd, nec amoueri, nec euitari poſſent. In eius «
verò proceſſu, ſeu perſecutione quantis ſit onuſta diſpendijs; quot periculis «
animarum & corporum, ac rerum damnis irreparabilibus (breuia hîc de am- «
pliſſimis tangimus & pauca de multis. Sunt enim ipſi contendentes, (vt nulli «
dubium) in facto contrarij, quamobrem certiſſimè credendum eſt quod quili- «
bet eliget perſonas ſibi fidas, coniunctas, propitias, adhærentes, affectatas, & «
in ſua opinione conſonas arque fixas: & contra alteri parti, eo quod non atten- «
dat rationes & iura, ſed potius ipſorum affectum, ſuſpectas. Itaque tales vtrin- «
que electas circa huiuſmodi contrarietarem facti vſque concordare quis cre- «
dat? Erunt potius diſcordes continuo intenrionibus atque votis; ſicque cau- «
ſam Dei & Eccleſiæ, per contrarietates, difficultates & dilationes protrahent «
diſpendioſa per tempora. Imò quod abſit hoc gemebundum, & lugubre ſchiſ- «
ma perpetuo coædificabunt, tum maximè quia diſcutere habent rationes, facta «
& iura partium, provt qualitas negotij patitur & requirit. Et hæc quidem diſ- «
cuſſio varia incidentia emergentia, quoad interlocutorias productiones teſtium «
& Inſtrumentorum probationes & reprobationes multimodas, alios etiam «
pleroſque articulos interminabiles conrinet & includit: cum etiam quia ſicut «
ex practica eiuſmodi viæ patet, Compromiſſarij ex vtraque parte ſunt toridem «
eligendi. Ex quo iuxta legem Ciuilem præſumimus quod res ſine exitu forte fu- «
tura eſt: potiſſimum quia vna Pars ad hoc pauciores quàm alia non eliget, vt «
inde prodiret imparitas numeri in compromiſſum iuxta ipſius legis Concilium «
opportuna. Tum demum, quia ſicut habet practica viæ huiuſmodi, ante ag- «
greſſum executionis ipſius viæ, reuocandi ſunt proceſſus, & ſententiæ fulmi- «
natæ hinc inde per contendentes eoſdem, aſſumendi in Cardinales omnes qui «
ad huiuſmodi titulum, ſeu ſtatum per vtrumque Contendentium ſunt aſſumpti, «
canonizandi tituli & promotiones in vrraque obedientia, quibus huiuſmodi via «
ex eo nequam & inepta conſtat, quod ſi dicti compromiſſi non daret bonum «
exitum, ſicut nec præſumimus ex prædictis, inconueniens eſſet valde quod ille «
qui ius in Papatu non habet, ac ſibi adhærentes, quorum malitia forſan Com- «
promiſſariorum Notarijs, reſtibus & alijs ſubornatis via ipſa non ſortiretur «
exitum, eſſent quoad tunc Pares vero Papæ & adhærentibus ſibi. Cæterum ſi «
dicti Compromiſſarij, quod veriſimile non eſt credendum, in vno ex ipſis con- «
tendentibus concordarent, non propterea res finem haberet effectus neceſ- «
ſarij productiuum. Non enim per hoc quietarentur conſcientiæ plurimorum, «
qui non inimico dicerent, quod propter artatam poteſtatem; provt ex additio- «
nibus ipſius viæ patet eligendum alrerum de duobus; neuter debuit, imò nec «
potuit eligi: non abijcerentur etiam ſcrupula, quando diceretur plerunque à «
multis præſertim adhærentibus ei contra quem ipſi Compromiſſarij declara- «
rent Compromiſſarios ipſos, vel reſtes, aut alia & forſan omnia interuenien- «
tibus corruptionibus & alijs quæ humanum peruertere ſolent iudicium, perpe- «
ram proceſſiſſe. Sicque declaratum, ſeu ſententiatum iniuſtè, quo ipſi adhæ- «
rentes in huiuſmodi adhærenriæ opinione tenaciter per longa temporum Cur- «
ricula radicati ſe ſcandalizatos & in conſcientia non claros perpetuo repu- «
tarent; hoc nempe ſchiſma qualitatem hanc mirabilem & aliàs inauditam «

Digitized by Google

» radicationem; ſcilicet ab ſui origine ſeu introductione fortiſſimam, quæ ſicut
» diebus ſic eſſenr & robore. Etenim vterque prædeceſſorum præſentialiter con-
» tendentium ab eiſdem Cardinalibus eodemque Collegio quanquam diuerſis
» modo ac vicibus electus prætenditur. Vterque contendentium eorundem opi-
» nione firmata ſe aſſerit verum Papam habere; vtraq; partium gaudet obedientiã
» magnam adhærentiam vſque nunc atque fixam. Sunt & vtrinque opiuioues &
» allegationes ſolennes confictæ per prudentes & literatiſſimos viros, etiam ſuper
» cauſa per Dominos Cardinales antiquos in exordio Schiſmaris poſito ac in ſeri-
» ptis redacto. Quo etiam ſuppoſito adeo ſunt ſolemnium virorum opiniones
» contrariæ, vt nunquam per Compromiſſarios poſſent ad concordiam plenam
» reduci. Præterea per ipſas allegariones & opiniones quilibet horum contender,
» cum multis abundet ſequacibus: & plures neurri obedientes. Fuit inſuper hu-
» iuſmodi Schiſmatis, & eſt proh dolor longæua in dies protractio, quâ ſæpe ve-
» tera recentibus obruuntur: ſicque rerum geſtarum obliuione inductâ latet aut
» obducitur veritas; ſeu in contrarios terminos adhibetur; quo fit vt cum pro-
» pter obitum eorum qui vouerant, viderant & palparant, rei veritas haberi ne-
» queat, & adhærentes præfato aduerſario viuentium Cardinalium antiquorum
» teſtimonium reſpuant, Dicti Compromiſſarij declarando, ſeu ſententian-
» do, eligendo vel aſſumendo errare poſſent in facto, ne dicamus in iure.
» Ex his itaque clarè colligitur quod ſicut medicina fruſtra fit quâ ſanitas
» non confertur, ſic præſcripta via; eo quod plenè Schiſma non tolleret,
» conſcientias non pacaret, inutiliter & ſine exitu ſalubri in plurium
» animarum perniciem tentaretur. Ad tollendum autem hoc Schiſma morti-
» ferum talis requiritur de neceſſitate prouiſio quæ radicitus ipſum euellat,
» dubietatum, ſcrupulorum abſtergat rubiginem, menteſque cunctorum fidelium
» plenâ ſerenatione quieter: idque cum via eiuſmodi eiuſque additiones ex pra-
» ctica præmiſſorum, & aliis quas hic ſubticemus rationibus plenè inutiles con-
» ſtent. Iidem Legati viam Compromiſſi prædictam improbantes refutarunt,
» ſuoſque proinde & *Frater noſter Caſtellæ* viam eandem cum additionibus & pra-
» ctica repulimus ex deliberato Conſilio peritorum. Et poſtmodum ex parte no-
» ſtra dicti Legati aperientes prænominato Benedicto viam Ceſſionis prædictam,
» requiſierunt eum ſuppliciter vt ipſam affectaret legitimè offerentes eidem ha-
» bito ſuper hoc ipſius conſenſu tractare cum eo & Collegio de modis exequendi
» & practicandi ipſam viam, prout melius fieri poſſet: ſperantes firmiter quod per
» eandem practicam feliciter & ſubtiliter ſequi poſſet vnio ſupra tacta. Præterea
» electa & approbata via Ceſſionis huiuſmodi per omnes & ſingulos Cardinales,
» ſolo Pampilonenſi excepto, tam videlicet ante ipſorum Legatorum aduentum
» quam poſt, iidem Legati frequenter pluribus interuallatis diebus quinque ſine
» ipſis Cardinalibus, & plerumque cum eis ſuppliciter & cum humilitate perma-
» xima eandem requiſitionem fecerunt, quam eos per ſe Cardinales, ipſi ante ad-
» uentum Legatorum prædictorum, & poſt provt veraciter ſentimus compaſſi
» calamitatibus Eccleſiæ ipſius, & aliqui eorum vocibus lacrimoſis pluries itera-
» runr ſuppliciter & obnixè. Et cum idem Benedictus continuò totus ambitioni
» intentus viam ipſam admittere recuſauerit, aſſerens contra ſanctiones Canoni-
» cas eam exemplo pernicioſam, Dei offenſiuam, non iuridicam nec aliàs practi-
» catam, ſæpe dicti Legati videntes eum in ſua ambitione non modicè indura-
» tum, & cupientes vnionem prædictam eò poſſe commodius procurari quò circa
» eam ipſam cautius ageretur, requiſierunt Cardinales eoſdem, vt in quadam ſce-
» dula per noſtrum Conſilium aduiſata continente dictam viam electam fuiſſe
» per vos, quodque conſulebanr ſupplices ipſi vt acceptaret illam, propriis mani-
» bus ſubſcriberent, Cardinales ipſi id grato animo facere voluerunt. Sed hoc ad
» notitiam eiuſdem Benedicti perducto mox per Eccleſias eius literas monuit,
» re quiſiuit & hortatus eſt Cardinales prædictos virtute ſanctæ obedientiæ ac fi-
» delitatis, vt ſibi in proſecutione viæ ſuæ aſſiſterent, inhibitis eis nihilominus in
» virtute huiuſmodi obedientiæ, ne in dictâ ſcedulâ ſe ſubſeriberent, nec etiam
» conſentirent, proteſtans contra eos ſi contrarium fierer per eoſdem, etiam
» quod ſi per eum aliud fieret ſeu diceretur id & ea, & quicquid ex eis ſequeretur,
» vel ob ea reputabat & volebat non valere, & haberi penitus pro infectis. Quas

quidem

Digitized by Google

quidem monitionem & inhibitionem & proteſtationes, requiſitiones ſupplici- «
ter per ipſos Legatos etiam renuit reuocare. Poſt verò requiſitiones alias tam «
ſimul quàm particulariter factas, Duces & Cardinales prædicti credẽtes eiuſdem «
Benedicti duriciem per ſupplicationes humiles ſæpius iteratas frangere, omnes «
ſimul flexis genibus, & eorum aliqui lachrimando ſupplicauerunt, quatenus «
perditioni Eccleſiæ compatiens & periculo animarum viam prædictam, ſicut te- «
nebatur, acceptare dignaretur. Ipſe verò fortius induratus quàm ante, eam «
rigidius ſolito acceptare negauit. Poſtremo quia idem Benedictus requiſitionem «
prædictam de acceptandâ præmiſſâ viâ Ceſſionis iteratam per ipſos Legatos «
ſuppliciter fixus in ſuo ambitioſo propoſito nullatenus admittere voluit, ſæpe «
dicti Legati videntes luce clarius quanto ambitu ſatagebat retinere Papatum, «
animarum ſaluti prouidere non curans, ſeque propterea non poſſe de cætero «
circa præmiſſa perficere apud eum, iter arripuerunt ad nos eorum relatio- «
nem facturi: quam poſtquam applicuerunt hanc villam, nobis fecerunt ſolen- «
niter & extenſè. Succeſſiuè idem Benedictus qui non erubuerat contra verita- «
tem ſeminare quod iidem illuſtres Duces legati ſolum & adeo aperuerant «
viam Ceſſionis ſimplicis parte noſtra vt illicò cederet, & vnus Gallicus elige- «
retur in Papam, quod falſiſſimum probare poſſunt, quia plures in facta tunc «
requiſitione præſentes. Docti namque per Apoſtolum Chriſti veſtigiis inhæ- «
remus apud quem ſicut non fuit Iudæi aut Græci diſtinctio, ſic nos in Sede «
Apoſtolica nullius nationis hominem præponderari ſeu anteponi cupimus. Bo- «
num enim & gratum habemus quemcunque, ſiue Afrum, ſiue Arabem, ſiue «
Indum, dum tamen Orthodoxus rectæ inhæreat fidei; nec captus cuiuſque rei «
cupidine illam maculet ſeu trahat quomodolibet in errores. Miſit etiam ad «
ſuum aduerſarium antedictum Epiſcopum Tiraſonenſis ignorantibus Cardi- «
nalibus. Super quo licet ſine ipſorum Conſilio & aſſenſu, vt ſacris Canonibus «
inſtitutum eſt, nihil tam arduum facere debeat, neque poſſit. Quid verò fece- «
rit, ignoratur. Sed tam idem Benedictus contra aduerſarium ſuum prædictum, «
quàm ipſe aduerſarius contra eum, poſt eiuſdem Tiraſonenſis miſſionem ab «
inchoatis & continuatis olim proceſſibus ferè per biennium deſtiterunt. Ex quo «
colluſio, inter eos nimirum, vehementer præſumitur; & hinc inde damnabilis «
vtriuſque ambitio. «

Nos autem cœpta feliciter perſequi cupientes habito per opinionem ite- «
rum conuocati Conſilij Eccleſiæ Regni noſtri, quod præfatus Benedictus ex «
quo poſt dictorum Legatorum aduentum aliud non fecerat quo optata vnio «
ſequi poſſet parte noſtra, iterum ſed vltimò, ac aduerſarius antedictus prout «
remanſeramus olim cum Cariſſimo filio noſtro Rege Anglorum sereniſſimo re- «
quirendi erant, vt acceptarent viam Ceſſionis præſcriptam, noſtros vnà cum «
Caſtellæ & Angliæ Regum prædictorum Nunciis, tam ad præfatum Benedi- «
ctum quàm ad eundem ſuum aduerſarium, miſimus Ambaxiatores ſolennes, qui «
mandato noſtro ſimul cum Regum iam dictorum Nunciis eundem Benedictum «
requiſierunt humiliter & obnixè, vt pro Dei reuerentia pro quâ tam mortiferâ «
fugandâ peſte ſæpe dictam viam ceſſionis acceptare, ac ſic ignoto Gregi Do- «
mini mederi miſericorditer dignaretur. Tandem via ipſa in præſentia eius de ſui «
mandato multis ſubterfugiis impetrata, Ambaxiatores & Nuncij prædicti re- «
uerenter ſummauerunt ſeu requiſierunt eundem illâ vice pro omnibus, vt in- «
fra certum termioum iam elapſum ipſe, & aduerſarius eius taliter agere debe- «
rent, agerentque & facerent, quod in Eccleſiâ ſanctâ Dei eſſet vnicus, verus & «
indubitatus Papa, intimantes noſtro & Regum prædictorum nomine, ſignifi- «
cantes quod ſibi ac toti Chriſtianitati ex tunc quo caſu ſit actum, quo & effe- «
ctum deductum non foret, noſtra & aliorum prædictorum Regum firma erat «
intentio, pro ipſo Schiſmate ſopiendo effectualiter prouidere, quærere & pro- «
curare omnes vias & modos, quod ſine ampliori diſpendio Eccleſia ipſa vnire- «
tur. Procuraremus inſuper toto poſſe quod ceſſarent omnia, quibus, & per quæ «
præſupponebatur, & poterat veriſimiliter præſupponi in duratiooem ipſius pe- «
ſtilentis Schiſmatis vſque tunc fuiſſe incenſam. Ipſe vero in ſuâ duritiâ perſe- «
uerans reſpondit, quod non obſtantibus omnibus dictis & allegatis per Amba- «
xiatores ipſos, non erat ſibi adeo ſatisfactum quod pro tunc poſſet acceptare «

» viam Ceſſionis prædictam, ſed amplius deliberaret cum fratribus ſuis, & aliis
» inde Regibus ſuum ſignaret intentum: ſicque iidem Ambaxiatores & Nuncij,
» iter ad aduerſarium præfatum continuantes, tandem vrbem vbi Nuncij præ-
» dicti Regis Angliæ apertâ per eos prædictâ viâ Ceſſionis iam dicto aduerſario
» ſupplicauerant, noſtrique & Regis Caſtellæ rogarunt vt prædictam viam Ceſ-
» ſionis acceptaret pro aſſequendâ Eccleſiæ vnitate. Ad quod ipſe, quaſi vnâ lin-
» guâ cum dicto Benedicto reſpondens dixit quod in tam breui tempore non pote-
» rat ſuper tam graui deliberaſſe materiâ, haberet tamen quamprimùm poſſet de-
» liberationem cum fratribus ſuis; & à quibus tam præſentibus quam abſentibus
» inde intentionem ſuam nunciaret.

» Verum quamquam vterque contendentium ipſorum, vt præſcriptum eſt,
» dixerit ſe facturum, ambo tamen ſuis improbis cupiditatibus irretiti ad id ne-
» dum non curarunt intendere: quinimo ſicut experientia monſtrat, facile con-
» tempſerunt. Quamuis idem aduerſarius ex parte Electorum Imperij, & alio-
» rum plurium Principum ſuæ obedientiæ de acceptando viam pacis fuiſſet etiam
» ſolenniter requiſitus. Succeſſiuè Rex Caſtellæ prædictus cupiens magnopere,
» totus ipſe Catholicus ac deuotus filius Eccleſiæ, huiuſmodi vnitatem, direxit
» ad nos literas eius & Nuncios per quos prædictam viam compromiſſi nobis ſigni-
» ficans improbaſſet. Tandem ſubſtractionem totalis obedientiæ pro exequendâ
» viâ Ceſſionis, & hinc vnione aſſequendâ, ſublatâ morâ dicto Benedicto fieri
» multis rationibus perſuaſit; cuius perſuaſione nec non & præmiſſis aliis non me-
» diocriter ponderatis; verùm & ſignanter in memoriam reuocatis requiſitioni-
» bus, incitationibus Regum ac Principum prædictorum cupientes rem vſque
» tunc diligenter ductam auxiliante Domino ad finem votiuum perduci, iteratò
» vocauimus modo præmiſſo Concilium Eccleſiæ Regni noſtri deliberaturum
» nobis, de modis aptis & congruis ad executionem viæ Ceſſionis prædictæ.

» In quoquidem Concilio ex ordinatione noſtra præmiſſo recitato proceſſu
» & causâ conuocationis apta concludendo quod quibuſdam deliberaret, & no-
» bis conſuleret, an pro executione viæ Ceſſionis prædictæ totalis an particula-
» ris obedientiæ denegatio, aut quis modus alius expediret. Nos volentes co-
» ram conuocatis materiam aperiri, vt ipsâ apertâ quiſque nobis ſalubrius con-
» ſulere, & inde concluſio melior ſequi poſſet, certos partem affirmatiuam quod
» benè erat neganda obedientia, & alios negatiuam, ordinauimus, ſeu deputaui-
» mus defenſuros. Itaque alternatis diebus in Concilio noſtro modo & forma
» quibus audientiæ in Curia noſtrâ dantur, præſentibus quidem Illuſtribus præ-
» fatis; nec non Borbonij & Barrenſis Ducibus, ac Ioanne Niuernenſi, & Ame-
» deo Sabaudiæ Comitibus conſanguineis noſtris & Prælatis, & aliis vt præmit-
» titur, vocatis perſonaliter; præſentibus etiam Procuratoribus nonnullorum
» ex eiſdem vocatis qui impediti legitimè tunc fuerunt abſentes, auditis & per-
» ceptis plenè omnibus rationibus & motiuis per ipſos deputatos apertis, & eis
» plenè in Concilio prædicto diſcuſſis, ac tandem per opinionem eiuſdem Con-
» cilij comperto inter cætera quod excellentes in Eccleſia, ſicut aſſerit Auguſtinus,
» parati debent vigilanter intendere, ne propter ſuos honores ſuperbè agendo
» Schiſmata faciant vnitatis compage diſrupta, ſubditi verò ita obedire ipſis, vt
» ſemper eis Chriſtum anteponant, ne eorum vanâ authoritate ſeducti ſe à Chri-
» ſti vnitate dirumpant; quodque illi verè Schiſmata faciunt qui contra Conſti-
» tutiones Canonicas aliquid proteruè agunt, per id Eccleſiam diuidentes; imò
» & qui alicuius temporalis commodi, maximè gloriæ & Principatus ſui gratia
» falſas & nouas opiniones, vel gignunt vel ſequuntur, veri hæretici ſunt, &
» qui ſcindunt Eccleſiam, eadem ratione Schiſmatis. Quod inſuper Papæ etiam
» vnico & indubitato præcipienti, & multò magis notoriè facienti aliquid quò
» Eccleſiæ Vniuerſalis turbatio, ſubuerſio, vel deſtructio ſequi veriſimiliter ti-
» metur, ſub pœna ſeu periculo peccati mortalis obediendum non eſt, cum mala
» futura præcaueri debeant, non iuuari. Cum etiam Petro & eius ſucceſſoribus
» ad ædificationem non ad deſtructionem ſit collata poteſtas. Comperto pro-
» pterea quod quia duo Contendentes prædicti pluries requiſiti ſuppliciter, &
» iuxta Euangelicam Doctrinam ſufficienter moniti refutarunt & refutant per-
» naciter acceptare viam quâ ad ipſius vnitatem Eccleſiæ perueniri poſſit facilius

& commodius; imò & ſuis ambitionibus intenti, verſique in laqueum tortuo- «
ſum, & vbique ponentes ſcandalum ipſam damnabiliter fugiunt integrare, ſa- «
tagentes quiſque videlicet in ſua obedientia retinere Cathedram, quæ, vt ver- «
bis Auguſtini vtamur, eò foret vtique fructuoſior quò gregem depoſita magis «
colligeret quàm retenta diſſipat; cum pro parte Chriſti Epiſcopi eſſe debeant «
vel non eſſe; cumque non propter eos Epiſcopi ſint, ſed propter populum cui «
ſacramenta miniſtrant. Quia etiam Contendentes prædicti ad obuiandum hu- «
iuſmodi vnitati, prouentus Eccleſiaſticos, ſicut præmiſſum eſt, diſſipando; & «
ad id reddendo Chriſticolas ſuis corruptionibus indiſpoſitos, perperam & no- «
torium Schiſma faciunt ſiue fouent. Ac quantum eſt in eis cauſam perpetua- «
tionis præbent crimen Schiſmatis incurrendo. Quia etiam ex ipſorum obſtina- «
tione tam graue & notorium ſubſiſtit ſcandalum, quod ipſi & eorum quibus «
ad hoc obligatus præ cæteris, vſque nunc colere non curat, nec curat, imo id «
procurantes habet odio, & quando poteſt, flagellat, ſibique fauentes promo- «
uet, ac ſciſſuram pro poſſe nutrit. Ex quibus ſubuerſio & deſtructio Eccleſiæ «
vehementiſſimè ſequi timetur. Si multi Clerici à communione Anaſtaſij pro «
longè minori cauſâ, etiam ſine ſententia & declaratione ſe Canonicè abegerunt. «
Si etiam Guido Archiepiſcopus Viennenſis poſtmodum factus Calixtus II. «
vnà cum Prælatis tunc in Concilio Viennæ aſſiſtentibus à Paſchali II. obedien- «
tia recedere tunc decreuit. Multo maiori pro vitanda videlicet notorietate «
ſcandali fautoria Schiſmatis, ſubuerſionis Eccleſiæ & animarum periculo, am- «
bitioneque & cupidine Contendentium eorundem iubemur à Domino per «
Moyſem ab huiuſmodi prauiſſimorum hominum conſortio ſeparari. Ne ſimul «
pereamus in peccatis eorum; cum iuxta ſacrum eloquium, ſacrificium eorum «
ſit panis luctus, omnes ex eo comedentes contaminans, & digni ſint morte non «
ſolum qui faciunt, ſed & qui facientibus quomodocunque conſentiunt. Præte- «
rea ne de cætero habeant vnde huiuſmodi dolendo Schiſmati fomenta mini- «
ſtrent, cum præſertim illi non debeant aliquid nomine Eccleſiæ poſſidere qui «
nolunt in pace colere pacis actorem. Imò vtilius eſurienti panis colitur, ſi de «
cibo ſecurus iuſtitiam negligat, quàm frangatur vt iniuſtitiæ deditus acquieſ- «
cat. Totalis obedientia eſt eis & eorum cuilibet deneganda. Nec nos & cæte- «
ros Principes Catholicos debent hominum vaniloquia, prout ait Pelagius, in ali- «
quo retardare, dicentium quod Papam perſequimur. Errant certè huiuſmodi «
fabulatores rumoris, non enim perſequitur niſi qui ad malum cogit: ille verò «
qui ea quæ malè aguntur, reprimit, & animarum ſalutem requirit, non perſe- «
quitur. Sed quia malum eſt Schiſma eſſe per nos & Reges cæteros huiuſmodi «
opprimi debere homines, & Canonicæ ſcripturæ authoritas, & Paternarum «
nos Regularium veritas docet. Nos itaque qui vt Reges cæteri à Domino per «
Prophetam nunc præcipuè intelligere iubemur, quando fidei murum ſic vbi «
que aries lacerat, inimici præmiſſis omnibus & ſingulis ac aliis in hac parte con- «
ſiderandis, ſignanter violatione iuramenti in introitu Conclauis, vt præfertur, «
præſtiti, quod Deus qui conſcientiæ teſtis eſt, ſic recipit; ſicut Cardinalium «
cœtus cui eſt præſtitum, intellexit habendo præ oculis ſolum Deum debitâ cum «
maturitate digeſtis, non volentes tam enormia quibus Eccleſia Dei fit grauis «
ſcandalizantium, ſine Dei offenſa oculis conniuentibus pertranſire. Sed claris «
progenitorum noſtrorum inhærendo veſtigiis cupientes ipſius Eccleſiæ integra- «
ri ſciſſuram. Totis inſuper conatibus, omnibuſque modis poſt hæc atque per- «
agenda ſacris, ſanctiones nos inſtruunt procurare cum rigido Principum alio- «
rumque fidelium Conſilio, auxilio & fauore, ac proſequi cum effectu huiuſmo- «
di vnitatem pro qua agenda hoc agimus. In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Tri «
nitatis, Patris ac Filij & Spiritus S. Ex quo dicti Contendentes ob ambi- «
tioſam pertinaciam præmiſſorum ab eorum obedientia repellunt cunctum po- «
pulum Chriſtianum. Et nos quidem præmuniti triumphali vexillo ſanctæ Cru- «
cis aſſiſtentibus ad hæc nobis Principibus proſapiæ noſtræ, ac pluribus Princi- «
pibus aliis; & etiam Regni noſtri & Delphinatus, dicentes cum Malachia, pro- «
pitius ſit nobis Deus, ab obedientia totali ipſius Benedicti, de cuius aduerſario «
hic mentionem non facimus cum nuſquam ſibi obediuerimus, ſicut nec obedi «
re volumus nec debemus, nos etiam Clerus & populus Regni noſtri, & «

» Delphinatus de prædictorum vocatorum conſilio & aſſenſu recedimus, Nun-
» tiamuſque authoritate præſentium receſſiſſe.
» Volentes inter cætera quod ab inde in antea ipſi Benedicto ſuiſque Collecto-
» ribus & alijs Officiarijs quibuſcunque, ſuis etiam Complicibus, fautoribus &
» ſequacibus, ac Procuratoribus eorundem nullus cuiuſcunque conditionis fue-
» rit, de Reditibus, Prouentibus, & Emolumentis Eccleſiaſticis quomodocun-
» que & ex quacunque cauſa ſoluere, aut reſpondere præſumat. Quod etiam oc-
» currentibus vacationum caſibus aſſumantur ad Prælaturas, dignitates & alia
» Beneficia vacantia, Electiua per electionem, cæteris etiam Beneficijs proui-
» deatur per Collationem eorum ad quos huiuſmodi electio & collatio ſpectant
» quomodolibet, ſeu etiam ſpectabunt, adhibitis etiam ad hæc ſolennitatibus &
» alijs ſolitis ac etiam opportunis. De Beneficijs verò Complicum, fautorum &
» ſequacium prædictorum per Ordinarios prouideatur, debitè vel aliàs ea con-
» cedantur in commendam perſonis idoneis, alienatione bonorum immobilium
» & pretioſorum mobilium eis ſingulis interdicta, regenda, ſcilicet & adminiſtran-
» da, donec aliàs Canonicè ſit prouiſum; diſtrictius inhibentes vniuerſis & ſingu-
» lis ſubditis noſtris, ac incolis Regni & Delphinatus prædictorum tam Eccle-
» ſiaſticis quàm ſecularibus quacunque etiam particulari dignitate, vel quouis
» alio titulo, ſeu nomine cenſeantur, ne præfato Benedicto eiuſque ſequacibus,
» ac Officiarijs & Auditoribus, ſeu Iuſtitiarijs quibuſlibet obedire quomodo-
» libet, aut contra tenorem præſentium aliquid attentare præſumant, ſi pœnas
» graues noſtra & Eccleſiæ eis authoritate infligendas cupiant non ſubire. Et in-
» ſuper mandamus earundem præſentium authoritate vniuerſis & ſingulis Iuſti-
» tiarijs & Officialibus noſtris infra limites prædictos conſtitutis & eorum cuili-
» bet, quod ſeruato tenore præſentium prout ad eorum quemlibet pertinebit,
» quemcunque his deprehenderint, ac nouerint aliquatenus contraire, taliter
» puniatur quod cedat cæteris in exemplum. Datum Pariſius ſub noſtri ſigilli
» teſtimonio ad perpetuam rei memoriam his appenſi, die 28. menſis Iulij, Indict.
» VI. anno Domini 1398. Regni verò noſtri 18. ſignatum per Regem præſenti-
» bus DD. Bituriæ & Burgundiæ, ac Borbonij Ducibus, D. Petro de Nauarra
» Conſtabulario, vrbiſque Admiralio Magiſtro Baliſtariorum aliiſque non-
» nullis P. Manchat, I. Huë Lecta fuit & publicata in Parlamento & poſt-
» modum hic in Regiſtro Curiæ regiſtrata, & collatione facta 29. Aug. 1398. ſig.
» Villequin.
» Conſequenter edixit Rex ne quis Benedicto vllo modo pareret. *Carolus D.*
» *G. Francorum Rex vniuerſis & ſingulis Seneſchallis, Balliuis, Gubernatoribus, Præ-*
» *poſitis, cæteriſque Iuſtitiarijs & Officiarijs Regni & Delphinatus noſtrorum, aut loca*
» *tenentibus eorundem, Salutem.* Cum ex certis, iuſtis & rationalibus de cauſis ad
» hoc nos mouentibus, & ſpecialiter vt pax & vnio aſſequi & haberi poſſit in Ec-
» cleſia ſancta Dei, per deliberationem, ac conſenſum Prælatorum & Cleri di-
» ctorum Regni & Delphinatus noſtrorum, Nos etiam Clerus & populus eorun-
» dem Regni & Delphinatus receſſerimus ab obedientia tota Benedicti vltimi
» in Papam electi, diſtrictius inhibendo vniuerſis & ſingulis ſubditis noſtris
» ipſorum Regis & Delphinatus noſtrorum tam Eccleſiaſticis quàm ſecula-
» ribus, quacunque etiam Pontificali dignitate, vel quouis alio titulo cenſean-
» tur, ne præfato Benedicto eiuſque Officiarijs, Auditoribus, ſeu Iuſtitiarijs
» quibuſcunque obedire præſumant, ni pœnas graues noſtra & Eccleſiæ eis au-
» thoritate infligendas cupiant ſubire, prout inter cætera in literis noſtris ſuper
» iam dictâ receſſione confectis plenius continetur; ad noſtrumque peruenerit,
» auditum quod his nonobſtantibus nonnulli ſe dicentes Commiſſarios, Con-
» ſeruatores, Auditores, ſeu Iudices, Delegatos, Subdelegatos, vel Executores
» à dicto Benedicto, ſeu eius authoritate deputatos ad requeſtam Procuratoris
» ſiue ex officio, aut aliàs in cauſis Beneficialibus, vel exceſſuum, aut alijs tempo-
» re dictæ receſſionis motis & pendentibus, in quarum aliquibus poſt dictam re-
» ceſſionem inchoatis in dicto Regno & Delphinatu noſtris, & extra, tam in
» Auenione quàm alibi per citationes, monitiones, Cenſuras Eccleſiaſticas &
» alios varios modos procedere niſi ſunt & nituntur contra ſubditos noſtros, ipſos
» noſtros, ipſos multipliciter grauando & vexando ſumptibus & expenſis, ac

contra tenorem literarum noſtrarum prædictarum temerè veniendo; vnde non « modica ſcandala & inconuenientia ſequi poſſent, niſi ſuper his per Nos proui- « deretur de remedio opportuno. Nos ijs attentis volentes dictarum literarum « noſtrarum tenorem inuiolabiliter obſeruari, nec non ſcandalis & inconuenien- « tibus prætactis, & alijs obuiare, vobis & veſtrum cuilibet vt ad eum pertinue- « rit, videlicet in dicto Regno noſtro Regio & in ſæpè fato Delphinatu noſtro, « Delphinali nominibus, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus omnibus & « ſingulis Commiſſarijs, Conſeruatoribus, Auditoribus, Iudicibus delegatis, « ſubdelegatis, vel Executoribus & alijs Officiarijs, authoritate Iuriſdictionis, « aut Commiſſionis dicti Benedicti fungentibus, inhibeatis, aut inhibere faciatis « ſub certis & magnis pœnis nobis applicandis, ne de cætero contra ſubditos no- « ſtros, aut alios in quibuſcunque cauſis motis, vel mouendis, in quouis ſtatu « fuerint, pro quacunque materia, vel occaſione, ſeu ſub quibuſpiam formis in « noſtris Regno & Delphinatu memoratis procedere, ſeu procedi facere vllo « modo præſumant, ab eiſdem tam inceptis quam inchoandis penitus deſiſten- « do. Omnibus & ſingulis ſubditis noſtris, ac dictorum noſtrorum Regni, ac « Delphinatus ſimiliter inhibendo, ne proceſſus huiuſmodi motos, aut mouen- « dos in eiſdem Regno & Delphinatu, aut ipſorum aliquo, nec & in Auenione, « vel alibi proſequantur, aut proſequi faciant, directè vel indirectè; ſed ab eo- « rum proſecutione ceſſent totaliter & deſiſtant coram Ordinarijs, & ſi volue- « rint ſuper hoc prout rationis fuerit procedendo, &c. Datum Pariſ. 28. Iul. an. « 1398. Regni noſtri 18. «

Licet autem maiori parti Concilij prædicti placuiſſet ſeceſſio, ſeu ſubſtra- ctio totalis obedientiæ abſque vlteriori dilatione, legatione & admonitione: aliquandiu tamen ſuſpenſa eſt & dilata executio, donec vltimò fuiſſet admoni- tus Benedictus de deliberatione & Concluſione Eccleſiæ Gallicanæ; itaque miſſi ſunt ad eum M. Petrus de Alliaco & Buſſicaudus Mareſchallus Franciæ; ille vt verbis perſuaderet Benedicto abdicationem; iſte, vt negantem armis cogeret. Negauit Benedictus, vt erat vir fortis & animi intrepidi, ſe cum eſſet electus legitimè, vllo modo ceſſurum. Vbi ergo nihil verba profuerunt, vis admota; & Buſſicaudus numeroſo exercitu vrbem cingit, diffugientibuſque Cardinalibus, qui ſeceſſione Franciæ à Benedicto cognitâ, ei quoque ſubſcri- pſerant, & Ciuibus portas vrbis aperientibus, in vrbem ingreſſus Pontificem intra Palatium munitiſſimum compulit; qua de re ſic Gaguinus. Benedictus « cui Franci in Pontificatu fauerant, licet Pontificatui cedere crebris legationi- « bus admoneretur, pertinax tamen contra perſtabat. Quare Conuentu Sacer- « dotum Procerumque Pariſij contracto, à Benedicto ſecedendum eſſe decre- « tum eſt: Neque admittendas poſthac gratias ad Beneficia adipiſcenda, quas « Romani Exſpectatiuas dicunt. Eccleſias, quæ Rectore carerent, à Collatori- « bus petendas; electiones confirmandas etiam exemptarum Eccleſiarum ſalua « Exemptionis libertate. Ea à Benedicto diſceſſione cognita, Cardinales qui « cum eo Auinione erant, ad Nouam villam ſex millibus paſſuum ab Auinione « diſtantem ſe contulerunt, ſuo Pontifice deſerto. Hoc verò vt auditum eſt « paſſim, multos, qui antea indignabantur, commiſeratio afflicti Præſulis cepit.

Antequam verò obſideretur Pontifex, poſt concluſam ſeceſſionem, ſeu ſubſtractionem Rex ad Cardinales miſit ſpeciales Nuncios, *MM. Robertum Cordelerij & Triſtanum de Boſco*, vt quid rei geſtum fuiſſet, intelligerent, atque ad eandem ſeceſſionem, ſi ita ipſis videretur, accederent. Illi ergo habito Col- legio ſeu Conſilio, eidem ſeceſſioni ſubſcribunt, deque ea per litteras quæ ſe- quuntur, Regem certiorem faciunt.

Chriſtianiſſime ac ſereniſſime Princeps, nuper per honorabiles viros MM. « CARDINALIVM AD REGEM LITTERA. Robertum Cordelerij & Triſtanum de Boſco veſtræ claræ Majeſtatis Conſi- « liarios & Nuncios litteras eiuſdem Majeſtatis accepimus, per quos elegantiſſi- « mè & prudenter veſtræ ſerenitatis ex parte expoſita fuere, quæ eadem ſereni- « tas ſuper receſſu à totali obedientia Benedicti vltimò in Papam electi in illo « grandi & celeberrimo Concilio nuper tento Pariſius decreuerat, prout & no- « bis innotuit per litteras authenticas & publicatas veſtræ ſacræ Regiæ Majeſta- « tis, quas Nobis præfati Nuncij præſentarunt: quæ omnia audiuimus, conſpe- «

Digitized by Google

» ximus & intelleximus luculenter. Et quatò magis credimus quod per hoc » cunctorum corda fidelium in viam pacis optatæ celerius dirigentur, tantò » affectuoſiùs Serenitati veſtræ vberiores gratiarum reddimus actiones hortando » eandem ex intimis; vt huic Catholico tamque laudabili principio per Serenitatem eandem finis optimus impendatur, videlicet Eccleſiæ vnioni, cum non » ſufficiat gradia inuenire principia, niſi perſeuerentia & fine debito concludantur. Nec enim in principijs, ſed in fine Maiores noſtri laudes & gloriam » poſueruot, ad quæ vt procliuius & ardentius veſtra Excellentiſſima Charitas » accingatur, eidem notum facimus per præſentes, quod conſideratis & etiam » ponderatis omnibus per veſtram Sereoitatem & etiam per Nos, quæ in hac parte » facta ſunt, nec non cauſis & motiuis, quæ prout in litteris veſtris plenius con- » tioentur, veſtram ad hoc ſacram Majeſtatem compulerunt, aliiſque ſacris ra- » tionibus, quibus in conſcieotijs noſtris vrgemur, multiſque inter nos habitis » Conſilijs & deliberationibus digeſtis, Nos omnes, numero 18. exiſtentes & » ſacrum Collegium Rom. Eccleſiæ facientes vnanimi & concordi omnium vo- » luntate & conſenſu ea quæ per Serenitatem veſtram ac Eccleſiam, Clerum & » Populum Regni veſtri & etiam Delphinatus facta ſunt concernentia, receſſum » ab obedientia totali dicti Beoedicti Collegialiter laudauimus, approbauimus, » laudamus & approbamus, noſque nihilominus à totali obedientia ipſius rece- » dere decreuimus, recedimus & aſſerimus receſſiſſe, & cum Serenitate prædictâ » concurrere in proſecutionem vlterius gerendorum, ſperantes in Domino, quod » ex hoc veſtro Regali præſidio ſuffragante repulſis ambitionibus hominum non » timentium thronum Dei Eccleſia ſancta Dei tot inundationibus concuſſa ele- » uabitur in ſublime. Et qui poſt nubilum diei, ſerenum inclytum ſponſam ſuam » oculo clementiori ex alto reſpiciet non ferens eam in ſui nominis iniuriam diu- » tius cooculcari. Ad veſtram verò Regiam Majeſtatem infra biduum hominem » nobis fidum ſuper nonoullis plenariè informaturum tranſmittemus. Et ex poſt » ſatis citò aliqui ex Nobiſmet ſuper proſecutione negotij principalis noſtrâ par- » te accedent ad magnitudinem eandem, quam ille cuius cauſa imp præſentiarum » agitur, conſeruet feliciter & proſperet incolumem vt oramus.

Eodem anuo damnati ſunt à Facultate Theol. & M. Ioanne Gerſonio Cancellario errores nonnulli ad magiam pertinentes: quæ Cenſura legitur inter opera Gerſonis.

Errores damnati. » Vniuerſis Orthodoxæ fidei zelatoribus *Cancellarius Eccleſiæ Pariſ. & Facultas Theolog. in alma Vniuerſitate Pariſ. Matre noſtra cum integro diuini cultus honore* » *ſpem habere in Domino, ac in vanitates & inſanias falſas non reſpicere.* Ex antiquis » latebris nouiter erroris fœda colluuio recogitare commonuit, quod plerumque » veritas Catholica apud ſtudioſos in ſacris litteris apertiſſima eſt quæ cæteros » latet, nimirum cum hoc proprium habet omnis ars, manifeſtam eſſe exer- » citatis in ea, ſic quod exinde conſurgit illa maxima, *Cuilibet in ſua arte Perito* » *credendum eſt.* Hinc eſt Horatianum illud, quod Hieroaymus ad Paulinum ſcri- » bens aſſumit, *Quod medicorum eſt, promittunt medici, tractant fabrilia fabri.* Ac- » cedit ad hæc in ſacris litteris illius ſpeciale, quod nec experientia, nec ſenſu » conſtant vt aliæ artes, nec poſſunt oculis circoouolutis nube vitiorum facile » deprehendi, excæcauit enim eos malitia eorum. Ait ſiquidem Apoſtolus *quod* » *propter auaritiam multi errauerunt à fide*, propterea non irrationabiliter Idolo- » rum ſeruitus ab eodem nominatur. Alij propter ingratitudinem, qui cum co- » gnouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, in omnem Idololatriæ im- » pietatem, ſicut idem commemorat, corruerunt. Porrò Salomonem ad Idola » & Didooem ad Magicas artes pertraxit effrena voluptas. Alias ad hoc ipſum » intorſit ſuperba curioſitas inueſtigandorumque occultorum dira cupido. Alios » poſtremò miſera cupiditas tota ex craſtino pendens in obſeruationes ſuperſti- » tioſiſſimas impiaſque depulit, quemadmodum apud Lucanum de filio Pompeij » magni & apud Hiſtoricos de pluribus notatum eſt, ita fit vt recedens peccator » à Deo declinet in vanitates & inſanias falſas, & ad eum qui parer eſt mendacij, » tandem imprudenter palam apoſtaſiando ſe conuertat. Sic Saül à Domino de- » relictus Pythoniſſam cui prius aduerſabatur, conſuluit; ſic Ochuzias Deo Iſraël » ſpreto miſit ad cooſulendum Deum Acharon, ſic denique omnes qui fide, vel

opere abſque Deo vero ſunt, vt à Deo falſo ludificentur, neceſſe eſt. Hanc igi- «
tur nefariam, peſtiferam, monſtriferamque inſaniarum falſarum cum ſuis hæ- «
reſibus abominationem plus ſolito noſtra ætate cernentes inualuiſſe, ne forſan «
Chriſtianiſſimum Regnum, quod olim caruit monſtro & Deo protegente ca- «
rebit, inficere valeat tam horrendæ impietatis & perniciosiſſimæ contagionis «
monſtrum, cupientes totis conatibus obuiare. Memores inſuper noſtræ pro- «
feſſiunis, pioque legis zelo ſuccenſi paucos ad hanc rem articulos damnatio- «
nis cauterio, ne deinceps fallant incogniti, notare decreuimus. Rememoran- «
tes inter cætera innumera dictum illud ſapientiſſimi Doctoris Auguſtini de ſu- «
perſtitioſis obſeruationibus; quod qui talibus credunt, aut ad eorum domum «
euntes, aut ſuis domibus introducunt, aut interrogant, ſciant ſe fidem Chri- «
ſtianam & baptiſmum præuaricaſſe & paganum & apoſtatam, id eſt retro ab- «
euntem & Dei inimicum & iram Dei grauiter in æternum incurriſſe, niſi quis «
Eccleſiaſtica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur; hæc ille. Neque ta- «
men intentio noſtra eſt in aliquo derogare quibuſcunque licitis & veris tradi- «
tionibus, ſcientijs & artibus, ſed inſanos & errores & ſacrilegos inſipientium «
& ritus ferales pro quanto fidem orthodoxam & religionem Chriſtianam læ- «
dunt, contaminant, inficiunt radicitus, quantum fas nobis eſt extirpare ſata- «
gimus & honorem ſuum ſinceræ relinquere veritati. «

Eſt autem 1. Articulus quod per artes magicas & maleficia & inuocationes «
nefarias quærere familiaritates & amicitias & auxilia Dæmonum non ſit ido- «
lolatria. *Error.* quoniam Dæmon aduerſarius & pertinax & implacabilis Dei & «
hominis iudicatur. Nec eſt honoris, vel dominij cuiuſcunque verè, ſeu par- «
ticipatiuè, vel aptitudinaliter ſuſceptiuus, vt aliæ Creaturæ rationales non «
dominatæ, nec in ſigno ad placitum inſtituto vt ſint imagines & templa Deus «
in ipſis honoratur. «

Articulus 2. quod dare, vel offerre, vel promittere Dæmonibus qualem- «
cunque rem vt adimpleant deſiderium hominis, aut in honorem eorum aliquid «
oſculari, vel portare, non ſit idololatria. *Error.* «

Art. 3. quod inire pactum cum Dæmonibus tacitum, vel expreſſum, non ſit «
idololatria, vel ſpecies idololatriæ & apoſtaſiæ. *Error.* & intendimus pactum «
eſſe implicitum in omni obſeruatione ſuperſtitioſa cuius effectus non debet à «
Deo, vel natura rationabiliter exſpectari. «

Art. 4. quod per artes magicas Dæmones in lapidibus, anulis, ſpeculis, aut «
imaginibus nomine eorum conſecratis, vel potius execratis includere, cogere «
vel arctare, vel eas velle viuificare non ſit idololatria. *Error.* «

Art. 5. quod licitum ſit magicis artibus, vel alijs quibuſdam ſuperſtitioni- «
bus à Deo, aut ab Eccleſia prohibitis aliqua facere pro quocunque bono fine. «
Error. quia ſecundum Apoſtolum non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. «

Art. 6. quod licitum ſit, etiam permittendum, maleficia maleficijs repellere. «
Error. «

Art. 7. quod aliquis cum aliquo poſſit diſpenſare in quocunque caſu vt, «
licitè talibus vtatur. *Error.* «

Art. 8. quod artes magicæ & ſimiles ſuperſtitiones & earum obſeruationes «
ſunt ab Eccleſia irrationabiliter prohibitæ. *Error.* «

Art. 9. quod Deus per artes magicas & maleficia inducatur dæmones com- «
pellere ſuis inuocatibus obedire. *Error.* «

Art. 10. quod thurificationes & ſuffumigationes quæ fiunt in talium artium «
& maleficiorum exercitio, ſunt ad honorem Dei & ei placeant. *Error*, & blaſ- «
phemia, quoniam Deus aliàs non prohiberet, vel puniret. «

Art. 11. quod talibus & taliter vti non eſt ſacrificium, ſeu immolare Dæmo- «
nibus & ex conſequenti damnabiliter idololatrare. *Error.* «

Art. 12. quod verba ſancta & orationes quædam deuotæ & ieiunia & balnea- «
tiones & continentia corporalis in pueris & alijs, & Miſſarum celebratio & alia «
opera de genere bonorum quæ fiunt pro exercendo eiuſmodi artes, excuſent «
eos à malo, & non potius accuſent. *Error.* Nam per talia ſacræ res, imò ipſe «
Deus in Euchariſtia Dæmonibus tentatur immolari, & hoc procurat Dæmon, «
quia vult in hoc honorari ſimiliter Altiſſimo, vel ad fraudes ſuas occultandas, «

» vel vt ſimplices illaqueet facilius & damnabilius perdat.
» Art. 13. Quod SS. Prophetæ & alij per tales artes habuerunt ſuas Prophe-
» tias & miracula fecerint, aut Dæmones expulerint. *Error & blaſphemia.*
» Art. 14. quod poſſibile eſt per tales artes cogere liberum hominis arbitrium
» ad voluntatem, ſiue deſiderium alterius. *Error, & conari facere eſt nefarium &*
» *impium.*
» Art. 15. quod ideo artes præfatæ bonæ ſunt, & adeo quod licet eas obſeruare
» quia per eas quandoque, vel ſæpè euenit ſicut vtentes eis quærunt, vel prædi-
» cunt, vel quia bonum quandoque prouenit ex eis. *Error.*
» Art. 16. quod per tales artes Dæmonis veraciter coguntur & compelluntur
» & non potius, ita ſe cogi fingunt ad ſeducendos homines. *Error.*
» Art. 17 quod per tales artes & ritus impios, per ſortilegia, per carminatio-
» nes, per inuocationes Dæmonum, per quaſdam inuultationes & alia maleficia
» nullus vnquam effectus miniſterio Dæmonum ſubſequatur. *Error.* nam talia
» quandoque permittit Deus contingere, vt paruit in Magis Pharaonis & alibi
» pluries, vel ad probationem fidelium, ſicut habetur Deuteron. 13. vel in quo-
» rundam hominum dignam flagellationem, vel quia abutentes, ſeu conſulen-
» tes propter malam fidem, aut alia peccata nefaria dati ſunt in reprobum ſen-
» ſum & demerentur ſic eludi.
» Art. 18. quod boni Angeli includantur in lapidibus & conſecrent imagines,
» vel veſtimenta, aut alia faciant quæ in iſtis artibus continentur. *Error & blaſ-*
» *phemia.*
» Art. 19. quod ſanguis vpupæ, vel hœdi, vel alterius animalis, vel pergame-
» neum virgineum, aut corium leonis & ſimilia habeant efficaciam ad cogendos,
» vel repellendos Dæmones miniſterio huiuſmodi Artium. *Error.*
» Art. 20. quod imagines de ære, vel de plumbo, vel auro, vel de cera alba,
» vel rubea, vel de alia materia baptizatæ & exorcizatæ, conſecratæ, ſeu potius
» exſecratæ ſecundum prædictas artes & ſub diebus certis habeant virtutes mi-
» rabiles quæ in libris talium Artium recitantur. *Error in fide & in Philoſophia na-*
» *turali & aſtrologia vera.*
» Articul. 21. quod vti talibus & fidem dare non ſit idololatria & infidelitas.
» *Error.*
» Art. 22. quod aliqui Dæmones boni ſunt, aliqui benigni, alij omnia ſcien-
» tes, alij nec ſaluati, nec damnati. *Error.*
» Art. 23. quod fumigationes quæ fiunt in huiuſmodi operationibus conuer-
» tuntur in ſpiritus, aut quod ſint debitæ eis. *Error.*
» Art. 24. quod vnus Dæmon ſit Rex Orientis & præſertim ſuo merito, alius
» Occidentis, alius Septentrionis, alius Meridiei. *Error.*
» Art. 25. quod intelligentia motrix cœli influit in animam rationalem ſicut
» corpus cœli in corpus humanum. *Error.*
» Art 26. quod cogitationes noſtræ intellectuales & volitiones interiores im-
» mediatè cauſentur à cœlo, & quod per aliquam traditionem magicam tales
» poſſunt ſciri: & per illam de eis certitudinaliter iudicare ſit licitum. *Error.*
» Art. 27. quod per quaſcunque artes magicas poſſumus deuenire ad viſionem
» diuinæ eſſentiæ, vel SS. Spirituum. *Error.* Acta ſunt hæc, & poſt maturam cre-
» bramque inter Nos & Deputatos noſtros examinationem concluſa in noſtra
» Congregatione Generali, Pariſius apud S. Mathur. de mane ſuper hoc ſpecia-
» liter requiſitos, anno Domini 1398. die 14. Septemb. In cuius rei teſtimonium
» ſigillum dictæ Facultatis præſentibus literis duximus apponendum.

Anno 1399. Rex cupiens omnino occurrere malis, quæ ex prauâ Beneficio-
rum Eccleſiaſticorum diſpenſatione per Pontifices proueniebant, miſit ad Cu-
riam Pariſienſem litteras, quibus continebatur Decretum Concilij Eccleſiæ
Gallicanæ anno ſuperiore Pariſijs factum contra Gratias exſpectatiuas, quibus
poſt obedientiæ totalis ſubſtractionem, ius omne in Regno ſuo & Delphinatu
adimi voluit.

» CArolus Dei Gratia Francorum Rex dilectis & fidelibus gentibus noſtrum
» præſens, & quæ futura tenebunt Pariſius Parlamenta, cæteriſque Iuſtitia-

rijs

riis noſtris aut eorum loca tenentibus ſalutem & dilectionem. Pro parte Archie- «
piſcoporum & cæterorum Prælatorum, & Capitulorum, & aliorum virorum «
Eccleſiaſticorum nuper Pariſius in Concilio Eccleſiæ Gallicanæ per litteras no- «
ſtras congregato, pro nonnullis arduis tangentibus ſedationem huiuſmodi pe- «
ſtiferi Schiſmatis, nunc proh dolor in Eccleſia Dei vigentis deliberandis & ex- «
pediendis inter cætera fuit nobis expoſitum, quod cum aliàs in alio ipſius Ec- «
cleſiæ Gallicanæ Concilio, etiam pro pace & vnione Eccleſiæ procuranda Pa- «
riſius per noſtras etiam litteras congregato inter cætera deliberatum & ordi- «
natum extitiſſet, quod à die quâ Concluſio denegationis obedientiæ totalis «
Benedicto vltimo in Papam electo faciendæ per nos Eccleſiam Regni & Del- «
phinatus noſtrorum recepta fuerat & publicata, in antea Prælati & alij ad quos «
in Regno & Delphinatu noſtris de Iure vel de conſuetudine ſpectat Benefi- «
ciorum vacantium collatio Beneficia prædicta cum caſus vacationum occurre- «
rent, conferrent quibuſcunque Gratiis Exſpectatiuis præcipuè per dictum Be- «
nedictum quibuſcunque perſonis factis, per quas tamen ante denegationem «
obedientiæ non fuerat alicui ius quæſitum in re, prout in litteris noſtris ſuper «
Ordinatione prædicta, ad requeſtam & ordinationem Prælatorum prædicto- «
rum confectis latius noſcitur contineri. Poſtquam in Concilio prædicto nuper «
& vltimò vt prædicitur, *Pariſius* congregato propter aliqua dubia pluribus in «
locis tam in Regno, quàm in Delphinatu prædictis emergentia, certa fuerit fa- «
cta declaratio, prout in inſtrumento publico ſuper hoc confecto, cuius tenor «
ſequitur in hæc verba, aſſerunt contineri. *In nomine Domini, Amen*, per hoc «
præſens publicum inſtrumentum Vniuerſis & ſingulis notum fiat, quod anno «
eiuſdem Dom. 1398. Indict. 7. more Gallicano menſis Martij die 14. ab Electio- «
ne B. Benedicti vltimò in Papam electi an. 5. In noſtrum Notariorum publi- «
corum & teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum præſentia, in Concilio «
DD. Prælatorum, de Mandato & Ordinatione ſereniſſimi & Chriſtianiſſimi «
Principis D. noſtri Francorum Regis ad diem 20. menſis Februarij vltimò præ- «
teriti continuatam vſque ad diem menſis Martij 14. pro vnione S. Matris Ec- «
cleſiæ proſequenda conuocato, in eoque conuocatis & conuenientibus DD. «
Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, nec non Procuratoribus & Nunciis «
nonnullorum Prælatorum abſentium & Capitulorum Eccleſiarum tam Metro- «
politanarum quàm Cathedralium Eccleſiam repræſentantibus Gallicanam «
poſt nonnullas deliberationes inter ipſos habitas in his ſuper quibus conuocati «
fuerant & accerſiti, à nonnullis recitabatur, quod cum aliàs in alio dictorum «
DD. Prælatorum Cleri Regni & Delphinatus Concilio ſuper proſecutione di- «
ctæ vnionis menſe Iulio anno præſente Pariſius celebrato aſſereretur in litteris «
Regiis ſubſtractionis totalis obedientiæ dicto D. Benedicto vltimò in Papam «
electo factæ, talis clauſula contineri, videlicet quod etiam occurrentibus vaca- «
tionum caſibus aſſumantur qui ad Prælaturas, Dignitates & alia Beneficia ele- «
ctiua per Electionem, cæteris etiam Beneficiis prouideatur per collationem eo- «
rum ad quos huiuſmodi collatio & electio ſpectant quomodolibet ſeu etiam «
ſpectabunt; & inter cætera in dicto aliàs celebrato Concilio maturis ſuper hoc «
deliberationibus præhabitis, diſcuſſis & repetitis fuiſſet deliberatum & conclu- «
ſum, quod habentes Gratias Exſpectatiuas, per quas interdum fuerat eis ius in «
re quæſitum poſt Concluſionem dictæ denegationis obedientiæ per Eccleſiam «
Regni & Delphinatus, & per Regem acceptam, nec vterentur dictis Gratiis «
nec etiam eorum executoribus obediretur à die videlicet prædictæ Concluſionis «
Pariſius ſolenniter in Regis Palatio per organum D. Cancellarij Franciæ ex «
parte D. noſtri Regis publicatæ, imò quod Ordinarij & illi ad quos Beneficio- «
rum Regni & Delphinatus ſpectabat collatio, à die prædicta in antea Benefi- «
cia tunc vacantia, vel vacatura liberè conferrent: occaſione cuius multa in- «
ſurrexerunt dubia inter plures, qui tunc Gratias habebant Exſpectatiuas à feli- «
cis memoriæ D. Clemente Papa VII. aut alio ſupremo Pontifice, in Eccleſiiſ- «
que adepti fuerant & Perſonatus vel Officia ſub Exſpectatione Præbendæ, «
quas Gratias volebant & dicebant etiam, quoad dictarum aſſecutionem Præ- «
bendarum de Iure ſuum ſortiri debere effectum; aſſerentes quod nec dictæ Gra- «
tiæ per dictum D. Benedictum vltimò in Papam electum aliqualiter fuerant re- «

» uocatæ, erantque nonnulli alij etiam à D. Clemente prædicto Gratias Exſpe-
» ctatiuas habentes, quos idem D. Benedictus expreſsè per Bullam ſuam reſer-
» uauerat, vt dicebant. Ordinarij verò illi, quibus Beneficia tunc vacantia, vel
» quæ poſtmodum vacauerant, contulerunt virtute Ordinatioois Eccleſiæ, de
» qua ſupra eſt mentio facta, & quæ plenius in litteris Regis ſuper hoc confectis
» continetur, Gratias ſupradictas nullius debere eſſe efficaciæ, vel effectus, ex ad-
» uerſo aſſerebant. Hinc erat quod complures pluribus in locis inter multos co-
» ram diuerſis Iudicibus erant lites motæ, & veriſimiliter moueri in futurum ſpe-
» ratæ inter plures; quod erat in Ordinariorum aliorumque ad quos Beneficio-
» rum collatio ſeu quævis eorum alia diſpoſitio dignoſcitur pertinere, & etiam
» illorum quibus per prædictos Ordinarios & Collatores à tempore prædicti re-
» ceſſus ab obedientia totali de Beneficiis Eccleſiaſticis prouiſum extitit, diſtur-
» bium, impedimentum, ac magnum & graue præiudicium, quodque videbatur
» ſubſtractioois prædictæ Concluſioni ac Mandatis Regiis & Ordinationi dictæ
» Eccleſiæ Gall. contraire. Hinc fuit quod in dicto præſenti Concilio per quam-
» plures ſupplicabatur, quatenus per ipſum Concilium quid ſuper his fieri debe-
» ret, remedium apponendo opportunum, litium anfractus euitando & mate-
» riam dubietatis tollendo declararetur. Supplicatione verò ſic facta per prius
» inter ipſos DD. Prælatos & alios in dicto Concilio exiſteotes, maturâ ſuper
» hoc deliberatione præhabitâ opinionibuſque ſingulorum requiſitis & recolle-
» ctis fuit per ipſum Concilium dictum & declaratum, & de meote ſeu intentione
» alterius Concilij fuiſſe. Attentis impedimentis quæ per eiuſmodi Gratias Ex-
» ſpectatiuas ab olim ſummis Pootificibus & à bonæ memoriæ D. Clemente præ-
» dicto iodifferenter cönceſſas, qui longo tempore regimini Eccleſiæ ſaltem
» Regni Franciæ præfuerat, ſicut omoibus ſatis erat notum, dicti Prælati & alij
» Collatores in Beneficiis conferendis, quorum aliàs de iure communi ad ipſos
» ſpectat Collatio, bactenus habuerant, præcipuè hic quod à 20. annis citra, quo
» tempore durauit iſtud lamentabile Schiſma, cui proculdubio tales Gratiæ ma-
» gnum dederunt fomentum, notabilibus Clericis quamuis indigentibus, qui Ec-
» cleſiæ ſciunt, volunt & poſſunt fructuosè ſeruire, nullo modo potuerunt de
» Beoeficiis Eccleſiaſticis prouidere: & quod in quantum concernit illos, qui di-
» gnitates & perſonatus vel Officia obtinent in Eccleſiis, in quibus authoritate
» ipſius D. Clementis aut alterius cuiuſcunque, vt iam ſupra tactum eſt, præben-
» das exſpectantes D. Benedictus, licet forſan formaliter eorum Gratias non re-
» uocaſſet, ipſos tamen omnibus ſua authoritate Exſpectantibus in aſſecutiooe
» dictarum Præbendarum aut aliorum Beneficiorum poſtpoſuit: quo obſtante ſi
» Ordinatio prædicta quæ generaliter de *Gratias Exſpectatiuas* habentibus loqui-
» tur: & quæ ad duos fines principaliter facta noſcitur extitiſſe, videlicet primò
» in Eccleſia Gallicana in libertate quam à ſua fuodatione ſecundum ſacros Ca-
» nones habere cooſueuit, ab illo tunc in futurum remaoſerit: & 2. attentâ con-
» cluſione denegationis obedientiæ: Et quod poſt eius receptionem Executori-
» bus ſaltem Benedicti obediri non poterat nec debebat. Quæ Concluſio ſi facta
» non fuiſſet, Gratiæ Exſpectatiuæ D. Clementis & aliorum prædeceſſorum
» ſuorum fuiſſent propter multitudioem Exſpectantium authoritate ipſius Bene-
» dicti, qui omnes ipſis præferebantur, inutiles & ſine fructu. Nec fuit Ordina-
» tio prædicta facta, vt per eam Gratiæ prædictæ maioris eſſent efficaciæ, quàm
» antea erant, vnà cum rationibus multis tunc ibidem notabiliter allegatis. Quæ
» à die dictæ Concluſionis denegatioois obedientiæ authoritate Regis in Aula
» dicti Palatij Regij, vt prædicitur, publicatæ, nulli tales Exſpectantes cuiuſ-
» cunque ſtatus, Conditionis, dignitatis ac præeminentiæ exiſtant ſiue præful-
» geant, quantumque authoritate & forma quauis ſiuè Clementis, ſiuè Benedi-
» cti, vel alterius cuiuſcunque ſummi Pontificis hactenus regnantis ad Præbendas
» ſeu alia Beneficia, virtute quarumcunque Gratiarum prædictarum aſſequendo
» in toto Regno & Delphinatu admitti debebant, nec in poſterum admitteren-
» tur, imò illi quibus Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, Capitula, & alij ad quos
» de Iure vel conſuetudioe Beneficiorum ſpectat Collatio, iam Beneficia contu-
» lerant poſt ordinationem prædictam, vel in futurum conferrent *Exſpectantibus*
» prædictis, cuiuſcunque ſtatus, conditionis, gradus, dignitatis aut præeminen-

Digitized by Google

tiæ exiſtant, penitus & omnino excluſis, Beneficia ſic ſibi per Ordinarios, aut alios, vt prædicitur, collata aut conferenda haberent & retinerent, ac pacificè poſſiderent, non obſtante quacunque litis pendentia ſeu contradictione aliquali.

De quibus omnibus & ſingulis quamplurimi DD. Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & aliæ plures notabiles perſonæ, tam pro Capitulis Eccleſiarum quàm aliis ad dictum Concilium miſſæ & nobis Notariis publicis infra ſcriptis pro & nomine omnium & ſingulorum, quorum intereſt, aut in futurum intereſſe poterit, petierunt vnum vel plura Inſtrumenta ſibi per Nos fieri & tradi. Acta fuerunt hæc Pariſius in Regali Palatio, videlicet in aula poſteriori ſuper hortum eiuſdem, anno, Indictione, menſe, die & ab Electione prædictis, præſentibus venerabilibus viris DD. & MM. Triſtando de Boſco, Io. de Boiſſoy Conſiliariis & Magiſtris Requeſtarum hoſpitij D. noſtri Regis. Hugone Lenuoyſie (aliàs le Renoiſe) ſacræ Theologiæ Profeſſore Decano Rothomagenſi, Guillelmo de Pictauis Licentiato in Legibus & Petro Nodet Decano Niuernenſi, Heruæo Nicolai Licentiato in vtroque Iure Corоſopitenſ. Petro de Chiſſiaco Magiſtro in Artibus, Baccalario in Theologia, & Canonico Senonenſi. Ioan. de Monſtrolio Secretario D. noſtri Regis Præpoſito S. Petri Inſulenſis, Ioan Valentis & Ioan. de Herſonual (fortè Arconual) Magiſtris in Artibus Æduenſis & Trecenſis Diœceſum, cum pluribus aliis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Cumque Ordinationes alias per Prælatos Regni & Delphinatus in Conciliis pro vnione Eccleſiæ ad nutum noſtrum congregatos factas, mandauimus per noſtras alias litteras ad ipſorum Prælatorum inſtantiam & requeſtam in Regno ac Delphinatu noſtris prædictis, ſicut decuit inuiolabiliter obſeruari. Supplicarunt etiam Prælati prædicti, quod declarationem & ordinationem ſupradictas, vbique in Regno & Delphinatu noſtris etiam obſeruari inuiolabiliter mandaremus. Nos igitur omnia ſupradicta rationabiliter attendentes, declarationemque prædictam in quantum nos tangit, laudantes & approbantes, Vobis & veſtrum cuilibet, prout ad eum ſpectanerit, diſtrictè præcipiendo mandamus, *Vobis Iuſtitiariis*, ſi ſit opus, committendo, quatenus omnibus viis & remediis rationabilibus prædictam Declarationem & Ordinationem executioni demandetis & demandari faciatis, quoſcunque contra facientes viros Eccleſiaſticos per captionem temporalitatis & aliàs debitè: cæteros verò, ſicut melius videbitur expedire, ad obſeruationem declarationis & ordinationis prædictæ viriliter compellendo. Quod ſic fieri volumus & prædictis Prælatis hoc cum inſtantia à nobis requirentibus conceſſimus de gratia ſpeciali, ſi ſit opus, non obſtantibus quibuſcunque litteris ſubreptitiis in contrarium impetratis, ſiue impetrandis. *Datum Pariſius* die 7. Maij, an. 1399. & Regni noſtri 19.

Eodem anno ſimiliter Bauariæ Dux publicis litteris eandem ſeceſſionem, atque vt tunc loquebantur, *obedientiæ ſubſtractionem* in terris ſuis ab vtroque de Papatu contendentium ſignificauit: in quibus ait ſe ad id præcipuè motum exemplo & pietate Caroli Regis Francorum & almæ Vniuerſitatis Pariſienſis, cuius honorabilem facit mentionem. Tales ergo ſunt eius litteræ. SVBSTRACTIO BAVARI.

IN Chriſti nomine, cuius res agitur, Ioannes de Bauaria Electus ac Capitula Maiorum & aliarum Abbates & Prælati Eccleſiarum Leodienſium plures ad maturius deliberandum, ſicut materia exigit, congregati & ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, *Vniuerſis Chriſti* fidelibus ſalutem & quæterе pacem in vero ſalutari. Dictum pietatis propoſitum Sereniſſimi Regis Francorum, *& ad id ſtudium Venerabilium & Deuotiſſimorum Magiſtrorum & Doctorum egregiæ Vniuerſitatis Pariſienſis* pro lamentabilis Schiſmatis ſedatione ad Eccleſiæ pacem & vnionem collaudantes, ipſius Schiſmatis incommodis pertractatis conſiderauimus ſcandala pernicioſa, animarum & corporum pericula, guerras, diſſenſiones & Regnorum perturbationes, Infidelium inuaſiones, ac errorum & & hæreſum pullulationes cum fidei & nauis Eccleſiæ periclitatione, atque alia grauiſſima & intolerabilia inconuenientia occaſione execrandiſſimi nimium

» proh dolor ! perdurantis, nec vltra iam tolerandi Schiſmatis, de quo totus
» mundus ſcandalizatus eſt & faſtiditus, ſuborta. Poſt incommoda pacis, quam
» verus Paſtor noſter Ieſus Chriſtus ſuæ Paſſionis imminente tempore pariter &
» Aſcenſionis nobis pro teſtamento reliquit, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem*
» *relinquo vobis*, ſuique ſanguinis effuſione perditam recuperauit, quam duo con-
» tendentes de Papatu inquirere & proſequi non curantes, ſicque eorum crebris
» & ambitioſis Concuſſionibus Eccleſia Dei iam per plures annos tot aduerſa per-
» tulerit, quod columna Dei viuentis pœne videtur nutare, & ſagena ſummi piſ-
» catoris procellis intumeſcentibus cogitur in naufragij profunda ſubmergi, niſi
» illius dextra ipſam erigat, qui B. Petrum ambulantem in fluctibus, ne merge-
» retur, erexit, & malunt Eccleſiam ſcindi & periclitari quàm honorem vanum &
» tranſitorium dimittere, & innocenti Matri Eccleſiæ calumniam non inferre,
» crudeliores Infidelibus, qui veſtem inconſutilem Domini maluerunt integram
» remanere, quàm fruſtatim dilaniari. Contendentium itaque duritiam perbor-
» reſcentes, ac ex intimis viſceribus Charitatis & deuotionis ad pacem anhelan-
» tes ad ſolicitationem & benignam exhortationem memorati Sereniſſimi Regis
» Francorum & ſuorum; propter etiam rationes quamplures & motiua hîc cauſa
» breuitatis non exprimenda, omnes vnanimiter & nullo diſcrepante decreui-
» mus, viis Generalis Concilij & Compromiſſi, & aliis reiectis inſiſtere viæ Ceſ-
» ſionis vtriuſque Contendentium de Papatu eligentes, per neutralitatem tende-
» re ad pacem & vnionem. Sicque per præſentes ſubſtrahimus obedientiam tota-
» lem illi, cui huc vſque obediuimus ſicut Papæ. Volentes Deo & Papæ cœleſti
» magis obtemperare quàm hominibus, in nullo ſibi penitus obediri debere per
» Nos & ſubditos noſtros, tam ratione Beneficiorum quàm aliàs decernentes. In
» hac autem totalitatis obedientiæ denegatione, donec vnicus verus Paſtor & Vi-
» carius Ieſu Chriſti Eccleſiæ ſuæ ſponſæ præficiatur, intendimus & promitti-
» mus firmiter remanere. Ac contra huiuſmodi noſtram ordinationem facientes
» omnibus viis rationabilibus & iuris remediis viriliter coërcere. Sicque quos ti-
» mor Dei à malo non reuocabit, coërcebit ſaltem ſeueritas Diſciplinæ. Cum ex-
» cellentiſſimo & Sereniſſimo Rege Francorum & ſuis, D. Duciſſa Brabantiæ,
» Duce Burgundiæ & Limburgenſis, & Comite Namurcenſis Diœceſis noſtræ
» Principibus inclytis & populo Ciuitatis & Diœceſis noſtræ in hac cauſa & Con-
» cluſione nobiſcum nunc per Dei gratiam conuenientibus; nec ad alterius Con-
» tendentium, vel ad alicuius in ipſorum locum Schiſmate durante ſubſtituendi
» vel eligendi, aut Vicarij eligendi obedientiam accedere, ſiue redire. Similiter
» ad id per eundem Sereniſſimum Regem & ſupranominatos fieri debere ſperan-
» tes & deſiderantes, vt fructuoſius ad intentam & deſideratam pacem hinc inde
» tendere & laborare valeamus in noſtram & veſtram Chriſti fidelium conſolatio-
» nem & exultationem. Et vt ſaltem præceptum Domini lucidum illuminet ocu-
» los fidelium Chriſtianorum, qui in tenebris iacent & in vmbra mortis, & ipſo-
» rum pedes dirigat in viam pacis, præſentes litteras in noſtra Diœceſi præcipi-
» mus, & in cæteris Chriſtianitatis partibus rogamus publicari, vt quemadmo-
» dum nos fecimus, ita & vos Chriſticolæ omnes faciatis, vt fouentium Schiſma
» vmbroſæ recedant tenebræ, & aduentus veri Paſtoris vnius Ouilis Eccleſiam
» ſicut ſidus irradiet matutinum, & fiat vnum Ouile & vnus Paſtor; nec quiſquam
» iuxta Doctrinam Gregorij in eo ſe primum exiſtimet, vt bona quæ ab inferiori-
» bus forſan fieri videbit, ſequi & imitari contemnat. In quorum teſtimonium
» præſentibus litteris Nos *Electus* & Capitulum Maius in noſtra magna, Nos verò
» Capitula ſecundanarum Leodienſium Eccleſiarum, nec non Abbates & Præla-
» ti prædicti Eccleſiæ S. Petri, quo vtimur in hac parte, ſigilla duximus apponen-
» da. Anno à Natiuitate Domini. 1399. menſis Octobris die 6.

Poſt hanc ſubſtractionem obedientiæ à Benedicto Leodienſes appellationem à Bonifacio interpoſuerunt, ſuumque Procuratorem ad eam rem conſtituerunt venerabilem & diſcretum Virum Groffinum de Nomalia Canonicum Eccleſiæ S. Dionyſij Leodienſis. Legitur autem Inſtrumentum appellationis huiuſmodi in Manuſcripto Bibliothecæ Victorinæ notato hiſce notis 686.

Non placuit aliis Principibus & Regibus ſeceſſio iſta, aientibus ſatius eſſe aliquem habere pro Pontifice, etiamſi fortè non legitimum, quàm nullum.

Digitized by Google

Rex Aragonum qui hactenus cnm Francis viam Ceſſionis ptoſecutus fuerat,
audita obſeſſione Pontificis Benedicti, & perpetratione ſcelerum cædiumque
in Ciuitate Auenionenſi, commiſeratione morus obſeſſi & afflicti, ab eo ſece-
dere non ſuſtinuit. Mulri quoque viri Docti & litterari ſubſtractionem illam
ſcriptis ſuis valde damnarunt & criminati ſunt; præcipuè Vniuerſitas Tolo-
ſana, Petrus Rabanus S. Pontij Tomeriarum Epiſcopus, Benedicti legatus:
inter Academicos Pariſienſes, omnium acerrimè & vehemenriſſimè M. Nico-
laus Clemangius Domus Nauarricæ Baccalaureus, vir tum temporis inrer Do-
ctiſſimos & Eloquentiſſimos habitus, qui ad Règem, ad Benedictum, ad Amicos
complures ſcripſit litteras, quibus facti indignitarem omnino exaggerat, Vni-
uerſitatemque ipſam Pariſienſem Matrem ſuam ſcriptis ſuis proſcindit; vnde
eius offenſionem adeo incurrit, vt nemo vnquam ei magis inuiſus fuerit. Ne-
que pepercir Simoni Cramaudo Patriarchæ Alexandrino, qui tum inter Proce-
res Eccleſiaſticos primas partes tenebat apud Regem. Extant multiplices hu-
iuſce viri litteræ, in hanc materiam conſcriptæ ſub initia huiuſce Seceſſionis:
quarum vna eſt ad Papam Benedictum, quâ dolore compunctus declarat mala
quæ ex ſubſtractione ſecura ſecuturaque ſunt. Sicque incipit: Multa *Pater Bea-
tiſſime*, alia ad Regem, ordine 17. *Si Quibuſdam*, *&c.*

Emiſſi quoque ſunt ab alijs plurimi Tractatus pro ſubſtratione & contra
ſubſtractionem. Philippus Burgundiæ Dux ſubſtractionem volebat; hinc qui
ei addicti erant, audaci ſtylo Benedictum perſtringebant, & inter alios Guill.
Præpoſitus Ornacenſis, *ſeu Ronacenſis*, qui relictis Scholis Pariſienſibus rus ſe con-
rulerar: vnde *ſe Ruralem Clericum* appellat. Scripſir autem conrra Oxonienſes
prolixum valde Tractatum, qui ſic incipit: *Illuſtriſſimo Principi Philippo Regis filio* “
Burgundionum Duci, *ac* Flandriæ & Arteſij Comiti G. Præpoſitus Ornacenſis “
ſubiectionem debitam & famulatum, ac matris Eccleſiæ dilectione filiali ſuſce- “
ptos labores ad finem producere fructuoſum. Nuper, Excellentiſſime Princeps, “
in facto Eccleſiaſticæ Circunſpectionis veſtræ diligentia vigilanre iuxta Cleri “
Franciæ & matris meæ *Pariſienſis Vniuerſitatis* moroſè digeſtam & maturè de- “
ſuper editam deliberationem, cum per Oxonienſe Studium Epiſtola conſcri- “
pta quædam Matris meæ dictamini contraria, vel in aliquo diſſona cenſeretur, “
ſignandæ zelo probitaris veſtræ Celſitudinis conſtituit Imperium circunſpe- “
ctum, vt eiuſdem Epiſtolæ inſpicerem tenorem, veritarem atrenderem, ac ra- “
tionum efficaciam ponderarem, &c. Et paulò poſt. Ego G. Ronacenſis Eccle- “
ſiæ Præpoſitus Pariſienſis Vniuerſitatis filius nunc rure degens ablactatus, &c.

Idem circa an. 1403. alium Tractatum edidit contra Toloſanos eumque ſi- “
militer Duci Burgundiæ dedicauit; ſic au. incipit, *Miranda gnaris nouitas*, *nec* “
minus deteſtanda, *&c.* “

In eandem rem prolixum Tractatum edidit Doctor quidam Flander Han-
nonicus, viamque ſubſtractionis quam ſuadebat Vniuerſitas Pariſienſis, om-
nium aptiſſimam eſſe confirmauit plurimis rationibus ad pacem Eccleſiæ reſti-
tuendam. Legirur autem iſte Tractatus in MS. Victorino notato olim hiſce
Characteribus p. 10. 686. nunc verò his BF. 31. & ſic incipit. *Nunc Reges intelli-* “
gite; quia omne Regnum in ſe diuiſum non ſtabit, *& omnis ſcientia & lex aduerſum ſe* “
diuiſa deſtruetur, *&c.* In mulris verò locis Academiæ Pariſienſis ſtudium inde “
feſſum laudat, objectiones aduerſariorum ſoluit non ineleganter, omnino verò “
doctè & fortiter; & quædam etiam inſerit quæ ſunr facti, quæque Clementis “
partem licer Prælatorum numero inæqualem, potiorem eſſe ſuadent. Nec pi- “
gebit quæ ſequuntur his atrexere. *Non valet ſi dicatur*, Deus non permittet er- “
rare Concilium: quia ego hoc fateor in illis quæ ſunt fidei: ſed dicere, iſte eſt “
Papa, iſte non eſt Papa, non eſt fidei: & ſic in talibus Eccleſia militans fallit “
& fallirur. Exrr. de Sen. excom. à nobis & præcipuè quando ſubſunt cauſæ
proprer quas humanum Iudicium quaſi naturaliter peruertitut, ſicut ſunt illæ
de quibus ſuperius facta eſt mentio.

Item mulra dicuntur pro parte Bonifacij quæ facti ſunt & pro patte Bene- “
dicti multa alia quæ in facto conſiſtunt: & in ralibus Eccleſia militans poreſt “
veritarem probabiliter ignorare. Exrra. de Conſtit. c. 1. li. 6. verbi gratia pro “
parte D. Benedicti aſſeritur impreſſio notoria, & omnes DD. Cardinales de- “

Digitized by Google

ponunt in Electione Vrbani impreſſionem notoriam interueniſſe. Pro parte verò Vrbani dicebatur, quod antequam intrarent in Conclaue DD. Cardinales, erant deliberati eligere Italicum, & in eum direxerant vota ſua, quomodo poſſet hoc probari niſi per Cardinales, & cætera quæ fiebant ipſis ſolis exiſtentibus in Conclaui. Et tamen omnes Cardinales antiqui ſunt iam ferè mortui & per conſequens non poſſunt amplius loqui. Et pars Bonifacij dicit, quod ſi viuerent, vt illi qui viuunt, deberent à teſtificando repelli, quia pars ſunt. Et nos dicimus contrarium & forſan bene per l. Conſp Can. de repud. ſi iſti ſtarent in iſta opinione & Nos in noſtra quis iudicaret? nullus. Etſi ipſi adhuc admitterent Cardinales, non proficeret ad cauſam quia mortui ſunt; ſed nos ſtatim dicemus quod quando moriebantur, in periculo animarum ſuarum aſſerebant Clementem fuiſſe Canonicè electum & Vrbanum per impreſſionem. Verò ego audiuiẽ quod Pars Bonifacij habet quomodo aliqui Cardinales depoſuerunt in morte Vrbanum Canonicè fuiſſe electum. Et ego ſcio quod nos habemus, vel habere debemus multa inſtrumenta de directo contraria, quid fiet in talibus? quia quod dixi de Cardinalibus quod mortui ſunt, idem de teſtibus per quos forſan probari potuiſſet veritas.

Vnde recordor de vno bene notabili qui fuerat ſocius & valde amicus Vrbani dum eſſet Archiepiſcopus Acherontinus & poſt Barrenſis, & regebat Cancellariam in Auinione: & ille habebat ibidem Officium bene notabile, & erat magnæ teputationis, & vocabatur *Pontius Beraldi*, qui quidem narrauit mihi, fortiter iurans quòd ille qui poſt nominatus fuit Vrbanus, & ipſi erant ſimul in Eccleſia B. Petri, quando DD. Cardinales intrauerunt Conclaue Romæ pro electione futuri Pontificis poſt mortem Gregorij. Et erat ibi tumultus popularium armatorum vociferantium & percutientium adoſtia. Et tunc Archiepiſcopus Barrenſis, qui ſatis citò poſt nominatus fuit Vrbanus, dixit prædicto Pontio, *Vide Ponti, quales modi ſeruantur, verè quicunque erit electus in iſto tumultu, non erit Papa, nec Ego vellem ſibi obedire, nec deberet hoc facere quicunque bonus Catholicus*; ſi eſſent multi tales Congregaio Concilio bene facerent ad propoſitum; ſed ſcio quod ille mortuus eſt, & teſtis eſt mihi Deus quàm non mentior, imò prædicta audiui ab eo.

Denique poſtquam omnium aliarum viatum quæ ad reducendam pacem proponebantur, incommoda fusè proſequutus eſt, ſubſtractioni planè con-
» cludit eſſe inſiſtendum. In prouiſionibus, *inquit*, Epiſcopatuum & aliarum
» maiorum Dignitatum ſeruarentur iura antiqua, per quæ apparet quod ſub-
» tractio obedientiæ maiorem ſine comparatione habet afferre vtilitatem, quia
» per ipſam poſſumus veriſimiliter venire ad vnionem & pacem Eccleſiæ, quàm
» pariat incommoditatem. Er ſic magis videtur expedire ad ipſam procedere
» quàm non procedere. Cametarius autem Papæ qui erat Camerarius tempore
» Papæ mortui, etiam illa quæ ſpectant ad Cameram, adminiſtrabit, ſicut poteſt
» Sede vacante per Clem. ne Romani. Et quod dixi de ſubſtractione quoad am-
» bos, eſt idem de ipſorum quolibet, quia vbi eadem ratio, ibi idem ius.
» Item non obſtant duæ rationes quæ dicunt, quod ſi obedientia ſubſtrahe-
» retur, Laïci ponerent manus ad bona Eccleſiæ & ipſa occuparenr; & eadem
» ratione quâ ipſis non obeditur, ita nec Epiſcopis, vel Archiepiſcopis & alijs
» Prælatis creatis per ipſos, & ita eſſet deſtructio totalis Eccleſiæ. Pro quo ad-
» uertendum, quod in aliquibus partibus Chriſtianitatis v. g. hîc in Hannonia
» & in aliquibus alijs locis determinauerunt ſe neutri obedire, donec haberemus
» vnum ſolum & indubitatum: & ita fecerunt iam per decem & nouem annos,
» vel ferè. Et licet ſecundum me malè fecerint, quia non obediuerunt noſtro,
» tamen in maiori libertate viuunt quàm illi qui obediunt Bonifacio, vel illi qui
» obediunt Benedicto. Et nunc quando videmus quod aliter non poſſumus ha-
» bere vnionem per rationes ſuperius tactas, licet, decet & expedit facere ficue
» ipſi fecerunt & faciunt; & licet ipſi neutri obediant, obediunt tamen Epiſco-
» pis ſuis.

Nec ſequitur. Subſtrahitur obedientia Papæ, quia propter ſedationem grauiſſimi ſcandali nunc proh dolor in Eccleſia exiſtentis non vult renunciare, ſicut quilibet bonus Paſtor debet facere: ergo non obedietur Epiſcopis creatis

Digitized by Google

per eum, qui ſunt veri & pacifici Epiſcopi, quilibet in Epiſcopatu ſuo, pro «
certo qui bene conſiderent ſine comparatione maius inconueniens eſt ſic in «
Schiſmate ſtare quàm per ſubſtractionem obedientiæ & aliàs vnionem & pa- «
cem Ecclesiæ procurare, & per conſequens eſt eligibilius per dictum Gregorij «
in C. duo mala, & C. nerui 13. d. nec eſt aduerſa fortuna ſperanda, per l. inter «
ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig. «

Item non obſtat alia ratio in qua dicitur, quod per hoc ſubſtraherentur ſuis «
Gratijs multi valentes viri, qui ab vtroque impetrauerunt *litteras Expectati-* «
uas, quia etiamſi non ſubſtrahatur obedientia, iam fruſtrati ſunt multi notabi- «
les Clerici, *v. g. Vniuerſitas Pariſienſis* quæ verè tanquam *Lucerna fulgoris decorat* «
& illuminat Eccleſiam Dei, quæ nunquam voluit facere Rotulum, vt tolleret quam- «
cunque occaſionem tepiditatis in proſecutione vnionis, Suppoſitis ſuis, & Deus ſcit «
quod illa alma Vniuerſitas præ cæteris Collegijs mundi cum vera animi ſinceritate «
proſecuta eſt indefeſſè vnionem Eccleſiæ & adhuc continuè proſequitur, nec per Dei «
gratiam ceſſabit, ſciens quod qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Si igi- «
tur veniretur ad ſubſtractionem obedientiæ, expediret quod per medium Re- «
gum Prælati omnes darent vnum bonum Ordinem in conferendo Beneficia «
taliter quod valentes Clerici primo loco Beneficia haberent, & gradatim illi «
qui ſcirent, vellent & poſſent Eccleſiæ proficere, promouerentur iuxta C. «
ſuper inordinata de Præbend. Et per hoc ceſſarent omnia. Et quia in breui per «
Dei gratiam habebimus vnum verum, vnicum & indubitatum Paſtorem & pro «
bono publico, quis etiam quandoque priuatur re ſua propria per l. ita verbera- «
tum in fin. & per L. Lucius, quanto magis debet priuari iure quod habet ad rem «
non in re ſicut ſunt Exſpectantes? «

Et ſi dicatur, Gratiæ iam factæ habent Decretum, quod Papa decreuit ir- «
ritum & inane ſi ſecus à quoquam, &c. rationes ſupra allegatæ per quas pro- «
batum eſt, quod pro bono pacis & vnionis Eccleſiæ licet, decet & expedit ipſis «
ambobus concertantibus obedientiam ſubſtrahere, ſatis ſoluunt; ad iſtud vna «
cum Regula Catoniana, quia res venit ad caſum à quo incipere non potuit, &c. «

Eidem viæ inſiſtendum eſſe putarunt Ioannes de Bauaria Epiſcopus Leo-
dienſis, Abbates & Capitula Eccleſiarum eiuſdem agri, obedientiamque Bo-
niſacio Vrbani ſucceſſori, cui hactenus paruerant, omnino ſubſtraxerunt, quam
in rem extat in eo MS. Epiſtola data die 6. Oct. an. 1399. his verbis. *In Chriſti no-* «
mine, cuius res agitur, Ioannes de Bauaria Electus, ac Capitula Maiorum & «
aliarum Abbates & Prælati Eccleſiarum Leodien. pluries ad maturius delibe- «
randum ſicut materia exigit, congregati & ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus «
in vinculo pacis, Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & quærere pacem in vero «
ſalutari. *Sanctum pietatis propoſitum ſereniſſimi Regis Francorum & ad id ſtudium* «
venerabilium deuotiſſimorum Magiſtrorum & Doctorum egregiæ Vniuerſitatis Pari- «
ſienſis pro lamentabilis Schiſmatis ſedatione ad Eccleſiæ pacem & vnionem collaudan- «
tes ipſius Schiſmatis incommodis pertractatis conſiderauimus ſcandala pernicioſa, ani- «
marum & Corporum pericula, guerras, diſſenſiones & Regnorum perturbationes, Infi- «
delium inuaſiones, ac errorum & hæreſum pullulationes, cum fidei & nauis Eccleſiæ «
periclitatione atque alia grauiſſima & intolerabilia inconuenientia occaſione «
execrandiſſimi, nimium proh dolor perdurantis, nec vltra iam tolerandi Schiſ- «
matis, de quo totus mundus ſcandalizatus eſt & faſtiditus, ſuborta poſt incom- «
moda Pacis quam verus Paſtor noſter Ieſus Chriſtus ſuæ Paſſionis imminente «
tempore pariter & Aſcenſionis nobis pro teſtamento reliquit, dicens *Pacem* «
meam do vobis, Pacem relinquo vobis, ſuique ſanguinis effuſione recuperauit; «
quam duo contendentes de Papatu inquirere & perſequi non curantes, ſicque «
eorum crebris & ambitioſis concuſſionibus Eccleſia Dei iam per plures annos «
tot aduerſa pertulit, quod columna Dei viuentis pene videtur nutare & ſagena «
ſummi Piſcatoris procellis intumeſcentibus cogitur in naufragij profunda ſub- «
mergi, niſi illius dextra ipſam erigat, qui B. Petrum ambulantem in fluctibus «
ne mergeretur, erexit; & malunt Eccleſiam ſcindi & periclitari quam hono- «
rem vanum & tranſitorium dimittere & innocenti Matri Eccleſiæ calumniam «
non inferre, crudeliores infidelibus qui veſtem inconſutilem Domini malue- «
runt integram remanere, quàm fruſtatim dilaniari. Contendentium itaque «

Digitized by Google

» duritiam perhorreſcentes, ac ex intimis in viſceribus charitatis & deuotio-
» nis ad pacem anhelantes ad ſolicitationem & benignam exhortationem me-
» morati ſereniſſimi Regis Francorum & ſuorum, propter etiam rationes quam-
» plures & motiua hîc cauſa breuitatis non exprimenda, omnes vnanimiter &
» nullo diſcrepante decreuimus vijs Generalis Concilij & Compromiſſi & alijs
» rejectis inſiſtere viæ Ceſſionis vtriuſque Contendentium de Papatu, eligentes
» per neutralitatem tendere ad pacem & vnionem; ſic quod per præſentes ſub-
» ſtrahimus obedientiam totalem illi cui huc vſque obediuimus ſicut Papæ, vo-
» lentes Deo & Papæ Cœli magis obedire quàm hominibus, in nullo ſibi penitus
» obediri debere, per Nos & ſubditos noſtros tam ratione Beneficiorum quàm
» aliàs decernentes. In hac autem totalitatis obedientiæ denegatione, donec vni-
» cus verus Paſtor & Vicarius Ieſu Chriſti Eccleſiæ ſuæ præficiatur, intendimus
» & promittimus, firmiter remanere, ac contra huiuſmodi Ordinationem no-
» ſtram facientes omnibus vijs rationabilibus & iuris remedijs viriliter coërcere,
» ſicque quos timor Dei à malo non reuocabit, coërcebit ſaltem ſeueritas diſci-
» plinæ. Cum excellentiſſimo & sereniſſimo Rege Francorum & ſuis, D. Du-
» ciſſa Brabantiæ, Duce Burgundiæ & Limpurgenſi & Comite Naumurcenſi
» Diœceſis noſtræ Principibus inclytis & populo Ciuitatis & Diœceſis noſtræ
» in hac cauſa & concluſione Dei nobiſcum nunc per Dei gratiam conuenienti-
» bus, nec ad alterius Contendentium, vel ad alicuius in ipſorum locum ſchiſ-
» mate durante ſubſtituendi, vel eligendi, aut Vicarij eligendi obedientiam ac-
» cedere ſiue redire. Similiter ad id per eundem ſereniſſimum Regem & ſupra
» nominatos fieri debere, ſperantes & deſiderantes vt fructuoſius ad intentam
» & deſideratam pacem hinc inde tendere & laborare valeamus in noſtram &
» veſtram Chriſti fidelium conſolationem & exultationem. Et vt ſaltem præce-
» ptum Domini lucidum illuminet oculos fidelium Chriſtianorum qui in tenebris
» iacent & in vmbra mortis, & ipſorum pedes dirigat in viam pacis, præſentes
» litteras in noſtra Diœceſi præcipimus & in cæteris Chriſtianitatis partibus ro-
» gamus publicari, vt quemadmodum & nos fecimus, ita & vos Chriſticolæ
» omnes faciatis, vt fouentium Schiſma vmbroſæ recedant tenebræ, & aduen-
» tus veri Paſtoris vnius Ouilis Eccleſiam ſicut ſidus irradiet matutinum & fiat
» vnum Ouile & vnus Paſtor, nec quiſquam iuxta Doctrinam Gregorij in ea
» ſe primum exiſtimet vt bona quæ ab Inferioribus forſan fieri videbit ſequi &
» mutari contemnat. In quorum teſtimonium præſentibus litteris Nos Electus
» & Capitulum maius in noſtra Magna, Nos verò Capitula ſecundariarum Leo-
» dien. Eccleſiarum, nec non Abbates & Prælati Eccleſiæ S. Petri quo vtimur
» in hac parte, ſigilla duximus apponenda an. à Natiuitate Domini 1399. menſis
» Octob. die 6.

Sequitur in eodem MS. fol. 185. verſo Exemplar Appellationis à Bonifacio, quem eatenus vt Papam agnouerant.

Poſtquam verò Auenio capta eſt, & relicto Benedicto Cardinales receſſerunt, dederunt ad multos Principes litteras, quibus deplorabant Papæ calamitatem, & ſuam. Rex Arragonum afflicti commiſeratione motus acerbas reddidit & ad eos, & ad Rectorem & Syndicum Auenionenſem. Varij varia de Captiuitate illa ſcripſerunt. Petrus Rabanus aliàs Ranati Epiſcopus ſancti Pontij Tomeriarum, ita ſcripſit ad Cardinalem S. Angeli, vt habetur in MS. Victorino.

Littera D. Epiſcopi S. Pontij directa Domino S. Angeli.

REuerendiſſime Pater & Domine noſter ſingulariſſime poſt recommendationem humilem & actiones gratiarum multiplices de littera V. Reu. Pater. per exhibitorem præſentium mihi tranſmiſſa ſuper doloroſa, lamentabili & inaudita deſolatione Eccleſiæ, ſicut non dubito, eadem Reuer. Paternitas plenius nouit, hîc varia à varijs & diuerſa tractantur & dicuntur; & inter alia *Via Concilij Generalis* huius obedientiæ à multis, vt audio, procuratur; quæ via licet ſequendo veſtigia eiuſdem Reu. Paternitatis, bona & expediens ante ſubſtractionem poſt multos Dominos mihi aliàs viſa fuerit; ſicut etiam in depoſi-

tionibus

tionibus meis duorum Conciliorum, quibus in Ciuitate iſta interfui, plenius «
continetur. Nunc tamen loquendo ſemper cum determinatione Eccleſiæ «
ſacroſanctæ ſtantibus terminis, *Chriſti Vicario remanente ſpoliato*; ſed quod du- «
rius & opprobrioſum eſt audire, *capto & incarcerato* iniuſta videtur & penitus «
exſecranda, & omiſſâ pro nunc materiâ reſtitutionis obedientiæ, *de qua etiam* «
Scholares vnius anni multorum iudicio non facerent quæſtionem, inauditum eſt & cre- «
do non lectum à ſeculis, quod Chriſti Vicarius à fratribus & filijs, ac natura- «
libus ſubditis 3. annis & 7. menſibus, vel quaſi detentus in Carceribus ad Con- «
cilium generale vocetur contra formam. Et ſi concedatur, non erit hic forſi- «
tan concordatum de vno anno; nec congregabitur Concilium de ſequenti, nec «
finietur forſitan diebus viræ noſtræ. Obſecro, Pater Reuerende, vbi eſt iſta «
forma iuris, in qua petirur Concilium conuocari, & ſub iſto colore verborum «
credunt hi procurantes multorum oculos excoecare; rogo, Pater Reuerende, «
quod ius diuinum, vel humanum, vult ſeu ordinat Chriſti Vicarium, imò «
quemcunque priuatum detenrum in carceribus per inimicos ſuos Capitales & «
perſecutores ſuos notorios nullâ leuiſſimâ Iudiciali declaratione præcedente «
ſub tali palliata & velata adinuentione verborum tandiu in Carceribus deti- «
neri, donec moriatur ibidem; creditur namque per multos, quod Concilium «
Generale non quæritur in effectu à multis viris, &c. qui illud petunt, quia cer- «
tè nec expedit eis, ſed ſola mors Chriſti Vicarij præſtolatur, quâ occurrente «
ſtantibus terminis eſſet error nouiſſimus peior priore, ſicut ſcripſi vobis, iam «
ſunt duo anni & vltra; ſed dato quod caſus ille non eueniet, miror cum reue- «
rentia, qua conſcientia ſic in carcere detinetur, ſicut dixi Domino meo Pen. «
Sed pene iuris communis non dubiratur ..... tamen deberent pœnæ proceſ- «
ſuum, quos ipſe fecit more ſolito ſuorum prædeceſſorum die Iouis ſanctâ imme- «
diatè ante ſubſtractionem vobis & alijs DD. meis Cardinalibus præſentibus & «
conſentientibus & candelas accenſas quas tenebatis in manibus, proijcienti- «
bus, in ſignum maledictionis æternæ iuxta Capitulum *debent*, ſi alios proceſſus «
fecit vltra, illos ignorat anima mea. Et quia audiui, Pater Reuerende, quod «
aliqui dicunt ipſum non fore caprum & per conſequens non eſſe locum Capi- «
tulo ſi quis ſuadeat, miror ad quid factum fuit Capitulum nuper in primo Reſ- «
ponſo cum Gloſſa ordinaria & Innocentij ibidem, licet Ioan. Andreas in No- «
uella illam ſic expreſsè non ponat & Doctores multi, vt melius me ſcitis hoc «
nolunt clarè in alijs paſſibus Iuris. Audiui etiam aliquos dicentes Clementinam «
primam de pœn. non habere locum in Papam, vel quia non eſt Epiſcopus, &c. «
vel quia non proprius Ciuiratis Auinionenſis. Primum cum reuerentia eſt deri- «
ſorium & omni reſponſione indignum; quis enim eſt Epiſcopus niſi qui alios «
facit Epiſcopos, &c. Et patet clarè per prooemia Iuris ſi vocatur Epiſcopus & «
per omnes Bullas quæ vnquam exiuerunt à Curia Rom. Quoad 2. fateor quod «
C. Ciuiras Clementinæ primæ loquitur de Epiſcopo ſuo, &c. Et talis eſt Papa «
in qualibet Ciuitate quæ non eſt Acephala iuxta Capitulum nulla, & hoc vult «
etiam Auguſtinus de Ancona; ſed vltra hoc P. R. melius me ſcitis, quod Cle- «
mentina illa ponit duos diuerſos caſus de Interdicto Eccleſiaſtico, vnum in «
allegato Can. *Ciuitas*, alium ponit in verſu *Terra* quæcunque de quocunque «
Epiſcopo, quia locus in quo captus detinetur quandiu durat detentio, vel ca- «
ptio ſubjacet Eccleſiaſtico interdicto, qui caſus ſunt diuerſi & diuerſimodè «
habent tolli; an igitur celebranres in tali loco, vel autoriſabiliter coram ſe ce- «
lebrari facientes, ſint irregulares Iuriſdictione & poteſtare clauium priuati, me- «
lius me nouit R. P. antedicta. Taceo pro nunc ſubſtractionem quam feciſtis «
& factam per Regem laudaſtis & approbaſtis; imò in veſtra Collegiali littera «
Regi tranſmiſſa ſubſtractionem laudabilem & Carhol. principum appellaſtis, «
de quo multi Magni ſunt quamplurimum admirati, nec ſunt multorum Ma- «
gnorum & meo modico Iudicio parui pendendæ, vel omittendæ cenſuræ & «
pœnæ C. felicis, cum rempore guerræ inauditæ eſſent infra Palatium vltra «
Chriſti Vicarium V. Frarres veſtri Domini mei Cardinales, ex quibus & mul- «
tis alijs longè melius V. R. 1. nouir, multi & magni Clerici eriam de veſtris, vt «
audio clarè dicunr Dominos meos, ſtantibus rebus vt nunc ſunt, fore in eli- «
gibiles actiuè & paſſiuè; ſuper quo nihil pro nunc aſſerendo, ſicut aliàs vobis «

» & Dominis meis Pen. & de Agrifolio ſcripſi, ſtare volo determinationi & iudi-
» cio Eccleſiæ ſacroſanctæ, & loquendo cum reuerentia veſtræ Reu. Pat. &
» Referentium D. Aniciensi multa minus vera forſitan nunciata, licet pro certo
» & clarè nobis loquendo nedum ſeruitores & . . . . D. noſtri imo quamplurimi
» alij de rebellantibus contra Papam guerram notoriam facientibus & ipſum in-
» carceratum detinentibus bono ore & grato non valent loqui, ſicut vellent in
» iſta maledictione . . . . ſi quæ, Pater Reuerendiſſime Domine mi, ſunt in
» præmiſſis vobis diſplicibilia vel non grata, ſupplico indulgeri, nam zelus con-
» ſcientiæ & amor Eccleſiæ ſacro-ſanctæ, ſalus animarum pereuntium ac con-
» ſeruatio honoris veſtri, & aliorum Dominorum meorum non aliâ intentione
» ad ſcribendum præmiſſa me inducunt, Paternitatem veſtram R. dirigat Dei filius
» ad vnionem Eccleſiæ ſacro-ſanctæ ſic miſerabiliter deſolatæ. Scriptum Pari-
» ſius die 14. menſis Feb.

Reſponſio D. Cardinalis S. Angeli ad Litteram D. S. Pontij.

» REuerende Pater D. & amice Chariſſime recepi litteras veſtras mihi per por-
» titorem præſentium præſentatas datas Pariſius 14. Feb. & quia in ipſis lit-
» teris multa continentur quæ à via veritatis facti & iuris exiſtunt, multorum vi-
» rorum bonorum, & litteratorum Deum timentium iudicio aliena, & quæ ſim-
» plices in maximum Eccleſiæ fidei detrimentum poſſent deducere in errorem,
» ſi talibus adhiberetur ſilentium indiſcretum, propterea tacere prohibeor, & lo-
» qui compellor, & ea præſentibus inſerere quæ à maioribus intelligo, & quæ
» præmiſſa euellunt & deducunt velocius in fauillam. Et primo in dictis litteris
» viam Concilij huius partis expreſsè reprobatis, de quo ammirari non ſufficio,
» cum hæc via ſi aliàs fuiſſet acceptata dum fuit improuidè refutata, ceſſaſſent
» ſcandala, errores & inconuenientia quæ cernuntur hodie, & nunc illam im-
» pugnatis, quia Papa ſpoliatus exiſtit, ſi hac de cauſa non recuſauit Concilium
» Schiſmaticus qui ſpoliatus erat, & qui per Concilium reſtitutus fuit & abſolu-
» tus, nunc quæſinit ibi præſidentiam, dum non ipſe ſed Concilium de omnibus
» iudicauit, & diſpoſuit imitatus B. Petrum qui in Concilio Ieroſolymis celebra-
» to non ipſe, ſed B. Iacobus qui ibi erat Epiſcopus iudicauit.
» 2. Cauſa veſtræ impugnationis exiſtit, *quia dicitis Papam captum & incarce-*
» *ratum*. Super quæ iuxta aſſertionem Dominorum erratis in facto, quia qui ſua vo-
» luntate manet in Palatio, & inde recedere non vult cum poſſit, & de hoc re-
» quiſitus fuit, recuſauit alibi ſe transferre, hodieque nullatenus impediretur
» prout nec fuerunt alij, qui recedere voluerant, impediti. Et de his conſtat pu-
» blicis inſtrumentis diuerſis temporum interuallis ſuper hoc confectis, captus vel
» incarceratus dici non poteſt. Nec obſtat quod Cancelli certi tenentur in Ciui-
» tate, quia illi fuerunt facti dum Ciuitas impugnabatur hoſtiliter per illos de
» Palatio, qui guerram hoſtilem, prout eſt notorium, inchoauerunt, ex qua fere
» centum perſonæ pro maiori parte mulieres & parui fuerunt nequiter interfecti.
» Et ſi aduerſus tam execrabilem inuaſionem licuit partes defenſionis aſſumere,
» iudicet etiam pro parte alia affectatus, ſi ſic licuit prædictos cancellos eligere
» ad neceſſariam defenſionem & ad repellendam tam hoſtilem inuaſionem quæ
» erat contra Ciuitatem in Comitatu Venaitini, & quæ parabatur in Rodano ad
» Ciuitatem delendam, quis miratur, ſi per ſingulares aliquos modus defenſionis
» per omnia debitus, & permiſſus obſeruatus non fuit? Hoc Domini mei Cardi-
» nales non approbant; imo quando potuerunt, illos refrenauerunt. Si autem di-
» catur, cur nunc dicti Cancelli tenentur, reſpondeo quod ob eandem cauſam,
» cum immineant eadem Ciuitati pericula, cum in Palatio ſint vltra 200. per-
» ſonæ armis munitæ bellicis. Etſi circa ingreſſum & egreſſum honeſta non ad-
» hiberetur prouiſio, Domini mei & Ciues ſubiacerent periculis & iacturis. Ad
» quod frequenter illi de Palatio & multi extra exeuntes dederunt operam effica-
» cem, & iſto anno ad effectum deduxiſſent cum magno ſcandalo Dominorum
» & ſtrage Ciuium, niſi per prouiſionem dictorum Cancellorum, & alia à Iure
» permiſſa remedia fuiſſet obuiatum. Et ob prædictas cauſas dicti Cancelli te-
» nentur, non autem ad cuſtodiam vel detentionem Papæ vel ſuorum, quia vel-

Digitized by Google

lent infiniti quod ipſe eſſet alibi, & quando voluerit recedere, nullatenus per «
Dminicos impedietur. Quibus attentis ceſſat veſtra 2. cauſa & multa alia quæ «
dictis litteris præcipitantur, videntur inſerta. Et ſalua reuerentia in quantum «
eſt maior diſcordia, tanto magis eſt Concilium neceſſarium, & etiam oppor- «
tunum, ſicut aliàs fecerunt SS. Patres currentibus maioribus erroribus, ac «
grauioribus diuiſionibus, vt C. Canonum, & alia geſta SS. Patrum, & veli- «
tis cogitare deprecor in quo periculo nos ponitis, dum hanc viam ordinariam, «
& tam neceſſariam impugnatis, quia per hæc multi in dignitate & ſcientia ma- «
gni etiam non Cardinales, & per multa alia quæ præceſſerunt impedimenta «
præſtita paci Eccleſiæ opinantur nos & ſimilia agentes in malo ſtatu, quod «
auertere dignetur Deus, nec peti Concilium ad dilationem vel mortem Pa- «
pæ præſtolandam, ſed ad finem celerem tantis malis & erroribus imponendum. «
Quod ſi dilationem timetis, vt illa amputetur, Vos ipſi Concilium petatis & «
procuretis vt Papa petat, vt fecit Symmachus; & ſic ſtatim finis ſequetur op- «
tatus, & fiet ſtatim reſtitutio; ſi hoc ita clarum ſit vt in veſtris litteris expreſſi- «
ſtis. Et quando dicitur quod petentibus Concilium non expedit, vt teneatur «
Concilium ipſum, in hoc rogo eis non pareatis, ſed auidiùs pro Concilio inſi- «
ſtatis, vt ibi damnentur damnanda. Hoc enim Concilium voluerunt D D. «
mei Cardinales ante ſubſtractionem, in ipſa ſubſtractione, & volunt & petunt «
de præſenti: in quo iuſtam oſtendunt ſe fouere cauſam & fugientès iniuſtam & «
à multis reddit eos excuſatos, & ex his ceſſant multa in dictis veſtris litteris an- «
notata 2. c. nuper & Gloſ. Innoc ibi poſita, quæ euidenter facit quod & tam «
ex præmiſſis quàm multis aliis conſiderationibus quaſi Domini mei, pro nunc «
ſubmittunt ſilentio ceſſant pene inter... Et quod dicitur de proceſſibus diei Ioui. «
factis, proceſſus illi alias ad iſtam materiã impertinenter allegantur, etiamſi præ- «
miſſa ceſſarent quæ in facto conſiſtunt. Si autem Papa proceſſus fecit, hoc igno- «
rat anima veſtra vt in litteris dicitur, ſed ſi facti ſunt & Domini mei illis ſe exhi- «
beant ſufficienter, non reſpondeant taliter quod manebunt eorum ſtatus inta- «
cti multiplici ex cauſa, de libro viuentium deleantur. Et ex præmiſſis infertur «
quod hæc Ciuitas interdicto non ſubiacet per C. ſi quis ſuaden. & per conſe- «
quens non ſunt irregulares celebrantes nec poteſtate ſeu Iuriſdictione priuati. «
Et vltra præmiſſa ſunt aliæ conſiderationes quamplures euidentes, & claræ, «
etiamſi prædicta ceſſarent ob quas eſt euidens quod dictum C. locum ſibi non «
vindicaret in hoc caſu, nec C. terra quoque, nec C. Ciuitas. Quando dicitis «
quod aliqui dicunt quod Papa non eſt Epiſcopus, hoc puerile adinuentum eſt, «
cum certum ſit non amitti hoc nomen etiam propter Schiſma vel hæreſim mani- «
feſtam. Dictum Auguſtini de Anconia non procedit in illa Ciuitate quam re- «
quirit C. Ciuitas. Per C. felicis non poteſt dici Ciuitas interdicta, cum per «
Dominos meos vel Ciuitatem capti non fuerint Cardinales. Imo Domini mei «
liberationem procurarunt etiam ſuas proprias pecunias mutuando, nec fuerunt «
in Palatio impugnati dicti Cardinales vel perſecuti hoſtiliter, cum ab extra fue- «
rit defenſio. Etſi aliqui modum exceſſerunt, illi de ſeipſis Deo & mundo ratio- «
nem reddent, quia nec Domini nec Ciuitas hoc punire vel emendare poterunt, «
& ſi alius non appareat defenſor, hunc libenter aſſumam articulum defenden «
dum contra talia aſſerentes, quod Ciuitas ex illis Iuribus nullatenus eſt interdi- «
cta, paratus veritati acquieſcere, quia quæ adhuc dicta ſunt, in nullo me mo- «
uent, nec alios multos ſubtilius hanc materiam intelligentes. Confeſſor enim «
M. Vincentius qui à Palatio exiuit, prout notum eſt, & qui cauſas rei geſtæ ocu- «
lata fide perſpexit, & in Ciuitate longo tempore fuit interrogatus, Ciuitatem «
non repræſentauit interdictam, imò publicè celebrauit pluries & frequenter: «
& quia vt vir prudens & mala quæ videbat deteſtans omnium Dignitatum cupi- «
dinem abiecit pro Domino veritatem huius rei & aliorum imminentium nullo «
impediente obice vidit & intellexit, ac mit. Apoſtolorum more prædicat vbi- «
que ab omni offendiculo præcauens & ex cauſa. «

De littera verò quam aſſeritis mecum feciſſe de Regis ſubſtractione, dico «
quod quidquid illa contineat, quam non legi, ſcio quid de his inter Dominos «
meos concluſum fuerit: & hæc mibi ſufficiunt pro præſenti. De his verò quæ «
facta fuerunt per Dominos meos, ipſi ſunt diſpoſiti omni poſcenti reddere ra- «

» tionem, & ſic ſuum factum iuſtificare quod obloquentes veritate vincente ſi-
» lentium imponent ori ſuo. De hoc verò quod vltimò in veſtris ſubiungitis lit-
» teris, quod multi *magni Clerici* reputant Cardinales ineligibiles actiuè & paſſiuè,
» vobis notifico quod hæc aſſertio erronea & à veritate prorſus aliena Domino-
» rum meorum mentem & animum in nullo mouet 1. Quia præmiſſis attentis &
» etiam illis ceſſantibus à veritate & traditionibus Canonum & SS. Patrum eſt
» aliena. 2. Quia ſciunt quod iſta aſſertio ortum habuit à quibuſdam magna de
» ſe exiſtimantibus, quos aliàs vidimus in defenſione aliquarum aſſertionum mi-
» nus debitè aſſertarum leuibus argumentis, veris tamen faciliter ſuperatos.
» 3. Quia ſi ſint aliqui taliter opinantes vt dicitis, cum inter nos nullus talis exi-
» ſtat, ſunt quamplurimi alij de vobis & multis aliis talia opinantes; quæ ſi data
» audientia iuſtificentur, vt credunt, non erit locus de prædicta aſſertione facere
» mentionem, in qua materia pedem non pono, ſed illis relinquo qui maiora ſciunt,
» cum ad talia vel ſimilia cognoſcant non ſufficere vires meas, ſed vellem ſemper
» proſequi quæ ad vtilitatem Eccleſiæ ac pacem poſſent meritò pertinere. Et mi-
» ror qualiter iſtam aſſertionem in veſtris inſeruentis litteris, cum aliàs in camera
» Turris Palatij multis ex Dominis meis præſentibus, & me ibidem exiſtente contra
» D. Pen. cum quanta conſtantia petiuiſtis, defendiſtis ac ſuſtinuiſtis vt fieri valuit,
» quod intruſus de Schiſmate & hæreſi per Eccleſiam condemnatus abſque re-
» conciliatione in Papam poterat eligi & aſſumi tenendo, quod non erat Schiſ-
» maticus vel hæreticus, quod in animi rationem, imò verius execrationem mul-
» tos ex audientibus conuertit. Et velitis conſiderare ad quem bonum effectum
» deueniunt conſilia per vos data à 7. annis citra in factis Eccleſiæ, & cum vni-
» cum oſtendere non potueritis, cognoſcite digitum Dei eſſe, cum adulatoria &
» cupiditatis plena conſilia, & per quæ Deus ipſe & ipſius charitas, & vtinam
» non fides, exſufflantur, quantum in nobis eſt, nullatenus ſunt accepta: nunc
» autem per nos & noſtris adulatorijs conſilijs concuſſa, vt apparet Eccleſia, ſub
» quadam pietatis ſpecie nitimur concutere Reges & Principes in maiorem per-
» niciem Cleri & populi, cum deberemus eorum auxilio bonam diſpoſitionem
» ad vnitatem procurandam, ſic firmam, & validam, vt variationi, & dilationi
» locus non foret quærere, vt ſicut in diſpoſito variatio tantis ſcandalis dedit
» initium, ſic debita diſpoſitio tantæ diſcordiæ daret finem, & ſi haberi non
» poſſit, ad Concilium fieret prouocatio; ad quæ Domini mei tendunt & alia in
» iſto negotio non quærunt, in quo non hoſtes ſed amici ſe oſtendunt, cum ad
» mala tollenda, & bona inferenda labores impendant & ſtudia. Et hæc vobis
» ſcribo dolore cordis tactus intrinſecus pauore & ſummâ animi ratione reple-
» tus. Et formidans Dei iudicium de operibus & conſcientia dubitans, nam du-
» bitauit Abbas Effren poſt tot annorum curricula in eremo cum incredibili
» pœnitentia exacta, & velitis deprecor aliqualiter malum reddere magis mitem
» in bis præcipuè de quibus ſic certus non eſtis, an ſit vel aliter res ſe babeat in fa-
» cto & iure, & in quibus nedũ Domini mei, ſed etiam multi Reges & Principes,
» Prælati & alij viri notabiles notati poſſunt, & eorum fama, & ſtatus culpari, &c.

Extat quoque ipſius Benedicti Captiui ad Auguſtum Regem talis.

Epiſtola Benedicti ad Regem Carolum 12.

» BEnedictus Epiſcopus ſerus ſeruorum Dei. Chariſſimo Filio in Chriſto Ca-
» rolo Francorum Regi Chriſtianiſſimo ſalutem & Apoſtolicam benictio-
» nem, & miſerationis ſpiritum aſſumere. Si demolitio Hieruſalem terreſtris
» olim perſtrinxit ad lachrymas cor Prophetæ Hieremiæ & Saluatoris Ieſu, ſi
» præterea corporalis ſeparatio ſponſi à ſponſa fideli, tantæ eſt moleſtiæ; ſi deni-
» que ipſa etiam natura ſuo docet inſtinctu turturem aſſiduos gemitus edere, dum
» compari viduatam ſe ſenſerit: nullus mirabitur, ſi in deſolatione miſerabili ſpi-
» ritualis Hieruſalem & in acerbiſſimâ ſeparatione quam in ea ſentit animus, con-
» queror & ploro. Quis igitur dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem la-
» chrymarum ad deflendum iugiter luctuoſiſſimam ſacroſanctæ Eccleſiæ labefa-
» ctationem diuiſionemque? Quis me conſolabitur? Quis miſerebitur? Conſi-
» lium quale mihi perueniet? Ita planctus lugubris, dolor & anguſtia tangunt

omnes in commune filios Eccleſiæ. Sed longè ſæuius atque profundius dilace- «
rat infelix cor meum, inaudita miſeria, hoc exterminium. Iſta perditio nimi- «
rum data mihi illa eſt in ſponſam ſingularem quæ omnium Mater eſt vniuerſa- «
lis, his nihilominus oculis aſpicio tam nefando Schiſmate eam quæ Mater eſt «
pacis & vnitatis, tam execranda & atroci perſecutione eam fœdari quæ fons «
eſt pietatis tandem vili deiectione & ignominioſâ ſeruitute eam ipſam proteri «
quæ libertatem & honores largitur æternos. O piâ Mater omnium! ô mea ſin- «
gularis ſponſa, quouſque durabit peſſimus iſte languor tuus? Quandiu debac- «
chabitur furor impius in viſcera tua, ſatis nimiſque tuis in membris perſeuerat «
hæc horrenda diuiſio. Et heu quale tibi miniſtrabo conſilium? Tuis quo pacto «
medebor incommodis? Cruentum hoc vulnus tuum in me deſcendit vt vides; «
quoniam hinc vaſtatrices curæ, hinc ſolicitudines peruigiles, intus timores an- «
xij, foris pugnæ, in tribulatione violentia, & diuturno indignóque carcere, «
qui mihi de propria comparatus eſt domo, & de ſpecioſo olim, nunc domeſti- «
corum manu obruto Palatio. Quid referam ptobra? Quid diffamationes ini- «
quas? Quid ſiniſtras interpretationes dictorum, factorumque meorum? Quid «
mille mei & meorum inenarrabiles afflictiones? Attamen non eſt hæc malorum «
ſumma, vtinam in caput meum refluerent omnes ærumnæ tuæ? O fidelis ſpon- «
ſa vſque ad duræ mortis perpeſſionem ſine detrimento animæ. Et tu benedictâ «
libertate foueres in gremio pacis omnes filios tuos & Oues paſcuæ tuæ. Et ô «
Pater maxime & optime, ô ſalutifer Chriſte, vt quid natus ſum videre mala «
gentis meæ? Vt quid datus ſum cuſtos ſponſus & Paſtor, ſi non aliam opem, «
aliud ſolamen & aliud ferri dabatur auxilium. Porro ſi SS. Patres quibus infau- «
ſtâ tempeſtate ſuccedo, gemebant olim ſub verendo pondere Curæ Paſtoralis, «
ſicut Gregorius & aliorum plurimi, etiam dum Eccleſia ſuo honore & proſpe- «
ritate floreret, quid nunc dicturus ſum in ſua & mea, tam incomparabili cala- «
mitate, & in tanta malorum mole? Hinc vel maximè perſpicuum eſſe debet me «
in tali ſtatu afflictionis & mœrorum perniciosè retinendo non eſſe contuma- «
cem. Alioquin profectò miſerabilior & ſtolidior ſum omnibus hominibus qui «
miſeriam certam cum certa damnatione quærerem; ſed auertat hanc inſaniam à «
ſeruo ſuo miſericors Deus. Cæterum nonne varijs & laborioſis antea Legatio- «
nibus attritus ſum, ſi forte reſarciretur truculenta hæc ruptura, & ſi diſcuſſis «
tenebris ſerena veritas oriretur. Sed nunc eleuans me dignitas grauius alliſit, «
& coanguſtauit vndique; itaque grauis forinſecus cernitur corporalis afflictio: «
ſubter verò introrſus plaga ſæuit acrior, dum piâ recogitatione conſidero «
quemadmodum omnes conatus mei, omnis zelus pius, omne feruens deſiderium «
ad pacem concupiſcendam caſſati ſunt. Et ô mores, ô tempora, &c. quod ſu- «
pramodum auget infelicitatis cumulum, à nonnullis etiam de peruerſâ inten- «
tione notor & inculpor, quid dicam ad hæc, planè & conſtanter negabo? Po- «
tuit aliqua fortaſſis ſubrepere ignorantia quæ tam vicina eſt humanæ fragilitati, «
& in hoc me meaque omnia prorſus iuſtificare nequaquam audebo. Illud nam- «
que Apoſtolicum verbum quem hominum non exterreat? *Nihil mihi conſcius* «
ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Cuius dicti quæ alia eſt ratio? Niſi quod «
in multis offendimus: & quoniam non eſt homo ſuper terram qui viuat & non «
peccet; & quod incertæ ſunt prouidentiæ noſtræ, & iuſtitiæ omnes ſordidæ «
tanquam pannus menſtruatæ, denique quales ſumus in oculis Diuinæ Majeſta- «
tis, nouit nullus. Et ſi iuſtus fuero, inquit Iob, hoc ipſum ignorabit anima mea. «
Verum ſi malignâ frande, ſi cupidâ ambitione putaui qnicquam agere quod Ec- «
cleſiaſticæ vnioni, vel obſtaret vel eam retardaret, ſit in animam Iudex Deus, «
quoniam potius talia ab initio vſque in præſens obtuli, quæ ſalubria & ſufficien- «
tia pro vniraris proſecutione fideliter æſtimabam & adhuc exiſtimo, ſi non ob- «
fuiſſet Pater ille mendacij, qui omnia in malum & turbationem euertiſſet. Noſ- «
ſe potes hæc omnia, *Fili Sereniſſime, & Chriſtianiſſime:* coram quo fiducialiter «
hanc querelam effudi, nec habeo neceſſe Regias aures adimplere longâ narra- «
tione talium oblationum per me factarum, tam de via Conuentionis vtriuſque «
obedientiæ per Conſilium à fratribus meis Cardinalibus primitus datum, quàm «
de viâ Compromiſſi & nouiſſimè de *viâ Ceſsionis.* Cui viæ imò & martyrio ſicu- «
ti palam teſtatus ſum, iugiter adhæſi ſecundum præparationem animi. Nec ab «

» hac vnquam promptitudine diſceſſurus ſum; ſi & dum veram parere vnio-
» nem Ceſſio videbitur, teſtes ſunt apud te harum oblationum patentes literæ
» meæ, niſi doloſo aliorum ſilentio contectæ ſint. Arbitror autem nunc elucesſ-
» cere, ſi leuior fuiſſet & opportunior pro ineundo tractatu vnionis, prima Con-
» uentionis oblatio quàm ſubito in curſu talem arripere viam quæ in has traderet
» anguſtias; & cui nullum vnquam præbuerunt aſſenſum aduerſarij, abſque qui-
» bus generalem fieri vnionem quis exſpectet? Nolo tamen, inclyte fili, ex his
» dictis vel dicendis tuam inculpare Deuotionem ad pacem Eccleſiæ: quæ vtinam
» Deuotio nullâ vnquam mendaci informatione ſuper meis & aliorũ geſtis quæſi-
» ta fuiſſet illudi & corripi. Sed admirari non ſufficio quo pacto ego qui ſic egerim,
» ſic tracter, infamer, includar, & nondum pro liberatione ab indignis carceri-
» bus tuum meruerim auxilium. Nonne tui Anteceſſores proprium habuerunt
» ſuccurrere non ſolum vexationibus Eccleſiæ, non ſolum ſummis Pontificibus
» in ſua Sede reponendis, ſed omnibus communiter iniuſtè paſſis, quaſi Nobilis
» Franciæ domus templum tale eſſet miſericordiæ, quale apud Athenas fuiſſe me-
» moratur vbi procunctis afflictis erat præſens ſubſidium. Nunc enim, *Fili Cha-
» riſsime*, vera Regum Franciæ progenies & hæres exemplorum inſignium, vides
» coram oculis tuæ *Serenitatis* illum quem pro iuſto Papa coluiſti & colis; illum
» quem vt Patrem ſummum in terris & animæ tuæ Paſtorem ſanctum frequen-
» tibus titulis extuliſti; illum præterea quem tu cum Regno tuo ſucceſſiſſe confi-
» teris per Electionem legitimam Chriſto & Petro; illum quoque quem viuentem
» prudentiſſimus Pater tuus viuens coluit vt talem; illum deinceps qui, etiam
» caduci numerentur honores, nobilis eſt proſapiæ: illum denique qui Deo pro-
» picio vitam huc vſque duxit innocuam ſine quauis infamiæ notâ deformis quia
» quid intus agatur, iudex erit cordium inſpector Deus: tu, inquam, talis vides
» me talem, de me enim loquor & me laudaſſe coëgit neceſſitas, vides modò ſic
» incluſum, ſic contumelioſè tractatum, tanquam eſſem vnus ex ſeruis abiectiſſi-
» mis, ſine honore, ſine dignitate, ſine ſtatu, ſine genere, & vitæ celebritate.
» Nihilominus autem diſſimulas, Fili, aut contemnis præbere ſuccurſum, neque
» me expediri iubes qui vnico mandato tuo ab his me incommodis potes liberare:
» quanquam compertum habeo non te iubente iſta fieri; neque perſuaderi ſanè
» poteſt, vt credam generoſum animum tuum, erga meas ærumnas tanta duri-
» tie ſtringi; quoniam molleſceret ad compaſſionem, ſi profundæ & religioſæ
» conſiderationis oculos ad tantæ rei indignitatem conuerteret. Quid de te lo-
» quor: quoniam ipſos etiam Barbaros & Paganos pietas naturalis tangeret, ſi
» viderent perſonam nuper talis auctoritatis, gradus, & honoris & nobilitatis
» repente dejici & concludi intra parietes domeſticos & hoſtiliter oppugnari.
» Exiſtimo quod & in Regno tuo maxima pars meæ calamitati compatitur, ſicut
» & dolorem aliorum Regnorum experior. Proinde ſi ex Conſiliariis tuis aliqui,
» vtinam boni ſint omnes & fidi, ſeducere velint Regium animum, ne mihi meó-
» que ſtatui miſereretur, videant ſaltem tales & ponderent tuam & Regni tui fa-
» mam: quoniam dedecus Filij eſt Pater ſine honore; & in ſubditorum infamiam
» redundat Præſidentis opprobrium: quale eſt inſuper illud quod ab aduerſariis
» & æmulis quotidiana inſultatione iactatur. Vellem ſi libuerit & ego digitum po-
» nerem ori meo, ſed vox altior & populoſior eſt quàm vt regi poſſit, & qualis
» vox? Quod à Gallicis tenetur obſeſſus dirè & hoſtiliter Papa ſuus: vox, quod
» Domino ſuo ſupremo aduerſi ſunt, nec alterum ſequuntur & ſuum perſequun-
» tur. Vox, quod pro libito mutant Papas, nunc inſtituunt, mox deſtituunt;
» vox, quod facto ipſo etſi non verbo fatentur ſe reos in ſchiſmate & partem cor-
» roborant quam impugnant, tales & plures circumuolent rumores & imprope-
» ria: & quàm apparenter id fiat, viderint illi qui talium ſunt occaſio. At verò
» fortaſſis objicient aliqui me in cauſa eſſe omnium quæ legimus. Nam, cur in-
» quiunt, dignitatem tuam per fas aut nefas retines? Cur non ad ea quæ petuntur,
» condeſcendis? Poſſem huic obiectioni planis & validiſſimis obniti rationibus
» ad iuſtitiam meam, niſi quod propoſitum hic habeo alterum, & quoniam ad-
» uertis quàm lubricus & inſtabilis eſſet omnis dominij ſtatus, ſi repente ad vo-
» cem cuiuſlibet cedendum eſſet iuri ſuo, iure vel iniuria ſine diſcretione, ſine
» fructu, ſine manifeſta neceſſitate, ſed non hic inſiſtendum decreui. Hoc vnum

Digitized by Google

poſtulo & exhortor in Domino pro communi bono totius Eccleſiæ, quatenus «
depulſis ira, odio & viodicta, & quæ retro ſunt obliuiſcentes, extendamus nos «
io anteriora ad vnionem promereodam, tu præcipuè inter cæteros qui ſingu- «
laris protector es & cultor Eccleſiæ vt ſolicitè conſulas, quid prodeſt, imò «
quantum paci obeſt quod includor carcere, ego qui tam libero & parato ſum «
animo ad omnia pro eadem pace vbi nihilominns pars aduerſa perſtat in errore «
ſuo, neque verbo ſignificans, nequc facto velle ſe cognoſcere veritatem iuſti- «
tıæ noſtræ, neque offert aut recipit viam aliquam per quam intruſus ſuam ha- «
beat Sedem deſerere quam occupat, vel ſaltem pari pede pax quæratur. Scis «
tamen quot & quantis Legationibus pulſati ſuot, ex quibus ita eſſe non ıgno- «
ras, ſi non fictitiis relationum commentis deluſus es. Nunc quali ſpe proſequi- «
mur partem voiuerſalem, ſi particularis, ſi multiplex, ſi iugis ſit inter oos diui- «
ſio? Qua fiducia reſiſtemus falſitati, ſi veritatem noſttam inutiliter confuodi- «
mus? Prodeſſe quid exſpectamus in non obediendo ei qui canonicè non dubi- «
tatur electus, & eſſe tanquam corpus lacerum membris à capite diuulſis, quan- «
do cernimus alios pertinaci animoſitate in ſua vnitate non verè voâ coniunctos. «
Nec iſta dico, ſit veritas, tantâ ſolicitudine ad liberarionem corporalem (quam «
etſi tamen opto quis mirabitur) quantum pro affectu booi & honoris totius «
Eccleſiæ & dıgnitatis Pootificalis ſanctæ Sedis Apoſtolicæ tui præterea & Re- «
gni tui & totius obedientiæ adhærentis veritati. Quamobrem concludendo «
precor & obteſtor, Fili Cariſſime in Chriſto, quatenus hanc querimoniam filia- «
li Deuotione & Chriſtiano altoque animo ſuſcipiens iubeas carceralem circa «
me ceſſare cuſtodiam quæ prorſus indigna eſt, & ſi non fortè de meritis pro- «
prijs erga Deum, Eccleſiaſticæ tameo dignitati illi. Proinde Pater nominatur «
& eſt talis regis, qui demum Chriſtianus eſt Chriſtus Domini. In quem Chri- «
ſtianos imo filios proprios abuti ſæuitiâ tyrannorum quantum qualeque pia- «
culum ſit animaduertis. Audent quidam ſacrilega impietate, ſicut accepi, im- «
purum & procax os laxare, ad notandum me pro hæretico aut Schiſmatico, «
qui vtinam tam tenacis eſſent fidei aut religionis quàm loogè ſum ab hac blaſ- «
phemia. Errare vt cum Auguſtino fatear, potero, ſed hæreticus non ero: oeque «
eſt alıa ındignus à me vel impatientius ferenda iniuria. Ideoque obnitens tali- «
bus cum voo SS. Patrum liberè pronuntio, mentiuntur. Te rurſus ınuoco filı, «
vt mihi ſic afflicto feras velociter auxilium, quemadmodum in tali neceſſitate, «
qualis oec tibi vnquam nec ſanguioi contingat tuo, nequaquam diſſimulare, «
ſed totis conatuum viribus obuiare ſatagerem. Pone quæſo ante prouıdentiæ «
tuæ oculos qualis futura eſſet Eccleſiæ facies, & quam fœda negotiorum turba- «
tio, perplexitas & inuolutio ſcaturirent, ſi nunc migraremus à carne, non habi- «
to prius alio rerum ſtabilimento vel ordinis ſereoitate ſicut haberi poteſt dum «
viuo, ſi non vel nequiter vel prauiter abjicior. Poſtremo ſi huc vſque vt huma- «
na eſt ignorantia vel infirmitas, quidam irratiooabilius proceſſeriot, non pu- «
deat vel ſerò vinci ratione & ſuperari veritate, oec io caſu iaceant, ſed inde re- «
ſurgendo cogitent: neque enim poterit aliter efficacius oſteodi ſimplex con- «
ſcieotiæ puritas & proceſſus, & quod non præceps ira, non tumens ambitio, «
non cœcus odij rancor, vel edax vindictæ furor, ſed pacis amor vnicus damna- «
batur tractantibus ipſum hoc tantæ & ſobrietatis & reuetentia negotium. *Et* «
tu Pater miſericordiarum, & Deus totius cooſolationis, & pacis, qui promiſiſtı mi- «
ſericordiam miſericordibus, qui dimittere præcipis, ſi nobis dımitti volumus, «
da clementer veniam delictis proprijs & alıenis, ſis mihi propitius, vt hac vnâ «
vindıctâ contentus ſim quod errata corrigas, ſuppleas defectus, & deinceps om- «
nium pedes in viam ſalutiferæ pacis erigas: denique cor Regis, quod in manu «
tua eſt ad hoc inclioa, & inclinatum corrobora, cui Dei gloriam & honorem «
nunc & in perpetuum. «

Reſcripſit ad eundem Pontificem Carolus poſt reditum Legatorum qnos ad eum miſerat, & ſubſtractione nondum facta, vt notat Gerſonius in Prologo de materiâ Schiſmatis.

Epiſtola Caroli Regis ad Benedictum XIII.

» PAtere obſecro, *Pater ſancte*, perpaucis alloqui Paſtoralem Celſitudinis
» tuæ præſidentiam, patere rogare ea quæ ad pacem ſunt Hieruſalem, quate-
» nus benignè facias in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſa-
» lem. Nihil hîc exprobrando dicturus ſum, ſed te obſecraturus ſum, vt patrem
» tum hortando, tum commonefaciendo cum inſtructione filij mei, vt ea ante
» oculos tuos ſtatuantur, quorum attentionem actualem obliterare potuerunt,
» ſeu curæ variæ turbantes rationis ocnlum ſuo puluere, ſeu blanda quorundam
» aſſentatio commune magnatibus malnm, nihil ad veritatem, omnia ad gratiam
» dicentium. Aut proinde naturalis quidam amor ſui quo ſui cognitio nonnun-
» quam impeditur, aut denique ſubdola machinamenta eorum qui ſub ouina
» pelle vulpes tegunt. Quæ enim ex ſublimioribus perſonis ſe ab his peſtibus ſe-
» cnram ſatis eſſe iactauerit? Vide, *Pater ſancte*, & ſi videas non pigeat profun-
» dius iterum atque iterum circumſpicere, quale quantumvè eſt pacis bonum
» quod omnes in communi appetunt conclamitantes *Pax*, *Pax*, adeò ſine pacis
» pulchritudine omnia ſunt deformia, anxia, moleſtaque. Omnia quoque pacem
» ſuam quandam non minus quàm vitam deſiderant abhorrentes diuiſionem,
» quantò magis ignoſcere, imò verò dignam pro meritis laudem rependere te
» conuenit, *Pater ſancte*, omnibus & ſingulis quos pacem appetere, quærere,
» perſequique cognoueris, quos audieris perſequentes ex aduerſo exitiale ſchiſ-
» ma præſens quaqua verſum via præſertim quàm compendioſiorem eis, vel ra-
» tio, vel neceſſitas cognata rationis oſtendunt. Talem de te ſpem tui mores, tua
» vita à puero bene inſtituta mundo præbuerant, hanc inſuper exſpectationem,
» tua geſta reſponſaque in negotio præſentis Schiſmatis apud omnes genuerunt,
» vt tu præcipuus iudicatus ſis cui Paſtoralis baculus pro conferendo nequiſſimum
» maligniſſimi Schiſmatis caput donaretur, quem præterea Papalis *Sedes ſuſcipe-*
» *ret* ornando ſeſſione tua ſi præſideres in ea. Nihilominus vltronea Ceſſio, ſi ita
» res exigeret, locum liberum ad Paſtoris vnici collationem apparet. Videbantur
» hæc ſufficere tali omni exſpectationi, attamen ipſa vallauit iuſiurandum quo
» controuerſia omnis finem capit. Sed ô dolor, pluſquam dolor, ô ſancti ſanctæ-
» que omnes, vnde malum iſtud irrupit quod confunderet nos ab exſpectatione
» noſtra? Heu quantùm mortalia pectora coecæ noctis habent; quàm terribi-
» liter nullos excipiens enunciauit Propheticus ſermo: prauum cor hominis &
» imperſcrutabile quis cognoſcet illud? Da veniam, *Pater ſancte*, fideli meæ
» iuterrogationi, ſi animis noſtris hanc in veritatem ſpem tui ipſius ingenueras,
» ſi cor in ore & fronte gerebas, quid cauſæ, quidve faſcinationis irrepſit, quod
» Nos vel falleret, vel confunderet ab exſpectatione, ab illa, inquam, exſpecta-
» tione, quæ pollicebatur Nobis te agente reuerſuram pacem Eccleſiæ, reditu-
» rum aureum ſeculum in terris. In cuius præterea aſſumptione ad Papatum
» noua lux oriri viſa eſt, in hoc quoque diluculo matutino ſidus quoddam bene-
» uolum ſereno nobis fulgore micare putabamus. At heu exſpectauimus pacem, &
» ecce turbatio, in deterius quippe verſa confuſaque ſunt omnia. Meruit hoc,
» inquiet ſubditorum improbitas volens me ipſum Patrem eorum ad illud com-
» pellere quod vltroneus agere debueram. Primum, *Pater ſancte*, non violen-
» tia, ſed oratio plurima præmiſſa eſt, petis à quo, à me filio tuo, cum tota Ec-
» cleſia Regni mei per tales quales noſti, tales quibus alij ſupplicant & quorum
» fide, ac prudentia gubernamur, frater Germanus & duo Patrui; quod ſi ſuſpi-
» cioſum forſan erat, orare illud, durum, quaſi foret ſpecies violentia iubendi,
» facilis planè patebat exitus; præoccupaſſes eorum preces offerens abſque pro-
» craſtinatione illam quæ petebatur, Iuramenti impletionem, oſtendiſſes præ-
» parationem animi ad cedendum; ſi & dum ceſſio tna pacem illatura eſſet Ec-
» cleſiæ. Itaque viâ Ceſſionis nonne ab omnibus quantumcunque tibi, vel tuæ
» exiſtimationi fauentibus eſſe ſanctiſſima & compendioſiſſima iudicata eſt?
» quanquam non eſſe te cogendum ad ipſam fuerit quorundam ſententia, ſed
» te voluntariè, te ſponte offerente eam quæ communi aſſenſu probatur viam,
» quis oro coëgiſſet? Si qua igitur fuerit coactio, ex reniſu tuo venit. Affirmant

viri

viri ſapientes & literati qui mecum ſunt te pro ſalute gregis aſtrictum eſſe ſe- «
cundum præparationem animi non ſolum ad Ceſſionem, ſed ad martyrium & «
hoc modo non eſt relinquere gregem, ſed ſaluare, quid quod vltra communem «
legis Diuinæ obliuionem iuramentum ſolenne ſuperadditum te ligauit. Dices «
forte te nec iuramento, nec officio conſtrictum, vt confeſtim Papatui renuncies, «
præſertim non exſpectato fructu pacis. Profecto, *Pater ſancte*, neque hoc quære- «
batur. Quod ſi de me meorumque ſinceritate quędam maleuolæ ſuſpiciones alie- «
næ ab hac veritate gratis aſſumptæ ſunt, audi quoniam multos ſupplantauit ſuſ- «
picio illorum, qualibus vtique ſuſpicionibus præbere leuem auditum nihil ma- «
gno viro indignius, nihil pro ſuo & ſuæ Reipub. ſtatu incommodius reperitur. «
Hoc quippe agit ſuſpicio talis apud Rempub. quod zelotypia apud domeſticam. «
Zelotypia autem quales non domos inquietat & turbat, eas aliquando funditus «
euertens. Eſto fuerint qui ſtillarent auribus tuis quod aliqui magis ad perſonæ «
tuæ dejectionem quàm Eccleſiæ reformationem anhelabant, quod Papatum «
ambiebant alij; quod Pars vna Papam optabat de cognatione & patria, quod «
Pars altera pro ambitiòne, aut vindicta, aut alijs cauſis reprobis incedebat in «
via pacis. Examinandum ſanè erat non quid tales dicerent, non quid garrirent «
incerto authore ſuſurri, ſed quid veritas à Domino dirigenda poſtulabat. Ne- «
que enim ſtaret omnis Policia, ſi pro adulantium, aut malè ſuſpicantium con- «
fictione, & non pro agendorum veritate regeretur. Et memineris, *Pater ſancte*, «
ſi fefellit te talis maleuolorum ſuſpicio, dum te proteſtationem publicare «
ſuaſit, quam poſtmodum libens retractaſti. Proteſtationis autem hæc erat ſen- «
tentia, quod viſis modis procedendi qui erga te & tuos tenebatur (notabis vio- «
lentiam) tu omne inde ſecuturum & proceſſurum inualidum reputabas & ina- «
ne, quaſi videlicet te pertinacem facere contenderet, aut blanda adulatio, «
aut ſubdola inimicantium confictio niſi ſagaci retractione prouidiſſes. Quin- «
etiam ſi quæſiſſet aliquorum, vt tibi videtur, vel arrogantia, vel impietas co- «
gere te ad illud quod ſponte agere volueras, nonne ſatius erat te vincere in bo- «
no malum quam à malo vinci? Sapientiam enim non vincit malitia. Peſſima «
certè victoria vincere voluit aliquis homines, ſi ab ira, ab odio, ab impatientia «
& vindicta zelo ſuperatur, adeò ſuperatur aliquando, vt omiſſis omnibus quæ «
alioquin agenda fore cognoſceret, ipſe ſe in aperta peccata, & in magna mor- «
tis huius & æternæ diſcrimina tradit, dum frendens dentibus ait, *Ego ne inui-* «
tus compellar ad hoc, vel ad illud? Ego ne malis gratibus meis hæc & illa ſum «
acturus? Ita ne ego Dominus obtemperabo ſubditis tanquam eorum vilis ſer- «
uus? quis contemptum hunc, quis meæ huius dignitatis vituperium ferre poſ- «
ſit, mori ſatius eſt quàm talia perpeti, fracti prorſus animi & abiecti eſſet tali- «
bus aſſentire. Has voces, *Pater ſancte*, ſcis non eſſe modeſtiæ Chriſtianæ, ne- «
que de Schola illa prodire ad quam inuitans Chriſtus, *diſcite*, inquit, *à me* «
quia mitis ſum & humilis corde, qui cum malediceretur non malediceret, cum «
pateretur, non comminabatur. Quid ſi quis ex æmulis tuæ dignitatis cogni- «
tus magnitudinem cordis tui, aut ſuſpicans fortè prauitatem ad ſuſpicationes «
ſuperſerit rumuſculos tales pro exagitatione turbida ſuſcitanda, per quem «
omnia ſibi ſuſpecta fierent, ac proinde certum diſcrimen intrares; ſic aprum «
vani Catulorum latratus à tuto cubili remouent & offerunt enecandum: ſic «
qui timet pruinam, irruet ſuper eum nix; ſic poſtremò trepidantes auiculæ in «
veros laqueos cadunt ob inanem motarum plumarum formidinem. At verò «
ſuſpicionibus his rejectis, ne ab ėis dum reprobamus capi videamur, audire te «
videar, & dicere quod viam æquiſſimam obtuliſti, *viam Conuentionis*, in quam «
totus etiam Cardinalium coetus primitus condeſcendit. Viam præterea quam «
appellas Iuſtitiæ, viam primam, *Pater ſancte*, nondum quemquam repudiaſſe «
cognoui, niſi quod per ſe efficiens apparebat, propter quod vlterior oblatio «
viæ Ceſſionis quærebatur, ad quid ita? nimirum vt tantus apparatus Conuen- «
tionis nequaquam ſine congruo fraudaretur, qui finis ex omnium quos conſu- «
limus & aliorum penè omnium Iudicio non aliter commodè quàm per vtriuſ- «
que Contendentium ceſſionem haberi ſperabatur. Sufficiebat autem, vt tibi «
viſum eſt, oblatio tua generalis, ne eadem facta in particulari cornua daret ad- «
uerſæ parti tanquam diffideres de iure tuo, qui tam leuiter cedere ſpopondiſſes: «

» ſed non fallitur, non irridetur inſpector cordium Deus; ſapiens vt quidam ait,
» vitam ſuam non populari rumore, ſed conſcientiæ veritate metitur. Quid ſi
» quidam imperiti, aut ſuperbi, aut maleuoli tuam hanc humilitatem ſanctiſſi-
» mam, tuam Charitatem Chriſti miratricem, zelum tuum feruentiſſimum in
„ oblatione ſpontanea viæ Ceſſionis ſiniſtrè detorſiſſent, vt formidas, alij ſuper
„ numerum plures grauiores inſuper tum fide, tum amicitia tua, tum pietate
„ Catholica te hæc agente collaudaſſent vtentes Salomonis Iudicio, quam ve-
„ ram habuiſſes maternam Charitatem qui infantem Chriſtum viuum in Eccle-
„ ſiaſtica ſede ſua alteri cedere maluiſſes quàm diuidi. Cæterum verò non pa-
„ rum vrgebat te præſtitum iuramentum, niſi gloſſis corruptis aliquis illud fœ-
„ dare voluerit, aut dicere quod quia in deteriorem exitum vergebat, non erat
„ obſeruandum. Abſit pater, vt nos omnes tuæ obedientiæ filij iudicauerimus
„ vnanimiter, vt qui diſcors ſit neſcio quod via Ceſſionis cæteris eminebat erat-
„ que ſancta & Deo accepta, ſi ipſa ſub iuramento promiſſa nequiret ſalubriter,
„ vel offerri, vel exequi quid veriſimilius eſt decipi, vel vnum, vel vniuerſos?
„ quid probabilius falli paucorum conſcientias, vel omnium? *Addo quod ſi er-*
„ *raſſet Vniuerſitas obedientiæ tuæ in hac ſententia*, nihilominus Paſtoralis pietas ad-
„ ſtringebat te potius condeſcendere nobis piè errantibus quàm omnia tam certæ
„ turbationi exponere, quippe ad hunc intellectum verè enunciatum eſt quod
„ communis error facit ius. Non enim præſumere debueras omnes ad tuam ſen-
„ tentiam citius attrahendos fore quàm ad aliorum Iudicium te vnicum, vel ad-
„ modum paucos tecum poſſe conuerti. Nam hoc vltimum liberum tibi erat
„ non alterum obſiſtentibus tot capitibus quot tamen conueniſſe in vnam viæ
„ Ceſſionis oblationem, nonne miraculum eſt & pæne diuinum? Opponet de-
„ mum aliquis patere ſatis nunc quàm inutilis & caſſa fuerit hæc via Ceſſionis
„ quæ nihil hactenus pro pace valuit operari. Hoc argumento viam Conuen-
„ tionis, aut illius quam nominas Iuſtitiæ liceret inculpare, quam nihil adhuc
„ profeciſſe cognoſcimus; ſed non acceptæ ſunt, reſpondebit, hæ viæ, ideoque
„ non tentatæ; ita certè, nec viam Ceſſionis acceptaſti, cuius intererat eandem
„ primitus offerre. Eandem dico totiens ante Papatum per te Pater ventilatam,
„ laudatam & ferè pro vnica commendatam, quod ſi præſumitur pro via Con-
„ uentionis, aut altera, ſi fuiſſent acceptatæ, quod dediſſent pacem Eccleſiæ
„ multò amplius hoc exiſtimare conuenit de acceptione libera viæ Ceſſionis.
„ Quod ſi poſt oblationem tuam Charitatiuam altera pars contumaciter renuiſ-
„ ſet peragere ipſa de ſuaque ſalute vidiſſet, tu liberatus nobiſcum, tu glorio-
„ ſus, tu ab omnibus re & nomine Benedictus eueniſſes. Verum ignoſce, *Pater*
„ *ſancte*, ſi nimis vrget Celſitudinem tuam multiloquium zeli mei; talia Ego
„ non ad damnandum ſed ad hortandum pronuncio; quatenus qui pacem Eccle-
„ ſiæ proſequuntur, non inculpes ſiniſtris interpretationibus, quaſi deprauato
„ animo erga te, vel dignitatem tuam moueantur, quatenus præterea condeſ-
„ cendente te Capite noſtro ad humilem membrorum voluntatem inſtar Chriſti
„ ambulemus omnes vno animo, vno paſſu, vna via, donec occurrat Nobis
„ pax in eo qui facit vtraque vnum, Domino noſtro Ieſu Chriſto qui eſt Deus be-
„ nedictus in ſecula.

Eodem anno per totam Quadrageſimam ceſſatum eſt à Lectionibus in Vni-
uerſitate teſte Ioanne Iuuenale de Vrſinis: propterea quod Edicto Regio red-
dita fuerat Ordinarijs omnimoda Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio &
diſpenſatio. Experta autem ante fuerat Vniuerſitas eos famulis & famulorum
amicis ea conferre ſolitos potius quàm doctis & litteratis. Quæ res plurimas
turbas excitaſſet inter partes, niſi ſatisfactum fuiſſet Vniuerſitati.

FINIS.

Digitized by Google

SYNOPSIS SEXTI SECVLI.

De fortuna & ſtatu Vniuerſitatis Pariſienſis & 1. de fortuna.

FOrtuna Vniuerſitatis conſtans fuit hoc ſeculo, fama ingens, autoritas maxima, in rebus fidei, in extinctione Schiſmatum, in negotijs Regni publicis, eademque in omnibus, inconcuſſæ firmitatis. Eapropter illa Pontificum Romanorum perpetuum fauorem meruit, Regum noſtrorum præſidium & patrocinium ſtabile, Externorum Principum amorem, obſeruantiam & reuerentiam. A Regibus, ab Epiſcopis, à Pontificibus, ab ipſa Eccleſia Catholica conſulta, omnibus reſponſa dedit plena conſilio, prudentiâ, fortitudine, Pontificiæ autoritatis aſſerrrix, Iurium Regni libertatumque propugnatrix, in omnibus negotijs æqua, in omnibus fortis.

Et vt à Religione incipiamus, plurimorum Philoſophotum, Theologorumque qui profanas rerum vocumque nouitates affectata ingenij ſubtilioris fama in Scholam introducere conabantur, temeritatem, ſuperbiam, inſolentiamque repreſſit. Eius operâ ſæpè vſi ſunt Eccleſiæ Prælati, in coërcendis audacibus. Cum Ioannes Pariſienſis cognomento Pungens-aſinum profeſſione Dominicanus, nouam quandam opinionem de Sacramento Altaris emiſiſſet, à Guillelmo Epiſcopo Pariſienſi, & ab Egidio Bituricenſi Primate adhibito Theologorum conſilio repreſſus eſt & Pariſijs docere prohibitus an. 1304.

Templarij, qui inaudita ſcelera perpetraſſe perpetrareque dicebantur, interrogati examinatique ſunt præſentibus Magiſtris Vniuerſitatis, vt ad an. 1307. retulimus ex Chronico Ioannis de S. Victore. Confixi quoque ſunt eodem tempore Etrores M. Arnoldi Albinouani. Nec parcitum M Ioanni de Poliaco, non M. Marſilio de Padua viris Academicis, in ijs quæ minus rectè ſapere videbantur. Non ipſi Ioanni XXII. quem fama vulgauerat velle opinionem de tarda viſione beatifica quaſi orthodoxam proponere; cum tamen ipſe datis ad Regem litteris ſcripſerit, illam ſe vt probabilem & diſpurabilem ſolummodo propoſuiſſe, ſeu, vt vocant, non *aſſertiuè, ſed diſputatiuè*, Qua de re fuſè ad an. 1332.

Minoritæ quoque plurimi & Dominicani ſubtilius argutantes repreſſi ſunt: ſed maximus conflictus contra Dominicanos fuit occaſione Theſium M. Ioannis de Monteſono, in quibus nonnullas propoſitiones malè ſonantes & piarum aurium offenſiuas deſcripſerat, circa Conceptionem B. Virginis & Myſteria quædam diuina; qua de re nos fusè ad an. 1387. Nam ille non modo conceptam volebat fuiſſe Deiparam in peccato Originali, ſed hæreticos præterea ſuſtinebat eſſe qui contra ſentirent. Vniuerſitas, quæ ab omni quidem æuo piè ſentiebat de re iſta, nec tamen contra ſentientes damnabat, fette non potuit exultantem hominem, eumque & totum Ordinem qui ad eius partes acceſſerat, ex conſortio ſuo ptopter contumaciam reſecauit.

Non inquam eatenus videtur Vniuetſitas vllum contra ſentientem damnaſſe. Nam & M Guill. Durandus Epiſcopus Mimatenſis, Autor ſpeculi Iuris & Pontificalis Patrum, lib. 7. Rationalis Diuinorum Officiorum, quod an. 1286. cõponebat, poſt enumeratas 4. B. Virginis feſtiuitates in eius honorem celebrari ſolitas, ſcilicet Annunciationem, Aſſumptionem, Natiuitatem & Purificationem, de Conceptione ſubdit. *Quidam faciunt quintum feſtum, ſcilicet de Conceptione B. Mariæ dicentes; quod ſicut celebratur de morte Sanctorum, non propter mortem, ſed quia tunc recepti ſunt in Nuptijs æternis; ſimiliter poteſt celebrari feſtum de Conceptione, non quia ſit concepta* (ſanctè) *quia in peccato eſt concepta*; ſed quia Mater Domini eſt concepta, aſſerentes hoc reuelatum fuiſſe cuidam Abbati in naufragio conſtituto: quod tamen non eſt authenticum. Vnde non eſt approbandum, *cum concepta fuerit in peccato, ſcilicet per Concubitum maris & fœminæ.* De Conſecr. diſt. 4. firmiſſimè. Vetuntamen licet fuerit cconcepta in peccato,

» dimiſſum eſt ei illud Originale peccatum cum ſanctificata fuerit in vtero, ſi-
» cut Ieremias & S. Ioannes Baptiſta; quare meritò Natiuitas eius & B. Ioannis
» Baptiſtæ celebrantur. *Natiuitas* dico, *ex vtero*, quando videlicet in lucem, ſeu
» in mundum prodierunt; *ſed Natiuitas eorum in vtero ſcilicet, quando infuſæ ſunt*
» *animæ in Corporibus eorum, non celebratur, vt præmiſſum eſt.* Hæc Durandus fol.168.
verſo Edit. Lugdun. an. 1518. nec tamen ea propter damnatus eſt vnquam ab
Vniuerſitate.

Communis eſt opinio Ioannem Scotum Minoritam, ſeu Franciſcanum euocatum fuiſſe ex Anglia Pariſios, Pariſijs verò deinde Coloniam, vt Dominicanis contra Conceptionem immaculatam decertantibus ſe ſe opponeret, eiuſque ab omni labe peccati Originalis exemptionem propugnaret; quæ opinio vera ne ſit an falſa, parum attinet inquirere; ſed conſtat etiam poſt Ioannem Scotum, non omnes Minoritas Conceptionem prædictæ Virginis peccati labe exemiſſe. Aluarus Pelagius Hiſpanus Minorita Ioannis XXII. Papæ Pœnitentiarius lib. 2. de S. Eccleſiæ Catholicæ planctu, artic. 52. ea de re ſic ſcribit.

» De Matre etiam eius beatiſſima tenent ſancti, maximè Auguſtinus, quod
» nũ peccauit etiam venialiter in hac vita. Tamen in Originali peccato con-
» cepta fuit, ſicut & cæteri homines, quia ab illa ſententia Patris ſui Dauid
» *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum*, Pſal. 83. quæſt. 4. vbi propriè nul-
» lus excipitur niſi Chriſtus, qui non de ſemine humano, ſed de Spiritu ſan-
» cto, & in vtero Virginis iam ſanctificato conceptus fuit. ext. de Sum. Trinit.
» c. 1. 23. diſt. qui Epiſcopus. Domina autem noſtra de ſemine vtriuſque paren-
» tis Ioachim, & Annæ concepta fuit, ſicut cæteræ mulieres, non de Spiritu
» ſancto, ſicut Filius. Et ideo in originali peccato fuit concepta, vt latè probat
» Bernard. in Epiſt. quam ſcribit Canonicis Lugdunenſibus, in qua reprehen-
» dit eos, qui Conceptionis feſtum Dominæ celebrabant, quod non debet fieri,
» ſed cum fit, referri debet ad ſanctificationem eius in vtero, quia ſecundum Ber-
» nard. ante fuit ſancta quam nata, vnde & Aug. ſuper hoc ad Petrum Diaco-
» num, ait de conſ. di. iiij. *firmiſſimè tene*, & nullatenus dubites omnem hominem
» qui per concubitum viri, & mulieris concipitur, cum originali peccato naſci
» impietati ſubditum, mortique ſubiectum. Et ob hoc naturaliter naſci filium
» iræ. de qua dicit Apoſt. Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri, Epheſ. 11. &
» Ro. 5. ad hoc facit quod li. & no. de con. di. c. 11. in glo. vt in beata Maria &
» de con. diſt. 3. c. 1. in glo. de feſto. & facit op. 27. q. 11. omnem hanc ſenten-
» tiam tenent omnes antiqui Theologi. Alexander Thomas in ſuo quarto ex. 11.
» Bonauentura, Richardus. licet quidam noui Theologi à ſenſu Eccleſiæ rece-
» dentes communi tenentes contra indeuoti reuera Dominæ, eius deuoti appare-
» re nitantur eam quodammodo ſic Deo, & ſuo Filio comparantes, quorum no-
» ua opinio, & phantaſtica ſit à fidelibus cancellata, quia ſanctificationem Vir-
» ginis negat, contra id quod tenet Eccleſia ipſam ſanctificationem fuiſſe, &
» ſic ſecundum Bern. antea ſanctam, id eſt, ſanctificatam in vtero, quam natam
» extra vterum. Si enim in peccato originali quod contrahitur in animæ infuſio-
» ne, vt no. de con. diſt. 4. non ex quo. in glo. 11. non fuiſſet concepta, ſanctifi-
» catio neceſſaria non fuiſſet, ſicut nec in Chriſto, & ideo Romana Eccleſia fe-
» ſtum Conceptionis non agit; & ſi tolerat quod alicubi fiat, maximè in Anglia,
» non tamen approbat, quia quod permittitur non approbatur. 4. diſt. denique.
» 21. q. 1. hac ratione vel illud feſtum debet referri ad ſanctificationem Virginis,
» non Conceptionem, vt dictum eſt. Et ita dicitur oratio quæ dicitur in hoc feſto
» Romæ in ſancta Maria maiori. Deus qui ſanctificationem Virginis, &c. ſicut
» vidi, & audiui, cum ibi de iſta ſanctificatione prædicarem in iſto feſto ſanctifi-
» cationis, quod fit in Decembri ante feſtum Natalis per quindecim dies. pro hac
» veritate facit illud Salom. Prou. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredie-
» tur vas puriſſimum. Vas puriſſimum fuit Virgo Maria, quæ rubigine originalis
» peccati ablata per ſanctificationem in vtero ſancta puriſſima in neceſſitate (fortè
» Natiuitate) ſua egreſſa eſt ex vtero. Et illud Pſal. 45. ſanctificauit tabernaculum
» ſuum Altiſſimus. Tabernaculum ſanctificatum Dei fuit Virgo Maria iuxta illud
» Eccleſ. 24. Et qui creauit me requieuit in Tabernaculo meo; facit verbum
» Aug. in Sermone Purificationis dicentis: ſolus eſt ſine peccato natus qui ſine

Digitized by Google

virili complexu non concupiſcentia carnis, ſed obedientia genuit mentis. Hoc etiam determinat Aug. ſuper Geneſ. ad litteram. 6. c. Facit de pe. d. 11. Si enim in fine ibi & docuimus, quod excepto Deo omnis creatura ſub vitio ſit &c.

Idem tenet Magiſter Sententiarum. Hæc Aluarus Edit. Vlm. 1474. In cuius fine ſequentia verba leguntur.

Opus perſcriptum manu propria vna vice correxi, & apoſtillaui Anno Domini 1335. in Algarbia Portugaliæ, vbi ſum Præſul in Villa Ramza. Secundo correxi, & apoſtillaui in ſancto Iacobo de Compoſtella, Anno Domini 1340. Et infra. Hæc ſumma.... fuit (ab Authore) ſummo Pontifici (Ioanni 22.) & venerabili ac ſacro Collegio D D. Cardinalium manibus cancellatis cum omni ſubiectione exhibita, & oſtenſa, minimè tamen à ſua ſanctitate in aliqua ſui parte redarguta, ac reprobata; quinimo per temporis ſucceſſum à Cardinalibus, Patribuſque reputatiſſimis Doctoribuſque peritiſſimis, ad quorum peruenerat aſpectum, affectuosè ſuſcepta, perfecta, viſa, ac approbata, imo præ aliquibus aliis ſummis recommendata, & exaltata.

Eiuſdem ſententiæ volunt fuiſſe S Thom. in 3.p.q.27.art.2. At quidam alij contrariam tenuiſſe probant ex quibuſdam verbis quæ leguntur in Epiſt. ad Galat. cap. 3. lect. 6. poſt hæc verba. *Mulierem autem non inueni quæ omnino à peccato immunis eſſet ad minus originali, vel veniali, Excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima Virgo*, quæ poſtrema verba aiunt legi in Edit. Veneta an. 1593. & Pariſienſi 1542. verùm in antiquis Codicibus non habentur. Extant in Bibliotheca Cœleſtinorum Pariſienſium quatuor editiones diuerſorum temporum, Vener. ann. 1498. Pariſ. an. 1526. & 1529. Item Edit. venet. an. 1593. in quibus nihil eiuſmodi; idque mecum communicauit R. P. Bonauentura Bauduiſius Cœleſtinus Pariſ. amicus & familiaris meus.

Eatenus ergo Autores illi qui Conceptioni immaculatæ non patrocinabantur, contenti fuerant dicere B. Virginem conceptam fuiſſe in peccato Originali. Vniuerſitas verò Pariſienſis probabilibus quoque fundamentis fulta ſuſtinuerat exemptam fuiſſe; nec alterutra pars alteram hæreſeos inſimulabat. At Ioannes de Monteſono audacior veteribus in Veſperiis ſuis, & in quæſtione de Reſumpta ſuſtinuit. 1. *Non omnes præter Chriſtum contraxiſſe ab Adam peccatum Originale, eſſe expreſſè contra fidem.* 2. *B. Mariam V. & Dei Genitricem, non contraxiſſe peccatum Orig. eſſe expreſſè contra fidem.* 3. Tantum eſſe contra *Scripturam ſacram vnum hominem eſſe exemptum à peccato Orig. præter Chriſtum, ſicut ſi decem homines ponerentur exempti.* 4. *Magis eſſe expreſſè contra Scripturam ſacram B. V. non eſſe conceptam in peccato Orig. quàm aſſerere ipſam fuiſſe ſimul Beatam & viatricem ab inſtanti ſuæ Conceptionis vel ſanctificationis.* Ea autem omnia ſe ad mortem vſque defendere paratiſſimum eſſe publicè aſſeruit; nec id dicere niſi ex iniuncto Marum ſuorum, nec ſine magno & maturo conſilio Theſes ſuas publicaſſe.

Contra eum ergo & contra totum Ordinem Vniuerſitas inſurrexit, vt fusè ad annos 1387. & 1388. retulimus.

Sed & aliam Eccleſiæ nauauit operam longè efficaciorem in extirpatione deteſtandi ſchiſmatis quod an. 1378. ortum eſt & nimis diu in Eccleſia Dei perſeuerauit. Cuius labores immenſos ſufficiat commemoraſſe in Hiſtoria.

Regni quoque libertates Regiſque Chriſtianiſſimi iura fortiſſimè defendit & propugnauit aduerſus ipſum Pontificem Bonifacium VIII. 1. Pontifici authoritatem ſuam, ſuam quoque Regi Philippo aſſerendo, Dominiumque Regium quod temporale vocant, ab vſurpatione Bonifaciana vindicando. 2. Collationes ſeu inueſtituras Beneficiorum Regiæ diſpenſationi conſeruando. 3. A grauaminibus Romanæ Curiæ appellationem ad futurum Concilium legitimam eſſe decernendo. Atque ita ipſa inter vtramque poteſtatem media quodammodo conſiſtens plurimorum diſſidiorum conſtituta eſt arbitra, tum propter doctrinæ famam, tum maximè propter virtutis & probitatis laudem. Hinc ab vtraque meruit & amari & defendi, & priuilegiis decorari: quæ in Hiſtoria paſſim conſcripta reperies.

2. *De Statu Vniuerſitatis.*

STatus Vniuerſitatis in duobus conſiſtit, in profeſſione publica litterarum & in regimine politico. Profeſſio eadem quæ ſuperioribus ſeculis, nimirum Theologiæ, Iuris Canonici, Medicinæ & Artium. Adiecta eſt ſub initium ſeculi linguarum Orientalium Hebraïcæ, Arabicæ, Chaldaïcæ & aliarum eiuſmodi profeſſio ex ſanctione Clementis V. in Concilio Viennenſi an. 1311. ad faciliorem conuerſionem infidelium. Verùm inter omnes Theologia & Ius Canonicum inualuerunt potiſſimum; cæteræ artes emarcuerunt. Cauſa rei, proximitas Curiæ Auenionenſis, ad quam qui Gradum in Theologia & Iure Canonico conſecuti fuerant, ſe conferre ſolebant, & eorum plurimi ad dignitates Eccleſiaſticas euehebantur, aut opima Beneficia obtinebant à Pontificibus, tunc omnia fere diſpenſantibus. Hinc ſtudentes excitati Gradus illos conſequi feſtinabant magno vtriuſque facultatis, immò vniuerſitatis detrimento & dedecore.

At in profeſſione Theologiæ Scholaſticæ tunc omnis ferè litterarum dignitas conſiſtebat, qua de re queritur M. Ioannes Gerſon. Ep. ſcripta Brugis ad quendam Prælatum his verbis. *Reuerende Pater ſub veſtra & Magiſtrorum noſtro-*
» *rum correctione, in Facultate Theologiæ videtur eſſe neceſſaria reformatio ſuper ſequen-*
» *tibus inter cætera.* 1. Ne tractentur ita communiter doctrinæ inutiles ſine fructu
» & ſoliditate, quoniam per eas doctrinæ ad ſalutem neceſſariæ, & vtiles deſe-
» runtur. Neſciunt neceſſaria, quia ſuperuacua didicerunt, inquit Seneca. 2. Per
» eas non ſtudentes ſeducuntur, quia ſcilicet putant illos principaliter eſſe Theo-
» logos, qui talibus ſe dant ſpretâ Bibliâ & aliis Doctoribus. 3. Per eas termini
» à SS. Patribus vſitati tranſmutantur contra illud Auguſtini. Nobis ad certam
» regulam loqui fas eſt &c. Et non ſequitur velocior ſcientiæ alicuius corruptio
» quàm per hæc. 4. Per eas Theologi ab aliis Facultatibus irridentur: Nam ideo
» appellantur Phantaſtici, & dicuntur nihil ſcire de ſolida veritate & moralib. s
» & Biblia. 5. Per eas viæ eorum múltiplices aperiuntur. Quia enim loquuntur
» & fingunt ſibi ad placitum terminos, quos alij Doctores & Magiſtri non intelli-
» gunt, nec intelligere curant, dicunt incredibilia & abſurdiſſima, quæ ex ſuis
» abſurdis fictionibus dicunt ſequi. 6. Per eas Eccleſia & fides, neque intus ne-
» que foris ædificantur. Conſtat quod dant potius occaſiones credendi quod
» Deus non ſit omnimodè ſimplex aut vnus. Sicut dicunt Braduardi. 7. Per eas
» multi ex Theologis tam actiuè quàm paſſiuè ſcandaliza tur; nam alij Ru 'es
» vocantur ab aliis; & alij è contra Curioſi & Phantaſtici. *Tales nunc currunt propo-*
» *ſitiones ex talibus Doctrinis. Infinitæ ſunt durationes in diuinis ſecundum prius & poſte-*
» *rius quamuis æternæ.* Et ita de menſura. *Spiritus ſanctus liberè, contradictoriè, con-*
» *tingenter producitur ex parte principij, &c.*

» Idem in ſua ad Marcum lectione. *Deindè*, inquit, *cur ob aliud appellantur*
» *Theologi noſtri temporis* Sophiſtæ *verboſi & Phantaſtici, niſi quia relictis vtilibus &*
» *intelligibilibus pro Auditorum qualitate transferunt ſe ad nudam Logicam vel Metha-*
» *phyſicam, aut etiam Mathematicam*, vbi & quando non oportet, nunc de inten-
» ſione formarum, nunc de diuiſione continui, nunc detegentes ſchiſmata Theo-
» logicis terminis obumbrata. Nunc prioritates quaſdam in diuinis, menſuras,
» durationes, inſtantia, ſigna naturæ, & ſimilia in medium adducentes; quæ etſi
» vera eſſent & ſolida, ſicut non ſunt, ad ſubuerſionem tamen magis audientium
» vel irriſionem, quàm ad rectam fidei ædificationem ſæpe proficiunt.

» Et in Tractatu de examinatione Doctrinarum Cenſ. 61. *Porro*, inquit, ſi
» quæratur à me, quis inter cæteros Doctores plus videatur idoneus? Reſpondeo
» ſine præiudicio, quod D. Bonauentura: quoniam in docendo ſolidus eſt & ſe-
» curus, pius, iuſtus & deuotus. *Præterea recedit à curioſitate quantùm poteſt, non im-*
» *miſcens poſitiones extraneas, vel doctrinas ſeculares Dialecticas, aut Phyſicas terminis*
» *Theologicis obumbratas more multorum.*

» In Manuſcripto Hiſtoriæ Caroli VI. quod in Bibliotheca Thuana aſſerua-
» tur, de Clemente VII. ſic legitur. *Sacram Theologiam paruipendebat. Cum vir*
» *præpotens ei Nepotem commendaret, quòd Theologiæ Pariſius ſtuderet. Quid*, inquit,

Digitized by Google

fatuitatis fuit ad hoc amicum dilectum applicare, cum illi Theologi ſint Phantaſtici "
homines reputandi. "

Nicolaus Clemangius in opere MS. quod de inſtituendo Theologiæ ſtudio compoſuit, quod opus nuper in lucem prodijt per D. Lucam Dacherium in 7. tomo ſpicilegij, ſic ſcribit; Quocirca, *inquit*, miror Theologos noſtri tem- " poris paginas Diuinorum Teſtamentorum, ita negligenter legere, & in neſcio " quarum ſatis ſterilium ſubtilitatum indagine ſua ingenia contetere, vtque verbis " vtar Apoſtolicis, languere circa Quæſtiones & pugnas verborum; quod So- " phiſtarum eſt non Theologorum. Quid autem languere circa Quæſtiones & " pugnas verborum? & quid ſibi verba illa volunt Apoſtolica? illos certè repre- " hendere volunt, *qui omiſſa fertili & fructuoſa arbore ſacrarum litterarum in ſiluati-* " *cis & ſterilibus pabulum doctrinæ requirunt; inter quos languere dicuntur, id. fame ac* " *ieiunio, nullo ibi reperto fructu, tabeſcere*: & ſi quem fortè in illis fructum inuenire " contingat, ſimilis eſt pomis Sodomorum, quæ exteriori quidem ſpecie pul- " chra & decora videntur; vbi verò ea manu carpis, in puluerem, ac fumum " ſoluuntur. Pulchra nempe primo conſpectu videntur Sophiſmata, ingenioſa, " acuta, ſubtilia; ſed ſi verborum ſolutâ intricatione fructum ibi requiras, velut " fumus euaneſcunt, quia intus inania fuerunt. Propterea ſcriptum eſt *qui Sophi-* " *ſticè loquitur, odibilis eſt..... Nunc autem plerosque videmus Scholaſticos ſacrarum in-* " *concuſſa teſtimonia Scripturarum tam tenuis æſtimare momenti, vt ratiocinationem ab* " *autoritate ductam velut inertem & minimè acutam ſibilo, ac ſubſannatione irrideant,* " *quaſi ſint maioris ponderis quæ phantaſia humanæ imaginationis admonuit.* "

Idem Clemangius Ep. 75. inuehitur in eos Doctores Theologos, qui Beneficia poſſidentes aliud agebant quàm quod agendum foret: & in eos qui relictis Beneficijs, aut nulla poſſidentes, nec docebant, nec prædicabant, ſed otioſi inertesque manebant Pariſijs. Sic ergo habet de iſto Doctorum genere præſertim. CONTRA THEOLOGOS INERTES.

De aliorum ſpeculatorum ſecundo genere dicamus; quo de genere illi nimi- " rum ſunt qui ſacrarum *literarum cæleſti* ſpeculatione ſalutarique intelligentiæ " vigilanter incumbunt, ſtudentque de fonte illo limpidiſſimo aquam viuam " haurire ſitientibuſque refundere. Hi autem etſi Speculatores propter illius " veræ ſpeculatiuæ Doctrinæ ſtudium atque exercitium iure vocantur, canes " etiam tamen à latratu prædicationis quo lupos terrent & effugant, gregemque " ſeruant ac inſtruunt, & vt ſibi ab eorum inſidijs caueat, admonent, meritò dici " poſſunt. Quos profectò Canes ſi illi dormitantes Paſtores, de quibus ſermo " habitus eſt, ſecum ſaltem more Paſtorio ad ſepta ſeruanda ducerent, tum ſuæ " aliquantulum negligentiæ eſſet conſultum, tum ipſum tutelæ gregum magnâ " ex parte proſpectum. Sed ſi illi eos ſecum non ducunt neque ad ſuum conſor- " tium pro ſua ſupplenda deſidia acceſſunt, non ob hoc debent Canes iſti quo- " minus latrent ac prædicent, torpeſcere, ſed aſſiduâ ſecum meditatione verſari, " quomodo de traditis ſibi donis intelligentiæ, aut facundiæ per ſedulam poſſint " operationem legitimam Domino reddere rationem. *Bonus quippe eſt intellectus* " *omnibus facientibus eum*, id eſt ſecundum eum operantibus: alioqui *ſcienti bonum* " *& non facienti, peccatum eſt illi.* Et, ſeruus *ſciens voluntatem Domini & non faciens* " *vapulabit multum.* Seruus quippe piger, & inutilis qui de talento accepto ope- " rari renuit, iubetur in tenebras exteriores ſublato talento projici: ſed hodie " proh dolor! in hoc quoque genere pleroſque Canes mutos videmus, non tam " quidem ex impotentia, aut ignorantia latrare non valentes, quàm ſuæ quæ- " rentes patrocinium inertiæ, ſi curam non fuerint animarum aliqua Prælatione " adepti, ſe ad docendum prædicandumque non teneri contendunt, quia ſe ne- " quaquam miſſos adſtruunt. *Quomodo autem prædicabunt*, inquit Apoſtolus, *niſi* " *mittantur.* Et, *nemo aſſumit honorem, ſed qui vocatus eſt tanquam Aaron.* Quaſi ve- " rò liberum eis ſit totum inerter ociando vitam agere, nunquamque de The- " ſauro doctrinæ aliquid lucrando operari, niſi Eccleſiaſticum fuerint Benefi- " cium quod forte nunquam futurum eſt, aſſecuti. Cum videamus in Euangelio " nondum miſſos, aut vocatos argui, quod alijs in vinea operantibus tota die ſte- " terint ocioſi. Ergone talenta non ſunt ſcientia, eruditio, eloquentia, ſacra- " rum intelligentia literarum, licentia docendi, Gradus Magiſtralis, & de his " nullam ab hominibus rationem eſſe repoſcendam exiſtimant; falli ſe nimium. "

Digitized by Google

» que errare ſerò tandem? ſi ita putant, intelligent. Audiant qui ita ſentiunt
» verba Iacobi in Canonica Epiſtola, cum nos ab ambiendo magiſterio deterret.
» *Nolite*, inquit, *fratres plures Magiſtri fieri, ſcientes quia maius Iudicium ſumitis.*
» Quare quæſo maius Iudicium, niſi quia ex maiori talento ſcientiæ, gradus, au-
» ctoritatis ad maiora renentur & plura, de pluribuſque ſunt reddituri rationem.
» Quid aget, ſi ita eſt vt volunt, illa tanto ſudore parta, tantis vigilijs quæſita li-
» centia prædicandi: illud præclarum & inſigne magiſterium tanto affectu con-
» cupitum, quorſum iſta pertinebunt, quando ſe exerent, quando prodient? aut
» per opus in aperrum erumpent, ſuumque tandem munus implebunt? vtrumne
» illa ad inanem tantum honoris, ac famæ gloriam, ſcientiæ oſtentationem, pro-
» uentuum ambitionem vobis data creditis? Illis profectò grauiter & damnabi-
» liter abutimini ſi ad illa ob cauſas iſtas, adſpiratis, ſi pompæ, vanæ ambitionis,
» noxiæque cupiditatis illa inſtrumenta certaris efficere. *Qua fronte Doctor haberi*
» *vult qui non docet?* Quo iure Magiſter appellari, qui Magiſterij apud populum
» nunquam fungitur officio? Idolum non Deus eſt quod pro Deo colitur & nul-
» lam vim numinis habet: & quare non ſimiliter Idolum potius quàm Magiſter
» eſt qui abſque re & effectu Magiſterij vano cultu, caſſo honore, inani & nudo
» nomine gloriatur? O Paſtor & Idolum delinquens gregem, inquit Propheta
» Zacharias. Qua ratione eum Paſtoris nomine Idolum appellauit, niſi quia
» Paſtoris nomine inaniter extollebatur, cuius actum, opus & officium pro-
» prium derelinquens Gregem non tuebatur. Non Cappa, vt in Prouerbio eſt,
» Monachum efficit, nec Cappa etiam, aut Cathedra bireriue impoſitio Magi-
» ſterium: Falſa ſunt ſigna foris exhibita, quibus res ſignificata non reſpondet.
» Quid proſunt ſurdo aures pulcræ, aut coecum quid iuuant elegantes oculi?
» Tunc quippe nomen ſuæ dignitaris, aut officij vnuſquiſque veraciter tenet,
» quoniam rem nominis exercet, idque quod ſui honoris eſt, exequitur, Alioqui
» non vno in loco, ſed locis plurimis tales Idolorum nomine ſcriptura vocat.
» Nonne ad reuocandum proximum ab errore, aut periculo ad ſibique pro ſuo
» captu atque ſenſu per ſpiritualia pietatis opera conſulendum, quiſque etiam
» ſimplex Chriſtianus in plurimis ſaltem ex Charitatis vinculo, cuius omnes at-
» que erga omnes ſemper ſumus debitores, adſtringitur. Et vos cum veſtris Gra-
» dibus atque ſcientijs in tanta mundi pereuntis iniquitate pigritando dormita-
» bitis, ad proximorumque veſtrorum in tanto diſcrimine ſalutis agenrium con-
» ſilium ſubſidiumque quos non aliter quam voſmet ipſos diligere debetis, niſi
» antea redditâ mercede perceptoque Beneficio non obligari iactabitis? Non
» miſit Paterfamilias operarios vineæ ſuæ, ad mercedem percipiendum vocari,
» niſi diuino labore expleto. Et vos ante operis aggreſſionem, mercedem bene-
» ficialem requiritis, cum illa potiſſimum ratio ad titulum vobis Eccleſiaſticum
» conferendum excitare debeat ſi diligenter, ac fructuosè circa Chriſtianæ ple-
» bis inſtructionem laboraſtis. Nam quantum ad miſſionem arrinet, ex quo ve-
» ſtræ negligentiæ patrocinium captatis, mittit Deus in meſſem ſuam, in cul-
» tumque vineæ ſuæ operarios, &c.

» Iam verò ſi illi non excuſantur qui per ſcripturarum notitiam pericula &
» clades hoſtium imminere præuident, ſi illa non annuntiauerint, aut verbum
» Dei alligatum tennerint, vel talentum ſuæ ſcientiæ in ſudario repoſitum apud
» ſe habuerint, quamuis eos nulla Paſtoralis miniſterij impoſita ſuis humeris ſar-
» cina vrgeat, quid illi dicent, aut facient, quâ ſe excuſationum prætenſione,
» quo defenſionum velamine tuebuntur, qui cum doctrina, cum gradibus, cum
» pallijs magiſtralibus grandia ſunt plebium ſortiti regimina, quas ieiunas & fa-
» melicas alienis credunt mercenarijs, indoctis, ineptis, vitioſis, tali miniſterio
» indignis? Ipſi autem pingues, & nitidi ad maioraque ambitioſè ſuſpirantes in
» Principum Curijs agunt, vel in Gymnaſiorum ſtudijs cum quiete & lætitia
» epularumque lautitia ætatem conſumunt, de ſacco & ſpolijs ouium incraſ-
» ſati, &c.

» Sed fortè adhuc iſti dicturi ſunt, ea re excuſatos ſe haberi debere quod in
» ſtudijs exercitio vacant Scholaſtico, legunt, diſputant, diſcipulos docent, ſa-
» cras literas ediſſerunt & interdum etiam prędicant. Iſta erant relinquenda onera
» Scholaſtica ijs qui nondum ad ouilia regenda fuerant acciti, pro quibus iſta pro-
babilior

Digitized by Google

babilior eſſet defenſio, dummodo vnà cum illis Scbolaſticis officijs, ſi ſacra ſunt «
Doctrina periti, ſubinde etiam apud populum verbo Dei operam darent cum «
ſalutarius non poſſit alibi panis ſacræ ſcripturæ frangi, in cuius fractione Chri- «
ſtus agnoſcitur. Qui verò Paſtorali regimini ſemel ceruices ſuppoſuerunt, ſiue «
ſint ad Diœceſes regendas, ſiue ad Parochias inſtituti, quo pacto prŏpter la- «
bores gratuitos ſuas plebes, ſua ouilia, ſua officia relinquant, quibus ſunt cu- «
randis addicti atque adſtricti? Ex abundanti quippe eſt vt alienas oues curent, «
ex neceſſitate vt ſuas. Et tamen cum tantam hodie turbam Magiſtrorum cer- «
namus, quorum pauci ſunt, qui non curandas oues ſuſceperint, cuncti penè in «
ſtudijs ætatem conterunt; rarus eſt qui poſſit illa verba dicere apud Eſaiam «
ſcripta, *ſuper ſpecula Domini ego ſum ſtans iugiter, per diem & ſuper cuſtodiam meam,* «
ego ſum ſtans totis noctibus. Cuius rei & mirandæ vehementer & culpandæ duæ «
præter ea quæ dicta ſunt, mibi videntur cauſæ. Vna quod diuinis literis le- «
gendis etiam illi qui Theologi ſunt, negligentius indulgent, & curioſa quæ- «
dam magis ſectantur ſtudia, quæ cupiditate oſtentationis ventoſæque infla- «
tionis animos implent & propterea ad ſimplicem humilemque ſacrorum volu- «
minum lectionem tanquam inſipidam ſua quodammodo refugiunt ingenia de- «
mittere. Non enim ſolent illo vino cœleſtique eloquio vanè, vagè, curioſè «
ardua de ſe præſumentes tumidis elatiſque opinionibus delectari, &c. «

Altera cauſa ex eodem fonte ijſdem funiculis trahitur vanitatis, de quibus «
apud Eſaiam eſt, *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis*; quod illâ mi- «
nimè contenti ſorte quam in Eccleſiaſticis gradibus conſecuti ſunt, ad maio- «
rem atque vberiorem iugiter inardeſcunt. *Si Parochiam ſunt adepti, Præbendam* «
ambiunt. Si Canonicatu potiti ſunt, Dignitates expetunt, ſi Dignitas obtigit, ad altiùm «
aſpirant, & væ ſoli dicunt. Vbi verò plurimos titulos Præbendarum, Officiorum, Perſo- «
natuum cumulauerunt, iam omnia in vnam maſſam Epiſcopalem conflari cupiunt. Huic «
autem ambitioſæ gradationi Eccleſiaſticarum promotionum, Congregationi «
via eſſet ipſorum opinione præcluſa ſpeſque adepta, ſi in ſuam quiſque Eccle- «
ſiam quam primùm obtinuit, manſionem illic habiturus abſcederet, vbi cum «
illo eſſet titulo, cum quo adueniſſet virtus forſan exceſſura, &c. In locis autem «
ſtudiotum multi ad opulentiorem ſortem aditus patent. Surgunt noui Rom. «
Pontifices, penes quos tota Prouiſionum ſumma nunc conſiſtit; fiunt gratiæ «
Exſpectatoriæ, portantur Rotuli, quæruntur ad Curiam legationes Princi- «
pum, per interceſſures notitia acquiritur, beneuolentia captatur, familiaritas «
ambitur.

Iutis quoque Canonici Profeſſio florebat, eoque magis, quod ea diſciplina Curiæ Romanæ magis conueniebat; & per eam plurimi ad magnas Eccleſiæ dignitates emergebant, eamque Epiſcopi & Abbates exercebant. Ad Artes verò cæteras longè diſpari ſtudio contendebant Academici, quia aut minus lucri, aut minus honoris ſuis Profeſſoribus afferebant.

MEDICINA.

Medecina ab Imperitis iuxta ac peritis exercebatur: quamobrem Facultas ad Ioannem Regem, deinde ad Carolum VI. recurrere coacta eſt, vt effrenata Chirurgorum & Imperitorum Medicorum libertas coërceretur. Ad an. 1390. Diplomata Regia retulimus, tum Decano Facultatis M. Thoma de Blanche Chappe.

Facultas Artium ſua quoque habuit Symptomata. Richardus de Bury Epiſcopus Dunelmenſis, qui circa an. florebat, quique Academiam noſtram ſæpè luſtrauit, de ea ſic ſcribit in ſuo Philobiblio c. 8. *Quantus impetus voluptā-* «
tiš lætificauit cor noſtrum, quotiens Paradiſum Mundi Pariſius viſitare vacauimus «
moraturi! vbi nobis ſemper dics pauci præ amoris magnitudine videbantur. Ibi «
Bibliothecæ iucundæ ſuper cellas aromatum redolentes; ibi verò virens viri- «
darium vniuerſorum voluminum. Ibi *Prata Academica* terræ motu trementia. «
Athenarum Peripatericorum diuerticula, Parnaſſi Promontorium & Porticus «
Stoïcorum. Ibi cernitur tam vitis quàm ſcientiæ menſurator Ariſtoteles. Ibi «
Ptolomæus Epicyclos & Excentricos, Auges atque Genzachar Planetarum «
figuris & numeris emetitur. Ibi Paulus arcana reuelat: ibi Dionyſius Hierar- «
chias coordinat & diſtinguit. *Ibi quidquid Cadmus Grammaticæ recollegit &* «
Phœnices, totum virgo Carmentis Charactere repræſentat Latino. Et paulò poſt. Am- «

» plius opportunitatem maximam nos captaſſe cognoſcimus per hoc quod ab
» ætate tenera Magiſtrorum & Scholarium, ac diuerſarum Artium Profeſſores,
» quos ingenij perſpicacitas, ac doctrinæ celebritas clariores effecerunt, rele-
» gato quolibet partiali fauore, exquiſitiſſimum ſolicitudine noſtræ Comitiuæ
» coniunximus: quorum conſolatiuis Colloquijs confortati, nunc argumento-
» rum oſtenſiuis inueſtigationibus, nunc Phyſicorum Proceſſuum, ac Catholi-
» corum Doctorum Tractatuum recitationibus velut multiplicatis & alternatis
» ingenij ferculis dulcius ſouebant.

At Cap 9. prauam inualuiſſe conſuetudinem notat, feruentioreſque longè fuiſſe in comparandis diſciplinis veteres, quàm tunc temporis eſſent, qui ijſdem vacabant; illos enim ſingula ſtudia tunc curſim deguſtare ſolitos & ad Theologiam properare, vt inde cito ad Dignitates Eccleſiaſticas & ad Bene-
» ficia promouerentur. *Sed*, inquit, *quod dolentes* referimus, *iter* prorſus diuer-
» ſum incedunt Clerici celebres his diebus. Ambitione ſiquidem in ætate tenera
» laborantes, ac præſumptionis pennas Icareas ineptis & inexpertis lacertis fra-
» giliter coaptantes, pileum Magiſtralem immaturi præripiunt, fiuntque Pueri
» Facultatum plurium Profeſſores immeriti, quas nequaquam pedetentim per-
» tranſeunt, ſed ad inſtat Caprearum ſaltatim aſcendunt. Cumque parum de
» grandi torrente guſtauerint, arbitrantur ſe totum funditus ſorbuiſſe vix fauci-
» bus humectatis. Et quia in primis rudimentis tempore congruo non fundan-
» tur, ſuper inſtabile fundamentum opus ædificant ruinoſum. Iamque prouectos
» pudet addiſcere quæ tenellos decuerat didiciſſe: & ſic profectò coguntur per-
» petuò luere, quod ad faſces indebitos præproperè ſalierunt. Propter hæc &
» his ſimilia Tirones Scholaſtici ſoliditatem quam veteres habuerunt, eam pau-
» cis lucubratiunculis non attingunt, quantumcunque fungantur honoribus, cen-
» ſeantur nominibus, autorizentur habitibus, locenturque ſolenniter in Cathe-
» dris ſeniorum. Priſciani regulas & Donati ſtatim de cunis erepti, & ſic cele-
» riter ablactati pertingunt Categorias, Perihermínias, in cuius ſcriptura ſum-
» mus Ariſtoteles calamum in corde tinxit, infantili balbutie reſonant, impubes
» & imberbis. Quarum Facultatum itinera diſpendioſo compendio damnoſo-
» que diplomate tranſmeantes, in ſacrum Moyſen manus inijciunt violentas, ac
» ſe tenebroſis aquis in nubibus aëris faciliter adſpergentes, ad Pontificatus in-
» fulam caput parant nullâ decoratum canitie ſenectutis. Promouent plurimum
» iſtam peſtem iuuantque ad iſtum fantaſticum Clericatum tam pernicibus paſ-
» ſibus attingendum. Papalis Prouiſio ſeductiuis precibus impetrata, nec non &
» preces quæ & repelli non poſſunt, Cardinalium & potentium amicorum cu-
» piditas & parentum, qui ædificantes Sion in ſanguinibus priùs ſuis nepotibus
» & alumnis Eccleſiaſticas dignitates aucupant, quàm naturæ ſucceſſu, vel do-
» ctrinæ tempore matureſcant. Ideo proh dolor: paroxiſmo quem plangimus,
» *Pariſienſe Palladium noſtris mæſtis temporibus cernimus iam ſublatum:* vbi tepuit,
» imò ferè friguit zelus Scholæ tam nobilis, cuius olim radij lucem dabant vni-
» uerſis angulis orbis terræ. Quieſcit ibidem iam calamus omnis ſcribæ, nec li-
» brorum generatio propagatur vlterius, nec eſt qui incipiat nouus Autor ha-
» beri. Inuoluunt ſententias ſermonibus imperitis & omnis Logicæ proprietate
» priuantur, niſi quod Anglicanas ſubtilitates, quibus palam detrahunt, furti-
» uis vigilijs addiſcunt. Minerua mirabiles Nationes hominum circuire videtur,
» & à fine vſque ad finem attingit fortiter, vt ſeipſam communicet vniuerſis.
» Iudæos, Babylonios, Ægyptios atque Græcos, Arabes & Latinos eam iam
» pertranſiſſe cernimus. Iam Athenas deſeruit, iam à Roma receſſit, iam Pariſius
» præteriuit; iam ad Britanniam Inſularum inſigniſſimam, quin potius micro-
» coſmum acceſſit feliciter, vt ſe Græcis & Barbaris debitricem oſtendat: quo
» miraculo conijcitur à pleriſque, quod ſicut Galliæ iam Sophia tepeſcit, ſic
» eiuſdem militia penitus euirata langueſcit.

Similiter Nicolaus Clemangius Epiſt. 4. ad Galeotum de Petra Mala Cardinalem Diaconum, fatetur nullum ſe habuiſſe Artis Oratoriæ Magiſtrum & Præceptorem, ſed eam ſtudio, vſu, exercitio, aſſidua attentaque lectione Autorum eloquentium percepiſſe. Et Ep. 46. ad Gonthetum Colli, ait ingenuè ſuis temporibus ſepultam fuiſſe Eloquentiam, à ſe verò eductam è tenebris &

Digitized by Google

in apertam lucem reuocatam. Itaque ipſum Artis Oratoriæ in Academia Pariſ. Repatatorem iure poſſumus appellare : nam properato curſu ſtudiorum ad Theologiam , aut ad Ius Canonicum , in quibus omnis fortuna conſiſtebat , ita viluerant artes cæteræ , vt mediocri Grammatices informatione contenti ad illas Diſciplinas ſtudioſi ſtatim tranſuolarent. Igitur Clemangius altioris & excelſioris ingenij animique vir ad Oratoriam Artem ſe feliciter applicans , eadem Scholares plurimos informauit. Audiamus ipſum ; in ea Epiſt. queritur ſe maleuolorum quorundam factione pulſum è Patria , hoc eſt ex Academia, quam nec moribus , nec ſtudijs , nec flagitijs vllis dedecorarat.

Sed videant , inquit ille , *qui inde me eijciendum exiſtimant , vel in corpore boniſ-* «
que affligendum , quâ ratione inducti è patria eloquentiæ amatorem , non dico «
Profeſſorem pellere ſtudeant, in qua præcipuè florere, teſte Hieronymo, prio- «
ribus annis eloquentia conſueuir. Quamuis autem flores illi qui annis felicio- «
ribus tam ſuauiter ibi redoluerunt multiſque annorum curriculis non modo in «
his regionibus , ſed in alijs pœnè vniuerſis ipſa quaſi obliterata atque obſoleta «
eloquentia priſcâ florum ſuauitate vernare deſierit , non proinde tamen , aut «
in Patria odio haberi , aut ex ipſa pelli merui , quod his ingenioſis ſtudijs tamen «
ſuperioribus ſeculis celebritate veneratis operam aliquantum impendi , atque «
ipſam eloquentiam diu ſepultam in Gallijs quodammodo renaſci , nouiſque «
iterum floribus , licet priſcis longè imparibus repullulare laboraui , vt ſicut in «
cæteris laudibus Gallia , etiam his temporibus , cæteris Regionibus non infe- «
rior eſt , Ita etiam Oratoriæ virtutis aliquid haberet : quo etſi alijs non fortaſſis «
æquaretur , prorſus tamen expets eſſe argui non poſſet. Hæc ergo quæ inui- «
tiſſimus dico , nullo modo dicerem , niſi ad extrema quæque defenſionis arma «
ipſa me extrema neceſſitas , preſſuræque vehementia compellerent. Sed mihi «
meritò ignoſci debet , ſi in tanta hoſtilitatis acerbitate iniuriæque indignitate «
aliquid præter meum ſolitum morem , quod in meam ſaluâ veritate , ac ſo- «
brietate ſonet commendationem , non ad popularis auræ captandam gloriam , «
ſed ad auxilium defenſionis effudero ; licet enim in illis ſtudijs olim præclariſ- «
ſimis non me multum profeciſſe , vel iactare poſſim , vel etiam debeam , tamen «
quidquid eſt quod in eis profeci , non ad Patriæ ceſſit , aut cedet opprobrium , «
generoſique animi atque ingenij adoleſcentibus magis fortaſſis proficiendi «
ſtimulos imprimeret , quibus ſaltem ad ipſa ingredienda ſtudia , quæ generoſos «
maximè animos delectant , meo exemplo præuioque ducatu viam diutius ob- «
ſeptam paululum aperui , in qua ad Patriæ gloriam alios gaudebo magis pro- «
ficientes id aſſequi poſſe , quod ipſe fortè non potui. Solent Artes ab imperfe- «
cto oriri paulatimque vſu & incremento excoli , ſicque accurratius excultæ at- «
que expoſitæ ad perfectionem venire. Ruditer primus artis oratoriæ Inuen- «
tor ſumpſit non ea figuræ eloquentia quâ Euphanor , aut Polycletus. Abſit «
autem , vt me Reparatorem velim iactare perditæ in Gallicis Regionibus Ar- «
tis Oratoriæ , ſed neglectæ & intermiſſæ , iacentis & ſopitæ , in tenebriſque diu- «
tius ſepultæ poſſum me ſine iactantia non ad Patriæ dedecus & ignominiam , «
excitatorem quodammodo dicere ; in quâ propter longam diſſuetudinem rur- «
ſus in vſum aliquem reuocanda tanto me neceſſe eſt minori ornamento atque «
profectione mea potuiſſe ad vnguem expolire ſcripta , quantò minus adiu- «
menti ex Præceptorum inſtructione , auditu , imitatione , exercitij collatione «
habere potui. «

Regimen Vniuerſitatis.

Iam agendum de regimine Vniuerſitatis. Illud autem idem planè , quod ſupetiore ſeculo fuit ; nimirum penes Rectorem , Decanos Facultatum & Procuratores Nationum. Iuriſdictio duplex ; vna Ordinaria penes Rectorem & Procuratores , quam illi certis diebus exercebant. Altera extraordinaria , quam occurrentibus negotijs pro Vniuerſitate exercebant Rector , Decani & Procuratores , qua de re dictum eſt in Diſſertat. tom. 3.

Arca Communis Vniuerſitatis diu ſeruata eſt apud Maturinenſes in eaque aſſeruabantur monimenta , chartæ & priuilegia ; vt ex Inſtrumento quodam an 1265. authoritate Simonis Legati confecto intelligimus , in quo ſic legitur. *Nouerit Vniuerſitas veſtra , quod nos perſonaliter accedentes ad Eccleſiam S. Maturini Pariſienſis præſentibus Rectoribus & Procuratoribus Vniuerſitatis Scholarium Pari-*

Digitized by Google

ſienſium & pluribus alijs, ipſiſque Rectoribus & Procuratoribus volentibus ac claues præbentibus quas habebant, Arcam in qua ſeruantur litteræ & Priuilegia Vniuerſitatis ipſius fecimus aperiri. Hoc verò ſeculo inde tranſlata fuit Arca in ædem Collegij Nauarrici; ſicut & arcula ſeu ciſta, in qua apud S. Genoueſam ſeruabatur ſigillum commune: vt ad an. 1356. diximus, & ibidem docuimus tranſlatam inde illam arculam ad ædem Nauarricam.

Nationum quoque nonnullarum Arcæ propriæ in Clauſtro Matur. ſeruabantur. Picardica ſic loquitur in Inſtrumento an. 1382. *Fuit factum Inuentarium bonorum & Iocalium repertorum in Arca dictæ Nationis in Clauſtro S. Maturini Pariſ. exiſtente.* Et ibidem Magnum eiuſdem Sigillum, vt legitur in eodem Inſtrumento. *Item ſigillum Magnum Nationis Picardicæ argenteum cum contra-ſigneto & catena argentea poſitum in parua arca.*

Natio Normanica ſimiliter ſuam ibi arcam habebat, vt conſtat ex Inſtrumento an. 1403. in quo ſic Maturinenſium Generalis loquitur. *Cognoſcimus & confitemur & per præſentes certificamus, quòd venerabiles & circunſpecti viri, Procurator, Receptor & Magiſtri Nationis Normaniæ in Academia Pariſ. habent & repoſuerunt in Reueſtiario noſtræ Eccleſiæ duas Arcas, ſcrinia..... in quo quidem ſunt quæ ſequuntur.*

Nec dubito quin aliæ duæ Nationes ſimiliter haberent ibidem ſuas Arcas ſeu Tabularia, donec Gallicana ædem Nauarricam, Germanica ædem S. Coſmæ delegit, in quibus eas reponerent.

In Clauſtris eiuſdem Eccleſiæ habebantur olim omnia Comitia tam Generalia totius Vniuerſitatis, quàm ſingularia ſingularum Facultatum & Nationum de Nationibus conſtat. De Theologia pariter certum eſt. At de Facultate Iuris Canonici minus id certum. Tandem ſua ſingulæ ferè delegerunt ſibi loca ad Comitia celebranda, exceptis Nationibus Gallicana & Germanica, quæ etiamnum hodie ſua ibidem Comitia habent, quoties de rebus & negotiis grauioribus agendum eſt. Videmus tamen frequenter Regentes Nationis Gallicanæ ſuos habuiſſe Conuentus ſeparatim à Natione in Clauſtro aut in Capitulo Collegij Nauarrici poſt Miſſam in æde celebratam.

Facultas Medicinæ in eodem Clauſtro frequenter, deinde in S. Iuonis, poſtremo in ſcholis ſuis Comitia habuit. Atque vt obiter de hac Facultate admoneam, nonnulla videntur hic memoratu digna. 1. Quod Decani ipſius initio aut ſub initium menſis Nouemb. tunc eligebantur quotannis, quemadmodum & nunc eligi ſolent. Eratque Officium ſeu munus iſtud annuum, cuiuſtamen prorogationi locus erat. Nam M. Ioanni de Marla qui an. 1396. fuerat electus in Decanum, additus eſt alter annus.

2. Quod antiquis temporibus eligebatur Decanus à 4. Electoribus, 4. Nationum quos Intrantes vocamus, quemadmodum & in Nationibus Rector; non quod Facultas illa fuerit vnquam in Nationes diuiſa, ſed quia commodum eſſe putauit ita per Intrantes eligere à 4. Nationibus denominatos, idque fiebat ſimiliter in electione Examinatorum. Sed iſta ratio mutata eſt an. 1566. & ſcrutinij via introducta.

3. Quod nullus in Decanum eligebatur, niſi Regens actu. Hoc patet ex actis innumeris. In omnibus enim habebatur potiſſima ratio Regentium. Vnde in veteribus ſtatutis ſic habebatur. *Regentes non Regentibus præferantur, cæteris paribus.*

4. Quod nullus vxoratus admittebatur ad Regentiam; idque iurare tenebatur quiſquis ad lecturam Curſus admittebatur, vt patet ex actis Comitiorum 13. Feb. an. 1395. apud Mathurinenſes habitorum ad ordinandum de Baccalariis ad examen pro licentia admittendis. Sic enim legitur. *Fuit controuerſia de M. Io. de Piſis eo quod vt dicebatur, vxoratus eſt. Tamen perlectis ſtatutis quæ iurare debent Bachelarij antequam Cancellario præſententur, & quibuſdam alijs, ſcilicet illo quod iuratur à Bachelariis ad lecturam ſuorum Curſuum admiſsis, videlicet quod non ſunt vxorati, neque Chirurgici manualiter operantes. Item alio quod continetur inter ſtatuta tangentia Magiſtros, Bachelarios & Scholares, videlicet quod nullus vxoratus durante matrimonio admittatur ad legendum, viſum fuit maiori parti Magiſtrorum præſentium, quod ex quo dum fuit* Bachelarius *& perlegit ſuos curſus & frequentauit per 2. annos diſ-*

putationes, & illo toto tempore non fuit vxoratus, licet modò eſſet, non propterea minus debet ad examen cum aliis admitti Cancellario præſentari, attento etiam quod non ſunt aliqua ſtatuta quæ habeant iurare Bachelarij antequam Cancellario præſententur.

Anno tameo 1398. die 19. Sept. habitis Comitiis cum M. Guill. de Camera ſupplicaſſet ſecum de Regentia diſpenſari eo quod eſſet coniugatus, obtinuit. ſic enim legitur. *Die 19. Sept. 1398. Guill. de Camera ſupplicauit diſpenſari de Regentia quia coniugatus. Super quo Facultas voluit conſultari per Iuriſperitos MM. & DD Reuerendos Epiſcopum Atrebatenſem, M. Ioan. Guerram Abbatem S. Eligij Nouiomenſis & Io. de Crepaire Decretorum Doctorem..... ſuper facto M. Guill. de Camera præfati Doctores decreuerunt Facultatem poſſe ſecum diſpenſare licitè, & ſine difficultate. Et ita eſt effectus Regens.*

5. Quod Preſbyteri non poterant eſſe Regentes in Medicina abſque diſpenſatione Pontificia. Patet ex actis an. 1403. hoc modo. An. Dom. 1403. die Sabb. ante Natiuitatem Domini poſt Miſſam Facultatis, ipſa Facultate ſolenniter vocata in Capitulo S. Maturini, vt moris eſt, ſuper 3. att. primus fuit ſuper facto M. Ioannis de Marla.... quoad 1. art. dictus M. Ioannes de Marla fecerat ſe fortem de oſtendendo Bullam, qualiter poterat eſſe Regens non obſtante eo quod ipſe ſit Preſbyter. Ipſe tunc præſentauit Bullas ſuas, & fuit Facultas bene contenta de eo. Item fuit tunc concluſum quod amodo Bullæ tales inſcriberentur in iſta Papyro. Sequitur *Copia Bullæ.*

Benedictus Ep. S.S. D. Dilecto filio Ioanni Clementis de Marla Preſbytero Laudun. Diœceſ. in Artibus, & in Medicina Magiſtro ſal. & Apoſt. bened. litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtas aliaque probitatis & virtutum merita ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio nos inducunt, vt te fauore & gratia ſpeciali proſequamur. Cum itaque ſicut pro parte tua nobis exhibita petitio continebat, tu Artem Medicinæ in Studio Pariſienſi legere & ibidem in ea regere cupias, & etiam practicare, nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt Artem ipſam in Studio prædicto legere & ibidem in ea regere & practicare liberè & licitè valeas, non obſtante felicis recordationis Honorij Papæ III. prædeceſſoris noſtri & quibuſcuoque aliis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis in contrarium editis, tibi authoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ indultionis infringere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem &c. Datum apud Pontem Sergiæ Auinion. Diœc. 2 Id. Iulij Pontif. noſtri an. 9. Hæc de Facultate Medicinæ impræſentiarum ſufficiant.

DISSERTATIO I.

De Cenſuris Vniuerſitatis.

Diuturna illa pugna Vniuerſitatis cum Dominicanis ob cenſuram Doctrinæ M. Ioannis de Monteſono exigit, vt hanc diſſertationem demus, propterea quod de Cenſura illa variè diſputatum eſt, ipſique Vniuerſitati ſuſpectorum Librorum notâ ſeu Cenſurâ afficiendorum facultas à nonnullis derogata.

Per Cenſuram intelligimus iudicium, ſententiam ſeu definitionem à poteſtatem habente latam de doctrina & moribus, quatenus ad Religionem Chriſtianam & fidem pertinent. Breuius, *Cenſura eſt definitio circa ea quæ ſunt fidei.* Ita Petrus de Alliaco in Tractatu aduerſus Ioaonem Monteſonium, & ſubdit, *id eſt approbatio alicuius veritatis tanquam Catholicæ, vel reprobatio, aut condemnatio oppoſitæ falſitatis tanquam hæreticæ aut in fide erroneæ.*

Fit autem dupliciter ſecundum eundem Autorem. Vno modo *Scholaſticè* & *doctrinaliter*: alio modo *autoritatiuè* & *Iudicialiter.* Autoritas Iudiciaria iterum duplex; vna ſimpliciter ſuprema, qualis eſt autoritas Papæ & Concilij in definiendo: altera inferior & ſubordinata, qualis eſt autoritas Epiſcoporum, ad quos quemadmodum pertinet Eccleſiam regere, ita pertinet iudicialiter definire circa ea quæ ſuot fidei, hoc eſt cognoſcere de fide & iudicare de iis quæ ad fidem pertinent.

Autoritas Doctrinalis & *Scholaſtica* etiam duplex. Vna ſuprema; qualis eſt

Vniuerſitatis legitimè congregatæ : altera inferior & ſubordinata, qualis eſt ſingularum Facultatum; à quibus ad ipſam Vniuerſitatem appellatio eſt. Vnaquæque enim Facultas in ſua ſuppoſita iudiciariam habet autoritatem, in iis quæ ſunt ſui iuris. *Facultas Artium*, an. 1339. & 1340. errores quoſdam M. Guil'. Okami condemnauit. Eadem vetuit an. 1271. ne vlli Magiſtri aut Baccalaurei Quæſtionem purè Theologicam diſputarent, vt ad eum an. retulimus. Eadem ſæpe ſuos Philoſophos non ſatis cautè Quæſtiones tractantes hæreſimque ſapientes repreſſit, & ad palinodiam adegit.

Medicina quoque nonnunquam ſuo à fine aberrantes coërcuit, prauorumque dogmatum inſimulatos eaque reuocare recuſantes è conſortio ſuo expulit. Cum an. 1567. ageretur de publica fidei profeſſione, & nonnulli ad eam audiendam adſcribendum eſſe Doctorem aliquem Theologum cenſerent, *Ordo Medicorum exiſtimauit ſuam in ſcholis Medicinæ à Decano capite Facultatis audiri poſſe, non adſcitis Theologis quos immiſcere Rebus Medicorum non oporteret.* Nec dubium pariter de Facultate Iuris Canonici, cuius officium & munus proprium eſt docere quæ ſunt à Patribus tradita, & à ſummis Pontificibus & Conciliis ſancita; ac proinde ea quæ contra docentur aut fiunt, reprehendere & damnare. Hoc enim ex poteſtate docendi naturaliter conſequitur.

De Theologica Facultate nemo ambigit, quin ad eam pertineat doctrinaliter definire circa ea quæ ſunt fidei, determinatione doctrinali & ſcholaſtica. Nam vt ait Petrus de Alliaco, *ad illos pertinet ea quæ ſunt fidei, per modum doctrinæ doctrinaliter definire, ad quos pertinet ſacram Scripturam docere, & ex ea hæreticas aſſertiones, & in fide erroneas reprobare, ac veritates Catholicas*
» *approbare: ſed ad Doctores Theologos pertinet* 2. *ergo &* 1. Ad illos quippe
» pertinet ſacram Scripturam docere; docere autem ſacram Scripturam nihil
» aliud eſt quàm doctrinaliter aſſerere & manifeſtare veritatem Catholicam
» ex ipſius Scripturæ autoritate. Huiuſmodi autem aſſertio vel manifeſtatio eſt
» ipſius veritatis Catholicæ approbatio: quia qui aliquid aſſerit verum, approbat
» illud tanquam verum. Approbatio autem alicuius veritatis eſt reprobatio vel
» condemnatio contrariæ falſitatis. Quia qui aliquam approbat veritatem, per
conſequens prohibet aliud, vt notat Gloſſa Decreti in cap. 1. *Igitur Doctrinalis aſſertio veritatum Catholicarum per quandam conſequentiam eſt reprobatio ſeu doctrinalis condemnatio hæreſum contrariarum.* Hæc ferè idem Autor in 3. Concluſ.

Denique tam naturaliter coniuncta ſunt iſta duo, *docere* & *errata corrigere* ac caſtigare, vt nullatenus ſeparari poſſe videantur. Vnde prædictus Alliacenſis non eſt veritus aſſerere apud Clementem VII. & Crdinales, Cenſuræ autoritatem Theologicæ Facultati non modo ex priuilegiis Apoſtolicis competere, ſed & ipſo etiam iure Diuino. *Sed vltra hoc*, inquit, *in* 2. *Concluſ. Facultas Theol. non ſolùm à iure humano, ſed à iure Diuino habet poteſtatem doctrinaliter definiendi circa ea quæ ſunt fidei, & aſſertiones contra fidem erroneas condemnandi. Sicut patet ex* 3. *Concluſ. Ergo dicta Facultas partim ex Priuilegio, partim ex iure Diuino & humano habet poteſtatem, vt Aſſertiones per eam ſic doctrinaliter condemnatas cogat iudicialiter ſub certa pœna & vigore præſtiti iuramenti publicè in* Actibus Scholaſticis *reuocari. Quando ſcilicet per Magiſtros vel Baccalarios eidem Iuratos aſſertiones huiuſmodi dogmatizari contigerit.*

Conſtat igitur vnamquamque Facultatem in ſua ſuppoſita iurata iudiciariam habere & exercere poſſe autoritatem; non tantum ex Priuilegio, ſed naturali quodam iure, vt ſupra dictum eſt. Quod quidem placet inſuper confirmare autoritate prædicti Alliacenſis in ead. 5. Concl. ſic ſcribentis.

Ex Priuilegiis à Sede Apoſtolica ſeu à ſummis Pontificibus conceſſis Vniuerſitas Pariſienſis, & quælibet 4. Facultatum eiuſdem, & non minus Facultas Theologiæ *habet quendam politicum ordinem ad ſua ſingularia ſuppoſita, & per conſequens quandam iudiciariam poteſtatem circa ea, & maximè circa ſua ſuppoſita eis iurata: per quam iudiciariam poteſtatem Magiſtros & Baccalarios ſic iuratos tanquam eis ſubiectos iudicialiter poſſunt adſtringere & conuenienter adſtringunt, vt ſtatutis ſuis & Ordinationibus, quæ vtilitati & honori ſuo congruere noſcuntur, obediant & ſub certa pœna & iuramentis interpoſitis inuiolabiliter obſeruent, prout hæc omnia clarè patent ex Priuilegio Innocentij quod incipit.* Quoties pro communi vtilitate, *& ex priuilegio Alexandri*

Digitized by Google

quod incipit. Quaſi lignum vitæ. *Et horum Priuilegiorum iudiciaria poteſtate maximè vti debent in his quæ Scholaſticos Actus concernunt.*

Priuilegia quæ hîc commemorat, non tam priuilegia ſunt, quàm Appro-
bationes & Confirmationes Pontificiæ inſtituti ab Vniuerſitate Ordinis; pri-
mum enim quod eſt Innocentij III. ſic habet. *Innocentius* Epiſcopus ſeruus ſer-
uorum Dei, *Dilectis filijs Doctoribus & Vniuerſitati Scholarium Pariſ.* Sal.& Apoſt. «
bened. Quotiens pro communi vtilitate aliqua ſtatuuntur per quæ paci & tran- «
quillitati conſulitur, ac publicæ honeſtatis & honoris procuratur augmentum, «
conueniens & decens eſt, vt ab omnibus irrefragabiliter obſeruentur. Cum «
ergo ſicut accepimus, Quidam ex vobis ad tractanda negotia Vniuerſitatis ve- «
ſtræ communiter Deputati ſtatuta & Ordinationes & alia quæ vtilitati & ho- «
nori veſtro congruere noſcuntur, certâ pœnâ & juramentis interpoſitis decreue- «
rint obſeruanda, Vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus & hortamur «
attentè per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ſi ita eſt, ſtatuta & «
ordinationes prædicta, ac alia prouidè ordinata ſtudeatis inuiolabiliter obſer- «
uare. Datum Anag. 4. Non. Iulij, Pont. an. 12. «

Alterum eſt Alexandri IV. datum Neapoli 18. Kal. Maij, an. 1. his verbis.
Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. *Dilectis filijs Vniuerſis Magiſtris &* «
Scholaribus Pariſ. Sal. & Apoſt. bened. Quaſi lignum vitæ in Paradiſo Dei, & «
quaſi lucerna fulgoris in Domo Domini, eſt in ſancta Eccleſia *Pariſienſis Studij* «
diſciplina. Hæc quippe fœcunda eruditionis patens ad irrigandum ſterilem «
Orbis faciem fluuios de fontibus ſapientiæ ſalutaris cum impetu foras mittens «
vbique terrarum Dei lætificat Ciuitatem, & in refrigerium animarum flagran- «
tium ſiti Iuſtitiæ aquas Doctrinæ diuidit publicè in plateis, &c. vid. ad an. 1255. «
pag. 282. «

Ex quibus patet manifeſtiſſimè ſupponi à Pontificibus talem Ordinem ta-
liaque inſtituta, non conſtitui. Quod autem ad Vniuerſitatem ipſam ſcribant, nemo dubitare poteſt, quin ad ipſam pertineat condere ſtatuta legeſque quas ad ſuum ſtatum conſeruandum vtiles eſſe viderit: ac proinde quin habeat ipſa in omnia ſua ſuppoſita ſupremam autoritatem Iudiciariam, Facultates verò ex quibus conſtat, inferiorem tantummodo, ſubordinatam & delegatam; à quarum iudicio & ſententia ſit ad ipſam appellatio legitima. Id verò conue-
nientiſſimum fuit ita conſtituere; Ne Vniuerſitatem ipſam datâ qualibet oc-
caſione congregare opus eſſet; neue etiam Facultates ſingulæ autoritatem ſuam ſubordinatam nimis deſpoticè, aut immaturè exercerent, ſcientes à ſententiâ ſuâ futuram appellationem; aut vt ipſæ in dubijs, vel maioris autori-
tatis ergo ab Vniuerſitate confirmationem facti ſui obtinerent. Cuius rei ex-
tant exempla plurima.

Ac 1. quod ipſa Vniuerſitas in Generalibus Comitijs Iudiciariam autorita-
tem & Cenſuram exercuerit nonnunquam, aut exercendam commiſerit, pa-
tet ex ijs quæ ſequuntur. Anno 1204. ab ea Amalricus Carnotenſis damnatus eſt ob quaſdam vocum rerumque nouitates, aut hæreticas, aut de hæreſi ſuſpectas: & Vniuerſitatis ſententiam confirmauit Innocentius III. Pontifex Max. quem adierat Amalricus, vt teſtatur Rigordus lib. de Geſtis Philippi Auguſti his
verbis. In ipſa Theologia auſus eſt conſtanter aſſeuerare, quod quilibet Chri- «
ſtianus teneatur credere ſe eſſe membrum Chriſti, nec aliquem poſſe ſaluari «
qui hoc non crederet, non minus quàm ſi non crederet Chriſtum eſſe natum & «
paſſum, vel alios fidei articulos; inter quos articulos ipſe hoc ipſum audacter «
audebat dicere annumerandum eſſe. *Cum igitur in hoc ei ab omnibus vniuerſaliter* «
contradiceretur, de neceſſitate acceſſit ad ſummum Pontificem; qui audita eius propo- «
ſitione & VNIVERSITATIS SCHOLARIVM CONTRADICTIONE *ſententiauit contra* «
ipſum. Redit ergo Pariſius *& compellitur ab* Vniuerſitate *confiteri ore quod in contra-
rium prædictæ opinioni ſuæ ſentiret.*

Anno 1254. eadem Vniuerſitas vt Mendicantes, præſertim verò Dominica-
nos à conſortio Academiæ amoueret, vt pote quos ſuis inſtitutis contrarios pu-
tabat, negotium Theologis & Decretiſtis examinandum demandauit, vt ſuo loco retulimus.

Anno 1303. Vniuerſitas auditis ijs quæ *Bonifacius VIII.* contra Regem Phi-

lippum fecerat & facere meditabatur appellationi ad Generale Concilium ſubſcripſit; qua de re extat Inſtrumentum publicum, his verbis. *Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium Sal. in Domino*, &c.

Eadem anno 1349. Sectam Flagellatorum condemnauit, vt legitur in Reg. Nationis Anglicanæ. *Anno Domini 1349. primo die Martis poſt feſtum omnium Sanctorum facta fuit definitio contra Flagellatores per D. Rectorem & tunc Deputatos, & à tota Vniuerſitate in Congregatione Generali examinata eſt & conceſſa.*

Anno 1379. eadem Vniuerſitas poſt multiplices Congregationes in rem Schiſmatis habitas, quæ materia omnino erat Theologica & Canonica, expenſis omnibus rationibus & momentis atque circunſtantijs electionum Vrbani VI. & Clementis VII. tandem ad Clementis partes acceſſit: cuius Inſtrumentum publicum ad annum prædictum retulimus.

Eadem an. 1398. à Benedicto XIII. diſcedendum ſuaſit, propter violatum iuramentum, quod ſolenniter præſtiterat ante electionem de abdicando Papatu, ſi in Papam eligeretur, & ſecundum eius ſententiam facta eſt ſubſtractio totalis ab eius obedientia. Eademque ipſi ad futurum Concilium, aut ad futurum Papam legitimum appellationem denunciauit per M. Ioannem de Craona Procuratorem ſuum.

Anno 1410. M. Ioannis Parui Dominicani propoſitiones quaſdam de cæde Tyrannorum licita, quas in gratiam Philippi Burgundionum Ducis conſcripſerat, condemnauit, poſteaquam fuerant à Facultatibus Theol. & Decretorum examinatæ, ad quas fuerat earum examen remiſſum. Sic enim ſcribit M. Ioan. Lothey Procurator Nat. Gall. *Et ſi tales errores contineret* (Doctrina Ioannis) *quos ipſi Theologi & Iuriſtæ cenſerent intolerabiles, quod Vniuerſitas, quantum ad eam ſpectat, ſcilicet autoritate Doctrinali ipſos damnaret.*

Item an 1431. acceptis litteris Epiſcopi Bellouacenſis & pluribus Inſtrumentis Actiſque publicis de vita & moribus geſtiſque Ianæ Puellæ Aurelianenſis negotium iſtud Facultatibus Theologiæ & Decretorum examinandum commiſit, & ex earum ſententia & relatione in Comitijs Generalibus pronunciauit; vt ſuo loco refertur.

Item an. 1512. Synodus Piſana ad Rectorem & Vniuerſitatem miſit librum F. Thomæ de Vio Cajetani examinandum.

Anno ſimiliter 1574. cum Maldonatus Ieſuita nonnullos errores diſſeminaſſe crederetur, Vniuerſitas habitis 3. die Iunij Comitijs negotium iſtud ex omnium Ordinum conſenſu Theologicæ Facultati examinandum tradidit, vt legitur in Reg. Facultatis Medicinæ his verbis. *Die Veneris 3. Iunij indicta fuerunt Vniuerſitatis Comitia ſuper ſiniſtra Maldonati Ieſuitæ de Purgatorio opinione. Negotium hoc omnium Ordinum Iudicio ad ſacratiſſimæ Theologiæ Facultatem remiſſum fuit.* Cum verò Epiſcopus Pariſienſis qui tunc erat, minatus fuiſſet ſe Rectorem & Membra Academiæ feriturum anathemate, ſi ſe inſcio tentaret aliquid vlterius aduerſus Maldonatum, re ad Senatum delata pronunciatum eſt ſecundum Academiæ decretum die 2. Aug. eiuſdem anni in legitur vt ijſdem Reg.

Sæpè quoque Theologiæ Facultas per ſe, tanquam membrum ab Vniuerſitate ad id muneris & Officij deſtinatum erroneas propoſitiones examinauit & damnauit, præſertim cum erant leuioris momenti; aut ſi grauioris, ſuas ſententias ab ipſa Vniuerſitate confirmari curauit. Sæpè quoque ad examen illud Baccalaureos adſciuit, vt patet pluribus exemplis. Ac ne nimius ſim in ijs referendis, an. 1387. in negotio Ioannis de Monteſono, vbi cum Facultas vidit contumacem eſſe, indiculum nonnullarum eius propoſitionum conſcripſit, & omnibus Magiſtris, ſeu Doctoribus, ac Baccalaureis diſtribuit, vti ijs examinatis ad Comitia parati accederent: idque publicè retulit M. Petrus de Alliaco ad Conſiſtorium Cardinalium. *Vt totum ſecurius & irreprehenſibilius ageretur, datæ fuerunt omnibus Magiſtris & pluribus Baccalarijs prædictæ Facultatis certæ ſcedulæ antedictas aſſertiones continentes, vt quilibet ſuper ijs opinionem ſcriberet.*

Subdit idem Autor Facultatem appellauiſſe ad Iuris ſubſidium Vniuerſitatem. *Prædicta Facultas ſe ab eo* (Ioanne) *ſpretam percipiens & illuſam, præmiſſa prædictæ Vniuerſitati nuntiauit, eam in iuris ſubſidium requirens, vt in hac cauſa ſibi adiungeretur,*

Digitized by Google

adiungeretur, ſupplicando; quod maturâ prius deliberatione habitâ conceſſum eſt.

Cum an. 1626. die 1. April. Facultas Theologica nonnullas propoſitiones è libris Santarelli Ieſuitæ excerptas damnaſſet, eius ſententiam Vniuerſitas ſolenni Decreto 20. April. eiuſdem anni lato approbauit & confirmauit. Poſtquam enim Rector expoſuit quid ab ipſa Facultate præſtitum fuiſſet, & Proceres Academiæ conſuluiſſet, ita cenſuerunt, *laudandum ampliſſimis verbis ſacrum Ordinem Theologorum qui de improba & exitiali Doctrina iſta piè, religioſè, ſalubriterque ſtatuerint, generi Chriſtiano Galliæque imprimis priſcæ veræque Doctrinæ lumen opportunè oſtenderint, Maiorum virtutem retulerint, remque adeo fecerint illâ profeſſione tuendæ veritatis & Studiorum Vniuerſitate digniſſimam.*

Eodem anno eadem Facultas die 1. Decemb. damnauit Ioannis de Teſteforr Dominicani Theſes nonnullas, ab ipſo die 26. Nouemb. pro Maiore Ordinaria propugnatas contra Majeſtatem Regiam, eam verò præſertim, quâ Bonifacij VIII. Bullam, quæ incipit *Vnam ſanctam*, confirmare videbatur. Vniuerſitas eandem ſententiam confirmauit ſolenni Decreto die 3. Decemb. eiuſdem anni, vt ſuo loco & tempore dicetur.

CENSVRA EPISCOPALIS.

Quod ad Cenſuras verò Epiſcopales ſpectat, certum eſt Prælatos Eccleſiarum ad quos Eccleſiam regere pertinet, poſſe autoritate propriâ libros improbare & prauam Doctrinam notare, ac coercere: id verò facere poſſe diuiſim, vel coniunctim cum Magiſtris & Doctoribus. Ex ijs quæ hactenus in hiſtoriâ retulimus, clarum eſt & perſpicuum ad determinandas Quæſtiones, hæreſes configendas, erroreſque damnandos ab Antiſtitibus Pariſienſibus fuiſſe ſæpènumero Magiſtros in Theologia & in Decretis, item & Baccalaureos in vtraque Facultate adſcitos & aduocatos: nec ab Antiſtitibus modò, ſed à Cancellarijs quoque & Officialibus Eccleſiæ Pariſienſis eorum nomine, vt certius & fortius cenſuras ſuas ferre poſſent.

Anno 1238. ad decidendam Quæſtionem de Pluralitate Beneficiorum Guill. Arnernus Epiſcopus Pariſienſis plurimos Theologos aduocauit: vt ad eum an. retulimus, p. 164.

Idem an. 1240. propoſitiones quaſdam damnauit *conuocato conſilio omnium Magiſtrorum tum Pariſius Regentium*, vt diximus ad eum an. pag. 177.

Anno 1270. Stephanus Tempier Epiſcopus Pariſienſis quoſdam errores ſimilirer damnauir ex conſilio Magiſtrorum, vide pag. 397.

Idem an. 1277. alios damnauit *tam Doctorum ſacræ Theologiæ quàm aliorum communicato conſilio*, pag. 433.

In litteris Alphonſi Regis Arragonum de Raimundi-Lullij Majoricani doctrina legitur Officialem Curiæ Pariſienſis adſcitis 40. Magiſtris & Baccalarijs eam examinauiſſe & approbaſſe an. 1309. *Nec minus viſa quadam littera Curiæ Pariſienſis data Pariſius an. Dom.* 1309. *die Martis poſt Octauas Purificationis B. Mariæ Virginis glorioſæ, & munita ſigillo prædictæ Pariſienſis Curiæ de laudatione & approbatione Artium & ſcientiarum dicti egregij Doctoris factis per Officialem Curiæ Pariſ. & fieri requiſitis per prælibatum egregium Doctorem* (M. Raimundum) *præhabita informatione teſtimoniali cum ſacramento præſtito à* 40. *Magiſtris & Baccalarijs in Naturalibus & Theologalibus qui ordinati fuère ad audiendum Artem generalem cum illius contractione ad ſpeciales ſcientias ab eodem perſonaliter prælibato egregio Doctore Publico in Studio Pariſienſi.*

Anno 1398. damnati ſunt à Cancellario Pariſ. & à Theologiæ Facultate Quidam errores ad Magiam pertinentes, qui leguntur inter opera Gerſonij, his verbis. *Vniuerſis Orthodoxæ fidei zelatoribus Cancellarius Eccleſiæ Pariſienſis & Facultas Theologiæ in alma Vniuerſitate Pariſienſi Matre noſtra cum integro diuini cultus honore ſpem habere in Domino*, &c. vid. ad an. prædictum.

Quamobrem autem Epiſcopi Pariſienſes & Vniuerſitas, ſeu Vniuerſitatis Magiſtri coniunctim damnare ſolerent olim errores prauamque doctrinam, docet Alliacenſis in 4. Concluſ. prædicti Tractatus. *Epiſcopi Pariſ.* inquit, *& Theologiæ Doctores coniunctim & communicato inuicem Conſilio pro maiori veritatis confirmatione & roboris firmitate ſolent errores condemnare; ſicut patet litteris Stephani Epiſcopi & aliorum Epiſcoporum Pariſienſium ſuper articulis Pariſius condemnatis. Et etiam hoc apparet ex communi proteſtatione quæ ſolet fieri in Actibus Theologicis, quâ*

» *Scholaſtici proteſtantur nihil dicere quod cedat in fauorem Articulorum Pariſius per* » *Reuerendos Epiſcopos & Magiſtros in Theologia damnatorum.* Et hæc condemnatio » coniunctim facta, eſt rationabilis & iuri conſona iuxta Cap. *adabolendam.* Extr. » de Hæret. vbi dicitur, quod Epiſcopi per Diœceſes ſuas cum conſilio Clerico- » rum debent Hæreticos iudicare: quod maximè de Clericis Theologis eſt in- « telligendum, cum ad eos maximè pertineat cognitio fidei & Catholicarum » veritatum.

Imò addit non ipſummet Papam poſſe aliquid Catholicè definire, ſeu determinare abſque Doctrinali Theologorum determinatione. *Nec Papa*, inquit, *nec Doctores Iuris Canonici, ſi non ſint Theologi, circa ea quæ ſunt fidei, aliquid Catholicè diſcutiunt, vel authenticè determinant ſine Theologorum doctrinali determinatione præuia, cum Papa in hæreſum condemnatione conſueuerit reddere Theologicam rationem.*

Licet autem tam Vniuerſitas quàm Facultas Theologica Cenſuras ferre poſſent diuiſim, nonnunquam tamen vbi videbant pœnas quas ſuis ſuppoſitis irrogabant, non ſufficere; putà contumacibus priuationem, ad Epiſcopum confugiebant, vt Canonicas irrogaret; vt accidit in negotio Ioannis de Monteſono. Sic enim Petrus de Alliaco. *2. Artic. eſt quod dicta Facultas Theologiæ coaſſumptis ſibi Magiſtris aliarum 3. Facultatum Vniuerſitatis Parſ. dictos errores* » prius per eam examinatos & doctrinaliter condemnatos meritò debuit D. Epiſ- » copo Pariſ. tanquam Iudici Ordinario Iudicialiter denunciare. Et hoc clarè » patet ex 2. Concl. Sed adhuc in litteris dictæ Vniuerſitatis ad hoc aſſignatur » ratio ſpecialis, quia ibi dicitur, quod ne prædictorum errorum frutices altiùs » profundiúſque radices agerent darentque ſimplicium pedibus offendiculum, » Decanus ſingulique Theol. Facultatis Magiſtri, vt de more habent, obuiare » curauerunt, & prædictum Ioannem ad ſe accerſitum primitus ſecundum Euan- » gelicam doctrinam ſecretè inter eos & caritatiuè, vt ab erratis reſipiſceret, » monuerunt. 1. Sed comperta eius pertinacia quæ aſſerebat vſque ad mortem » ſuas ſe defenſurum Concluſiones ex iniuncto, & non ſine magno, vt aiebat, » conſilio poſitas. 2. Comperta poſtmodum mendoſa eius illuſione: nam ille » tunc quando iureiurando pollicitus erat dicta ſua ad prædictæ Facultatis Ar- » bitrium retractare, non comparuit. 3. tandem poſt examinatam diligenter, ac » longiſſimo temporum tractu rei veritatem *ne dum per ſeipſos, qui ampliùs quàm* » *30. erant, ſed per ſuos etiam ſufficientiores Baccalarios, Euangelico parentes conſilio di-* » *xerunt reliquis trium Facultatum ſuppoſitis, tanquam fratribus ſuis, quos nihilo ma-* » *gis idem Ioannes audire curauit.* Quamobrem prænominatæ Facultatis Theolo- » giæ Magiſtri *tribus alijs Facultatibus ſibi coaſſumptis & coadiunctis* nunciauerunt » Eccleſiæ, Reuerendo ſcilicet in Chriſto Patri Epiſcopo Pariſ. Ordinario Iu- » dici in hac parte.

Cæterum ne quis putet Cenſuras iſtas fieri tantùm potuiſſe ab Vniuerſitate, aut à Facultate Theologiæ in ſua ſuppoſita: non ipſis Prælatis, non ſummis Pontificibus parcebatur; docet idem Magiſter. *Inter actus qui pertinent ad Doctores Theolog. vnus eſt principalis, Errores doctrinaliter condemnare*, ſecundum Au- » guſt. 4. de Doct. Chriſt. cap. 4. vbi dicit quod debet Diuinarum ſcripturarum » Doctor & Tractator, defenſor rectæ fidei, ac debellator erroris & bona docere » & mala dedocere, id. doctrinaliter reprobare.

» Item prædicta Facultas hoc licitè potuit contra ſummum Pontificem; ergo » à fortiori contra ſuum Subditum & Inferiorem. Aſſumptum patuit *tempore* » *Ionnis XXII. quia ſicut refert M. Nicolaus de Lyra in Tractatu de Viſione Bea-* » *tifica, fere 40. dictæ Facultatis Magiſtri concorditer determinauerunt contrarium illius* » *quod Papa publicè aſſerebat: Et ſimile fecit dictus Magiſter. Et ſimiliter contra eum* » *pulchrè ſcripſit M. Guill. Okam*, vt patet *in eius Dialogo*; quæ omnia quoad hoc » fuerunt reputata licitè facta: ſicut apparuit tempore Benedicti XII. illius ſucceſſoris. Mira profectò eſt iſthæc loquendi libertas ad Pontificem Clementem, quòd ipſe Papa Cenſuris Academicis ſubeſſet.

Porrò non erit inutile animaduertere Maiores noſtros nunquam ferè Cenſuris notaſſe Doctrinam vllam, niſi concordibus ſuffragijs, nec niſi prius exactiſſimè & diligentiſſimè examinatâ materiâ; vnde tanta erat illarum autoritas,

Digitized by Google

vt Pontifices etiam ipſi eas infringere, aut violare vererentur: adeo perſuaſum illis erat omnia fuiſſe æquâ lance ponderata, priuſquam cenſura ferretur. Quod ſi quis forte Doctores contrariæ ſententiæ eſſent, fidelis quoque mentio fiebat in Cenſura. Id quadringentorum annorum exemplis confirmatum dabit aliquando forte in lucem publicam Launoyius vir antiquitatis ſcientiſſimus, & rerum Academicarum inueſtigator ſtudioſiſſimus.

DISSERTATIO II.

De Rotulis Nominationum ad Beneficia Eccleſiaſtica.

FRequens eſt in Commentarijs, ſeu Regeſtis Facultatum, Nationum & Vniuerſitatis mentio Rotuli Beneficiandorum, ſeu nominandorum ad Beneficia. Et hodie etiamnum ad venerandæ antiquitatis memoriam ſolet certâ die Quadrageſimæ quotannis aperiri Rotulus, licet non obſeruetur amplius antiqua ratio eiuſdem conficiendi.

Erat autem Rotulus nihil aliud quàm Catalogus delectorum Magiſtrorum Vniuerſitatis quotannis ferè conſcribi ſolitus mittique per Nuncios ad ſummum Pontificem pro Beneficiorum Eccleſiaſticorum impertratione iuxta Ordinem quo conſcripti fuerant. Huius rei originem & inſtitutionem refert Paſchaſius l. 3. Inquiſitionum Franc. c. 28. ad tempora Benedicti XIII. quem ait Vniuerſitati primum indulſiſſe Nominationes, ſeu ius quoddam ad Beneficia Eccleſiaſtica quæ ab Ordinarijs, ſeu Diœceſanis antea conferebantur. Cum enim Papatum quoquomodo retinere cuperet, animaduerteretque nullum ſibi potentiorem eſſe aduerſarium quàm Vniuerſitatem Pariſ. quæ tunc magni nominis erat magnæque autoritatis, nihil non tentauit quò poſſet Magiſtrorum animos ſibi demereri. Itaque circa an. 1395. ſub initia ſui Pontificatus Indultum miſit ad Vniuerſitatem, quo in Diœceſanorum Beneficia ius illi concedebat, nominationemque promittebat. Verum, inquit Paſchaſius, Indultum eiuſmodi parui fecit Vniuerſitas, quippe quæ nondum experta fuiſſet ingratos Epiſcoporum animos, viris Doctis & litteratis vltro ſatis ante ea tempora Beneficia vacantia conferre ſolitorum; at experta poſtea, quod indignis, quod famulis ea conferrent, ad Indultum Papale recurrit, Regemque conuenit contra Epiſcopos, nec queri ceſſat, donec ei ſatisfactum eſt. hæc & alia plura ibi Paſchaſius.

Verum Rotuli origo altius repetenda. Vt enim nihil dicam de Alexandro III. qui Doctorum virorum Catalogum ſibi perſcribi mandauit Petro Cardinali S. Cryſogoni, certum eſt Ioannis XXII. tempore qui ſedere cœpit an. 1316. & ſedit ad an. vſque 1332. Rotulorum conficiendorum conſuetudinem inualuiſſe, non ante; licet enim olim Pontifices viros Doctos nonnunquam promouerent, non id fiebat tamen certâ quadam ratione & ordinariâ, cum ipſi Beneficiorum non haberent abſolutam Collationem. Bonifacius VIII. arrogare ſibi voluit ius eiuſmodi, nec potuit. Ioannes quod inceptum ab illo fuerat, perfecit, vt in ſeq. diſſertatione dicemus.

Quemadmodum igitur olim Romæ Imperatores & Duces exercituum eorum nomina quorum ſtrenuam operam experti fuerant in bello, deferebant ad ærarium in beneficijs, vt à Repub. mercedem præmiumque conſequerentur; ita & Vniuerſitas Magiſtrorum ſuorum nomina deferri curabat ad Pontificem, vt ab eo laboribus ſuis debitum præmium obtinerent, illi præſertim qui ſe Eccleſiaſtico Miniſterio addixerant.

Conficiebatur ergo Catalogus, ſeu vt obtinuit loquendi vſus, *Rotulus* Nominandorum, initio quidem ſub initia tantùm Pontificatus alicuius recenter promoti ad Papatum; deinde ſingulis biennijs, poſtremo quotannis; aperiebaturque vulgò menſe Decembri, & claudebatur ſub finem Martij ſequentis; ad eum verò conficiendum ſic procedebatur.

1. Singulæ Facultates & Nationes deligebant è ſuis Ordinatores Rotulorum duos, tres, aliquando quatuor, quos in ſui receptione iurare iubebant ſe Magiſtrorum Catalogum conſcripturos & ordinaturos ex conſcientia ſua, nec

indignos dignis antepoſituros iſta Electio ſolebat fieri menſe Septembri.

2. Illi ita inſtituti ordinabant Magiſtros in Rotulo ſecundum eorum antiquitatem, Regentiam & præſentiam: qui enim Gradu antiquiores erant, qui Regentes, quique præſentes Pariſijs erant, cæteris præferebantur, niſi aliquid obſtaret.

3. Confectum Rotulum ſuæ Quique Facultati, aut Nationi præſentabant, relegebant, approbarique & confirmari petebant.

5. Relecti & approbati Rotuli obſignabantur ſigillis ſuarum quique Facultatum & Nationum.

6. His ita confectis Nuncij, ſeu Portitores ſingulorum Rotulorum deſignati præſtitutâ die proficiſcebantur, non tamen abſque conſenſu totius Vniuerſitatis, hæc breuiter ſub aſpectum dedimus; nunc inſtrumentis publicis ea ſigillatim comprobanda ſunt.

1. Igitur certum eſt Ordinatores Rotulorum, ſeu Irrotulatores à ſingulis Facultatibus & Nationibus eligi conſueuiſſe, electoſque conceptis verbis iurare iuſſos ſe officio ſuo fideliter defuncturos. Iuramentum illud habetur in Reg. Vniuerſitatis & Procuratorum ſub hoc lemmate. *Iſti ſunt articuli quos tenentur iurare Ordinatores Rotuli mittendi ad Curiam Romanam pro Prouiſione Magiſtrorum.*

» 1. Iurabitis *quod vos præponetis præponendos, & poſtponetis poſtponendos conſiderratis vitâ, moribus, ſcientiâ, antiquitate Regentiæ & alijs* omnibus propter quæ D. Papa moueri poſſet ad præponendum, vel poſtponendum, denegandum, vel concedendum.

» Item quod nullum de nouo Reſumentem, ſeu de nouo Incipientem ponetis in Rotulo, *ſed tantummodo veros & continuos Regentes:* niſi ſuper hoc per Vniuerſitatem, vel Nationem fuerit vobiſcum diſpenſatum.

» Item quod Collationes Magiſtrorum vobis porrectas non mutabitis, niſi per deliberationem Nationis; & quod ſupplicationes Magiſtrorum in debita forma fideliter ordinabitis; & eas ſic correctas & ordinatas in dicto Rotulo inſcribi facietis.

Eligebantur autem, aut Duumviri, aut Treſviri, aut etiam aliquando Quatuorviri. an. 1359. vltima die Septemb. Natio Anglicana apud Mathurinenſes congregata delegit MM. Themonem & Henricum de Krempe, ſeu Kempen; ad ordinandum Rotulum, vt patet ex Actis illius diei; eundemque Themonem Nuncium, ſeu Portitorem ad Curiam deſignauit. An. 1362. 27. Sept. eadem Natio Irrotulatores elegit MM. Theodoricum de Vima & Henricum de Boeſti; Nuncium verò, ſeu Portitorem M. Guill. Buſer, ſeu Buzer. An. 1382. die 18. Septemb. Natio Picardica tres elegit Irrotulatores MM. Honoratum de Porra, Io. Carpentarij & Gerardum de Verſigniaco, idque viâ ſcrutinij; Nuncium verò M. Simonem de Liengo. Eadem Natio an. 1386. Quatuor-viros deſignauit & nominauit MM. Ioan. Motelli, Philippum Augi, Ioan. Hougnart, Io. Buſſeti.

Nonnunquam Decani] Nationum conſcribebant [ſuos Tribules, vtpote quos melius nouerant quàm alij. In veteri Codice Nationis Gallicanæ ſic legitur ad an. 1418. 1. Feb. *Et quantum ad 1. art. fuit concluſum quod Rotulus Nationis expediretur per omnes Decanos Prouinciarum: & ſpecialiter ad hoc moueretur & cogeretur Decanus Prouinciæ Senonenſis. Et 12. Oct. 14. 22. concluſit Natio quod Decani Prouinciarum, vt moris eſt, inrotularent Magiſtros Nationis.* Hæc de Ordinatoribus, ſeu Irrotulatoribus.

Suum ergo vnaquæque Facultas & vnaquæque Natio Rotulum habebat, ſuos vnaquæque Irrotulatores, ſuam quoque vnaquæque ſupplicationem per Nuncios ſuos Papæ porrigebat. Præterea communis erat Rotulus totius Vniuerſitatis, in quo articuli communes conſcribebantur ad conſeruationem Iurium & priuilegiorum, aut nouorum additionem.

Ratio autem conſcribendi hæc erat. Antiquitus Rector non habebat locum in Rotulo, ſed Nuncij vnâ voce eum, quo regente conſcriptus fuerat Rotulus, commendabant ſpeciatim Papæ & ante omnia; primaque hæc erat eorum ſupplicatio antequam ad apertionem Rotuli deuenirent. Vnde Profecturi hoc

iuramentum præſtare cogebantur. *Iurabitis quod nullam ſupplicationem ad Partem pro vobis, aut pro alijs, excepta duntaxat ſupplicatione Rectoris, pro qua prout melius & diligentius poteritis, laborabitis, Papæ vel Cardinalibus præſentabitis.* Porrigebant ergo Papæ primùm litteras, ſeu ſupplicationem Rectoris, ſigillatam vt vocabant, *ad partem*; vt legitur in antiquo libro Rectoris ad an. 1368. conſutos ſcilicet fuiſſe omnes Rotulos tam communem quàm ſpeciales Facultatum & Nationum certum eſt, *dempta tamen ſupplicatione Rectoris quæ ſigillabatur ad partem.* Indignum reputabat Vniuerſitas Rectorem cenſeri ordine communi, eique tanquam Capiti ſuo hunc honorem deferebat.

Poſtea mos inualuit, vt in conſcriptione Rotuli Vniuerſitatis *Rectoris* nomen primùm inſcriberetur; vt in Rotulis Nationum Procuratores primi reponebantur; de Procuratoribus patet ex actis Nationis Anglicanæ 27. Aug. 1348. *Supplicauit M. Theodorus Borrè cum fuerit Procurator in Natione Anglicana, quatinus Natio eidem Magiſtro vellet concedere primum locum in Rotulo ad Rom. Curiam mittendo, prius Ordinatores Rotuli; quod ſibi Natio concorditer conceſſit.*

In Actis Nationis Gallicanæ 12. Octob. 1422. ſic ſcribit Procurator. *Expoſui Nationi quod in vltima Congregatione Vniuerſitatis in qua D. Rector ſupplicauit quod eſſet Caput & primus in Rotulo, concluſit Natio quod Rector eſſet primus & quod ego* (Petrus de Credulio) *quia Procurator, eſſem primus in Rotulo Magiſtrorum Nationis?*

Item ad an. 1431. 24. Maij. *Placuit Vniuerſitati quod M. Petrus de Gonda Rector Vniuerſitatis haberet in Rotulo ſpecialem ſupplicationem, vt conſuetum eſt haberi pro Rectore.*

Poſt Procuratorem conſcribebantur Magiſtri Regentes actu ſecundum ordinem & antiquitatem Regentiæ: nam habebatur potiſſimum ratio Regentium actu. Extat in hanc rem ſtatutum Nationis Anglicanæ, 12. Decemb. 1352. his verbis. *Anno 1352. in Vigilia Luciæ Congregatione facta Magiſtrorum Nationis ſtatuerunt Magiſtri inuiolabiliter obſeruari, quod in Rotulo tranſmittendo ad Curiam 1. ponerentur Magiſtri actu exiſtentes Regentes ſecundum ſuæ antiquitatis ordinem à ſeniore incipiendo vſque ad iuniorem.* Deinde *qui ſuperuenirent, omnibus præſentibus poſtponerentur*; præſentes pro tunc fuerunt Pariſius M. Gualterus de Wardelay, M. Io. de Weſalia, M. Gerhardus de Pruſſia, M. Io. Helmeſtad, M. Io. Scotus, M. Dauid Scotus, M. Henricus de Cliuis, M. Hermannus Rotwil, M. Io. de Aquis, M. Tylmannus, M. Eghelmus, M. Gerardus de Molendino, M. Thomas Scotus, M. Io. de Minda.

Item in actis an. 1364. *Sabbato poſt feſtum Nicolai*, factâ congregatione Nationis Magiſtrorum Regentium & non Regentium per Iuramentum in domo Capitulari Iacobitarum ſupplicauit M. Ghiſlebertus Wighen de Ghoriſchen, quatinus Natio daret ſibi litteram teſtimonialem *quod ipſe fuit actu Regens tempore Irrotulationis & Rotuli Ordinationis*, quia ipſe eodem tempore incepit in Artibus. Et conceſſa fuit ſibi in forma quâ fieri poteſt meliori per omnes Magiſtros ibidem exiſtentes.

Item 9. die menſis Decemb. (an. 1364.) facta congregatione apud Mathurinum ſtatutum fuit, *quod quibuſcunque Magiſtris Inrotulatis daretur littera teſtimonialis de Regentia Actuali.*

Præſentes quoque abſentibus præponebantur; & ſinguli pro irrotulatione penſitabant certam pecuniæ ſummam. Quod ſi abſenti gratia aliqua fiebat à Natione aut ab Vniuerſitate, ſolebat cum hac cautione concedi *ſolutis ſoluendis, & ſine præiudicio Magiſtrorum actu Pariſius Regentium.*

Confecti Rotuli relegebantur in Vniuerſitate, nec antequam relecti fuiſſent, ſigillo communi Vniuerſitatis ſigillabantur iuxta veterem legem, quâ cautum erat, *ne vllæ litteræ ſigillo Vniuerſitatis ſigillarentur, prius quàm publicè lectæ fuiſſent.* Ita lecti conſuebantur & ſigillabantur, tradebanturque Nunciis ſeu portitoribus deferendi; ſimul verò præfigebatur illis dies profectionis. Quomodo autem iſtud fieret, habemus in libro antiquo Rectoris ad an. 1368. his verbis.

Item cum Rotulus tempore ſui prædeceſſoris concluſus eſſet, ſed ſub iſtis « proteſtationibus. 1. Quod Rotuli omnium Facultatum conſuerentur. 2. Etiam «

Digitized by Google

quod non poſſent tres Facultates, ſcilicet Medicinæ, Decretorum & Theologiæ cogi ad Nuncium miniſtrandum, & quod aliter oolebaot Rotulum: quod ſic tam maximo labore fuit finaliter in eius Rectoria executum, quia fueruot omnes Rotuli conſuti; tam articuli communes quàm articuli Facultatum, demptâ tamen ſupplicatione Rectoris quæ ſigillabatur ad partem: nec fueruot aliqui Nuncij, oiſi 4. Magiſtri de 4. Nationibus in Facultate Artium & Bedellis. Tunc Rector erat M. Guillel. Caroificis de villâ Alneti Diœceſis Pariſ. iuxta Goniciam.

6. Nuncij autem illi iurare tenebantur ſe fideliter, & ex conſcientiâ executuros demandatum ſibi negotium. Eſtque hæc concepta iuramenti formula.

1. Quod iofra ſex dies poſt Receptionem literarum D. ooſtri Regis & ipſius Voiuerſitatis cum articulis communibus & Rotulis prouiſionis Magiſtrorum, recedeot ab vrbe Pariſ. & à ſuburbiis eiuſdem.

Item quod poſt dictum receſſum iofra tres ſeptimanas in Curia Rom. perſonaliter intererunt, omoibus ceſſantibus excuſationibus, inuentis, verbis fictis ſeu quacunque malitiâ coloratis.

Item quod poſt incœptam viam ſingulariter, & inter ſe honeſtè & amicabiliter ad laudem Dei & honorem Vniuerſitatis ſe regent.

Item quod ab illâ die quâ Curiam Rom. intrauerint, in eadem per duos meoſes remanebuot diligenter & continuè laborando pro expeditione negotiorum Vniuerſitatis pro quibus mittuntur.

Item quod nullam ſupplicationem ad partem pro ſe aut pro alio, exceptâ duntaxat ſupplicatione Rectoris, pro quâ prout meliùs & diligentius poteruot, laborabunt, Papæ vel Cardioalibus, præſentabunt ſeu præſentari vel promoueri procurabunt, donec præſentauerint articulos communes, & Rotulos pro quibus mittuntur durante tempore ſupradicto; oiſi duntaxat pro ſeipſis contigerit ſupplicationem præſentare, pro beneficiis vacaotibus aut pro aliquo ipſorum.

Item quod tempore quo habebunt acceſſum ad Papam, nullum ſecum aſſociabunt, ne fortè propter multitudinem intraotium promotio Magiſtrorum retardetur.

Item quod nullus particulariter, ſed omnium communiter promotionem, prout melius poterunt, procurabunt abſque acceptione patriæ vel perſonæ. Iurabant autem qui de Facultate artium erant apud ſuum quique Procuratorem vt patet ex actis 1. Iuoij an. 1437. vbi legitur quinque Intrantes ex quinque Tribubus Nationis delegiſſe in Nuucium, ſeu Ambaſiatorem ad Eugenium IV. M. Ioan. Hameron, *qui acceptauit & iurauit iuramenta ſolita Procuratori.*

Antequam verò proficiſcerentur, de impenſis deque eorum ſalario cauebatur, nec modò eorum, ſed & Inrotulatorum quoque, quod duplex erat; vnum ab inrotulandis exigebatur, alterum à Facultatibus & Nationibus dabatur. Singulæ autem tam ſuum quàm inrotulandorum taxabant. Iorotulandi erant, aut præſentes, aut abſentes; præſentes ſemper aliquid mious peoſitabaot quàm abſentes; nec ſemper eadem fuit taxatio, ſed pro varijs temporibus & pro numero Rotulaodorum varia. Anno 1348. Anglicana ſic ſtatuit in fauorem M. Ioanois Thomæ Nuncij electi, *quod haberet à quocunque propoſito in Rotulo Vniuerſitis vnum pauilionem.* Anoo 1386. die 9. Martij cum conueniſſent Nationes apud S. Iulianum, poſtquam Picardica ſuos Inrotulatores & Nuntium nominauit, de ſalario cauit, *fuitque ſalarium Inrotulatorum 4. albi pro præſentibus, & 8. pro abſentibus. Salariumque prædicti Nuntij 16. ſol. pro præſentibus & 32. S. pro abſentibus.* Nuocius fuit delectus M. Girardus de Vrſignyaco. Anoo 1422. die 12. Octob ſic eadem Natio ſtatuit. *Concluſit Natio quod Decani Prouinciarum, vt moris eſt, inrotularent Magiſtros Nationis.* Quoad taxam, poſt multa aperta &
» tacta conſiderans Natio quod M. Io. Theuroti portitor Rotuli eſt etiam Lega-
» tus pro Natiooe cum alijs Legatis Vniuerſitatis ad Coocilium generale deſti-
» nandis. Conſiderans etiam quod oon ſuot pecuniæ nunc in Vniuerſitate oec
» Natione, ad ſatisfacieodum illi occaſione ſuæ Ambaſiatæ, ſeu Legationis, con-
» cluſit Natio quod pro hac vice duntaxat, ad ſupportandum onera & ſumptus

Digitized by Google

Ambaſſiato, haberet à quolibet Magiſtro præſente ſummam 12. ſolid. & ab abſentibus Magiſtris ſummam 14. ſol. Pariſ. *Prouiſo quod dictus* M. Io. Theuroti ſibi ſoli reſeruaret pecunias, quas haberet à Natione non communicando eas alijs Ambaſiatoribus aliarum Nationum, vel Facultatum; quia dicebat Natio quod alijs debebant ſufficere pecuniæ ſuæ Nationis, aut Facultatis.

Item, anno 1437. die 16. April. ſic ſtatuit apud Mathurinenſes. Quoad articulum qui fuit articulus poſitus in Natione ad partem ſuper taxatione Inrotulandorum & prædictorum deliberatione conuocatâ, concluſum eſt quod abſentes Rotulandi in prædicto Rotulo pro Portitore ſoluent 14. ſol. & duos pro Inrotulatore ſuæ Diœcceſeos; præſentes verò inrotulandi pro Portitore 12. ſol. & pro Inrotulatore 4. ita, vt abſentes ſoluerent vnum Francum & præſentes 5. ſol. &c.

Præter iſtud ſalarium quod ab Inrotulandis exigebatur, ſingulæ Facultates & Nationes de ſuo aliquid dabant, quod facile eſt etiam ex plurimis Actis Vniuerſitatis & Nationum confirmare. An. 1349. Anglicana Natio Nuncio ſuo M. Io. de Huegden quinque ſcuta de pecunia Nationis concorditer ordinauit. Ad an. 1378. 12. Iunij, ſic loquitur in Regeſtis eiuſdem Nationis. *Super ſecundo Nuncius primò retulit*, cùm alias Natio ei promiſerit quod ſi contingeret eum in laboribus eius aliquas expenſas vlterius illi datas rationabiliter facere, de quibus prius reddiderit fidele compotum, quod in huiuſmodi expenſis eum redderet indemnem, quatenus huiuſmodi promiſſio melius memoriæ commendaretur, Natio literas teſtimoniales huiuſmodi facti ei ordinaret, & ex plenâ concordiâ Magiſtrorum fuit ei data litera, cuius tenor talis extiterat.

Vniuerſis præſentia viſuris, ſeu audituris, Nos Procurator & Omnes & ſinguli Magiſtri Nationis Anglicanæ Studij Pariſ. recognoſcimus & publicè proteſtamur in his ſcriptis, quod cum venerabilem & diſcretum virum M. Gyrardum Hypot de Kalker Baccalarium in Theologia & Canonicum B. Apoſtolorum Eccleſiæ Colonienſis ad Romanam Curiam deſtinaremus in Rotulo & alijs negotijs noſtris expediendis in eadem illi ad omnes & ſingulas expenſas rationabiles & prædicta legatione neceſſarias quas dictus M. Gerardus ſecundum conſcientiam ſuam & fidele teſtimonium duxerit legitimè computandum, ſumus & erimus veraciter obligati, facto tamen prius fideli computo de receptis ex parte noſtra deſalcandis per eundem, &c.

Item eadem Natio an. 1414. de ſuo aſſignauit Nuncio ſuo M. Ioanni Crauatz ſummam 150. ſcur. Sicque ſtatuit. Conſiderauit inſuper Natio quod pauci inrotulandi eſſent quoniam pro tunc Magiſtri modicum affecti erant ad Rotulum prædictum. Noluit tamen Natio quod nuncius noſter iturus cum alijs haberet militare ſtipendijs proprijs, ſed liberaliter & abſolutè vltra ſummam quam recepturus erat ab Inrotulandis, ſiue Inrotulatis, ſummam 50. ſcutorum eidem Nuncio Electo & ituro, ſcilicet, M. Ioan. Crauatz dedit & conceſſit. Pecunia autem illa quæ à Nationibus & Facultatibus dabatur, apud Menſarium, ſeu Campſorem deponebatur, vt eam Romæ, ſeu in Curia Rom. Deputatis Vniuerſitatis repræſentaret: quod ex varijs actis colligimus. An. 1418. 22. Feb. in veteri Codice Nat. Gall. quoad pecunias fuit concluſum quod pecuniæ receptæ & recipiendæ per Procuratores à DD. Decanis ſingularum Prouinciarum poneretur in manu cuiuſdam Campſoris qui habeat reſtituere ſummam pecuniæ in caſu quo Rotulus non portabitur vſque ad Curiam Rom. & in caſu quo portabitur, dictus Campſor per buletam dabit dictam pecuniam in Curia Ro. Magiſtro Io. de Bellomonte Portitori dicti Rotuli.

Vnuſquiſque autem Nuncius ſuum habebat olim ſalarium ab alijs diſtinctum & ſeparatum; & in itinere ac in diuerſorijs ſuam quiſque ſymbolam conferebat. Verum anno 1421. die 8. Iunij videtur ſtatutum fuiſſe, vt pecuniæ communes eſſent: cui tamen ſtatuto interceſſerunt Nationes duæ, Gallicana & Picardica; ſic enim legitur in Regeſtris. Anno Domini 1421. 8. die Iunij fuit congregata Vniuerſitas in S. Mathurino ſuper 2. articulis, &c. Et quia D. Rector incidenter poſuit in deliberatione an pecuniæ Ambaſiatorum deberent eſſe communes; an verò quiliber Ambaſiator pecunias ſuæ Nationis, vel Facultatis particulariter perciperet in proprios vſus conuertendas? deliberauit

» Natio, quod nullo modo volebat quod pecuniæ ſuæ communicarentur Amba-
» ſiatoribus aliarum Facultatum, vel Nationum, ſed volebat ſuum Ambaſiato-
» rem illas perceptutum, concluſitque Natio quod caſu quo aliæ Nationes &
» Facultates oppoſitum concluderent, quod appellarem & opponerem me no-
» mine Nationis. Decani autem trium ſuperiorum *Facultatum* concluſerunt
» quod iſtæ pecuniæ eſſent communes vnà cum Natione Alemanniæ: & ſecun-
» dum ipſorum vota D. Rector concluſit: cui concluſioni me oppoſui nomine
» Nationis, & proteſtatus ſum de appellando; ſimiliter & D. Procurator Fran-
» ciæ. Acta fuerunt hæc die & menſe ſupradictis, præſentibus Decanis, Procu-
» ratoribus & alijs Magiſtris in multitudine copioſa; ſignatum I. de Courcellis
» cum ſyngrapho.

Eodem anno 12. Octob. perſtitit eadem Natio in Interceſſione, vt patet ex
» actis illius diei. Concluſit Natio, quod pro hac vice duntaxat ad ſupportandum
» onera & ſumptus Ambaſiatæ haberet à quolibet Magiſtro præſente ſummam
» 12. ſ. & ab abſentibus Magiſtris ſummam 14. ſ. P. prouiſo quod dictus M. Ioan-
» nes Theuroti ſibi ſoli reſeruaret pecunias, quas haberet à Natione: non com-
» municando eas alijs Ambaſiatoribus aliarum Nationum, vel Facultatum: quia
» dicebat Natio quod alijs debebant ſufficere pecuniæ ſuæ Nationis, aut Fa-
» cultatis.

His ita confectis Nuncij proficiſcebantur præfixo tempore, putà intra menſem qui illis præſtituebatur, quâ quidem in re multis opus erat impenſis; itaque cœpit tandem Vniuerſitas paulominus eſſe affecta erga eiuſmodi Rotulos, vt intelligimus ex pluribus inſtrumentis, & præſertim ex eo quod 10. Nouemb. an. 1414. confectum eſt apud Mathurin. *Conſiderauit inſuper Natio quod pauci inrotulandi eſſent, quoniam pro tunc Magiſtri modicum affecti erant ad Rotulum prædictum.* Cæterum ſi quis ſcire vult quæ eſſet formula communis Rotuli Vniuerſitatis, & quomodo Papa reſpondere ſoleret, accipiat ex MS. Victorino.

Articuli Rotuli Vniuerſitatis Pariſienſis.

Videntur iſti Articuli præſentati fuiſſe Benedicto XIII.

» PRimò dignetur S. V. Magiſtris & Graduatis in iſto Rotulo contentis
» concedere facultatem eligendi vnum Confeſſorem, aut ſucceſſiuè qui
» poſſit eos abſoluere ab omnibus peccatis ſuis, niſi eſſent talia propter quæ
» Sedes Apoſtolica eſſet meritò conſulenda, ac etiam plenam indulgentiam ſe-
» mel in mortis articulo valeat concedere. Fiat de vtroque videlicet, qui volent
» habere literas, habeant ad partes. *B.*

» Item quod præfati Magiſtri poſſint dicere ſeruitium diuinum ad vſum Ro-
» manæ Eccleſiæ, vel alicuius Beneficiorum ſuorum quandiu manebunt in ſtu-
» dio, S. V. concedere dignetur. *Fiat. B.*

» Item dignetur S. V. Rotulum præſentem & contentum in eodem ſolito
» clementiæ S. more benignè recipere & defectus tam iuris quàm facti, aut igno-
» rantias miſericorditer ſupplere. *Fiat quod in confectione literarum ſuppleatur. B.*

» Item dignetur S. V. ſupplicationes, ſeu Gratias inferius ſcriptas pro more
» Prædeceſſorum veſtrorum cum prærogatiua datæ & alijs Prærogatiuis inferius
» petitis ante omnes alias Vniuerſitates quotuncunque Studiorum generalium
» ſignare & expediri mandare. *Prouiſum eſt optimè.*

» Item cum tempore retroacto proh dolor plus fuerit perſonis quàm Beneficijs
» prouiſum adeò quod ipſis Beneficijs de paucis perſonis literatis & graduatis
» fuerit prouiſum in graue ipſorum beneficiorum damnum & ſalutis animarum
» periculum. Quod dicti Magiſtri in iſto Rotulo contenti quibuſuis alijs Gra-
» tias Expectatiuas habentibus etiam in Rotulo Principali familiarium veſtro-
» rum, Commenſalium, Domeſticorum continuorum, ac in poſterum gratias
» Rotulares, aut particulares habituatorum, cuiuſcunque ſtatus, gradus, autho-
» ritatis, nobilitatis, aut familiaritatis, etiam ſi Curiæ Imperialis, aut Regalis
» exiſtat in aſſecutione Eccleſiaſticorum beneficiorum cadentium ſub ipſorum
» gradus præferantur, aliaſque Prærogatiuas habeant, ac ſi in Rotulorum fami-
» liarium veſtrorum & ſub ipſius Data gratias habuiſſent Dominis Cardinalibus,

veſtris

veſtris familiaribus, Domeſticis & actu continuis Cnmmenſalibus Magiſtris, vel Graduatis duntaxat exceptis. *Prouiſum eſt optima Data quod pauciſſimi præcedant.*

Item ſi veſtra Sanctitas aliquibus perſonis, cuiuſcunque gradus, aut conditionis exiſtant, hactenus enneeſſit, vel concedat in futurum quod in gratijs eis conceſſis, vel concedendis ſub quacunque datâ prærogatiuis famulorum veſtrorum, aut aliorum qunrumcunque gaudeant, ac ſi in ipſo Rotulo veſtro, aut aliorum inſcripti fuiſſent, talis conceſſin Magiſtris in præſenti Rotuln contentis in nullo noceat, imò ipſi Magiſtri tales prærogatiuas habentes in aſſecutione beneficiorum ſub ſuis gratijs cadentium præferentur. *Nullis diſpoſuimus dare prærogatiuas tales, & ſi darentur, darentur vobis.*

Item ſi S. V. aliquibus, cuiuſeunque ſtatus, aut ennditionis exiſtant, gratias expectatiuas habentibus, vel habituris ſub quacunque Data conceſſit, aut concedit, quod gratiæ Expectatiuæ poſtea per E. S. V. eoncedendæ his nnn noceant, ſed quod eis præferantur, talis prærngatiua Magiſtris in iſto Rotuln enntentis nullo modo, quominus talibus, cuiuſeunque gradus, dignitatis, aut ſtatus ſint, in aſſeeutione non præferantur, quibuſcunque Regulis, aut conſtitutinnibus Caneellariæ per S. V. factis, aut fiendis non obſtantibus, exceptis duntaxat his qui in iſto articulo excipiuntur. *Idem vt ſupra.*

Item quod Magiſtri antedicti & eorum quilibet poſſint vti duabus Gratijs, vnâ Gratiâ eum vnâ Nominatione conceſſis, vel eoncedendis etiam quoad incnmpatibilia. Et ſi Eccleſiæ Paroehiales fuerint, etiam ſi in vna ipſarum mentio de alio non habeatur, ſine tamen præiudicio Magiſtrorum in præſenti Rntulo inſcriptorum qui in eodem Rntulo per Vniuerſitatem præſentes reputentur: Et quod pendentibus effectibus dictarum Gratiarum, vel earum alterius quilibet ipſorum poſſit permutare vnum Beneficium inenmpatibile, etiam ſi Eccleſia Parnehialis fuerit eum alia ſimili, vel diſſimili, nec propter hoc gratiæ, vel gratia quæ ſuum non ſnrtitæ, vel ſortira, fuerint, vel fuerit effectum, vel expiret qunque per aſſeeutinnem Beneficij inenmpatibilis, ambo poſſit tenere, dum tamen vnum ipſorum qund maluerit cum eompatibili, infra biennium permutare teneatur. *Ad primam partem prouiſum eſt per Regulas Cancellariæ. Ad ſecundam partem Fiat vt poſſint commutare cum compatibili. B.*

Item ſi S. V. conceſſit, vel concedat in futurum alicui perſonæ, vel aliquibns perſnnis, euiuſcunque ſtatus conditionis, vel dignitatis, etiamſi Imperialis, vel Regalis præeminentiæ exiſtant, quod poſſint nominare ad Beneficia Eccleſiaſtiea, etiam ſi dignitates fuerint, aliquas perſonas quæ huiuſmodi Nominatinnes Magiſtris in iſto Rotulo contentis qunad aſſecutionem Beneficiorum virtute vnius gratiæ quam elegerint, nullatenus noceant, quin talibus ſic nominatis præferantur. *Fiat. B.*

Item qund Cnllationes fiendæ per qunſeunque Legatns etiam à latere, vel poteſtatem Legati à latere habentes, aut alios quoſeunque non habeant Gratijs Dnctnrum Inrotulatorum præiudicare etiam nnndum Bullæ & Proeeſſus ſuper huiuſmodi Gratijs ſint confecti, dummodo infra tempus ſex menſium poſt aeceptationem debitè factam faciant debitè prouideri, nec Reſeruationes per ipſos factas, aut fiendas, etiamſi ſine Apoſtolicæ Sedis authcritate confirmatæ. *Fiat ſalua Collatione noſtra. B.*

Item qnod clauſulæ de anteferri & de meminiſſe & Reſeruaſſe, aut quæcunque aliæ quibuſcunque Perſonis niſi ſuperius in 5. artic. exceptis coneeſſæ, vel concedendæ etiam ſi ſimul, vel maioris efficaciæ exiſtant Gratijs Magiſtrorum in præſenti Rotulo inſcriptorum non præiudicent, nec noceant in aliquo *Clauſulam anteferri non intendimus dare. B.*

Item quod literæ Facultatum, ſeu quæcunque Gratiæ ſub quacunque verborum forma etiam cum Clauſulis in præcedenti proximo Rotulo poſitis conceſſæ, vel enneedendæ Legatis de latere & quibuſvis alijs Apoſtolicæ Sedis Legatis & Nuncijs, Archiepiſcopis, Epiſenpis, Abbatibus, Abbatiſſis, Prioriſſis & Capitulis, aut alijs perſonis etiam Dignitates obtinentibus Cathedralium, Collegiatarum, tam Regularium quàm ſecularium Eecleſiarum, ſeu quibuſcunque alijs perſonis de prouidendn eertis Clerieis, ſeu Perſonis idoneis de Bene-

» ficijs ſeu Officijs, nullo modo noceant Magiſtris in præſenti Rotulo contentis
» quoad aſſecutionem Beneficij, etiam cuiuſuis Canonicatus & Præbendæ, Di-
» gnitatis, officij, Perſonatus etiam Curati, vel cuiuſcunque adminiſtrationis quo-
» cunque nomine cenſeantur, etiamſi in Eccleſia Cathedrali exiſtant vigore vnius
» Gratiæ quam elegerint. *Fiat quod Facultates prædictæ non noceant illis quos dicta*
» *Vniuerſitas reputat præſentes. B.*
» Item quod Magiſtri antedicti, quibus conceditur gratia ad Collationem
» Epiſcopi, Decani, Capituli & cum Cura, vel ſine Cura, etiamſi Canonicatus
» Præbenda, ac dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel officium & in Eccleſia
» Cathedrali exiſtat acceptando Præbendam, poſſint cum hoc vigore huiuſmodi
» Gratiæ, dignitatem, aut perſonatum, adminiſtrationem, vel officium aſſequi,
» etiamſi ſimul, ac ſucceſſiuè vacauerint, ſiue in eadem Eccleſia, ſiue in diuerſis
» Eccleſijs fuerint.... ad eandem Collationem pertineant. *Fiat pro Magiſtris Li-*
» *centiatis & Baccalarijs formatis in Theol. & Licentiatis in Iure & Magiſtris in Me-*
» *dicina. B.*
» Item quod literas Apoſtolicas ſuper dictis Gratijs in dicto Rotulo factis,
» cum præfatis ſupplicationibus, diſpenſationibus, Conceſſionibus & Præroga-
» tiuis mandare dignemini expediri, non obſtantibus quibuſcunque Conſtitutio-
» nibus, aut Regulis Cancellariæ factis, aut faciendis. *Fiat Stylo Cancellariæ alias*
» *obſeruato.*
» Item cum tempore Datæ per eandem, ſi in dictis ſupplicationibus ponendæ
» vt ſperamus nonnullis de Magiſtris in dicto Rotulo ſcriptæ, Magiſtri, aut aliàs
» in alijs facultatibus Graduati, vel promoti, Preſbyteri, aut in alijs Ordinibus
» conſtituti minimè fuiſſent pro tempore præſentationis Rotuli prædicti, S. V.
» dignetur Gratias eiſdem conceſſas, aut in dicto Rotulo concedendas decerne-
» re prouidè valere, ac ſi tempore datæ fuiſſent in eiſdem Gradibus, ſeu ordini-
» bus, aut promotionibus conſtituti, provt ſunt tempore præſentationis eiuſdem,
» ſic tamen quod non Graduati, aut promoti vt ſupra clauſuræ, aut ſigillationis
» Rotuli prædicti qui tales tempore præſentationis eiuſdem per huiuſmodi gra-
» dum acquiſitum non præiudicent Magiſtris, &c. *Fiat vt petitur B.*
» Item ſi aliqui in dicto Rotulo contenti virtute Nominationis, Collationis,
» vel aliter habuerunt beneficium aliquod inter creationem S. V. & ſignationem
» dicti Rotuli, de quo in ſupplicationibus ſuis mentio non habeatur, quod non
» propter hæc Gratiæ ſuæ ſint inualidæ. *Fiat quod in confectione literarum exprimant*
» *vt habeant, perinde valere. B.*
» Item ſi ſecundum conſeruantiam, vel obſeruationem Curiæ Beneficia in-
» compatibilia Expectantium Curiæ reputentur affecta, & tempore Datæ ſua-
» rum Gratiarum, hoc non obſtante dicti inſcripti in dicto Rotulo poſſint ad
» partes eorum Ordinario, vel Legato permutare, vel purè reſignare. *Fiat ſaluo*
» *iure Tertij.* B.
» Item quod Reſeruationes ſpiritualiter factæ ad Beneficia vacatuta dunta-
» xat conceſſæ, vel concedendæ non habeant Gratijs ſubſcriptorum præiudica-
» re. Non intendimus illis vti B. Reſeruationibus ſpecialibus ſupple.
» Item quod ſuper Expectationibus, ſeu Gratijs quas Magiſtri præfati petunt
» ad quoruncunque collationem & etiam in Eccleſia, Ciuitate, Diœceſique va-
» leant expediri, licet hoc in ſuis ſupplicationibus non petatur. *Promiſſum eſt per*
» *Regulas Cancellariæ.* B.
» Item eum in pluribus Collationibus ſingulares perſonæ habeant vnicum
» Beneficium conferre, vel præſentare, vel plures vnicum, quod non obſtante
» obſeruantia Curiæ, aut iuris ſcripti ad oppoſitionem Magiſtri in dicto Rotulo
» contenti virtute ſuæ Gratiæ poſſint talia beneficia obtinere. *Deletus ſiue can-*
» *cellatus omnino eſt, quod non Fiat.*
» Item quod Gratiæ prædictæ ſi & quantum reperitentur inutiles, reformari
» valeant in eadem Data cum eiſdem Prærogatiuis ad aliam collationem. *Fiat vt*
» *petitur* B.
» Item dignetur S. V. cum non habentibus ætatem debitam diſpenſare de
» duobus annis, & quod illi qui maiori diſpenſatione indigent adeptâ ætate de-
» bitâ valeant vti ſuis Gratijs quoad Beneficia Curata, etiamſi ſolum petierunt ad

Digitized by Google

Beneficia ſine curâ. *Fiat vt petitur. B. cancellando iſtam clauſulam, etiamſi ſaltem petierint ad Beneficia ſine cura.*

Item quod habentes vel in poſterum habituri Beneficium incompatibile, poſſint aliud Beneficium incompatibile, etiamſi ambo Eccleſiæ Cathedrales fuerint virtute Gratiæ in præſenti Rotulo obtinendæ, vſque ad biennium retinere cum facultate permutandi alterum ipſorum quod maluerit cum Beneficio reliquo compatibili. *Supra prouiſum eſt. B.*

Item ſi aliquis ad plures Collationes diſiunctiuè ſibi petat prouideri in eadem ſupplicatione, illas ſupplicationes quas maluerit in literis conficiendis eligere, & ad plures collationes Beneficia obtinere, vt in artic. ſequenti. *Prouiſum eſt per Regulas Cancellariæ. B.*

Item ſi aliquis Magiſtrorum infra ſcriptorum ad duas Collationes, aut plures ſibi prouideri ſupplicauit, dignetur S. V. concedere quod præfati Magiſtri Bullas ſuas poſſint leuare ad eaſdem Collationes copulatiuè & obtinere ad duas Collationes, & ad duo Beneficia, etiamſi illud in ſupplicatione ſpeciali non fuerit expreſſum. *Prouiſum eſt per Regulas Cancellariæ. B.*

Item quod in Expectationibus & Reformationibus Gratiarum quas petunt: habeat ad quamcunque taxatum fuit ſummam. *Prouiſum eſt per Regulas Cancell. B.*

Item dignetur S. V. concedere Vniuerſitati Studij Pariſienſis præfatæ quod poſſit leuare literas Apoſtolicas de prærogatiuis per S. V. concedendis, & quod tranſumpto earumdem literarum ſub ſigillo authentico adhibeatur fides plenaria in iudicio & extra, ſicut eiuſdem literis adhibetur. *Deletus ſiue cancellatus eſt omnino.*

Item quod in ſingulis Facultatibus & Nationibus Ordo Rotuli & inrotulatorum obſeruetur cæteris paribus. *Fiat vt petitur.*

Item cum Regnum Franciæ inter cætera Regna plures Vniuerſitates habeat & ſolennes atque magis populatas quibus minus prouiſum eſt, videretur iuſtum & rationabile quod S. V. decerneret conformiter ad Ius commune, quod nullus extraneus recipiatur in Regno niſi ſaltem in altero ſtudiorum prædicti Regni graduatus fuerit, quod etſi aliquis non graduatus in prædictis ſtudiis recipiatur, dignetur S. V. concedere quod Magiſtris infra ſcriptis in nullo noceant, etiam cuiuſcunque gradus, ſtatus, aut conditionis & familiaritatis exiſtant. *Prouiſum eſt ſufficienter in Cancellaria. B.*

Item quod Magiſtri quos Vniuerſitas reputat præſentes, omnibus abſentibus præferantur. *Fiat vt petitur.*

Item dignetur S. V. quod Gratiæ prædictæ Magiſtris concedendæ extendantur ad Beneficia vacantia vel vacatura reſeruata in Curia alia reſeruatione quam Iuris communis, etiam ſi vacent per contractum matrimonij aut aliter quouiſmodo. *Deletus ſiue cancellatus eſt omnino.*

Item quod cum in acceptionibus multi ſoleant fraudes committere non proſequendo eas ſub ſpe vacationis pinguioris Beneficij, vel aliàs, quod ſi aliquis expectans vigore cuiuſcunque Gratiæ aliquod Beneficium duxerit acceptandum, illam acceptationem ſub pœnâ amiſſionis Gratiæ teneatur proſequi infra nouem menſes, niſi aliud Beneficium cum effectu proſequatur; quo caſu teneatur acceptationem huiuſmodi deducere in publicum & eam notificare in loco Beneficij. *Prouiſum eſt in Cancellaria. B.*

Item cum in nonnullis partibus iam inoleuerit conſuetudo, imo potius abuſus intolerabilis, quod ſcholæ magis danti licet tamen ignoranti diſtribuantur, vel potius vendantur in graue Doctorum, Doctrinæ, Iuuenum & Reipub. & totius Eccleſiaſticæ politicæ detrimentum, dignetur S. V. tale remedium apponere quod amplius non ita diſtribuantur, ſed pauperibus Magiſtris ſcientificis merè gratis conferantur. *Seruetur Ius commune. B.*

Item cum in proſecutione vnionis S. Matris Eccleſiæ prædictæ Vniuerſitas Pariſ. & eius ſuppoſita multas expenſas in ſolemnibus & frequentibus Ambaſ. ſatisfecerint & ſuſtinuerint, dignetur S. V. pretium nuper Bullis ſolui ſolitum à prædictis Magiſtris leuandum diminuere vſque ad ſummam 4. Scutorum, vel quinque Francorum. *Seruetur Conſuetudo antiqua. B.*

Item dignetur S. V. quod Religioſi cuiuſcunque Monachalis, vel alicuius alte-

rius Regularis Ordinis Magiſtri in Theologia & Decretorum Doctores etiam Magiſtri in aliis Facultatibus, in Medicina & Artibus in præſenti Rotulo inſcripti gaudeant Gratiis Exſpectatiuis ad Beneficia & Officia Regularia cum auctoritate ſe transferendi de vno Monaſterio ad aliud, quibuſcunque Conſtitutionibus, Ordinationibus aut Regulis Cancellariæ, nec non Statutis & Ordinationibus Monaſteriorum illorum non obſtantibus. *Seruetur Regula Cancellariæ. B.*

Item & quod gaudeant in ſuis Gratiis Exſpectatiuis talibus prærogatiuis quibus gaudebunt Magiſtri Scholares in ſimili gradu conſtituti. *Fiat ſaluo Iure communi.* B.

Item dignetur S. V. quod literæ Apoſtolicæ pro omnibus & ſingulis infra ſcriptis expediantur cum Gratiis & prærogatiuis conceſſis vel concedendis, & infra ſcriptis ſupplicationibus ſuis articulis communibus, licet in ſingulis ſupplicationibus non ponantur. *Fiat vt petitur.*

Item dignetur S. V. illos ſolum reputare præſentes in præſenti Rotulo quos Vniuerſitas conformiter ad ſuas conſtitutiones præſentes reputauit. *Fiat. B.*

Item cum in pluribus Partibus locorum Ordinarij velint & nitantur fructus primarios Beneficiorum vacantium percipere, hoc eis de Iure competente, & in vim cuiuſdam Extrauagantis aſſerentes, dignetur etiam S. V. conformiter ad intentionem ipſius Extrauagantis ordinare, quod de cætero ſit in optione Beneficium obtinentium taxam, vel reſiduum ſoluere; & quod etiam dicti Ordinarij ſuper parte per eos percepta onera talium Beneficiorum, aut ſaltem media eorum habeant ſupportare. *Fiat quod ſeruetur tenor Extrauagantis.*

Item etiam in pluribus Eccleſiis inoleuit conſuetudo quæ potius Simoniæ labes deberet nuncupari, quod videtur ſi ad quos in ipſis Eccleſiis præſiciendorum pertinet receptio, nullo modo eos recipiunt, niſi præ manibus magnam pecuniæ habeant ſoluere quantitatem, & quod damnatum, de & ſuper aliquo ipſorum Beneficio litigantes prædicti ad quos ipſorum & poſtremo ad ipſum Beneficium pertinet receptio obtentæ pecuniæ ſoluendæ, omnes litigantes tot quot fuerint ad dictum Beneficium recipiunt, per quod lites efficiuntur immortales. Quapropter dignetur S. V. de remedio prouidere opportuno. *Fiat quod nihil poſſit recipi niſi ſecundum ius commune & laudabiliter conſuetudinem approbatam. B.*

Item etſi eadem S. hactenus conceſſerit, aut in futurum concedat plures Gratias in vna Eccleſia, vel pluribus alicui perſonæ cuiuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis, familiaritatis continuè, vel alterius etiam viæ, aut aliorum quorumcunque exiſtat, dignetur S. V. quod poſtquam tali perſonæ in vim alterius Gratiarum fuerit prouiſum, cæteræ Gratiæ Magiſtris in præſenti Rotulo contentis nullo modo præiudicent. *Deletus & cancellatus eſt omnino. B.*

Item dignetur S. V. quod Reſeruationes quæcunque quorumcunque Beneficiorum per S. V. aut veſtros prædeceſſores factæ aut in poſterum faciendæ non noceant Magiſtris in dicto Rotulo contentis, quin poſſint vigore ſuarum Gratiarum Beneficia taliter reſeruata aſſequi prædictis Reſeruatis non obſtantibus, niſi ſaltem ſint reſeruationes huiuſmodi de contentis in Extrauagante ad Regimen. *Non fiat. B.*

Item cum nonnulli Magiſtri in dicto Rotulo contenti gradus quos poſt ipſius Rotuli confectionem, ante tamen veſtræ S. ad Supremi Apoſtolatus apicem aſſumptionem acquiſierunt in ſuis ſupplicationibus non poſuerunt, dignetur eadem S. V. quod in confectione Bullarum defectus huiuſmodi ſuppleantur. *Deletus ſiue cancellatus eſt omnino.*

Item cum plures Magiſtri dictæ Vniuerſitatis propter tunc eorum abſentiam, & alij qui poſt confectionem Rotuli iam veſtræ Beatitudini præſentati ſuos gradus acquiſierunt, in dicto Rotulo non fuerint inſcripti, præfata Vniuerſitas vnum primum Rotulum, ex his & de talibus perſonis confectis intendat eidem Beatitudini præſentari facere, dignetur S. V. Rotulum huiuſmodi ſub Data & prærogatiuis prioris Rotuli manu veſtra beatiſſima ſignati ac ipſas & literas Apoſtolicas ſuper hoc fieri opportunas expediri mandare, quamquam in dicto Rotulo aliqui fuerint qui tempore datæ quæ ab eadem S. V. ſpe-

ratur habere Clerici, Preſbyteri, Magiſtri, aut aliàs promoti non fuerint, pro- vt ſunt aut erunt tempore ſignationis Rotuli eiuſdem, licet tales ſe nominauerint aut appellauerint, Gratiæ huiuſmodi prouidere valeant, & ſuum ſortiantur effectum, ac ſi tales fuiſſent tempore Datæ eiuſdem. Etiamſi Rotulus huiuſmodi eodem tempore cum alio ſignatus non fuerit, atque ambos Rotulos pro eodem reputare atque decernere. *Fiat vt petitur. B.*

Item illos Magiſtros in Rotulo Vniuerſitatis prædictæ ſcriptos, qui per maiorem partem ordinarij anni præſentis Pariſius moram traxerunt & non alio ſe contulerunt, ad ipſius Vniuerſitatis intentionem S. V. præſentes reputare dignetur. *Fiat vt petitur. B.*

Item dignetur S. V. Prouiſiones & Collationes Beneficiorum ſuppoſitis prædictæ Vniuerſitatis factas vigore Ordinationum Concilij Eccleſiæ Gallicanæ etiam ante aſſumptionem fel. mem. D. Alexandri prædeceſſoris veſtri & modo ante aduentum & publicationem Bullarum eiuſdem, ſi quæ fuerint ad loca Beneficiorum & perſonarum quas huiuſmodi tangit negotium, factas, ratas & gratas habentes auctoritate Apoſtolica confirmare, conſtituere, Appellationibus & aliis quibuſcunque non obſtantibus. *Dentur ſupplicationes ad partem. B.*

Item quia propter Iuſtitiarum diſtantiam adeo plerumque fatigantur litigantes, quod & qui contra iuſtitiam ſe in Beneficiis intruſerunt, ipſorum remanent detentores, & quibus Canonicè pertinebant, ob præmiſſa ſuam iuſtitiam proſecuti, proſequi non valentes, ab eiſdem remanent excluſi eadem, S. V. dignetur quod Magiſtris in dicto Rotulo ſcriptis ratione ſuorum Beneficiorum extra muros Parif. tam agendo quàm defendendo non trahantur, ſed inibi aliquos Iuratos qui de cauſis dictorum ſuorum Beneficiorum cognoſcant, decidant & omnimodè determinent, committere. *Seruetur conſuetudo ſicut aliis temporibus retroactis. B.*

Item ſi antequam Rotulus mutandus & alteri continuandus eo quòd vnum cum illo ipſum reputamus ad S. V. perueniat, alium Rotulum in Curia exiſtentem ſignare contingat, dignetur eadem S. V. Rotulum mittendum & alteri coniungendum ſub Data & prærogatiuis alterius Rotuli reputare ſignatum, vt ſtatim poſt ſignationem alterius Rotuli in Rotulo mittendo in ſcripti ſecundum tenorem ſupplicationum ſuarum Bullas leuare, ac ſi eſſent in alio Rotulo per Sanctitatem V. ſignato vel ſignando inſcripti. *Prouiſum eſt.* B.

Item dignetur S. V. concedere Deuotæ filiæ veſtræ, vt eius ſuppoſita valeant & poſſint ſuos debitores conueniri facere à quacunque loci diſtantia vel ſaltem à 12. dietis à fine Diœceſ. Parif. comparandis. *Seruetur prout ſupra.*

Item dignetur eadem S. V. quod inter omnes habentes vel habituros Datam conceſſam, vel concedendam Magiſtris præſenti Rotulo inſcriptis ſit talis ordo, quod in aſſecutione Beneficij, vel Beneficiorum Graduatus, non Graduatis, & Magiſter Graduatus minus Graduato ſemper præferatur, non obſtante quacunque maiori diligentia de expeditione Bullarum celeriori promulgatione vel fulminatione proceſſuum, ſeu ſententiarum ſaluo tamen per integrè articulo dicente. *Quod Magiſtri* quos Vniuerſitas reputat præſentes, omnibus abſentibus præferantur. *Fiat vt petitur.* B.

Quicunque autem inſcribebantur in Rotulo, vel præſentes erant, vel abſentes, præſente indigebant teſtimonio. 2. teſtium hoc modo.

M. Ioannes Berandi — teſtes { Robertus de Carbonne. G. Erardi.

DISSERTATIO III.

De Pontificiis Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collationibus & Reſeruationibus.

QVantum ego legendo aſſequi potui, circa hanc materiam Romanis Pontificibus ſucceſſu temporum lis interceſſit cum duplici genere perſonarum; cum Principibus ſcilicet Eccleſiaſticis & cum Regibus ac Principibus Laïcis. Cum illis quidem de minoribus Beneficiis, puta de Præbendis & Curiis; cum iſtis

verò de Epiſcopatibus & Abbatiis. De his in ſequenti diſſertatione. De illis nunc agendum. Igitur Pontifices ius ſibi vindicare conati ſunt in diſtributiones minorum Beneficiorum quæ à Prælatis conferri ſolebant; adeò vt poſſent ipſi non modo rogare Prælatos ad quos eorumdem ordinaria Collatio pertinebat, vacantia conferre ijs quos commendabant, ſed præcipere, vt illa quibus ipſi vellent, & de quibus mandarent, conferrent. Prælati verò Eccleſiaſtici ea lege negarunt ſe teneri. Hinc orta lis.

Initium huiuſce Iuris Pontificij, ſeu legitimi, ſeu prætenſi ſaltem in Francia, repetendum videtur ab Innocentio III. nam ante ipſum, qui ad Pontificatum promotus eſt an. 1198. aut nulla ſunt illius Iuris, aut rara exempla. Alexander quidem III. mandauerat Petro Cardinali S. Chryſogoni, vt eorum nomina ſibi perſcriberet qui virtutibus & litteris eminerent; ille perſcripſit atque indicauit nonnullos *maximis honoribus digniſſimos*, vt retulimus ad an 1169. pag. 369. at ibi nulla mentio vacantium Beneficiorum.

Innocentius III. anno 1. ſui Pontificatus M. Petri de Corbolio, ſui quondam in Theologia Didaſcali precibus motus ſcripſit ad Hugonem Epiſcopum, Decanum & Capitulum Eccleſiæ Aurelianenſis mandauitque præcipiendo vti D. de Corbolio Subdiacono Pauper, Præbendam primò vacaturam conferret. Sic enim ille: *Fraternitati tuæ ſcripſiſſe recolimus, vt Præbendam Eccleſiæ tuæ pro reuerentia B. Petri & noſtra ſibi liberaliter aſſignares. Tu verò, vnde valde miramur, non curaſti precum noſtrarum primitias & mandatum Apoſtolicum adimplere.* Sunt hæ preces; ſed ecce præceptum. *Nolentes autem quod pro Deo de prouiſione præfati Subdiaconi laudabiliter incepimus relinquere imperfectum, fraternitati tuæ per iterata ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus ſi qua Præbenda nunc vacat in Eccleſia tua, eam ſibi non differas aſſignare, ſtallum ei in Choro & locum in Capitulo conferendo. Alioquin quam primò vacare contigerit, noſtra donatione præcipimus reſeruari perſonæ idoneæ conferendam: de qua ſi quid à te fuerit ordinatum, decernimus non tenere*, Ex hoc, vt opinor, initium ſumendum eſt reſeruationum & Exſpectatiuarum. Vide ea quæ in hanc rem retulimus ad an. 1198. à p. 529. ad pag. 532. Cæterum videtur Innocentius feciſſe contra cap. 7. Concilij Romani habiti ab Vrbano II. in quo ſic habetur. *Nulla inueſtitura fiat Præbendarum vel Altarium ſeu Prælationum, vel promiſſio viuentibus & eas poſſidentibus perſonis.*

Honorius III. Innocentij ſucceſſor miſſis Legatis duobus Othone in Angliam & Romano in Franciam idem tentauit, ſed prætextu colorato. Nimirum, quia vulgo malè audiebat Curia Romana ob auaritiæ famam, nec poterat tamen ſubſiſtere abſque auxilio ſubſidioque Prælatorum & Beneficiatorum, poſtulauit ad amouendam illam ſiniſtram famam, cauendumque de honeſto ſtatu Curialium, *ab omnibus Eccleſiis Cathedralibus duas Præbendas exhiberi, vnam de portione Epiſcopi, alteram de Capitulo.* Et ſimiliter *de Cœnobiis, vbi diuerſæ ſunt portiones Abbatis & Conuentus, quantum pertinet ad vnum Monachum æquali factâ diſtributione bonorum ſuorum*; & ab Abbate *tantumdem.*

Hæc expoſuit Otho an 1226. in Synodo Weſtmonaſterienſi, vt legitur apud Pariſium, & conatus eſt plurima inde commoda dicendo perſuadere. Verum Prælati per M. Ioan. Bedefordenſem Archidiaconum reſponderunt, rem iſtam maximè pertinere ad Regem Angliæ, & ad omnes Eccleſiarum Patronos, Archiepiſcopos, Epiſcopos aliosque innumeros, nec poſſe definiri quidquam abſente Rege & non vocatis iis quorum interererat. Conuocatâ deinde aliâ Synodo apud Norrthumbriam, & poſtmodum apud Weſtmonaſterium, Rex conſultis Prælatis & Magnatibus Regni tale dedit reſponſum. *Iſta quæ ſuadet nobis D. Papa, vniuerſam Chriſtianitatis latitudinem reſpiciunt: & quia Nos quaſi in extremis Orbis conſtituti ſumus partibus; cum viderimus qualiter cætera Regna erga tales ſe habuerint exactiones, D. Papa cum ab aliis Regnis habuerimus exemplum, in obſequiis nos inueniet promptiores.*

Romanus in Concilio Bituricenſi idem tentauit, nec feliciori ſucceſſu, vt ad an. 1226. fusè retulimus. Atque ex hoc tempore ad Bonifacium VIII. nihil legimus ſimile à Curia Romana attentatum, at Bonifacius ius ſupremum in omnia vacantia Beneficia ſibi vindicare conatus eſt, & aliquandiu non infeliciter: quippe vt haberet ſibi fauentes litteratos omnes, non niſi ſcientiarum ſplendore

conſpicuos promouebat, quos Epiſcopi alijque Prælati ſæpe negligebant. Cum verò poteſtatem illam coërcere quæ iam immenſa erat, contendit Philippus Pulcher, vt Regnum ſuum in priſtinam libertatem reſtitueret, ortum eſt diſſidium illud Bonifaciarum, de quo ſub initia huius ſeculi egimus.

In litteris autem Cardinalium (qui Beneficiis Gallicanis alebantur) ad Regni Barones hæc habentur verba in hanc rem notatu digna. *Quis vnquam prædeceſſorum ſuorum* (Bonifacij) formas *prouidendi pauperibus Clericis plus extendit? quibus per nonnullos ex Prælatis ſiebat prouiſio & mendicare quodammodo cogebantur in opprobrium Clericale? Exſurgant cum ipſo Domino Magiſtri in Theologia, quibus ipſe in Pariſienſi Eccleſia Canonicatus contulit & Præbendas.* Et ipſe Bonifacius. *Quia Eccleſia Pariſienſis eſt honoranda & nobilis Eccleſia, volebamus ei* (Regi) *concedere collationem Præbendarum in illa Eccleſia, ita tamen quod non poneret ibi niſi Magiſtros in Theologia, vel Doctores Iuris Canonici vel Ciuilis, vel perſonas alias quæ eſſent magnæ ſcientiæ & litteraturæ, non Nepotes illius vel illius, ad preces illius vel illius. Dicit quod Nos conferimus Beneficia iſtis vel illis. Nos poſſumus.* Vide plura loco citato.

Ecce igitur magnam rerum mutationem conuerſionemque. Ante Innocentium, nihil quidquam legimus ſimile attentatum in Beneficiorum Collationibus. Honorius III. poſtulauit ſibi duarum Præbendarum in ſingulis Eccleſiis prouiſionem concedi, nec obtinuit. Bonifacius omnium vacantium diſpenſationem & diſpoſitionem ſibi attribuit, & Collatoribus Ordinariis Regique nihil relinquit, niſi quod de gratia ſpeciali ſibi placet relinquere.

Quid poſt hæc acciderit Bonifacio, nimis notum eſt: ſed nec eius morte ſublata eſt Romanæ Curiæ inſtitutio: imò creuit in annos magis iſta cupiditas, funeſtiſſimis bellis in Regno ſubinde exortis.

Ioannes Victorinus ad an. 1306. *In Iulio Prælati Franciæ in pluribus locis fecerunt Concilia ad deliberandum quid poſſent facere ſuper grauaminibus quæ inferebantur à Papa, & ſuis Eccleſijs Gallicanis, conſilioque Regis & Regalium vſi ſunt in hoc caſu.*

Ioannes XXII. Auenioni ſedens longè plus auſus eſt; ille enim vulgò Annatarum, Reſeruationum, Mandatorum Apoſtolicorum, & aliorum eiuſmodi Inuentor, Autor & Parens nuncupatur. de eo ſic ſcribit Henricus de Knygthon Canonicus Leyceſtrenſis lib. 3. de Euent. Angl. eadem an. 1316.

Ioannes XXII. poſt Clementem V. ſedit Papa annis circiter 18. qui ſepti- «
mum librum Decretalium innouauit, Litteratos promouit, diſciplinam tripli- «
cis linguæ, Hebraïcæ, Græcæ & Latinæ apud Generalia Studia inſtituit. At «
dum imprimis acceptiones munerum exhorrere videretur, damnauit primò «
pluralitatem Beneficiorum, ita vt vnico Beneficio per Curatum quemlibet ac- «
ceptato, *ipſe Papa reliquorum vacantium fructus per aliquot annos obtineret; inſuper* «
& aliorum Beneficiorum per mortem ſeu reſignationem vacantium, ſiue per tranſlatio- «
nem primos fructus reſeruauit: ita vt Rector inſtitutus taxationem Beneficij ſui aut re- «
ſiduum taxationis acceptaret: ex qua cautela innumerabiles Theſauri ad manus Papæ «
deuenerunt. «

Verum certius habamus huiuſce præclaræ inſtitutionis teſtimonium in Decretali ipſiuſmet Pontificis, quia nempe ille fructus primi anni vacantium Beneficiorum; (Annatas poſtea dixerunt) Curiæ Romanæ attribuit intuitu neceſ-
ſitatis, & ad triennium tantummodo. Decretalis talis eſt. *Cum* nonnullæ Ec- «
cleſiaſticæ perſonæ in Cathedralibus Eccleſiis Canonicatus, Præbendas, Di- «
gnitates, Perſonatus & Officia ac alia Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes reuo- «
care conentur in dubium, an fructus, reditus & prouentus primi anni Beneficio- «
rum Eccleſiaſticorum etiam vacantium, & quæ in diuerſis Orbis partibus, *vſ-* «
que ad triennium vacare contingeret, quos pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus per «
noſtras ſub certa forma litteras duximus deputandos, iuxta tenorem littera- «
rum ipſarum Cameræ noſtræ ſoluere teneantur &c. «

Ex his patet Ioannem per alias ſuas litteras fuiſſe huiuſmodi Annatarum Autorem, ſed illæ inter Decretales non habentur; ſequuntur verò aliæ duæ Decretales, quarum vnâ quæ eſt eiuſdem Ioannis fructus duorum Beneficiorum, quibus aliquando Beneficiatus priuabatur, Cameræ Apoſtolicæ depu-

Digitized by Google

tantur: alterâ, quâ diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruantur Beneficia Curialium & Nunciorum Legatorum & aliorum ad Curiam accedentium, vel ab ea recedentium, ſi moriantur in locis vltra duas dietas Legales ab ipſa Curia nempe Auenionenſi non diſtantibus. Et hæc Decretalis eſt Benedicti XII. quam ille voluit vigere donec viueret.

Initio verò ab hiſce oneribus Annatarum exemptæ fuerunt maiores Prælaturæ, Archiepiſcopales, Epiſcopales, & Abbatiales; poſtea verò, vt viderunt Pontifices ſibi in minorum exactionibus pareri, ipſas Dignitates eidem legi ſubiecerunt. Singuli autem, vt tolerabile iugum hoc aliquo pacto facerent, initio ſui Pontificatus declarabant ſe ad vitam tantùm impoſitum velle, non in perpetuum.

Denique abijt iſta exactio in immenſum poſt exortum Schiſma; ante verò quid fieret & quomodo, habemus ex Autore Anonymo in Bibliotheca San-Victorina, legiturque in Codice MS. ſub hoc titulo. *Ad oſtendendum quod vacantiæ quas ſeruitia vocant, nullo modo ſunt iure de præterito debitæ, nec pro futuro imponendæ, vel exigendæ.* Sic ergo habet.

» Circa modum exactionis iſtarum vacantiarum eſt aduertendum, quod ante » tempora Schiſmatis nulla ſolutio, aut obligatio exigebatur, ſed habitâ poſſeſ- » ſione Collectores Apoſtolici leuabant in multis & prolixis terminis taxam: ita » quod taxa vix tribus, decem vel duodecim annis erat leuata, & communiter » remittebatur pars & aliquando totum propter paupertates, vel alias conſide- » rationes. Et poſt mortem D. Gregorij XI. debebantur pluſquam quatuor » millia, licet habuiſſet tot onera guerrarum & expenſarum tempore ſuo, quo- » rum maiorem partem habuit ſucceſſor. Poſt verò tempus Schiſmatis ante tra- » ditionem Bullarum ſoluebatur vna magna pars & præſertim de parte Came- » ræ, & de reliqua parte recipiebantur obligationes formarum in duriſſima & » cum tot cenſuris grauiſſimis, quod pauci fuerunt qui non inciderunt in illas. » Et cum hoc triennij multùm breues & importabiles tam pro Camera quàm pro » Collegio DD. Cardinalium ex poſt inualeſcente ſemper iſta angaria oportuit » totum tradere ante manum. Sed poſtremo deuentum eſt ad profundum ma- » lorum, vt nedum taxa per eos ad libitum impoſita, ſed aliquando duplicata, » triplicata & detriplata ad modum licitationis publicæ expediendæ plus offe- » renti, in tantum quod eſt Præbenda in Francia quæ non eſt taxata ad 15. libras, » nec valet 25. non reſidenti, pro qua fuerunt ſoluta 400. ſcuta auri, & vt com- » munius ſignificatis ſupplicationibus exſpectabatur plus offerens per menſem » & vltra, & ille obtinebat, & alterius ſignificatâ ſupplicatione, iure quæſito in » re, rumpebatur: & ſæpè idem Beneficium dabatur pluribus & à pluribus ſol- » uebatur, non quidem taxa, ſed quidquid ſuperaddi poterat per licitationes » publicas & alia media. Et tamen vnus ſolus obtinebat, etiam poſt multas ex- » penſas & labores & lites & perditionem fructuum & temporis. Et hæc licitatio » ita fuit conducta, vt nedum cui remanebat merx & licitatione vicerat, ſolue- » ret pretium, ſed etiam illi & cæteri qui licitatione fuerant victi, quibus, nec » merx fuit tradita, nec pretium fuit reſtitutum, licet in profanis cui non tradi- » tur merx, à traditione pretij immunis, vel ſi traditum fuerit, eidem inconti- » nenti reſtituatur. Vſque ad hos dies ita gubernata eſt Eccleſia & profanata » ſcientibus DD. noſtris Cardinalibus, vt non conſentientibus, vel non partici- » pantibus multis, de quo me remitto ad veritatem; quæ ſi in omnibus & omni- » bus non ſit palam, famæ publicæ & notoriæ ſunt remittendi; quot perſonæ » Eccleſiaſticæ omnis ſtatus, ſuperiores & inferiores illaqueatæ ſententijs à Di- » uinis abſtinuerunt & abſtinent? quot Miſſæ perduntur? quotiens abſtinetur à » celebratione Ordinum & aliorum Miniſteriorum Eccleſiaſticorum? quot ac- » cepta mutua ſub vſuris? quot ſumptus cambiorum, viarum & itinerum? quot » lites, quot circa & ob hoc ſumptus? quot oportet paſcere Mediatores? fauces » famelicas auri ſacræ famis ſtomacha illorum ſemper inſatiabili & hydropicâ » pecuniæ ſiti, vbi magis potatur, magis bibitur & excitat Cor illorum inextin- » guibilis auaritiæ ardor. Nunquid ſunt Epiſcopi in Francia à 2. annis iam pro- » moti per Curiam qui nondum ſuas potuerunt neque poſſunt Bullas habere, & » cum hoc à Mercatoribus propter creditas pro iſtis vacantijs pecunias, & ſuper

additamentis

additamentis quæ principale de multis excedunt, vel ad iſtorum inſtantiam «
ſunt excommunicati, aggrauati & reaggrauati & remiſſi auxilio brachij ſecula- «
ris, Eccleſijs ſic Paſtoribus denudatis. «

Hæc & alia multa Autor prædictus qui ſcribebat circa an. 1418. Nicolaus Clemangius qui initia vidit Schiſmatis, quique pro Vniuerſitate diu ſcripſit, de ijſdem Collationibus Pontificijs ad Benedictum Clementis ſucceſſorem ſic habet; *Vacuatis Præſulatuum aliarumque Dignitatum Eccleſiaſticarum Electionibus, ſublato præterea à Patronis omnibus Iure Collationum, diſpenſationem omnium Graduum totius Eccleſiæ ad veſtrum reuocaſtis arbitrium, vtrum ſalubriter pro vobis, ipſi videritis; vtrum verò vtiliter pro Eccleſia, non eſt Epiſtolaris anguſtiæ diſcutere*. En Clemangius Papam vſurpati iuris accuſat.

De Exactionibus verò fusè agit lib. de corrupto Eccleſiæ ſtatu cap. 13. his «
verbis. Sed me præterire non decebat priuſquam de hac Curia (Pontificia) «
egrediar, quantum & quam abominabilem fornicationem Papa & hi ſui Fra- «
tres (Cardinales) cum ſeculi Principibus inierint. Namque vt ſua Dominia, «
imò verò vt ſuam Tyrannidem omnibus, nec iniuria ſupra modum inuiſam, «
inconcuſſa ſtabilitate confirmare poſſent, ſicque tuto quodcunque libitum «
eſſet peragere, temporalium Principum, ad quorum ſe imitationem compo- «
nere atque conformare in animum induxerant, captare amicitias, fauores «
conquirere, quacunque poſſent induſtria ſtuduerunt. Nunc multa Benefi- «
ciorum his pro quibus exegiſſent, largitione & nunc encœnijs & donis, nunc «
promiſſis vberrimis, ſæpè aſſentationibus & Gnatonicæ doctrinæ verſutis frau- «
dulentijs. Itaque ne longum faciam, adeò ſe & Eccleſiam vniuerſalem eorum «
arbitrio ſubiecerunt atque dediderunt, vt vix aliquam paruulam Præbendam, «
niſi eorum mandato, vel conſenſu in Prouincijs eorum tribuere auſi eſſent. Si «
Epiſcopus aliquis obierat, ſi Decanus, vel Præpoſitus, vel alia quælibet Per- «
ſona Eccleſiaſtica, aliquis in demortui locum ſurrogari appetens, non prius ad «
Regem quàm ad Papam ibat, imò verò quis ita inſanus, vt abſque Regijs «
litteris ad Papam poſtulaturus accederet? Mirabile dicturus ſum, & quanquam «
vix credibile, veruntamen ſi quis Papæ neceſſarius, propinquus, familiaris, aut «
quolibet alio titulo dilectiſſimus, pro ſua apud eum promotione inſtitiſſet, Re- «
gales ante omnia ipſomet Pontifice iubebatur litteras quærere. Alioquin ſe «
fruſtra niti, omniaque tentamenta in vacuum abitura, quantumcunque ad «
gratiam illi faciendam, Papæ eſſet procliuis animus. Quàm verò importunè, «
quàm improbè, quàm manu, vt ita dicam, enſifera terreni ipſi Domini per «
ſuos ſollicitati Papam per ſuas quotidianas litteras vrgebant, nequaquam cre- «
dibile foret, niſi res vſu aſſiduo promulgata certitudinem faceret. Plus enim «
præceptorijs & comminatorijs ſcriptis res agebatur quàm commendatorijs, «
vel precatorijs, quibus ſi detrectaſſent Pontificibus obtemperare, & alteri quàm «
pro quo petebatur, contuliſſent, certum erat illum non recipi. «

De diſpoſitione Beneficiorum in Schiſmate.

Sic itaque omnes vacantes præſulatus, omnia Beneficia fructuoſa, ſecularis «
illa familia omnium rerum Eccleſiæ myſteriorum ignara, vi atque importuni- «
tate extorquebat, nulli eruditi viri (de litterarum ſacrarum eruditione loquor) «
nulli probi, iuſti, virtuoſi, *Qui Curiarum limina rarius terunt, ad ſuprema Digni-* «
tatum faſtigia veniebant; ſed ambitioſi quique, ſed adulatores, ſed Hiſtrionici, «
ſed omnibus vitijs imbuti, quales in Aulis Principum frequentes conſpici- «
mus. Nam quotus quiſque hodie eſt ad Pontificale culmen euectus? *Qui ſa-* «
cras vel perfunctoriè litteras legerit, audierit, didicerit, imò qui ſacrum Codicem, niſi «
tegumento tenui vnquam attigerit, cum tamen Iureiurando illas in ſua Inſtitutione ſe «
noſſe confirment? Aut Pontificia tenent homines ignari & illiterati. Aut ſi qui «
litterati ſunt, hi ſolummodo temporalia Imperialium legum præcepta, Sacer- «
dotibus Interdicta lucroſaſque ſcientias ſecuti ſunt. Nihil omnino de lege «
Diuina, vel ſpirituali eruditione, qua plebs ad ſalutem erudienda eſt, ſentien- «
tes. En quomodo tunc diſpenſabuntur Eccleſiaſtica Beneficia, vnde non immeritò conquerebatur Vniuerſitas Pariſienſis litteratos homines contemni, raroſque ad ea promoueri: quod ſi quæ obtinebant, adeò Sangui-ſugarum Curialium auaritiâ & penſionibus depauperabantur, vt ea deſerere cogerentur, & ſe aut ad ſordidum vitæ genus abijcere, aut in familiam Cardinalium,

aliorumque Sequacium admitti poſtulare. Quod malum idem Author exaggerat acerbiſſimè, & in Cardinalium mores acriter inuehitur tribus capitibus, nempe 10. 11. & 12. In 10. quidem agit de ſtatu & eorum Introductione, quos ſuperbiæ ſimulacra eſſe oſtendit, longeque à priſcorum more & officio degeneraſſe. Quod malum Schiſmati tribuendum.

DE SVPERBIA CARDINALIVM.

» Iam verò, *inquit*, Cardinalium, qui Papæ aſſident, ſpiritus, verba tumentia, geſtus tam ſunt inſolentes, vt ſi artifex quiſque vellet ſuperbiæ ſimulachrum effingere, nulla congruentius ratione id facere poſſet, quàm Cardinalis effigiem oculis intuentium obiectando, ex ſortis tamen infimæ Clericatu in hanc elationem cum Sedis Apoſtolicæ pompatûs incremento peruenerunt. Quippe quibus id olim erat negotij, vt efferendis mortuis ſepulturæque mandandis inſeruirent, nunc verò phylacteria ſua in tantum dilatauerunt, vt non modò Epiſcopos, quos Epiſcopellos ſolent paſſim vocare, ſed Patriarchas, Primates, ſed Archipræſules velut infra ſe poſitos deſpiciant, immò ſe iam ab illis ſupplicibus propemodum adorari ſinant, quin etiam Reges ipſos æquiparare contendant. Sed hac eorum omiſſa vanitate, quis immenſam & inextricabilem voraginem ipſorum concupiſcentiæ verbis æquare valeat; nulla proꝛſus ad hoc verba ſufficiunt, nullum ingenium, nulla facundia.

DE MVLTITVDINE ET INCOMPATIBILITATE BENEFICIORVM.

Cap. ſequenti agit de multitudine Beneficiorum quæ inuadebant, deque eorum incompatibilitate, de contractibus ſimoniacis, Et quomodo illi Beneficijs abuterentur.

» Atque imprimis, *inquit*, quantæ illud auiditatis eſt, quod tantam multitudinem Beneficiorum inuicem repugnantium tenent? quod Monachi ſimul & Canonici ſunt, Regulares & ſeculares; quod ſub eodem habitu omnium Religionum, Ordinum, Profeſſionum, Iura & officia beneficiaque poſſident? Non quidem duo vel tria, decem vel viginti, ſed centena & ducentena, & interdum vſque ad quadringenta, vel quingenta, aut amplius. Nec parua, vel tenuia, ſed omnium pinguiſſima & optima, quibus ſi contenti eſſent, poſtquam ad ſummam illam numeroſam peruentum eſſet, nec vltra quærerent, proſperè cum pauperibus Clericis, qui reliquias eorum exſpectant, ageretur: ſed quantumcunque ad numerum, aut ſummam venerint, ad ampliorem feſtinant & aſſiduè feſtinant, & ardentius feſtinant. *Nouas in dies gratias, nouas Conceſſiones petunt:* quas cum ſenſerint ad finem properare, integram reformari, aut denuò in manus augeri ſine vlla ceſſatione expoſcunt; ſic omnia vacantia, quæ alicuius ſunt momenti, amplectuntur, omnia rapiunt, omnia auferunt, nihil omnino ſaltem quod fructuoſum ſit, vel pauculum nimis alijs partiendum relinquitur. Nec tamen ſitis illa vndâ rantâ Beneficiorum extinguitur, ſed vehementius ardet, & arentes animi fauces magis ſemper accendit, non modò illis fructibus omnium Eccleſiarum toto Orbe conſtructarum, ſed neque totâ auri mole quam Tagus ſuis arenis ſecum vehit, quamque Pactolus voluit explebiles.

» Cernentes igitur inopes alij & Calamitoſi Eccleſiaſtici nihil ſe poſſe conſequi, ſed omni prorſus ſpe alicuius boni niſi his authoribus deſtitutos, non habentes quid faciant, aut quò ſe vertant, ad hos ipſos ſe conferunt, & aut cum Simoniaca prauitate Beneficia ab eis mercantur, aut penſione annua, quod æquè Simoniacum eſt, ab illis redimunt, aut veſtigijs eorum adnoluti, in ſuam familiam admitti poſtulant, vt vel longo famulatu, ſæpè etiam ignominioſo aliquem in Eccleſia titulum pariant. Nam quid hodierna die eſt, quod ſibi aliquis de probis moribus vel eruditione, quo promoueri valeat blandiatur? Non iam his artibus cui quondam apud Maiores fieri ſolitum eſſe accepimus, ad honores Eccleſiæ adſcenditur, ſed illis quas modò retuli, quaſque de ſecularium poteſtatum famulatu & importunis petitionibus paulò poſt relaturus ſum. In Monaſterijs autem & locis alijs in quibus Beneficia Cardinales occupant, quomodo Deo ſeruiatur, quomodo Domus & ædificia labentia reparentur, res ipſa loquitur. Omnia illic corruunt, omnia labuntur, omnia pereunt, adeò vt ſæpè oporteat omnem ab eis adminiſtrationem per Laicam manum ſubſtrahi, donec reparationes ibi neceſſariæ (quæ nunquam aliàs fierent) expletæ ſint. Quomodo ibi viuatur, qualis diſciplina, aut regula obſeruetur, nihil ad eos

attinet dummodo ſuorum Procuratorum ſolertiâ burſa ſua nummis multis onuſta redeat.

Talis erat temporibus iſtis Schiſmaticis, Franciæ ſtatus: de quo qui plura videre volet, tractatum Clemangij legere poterit.

DISSERTATIO IV.

De Regijs Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collationibus.

MOris fuit veteribus prædia quædam & poſſeſſiones Veteranis & ſtrenuis militibus attribuere, vt tam ipſi quàm alij eorum exemplo ad defendendam Patriam excitarentur & animoſiores fierent; hinc Cæſar apud Lucanum.

Quæ ſedes erit Emeritis? quæ rura dabuntur
Quæ noſter Veteranus aret?

Hæc rura, hæc prædia dicebantur *Beneficia*, ςρατιώτικα κτήματα, & qui ea poſſidebant, *Beneficiarij*. Hunc morem imitati ſunt Chriſtiani, & Populus ac Principes Eccleſiæ Militibus, ſeu Miniſtris certa quædam prædia poſſeſſioneſque adſcripſerunt, quæ *Beneficia Eccleſiaſtica* dicta ſunt, eorumque Poſſeſſores, *Beneficiarij* vulgò appellantur.

Eſt ergo beneficium res Eccleſiaſtica, quæ Sacèrdoti, vel Clerico ob ſacrum Miniſterium vtenda conceditur in perpetuum. Hæc definitio quæ eſt Duareni lib. 2. de ſacra Militia c. 4. mihi videtur commoda & legitima, quam qui videre volet fuſius explicatam, locum conſulat. Mihi ſufficiat in Beneficio duo attendere, *Miniſterium* quod ſacrum eſt, & *commodum*, ſeu prædium, quod ex ſe profanum eſt & temporarium, Eccleſiaſtico tamen Miniſterio addictum.

Iam quæritur ad quos pertineat Beneficia conferre? Nemo dubitat de ſummo Pontifice, deque Archiepiſcopis & Epiſcopis; ſed dubitatur de Laicis Principibus. Gregorius VII. vetuit vlla Beneficia de manu laïca accipere; contra verò ius ſuum illud eſſe contenderunt Romani Imperatores. Gregorius in Synodo Romana 50. Epiſcoporum, an. 1074. decretum fecit in hæc verba. *Si quis deinceps Epiſcopatum, vel Abbatiam de manu alicuius Laïcæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos, vel Abbates habeatur, nec vlla ei vt Epiſcopo, vel Abbati audientia concedatur.*

Item in Synodo Lateranenſi, an. 1077. *quoniam inueſtituras Eccleſiarum contra ſtatuta Canonum multis in locis cognouimus à Laïcis fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Eccleſia oriri, ex quibus Chriſtiana Religio perturbatur, decernimus, vt nullus Epiſcoporum inueſtituram Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel Eccleſiæ de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius Laïcæ perſonæ, viri vel fœminæ ſuſcipiat.*

Imperator opponebat ius & poſſeſſionem; de poſſeſſione nemo ambigebat; de iure certatum per 400. annos; dicebat autem ius illud prouenire ex Eccleſiarum dotationibus, à ſe, à prædeceſſoribus, à Populo ſuo factis, nihil contribuente Pontifice, nec Prælatis; licere ei, qui Eccleſiam conſtruxerit, deſtructam reædificauerit, & dotauerit, ius Patronatus retinere, & ſecundum illud, Eccleſiam ſeu Curiam, aut Parochiam conferre, quid ni ergo liceat fundatoribus Epiſcopatuum, ſeu bonorum, vt vocant, temporalium largitoribus ad Miniſterium Epiſcopale, Abbatiale, aut aliud eiuſmodi, ius retinere conferendi Epiſcopatus, Abbatias, aliaque maiora Beneficia, Miniſtris Eccleſiaſticis probis & honeſtis viris? Præterea ius eligendi Beneficiarios penes Populum olim fuiſſe, non ob aliam rationem quàm quia bonis opibuſque ſuis Eccleſiam locupletarat: cum verò Populus illâ ſuâ poteſtate ſucceſſu temporis abuſus fuiſſet extra modum, tranſiſſe ad Clerum. Clero quoque ob ambitum, pecuniarum largitiones, corruptelas, amicitias eodem iure abutente, Principes Laïcos, qui Duces ſunt Populi & ſubditorum ſuorum Paſtores, quorum intereſt maximè inter eos fouere pacem concordiamque, amouere rixas, corruptelas prohibere, atque ex conſilio virorum proborum & Magnatum Eccleſiæ Miniſtros idoneos præfici, ius illud ad ſe traducere potuiſſe non immeritò,

licet ipſi aut Prædeceſſores ſui Eccleſias beneficijs eiuſmodi non locupletaſſent more populi.

Addidit Marſilius Patauinus feruente diſſidio inter Ludouicum Bauarum Imper. & Ioannem XXII. Beneficiorum diſtributionem rem omnino profanam eſſe temporariamque iudicandam, eamque Principibus Laïcis magis quàm Epiſcopis alijſque Prælatis conuenire.

Inſuper in hoc negotio duo eſſe maximè diſtinguenda, Miniſterium & Beneficium. Pontificis eſſe & Epiſcoporum ordinare Miniſtros & non niſi idoneos ad ſacra Miniſteria deſtinare: Principum verò eſſe Miniſtris eiuſmodi, quibus voluerint, Beneficia ſua impertiri; nec in hoc ius violari Pontificium, non Eccleſiaſticum; ſuam Sacerdotio, ſuam Imperio libertatem ſeruandam. Eccleſiæ libertatem in eo conſiſtere, vt fruatur vti ſuis legibus in cauſis Dei & fidei: nec amplius petitum à Felice III. in Epiſt. ad Zenonem, cui Orthodoxi contra Inuaſorem Baſiliſcum aſſeruerant Imperium. *Puto*, inquiebat, *quod vobis ſine vlla dubitatione ſit vtile, ſi Eccleſiam Catholicam veſtri tempore Principatus ſinatis vti legibus ſuis, nec Libertati eius quemquam permittatis obſiſtere, quæ Regni vobis reſtituit poteſtatem. Certum eſt enim hoc rebus veſtris eſſe ſalutare, vt cum de cauſis Dei agitur*, iuxta ipſius conſtitutum, *Regiam voluntatem Sacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere non præferre, & ſacroſancta per eorum Præſules diſcere potius quàm docere. Eccleſiæ formam ſequi, non huic humanitus ſequenda iura præfigere. Neque eius ſanctionibus velle dominari, cui Deus voluit Clementiam tuam piæ deuotionis colla ſubmittere, ne dum menſura cæleſtis diſpoſitionis exceditur, eatur in contumeliam diſponentis.* Nolle autem Imperatorem prædictam libertatem Eccleſiæ adimere, nolle ſe immiſcere rebus fidei & cauſis Dei; ſed nec Eccleſiam quoque debere obſtare quominus iuribus auitis potiretur. Pontificum eſſe Epiſcopos & Preſbyteros ordinare & conſecrare, ſua illis officia & miniſteria aſſignare & diſtribuere; Eccleſiaſticas ſanctiones condere, earum obſeruationi inuigilare; non bona, non prædia poſſeſſioneſque quas non dederunt, impertiri, ſed Populi, ſed Regum Principumque qui Populi vices gerunt. Et hanc diſtinctionem probat Gaufridus Vindocinenſis in opuſculo ad Calixtum c. 3. & 4. Inueſtituram enim duplicem facit, vnam omnino Eccleſiaſticam quæ fiebat per anulum & virgam; alteram Laïcam, quæ citra hanc ſolennitatem fiebat. *Inueſtituram*, inquit, *per Virgam & anulum accipere niſi à ſuo Conſecratore manifeſtum eſt eſſe damnoſum, quia nulli Laïco licet illa Eccleſiæ ſacramenta dare, ſicut ei non licet Epiſcopum conſecrare. Alia eſt vtique Inueſtitura, quæ Epiſcopum perficit; alia quæ Epiſcopum paſcit. Illa ex diuino iure habetur, iſta ex iure humano. Subſtrahe ius Diuinum, ſpiritualiter Epiſcopus non creatur. Subſtrahe ius humanum, Poſſeſſiones amittit quibus ipſe corporaliter ſuſtentatur. Non enim poſſeſſiones haberet Eccleſia, niſi ſibi à Regibus donarentur, & ab ipſis, non quidem Diuinis Sacramentis, ſed poſſeſſionibus terrenis inueſtirentur.*

Ad hæc Pontifices reſpondebant rem ſemel Deo conſecratam iam non eſſe Populi, nec Regis, ſed Dei; ac proinde eius cuſtodiam conſeruationemque penes eos eſſe debere, qui Dei ſunt Miniſtri & Vicarij.

His & ſimilibus rationibus diu certatum, ſed & fulminibus quoque & armis; verum aliam immunitatem aſſerere conatus eſt Gregorius perſonis & rebus Eccleſiaſticis, atque omnem omnino in eas Principibus autoritatem adimere, aiens ep. 3. l. 9. *nobilius eſſe multo tempore pro libertate S. Eccleſiæ decertare quàm miſeræ ac diabolicæ ſeruituti ſubiacere.* Iiſdem inſtitutis inſtiterunt conſecuti Pontifices, & fortaſſe ſeuerius quàm decuiſſet, his enim contentionibus dum libertas Eccleſiæ quærebatur, imminuta tandem eſt.

Vrbanus II. in Concilio Claromontano an. 1095. ita conſtituit, vt legitur apud Matthæum Pariſienſem *Quod Eccleſia Catholica ſit in fide caſta & ab omni ſeruitute ſeculari libera. Vt Epiſcopi vel Abbates, vel aliquis de Clero aliquam Eccleſiaſticam Dignitatem de manu Principum, vel quorumlibet Laicorum non recipiat. Quod qui apprehenderit Epiſcopum, omnino exlex fiat. Quod qui ſacri ordinis viros, vel eorum famulos apprehenderit, anathema ſit.*

Idem in Concilio Nemauſenſi an. 1198. *Quicunque Epiſcopum, Abbatem, vel Archidiaconum, vel Presbyterum capere præſumpſerit, publicè primùm dedecoratus*

infamia honoris ſui periculum incurrat & tandiu excommunicetur & terra ſua interdicatur, quandiu Eccleſiæ ſatisfacere diſtulerit.

Item Clericus, *vel Monachus qui Eccleſiaſticum de manu Laici ſuſceperit beneficium, quia non intrauit per oſtium, ſed aſcendit aliunde ſicut fur & latro, ab eodem ſeparetur officio.*

Hæc & alia multa in diuerſis Concilijs ſtatuerunt Pontifices, vt Eccleſiæ libertatem procurarent: quod multi viri boni veriti ſunt, ne in detrimentum vergeret Eccleſiæ. Idque præmonuit olim Gaufridus Vindocinenſis in Opuſcul. ad Calixtum Papam c. 6. *Dum Rex & Romanus Pontifex vnus contra alium, alter pro Regni conſuetudine, alter pro Eccleſiæ libertate erigitur, Regnum illam conſuetudinem obtinere non poteſt nec poterit, & Eccleſiæ ſuæ libertatis amittit plurimum.... Habeat Eccleſia ſuam libertatem, ſed ſummopere caueat ne dum nimis emunxerit, eliciat ſanguinem, & dum rubiginem de vaſe conatur eradere, vas ipſum frangatur.*

Nec verò in Beneficiorum duntaxat diſpenſationibus ſtetit hæc controuerſia. Pontifices Imperatorium iugum non contenti excuſſiſſe in Electione ſua, quæ pendebat olim ex arbitrio Imperatorum, ipſoſmet Imperatores ſibi ſubijcere moliti ſunt, nec eos, donec agnouiſſent Regiſque diademate inſigniſſent, paſſi ſunt Auguſtos appellari; mira hæc fuit conuerſio. Imperatores olim Pontificum electionem ſibi vindicauerant, Pontifices viciſſim ſuam eſſe Imperatorum electionem contenderunt. Hinc Romæ Pictor quidam iuſſu Pontificis depinxerat Lotharium Auguſtum genuflexo Imperij fræna ſumentem à Papa; quam picturam cum petijſſet Fridericus I. ab Adriano deleri, differretque Pontifex, funeſtiſſimum bellum mouit Imperator, in quo tandem ſub Alexandro III. ſuccubuit.

Hæc eo paulò fuſius retulimus, vt intelligatur, quod nemo hactenus mihi videtur ſatis clarè explicuiſſe, vnde & quando Regnum Gallicanum libertates ſuas obtendere cœpit. Vt igitur ab exordio rem arceſſamus, quantum ſaltem legendo diſcere potuimus, ita primò videtur ſtatuendum; ab omni æuo, ſiue Populus ſiue Clerus Prælatos elegerit, Regium ſemper Electioni acceſſiſſe conſenſum. Certum eſt enim 1. in vtraque Eccleſia Orientali & Occidentali primitus coniuncta fuiſſe vota populi, Principum & Cleri in electione Prælati ſeu Epiſcopi; electionem verò approbari & confirmari conſueuiſſe à Metropolitano.

2. Certum eſt 7. & 8. Synodos in Eccleſia Orientali remouiſſe Laïcorum ſuffragia; vt legitur in Can. 22. octauæ Synodi. In Occidentali verò diu remanſiſſe cum Clero coniuncta, & in noſtra præſertim Gallia. In Concilio Aurelian. V. an. 599. cap. 10. ita legitur. *Cum voluntate Regis iuxta Electionem Cleri ac plebis, ſicut in antiquis Canonibus tenetur ſcriptum; à Metropolitano, vel quem vice ſua præmiſerit, cum Comprouincialibus Pontifex conſecretur.*

Alcuinus lib. de Diuinis Offic. cap. 36. *Cum Epiſcopus Ciuitatis fuerit defunctus, eligitur alius à Clero ſeu populo. Fitque decretum ab illis & veniunt ad Apoſtolicum cum ſuo Electo deferentes ſecum ſuggeſtionem hoc eſt rogatorias litteras, vt eis conſecret Epiſcopum.* Apoſtolicum vocat Metropolitanum. Hincmarus Carolo Caluo Rege, in form. II. *Quæ Electio non tantùm à Ciuitatis Clericis erit agenda; verum & de omnibus Monaſterijs ipſius Parochiæ, & de Ruſticanarum Parochiarum Presbyteris occurrant Vicarij commorantium ſecum concordia vota ferentes. Sed & Laici Nobiles ac Ciues adeſſe debebunt. Quoniam ab omnibus debet eligi, cui debet ab omnibus obediri.* Hinc intelliguntur verba, quæ in Decretis Cœleſtini & Leonis habentur, vt fiant legitimæ Electiones, requiri *Vota Ciuium, Deſideria populorum, Honoratorum arbitrium, Electionem Clericorum, Ordinis conſenſum.*

In Electione Fulconis Epiſcopi Pariſienſis circa an. 1100. orta eſt contentio inter Canonicos, cuius deciſio pertinebat ad Archiepiſcopum Senonenſem Metropolitanum, & ad Comprouinciales, itaque Iuo Carnotenſis ad Vlgrinum & Stephanum Archidiaconos reſcripſit in hæc verba quæ leguntur in Ep. 138.
Cum de electione Epiſcopi apud vos ageretur, & à quibuſdam veſtrum Domnus Ful- «
co Decanus veſter eligeretur, habita eſt, vt audiuimus inter vos fœda conten- «
tio, quæ & multorum aures offenderet, & de Eccleſia veſtra non bonum odo- «
rem longè lateque diſpergeret. Petitioni veſtræ hoc reſpondemus, *quia electio-* «
ni Fulconis vel alterius aſſenſum non dabimus, niſi quem aut Cleri plebiſque conſenſus «

» *elegerit, aut Metropolitani iudicium cum conniuentia Suffraganeorum habita legitima*
» *diſcuſſione probauerit.*

Ab vna Capituli parte prouocatum eſt ad Metropolitanum: at Fulco Romam profectus à Paſchale Papa conſecrationem obtinuit. Reſcripſit tamen Papa ad Daimbertum ſe velle iura ipſius ſalua in omnibus. *Saluo*, inquit, *in omnibus Senonenſis Eccleſiæ iure & perſonæ tuæ reuerentiâ eum noſtris tanquam B. Petri manibus largiente Domino conſecrauimus. Ipſum itaque ad Dilectionem tuam cum B. Petri gratia remittentes litteris præſentibus plurimùm commendamus.*

3. Certum eſt Electiones eiuſmodi nunquam fieri ſolitas ſine aſſenſu Principis. Notandum in hanc rem Decretum Gregorij Magni. *Epiſcopo decedente, in loco ipſius qui à Metropolitano ordinari debet cum Prouincialibus, à Clero & Populo eligatur. Et ſi perſona condigna fuerit, per ordinationem Principis ordinetur, vel certè ſi de Palatio eligitur, per meritum perſonæ & doctrinæ ordinetur.* Princeps nempe ſolus eligebat è Palatinis Clericis nonnunquam quos volebat, in Epiſcopos.

4. Certum eſt, interuenientibus Electionum turbis, ſæpè Principes elegiſſe & deſignaſſe Epiſcopos: vt patet ex electione Leodegarij Æduenſis Antiſtitis, quæ propter duos de Epiſcopatu contendentes facta eſt à Bathilde Regina & Clotario filio. Et circa idem tempus nempe an. 664 *Optimates & Rectores Palatij conſueuerunt Childerito Regi vt Eccleſiæ Traiectenſi Landebertum præficeret, cui Regis imperio plebs omnis conſenſit.*

Nihil eſt frequentius in hiſtoria Caroli Magni quàm iſta Beneficiorum Præſulatuumque collatio. Teſtantur omnes Hiſtorici ipſum Alcuino Præceptori & Magiſtro ſuo Abbatiam S. Martini Turonenſis contuliſſe; qua de re ſic Sangallenſis, *dedit autem illi Abbatiam S. Martini iuxta Turonicam Ciuitatem.* Idem paulò poſt ſic Carolum inducit exhortantem ad ſtudia bonarum litterarum Diſcipulos. *Ad perfectum attingere ſtudete & dabo vobis Epiſcopia & Monaſteria permagnifica.*

Ludouicus Pius Caroli filius innumeros quoque ſimiliter inueſtiuit. Ebbonem Collactaneum ſuum Archipræſulatu Remenſi donauit, à quo poſtea proditus eſt. Hinc contra Ebbonem Theganus Chorepiſcopus Treuirenſis. *Veſtiuit te purpura & pallio, & tu eum induiſti cilicio. Ille pertraxit te immeritum ad culmen Pontificale; Tu eum falſo iudicio voluiſti expellere à ſolio Patrum ſuorum.*

Carolus Caluus eodem iure vſus eſt, & licet eo regnante Nicolaus I. Regiam Celſitudinem deprimere conatus ſit, Adrianus qui ei ſucceſſit an. 867. datis ad Galliarum Epiſcopos litteris vetuit alios ordinari Epiſcopos, *niſi quibus præfatus Imperator Epiſcopatum concederet & ordinari mandaret*, vt legitur in Chronico Virdunenſi. Scripſit quoque Gerardo Duci & Rofrido Comiti & omnibus Galliarum Comitibus, *vt nullius hominis fauore & gratia permitterent alios viros Eccleſiaſtici Ordinis in Epiſcopijs totius Galliæ & Burgundiæ conſecrare Epiſcopos, niſi quos Ludouicus Imperator iuberet.*

Verum eſt reſtitiſſe Epiſcopos qui Nicolai beneficio iugum hoc excuſſiſſe ſibi videbantur, eique Prædeceſſoris exemplum obieciſſe, & Epiſtolam ad Quendam Galliæ Epiſcopum hæc verba continentem. *Illud autem*, Frater Chariſſime, *ridiculoſum ſonuit, quod apicum tuorum gerulum nobis commendans, hunc Presbyterum eſſe Gerardi Illuſtris Comitis perhibuiſti; verum quid hoc ſcribens prudentia tua dicere voluerit, & quid ſuper huiuſcemodi verbo intelligeretis, fateor nos ignoramus. Nunquid Gerardus Comes illum conſecrauit? nunquid de ipſius eſt Diœceſi? vbi hoc legiſti? vbi hoc didiciſti? niſi quia Presbyteri non ſpecialiter Eccleſiæ poſſeſſionis, aut Martyrij ſecundum ſacras ſcripturas ordinantur, ſed in domibus Laicorum conſtituuntur, cum ſecularibus conuerſantur, vt iam non Dei, nec Eccleſiæ cuiuſlibet, ſed illius Comitis & illius Ducis eſſe dicantur: itavt impletum ſit quod per Prophetam dicitur.* Et erit ſicut Populus ſic Sacerdos; quod fortaſſe vnum eſt eorum, quæ cum conuenerimus vnanimiter in idipſum, oportebit decentius emendari & tanquam venenatum *Elleborum amputari.* His ſubdiderunt Epiſcopi. Quid putamus, ſi Beatiſ-
» ſimus Papa Nicolaus in diebus ſuis audiſſet, & in litteris quaſi ab Apoſtolica
» Sede confictis, quod Laïci Comites non permitterent in Ciuitatibus Epiſcopos
» ordinari, niſi quos ſecularis poteſtas è latere ſuo miſiſſet, quid inde ſcriberet?
» quo dolore moueretur? quoſue gemitus daret cum proſpiceret ſactatiſſimum

Digitized by Google

Ordinem tam illicitè tractari & ad taotum oefas proſilire quemquam auſum,
vt de Sede Apoſtolica tam inconuenientia & extra vſum Eccleſiaſticum omoi-
no ſcriberet.

Hæc, ioquam, indigoanter ferebaot Epiſcopi, quia ſæpè accidebat vt
Principes è Clericis ſuis, ſeu Capellaois, quos vulgo Eleemoſynarios appella-
mus, promouerent & promoueri curareot; quales multos promouit Ludouicus
Pius, & inter alios Ebbonem, Caluus Æneam ad Epiſcopatum Pariſienſem.
Hincmarus & Fulco è Palatiois officijs ad Archipræſularum Remenſem Re-
gio beneficio promoti ſunt. Notaodæ verò ſuot formulæ quibus vtebantur Re-
gès in huiuſmodi Collatiooibus, quæ leguotur in 2. tom. Coocil. Eccl. Gall.
vna talis eſt ad Metropolitanum vt deſigoatum Epiſcopum ordinet cum ſuis
Comprouiocialibus. *Credimus iam ad veſtram reuerentiam perueniſſe S. recordationis
Ill. vrbis Antiſtitem euocatione diuina de præſentis ſeculi luce migraſſe.* De cuius ſuc-
ceſſore, ſolicitudioe ioregra cum Pontificibus, vel Primatibus Populi noſtri
pertractantes decteuimus Illuſtri viro Illuſt. ad præfatam Vrbem *Pontifica-
lem regulariter Chriſto auſpice committere dignitatem.* Et ideò ſalutatiooum iura de-
bito honore ſoluentes perimus, vt cum ad vos peruenerit, ipſum, vt ordo po-
ſtulat, *benedicere veſtra ſanctitas non moretur.* Prætereo infinita eorum exempla,
qui à conſequentibus Regibus prouecti ſunt tum è Palatio, tum aliunde. Ve-
niamus ad tempora quibus Pontifices ſeu iugum hoc excutere, ſeu libertatem
iſtam immiouere cooati ſuot.

Gregorius VII. ao. 1074. Synodum habuerat Romæ io qua Laïcorum
Principum iouestituras grauibus pœnis prohibuerat; idem experiri voluit,
quid Francia factura eſſet, ſi rale Decretum promulgaretur, iuſſirque per Hu-
gooem Dieoſem Epiſcopum haberi Concilium Eccleſiæ Gallicanæ Auguſto-
duoi Æduorum. Plurimæ cauſæ Coocilij fuerunr, ſed hæc vna ioter cæteras,
quod Gerardus Cameracenſis electus poſt electiooem Cleri & Populi *Donum
Epiſcopatus ab Henrico Rege accepiſſet.* Adegit autem illum publicè præſeoribus
Remenſi Archiepiſcopo & Comprouincialibus iurare ſe oeſciſſe prohibitas
fuiſſe eiuſmodi inueſtituras, nec Decretum audiuiſſe *de prohibitione inueſtiendi &
accipiendi Eccleſias*, in fine verò Bullæ addit. *Inter cætera quæ tua fraternitas agen-
da ſuſcepit, hoc attentiſſimè perpendat & exequi ſtudeat, vt congregatis omnibus & in
Conuentu reſidentibus manifeſta & perſonanti denunciatione interdicat, vt pro conſer-
uanda deinceps in promouendis Epiſcopis Canonica autoritate & Apoſtolica nullus Metro-* «
politanorum, aut quiuis Epiſcoporum alicui, qui à Laica perſona donum Epiſcopatus «
ſuſceperit, imponere manum audeat, niſi Dignitatis ſuæ honore officioque carere & ipſe «
velit. Mandauerat autem Hugoni, vr Concilium iſtud haberi de conſenſu & «
conſilio Henrici Regis conarerur; verum habirum, vt legitur in Chrooico Vir- «
dunenſi, ſub turela & protectione Chriſti Domini, *aſſenſu & laude Hugonis Ducis* «
Burgundiæ an. 1077. oihil tamen in rem inueſtitutarum decretum eſſe videtur; «
nec memorat prædictum Chronicoo. «

Habitæ ſunt deinde aliæ Synodi, Claromontana & Nemauſenſis annis 1095. «
& 1098. & vetita eſt eiuſmodi Laïca iouestitura, ſed abſentibus, nec conſen- «
tieotibus Regibus.

Item in Concilio Remenſi habito à Calixto an. 1119. ſic ſtatutum. *Epiſcopa-
tuum & Abbatiarum inueſtituram per manum Laicam fieri penitus prohibemus. Qui-
cunque igitur Laicorum deinceps inueſtire præſumpſerit, anathematis vltioni ſubiaceat.*
Cum aurem ibi Ioannes Cremeoſis ſupremi Pontificis extra modum autorita-
tem exruliſſet, plurimi è Præſulibus non modò grauiter tulerunt, ſed relucta-
ti, ſed tumultuati ſuot, teſte Orderico Vitali.

Sed ecce occaſio Regi Ludouico Iuniori ſe offert an. 114r. aut conſentien-
di Innocentio II. Pontifici, aut reſiſtendi ob inueſtituram Primarûs Bituricen-
ſis quem Papa nolente, aut non conſulto Rege Petro de Caſtra contulerat,
qua de re ſic Nangius. Orta diſſeoſione inter Papam Innocentium & Regem «
Franciæ Ludouicum Eccleſia Gallicana valde turbabatur. Nam defuocto Bi- «
turicenſi Archiepiſcopo Alberico miſſus eſt Petrus de Caſtra, Caſtello Bitu- «
riæ oriundus, à Papa eiuſdem Eccleſiæ Paſtor conſecratus: *Sed à Rege Ludouico* «
repudiatus eſt, nec in vrbe recipitur, eo quod ſine eius aſſenſu fuerat ordinatus. Ipſe verò «

» Rex conceſſerat Eccleſiæ Bituricenſi libertatem eligendi Epiſcopum, quem » vellent, excepto dicto Petro, publicéque iurauerat quod ſe viuente non erat » futurus Archiepiſcopus; qui tamen electus Romam profectus conſecrari me» ruit per manum ſummi Pontificis Innocentij II. dicentis *Regem puerum in»ſtruendum & cohibendum ne talibus aſſueſceret.* Et adiecit veram non eſſe » libertatem vbi aliquis excipitur à Principe, niſi forte docuerit coram Eccleſia» ſtico Indice illum non eſſe eligendum. Tunc enim auditur vt alius. Rex verò » Archiepiſcopum excluſit redeuntem. Sed eum Comes Campaniæ Theobaldus » recepit in terra ſua, & ei omnes Eccleſiæ obediebant. Indignatus ob hoc Rex, » concitauit omnes ferè Proceres ſuos, vt vnà cum eo bellum inferrent Comiti » Theobaldo, cepitque Rex Vitriacum oppidum Comitis Theobaldi, vbi admo» to igne incenſa eſt Eccleſia, & in ea 1300. homines diuerſi ſexus & ætatis periere.

Sic ergo Ludouicus Regni iura tuetur armis, cum aliter non poſſet. Idem an. 1161. aut circiter vacante Epiſcopatu Pariſienſi, ipſum ſibi redituſque Capiceriæ vindicat, vt legitur tit. 2. libert. Eccl. Gall. c. 16. & Tit 4. Epiſcopus Matiſconenſis ſic fatetur. *Omnia Regalia & omnes prouentus Regalium exiſtentes in Regno Franciæ liberè ſunt D. Regis Franciæ, ſicut & ea Epiſcopus liberè poſſidebat. Et ſi Epiſcopus Matiſconenſis deceſſerit inteſtatus, tam omnia mobilia quàm omnes prouentus ſunt D. Regis Franciæ liberè & abſolutè.*

Philippus Auguſtus teſtamentum condens an. 1190. ſic habet. *Si Præbenda, vel aliquod Beneficium Eccleſiaſticum vacauerit, quando Regalia in manu noſtra venient, Regina & Archiepiſcopus viris honeſtis & litteratis conſilio fratris Bernardi conferant, ſaluis tamen donationibus noſtris quas per litteras noſtras patentes aliquibus fecimus.*

Idem Philippus tit. 5. libert. Eccl. Gall. ſcribens ad Innocentium III. an. 1210. ait ſe Præbendam quandam ſede Laudunenſi vacante Thomæ de Argentolio Clerico ſuo contuliſſe *ſecundum antiquam & approbatam conſuetudinem Regni.* Et an. 1220. ſtatuit, *vt ſi forte contingeret Sedem Epiſcopalem, vel aliquam Abbatiam Regalem vacare, Canonici, vel Monachi ad Reginam* (cuius regimini Regnum dimittebat) *veniſſent liberam eligendi poteſtatem petituri, quam ſine contradictione concederet.* Cum autem an. 1226. Romanus Legatus à ſingulis Epiſcopis duas Præbendas, & à ſingulis Abbatibus duo Beneficia ad ſuſtentationem Miniſtrorum Curialium depoſceret, contradixerunt Prælati his verbis apud Mathæum Pariſienſem. Domine audiuimus quod habetis litteras ſpeciales à Curia » Ro. *de exhibendis præbendis in omnibus Eccleſijs Conuentualibus ſiue Cathedralibus;* » quocirca multum miramur quod non in hoc Concilio propoſuiſtis eas nobis » audientibus, quos ſpecialiter tangunt. Vnde rogamus in Domino, ne iſtud » ſcandalum oriatur per vos in Eccleſia Gallicana, ſcientes quod ſine maximo » ſcandalo & inæſtimabili damno non poſſet hîc ad effectum perduci. Quia eſto » quod aliquis aſſentiret, nullus eſſet eius aſſenſus in rebus quæ omnes rangunt, » *cum ferè omnes Maiores & generaliter omnes ſubditi, nec non & ipſe Rex & omnes* » *Principes parati ſint contradicere & reſiſtere vſque ad Capitis expoſitionem & omnis* » *honoris priuationem, præſertim cum videatur imminere propter hoc ſcandalum, ſubuer»ſio Regni & Eccleſiæ generalis.*

Et paulò poſt. Item dixerunt imminere turbationes Capitulorum. *Forte enim demandaret D. Papa cum vellet Procuratori ſuo, vel alij vt vice ſua intereſſet Electionibus qui eas turbaret, & ſic lapſo tempore deuolueretur Electio ad Curiam Rom. quæ in omnibus, vel pluribus Eccleſijs Romanos poneret, vel tales qui ei plurimum eſſent deuoti.* Et ſic nullæ eſſent partes indigenarum Prælatorum vel Principum, cum multi ſint viri Eccleſiaſtici qui potius Curiæ Rom. quàm Regi, vel Regno prouiderent, &c. Hæc & plura Mathæus.

Ex hoc loco maximè patet Eccleſiæ Gallicanæ libertas; vnde rectè Ludouicus IX. an. 1228. immunitatem concedens Prouinciæ Narbonenſi & alijs quibuſdam locis, parem eis libertatem concedit quam poſſidebat Regnum ipſum. *De Magnorum & prudentum virorum conſilio ſtatuimus quod Eccleſiæ & viri Eccleſiaſtici in terris illis conſtituti libertatibus & immunitatibus vtantur, quibus vtitur Eccleſia Gallicana, & eis plenè gaudeant ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ memoratæ*, vide ſi lubet plura apud Marcanum lib. 3. de Concordia Sacerdotij & Imperij, c. 1.

Innocentius IV.

Digitized by Google

Innocentius IV. ad Archiep. Narbonen. & Epiſcopum Helenenſem an. 1252. 8. Kal. Aug. *Ad aures noſtras Eccleſiæ Gall. querela perferente peruenit, quod nonnulli Regni Francorum Barones;* Balliui, Præpoſiti, ac eorum & aliorum Nobilium eiuſdem Regni Officiales eandem Eccleſiam contra Libertates ipſius grauiter comprimentes, &c.

Quamobrem autem *libertates* vocet Ludouicus *& immunitates*, liquet ex ijs quæ retulimus. videbat Imperatorem Fridericum I. quo nemo fuit generoſior, videbat ſucceſſores, item Ioannem & Henricum Anglorum Reges ſubactos & iugo Romanæ Curiæ ſubditos: ille libertatem antiquam Regni iuraque ſua illi- «
bata voluit conſeruare. Hinc an. 1268. Pragmaticam Sanctionem edidit, omnibus «
ſeculis prædicandam, his verbis. «

1. Statuimus & ordinamus, vt Eccleſiarum Regni noſtri Prælati, Patroni & «
Beneficiorum Collatores Ordinarij ius ſuum plenarium habeant & vnicuique «
ſua Iuriſdictio ſeruetur. «

Item vt Eccleſiæ Cathedrales & aliæ Regni noſtri liberas Electiones & ea- «
rum effectum habeant. «

Item promotiones, Collationes, prouiſiones Prælaturarum, Dignitatum «
vel aliorum quorumcunque Beneficiorum, Officiorum Eccleſiaſticorum Regni «
noſtri ſecundum diſpoſitionem & ordinarionem & determinationes Iuris Com- «
munis, ſacrorum Conciliorum Eccleſiæ Dei, atque Inſtitutorum antiquorum «
SS. Patrum fieri volumus pariter & ordinamus. «

Idem an. 1269. teſtamentum condens. *Notum facimus quod nos exiſtentes in procin-* «
ctu, itineris noſtri proficiſcendi in ſubſidium terræ ſanctæ, *Perſonatus, Præbendas,* «
Eccleſias, Capellanias & cætera Eccleſiaſtica Beneficia quæcunque vacare contigerit «
citra mare in hac noſtræ peregrinationis abſentia, *ad noſtrum Pattonatum, Colla-* «
tionem, ſeu præſentationem noſtram *tam ratione Regalium*, quàm alio quocunque iu- «
re pertinentia conferendi perſonis idoneis & nullum aliud Beneficium Eccleſia- «
ſticum habentibus, ac præſentandi ad vacanres Eccleſias vice noſtra Dilecto «
& fideli noſtro Stephano Pariſienſi Epiſcopo plenam & liberam committimus «
poteſtatem. Vide ad an. 1269. «

Ex ijs ergo liquet 1. feruente illo diſſidio Bonifaciano Philippum Pulchrum iure contendiſſe Collationes Beneficiorum Regni ſui ad ſe pertinere, iuraque antiqua Regni & libertates Eccleſiæ Gallicanæ, Inueſtituras, ſeu *Regaliam* conſentientibus Prælatis, Baronibus & Vniuerſitatibus legitimè defendiſſe.

2. Cum Bonifacij ſucceſſores, præſertim verò Ioannes XXII. Beneficiorum collationes ad ſe tandem tranſtuliſſent, variaſque exactiones facerent in toto Regno, rectè quoque Carolum VI. Conſtitutione illa celeberrima an. 1385. inhibuiſſe ne fierent, eoque propoſito id à ſe decretum promulgaſſe, *vt Eccleſia Regni ſui in pace & tranquillitate* ſederet, *in franchiſia & libertate propagaretur; attento quod D. noſter I. C. Eccleſiam tanta voluit libertate gaudere, vt nullius vtilitatis obtentu ſubijci deberet ſeruituti.*

3. Nec poſſe quoque iure reprehendi Vniuerſitatem, quæ ſubſtractionem Beneficiorum Benedicto XIII. fieri perſuaſerit; cum nec annatæ, nec aliæ id genus exactiones ipſi vllatenus ex rigore deberentur. Et reuera ſecundum Vniuerſitatis monita Eccleſia Gallicana an. 1406. congregata decreuit ſe deinceps libertatem ſuam antiquam ſeruaturam. Et in hanc rem extat Conſtitutio Regia 18. Febr. an. 1406. *Supplicabant humiliter & deuotè, quatinus Nos ipſorum deliberationi & Concluſioni conformanter adhærentes, ipſas gratas habere, & dictas Eccleſias & viros Eccleſiaſticos noſtrorum Regni & Delphinatus quoad prædicta ad ſuam libertatem antiquam & iuris Communis Diſpoſitionem, quantum in Nobis eſt, reducere & in eadem Libertate eos conſeruare & manutenere, omnia in contrarium impedimenta ſubmouendo dignaremur*, &c. Extant aliæ plurimæ in eam rem Conſtitutiones & in Francia & in Concilio Baſilienſi, & in Synodo Bituricenſi, vbi Pragmatica Sanctio regnante Carolo VII. condita, an. 1440. donec tandem famoſum illud Concordatum an. 1516. factum eſt à Leone X. & Franciſco I. aliaque Beneficiorum Diſpoſitio inſtituta, vt ſuo tempore referetur.

4. Eos qui Libertates iſtas Priuilegia vocant, apertè impugnare iura Regni, imò Iuris Communis diſpoſitionem, ſeu Iuris antiqui communis vſum, à quo

Digitized by Google

cæteræ ferè omnes Gentes exciderunt. Nam eum ex dictis pateat omnia prope Beneficia Eccleſiaſtica eſſe verè Beneficia Laïcorum, Populi & Principum; pateat quoque Eccleſiarum Patronos Laïcos, eas poſſe conferre Clericis quibus voluerint, idque ex iure quodam communi, manifeſtum eſt Collationem Principum iuris eſſe communis, nec conferendi poteſtatem libertatemque dici poſſe Priuilegium.

Cum verò Collationem dico, eo ſenſu accipi velim quo hoc ſeculo & anterioribus accipiebatur, pro conceſſione & impertitione Beneficij. Scio enim aliam deinde huius vocis introductam acceptionem, maximè poſt celebre illud Concordatum an. 1516. tunc enim & deinde cœperunt diſtingui Nominatio, Præſentatio & Collatio; ita vt Principis ſit nominare & præſentare Papæ Beneficiarium; Papæ verò conferre Beneficium; quanquam verius dici poſſet eius eſſe approbare Nominationem, & Nominato Beneficium autoritate Apoſtolica aſſerere & confirmare, cum Papa propriè non impertiatur Beneficium, ſed laudet tantummodo approbetque Perſonæ Electionem, & Beneficij collationem. Sicut olim Metropolitanus Cleri & Epiſcoporum Electionem de Epiſcopo factam comprobabat. Id quoque manifeſtum eſt in Iure Patronatus; quod qui habet, nominat & præſentat Epiſcopo, Epiſcopus verò perſonæ nominationem, ſi nihil repugnet, approbat; hocque pacto Collationem dicitur impertiri.

Cæterum de Regaliæ iure nemo melius quàm Marcanus lib.8. de Concord. Sacerd. & Imp. quem tu conſule ſi lubet. Addam & Conſulta ſeu Concluſiones Doctiſſimi & in Iure peritiſſimi Bignonij quondã Aduocati Generalis ſecundũ quas latum eſt Senatuſc. 4. Feb. an. 1638. in Confirmatione Iuris Regij, res ſic ſe habet.

Concluſions de Monſieur Bignon Aduocat General, auec l'Arreſt de la Cour, ſur la queſtion, ſi vn Benefice qui eſt en Patronage Eccleſiaſtique, vacque en Regale ou non.

Du Ieudy 4. Février 1638.

LE fait eſt qu'vn Seigneur de Vallogne auoit fondé vne Chappelle il y auoit trois ou quatre cent ans, & portoit cette fondation; que les Seigneurs de Vallogne nommeroient & pouruoiroient à ce Benefice, moyennant que le Roy de Nauarre, Seigneur Superieur, y preſtaſt ſon conſentement, ſinon que la nomination appartiendroit au Curé de Vallogne. Les Seigneurs de Vallogne ayans negligé ce droit, & n'ayans point demandé ce conſentement au Roy de Nauarre, les Curez de Vallogne ſe ſont mis en poſſeſſion de nommer & preſenter à ce Benefice, & ont de tous temps iouy de ce droit, & ſe ſont perpetuellement fait pouruoir les Titulaires de cette Chappelle par l'Eueſque de Coutance, au Dioceſe duquel eſt Vallogne, à la nomination du Curé de Vallogne. Il ſte arriué en l'année 1628. ou enuiron que le ſiege Epiſcopal de Coutance ſe trouuant vaquer, cette Chappelle a pareillement vacqué. Le Curé de Vallogne a nommé à ce Benefice *Nicolas Piquenot*, qui eſt l'intimé, lequel s'eſt adreſſé au Chapitre de Coutance qui a admis ſa nomination, & l'a pourueu du Benefice, dont en ſuite il s'eſt mis en poſſeſſion Quelque temps apres Eſtienne de Leſpine qui eſt l'Appellant, s'eſt fait pouruoir par le Roy en Regale, de ce meſme Benefice, & a interjetté appel comme d'abus, des prouiſions obtenuës par *Piquenot*, ſon moyen fondé ſur ce que le Benefice ayant vaqué en Regale, c'eſtoit au Roy à y pouruoir, & non pas au Chapitre de Coutance, lequel auoit commis abus d'admettre la nomination, puiſque cela ne luy appartenoit pas, ains au Roy. L'Intimé ſoûtenoit que le Benefice n'auoit point vacqué en Regale, dautant qu'il eſtoit en Patronage Eccleſiaſtique; que le Roy ne pouuoit preiudicier au droit du Patron eſtant ſeulement par la Regale, *loco boni & legitimi adminiſtratoris*, & que l'Eueſque ne pouuoit pas preiudicier au droict de Patronage, ny empeſcher la nomination du Patron, de ſorte qu'il eſtoit euident qu'vn Benefice qui n'eſtoit pas à la collation ny en la diſpoſition de l'Eueſque, mais du Patron Eccleſiaſtique, tel qu'eſtoit le Benefice contentieux, ne tomboit pas en Regale, & ainſi qu'il auoit eſté bien pourueu, & qu'il n'y auoit point d'abus.

Monſieur Bignon Aduocat general, remonſtra que la queſtion qui eſtoit à decider en la cauſe, eſtoit de ſçauoir ſi les Benefices qui eſtoient en Patronage

Eccleſiaſtique tomboient en Regale comme tous les autres. Et ſi ce n'eſtoit pas au Roy à y pouruoir en Regale quand ils vacquent, la Regale eſtant ouuerte par le decés de l'Eueſque Diocesain, & qu'en cette matiere de Regale il ne ſe falloit pas arreſter pour en trouuer la deciſion aux Conſtitutions du Sexte, ny à l'auis des Docteurs Canoniſtes & Vltramontains, dautant que la Regale eſtoit vn droit particulier de nos Roys, procedant de leur Couronne & de leurs Souuerainetez, independantes de tout autre qui auoit eſté eſtably, ou plûtoſt conſerué par vn long vſage & vne continuelle ſuite d'années depuis l'eſtabliſſement de cette Monarchie, par le moyen duquel droit nos Roys eſtoient fondez pendant la vacance du ſiege Epiſcopal, de nommer & pouruoir à tous les Benefices du Dioceſe indiſtinctement, *modo non ſint curata*, fors & excepté aux Cures & à ceux qui ont charge d'ames, dautant que de pouruoir à tels Benefices, cela eſt de la fonction & puiſſance ſpirituelle, & non de la temporelle, qui ne peut pas conferer le droit d'adminiſtrer les Sacremens, de ſorte qu'en cette matiere *de Regale*, il faut tenir pour principe & maxime infaillible, ce que nous nous ſouuenons auoir veu en des memoires, tres-doctes faits de cette matiere qui ſe trouuent manuſcrits en la Bibliotheque de Monſieur de Thou, que la doctrine de la Regale eſtant fauorable, *tota conſtat præiudicatis*, on doit touſiours argumenter par l'vſage, par ce qui s'eſt pratiqué, & par l'authorité des choſes iugées, & puiſer ailleurs des raiſons, de la vouloir regler par les Canons, par les Conſtitutions du Sexte, par les aduis des Docteurs & maximes des Canoniſtes, c'eſt ſe méconter beaucoup, commettre des Paralogiſmes inſupportables, & au lieu de raiſonner ſur icelle, la miner de fond en comble. Et de fait nous ſçauons que ceux qui ne ſont point nourris en ce lieu, où les droits du Roy ont touſiours eſté ſi courageuſement conſeruez & défendus, quand on leur parle de ces matieres, ils croyent que les maximes les plus indubitables ſoient des chimeres, & à peu prés meſmes des ſacrileges, pour ce qu'ils les trouuent contraires aux opinions des Docteurs qui en diſputent par intereſt, ſans ſçauoir la ſource & l'antiquité de ce droict, où quand on aura bien veu & conſideré les Arreſts, on trouuera qu'ils ne ſe deffendent pas ſimplement par l'authorité des choſes iugées par vne ſi celebre Compagnie, mais qu'ils ont eſté rendus auec exacte & grande connoiſſance de cauſe, que la raiſon les precede & doit preualoir par deſſus le Sexte, & autres nouuelles authoritez des Docteurs Vltramontains & autres.

En la Regale doncques fondée ſur ces maximes, eſt à obſeruer que le Roy confere, *omnia omnino Beneficia non curata*, tous les Benefices fors les Cures, c'eſt l'Ordonnance du Roy Philippe le Bel, qu'on appelle vulgairement *la Philippine*, faite ſur le ſujet des differends qu'on euſt alors contre le Pape Boniface, Ordonnance qui n'a rien eſtably de nouueau, & a eſté ſimplement declaratoire du droict ancien, & pratiqué pluſieurs ſiecles auparauant, dreſſée exprés afin d'obuier aux entrepriſes que le Pape faiſoit pour faire perdre ce droict à nos Roys, & d'empeſcher qu'on ne perdiſt enfin la memoire de ce droict ſi auguſte par le laps de temps.

Quant à l'autre piece qui a eſté alleguée ſous le titre des Donations qui commence *dum Epiſcopus*, dont l'Intimé s'eſt voulu ſeruir, à cauſe du mot *confert*, pour dire qu'il s'entend *pleno iure*, & qu'ainſi *la Regale* eſtant eſtablie par cette piece ſeulement ſur les Benefices que *Epiſcopus dum viuit, confert*, n'eſt pas eſtablie ſur les Benefices qui ſont en patronage Eccleſiaſtique, dautant que l'Eueſque ne les confere pas *pleno Iure*, ny proprement; Il faut que ce ſoit le Patron qui nomme, à laquelle fin on s'eſt auſſi voulu ſeruir du mot *donat*, pour dire que cela s'entend des Benefices dont il a la diſpoſition libre, & qui ne dépendent point de la nomination du Patron, & encore de ces mots qui ſe trouuent en cette piece, que *Rex ſuccedit loco boni & legitimi adminiſtratoris*, pour dire qu'il n'a pas plus de pouuoir que l Eueſque autoit eu s'il viuoit. Premierement cette piece n'eſt pas vne Ordonnance, & ne la faut pas faire paſſer pour telle; C'eſt vn Chapitre, ou plutoſt vn memoire tiré de la Chambre des Comptes, depuis vn ſiecle ſeulement, lors que l'on s'eſt aduiſé de ramaſſer tout ce qui pouuoit ſeruir à l'éclairciſſement de ce droict *de Regale*, qui auoit eſté obſcurcy par la

ſuite des temps. Et il ne ſe faut pas eſtonner ſi le droict a dormy quelque temps, s'il a ſouffert quelque éclipſe, s'il ſe trouue quelques actes de poſſeſſion contraire aux droits du Roy, on n'en doit pas tirer conſequence ny en faire vne loy, n'en ayant iamais eſté dreſſé ny publié de regle, & s'eſtant touſiours gardé & conſerué dans le ſeul eſprit, dans la bouche des perſonnes ſages & genereuſes, que Dieu a ſuſcité de temps en temps en ce Royaume, qui l'ont maintenu dans les rencontres des affaires particulieres, ſelon les occaſions qui s'offroient; de ſorte que l'on doit trouuer plus eſtrange de ce que ce droict s'eſtant conſerué de la ſorte, nous en auons encore tant de preuues & tant de tiltres apres tant d'années, qui ſembloient en deuoir abolir la memoire, comme on tient qu'vn moindre laps de temps à bien aboly la memoire des choſes plus connuës & plus recentes: doncques ce que l'on a dit que le Roy ſuccede ſeulement & ſimplement à ce que peut l'Eueſque qui eſt ce que l'on à voulu induire de ces mots, *loco boni & legitimi adminiſtratoris.* C'eſt vn Paradoxe entierement contraire à l'eſtabliſſement & vſage de la Regale. Ne ſert d'alleguer la diſtinction qu'on a apportée pour faire couler cette propoſition, & la rendre plus plauſible, que le Roy ne peut que ce que l'Eueſque peut; mais qu'il fait ce que l'Eueſque euſt fait *magis eminenter*, auec plus d'authorité & d'eminence: Car c'eſt la maniere laquelle comme la forme, donne l'eſtre à la choſe; & icy il eſt certain que c'eſt la maniere de faire qui eſt ſeule conſiderable. C'eſt elle qui fait tout, car on ſçait bien qu'il faut que la matiere ſoit diſpoſée à la Regale, auant que le Roy puiſſe agir & diſpoſer de ſon droict, & il faut qu'il y ait ouuerture à la Regale par la vacance du ſiege Epiſcopal, auant que le Roy entre en ſon droict, tout de meſme comme il faut qu'il y ait ouuerture aut droict de l'Eueſque, à conferer vn Benefice: auant qu'il y puiſſe pourueoir & vſer de ſon droict, mais c'eſt ce qui fait voir que le Roy peut, non pas ſimplement ce que peut l'Eueſque, mais beaucoup plus, parce qu'il confere les Benefices en autre maniere. Et en des cas auſquels l'Eueſque n'euſt pû pouruoir, & cela eſt conſtant & indubitable dans l'vſage & pratique ordinaire. Le Roy peut conferer vn Benefice & admettre la reſignation *in fauorem*, l'Eueſque ne le pouuoit faire, & generalement tout ce que le Pape peut, & qui a accouſtumé de s'accorder, qui eſt d'vn droict impetrable, qui ne ſe refuſe iamais, & qu'il ne faut auoir la peine que d'enuoyer demãder à Rome pour la forme qui regarde ſimplement les profits de la Chancellerie, & eſt eſtably pour auoir de l'argent, le Roy le peut faire & ſuppléer tout cela *tamquam ſummus Pontifex*, dans le Dioceſe de l'Eueſque, pendant la vacance du ſiege Epiſcopal, qui n'eſt point cenſé ny eſtimé remply que du iour, que le pourueu & promeu à l'Eueſché, a preſté ſerment de fidelité entre les mains du Roy; ce que le Roy fait, non pas en vertu du droict Canon nouueau, tel que nous l'auons auiourd'huy, *ny par Priuilege & conceſſion, qui eſt l'erreur de tous les Vltramontains, & de pluſieurs autres grands Perſonnages, & qui a eſté la pierre d'achopement qui a fait fouruoyer la pluſpart de ceux qui ont traitté de cette matiere, & qui en ont voulu raiſonner ſuiuant les maximes du droict Canon d'auiourd'huy*; ſource & principe, lequel eſtant faux, on ne ſe doit pas eſtonner des fauſſes conſequences qu'on en a tirées, & de toutes les abſurditez qui s'en ſont ſuiuies, & que ce fondement vne fois poſé, ſe rencontreroient faux nombres en cette matiere, mais il le fait en vertu d'vn droict Canon tout ancien, *quod lege præceſſit omnia iura Canonica*, que nous auons auiourd'huy, comme l'a excellemment dit & remarqué Maiſtre Charles du Moulin. On a donc eu tort d'auancer en cette Audience, que le Roy ne peut conferer vn Benefice en Regale *Iure deuoluto*: Il le peut faire, il n'en faut pas douter, & il le fait dans les rencontres, *il confere meſmes au preiudice de la preuention du Pape, quelque fauorable que les Canoniſtes nous la faſſent.* Ce que nous auons iugé par grand nombre d'Arreſts, & ce, ſi iuſtement, que le Pape meſme y a deferé & acquieſcé. Car nous auons vne Epiſtre du Pape Clement IV. au Roy, par laquelle il prie le Roy, que celuy qu'il auoit pourueu par preuention au preiudice du droict de Regale, ſoit maintenu & conſerué au Benefice. Il connoiſt doncques le droict du Roy, & que ſa prouiſion par preuention au preiudice du droict de Regale, n'eſtoit pas valable: c'eſt pourquoy il a recours à la grace du Roy, & l'implore pour vne

perſonne qu'il affectionne, & qu'il deſiroit gratifier du Benefice, auquel toutefois il reconnoiſt ne l'auoir pas conferé valablement; & de fait à la priere de ce Pape, le Roy relaſcha de ſon droict & fit deſiſter le Regaliſte de la pourſuite du Benefice, & y maintint celuy qui auoit eſté nommé par le Pape, ſe contentant de ce qu'on reconnoiſſoit le droict du Regaliſte, lequel auſſi eſtoit indubitable, & qu'on ne demandoit le Benefice que comme vne grace & faueur, & en priant le Roy de ſe deſiſter de ſon droict pour cette fois. Les reſerues non plus n'ont point de lieu en Regale, non ſeulement celles que nous improuuns, & qui ne s'obſeruent pas en France; mais meſme la reſerue que nous admettons, & qui eſt *in corpore Iuris clauſa*, comme ſont les reſerues *in Curia*, qui eſt la ſeule eſpece que nous retenons.

La deuolution ne nuit point auſſi au Roy, ſi l'Eueſque a perdu ſon droict de conferer le Benefice *tempore elapſo*, & que le droict ſoit deuolu à l'Archeueſque ou Metropolitain ou au Pape, ſi le Benefice eſt ouuert, s'il n'eſt remply de fait & de droict de perſonne capable, le Roy confere nonobſtant que le temps de l'Eueſque ſoit paſſé *tanquam ſummus Pontifex*, les regles de la Chancellerie *de viginti diebus, de notitia temporis obitus*, l'expreſſion du nom de la Clericature, tous ces manquemens & deffauts qu'on peut obiecter à celuy qui eſt pourueu par l'Ordinaire, tout cela ne nuit point au Regaliſte.

Le Cardinal *Iean Monachus* Gloſſateur du Sexte des Decretales, appelle cela vne vſurpation; mais on ſçait notoirement que c'eſtoit vn Courtiſan du Pape Boniface VIII. qui eſtoit intereſſé, & qui s'eſt laiſſé aller à la paſſion & aux mouuements du Pape dont il ſuiuoit la fortune, & pour trouuer la verité, il ſe faut defaire de cette paſſion d'intereſt, & ſe débroüiller de toutes ces nouuelles opinions des Canoniſtes, qui ont tous parlé de cette matiere par paſſion, en ignorant l'origine & la ſource, & pour ce qu'on voit bien qu'ils ne ſont pas receuables à porter vn témoignage valable & decisif en cette cauſe, on nous a allegué Probus, & on l'appelle Docteur François, pour donner plus de poids à ſes paroles; & à la verité il eſtoit François de naiſſance; mais nous ſçauons qu'il eſtoit contraire aux droicts du Roy, & ſinon des plus paſſionnez, au moins des plus aueugles en cette matiere: c'eſtoit vn Official d'Amiens aſtraint à maintenir les droicts de l'Egliſe par la neceſſité de ſa charge, qui argumentoit des maximes tirées du droict Canon & des opinions des Docteurs, & luy & tous les autres, dont l'Intimé s'eſt voulu preualoir, agiſſant tous *ex ſuppoſito*. Ils prennent pour fondement certaines regles & maximes de Canons, dont leur conſequence ſuit bien & neceſſairement; mais leur principe eſt faux. Il y a long-temps qu'il leur eſt deſnié, & ils ne le ſçauroient prouuer.

Le Roy eſt au lieu de l'Eueſque, pour ce qu'il luy donne l'ouuerture & le moyen d'agir par la vacance de l'Eueſché; mais il luy donne moyen d'agir non pas comme luy, & ainſi qu'il euſt pû faire; mais Royalement & eminemment, ſelon la plenitude & ſouueraineté independante de la puiſſance Royale. Il ne ſe faut pas doncques eſtonner, ſi ſur vn principe faux, tous ces Docteurs traittans de ces maximes ſe ſont tant mécomptez, ſi nous voyons tous leurs Liures remplis de fauſſes propoſitions, comme de dire que la Regale eſt vn Priuilege, qu'il eſt limité dans les termes du Priuilege & de la conceſſion, qu'il eſt odieux & qu'il ſe doit perpetuellement reſtraindre. Tout cela eſt faux, la Regale eſt fauorable & ſe doit eſtendre, *procedant non point d'vne grace & conceſſion particuliere; mais d'vn droict tout ancien, de l'eminence & ſouueraineté de la puiſſance Royale, de ce droict ancien & du droict de Patronage que le Roy a ſur toutes les Egliſes de ſon Royaume, generalement de ſon droict feodal, qu'on ne luy peut conteſter ſur le temporel des Benefices de ſon Eſtat, de ſon droict de protection qu'il a generalement ſur tous ſes Subjects, & pareillement ſur les Eccleſiaſtiques & biens de l'Egiſe à cauſe de ſa Couronne & de tous ces droicts accumulez* enſemble, eſt forty & procedé le droict de Regale, il n'en faut point chercher d'autre ſource, de ſorte qu'on ne peut dire qu'il ne ſoit pas fauorable, que ce ſoit vne vſurpation, ny pas meſme vne grace ny vn priuilege, ce que nous ne diſons point pour la neceſſité de la charge que nous auons l'honneur de tenir en ce lieu, quoy qu'indignes, nous en parlons, *ex animo & veritate, & non ex neceſsitate officij*, ainſi que nous le voyons & l'eſtimons

en nos conſciences, apres nous eſtre à plein fonds éclaircy de cette matiere, apres auoir diligemment feuilleté nos Regiſtres, & auoir recherché auec aſſiduité la ſource de ce droict, nous l'auons ainſi trouué tel que nous le diſons icy, & ne doutons point que ceux qui prendront la peine d'en faire vne recherche exacte n'en diſent de meſme, & ne ſoient de ce ſentiment: car ſi nous le penſions autrement, nous deferons tout à la verité, & elle aura touſiours tant de force ſur nous, que nous n'eſtimerons iamais faire tort au Roy de la confeſſer.

Puis doncques qu'il le faut dire & en parler franchement, ſelon la verité qui eſt toute claire & euidente en ce point. Le Roy eſt veritablement au lieu de l'Eueſque; mais des Eueſques tels qu'ils eſtoient iadis aux temps plus anciens, non pas tels qu'ils ſont à preſent qu'ils ont les mains liées *per appoſitionem manus Papæ*, qui a fait des regles & des reſerues pour lier les Eueſques, pour les tenir en bride; mais le Roy vſe du droict Epiſcopal tel qu'il eſtoit iadis, lors qu'ils auoient pouuoir de conferer pleinement toutes ſortes de Benefices. Il nous ſouuient à ce ſujet, pour montrer quelle eſtoit autrefois la puiſſance Epiſcopale, d'vn mot du Pape Hilarius en vne de ſes Epiſtres à vn Eueſque François qui ſe trouue encore auiourd'huy, par laquelle luy parlant de ſon Dioceſe, il vſe de ces mots *veſtram Monarchiam*, il ne dit pas voſtre direction, voſtre adminiſtration, il vſe du mot de Monarchie, pour montrer le droict abſolu & la dependance qu'auoient lors les Eueſques chacun en ſon Dioceſe, qui ne reconnoiſſoient point le Pape de Rome, pour Superieur hors l'vnité de la foy, comme le Chef de leur vnité, pour entretenir en tous les membres.

Et puis que les Regales eſtoient dés ce temps-là, il en faut puiſer les regles & maximes de ce meſme temps, auquel les Eueſques auoient cette plenitude de puiſſance, auquel tous les Benefices eſtoient amobiles par l'Eueſque, qui en pouuoit diſpoſer pleinement & librement, duquel pouuoir ſi les Eueſques n'ont pas bien vſé, s'il s'y commettoit de l'abus, on a pû reſtraindre & limiter leur pouuoir, appoſer des regles & des conditions pour leur lier les mains, & leur faire perdre en des cas vn droict dont ils abuſoient. C'eſt vne queſtion où nous ne touchons point; mais pour cela le Roy n'a pas dû ſouffrir de preiudice en ſon endroit par la faute des Eueſques, & il eſt raiſonnable que comme lors le Roy ſuccedoit à l'Eueſque ſeul, pour ce que l'Eueſque pouuoit tout en matiere de Benefices, depuis l'authorité Epiſcopale ayant eſté en ce point affoiblie, & comme partagée entre les Eueſques & le Pape, qui s'en eſt reueſtu & attribué la plus grande partie, le Roy ſuccede auſſi non ſeulement au pouuoir de l'Eueſque d'apreſent, mais au pouuoir du Pape, lequel en cela fait la fonction d'Eueſque, & qui ſe doit contenter d'auoir dépoüillé les Eueſques d'vne partie de leur droict, ſans en vouloir priuer le Roy, ſur lequel en cela il n'a aucun pouuoir ny iuriſdiction.

Cependant de ce que l'on confond ces diuers temps & ces diuers degrez de l'authorité & dignité Epiſcopale, vient que les Docteurs modernes ont troué dur & rude au droict de Regale, ce qui ne l'eſtoit pas lors; car ils ne peuuent ſouffrir que l'on choque cette regle entr'autres trouuée de nouueau, & qui n'eſt bonne à dire qu'en Cour de Rome, que le Pape peut vſer & diſpoſer des Benefices *ad libitum*, & neantmoins ſi l'on veut remonter à la ſource, examiner la pratique des premiers ſiecles, il n'y a point de maxime plus fauſſe, cela ne ſe trouuera fondé en aucun texte du droict ancien, auſſi ne l'auons nous iamais receuë, nous auons oppoſé en cela au S. Pere auec toute reuerence nos libertez conſeruées par vne vſance perpetuelle: cela doit doncques demeurer pour eſtably, que le Roy peut bien plus quand il pouruoit aux Benefices en Regale, qu'vn Eueſque d'auiourd'huy ne pourroit.

L'Intimé a dit que le Roy ne peut pas faire ce que le Pape pourroit, & en a apporté l'exemple que le Pape peut deroger aux fondations Eccleſiaſtiques, & que le Roy ne le peut, & pour authoriſer cette maxime que le Pape peut deroger aux fondations Eccleſiaſtiques, on allegue pour toute raiſon vn texte de Probus, & il eſt veritable que Probus l'a dit; mais cela n'eſt pas vray pourtant, ny bon à dire au Barreau, encore qu'à Rome on le ſouſtienne ainſi, & meſmes

qu'on diſe qu'il n'y a que la fondation laïcale qui merite & requiere vne derogation expreſſe & ſpeciale, & que la fondation Eccleſiaſtique ne requiere point de derogation expreſſe & particuliere & que la generalle ſuffit ; cela n'eſt pas veritable pourtant, car nous ſçauons que le Pape diſpenſe bien *à lege* mais non pas *à fundatione*, & s'il donne telles diſpenſes, elles ſont nulles & abuſiues & ont touſiours eſté declarées telles en ce lieu, & ne nous faut pas donner icy, *non ſolum dubia pro conceſſis*, mais des maximes & propoſitions erronées, dangereuſes & comme telles reprouuées & condamnées par nos Arreſts & ce, ſous pretexte qu'elles ont eſté approuuées & dites par *Probus* ou autres ſemblables Docteurs qui ſont de nulle conſideration en telle matiere.

Il eſt doncques vray que le Pape ne peut déroger à la Fondation, il eſt vray auſſi que le Roy ne le fait pas, pour ce que la Cour a, s'il le faut dire, limité & reſtraint ſon pouuoir & droict de Regale dans les bornes & termes de l'equité & de la raiſon, pour montrer comme on n'a point voulu eſtendre la Regale au delà de ſes limites par paſſion & par la conſideration d'intereſt, veu que meſmes on l'a en quelque ſorte retranchée & reſſerrée en ce qu'on a pû faire raiſonnablement, de ſorte que tant s'en faut qu'il y ait lieu de ſe plaindre comme font quelques vns des leurs, qu'on a eſtendu trop auant la Regale, qu'il y a tout ſujet de s'eſtonner, comme elle ne l'a pas eſté dauantage & comme elle eſt demeurée ſi reſſerrée, eſtant vn droit extrémement fauorable & qui pouuoit ſembler ne ſe pouuoir eſtendre trop auant.

Quant à ce qu'on a dit du mot *Confert*, qu'il ſe doit entendre des Benefices que l'Eueſque confere, *libere & pleno Iure*, non de ceux auſquels il pouruoit à la nomination d'autruy, deſquels on pretend que le mot de *Confert* & de *donat* ne ſe peut dire, ſinon improprement, on ſe meſconte, & cette diſtinction eſt plus ſubtile que veritable, le mot de Collation eſt general & s'entend & s'applique indiſtinctement & generalement à toutes Prouiſions de Benefices, meſmes à ceux que l'Eueſque confere ſur la Preſentation d'autruy, & de fait les Prouiſions des Eueſques ſont touſiours conceües en meſmes termes, & pour les vns & pour les autres, & portent toutes également & ſans aucune diſtinction, ces mots, *contulimus & donamus*, & ne faut pas dire que l'Eueſque qui pouruoit ſur la Preſentation d'autruy, ne confere & ne donne rien, car quand il n'y auroit que le choix & l'admiſſion qu'il fait d'vne perſonne capable, il donne touſiours quelque choſe, puis qu'il peut refuſer s'il y trouue de l'incapacité & inſuffiſance, & le texte du Chapitre *Dilectus de officio delegati*, y eſt formel & vulgaire, quand il dit, *Plus habet in inſtitutione Prælatus, quam in præſentatione Patronus.* Et de fait, eſt-il pas vray & notoire que l'Eueſque confere vn Benefice qui eſt en Patronage valablement, ſans attendre la Preſentation du Patron, on ne peut pas reuoquer cela en doute, & eſt cette Collation de l'Eueſque tellement valable, que ſi le Patron s'en taiſt & s'il ne preſenté point dans le temps, elle ſubſiſte & demeure, & ſi elle auoit eſté nulle & vitieuſe en ſon origine, le temps ne l'auroit pû changer, il en faudroit faire vne nouuelle, car le vice d'origine en matiere de Collations de Benefices ne ſe purge point ; il eſt vray que ſi le Patron confere dans les ſix mois, en ce cas la Collation de l'Eueſque ne ſubſiſte pas, *ſed tunc hoc caſu venit annullanda* ; mais elle n'eſt pas nulle pour cela, *quia iure antiquo & primæuo valet*, & de fait il a eſté iugé par nos Arreſts, que telle Collation de l'Eueſque faite au preiudice du Patron dans les ſix mois qui luy ſont donnez pour preſenter, empeſche la preuention du Pape, bien que le Patron venant à preſenter dans le temps *veniat annullanda talis collatio, &c.* Cela montre bien qu'elle n'eſt pas nulle & que *valet ipſo iure*, car il eſt certain qu'vn acte nul n'eſt point conſiderable pour empeſcher vne preuention, & cela vient de ce qu'il eſt certain que le droit de preſentation eſt vne ſeruitude contre le droict commun, quelque fauorable qu'il ſoit d'ailleurs ; de ſorte que ſi celuy qui a le droit de Preſentation ſe taiſt dans les ſix mois, la Collation de l'Eueſque demeure, comme eſtant bonne & valable de ſoy, dautant que de ce ſilence du Patron on preſume vn conſentement tacite qui ne va point à valider vn acte nul, car il ne le pourroit faire, mais ſimplement à laiſſer & remettre la choſe aux termes du droict com-

mun, par lequel la diſpoſition du Benefice appartient à l'Eueſque, & ainſi ce ſilence, ce laps de temps de ſix mois, c'eſt ſeulement *remotio impedimenti*, qui ne va point à la confirmation ny validité de l'acte, & le Roy ſuccedant à l'Eueſque plus eminemment, agiſſant auec plus d'authorité & d'independance, doit-il eſtre lié de telle ſeruitude? Eſt-il raiſonnable de le contraindre à venir par la preſentation d'vn Patron, annuller ſes Prouiſions, qu'on confeſſe de droict eſtre bonnes & valables. On a diſtingué à la verité en quelques rencontres, entre Collation & preſentation, comme en matiere d'vn Patron, qu'il faut greuer, en matiere des Gradués & ſemblables; mais en cette matiere il n'y faut point apporter de diſtinction, *Iure primæuo*, l'Eueſque peut preſenter à luy meſme, peut conferer non *conquerente Patrono*, dans les ſix mois, & on ſçait que le Patron ceſſant ce droit de Preſentation reuient *Iure deuoluto*, premierement à l'Eueſque & puis à l'Archeueſque; il ne faut doncques pas dire que le Roy ne peut pouruoir en Regale à vn Benefice, qui eſt en Patronage Eccleſiaſtique; il le peut *quouis modo* ou *Iure ordinario*, comme l'Eueſque l'euſt pû *non conquerente Patrono*, & ne preſentant point dans les ſix mois, *aut Iure deuoluto, ſcilicet tempore elapſo*, ou ſi le Patron a mal preſenté & à celuy auquel il ne deuoit pas preſenter & qui n'auoit pas le droit de pouruoir, comme en l'eſpece de cette cauſe où le Curé de Vallogne a preſenté au Chapitre de Coutance, au lieu de preſenter au Roy, puiſque la Regale eſtoit ouuerte, tout ce qu'on pouuoit dire en cela de plus plauſible; c'eſt que le Patron n'vſant point de ſon droit de Preſentation dans le temps ou bien en vſant mal *Iure deuoluto*; il ſemble que cela doiue aller tout droit de l'Eueſque à l'Archeueſque, *in vim Iuriſdictionis*, que la Loy leur a concedée, non pas au Chapitre, lequel conſtamment n'a aucun droit de pouruoir à ce Benefice; & ainſi que ce droit eſtant paſſé à l'Archeueſque & en vn autre Dioceſe qui ne vacque point en Regale, que le Roy n'a point de droit d'y pouruoir, d'autant qu'il ne ſuccede pas à l'Eueſque *In ijs quæ ſunt Iuriſdictionis*, leſquelles par la vaquance du Siege Epiſcopal paſſent & ſont tranſmiſes à l'Archeueſque. Mais à cela la reſponſe eſt que le Roy ſuccede à l'Eueſque en toutes les choſes qui ſont en fruicts, & il eſt certain que les Collations ſont en fruicts, ce qui pouuoit eſtre matiere d'vn plus grand diſcours que nous laiſſons, pour ce que cela n'eſt pas de la cauſe, d'autant que nous n'auons pas affaire à l'Archeueſque; ce n'eſt pas luy qui a pourueu en l'eſpece de cette cauſe, mais le Chapitre. Pour doncques reuenir au ſujet de la cauſe & montrer que ce qu'on a voulu dire que l'Eueſque qui pouruoit à la nomination d'vn Patron ne confere rien, n'eſt pas veritable; il eſt certain que l'Eueſque à la reprobation du Patron qui preſente l'incapable; il confere doncques quelque choſe, meſme quand le Patron preſente, puis qu'il peut reietter l'incapable; & quand il n'y auroit que le ſimple agréement qu'il fait de la perſonne qui luy eſt preſenté; car il faut qu'il l'agrée pour la pouruoir; n'eſt-ce pas touſiours quelque choſe du ſien qu'il donne, puis qu'il dépend de luy d'agréer ou de n'agréer pas? Il nous ſouuient à ce propos de la penſée d'Ariſtote en ſes Rethoriques, où il diſtingue les bienfaits & benefices des hommes en deux Claſſes, & dit que les vns conſiſtent au ſimple plaiſir qu'on a d'obliger quelqu'vn, & apporte pour exemple les choſes qu'on fait, pour ce qu'on le doit faire *ex neceſſitate officij*, eſquelles neantmoins on a de l'obligation à celuy qui les fait; quoy qu'il les doiue faire & qu'il y ſoit obligé quand il y apporte ce deſir & cette enuie d'obliger, & appelle cette ſorte de bienfaits...... & les autres qui procedent d'vne liberalité toute pure, ſans aucune obligation ou neceſſité, il les appelle .... comme eſtant tout à fait libres & qui ne dépendent que de la bonne volonté de celuy duquel elles procedent; ce qui ſert pour montrer qu'il ne faut pas dire que l'Eueſque ne confere & ne donne rien, quand il pouruoit celuy qui luy eſt preſenté par le Patron, ſous pretexte qu'il eſt obligé de l'admettre, s'il eſt capable; comme ſi cét agréement & cette facilité qu'il apporte de ſa part, & le plaiſir & le contentement qu'il prend à gratifier du Benefice, le preſenté bien qu'il le merite & qu'il luy ſoit deû, ne doiuent eſtre pour rien comptés; mais il y a vn Argument ſans replique, pour montrer que l'Argument n'eſt pas veritable que l'intimé a voulu

tirer

tirer de la ſignification propre comme il pretend ; comme ces mots, *dat*, *confert*, *donat*, quand meſmes on luy accorderoit ce qu'il veut & qu'ils ne s'entendroient que des Benefices que l'Eueſque confere *pleno Iure*, & qu'il ne peut eſtre dit conferer *pleno Iure*, quand il confere ſur la preſentation d'vn Patron faite d'vne perſonne capable, pour ce qu'il eſt neceſſité & obligé de l'admettre, & ainſi que le Roy ne ſuccedant à l'Eueſque, ſinon en ce qu'il *confert propriè*, il ne peut pouruoir en Regale aux Benefices qui ſont en Patronage, dautant que l'Eueſque ne les confere pas.

Car il eſt certain en matiere de permutation de Benefices; Par exemple, que ſi deux Beneficiers permutent leurs Benefices dans vn Dioceſe, l'Eueſque ne peut prendre connoiſſance de l'autre: il eſt obligé d'admettre la permutation; il eſt doncques lié; & la permutation eſt *in neceſſarijs*, car il ne peut pas ſeulement donner le Benefice *digniori*, *ſufficit ſi dignus ſit:* Celuy qui a permuté: & cependant il eſt vray, & on ne le peut reuoquer en doute que les permutations, le ſiege Epiſcopal vacquant, ſe doiuent faire entre les mains du Roy, non entre les mains du Chapitre, d'où il eſt euident que le Roy peut ſucceder à l'Eueſque, non ſeulement en Collations des Benefices qu'il fait *pleno Iure*, mais meſmes en celles qui ſemblent eſtre *in neceſſarijs*, & qui ſe font ſur la preſentation du Patron: doncques au fait de cette cauſe, le Roy a pû preſenter & pouruoir en Regale, au Benefice dont eſt queſtion, *pleno iure & ordinario & deuoluto*, puis que les ſix mois ſont paſſez & que le Patron a mal preſenté, s'eſtant addreſſé au Chapitre de Coutance, qui n'auoit point de droit de pouruoir au Benefice, car le Chapitre peut à la verité ſuppléer à l'Office de l'Eueſque & pouruoir *in neceſſarijs*, en choſes qui ne peuuent receuoir de retardement ſans encourir des dangers, comme aux Benefices où il y a charge d'ames, les autres qui ne tombent pas en Regale *reſeruantur futuro ſucceſſori.* Mais il s'agit icy d'vne ſimple Chappelle où il n'y a qu'vn ſimple Seruice à dire & encore porte la fondation, *per ſe aut alium*, le pourueu n'eſt pas obligé ſeulement de le dire luy meſme, vn autre peut ſuppléer à ſa charge; Peut-on doncques mettre ce Benefice entre ceux qui requierent celerité *propter periculum animarum*, ou à cauſe de quelque grande vtilité publique qui en reuient? il n'y a point d'apparence: On a bien veu autrefois que l'Archeueſché de Rheims vaquant en Regale, vn particulier ſe fit pouruoir de la Principauté qui vacquoit lors du College de Rheims eſtably en cette ville de Paris, par le Chapitre de Rheims, vn autre ſe fit pouruoir par l'Archeueſque qui remplit le lieu, pretendant que cela deuoit eſtre reſerué *futuro ſucceſſori*, & vn autre ſe fit pourvoir par le Roy en Regale. Sur la conteſtation de ces trois à qui demeureroit la Principauté; la Cour en l'an 1575. l'adiugea par Arreſt à celuy qui auoit eſté pourueu par le Chapitre; la raiſon fut que cela eſtoit *in neceſſarijs*, & qu'il y alloit du bien public, que telle place fuſt promptement remplie & ſans retardation; il eſt certain que l'Archeueſque ſucceſſeur n'y auoit point de droit & n'auoit pû conferer, & que cela appartenoit au Roy, & s'il n'y euſt eu que le pourueu par l'Archeueſque, le Regaliſte euſt eſté ſans difficulté maintenu & gardé en la poſſeſſion du Benefice.

On a voulu ſe preualoir d'vn Arreſt donné au Parlement de Normandie, qu'on dit auoir authoriſé cette pratique du Chapitre de Coutance, le ſiege vacquant, ſous pretexte que par cet Arreſt, il ſe trouue qu'on a maintenu en la poſſeſſion du Benefice vn qui eſtoit pourueu par le Chapitre; mais outre qu'on ne ſçait pas comme cet Arreſt a eſté rendu, & qu'il a pû eſtre rendu par colluſion, pour donner quelque titre au Chapitre, afin de preſenter en conſequence d'iceluy aux Benefices, vn Arreſt de Normandie n'a pû rien preiudicier contre le Roy en cette matiere de Regale. Il n'y a que le Parlement de Paris qui en puiſſe connoiſtre, qui puiſſe faire loy en cela, ayant eſté eſtably ſeul Iuge de ces matieres, *vice regia*, & à iuſte cauſe, puis qu'il n'y a qu'en ce lieu (nous le pouuons dire) où ces matieres ſoient connuës; de ſorte qu'on ne ſe peut preualoir en cela des Arreſts des autres Parlemens, quelque choſe qui aye eſté iugée: C'eſt pourquoy nous eſtimons qu'il y a lieu, & en ſupplions la Cour de maintenir le Regaliſte en la poſſeſſion & iouiſſance du Benefice contentieux.

La Cour a declaré & declare le Benefice, dont eſt queſtion, auoir vacqué en Regale, & en conſequence faiſant droict ſur l'appel, dit qu'il a eſté mal, nullement & abuſiuement pourueu par le Chapitre, adiuge le Benefice au Regaliſte, auec reſtitution de fruicts & dépens. Fait en Parlement, le Ieudy quatriéme Février mil ſix cent trente-huit.

DISSERTATIO VI.

De Conuocatione Synodorum per Reges & Principes Laicos, Præſidentia & Concluſione.

Pontificibus Maximis, Primatibus & Metropolitanis Eccleſiaſticis omnem attribuere Synodorum conuocationem, Principibus Laïcis omnem derogare paris eſt iniquitatis & ignorantiæ in antiquitate: vtrumque enim euidens eſt in Hiſtoria, & Pontifices Primateſque ac Metropolitanos conuocaſſe Synodos, quanquam rarò abſque licentia & permiſſu Principum ſecularium; & Principes ipſos autoritate etiam propriâ, nonnunquam eaſdem connocaſſe. Conuocaſſe, inquam, etiam à ſummis Pontificibus rogatos. Neque modo conuocaſſe, ſed eiſdem præſediſſe & ex ſententiâ Synodali concluſiſſe legimus.

Ac primum quoad Conuocationem, vide Lector libellum quem noſtris hiſce diebus edidit Doctiſſimus Launoiyus, in quo probat, ſed luculentiſſimis teſtimoniis octo primas Synodos ab Imperatoribus fuiſſe congregatas. Vide & Marcanum in lib. 6. de Concordia Sacerdotij & Imperij, vbi manifeſtè probat primæ, ſecundæ, & tertiæ Dynaſtiæ Reges Francorum, id autoritatis habuiſſe: nec tamen veriti ſunt homines iſti Schiſmatis inſimulari. Poſſem & exemplis quæ retulerunt, contentus eſſe; ſed & alia quædam ſubiungere placet, à Carolo Magno ad hæc vſque tempora quæ deſcribimus.

Lubet autem præmittere, quod legitur apud Marcanum lib. 6. cap. 19. Pontifices Maximos Regiam hanc autoritatem agnouiſſe. Gregorius Magnus lib. 7. Ep. 113. ad Brunichildem Regum Auiam, vt ad abolitionem prauæ conſuetudinis quæ inualuerat aduerſus Canones, nundinationis ſcilicet Ordinationum, Synodum iubeat congregari (an. 599.) ſic ſcribit. *Salutantes excellentiam veſtram paterno affectu petimus vt de huius prauitatis emendatione Deum vobis placabilem faciatis. Et vt nulla deinceps valeat occaſione committi, Synodum fieri* iuſſio Regia *conſtituat.* Et Ep. 114. ad Theodericum & Theodebertum Reges. *Qua de re vt magnum omnipotenti Domino munus valeatis offerre, Synodum congregari præcipite.* Videantur ibi plura.

Quod Carolus Magnus & conſecuti Reges Imperatoreſque Synodos habuerint Nationales & conuocarint autoritate propriâ, non expectatâ aliâ, patet innumeris exemplis. Paulinus Patriarcha Aquileienſis aduerſus Elipantum. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Sancto incitante Spiritu ac zelo fidei Catholicæ ſcintillatim ſub pectore ferueſcente Clementiſſimi glorioſiſſimique Caroli Regis Domini terræ, Imperij eius Decreto per diuerſas Prouincias Regni eius ditioni ſubiectas ſummà celeritate præcurrente multitudo Antiſtitum ſacris obtemperando præceptis in vno Collegio aggregata conuenit.*

Leo III. in Concilio Romano an. 799. aduerſus felicem Vrgelitanum, Act. 2. *In Ratiſbonenſi Concilio, quod per iuſſionem præfulgidi & Ortodoxi filij noſtri Domni Caroli Magni Regis actum eſt.*

In Concilio Remenſi an. 813. *Hic eſt ordo Capitulorum breuiter adnotatus, quæ anno Dominicæ Incarnationis* 813. *notata ſunt in Conuentu Metropolitanæ ſedis Remenſis Eccleſiæ à D. Carolo piiſſimo Cæſare more priſcorum Imperatorum congregato.*

In præfatione Concilij Moguntini eodem anno habiti, *Almificæ reuerentiæ veſtræ patefacimus nos humillimi famuli ac Miſſi veſtri Hildebaldus, ſcilicet ſacri Palatij Archiepiſcopus, Ricolfus & Arno Archiepiſcopi, ſeu Bernharius vnà cum reliquis Coepiſcopis atque Abbatibus & cætero Clero, quia venimus ſecundum iuſſionem veſtram in Ciuitatem Moguntiam ibique pariter adunati.*

Sed & hoc valde norandum eſt, quod legitur in vita Leonis III. Papæ apud Anaſtaſium Bibliothecarium, ipſo præſente Carolum Magnum habuiſſe Ro-

Digitized by Google

mæ Synodum Eccleſiaſticam. *Poſt modicum tempus ipſe Magnus Rex dum in Baſilica B. Petri Apoſtoli coniunxiſſet, & cum magno honore ſuſceptus fuiſſet, fecit in eandem Eccleſiam, congregari Archiepiſcopos, ſeu Epiſcopos, Abbates & omnem nobilitatem Francorum atque Romanorum. Et ſedentes pariter tam Magnus Rex quàm Beatiſsimus Pontifex, fecerunt reſidere & ſanctiſsimos Archiepiſcopos & Abbates ſtantibus reliquis ſacerdotibus optimatibus Francorum & Romanorum.*

Chronicon Virdunenſe ad an. 817. de Ludouico Pio. *Ludouicus Concilium habuit de Abbatibus & Monachis.* Et ad ann. 875. Concilium habuit Carolus in Ticinenſi Palatio, cui interfuit *Bechardus Virdunenſis Epiſcopus. Damnati & depoſiti ſunt ..... & ricenſis, Agelmarus Aruernenſis, Lingonenſis &c.* Et ad an. 1039. *Ea tempeſtate Hungros ſecundò ſibi rebelles cum viciſſet Imperator (* Henricus *) ex omni Imperio ſuo Epiſcopos congregari fecit, & contra Simoniam agens ita orſus eſt. Lugens vobis incipio loqui, qui vice Chriſti in eius Eccleſia conſtituti eſtis.* Guillelmus Normanorum Dux an. 1050. Synodum habuit Epiſcoporum & virorum Doctorum Ducatus ſui apud Brionam contra Berengarium, vt narrat Durandus Abbas Troarnenſis. Et Henricus Francorum Rex, contra eundem eodem anno; ille enim *conſultu ſui Regni Pontificum procerumque Concilium Pariſius cogi 17. Kal. Nouemb. præcepit.*

Sugerius in vita Ludouici Groſſi de Innocentij II. electione in Papam contra Petrum Leonis ſimiliter electum, ait Innocentium ad Regem confugiſſe, Regem verò priuſquam eum exciperet, Synodum Nationalem congregaſſe. *Quo Rex*, inquit, *vt erat piiſsimus Eccleſiæ defenſor citò compunctus Concilium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum & Religioſorum virorum Stampis conuocat & eorum conſilio magis de perſona quàm de Electione inueſtigans, eius aſſenſum electioni Conſilio virorum præbet, & deinceps manutenere promittit.* De eodem clarius adhuc Chronicon Mauriniacenſe ad an. 1129. *Dum hæc in Italia geruntur, Rex Lodoicus Archiepiſcopos Remenſem, Senonenſem, Bituricenſem, Turonenſem, ſimulque Epiſcopos Regni ſui, & Abbates Stampis conuocat, communicatoque Conſilio Innocentium qui & vita ſanctior & famâ melior & electione ſuperior apparebat, cum omni Regno ſuo Romanum Papam ſibique Patrem denuntiat.*

Rigordus de Geſtis Philippi Auguſti ad an. 1188. *Anno Domini 1188. menſe Martio media Quadrageſima Pariſius celebratum eſt Generale Concilium à Philippo Rege conuocatis omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & totius Regni Baronibus. Et propter inſtantem neceſſitatem cum aſſenſu Cleri & populi Decimas ab omnibus eſſe accipiendas eo tantùm anno decreuit.*

Et in Geſtis Ludouici VIII. ad an. 1224. *Ludouicus Rex Franciæ 3. Non. apud Pariſios Parlamentum generale tenuit, in quo Honorius Papa Indulgentiam quæ in Lateranenſi Concilio contra Albigenſes hæreticos fuerat inſtituta, autoritate propriâ ad tempus reuocauit, & Raimundum Comitem Toloſanum fide Catholicum approbauit.*

Philippus Pulcher an. 1301. die 10. April. Concilium habuit frequentiſſimum Pariſijs contra Bonifacij VIII. Bullas, quibus ſibi in omnia Regni Beneficia, & in ipſummet Regem & Regnum ſupremam arrogabat autoritatem, habito verò Concilio prælati reſcripſerunt Papæ quæ facta fuerant. *D. Rex*, inquiunt, *de Baronum conſilio Barones cæteros tunc abſentes, ac nos videlicet Archiepiſc. & Epiſcopos, Abbates, Priores Conuentuales, Decanos, Præpoſitos, Capitula, Conuentus atque Collegia Eccleſiarum tam Cathedralium quàm Collegiatarum; Regularium ac ſecularium, nec non Vniuerſitates & Communitates villarum Regni ad ſuam mandauit præſentiam euocari.*

Philippus Valeſius an. 1332. contra Ioannem 22. de Viſione beatifica non ſatis rectè ſentientem congregari iuſſit Clerum Gallicanum, & Theologiæ Magiſtros, vt ſuper ea re ſententiam eorum haberet.

Nihil attinet commemorare quàm multas Eccleſiæ Gallicanæ Synodos conuocarint Carolus V. & VI. ad ſedandum Schiſma Pontificium, quod an. 1378. ortum habuit. Tres præſertim celeberrimas habuit Carolus VI. ab an. 1394. ad 1398. vt in Hiſtoria retulimus, de Synodo an. 1394. ſic ſcribit Monachus San-Dionyſianus. *Dum ſic ad habendum pacem in Eccleſia ſancta Dei tempus Legatos mittendo & remittendo teritur, Rex non immemor promiſſorum ex cunctis oris Franciæ Prælatos Eccleſiaſticos, & de ſtudiis ſolenniores Doctores apicibus Regis euocauit &c.*

Non refero quam multas alias idem Carolus & conſecuti Reges habuerint Synodos ad deliberandum de rebus fidei, & ad Eccleſiaſticam policiam ſpectantibus, ex iis quæ hactenus retulimus, luce meridianâ clarius eſt eos Conuentus eiuſmodi non emendicara, ſed propria autoritate habuiſſe.

PRÆSIDENTIA. Iam ergo agendum de Præſidentiâ. Sunt quibus id durum videtur & inſolens Principes Laïcos Conuenrui Eccleſiaſtico præſidere. Haud ſcio tamen an id ſit vlla lege Eccleſiaſtica prohibitum: quod ſi vlla talis lex eſt, quod ſubjicio, hiſtoricè tantummodo dictum velim, non dogmaticè. Abſit enim, vt arrogatum velim Principibus Laïcis, quod Eccleſiaſtici iuris eſt. Ecce ergo quod Hiſtoria refert de Regibus.

Alcuinus de Carolo Magno ſic ſcribit lib. 1. aduerſus Elipantum. *Antequam ego eodem ſapientiſſimo Rege Carolo veniſſem in Franciam, hæc eadem veſtri erroris ſecta* Eodem glorioſo Principe Præſidente, *præſente Felice, quem multum laudare ſoles, veſtræ partis tunc temporis defenſore ventilata eſt in celeberrimo loco qui dicitur Reginsburgum, & Synodali autoritate ſacerdotum Chriſti qui ex diuerſis Chriſtiani Imperij partibus conuenerant, æterno anathemate damnata.*

Chronicon Rothomagenſe ad an. 1073. *Hoc anno inuaſerunt Monachi S. Audoëni Ioannem Rotomagenſem Archiepiſcopum Miſſam celebrantem in feſtiuitate eiuſdem Sancti cum armata manu virorum. Vnde iudicatum eſt in Concilio in eadem Ciuitate congregato* Præſidente Rege Anglorum Willermo *Monachos huius criminis reos per Abbatias in carceribus retrudi ad placitum Archiepiſcopi.*

Et ad an. 1074. *Hoc anno congregatum eſt Concilium in Rotomagenſi Vrbe* Præſidente Willermo Anglorum Rege & Normanorum Principe, *& Ioanne Archiepiſcopo cum ſuis ſuffraganeis, Odone Baiocenſi Epiſcopo, Hugone Lexouienſi, Michaële Abrincenſi, Gilberto Eboracenſi, Roberto Sagienſi.*

Atque ne putemus id dictum adulatoriè, ipſa Mater Vniuerſitas, imo ipſa Eccleſia Gallicana non modo Regem præſidere poſſe agnoſcit, ſed & alios etiam eius nomine & eo abſente.

Anno 1398. habita eſt Pariſijs Synodus Eccleſiæ Gallicanæ frequentiſſima ad extirpationem nefandi Schiſmatis, quo iam diu Eccleſia Catholica turbabatur. Ei Rege abſente & infirmo præſederunt frater & patrui Regis, nemine reclamante, Eccleſia ipſa Gallicana probante, & illi in Actis Synodi ſæpius vocantur *Præſidentes.* Petrus Ranati Epiſcopus ſancti Pontij, qui ſtabat à partibus Benedicti, ita loquitur, *cum honore & reuerentia D. Regis Nauarræ præſentis,* DD. Ducum Præſidentium, *& aliorum de Genere Regio.* M. Ægidius de Campis Doctor Theologus nomine Vniuerſitatis. *Die 7. Iunij Rector Vniuerſitatis Pariſienſis ſupplicauit* DD. Præſidentibus, *& vniuerſis adſtantibus ac præſentibus, vt dignarentur Vniuerſitati concedere vnam audientiam.*

In Actis eiuſdem Synodi. *His præmiſſis ex parte Regis & Concilij conſtitutum eſt quod præſentibus* Ducibus Præſidentibus, *Notario Regio & aliquibus Regis Conſiliariis quilibet in Concilio exiſtens diceret opinionem verbaliter.*

In Concluſione verò Actorum eiuſdem Synodi. *Anno D.* 1398. *die Dominica 28. Iulij Prælatis Regni Franciæ, & Clero ad Concilium conuocatis in Palatio Regio Pariſius Præſentibus* & Præſidentibus *ex parte Regis* DD. *Ducibus Bituriæ & Burgundiæ Regis Patruis &c.*

CONCLVSIO. Reſtat vt de Concluſione Regum ex ſententiâ Synodali dicamus. Clarè id quoque de Carolo Magno legitur in Synodo Franc-Fordiana c. 4. *Statuit piiſſimus D. noſter Rex conſentiente ſacra Synodo, vt nullus homo ſiue Eccleſiaſticus, ſiue Laicus ſit, vt nunquam carius vendat annonam, &c.*

Item c. 6. ſtatutum eſt à D. *Rege & S. Synodo, vt Epiſcopi iuſtitias faciant in ſuas parochias.* Et c. 7. *definitum eſt à D. Rege & S. Synodo, vt Epiſcopus non migret de Ciuitate in Ciuitatem, ſed curam habeat Eccleſiæ ſuæ.* cap. 10. *definitum eſt etiam ab eodem D. Rege ſiue à S. Synodo*, c. 11. *definitum & idem à D. Rege & S. Synodo eſſe dignoſcitur*, vt Garbodus qui ſe Epiſcopum eſſe *dicebat & ſuæ ordinationis teſtes non habuit, ab eodem gradu Epiſcopatus quod de ſe habere dicebatur, deponeretur à Metropolitano, ſiue à Comprouincialibus Epiſcopis.*

In Concilio Cabilonenſi an. 813. c. 11. *Auxiliante Domino noſtro I. C. & imperante sereniſſimo atque inclyto Auguſto conuenimus Epiſcopi & Abbates totius Galliæ*

Lugdunenſis in vrbem Cabilonenſem, & de quibuſdam rebus, in quibus nobis emendatio neceſſaria videbatur, quædam Capitula quæ ſubter inſerta ſunt, eidem D. Imperatori præſentanda & ad eius ſacratiſſimum Iudicium referenda adnotauimus, quatenus eius prudenti examine ea quæ rationabiliter decreuimus, confirmentur, & ſicubi minus aliquid egimus, illius ſapientia ſuppleatur. Idem in fine Arelatenſ. 6. In Synodo Pariſienſi VI. an. 829. Ludouicus Pius & Lotharius filius ſic aiunt, *quapropter ſtatuimus atque decernimus cum conſultu Sacerdotum, &c.*

Henricus III. Imperator conuocatâ frequenti Synodo an. 1039. increpitis Epiſcopis ob Simoniæ labem quâ omnes penè erant infecti, *propoſuit Edictum, vt nullus gradus, vel Miniſterium Eccleſiaſticum pretio adquireretur, & ſi quis attentaret, omni honore multaretur.*

Quid porro iſta ſunt niſi concludere? ſi nomen ipſum *Concluſionis* deſideratur, ecce in Synodo 3. Gallicana 300. & amplius ſuffragantium habita Pariſijs anno 1398. Arnoldus de Corbeia Cancellarius Regis & Regni *ex ordinatione & præcepto Regis & DD. Ducum Præſidentium*, auditis opinionibus *pluſquam* 300. *perſonarum* conſultoque Rege retulit Regem velle *quod iuxta maiorem & saniorem Concilij Partem fieret Concluſio*, & ipſe his recitatis & prolatis ſubiunxit, *quod ex parte Regis & de eius præcepto dictam Concluſionem edicebat.* Nempe promulgandam eſſe ſubſtractionem obedientiæ totalem. Subſequenter dixit ex parte Regis quòd Prælati & alij non recederent adhuc *quouſque eſſet aduiſatum de executione huius Concluſionis*, & paulò poſt, *conſequenter dixit, quod nullus occaſione huius Concluſionis habeat formidare.*

Poſſemus alia plura exempla Concluſionis Regiæ proferre; ſed ex ijs quæ hactenus relata ſunt, ſatis liquet Reges noſtros non modo conuocaſſe Concilia Nationalia, ſed & ijs nonnunquam præſediſſe & ex ſententia Synodali concluſiſſe. De iure non eſt Hiſtorici diſputare.

DISSERTATIO VII.

Vtrum Papa ſit Dominus omnium tam in ſpiritualibus quam in Temporalibus, itavt habeat vtramque Iuriſdictionem, temporalem & ſpiritualem.

HOc ſeculo variè diſputatum eſt de hac materia, duobus præſertim temporibus, nempe initio ſeculi cum Bonifacius VIII. condidit famoſam illam Decretalem *Vnam ſanctam* aduerſus Philippum pulchrum & circa an. 1325. cum Ioannes Pontifex Ludouicum Bauarum Imperatorem armis ſpiritualibus & temporalibus, vt vocant, proſequebatur. Initium ſupremæ poteſtatis Pontificiæ in Principes à Gregorio VII. videtur eſſe repetendum, cuius exemplum imitati ſucceſſores Imperatorem Romanorum, Anglorum Regem aliosque Principes ſuæ Dominationi ſubiecerunt, vt ex hiſtoria patet. In Reges verò noſtros non legimus tantam affectaſſe, aut certè non tam abſolutam exercuiſſe autoritatem. Bonifacius auſus eſt Philippo Pulchro leges dicere tanquam Dominus ſubdito; ſed eiuſmodi iugi Francia impatiens breui oſtendit, quibus ſe limitibus arctare deberet Pontificia poteſtas. Vniuerſitas in eam rem conſulta reſpondit fortiter pro more ſuo *Regem in temporalibus non agnoſcere ſuperiorem, niſi Deum.* Legitur Determinatio huiuſce Quæſtionis in MS. Victorino notato B f. 31. fol. 245. incipitque ſic: *Rex Pacificus ſalomon, cui dedit dominus Diuitias.* Et Tractatus iſte ante aliquot annos luce publica donatus eſt in Hiſtoria Buniſaciana pag. 663. ex quo quæ ſequuntur, excerpſimus.

Quæritur *vtrum Papa ſit Dominus omnium, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus*; ita quod habeat vtramque iuriſdictionem, ſpiritualem & temporalem. Et arguitur quod ſic Matth. 28. dicit Chriſtus de ſeipſo, *data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Sed Papa eſt Vicarius Chriſti & habet Chriſti poteſtatem & autoritatem, ſicut habetur Extrau. de tranſlat. Epi. c. *inter Corporalia.* Ergo in ipſo eſt omnis poteſtas tam cœleſtis quàm terrena.

Item ſicut dicitur Geneſ. 1. *in firmamento* cœli, per quod ſignificatur etiam *fecit Deus duo luminaria magna*, ſcilicet Solem, per quem ſignificatur autoritas Pontificalis, & Lunam per quam intelligitur poteſtas Regalis; ſed Luna in ſit-

mamento nihil luminis habet, niſi quod recipit à ſole. Ergo poteſtas Regalis nullam Iuriſdictionem habet, quam non recipiat à ſummo Pontifice. Ergo ſummus Pontifex habet iuriſdictionem omnium etiam temporalem. Et habetur iſta ratio Decret. extr. de Maior. & obed. c. ſolitæ.

Item onllus poteſt aliquem deponere à dominio temporali, niſi ſit eius Dominus temporalis: Sed *Zacharias Papa depoſuit Regem Francorum Childericum*, ſicut habetur 15. d. q. 7. *Item alius*. Et Innocentius IV. depoſuit Imperatorem Fridericum: ergo Papa habet temporale Dominium ſuper Regem Franciæ, & Imperatorem: & ſi ſuper iſto, ergo & ſuper omnes alios; cum iſti ſint maiores in temporalibus, omnibus Chriſtianis.

Item diſt. 94. C. cum duo ſunt. dicit Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori, *duo ſunt quibus hic mundus regitur, autoritas ſacra Pontificum & Regalis poteſtas:* Et poſt panca. Noſti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio. Ergo Imperator ſubeſt iudicio Papæ. Et ſi Imperator, ergo multo fortius alij Chriſtiani.

Item Eccleſiaſtica Hierarchia exemplata eſt ad ſimilitudinem Hierarchiæ cœleſtis, ſecundum B. Dionyſ. 1. lib. de cœleſti Hierarchia, ſed in cœleſti Hierarchia quæ eſt ſpirituum ſeparatorum id. Angelorum, ita eſt quod habent omnes vnum ſuperiorem qui præeſt omnibus & omnino, ſcilicet illuminando, purgando, perficiendo, vt dicitur ibidem: ergo ſimiliter de Eccleſ. Hierarchia eſt vnus ſuperior qui præeſt omnibus omni modo; ſed nullus talis niſi Papa; quia nullus præeſt omnibus in ſpiritualibus niſi Papa.

Item Ieremias fuit de Sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth in terra Benjamin, ſicut habetur Ierem. 1. Et tamen iſte conſtitutus eſt à Deo Superior Gentibus & Regnis; vnde dicit ei Dominus in eodem Cantico. *Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes & ſuper Regna*. Ergo eſt de ordinatione Diuina, quod aliquis de Sacerdotibus habeat ſuperioritatem ſuper Gentes & Regna, ſed non niſi Papa qui eſt ſummus Sacerdos, ergo Papa eſt ſuperior omnibus, etiam quantum ad Temporalia, cum Regna temporalia ſiot; & trahitur hæc ratio ex Decretal. Extra. de Maior. & obed. ſolitæ.

Item Deuteronom. 17. Ca. dicitur, qui ſuperbierit nolens obedire Sacertis Imperio, qui eo tempore Domino Deo tuo miniſtrat, ex Decreto Iudicis morietur. Ex hoc habetur, quod omnes tenentur obedire in omnibus ſicut Superiori, illi qui eſt Sacerdos & Iudex omnium: ſed talis eſt Papa Vicarius Chriſti, qui eſt Iudex viuorum & mortuorum, ſicut dicitur Act. 10. igitur Papa Superior eſt omnibus, etiam in temporalibus. Et hanc rationem tangere videtur Innoc. III. Papa Extr. qui fi. ſunt legi. C. per venerabilem.

Item 22. d. in C. omnes. dicitur ſic. Eccleſiam ipſe ſolus fundauit, ſcilicet Chriſtus, & ſuper Petram fidei mox naſcentis erexit, qui B. Petro Eccleſiaſticæ vitæ Clauigero terreni ſimul & cœleſtis Imperij iura commiſit; ſed cœleſte Imperium eſt ſpirituale, & terrenum eſt temporale, ergo Chriſtus Petro & eius ſucceſſoribus in ipſo dedit imperium non ſolum ſpirituale, ſed etiam temporale. ex iſto forte Ca. moti ſunt his diebus aliqui ad dicendum quod quicunque teneret contrarium, deberet hæreticus reputari propter aliqua verba quæ ſunt ibi, & ſunt iſta, *non dubium eſt* quia ſi quis cuilibet Eccleſiæ ius ſuum *detrahit, ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum Capite traditum auferre conatur*, hic procul dubio in *hæreſim labitur*, & cum ille iniuſtus vocetur, hic dicendus eſt hæreticus.

Item Dionyſius de Diuinis Nom. dicit quæ ſunt cauſatorum, inſunt cauſis, ſed poteſtas ſpiritualis cauſa eſt temporalis; ergo poteſtas ſpiritualis omnium, ſcilicet penes Papam. Probatio Minoris videlicet quod poteſtas ſpiritualis cauſa ſit temporalis, ſicut ſe habet anima ad corpus, ſic ſpiritualia quibus ſuſtentatur anima ad temporalia quibus ſuſtentatur corpus; ſed anima eſt cauſa corporis, ergo & ſpiritualia cauſa ſunt temporalium; Poteſtas ergo ſpiritualis cauſa eſt temporalis.

Item Auguſtinus 2. Can. de Ciuit. Dei. c 21. dicit ſic. ſine Iuſtitia non poteſt regi Reſp. vera autem Iuſtitia non eſt in Repub. cuius Chriſtus non eſt Rector, ſed res populi Chriſtiani debet eſſe recta & vera: ergo Chriſtus in ea debet eſſe Rector. ſed Papa eſt Chriſti Vicarius, Extr. de Tranſlat. inter Corporalia; ergo Papa Rector eſt Reipub. etiam in temporalibus.

Digitized by Google

Item Apoſtolus Cor. 2. *Spiritualis iudicat omnia:* ſed Papa ſpiritualis eſt & Dominus in ſpiritualibus: habet ergo iudicare omnia & de omnibus, etiam in temporalibus.

Irem qui poteſt quod eſt maius, poteſt etiam quod eſt minus 12. q. 2. c. præcipimus. Extr. de donat. inter virum & vxorem, per veſtras. Sed maior eſt poteſtas ſpiritualis quàm temporalis, ergo Papa qui eſt ſuper omnes, habet poteſtatem ſpiritualem ſuper omnes, & habet temporalem poteſtatem. Probatio Minoris 960. c. duo quippe ſunt. *Non tam pretioſius eſt aurum plumbo quàm Regia poteſtate* Ordo Sacerdotalis altior.

Item vna eſt Eccleſia ſecundum illud Cant. 6. vna eſt columba mea, perfecta mea & vna ſponſa debet habere vnum ſpooſum & vnicum Dominum, erergo Eccleſia debet habere vnum ſponſi Vicarium, qui etiam ſit Dominus omnium.

Item oon confirmatur quis niſi à Superiori Extr. de Eccl. c. nibil eſt, ſed Imperator confirmatur per Papam in Iuriſdictione Imperiali quæ eſt temporalis, ſicut expreſsè patet Extr. de Elect. c. venerab. ergo Papa ſuperior eſt Imperatore etiam in temporalibus, & per conſequens quolibet alio Chriſtiano.

Irem Matth. 16. Dominus conſtituens Petrum ſuum Vicarium dixit ei, *Et tibi dabo claues Regni cælorum*, per claues intelligens iuriſdictionem, ergo Papa ſucceſſor Petri & Vicarius Chriſti habet duas Iuriſdictiones, videlicet ſpiritualem & temporalem.

Item nullus poteſt legitimare aliquem ad hooores & dignitates temporales, niſi habeat ſuper ipſum domioium temporale, ſed Papa poteſt omoes legitimare, videlicet quantum ad honores temporales ſicut patet Extr. qui filij ſunt legitimi: ergo Papa ſuper omoes habet domioium temporale.

Item Bernardus l. 4. de conſid. ad Eugenium Papam c. 3. dicit ſic: *quid tu denuo* vſurpare gladium tentes quem ſemel iuſſus es reponere in vaginam, quem tamen qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domioi dicentis ſic: *conuerte gladium tuum in vaginam*, tuus ergo, & ipſe forſitau tuo nutu, etſi non tua manu euaginandus, alioquin ſi nullo modo ad te pertineret is, dicentibus Apoſtolis *Ecce gladij duo hic*, non reſpondiſſet Dominus *ſatis eſt*. Sed nimis eſt. vterque ergo Eccleſiæ & ſpiritualis ſcilicet gladius & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ab Eccleſia extrabendus, ille Sacerdotis, is militis manu, licet ſanè ad nutum & iuſſum Imperatoris. Huc vſque verba Bernardi, in quibus gladium accipit pro Iuriſdictione: ergo vtraque Iuriſdictio, ſpiritualis & temporalis pertinet ad Papam.

Ad Partem contrariam, videlicet quod Papa non ſit Dominus omnium temporalis & quod non habeat temporalem Iuriſdictionem ſuper omnes, arguitur 1. ſic. Si aliquis eſt Dominus temporalis, ad ipſum pertinet iudicare de hereditatibus & poſſeſſionibus: ergo à deſtructione conſequentis, ille qui non baber vbique, ſed io certo loco iudicare de hereditatibus & poſſeſſiooibus temporalibus, non eſt vbiæ Dominus temporalis, ſed Papa non habet vbique iudicare de hereditatibus & poſſeſſionibus temporalibus: ergo Papa non eſt omnium Dominus temporalis. Quod autem Papa non habeat vbique iudicare de hereditatibus & poſſeſſionibus, probatur per Decretal. Extra. qui filij ſunt legitimi, cauſamque Alexander Papa III. dicit. *Nos attendentes quod ad Regem pertinet*, non ad Eccleſiam de talibus poſſeſſionibus iudicare, ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, &c. Hoc idem probatur per Decretalem in eod. tit. lator. Contra Papam.

Item ad Dominum temporalem pertinet iudicare de feudis, vbi eſt Dominus temporalis: ſed ad Papam non pertinet vbique iudicare de feudis, quia in Regno Franciæ non habet hoc facere: ergo Papa non eſt vbique Dominus temporalis. Maior probatur per Decretalem Extra. de Iudicijs. c. nouit, vbi Innocentius Papa III. dicit, *non intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſcilicet Regem Franciæ ſpectat iudicium.*

Item ad illum qui eſt Superior, omnium Dominus in temporalibus, appellari poteſt, & de iure, cum appellatur à Iudice Ciuili; ſed à Ciuili, vel à ſeculari Iudice non poteſt appellari ad Papam, ergo Papa non eſt Dominus omnium temporalis. Maior plana eſt & poteſt probari per ea quæ habentur in Decret. de appellat. C. dilecti filij Prior. probatio Minoris de Decret. extr. de appellat.

Digitized by Google

ſi duobus. Vbi Alexander Papa III. dicit ſic, quod quæris ſi à Ciuili iudice ante iudicium, vel poſt ad noſtram audientiam fuerit appellatum, an huiuſmodi appellatio teneat, tenet quidem in his qui ſunt noſtræ temporali Iuriſdictioni ſubiecti, in aliis verò etſi de conſuetudine Eccleſiæ teneat, ſecundum iuris rigorem credimus non tenere.

Item per Decret. extra. de foro Compet. c. licet, vbi Innocentius Papa III. dicit ſic. *Si quando & Laicis Vercellenſibus litteras ſuper rebus præcipuè quæ forum ſeculare contingunt, à Sede Apoſtolica contigerit impetrari ſub appellationis obſtaculo decernas irritas & inanes.*

Item Vaſſallus non recognoſcens ſe feudum tenere à Domino, ipſo iure ipſum feudum amittit. Hoc eſt enim notorium per leges. Probatum in ſumma, quæ dicitur copioſa, tit. de feudis. Et ſeruatur de conſuetudine. Et iam factum eſt in promptu. Habemus in facto Franciæ. Nunquam recognouit, nec adhuc recognoſcit ſe feudum & temporale aliquod à Papa tenere, ſicut expreſsè dicit Innocentius III. Extr. qui filij ſunt legit. per Venerabilem. Ergo ſi Papa verè eſſet eius Dominus temporalis, iam à longo tempore Regno ſuo fuiſſet priuatus. Contrarium videmus, & ſemper ſic erit per Dei gratiam. Ergo Papa ſaltem in Regno Franciæ non habet temporalem Iuriſdictionem.

Item per Dominum feudi debet inueſtiri quicunque tenet feudum ab alio, & ratione feudi debet Domino aliquam redebentiam, ſicut in lib. feudorum. Et Extr. de feudis. c. ex parte. Sed multi ſunt Reges & Domini temporales, qui nec in perſonis ſuis, nec prædeceſſorum ſuorum vnquam in Regnis ſuis receperunt aliquam inueſtituram à Papa, nec de terris ſuis vnquam ſibi fecerunt aliquam redebentiam temporalem, licet exhibuerint ei ſicut ſpirituali Patri reuerentiam, ſicut Rex Franciæ, Caſtellæ & aliqui alii: ergo ſaltem quo ad illos & eorum Regna, non eſt Dominus temporalis.

Item dicit Apoſtolus 2. ad Timoth. 2. *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus*: Sed nemo in Eccleſiæ Dei magis militare debet Deo quàm Papa: ergo nemo minus implicare ſe debet negotiis ſecularibus quàm Papa: Sed Iuriſdictio temporalis, & præcipuè omnium ſummè eſt implicatiua in negotiis ſecularibus. Ergo Papa non habet ſuper omnes iuriſdictionem temporalem.

Si reſpondeatur quod Papa non habeat iuriſdictionem temporalem ſuper omnes quantum ad executionem, quia hoc eſſet ſe implicare negotiis ſecularibus; ſed bene habet iuriſdictionem temporalem quantum ad imperium ipſius ſuper Principes ſeculares. Et ſic reſpondentes multum innituntur autoritati Bernardi lib. 4. de conſiderat. ad Eugenium Papam, quæ allegata fuit ſupra ad contrarium in 17. argum. ad quam autoritatem reſpondebitur loco ſuo. Tamen contra iſtam reſponſionem ſicut dicitur Deuteron. 22. &c. *Dei perfecta ſunt opera, & omne quod à Domino ordinatum eſt*; ſed perfectius & ordinatius eſt quod ille habeat poteſtatem & Iuriſdictionem qui eam licitè poteſt demandare executioni, cum militet ſeculo, quàm Papa qui debet militare Deo. Videtur quod Papa à Deo nullo modo habeat Iuriſdictionem temporalem ſuper omnes.

Item dignitas Chriſtiana maximè regnare debet in capite Chriſtianitatis, videlicet in Papa, ſed habere Dominium in temporalibus eſt contrarium Dignitati Chriſtianæ, præcipuè quantum ad perſonas Eccleſiaſticas: Ergo Papa non habet Dominium omnium temporale. Probatio Minoris eſt per autoritatem Bedæ qui in Gloſſa Iacobi 1. dicit ſic, *non eſt Chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi.*

Item nomina debent eſſe conſona & conuenientia rebus, ſicut notorium eſt Extra de Præbendis cum ſecundum Apoſtolum. Sed Papa non nominatur ab Imperio temporali, ſed à ſpirituali dignitate Papa enim dicitur, quaſi Pater Patrum, nec cognominatur à temporali Dominio, ſed ab humili ſeruitute, vocat enim Papa ſe ſeruum ſeruorum Dei, ſecundum inſtitutionem Sanctiſſimi Patris B. Gregorij Magni: Ergo realiter in Papa non eſt dominium temporale ſuper omnes; ſed dignitas & Paternitas ſpiritualis.

Item ſicut Papa eſt iudex ordinarius totius Eccleſiæ; ita quilibet Epiſcopus eſt ordinarius Diœceſis ſuæ. Extra de Offic. Iudicis ordinarii C *cum ab Eccleſiarum.* Si ergo Papa haberet Iuriſdictionem temporalem ſuper omnes perſonas de Eccleſia,

Eccleſia, quilibet Epiſcopus haberet Iuriſdictionem temporalem ſuper omnes de Diœceſi ſua, ſed hoc eſt falſum: ſcilicet quod quilibet Epiſcopus habeat Iuriſdictionem temporalem ſuper omnes de Diœceſi ſua: ergo & primum eſt falſum, ſcilicet quod Papa habeat Iuriſdictionem temporalem ſuper omnes, qui ſunt de Eccleſia. Probatio Minoris, ſcilicet quòd non quilibet Epiſcopus habet Iuriſdictionem temporalem in ſua Diœceſi. Videmus enim multos Epiſcopos qui in ſuis Diœceſibus habent Reges & Principes, qui Iuriſdictionem temporalem ſuper eoſdem Reges & Principes non habent: ſed è contrario eos recognoſcunt, ſicut etiam verè ſunt, ſuos Dominos temporales. Et hoc eſt & fuit in Regno Franciæ à tempore, ex quo non extat aliqua memoria, obſeruatum.

Item nihil voluit Chriſtus Petro Vicario ſuo vel cuicunque ſucceſſori eius committere, cuius contrarium voluit in ſe ipſo docere. Imitatores enim eſſe Chriſti voluit omnes Apoſtolos iuxta illud Pauli ad Corinth. 11. *Eſtote imitatores mei, ſicut & ego Chriſti:* Sed Chriſtus oſtendit & de facto docuit non velle habere dominium, vel Iuriſdictionem temporalem, dicitur enim in Euangelio Ioan. 6. quod cum cognouiſſet Ieſus, quod illi homines qui viderant ſignum quod fecerat de multiplicatione panum venturi eſſent, vt raperent eum & facerent eum Regem, fugit iterum in montem; ergo nec Chriſtus Petro, nec cuicunque ſucceſſori ejus commiſit dominium temporale, vel Iuriſdictionem temporalem, nec oſtendit quod deberent velle habere tam generaliter ſuper omnes.

Item plus dominationis non habet Papa ratione quâ Papa quàm habuit Petrus poſtquam ſuper ipſum fundata eſt Eccleſia à Chriſto, & ſibi traditæ ſunt claues Regni Cœlorum; ſed Petrus poſt omnia iſta non habuit dominium rerum temporalium ſuper omnes; ergo nec Papa in quantum Papa & ſucceſſor Petri habet ſuper omnes dominium temporale. Quod autem Petrus poſtquam ſibi traditæ ſunt claues Regni Cœlorum, non habuit temporale dominium, patet hoc quod Act. 3. dicitur, quod illi claudo ex vtero Matris ſuæ qui intendebat in Petrum & Ioannem præparans ſe aliquid accepturum ab eis, dixit Petrus, *argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do.* Certum eſt enim quod illi nihil temporale dedit, & tamen dedit quod habuit.

Item ſoluere tributum nunquam pertinet ad ſuperiorem Dominum temporalem: ergo magis tributum ſibi debet ſolui ſecundum ſententiam Saluatoris Matth. 22. vbi petentibus ab eo ſi liceret dari cenſum Cæſari an non, petiuit ab eis cuius eſſet imago quæ erat in numiſmate cenſus; & audito ab eis quod eſſet Cæſaris, reſpondit, *reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, &c.* Sed Petrus pro ſe & pro Petro voluit ſoluere tributum: ergo voluit oſtendere nec ſe nec Petrum velle habere in temporalibus ſuperius dominium. Quod autem Chriſtus pro ſe & pro Petro ſoluerit tributum, patet Matth. 17. vbi dicit ad Petrum. *Vade ad mare & mitte hamum & eum piſcem qui primus aſcendet, tolle & aperto ore eius inuenies ſtaterem illum ſumens, da eis pro te & me.*

Item dominium & Miniſterium ex oppoſito ſe habent: ita quod nec Domino debet imponi Miniſterium, nec Miniſter ſibi debet vſurpare dominium: ſed ex ordinatione Chriſti qui maior eſt in Eccleſia, debet exercere temporale Miniſterium vt probabo, ergo qui maior eſt in Eccleſia non debet vſurpare, vel vindicare temporale dominium Quod autem, qui maior eſt Eccleſia debeat exercere temporaliter humile Miniſterium, probatur per Euangelium Lucæ 22. vbi cum fuiſſet contentio inter Diſcipulos de maioritate, dixit ſic, *qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut Miniſtrator.* Et paucis interpoſitis ſequitur. *Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.*

Item iudicare eſt actus pertinens ad Iuriſdictionem. Vnde qui non poteſt aliquid iudicare, non videtur in ipſo aliquam Iuriſdictionem habere. Ex quo ſic arguitur. Nihil à Chriſto commiſſum eſt Papæ ſuper mundum niſi illud propter quod venit in mundum, ſed Chriſtus non venit in mundum vt iudicet mundum, quod pertinet ad Iuriſdictionem temporalem, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum, quod pertinet ad Iuriſdictionem ſpiritualem, ſicut habetur in Euang. Ioan. 3. vbi dicitur ſic. *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum vt iudicet mun-*

dum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum: Ergo à Chriſto nihil commiſſum eſt Papæ ſuper mundum, quantum ad Iuriſdictionem temporalem.

Item illud nunquam debet ſibi vindicare Vicarius, quod planè & plenè ad ſe non pertinere voluit, & expreſſit eius Dominus cuius vices gerit, ſecundum quod dicitur Matth. 10. *Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum, nec ſupra Dominum ſuum.* Sufficit Diſcipulo vt ſit ſicut Magiſter: ſed Saluator noſter Magiſter & Dominus voluit & expreſſit ſe non habere Regnum quod eſſet mundanum & temporale, ſicut apparet in Euangelio Ioan. cap. 18. dixit, *Regnum meum non eſt de hoc mundo &c.* Ergo nec quicunque Papa vindicare ſibi debet ex Chriſti Vicariatu quod habeat temporale Regnum, & per conſequens quod habeat ſuper omnes temporale Dominium.

Determinatio Quæſtionis.

CIrca quæſtionem iſtam multi multa & diuerſi diuerſa ſenſerunt. Quidam enim dixerunt D. Papam eſſe Dominum omnium non ſolum in ſpiritualibus, ſed eriam in temporalibus. Et iſtius opinionis multum adhæſiuè fuit D. Hoſtienſis qui fecit ſummam Iuris, quæ dicitur *Summa Copioſa*: ſpecialius tamen hoc probat in apparatu ſuo ſuper Decretalem Extr. *qui filij ſunt legitimi* per venerabilem. Vbi multas rationes adducit ad hoc, quarum meliores & efficaciores adductæ ſunt ſuperius in opponendo ad partem iſtam. Et hoc dico propter hoc quod inter rationes quas ibi ponit, inueniuntur aliqnæ multum friuolæ, ſicut illa quâ proponit, quod Chriſtus fuit non ſolum præter naturam conceptus & natus, quæ in nullo eſt ad propoſitum. Alanus & Tan. dixerunt quod quamuis à ſolo Deo eſſe dicatur, executionem tamen gladij temporalis accepit Eccleſia: quare etiam & Papa vtroque gladio vti poteſt, nam & Dominus vtroque gladio vſus eſt & Moyſes. Sed iſtorum opinio non multum accedit ad propoſitam Quæſtionem. Eſto enim quod Imperator ſubſit Papæ quantum ad executionem gladij vel Iuriſdictionis temporalis cum coronam Imperij accipiat ab ipſo, ſunt tamen alij Domini Temporales qui nec ſubſunt Imperio, nec coronam recipiunt à Papa. Vnde non videtur illa opinio tales tangere, & per conſequens nec concludere, quod Papa ſit Dominus omnium temporalis, nec poteſtatiuè nec executiuè. Bernardus Parmenſis Apparator Decretalium quamuis cnm Alano & Tan. videatur ſentire Extr. *qui filij ſunt leg.* C. cauſam. Qui tamen alibi videlicet *extr. de appel.* C. ſi duobus. Dicit quod Iuriſdictio temporalis non pertinet ad Eccleſiam & præiudicium Iudicis ſecularis, exceptis tamen aliquibus caſibus, quos ipſe notat. Extr. *de foro compet.* C. licet. Et cum iſto quantum ad iſtud vltimum magis ſentiendum eſſe credo. Quantum aurem eſt de quæſtione propoſita, *vtrum Papa ſit* D*ominus omnium temporalis*, ira quod ſuper omnes habeat Iuriſdictionem, non ſolum ſpiritualem ſed etiam temporalem, dico quod non.

Ad huius intelligentiam notandum, quod ſicut dicitur Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt* Dominus, ſicut etiam omnia quæ in mundo ſunt, voluit propter hominem operari. Et inde eſt qnod ſicut voluit formare hominem ad imagiuem & ſimilitudinem ſuam; ſic etiam voluit quod in homine inueniretur vna ſimilitudo, quæ totius mundi eſſet repræſentatiua. Vnde etiam homo græcè Microcoſmus dicitur, quod interpretatum eſt *minor mundus*, ſecundum quod dicit Iſidorus & Papias. Microcoſmus autem iſte ſic mundi maioris ſimilitudinem repræſentat, quod ſicut in mundo inuenitur duplex natura, videlicet ſpiritualis vt Angelica, corporalis vt terrena, ſic in homine ad ipſius conſtitutionem conueniunt duæ narura, ſpiritualis ſcilicet natura & natura corporalis, ſcilicet corpus & eius membra. Quantum ergo ad animum hominis, ſicut in ipſo repræſentatur natura ſpiritualis & Angelica, quod ſicut in Angelis inuenitur triplex Hierarchia, ſic in homine quantum ad animam eſt triplex potentia, quæ ſunt memoria, intelligentia & voluntas, ſecundum quas eſt imago Dei in homine, quæ in nulla crearura alia ſolis exceptis Angelis inuenitur. Quantum autem ad corpus ipſius, repræſentatur natura corporalis & terrena, ſub qua cuncti homines quandiu ſunt peregrinantes in mortali corpore quod aggrauat

Digitized by Google

animam, continentur. Et hoc videtur Apoſtolus innuere ad Rom. 12. *Multi enim vnum corpus ſumus in Christo.* In corpore autem humano ſic eſt, quod cum in eo ſint partes plurimæ & membra multa, ſunt tamen duo membra principalia, videlicet Cor & Caput quorum ſunt varia Officia & diſtincta. Et ſicut in corpore humano Cordis & Capitis ſunt diſtinctæ operationes, ſic in regimine mundano diſtinctæ ſunt Iuriſdictiones, videlicet *Spiritualis*, & repræſentatur in Capite, & *temporalis* quæ repræſentatur in Corde, & ſicut in humano corpore carentia Capitis vel Cordis eſſet cauſa diſſolutionis & mortis, ſic ceſſatio alteruttrius iſtarum Iuriſdictionum eſſet cauſa deſtructionis Eccleſiæ per vniuerſum mundum. Proprietas autem capitis appropriatur habenti Iuriſdictionem ſpiritualem: quia ſicut in capite vigent ſenſus quibus cætera membra regantur, & à Capite deriuentur nerui, quibus ipſorum membrorum compagines ad inuicem connectuntur, ſecundum quod docet Iſidorus in lib. Ethymolog. 10. cap. 2. ſic in Papa qui omnibus præeſſe noſcitur ſpiritualiter, vigere debet diſcretio & ſapientia quâ Chriſti fideles qui ſunt membra Eccleſiæ dirigantur ad opera ſalutis. Vnde ad ipſum ſicut & ad caput ſpectat omnibus fidelibus dare ſenſum diſcretionis, & per gratioſam eruditionem & ſanam doctrinam ſecundum illud Gregor. in Reg. & habetur diſt. 43. ſic Rector diſcretus in ſilentio vtilis verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Spectat etiam ad ipſum dare fidelibus motum bonæ operationis per virtuoſam operationem & bonam vitam, ſeipſum præbendo bonum exemplum fidelibus, ſicut docebat Apoſtolus ad Timoth. Nerui autem ab iſto Capite deriuati ſunt diuerſi gradus & Ordines Eccleſiaſtici, quibus ſecundum eorum diuerſa & diſtincta Officia membra Eccleſiæ ſuo vero corpori, ſcilicet Chriſto, & ſibi inuicem quaſi quibuſdam connexiuis compagibus colligantur, vnde in vnitate fidei faciant vnum corpus.

Cordis autem proprietas adaptatur rationabiliter illi qui iuriſdictionem temporalem exercet & eſt Dominus temporalis. Dicit enim Iſidorus quod Cor eſt totius corporis fundamentum. Et Ariſtot. in lib. de animalib. 12. dicit quod in Corde eſt principium venarum deferentium ad membra ſanguinem, ſine quo non eſt vita.

Item etiam dicit lib. 16. quod in generatione Cordis animalis primò creatur Cor etiam antequam caput; Dominus autem temporalis, ſicut Rex in Regno, Imperator in Imperio rectè dicitur fundamentum propter ſoliditatem & firmitatem iuſtitiæ, quæ in ipſo debet eſſe, ſine qua Reſp. nullo modo poteſt eſſe ſtabilis, ſicut nec ædificium ſine fundamento. Et in ſignum huius, videlicet quod Dominus ſuperior in temporalibus ſit quaſi fundamentum Reip. legimus; & refert Iſidorus lib 9. cap. 3. quod Reges apud Græcos ob hanc cauſam Baſilei vocabantur, quod tanquam baſes populum ſuſtinebant. In ſignum etiam huius dicimus Dominos temporales fundatores Eccleſiarum, quod non dicitur de Prælatis niſi in quantum habentes ſunt aliquod Dominium temporale.

Ab ipſo verò Corde ſcilicet ab iſto ſeculari Principe procedunt tanquam à principiis venæ, id. leges, ſtatuta & conſuetudines legitimæ, per quas quaſi per quaſdam venas diuiditur & diſponitur ad partes ſingulas totius corporis, hoc eſt Communitatis & Reipub. ſubſtantia temporalis, ſicut in humano corpore ſanguis: ſicut enim ſine corde non eſt in corpore vita, ſic nec ſine ſubſtantia temporalis poſſet ſubſiſtere vita. Quomodo autem iſta temporalis ſubſtantia habeat diuidi, pertinet ad Reges & Principes exercentes iuſtitiam ſecundum quod habetur à B. Hieronymo ſuper Ieremiam, & eſt 23. q. V. Regum· Ibi dicitur, quod Regum eſt proprium facere iudicium & iuſtitiam & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos. Idem habetur à B. Aug. 23. q. 7. c. quicunque. Cor etiam poteſt dici Dominus ſecularis, vt Rex reſpectu Domini ſpiritualis: quia ſicut cor prius creatur quàm caput, ſic prius fuit iuriſdictio temporalis in Regibus quàm fuerit Iuriſdictio ſpiritualis in ſacerdotibus vel Pontificibus. Sicut patet per Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 2. vbi refert de antiquiſſimis Regnorum initiis. Patet ergo ex prædictis, quod ſicut in humano corpore ſunt duæ partes principales diſtincta & diuerſa officia habentes, ſcilicet Caput & Cor, ita quod vna de officio alterius ſe non intromittit, ſic in orbe duæ ſunt Iuriſdictiones diſtinctæ; ſcilicet ſpiritualis & temporalis habentes Officia diſtincta.

Vnde ſicut non eſt aliquis Dominus temporalis, qui ſe debeat reputare Dominum omnium in temporalibus, ſic Papa non eſt Dominus temporalis omnium. Et hoc poteſt probari ex 3. 1. ex ordinatione populi Iſraëlitici. 2. ex humili reſponſione Chriſti. 3. ex ſublimi perfectione ſtatus Apoſtolici.

1. Igitur videamus diſtinctionem Iuriſdictionis ſpiritualis. 2. Temporalis in Eccleſia ex ordinatione populi Iſraëlitici. Ordinauit enim Dominus populum Iſraëliticum, vt regeretur primò per Duces & Sacerdotes. Vnde & Moyſes qui primo rexit populum eius, fuit dux populi. Sibi enim & non alij dixit Dominus Exod. 32. Vade & Duc populum iſtum quo locutus ſum tibi. Aaron verò frater eius fuit Sacerdos primus & Pontifex primus. Vnde dictum fuit Moyſi Exod. 28. applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſraël, vt ſacrificio fungantur mihi. Moyſes ergo Dux fuit in populo Iſraël & Aaron Sacerdos, quamuis etiam ipſe Moyſes Sacerdos fuiſſe legatur ſecundum illud Pſal. *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius.* Et diſt. 22. cap. ſacroſanct. Et Ieronymus ſuper Leuitic. dicit, ſi quis vult eſſe Pontifex, non tam vocabulo quàm merito imitetur Moyſen, imitetur Aaron. Ratione ergo ſacrificij vterque habuit Iuriſdictionem ſpiritualem: ſed ipſum ſacerdotium magis propriè reſidebat penes Aaron qui hoſtias offerebat Domino, quod non faciebat Moyſes. Vnde in Gloſſa ſuper illud verbum, *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus*, dicit ſic. Moyſes ſacerdos qui ſi non hoſtias, vota tamen populi obtulit & pro populo ſupplicauit. Iuriſdictio autem temporalis totaliter fuit in Moyſe. Et hoc apparet ex nomine Officij ſui. Dux enim ſecundum Iſidorum eſt Officium ſeculare. Iterum hoc apparet ex his qui ſucceſſerunt ſibi. Moyſi enim in Ducatu populi ſucceſſit Ioſue, deinde Iudices & poſtea Reges, de quibus certum eſt quod habuerunt & exercuerunt Iuriſdictionem temporalem.

Idem etiam patet ex commiſſione à Deo facta ipſi Moyſi. Dominus enim ſibi commiſit diuiſionem hereditatum & poſſeſſionum inter filios Iſraël. Diuiſio autem hereditatum & poſſeſſionum pertinet ad Iuriſdictionem temporalem. Primum patet, ſcilicet quod Dominus commiſit Moyſi diuiſionem hereditatum & poſſeſſionum, dicit enim Num. 35. quod acceſſerunt Principes familiarum Galaad, locuti ſuntque Moyſi coram Principibus Iſraël, atque dixerunt Domino noſtro. Præcepit Dominus vt terram ſorte diuideres filijs Iſraël, & vt filiabus Saphaat fratris noſtri dares poſſeſſionem debitam Patri ſecundum quod diuiſio hereditatum & poſſeſſionum pertinere ad Iuriſdictionem temporalem patet. Sanctus Auguſtinus ſuper Ioan. Iure humano hoc dicitur, *hæc villa mea eſt*, hic ſeruus meus eſt. Iura autem humana, iura Imperatoris ſunt, quare? quia ipſa Iura humana per Imperatores & Reges ſeculi Deus diſtribuit humano generi. Sequitur Apoſtolus. Noluit ſeruiri Regibus, voluit honorari Reges, & dixit Regem reueremini. Nolite ergo dicere, quid mihi & Regi? quid tibi ergo & poſſeſſioni? per Iura Regum poſſidentur poſſeſſiones. Vſque huc verba Auguſt. & habentur 8. diſt. quo iure. Ex quibus patet quod diuiſio hereditatum & poſſeſſionum pertinet ad Iuriſdictionem temporalem, cuiuſmodi eſt Iuriſdictio Imperatorum & Regum. Patet ergo quod Moyſes habebat ſuper populum Dei Iuriſdictionem temporalem; vnde quantum ad hoc Reges & Principes repræſentat. Nunquam autem legitur quod Aaron de Ducatu & iuriſdictione pertinente ad Moyſen ſe intromiſerit, volens ſibi dominium attribuere niſi ad mandatum ipſius. Imò à contrario Aaron vocabat Moyſen Dominum. Vnde Exod. 32. quando Moyſes reuerſus de monte in quo locutus fuerat cum Domino, turbatus fuerat de vitulo conflatili quem fecerat Populus, dixit ei Aaron, Ne indignetur Dominus meus, tu enim noſti populum iſtum, quod pronus ſit ad malum. Cum autem iuriſdictio ſiue regimen in ſcriptura ſacra intelligatur per virgam, iuxta illud Pſalmiſtæ, *reges eos in virga ferrea*, hoc eſt in inflexibili Iuſtitia ſecundum Gloſſam. Iuriſdictio iſta duplex deſignata eſt in duplici virga, de qua dicitur in veteri Teſtamento. Legitur enim Exod. 4. quod Moyſes in manu tenuit virgam. Vnde dicitur ibi reuerſus eſt Moyſes in Ægyptum portans virgam Dei in manu ſua. Legitur etiam Num. 17. quod Moyſes inuenit germinaſſe virgam Aaron. Per primam percuſſa eſt terra Ægypti plagis corporalibus. Vnde ipſa deſignat Iuriſdictionem

Digitized by Google

temporalem. Secunda ſolum repoſita eſt in tabernaculo teſtimonij, ſicut legitur Numer. 17. & in Arca Teſtamenti, ſicut habetur ad Hebræos 9. & per hoc deſignat Iuriſdictionem ſpiritualem, ſeu Sacerdotalem, propter quod ad Hebræos 9. ſuper illud verbum. Et virga Aaron quæ floruerat, dicit Gloſſa, *poteſtas Sacerdotalis.*

Ex bis colligi poteſt, quod Sacerdos quicunque iuriſdictionem habens in ſpiritualibus ſicut Aaron, nunquam ſuper illum qui iuriſdictionem babet temporalem, etiam ſicut Moyſes debet ſibi vindicare dominium, & quod penes Eccleſiam quæ verè Arca eſt Teſtamenti, non eſt repoſita virga hoc eſt poteſtas, niſi ſolummodo virga Aaron, id. poteſtas ſpiritualis: quantum eſt dico ex ordinatione diuinitus facta, & hoc intelligi debet accipiendo Eccleſiam non in generali, provt dicimus, quod Eccleſia dicitur cõgregatio fidelium, ſed ſecundũ quod accipitur in ſpeciali, ſcilicet provt etiam dicitur contra ſeculum, & veri Cletici & Eccleſiaſtici contra Laïcos & ſeculares: veruntamen ſicut Aaron aliquando volente Domino vſus eſt Virga Moyſi, id. iuriſdictione temporali, ſicut in afflictione Ægyptiorum per plagas multiplices, ſemper tamen de expreſſa autoritate Moyſi, ſicut etiam qui nunc vocatus eſt ad Iuriſdictionem ſpiritualem, ſicut Aaron bene babet vſum alicuius iuriſdictionis temporalis, ſicut Papa & Prælati alij alicubi, ſed non niſi quantum ſibi datum, vel permiſſum eſt ab illis qui habent in hoc mundo temporalium poteſtatem, videlicet ab Imperatoribus, Regibus & alijs Principibus de quibus quod poteſtatem babeant in temporalibus & ſuper Eccleſiam, probatur per Iſidorum 23. q. V. c. principes. vbi dicit ſic. *Sæpe per Regnum terrenum proficit, vt qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam agunt, vigore Principum terreantur, ipſam Diſciplinam, quam Eccleſiæ vtilitas exercere non præualet, ceruitibus ſuperborum poteſtas Principalis imponat, & vt venerationem mereatur virtutem poteſtatis impartiatur. Cognoſcant Principes ſeculi Deo ſe debere, rationem reddituros eſſe propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt: nam ſiue augeatur pax & Diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradidit.* Huc vſque verba Iſidori. Ex quibus habetur quod Eccleſia quantum ad Temporalia poteſtati Regum & Principum eſt tradita & ſubiecta. Nec vacat à myſterio, quod cum ab illo Propheta qui fuit de Sacerdotibus qui erant in Anathoth, videlicet Ieremia quæreretur aliquando, quare videret ipſe ſe non virgas, ſed virgam vigilantem videre, reſpondit per hoc tam diſcretè quam ſanctè, ſignificans quod quicunque ſacerdos Domini, hoc eſt ſacris præſidens in Domo Domini, non ad duas virgas, id. duas iuriſdictiones vbique habendas, ſed ad virgam vigilantem, id. ad iuriſdictionem ſpiritualem debet reſpicere, in qua multum eſt neceſſarium eſſe vigilem & ſolicitum, ſecundum illud Apoſtoli Cor. 11. *Inſtantia noſtra, ſolititudo omnium Eccleſiarum.* Sed ad regimen populi Iſraëlitici, pro tempore Regum qui ſucceſſerunt Iudicibus & Ducibus, & per conſequens Moyſi deſcendamus.

Certum eſt etiam quod tunc Reges in temporalibus præſidebant, Sacerdotes & Prophetæ ſpiritualia regebant. Nunquid pro illo tempore fuit Sacerdos vel Propbeta, qui tanquam dominium habens præcepit aliquid Regi, licet bene legantur annunciaſſe Regibus præcepta Domini, ſicut legitur de Saül. Reg. 13. & 15. ſed Reges, ſicut veri Domini præcipiebant Sacerdotibus & Prophetis. Et ne dicatur, quod boc fecerunt mali Reges non exercentes iuriſdictionem, ſed ſæuientes in tyrannide, oſtendi poteſt hoc de tribus melioribus, qui vnquam tunc regnauerint ſuper populum Domini, videlicet de Dauid, Ezecbia & Ioſia. De Dauid enim legitur Reg. 1. c. quod præcepit Sadoch Sacerdoti & Nathan Propbetæ, & Bananiæ filio Ioïadæ, dicens, *tollite vobiſcum ſeruos Domini veſtri*, vocans ſe Dominum eorum, *& imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam, & ducite in Gibon, & vngat eum ibi Sadoch Sacerdos & Nathan Propheta in Regem.* De Ezecbia verò legitur Reg. 19. quod *Ezechias ingreſſus eſt Domum Domini & miſit Eliachim Præpoſitum Domus, & Sobnam Scribam & ſenes de Sacerdotibus ad Iſaiam Prophetam.* Et ſequitur. *Dixitque eis Iſaias*, bæc dicens, *Domino veſtro, nolite timere.* De Rege etiam Ioſia legitur 4. Reg. 22. *tum audiſſet Rex verba libri Legis Domini, ſcidit*

veſtimenta ſua, & præcepit Helchiæ Sacerdoti & Aichan filio Saphan & Achabor filio Micha & Sapham Scribæ & Achiæ ſeruo Regis dicens, ite & conſulite Dominum. Ecce iſti tres Reges & ſuper omnes qui vnquam rexerunt populum Domini meliores imperando, præcipiendo & mittendo ſe oſtenderunt, ſicut & verè erant poſt Deum Domini principales, ſuper quos, nec Prophetæ, nec Sacerdotes vnquam acceptauerunt aliquid quod eſſet eis in diminutionem ſui Dominij temporalis. Ex quibus omnibus elici poteſt, quod Papa Pater ſpiritualis omnium Chriſtianorum, non eſt Dominus omnium temporalis.

Item hoc idem, videlicet quod Papa non ſit Dominus omnium temporalis, nec Iuriſdictionem temporalem habeat ſuper omnes, apparet ex humili reſponſione Chriſti. Legimus enim in Luca 12. c. quod Quidam venit ad Ieſum, & dixit, *Magiſter dic fratri meo, vt mecum diuidat hereditatem. At ille dixit ei, homo quis me conſtituit Iudicem aut Diuiſorem ſuper vos?* oſtendens per hoc quod ad ipſum non ſpectabat Iudicium, vel Iuriſdictio de diuiſione hereditatis, vel hereditate poſſeſſionis. Vnde Ambroſius ſuper illud verbum dicit ſic. *Vnde terrena declinat, qui propter diuina deſcenderat, nec Iudex eſſe dignatur litium & arbiter facultatum viuorum, habens mortuorumque Iudicium meritorumque arbitrium.*

Ex quibus poteſt argui ſic. Non eſt Diſcipulus ſupra Magiſtrum, nec ſeruus ſupra Dominum ſuum, & ſufficit, id. ſufficere debet Diſcipulo, vt ſit ſicut Magiſter eius, ſicut dicitur Matt. 10. ſuper quod verbum dicit Remigius, Magiſtrum & Dominum ſemetipſum appellat. Per ſeruum & Diſcipulum ſuos vult intelligi Apoſtolos. Si ergo maioritatem iudicandi in temporalibus, ſicut de Diuiſione hereditatis noluit in hoc mundo habere Chriſtus Magiſter & Dominus etiam in vnico caſu particulari, certè nunquam maioritatem deberet appetere quicunque Chriſti ſeruus, quicunque Diſcipulus, quicunque Apoſtolicus. Vnde Dominus in Luca 12. c. poſtquam reſponderat, *quis me conſtituit Iudicem, aut Diuiſorem ſuper vos?* ſciens quod velle iudicare, vel Iuriſdictionem habere in talibus, procedit ex radice auaritiæ, ſtatim direxit verbum ad Apoſtolos & dixit, *Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſcunque vita eius eſt ex his quæ poſſidet.* Et ex iſtis verbis Domini videtur moueri Bernardus in lib. 1. de conſideratione ad Eugen. c. 5. vbi dicit ſic. *Vbi aliquando quiſpiam Apoſtolorum Iudex ſederit hominum, aut diuiſor terminorum, aut diſtributor terrarum? ſtetiſſe lego Apoſtolos iudicandos, ſediſſe iudicantes non lego.* Erit *illud non fuit; itane imminutor eſt dignitatis ſeruus ſi non vult eſſe maior eo qui ſe miſit, aut filius ſi non tranſgreditur terminos quos poſuerunt* Patres ſui? quis me conſtituit Iudicem? at ille Magiſter & Dominus: & erit iniuria ſeruo Diſcipuloque *ſi non iudicet vniuerſos?* Et poſt pauca, *quid ni contemnunt iudicare de terrenis poſſeſſiunculis hominum, qui in cæleſtibus & Angelos iudicabunt? Ergo in Criminibus non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra propter illa ſiquidem, & non propter hæc accepiſtis claues Regni cælorum, præuaricatores vtique excluſuri non poſſeſſores, vt ſciatis,* ait, *quia filius hominis poteſtatem habet in terra dimittere peccata, &c.* quidnam *tibi maior videtur, & dignitas & poteſtas dimittendi peccata, an prædia diuidendi, ſed non eſt comparatio, habent hæc infima & terrena Iudices ſuos Reges & Principes terræ; quid fines alienos inuaditis, quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis?* vſque huc verba Bernardi.

Sed quia poſſet aliquis dicere quod intermiſſa ſunt hîc aliqua verba Bernardi, quibus patet ipſum ſenſiſſe contrarium. Ad hoc ergo reſpondeo, non ſunt intermiſſa verba niſi iſta, *Mihi tamen non videtur bonus æſtimator rerum qui indignum putat Apoſtolicis viris non iudicare de talibus, quibus datum eſt iudicium in maiora.* In illis autem verbis non intendit dicere quod Apoſtoli iudicare debeant de illis terrenis, quorum pertinet iudicium ad Reges & Principes. Sed vult dicere quod ex indignitate & inſufficientia non procedit quod de talibus non debeant iudicare, ſed magis ex impertinentia. Vnde Bernardus immediatè poſt omnia verba ſupra poſita dicit, *non quia indigni Nos, ſed quia indignum nobis talibus inſiſtere, quippe potioribus occupatis.*

Reſponſionem etiam aliam Chriſti habemus, ex qua ſatis poteſt concludi propoſitum principale. Nam cum Pilatus peteret ab ipſo, vtrum eſſet Rex, Ioan. 18. ipſe Chriſtus reſpondit, *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Super quod

verbum dicit Chryſoſtomus ſic. Hoc dicit quoniam non tenet Regnum, ſicut hi Reges terreni tenent, ſed quoniam deſuper habet principatum qui non eſt humanus, ſed multò maior & clarior; Si enim ſecundum quod Regula iuris dicit, *Nemo plus iuris transferre poteſt in alium quàm ſibi competere dignoſcatur.* Et Saluator dicit Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo innuens ſe non habere principatum humanum, liquet quod nec in Papam transferre voluit temporale & humanum Regnum Regni Dominium.

Idem etiam patet, ſcilicet quod Papa non ſit Dominus omnium temporalis, nec Iuriſdictionem temporalem habeat ſuper omnes ex ſublimitate ſtatus Apoſtolici. Status enim prælationis eſt ſtatus perfectionis ſicut docent Theologi Doctores. Et hoc etiam habetur à Dionyſio in lib. de Hierarchia Eccleſiaſtica attribuens in 5. c. illius libri perfectionem Prælatis tanquam Perfectoribus. & in 6. c. Religioſis tanquam perfectis. Papa verò non ſolum eſt Prælatus, imò eſt omnibus Eccleſiaſticis Prælatis Præpoſitus, vnde maximæ perfectionis debet eſſe ſtatus ſuus. Ad perfectionem autem non pertinet temporalis Iuriſdictio; ſed Dei electio ſecundum illud quod dicit Dominus 19. *ſi vis eſſe perfectus, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus*; ergo ad Papam non tam pertinet requirere dominium in temporalibus, quàm ſuum affectum retrahere à temporalibus. Et eſt valde mirum. Certum eſt enim quod Prælati non ſunt Domini rerum Eccleſiaſticarum, ſed diſpenſatores tantùm Extr. de donat. C. fraternitatem & 20. q. 1. ſi Primatum. Quomodo ergo Prælatus aliquis quærit dominium ſuper res non Eccleſiaſticas, videlicet ſuper Regna & terras Regum & Principum? plus enim ſuper res Eccleſiaſticas habent quàm ſuper ſeculares?

Poſſent autem aliqui dicere, quod nihil aliud concludunt prædicta, niſi quod Papa non eſt ſuperior Dominus omnium Chriſtianorum ratione qua eſt Vicarius Chriſti. Nam ratione iſta non eſt niſi Pater ſpiritualis, ſed bene habetur cauſa alia propter quam debet reputari, & eſt Dominus omnium temporalis, videlicet propter donationem quam fecit Imperator Conſtantinus B. Silueſtro Papæ & omnibus qui poſtea ſibi ſuccedere debebant in Papatu: de qua habetur in Decretal. d. 96. Conſtantinus. Sed videtur quod iſtud non ſufficiat ad probandum quod Papa ſit Dominus omnium Chriſtianorum in temporalibus. Nam quidquid fuerit de temporalibus Imperij Romani & Occidentalis & de ipſo Rom. & Occidentali Imperio, certum eſt tamen quod Orientale Imperium B. Silueſtro non dedit, nec ſuis ſucceſſoribus, ſed illud ſibi retinuit. Vnde & in Biſantio quæ nunc Conſtantinopolis dicitur, ſedem Orientalis Imperij poſuit, eam ex nomine ſuo Conſtantinopolim appellans. Conſtat autem quod tunc & poſt donationem prædictam in Oriente erant multi Chriſtianis cum in Conſtantinopoli fundauit idem Conſtantinus inſignes Eccleſias, ſed vnam præcipuam quam S. Sophiæ, id. Diuinæ ſapientiæ quæ Chriſtus eſt, dedicauit. Ergo ratione illius donationis non poteſt dici Dominus temporalis omnium Chriſtianorum qui ſunt de Rom. Imperio. Quantum ergo ad illa Regna quæ non ſubſunt Rom. Imperio, non eſt Papa Dominus ſuperior in temporalibus. Regnum Franciæ autem non ſub eſt Rom. Imperio: imò ſunt certi limites & fuerunt à tempore ex quo non extat memoria, per quos Regnum & Imperium diuiduntur: ergo Papa in Regno Franciæ non eſt Dominus, nec ſuperior in temporalibus, ſed tantum in ſpiritualibus, ſicut & vbique terrarum. Et in ſignum huius Stephanus Papa qui Pipinum Regem Franciæ in Eccleſia S. Dionyſij in Francia in Regem Francorum inunxit, nihil ibi egit ſicut Dominus temporalis, ſed ſicut ſpiritualis Pater ipſum & ſibi ſuccedentes in Regali hereditate benedixit, ordinans quod omnis alienigena ab eius inuaſione Apoſtolico anathemate interdiceretur. Sicut apparet hiſtorias illins temporis diligentius intuenti. Si verò diceret aliquis Regem & Regnum Franciæ ſubeſſe in temporalibus Rom. Imperio de iure & per conſequens etiam Papæ quamuis de facto fuerit aliud obſeruatum, contra hoc opponitur, nam per præſcriptionem legitimam ius acquiritur præſcribenti, nulla autem præſcriptio magis eſt legitima quantum ad curſum temporis quàm centenaria, vnde & ipſa currit & contra Rom. Eccleſiam. Reges autem Franciæ

longè plusquàm à 100. annis ſunt in poſſeſſione pacifica, quod ſolum Deum ſuperiorem habent in temporalibus, nullum alium recognoſcentes Superiorem in iſtis, nec Imperatorem, nec Papam. Vnde patet per diuturnam poſſeſſionem & ipſis ius ſummæ ſuperioritatis in Regno ſuo totaliter acquiſitum.

Nec valet ſi contra hoc dicatur quod ad hoc quod præſcriptio quantumcunque longæua valeat, oportet quod ille qui præſcripſit, habeat bonam fidem. Nam poſſeſſor malæ fidei non præſcribit. Conſtat enim Reges Franciæ fuiſſe bonæ fidei in iſta poſſeſſione. Nam ipſi ſemper fideles Eccleſiæ in ſuorum proſecutione iurium extiterunt, ſicut exempla habemus de multis qui nobis fuerunt propingui tempore. Ludouicus enim D. Regis qui modò regnat, pronauus in via quam fecit verſus Albigenſes pro defenſione Eccleſiæ obiit. Philippus Pater eius in Arragonia cauſam agens Eccleſiæ ad Deum migrauit. B. Ludouicus iſtius Regis auus pro dilatatione fidei Chriſtianæ apud Carthaginem debitum vniuerſæ carnis exſoluit, qui pro certo ſi etiam in præſcriptione ſuperioritatis prædictæ bonæ fidei non fuiſſet, nunquam fuiſſet canonizatus per Eccleſiam, nec autor fidei Ieſus Chriſtus ſanctitatem eius tot ac tantis ac tam euidentibus miraculis comprobaſſet.

Per iſtam eandem rationem concludi poteſt, quod ius plenum habet Rex Franciæ accipiendi *Regalia*, id. reditus Epiſcopales, dum vacant Epiſcopatus in aliquibus Eccleſiis Franciæ *& conferendi Beneficia Eccleſiaſtica*, quorum collatio ad ipſos Epiſcopos dum viuerent, pertinebat. Ex præmiſſis ergo omnibus colligitur euidenter quod Papa non eſt ſuper omnes Chriſtianos ſuperior Dominus in temporalibus. Vnde argumenta omnia iſtud concludentia concedenda ſunt, & reſpondendum eſt ad illa argumenta quæ ad partem contrariam adducuntur.

Videantur reliqua ad calcem Hiſtoriæ litis Bonifacianæ. Sufficiat impræſentiarum admonere hunc Tractatum fuiſſe regnante Philippo pulchro compoſitum ad defenſionem Iurium Regis Regnique Gallicani. In eandem materiam opuſcula varia edita ſunt toto hoc ſeculo, occaſione diſſidiorum quæ inter Bonifacium & Philippum Regem Francorum; item inter Ioannem 22. & Ludouicum Bauarum Imperatorem; nec non inter Gregorium XI. & Florentinos emerſerunt. Iacobus quidam de Terano Canoniſta Vrbani VI. Cubicularius ſcripſit quoque in eam rem Tractatum, cuius tale eſt initium, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, & in eo probare nititur Papam Regem eſſe Regum & Dominum Dominantium, Imperatores verò & Reges, & omnes Magnos & Paruos ad illius nutum in omnibus eſſe ſubditos.

CATALOGVS

CATALOGVS ILLVSTRIVM ACADEMICORVM ſexti Seculi.

ÆGIDIVS *Albi ſupercilij*, die 12. Ian. an. 1359. electus fuit apud S. Iulianum Procurator Nationis Gallicanæ, munuſque geſſit per duos menſes, vt legitur in Reg. Nat. Gall. quo tempore regebant in Philoſophia MM. Henricus de Kempen, Ioannes de Calore, Dionyſius Flatonis, Ioan. de Marchia, Gaufridus ſeu Ioffridus de Miricuria, Ioan. de Maruilla.

Ægidius Aſcelenius ſeu Aiſcelinus, patria Aruernus ex Gente Liſtenorum, Eccleſiæ Narbonenſis primùm Canonicus, deinde Prępoſitus Claromontenſis, tum Archiepiſcopus Narbonenſis à Nicolao Papa IV. creatus an. 1290. poſtremo à Clemente V. ad Archiepiſcopatum Rotomagenſem translatus an. 1313. Philippo Pulchro fuit ab intimis Conſilijs, & multas ab eo legationes obijt, an. 1314. ab Abbate & Conuentu San-Genoueſiano Domum emit in vſum pauperum Scholarium, quæ *Domus Aiſcelinorum* diu vocata eſt; poſtea *Montis Acuti Collegium* à Petro Montacutano Cardinale & Epiſcopo Laudunenſi, ex eadem Aſcelinorum Gente, qui reditibus Domum illam dotauit. Fato autem functus eſt Ægidius an. 1318. vt habet Chronicon Rotomag. Hinc errant Sammarthani eum inter Epiſcopos Bolonienſes ad an. 1357. reponentes; niſi ſit alius à priore eiuſdem nominis & cognominis.

Ægidius de aſpero Monte incepit in Artibus an. 1374. ſub M. Franciſco de ſancto Michaële, in Natione Gall. quippe Prouinciæ Tribuſque Remenſis. Procurator fuit eiuſdem Nationis Electus die 8. April. an. 1380. Rector 15. Decemb. an. 1382. Regem adijt ad impetrandam Ciuibus Pariſienſibus veniam ob excitatas turbas. Vnus ex ipſius Electoribus ſeu Intrantibus fuit M. Ioannes Pocheti tunc eiuſdem Nationis Procurator. Videtur poſtea ſe contuliſſe ad Auguſtinienſes: & licentiatus eſt in Theologia an. 1397. cum MM. Io. Fioti, Mathurino Longeüil, Godefrido Lattacher, Ioan. Manchon, Iacobo Troilleto & Petro Salientis aliàs *du Sault*.

Ægidius de Billiaco & *Ægidius de Pertico* tum erant Baccalaurei Theologi è Societate Nauarrica, cum an. 1315. Collegio præſcripta ſunt ſtatuta ab Executoribus Teſtamentarijs Ianæ Reginæ, item Ægidius de Autiſſiodoro, Ægidius de Wlcheio Collegæ Artiſtæ, & Ægidius de Moreto Proprimarius ſeu Submagiſter Grammaticorum.

Ægidius de Campis Rotomagæus, Alumnus Nauarricus Licentiatus an. 1383. eiuſdemque Domus & Societatis Doctor Theologus nominatiſſimus, quo tempore eiuſdem moderator erat M. Petrus de Alliaco; ille cum eodem Petro ab Vniuerſitate ad Curiam Auenionenſem delegatus fuit an. 1387. contra Ioannem de Monteſono. Idem interfuit Synodo Gallicanæ Pariſijs habitæ ad extinctionem Schiſmatis an. 1394. & tertiæ Synodo habitæ ſimiliter Pariſijs an. 1398. vbi actum de ſubſtractione totali obedientiæ Benedicto 13. facienda; cuius rationes pro ſubſtractione retulimus. Varias legationes tam nomine Vniuerſitatis quàm à Carolo VI. obijt & ad Clementem, ad Benedictum & ad Principes & Monarchas exteros. Hinc à Rege Eleemoſynarij officio donatur, Epiſcopatu Conſtantienſi an. 1408. Cardinalatu à Ioanne XXIII. an. 1411. obijt verò 15. Martij an. 1413. & ei tale inſcriptum epitaphium. *In hac ſepultura iacet bonæ memoriæ quondam eminentiſſimæ ſcientiæ nobilis vir M. Ægidius de Campis, de Rotomago oriundus, ſacræ Theologiæ eximius Profeſſor, Epiſcopus Conſtantienſis, ac ſacroſanctæ Eccleſiæ Rom. Presbyter Cardinalis, Conſtantienſis nuncupatus, qui obijt an. Dom. 1413. die 15. Martij.*

Ægidius de Corbeia, & *Robertus de Corbeia* Magiſtri in Artibus florentiſſimi, Nationis Picardicæ & Tribus Ambianenſis autores fuerunt ſtatuti quod anno 1330. factum eſt de ſolutione burſæ ſpecialis ad celebrationem feſti S. Firmini,

quam prædicta Tribus ſibi Patronum in cœlis aſſumpſerat.

Ægidius de Dullendio tum erat Nationis Picardicæ in præclara Artium Facultate Procurator, cum Adam de Sueſſione Dominicanus errores quoſdam ſuos contra immaculatam D. Virginis Conceptionem abiurauit, vt patet ex Inſtrumento 12. Maij an. 1389. quod ad illum annum retulimus.

Ægidius de Pertico vnus è primis Domus Nauarricæ Collegij Theologis, nominatur in ſtatuto an. 1315. deinde videtur ſe contuliſſe ad Benedictinos, & commemoratur inter eos qui à Philippo Valeſio iuſſi ſunt de quæſtione tardæ viſionis beatificæ diſputare, vt legitur in Decreto Theol. Facultatis, quod retulimus ad an. 1332.

Aimarus ſeu Aimericus de Magnaco Lemouicenſis, vir nobilis, alti conſilij, eximiæque prudentiæ, nominatur in litteris quibus Carolus V. an. 1364. Vniuerſitati Andegauenſi priuilegia indulget, tumque iam erat Magiſter libellorum ſupplicum. An. 1368. ad Epiſcopatum Pariſienſem promotus eſt; intereſt an. 1373. dedicationi Capellæ Nauarricæ; ad eum extant Gregorij XI. litteræ, quibus Collegij Cameracenſis ſtatuta confirmantur. A Clemente VII. Cardinalis Presbyter tit. S. Euſebij creatur, & paulo poſt obit, nempe an. 1384. Auenione; corpus verò defuncti reportatur in Baſilicam Pariſienſem, vbi quieſcit.

Alanus Gonterij Doctor Theologus floruit ſub initia ſeculi, Canonicus Eccleſiæ S. Quintini Veromanduenſis; præſens adfuit, cum anno 1308. Petrus le Feron Præpoſitus Pariſienſis iuramentum Vuiuerſitati præſtitit, tum Rectore M. Vincentio de Freyaco; primuſque fuit Regiæ Domus Nauarricæ Moderator, ſeu Magnus Magiſter, & nominatur in ſtatuto an. 1315. prædictamque Domum rexiſſe videtur ad an. vſque 1336. quo videtur illi in eodem munere ſucceſſiſſe Ioannes *le Beau*.

Alanus de Villa-collis Magiſter in Artibus Nationis Gallicanæ & Tribus Turonenſis Decanus, nominatur in ſtatuto eiuſdem Nationis de Reſumptione Lectionum an. 1335. & in alio de Bejaunio Regentium an. 1336. item in Inſtrumento ſeu vt vocant Inuentario rerum in Arca Nationis repertarum an. 1339. & in eadem repoſitarum præſentibus quinque Decanis, Ioanne Gorre Pariſienſis, Ioan. de Diuione Senonenſis, Richardo de Billiaco Remenſis, Alano de Villacollis Turonenſis & Gerardo de Laſboegas aliàs de Aruernia Bituricenſis Tribuum eiuſdem Nationis. Idem nominatur in Inſtrumento an. 1341. in quo legitur ſatisfactio facta Rectori & Facultati Artium à M. Simone de Maneſſijs Theologicæ Facultatis Decano.

Alanus de prope Pontou, ita cognominatur in Actis. Et eo Rectore an. 1348. Vniuerſitas M. Ioannem Buridanum Picardum Philoſophiæ Profeſſorem celeberrimum præſentauit Epiſcopo Pariſienſi ad Capellaniam à M. Ioanne de Thelu Doctore in Decretis fundatam.

Albertus de Bohemia, aliàs *de Alto Caſtro*, Clericus & familiaris Caroli IV. Regis Bohemorum, incepit ſub M. Waltero de Wardelay Scoto Philoſophiæ Profeſſore, menſe Aug. an. 1348. eiuſdemque Nationis Anglicanæ electus eſt Procurator die Veneris ante feſtum S. Michaëlis an. 1349. & de eo ſic legitur in actis, *electus fuit concorditer ab omnibus Magiſtris eiuſdem Nationis M. Albertus Bohemus de Praga familiaris Clericus Sereniſſimi Principis & D. D. Caroli Romanorum Regis ſemper Auguſti & Bohemiæ Regis, in Procuratorem Nationis ſuperius nominatæ.* Idem 10. Octob. an. 1355. Rector Vniuerſitatis creatus. Et eo Rectore ſtatutum factum eſt ab Artium Facultate contra Philoſophiæ Profeſſores, qui ſcripta ſua Diſcipulis dictabant, quos *Nominatores ad pennam* appellabant.

Albertus de Hochenberg, Alberti Comitis filius Conſtantiæ primum, deinde Lutetiæ litteris operam dedit, præſertim verò Iuri Canonico; in quo Licentiatus publicè magna cum frequentia Decreta expoſuit. Hinc ad Ludouicum Imper. ſe contulit, ab eoque Cancellarius & Alſatiæ Aduocatus fuit conſtitutus; deinde relictâ aulâ Cæſareâ ad Pontificem ſe tranſtulit, atque à Clemente VI. an. 1345. Friſingenſis Epiſcopus conſtitutus.

Albertus de Saxonia ab anno circiter 1350. ad an. 1361. in Philoſophiæ pro-

Digitized by Google

feſſione plurimùm inclaruit. Nationis Anglicanæ non ſemel Procurator fuit; Rector autem Academiæ electus menſe Iunio an. 1353. munus iſtud ſumma cum laude exercuit: eo Rectore duplex Vniuerſitati ſuſtinenda lis fuit; vna aduerſus Præpoſitum Pariſienſem, Academiæ priuilegia conuellentem; altera contra Theologos Præpoſitionem in Actis publicis Rectori derogantes. Eidem anno 1356. 16. Iulij congregata Artium Facultate apud S. Iulianum, *conceſſum fuit, quod poſſet legere in diebus feſtiuis poſt ſermonem in Domo ſua vnum librum de Morali Philoſophia, quem vellet*, vt legitur in Actis Nationis Anglicanæ. Et ad an. 1358. die 10. Feb. *Facta congregatione Facultatis Artium ad S. Iulianum ſupplicauerunt MM. Albertus de Saxonia, vt diebus feſtiuis poſſit legere poſt ſermonem Politica, & Robertus Normanus vt eadem hora poſſit legere Centileg. Tholom. vel Quadripartitum Tho. quod ambobus conceſſum erat in hunc modum, vt ipſi non impedirent ſupplicationem alicuius Magiſtri volentis ſupplicare pro legendo in eadem hora.* Fratrem habuit Ioannem de Saxonia, qui incepit ſub M. Henrico de Saxonia menſe Aug. an. 1358. Demum an. 1367. ab Vniuerſitate primus, quantum conijcere licet, Curio Parochiæ SS. Coſmæ & Damiani præſentatus eſt, tranſlato ſcilicet paulo ante ad eam Patronatu.

Albertus Patauinus Ægidij Romani Auditor & Diſcipulus Ordinem Eremitarum Auguſtinianorum amplexus eſt, ſeque tam Diuinis ſcripturis quàm ſacris Concionibus commendabilem præſtitit. Sumpta Pariſijs infula Magiſtrali tam clarus tamque peritus euaſit, vt Paulum Apoſtolum, Moyſen, Euangelia & libros Sententiarum oratione ſplendidâ reſerauerit, & ante omnes ſuæ ætatis viros facundiſſimus Prædicator extiterit. Talis eſt inſcriptio Patauinæ ſtatuæ. Obijt Lugduni an. 1328. In Reg. Nat. Angl. reperio alium Albertum de Patauia licentiatum in Artibus an. 1359. M. Henrico de Egher de Kalker Procuratore eiuſdem Nationis; incepit verò ſub M. Patolto Lanterbachio, eiuſque Burſa fuit æſtimata 6. aſſibus.

Alexander de Alexandria Minorita Franciſcanus Doctor Pariſienſis, Ordinis ſui Miniſter Generalis electus fuit an. 1313. & Communitatem aduerſus Spirituales fortiſſimè defendit; de quo conſule Vadinghum. Scripſit teſte Tritbemio, ſuper ſententias l. 4. Quæſtionum variarum lib. 1. in Metaphyſ. Ariſtotelis l. 12. in libros de anima l. 3. & quædam alia opera ſeu Tractatus in alios Ariſtotelis libros.

Alexander Prouiſor Scholarium de Allemania, hoc eſt Coll. Allemanici memoratur in Reg. Angl. Nat. Procuratore M. Henrico de Minda an. 1348. vt ſubſtitutus Procurator M. Io. de Friburgo, quatenus curaret ipſi locum ſuum ſeruari in Rotulo Nominationum ad ſummum Pontificem mittendo, quia tunc erat verus Regens.

Aluarus Pelagius Minorita Natione Hiſpanus, Ioannis Duns Scoti diſcipulus, Ioannis 22. Papæ Pœnitentiarius, pro quo ſcripſit aduerſus Guillelmum Okamum etiam Minoritam Imperatoriarum partium defenſorem. Claruit maximè ab anno 1320. ad an. 1340. ſcripſit plurimos Tractatus; inſignem præſertim vnum de S. Eccleſiæ Catholicæ Planctu, Speculum Regum, ſuper ſententias, Apologiam contra Guill. Okamum, libro 2 de Planctu art. 52. agit de Conceptione B Virginis, eamque peccato Originali ſubijcit; vt in Synopſi retulimus. Eodem libro reprehendit mores Eccleſiaſticorum ſui temporis, nec parcit ipſi ſummo Pontifici & Cardinalibus. artic. 23. & 24. inſectatur Monachos, magis carni quàm Chriſto militantes, conſpirantes aduerſus ſuos Abbates, otioſos, inertes, ſuperbos & inuidos; plurima liberrimè, quæ Pontificiæ tamen correctioni humillimè ſubiecit.

Alphonſus de Bonavilla Doctor Theologus præſens adfuit reuocationi errorum Ioan. Ade Iacobitæ an. 1389. tum Rectore Academiæ M. Ioanne Cauerio, nominaturque in Inſtrumento in eam rem confecto cum Chriſtophoro de Cugnerijs & Eueno Bohic ſimiliter in Theologia Doctoribus.

Amelius de Brolio Doctor in Decretis & Cantor Eccleſiæ Turonenſis numeratur inter eos qui an. 1379. Comitijs Vniuerſitatis interfuerunt apud S. Bernardum ad declarandum de Schiſmate, vter Pontifex, Clemens an Vrbanus eſſet agnoſcendus.

Andreas de Monte S. Eligij Magiſter in Theologia, nominatus eſt ab Vniuerſitate cum quibuſdam alijs, ad imponendum pretium libris vænalibus Andreæ Zenonis Librarij an. 1303.

Andreas de Suecia Nationis Anglicanæ, Philoſophiam profitebatur Pariſijs cum celebritate & ingenti nominis fama an. 1348. cum quo florebant & alij Compatriotæ MM. Nicolaus de Suecia, Henricus Thome de Suecia, Mathias de Suecia, &c.

Arneſtus de wlnen aliàs de Hollandia incepit ſub M. Temone Iudæi in Natione Anglicana an. 1355. Academiæ verò Rector electus fuit 23. Iunij an. 1367. is ſuo trimeſtri Magiſtratu obtinuit, ne vllus Iudex alius à Conſeruatore de cauſis perſonalibus Scholarium cognoſceret. Item Hugonem Aubriotum Præpoſitum Pariſienſem iuramentum conſuetum præſtare detrectantem, ad illud præſtandum ſolemniter adegit. Succeſſorem habuit in Rectoratu M. Marcilium de Ingben Nationis Anglicanæ Magiſtrum.

Arnoldus de Beuere Saxo Diœceſis Moguntinenſis, M. Alberti de Saxonia diſcipulus, Nationis Anglicanæ factus eſt Procurator die 5. Maij an. 1355.

B.

BERO de Suecia electus eſt in Procuratorem Nat. Ang. menſe Nouemb. an. 1353. eoque Procuratore *inceptum litigium per Vniuerſitatem contra Præpoſitum Pariſ. ſuper attentatis contra priuilegia & pluribus iniurijs Magiſtris & Scholaribus per ipſum irrogatis.*

Bernardus de Haermais aliàs de Villa-campi Magiſter in Artibus, Nationis Gallicanæ Procurator electus an. 1336. quo Procuratore factum eſt à prædicta Natione Statutum de Miſſis & Veſperis, vt ſcilicet ſingulis diebus Veneris Veſperæ, ſingulis diebus Sabbati Miſſa de Beata Maria celebrarentur, quibus omnes actu Regentes intereſſe tenerentur; alioquin multarentur.

Bernardus de Fargijs Clementis V. nepos ſeu propinquus, Archiepiſcopus Narbonenſis Collegium Narbonenſe Pariſijs pauperibus Scholaribus Narbonenſibus addixit an. 1317.

Bernardus Textoris, Carmelita Licentiatus fuit in Theologia an. 1391. cum Guill. de Coſta Cluniacenſi, Roberto Poiteuin Auguſt. Ægidio Morpain Magiſtro Scholarium S. Dionyſij.

Bernardus Alamandi Doctor in Decretis, Caroli VI. Regis Capellanus Epiſcopus Condomenſis Tractatum edidit de Schiſmate, vt retulimus ad an. 1392. vide pag. 680. miror eum à Sammarthanis non reponi inter Epiſcopos Condomenſes, cum in MS. San-Victorino eo tempore compoſito talis cognominetur.

Bernardus de Roma Carmelita Licentiatus fuit in Theologia an. 1373. cum Michaële du Soc Monacho S. Bauonis Gandauenſis, Franciſco Chriſtophori Canonico Regulari, Guill. de Marcya Ordin. Prædicat. Franciſco de Domo eiuſdem Ordinis, MM. Ioan. de Cheneyo & Ioan. Textoris.

Bertaudus ſeu Bertholdus de S. Dionyſio vir inſigniter doctus hoc & ſuperiori ſeculo floruit. Ex Cancellario Pariſ. & Archidiacono Remenſi factus anno 1299. vel 1300. Epiſcopus Aurelianenſis; quo ſedente Cœleſtini per Petrum de Sora eiuſdem Eccleſiæ Cantorem ex Italia in Franciam adducti primam ſedem apud *Cantolium* Gall. *Chanteau*, qui pagus eſt Diœceſis Aurelianenſis, poſuerunt. Hac de re ſic ſcribit Sauſſeyus in Annalibus Eccleſiæ Aurelianenſis ex Actis Cœleſtinorum de Amberto. Huius Bertaudi tempore, *mandatu Philippi* » *Regis Petrus de Sora Cantor Eccleſiæ* Aurelianenſis & Confeſſor Regius in Italiam » profectus, inde Monachos Cœleſtinos Ordinis S. Benedicti ſecundum ſtatuta » B. Confeſſoris & Pontificis Petri Cœleſtini conuiuentes adduxit in Gallias, 12. » numero, quos Philippus Rex quo decuit honore complexus eſt, eiſque primùm » domicilium apud Cantolium, Pagum Aurelianenſis Diœceſis, olim apud Am- » bertum donauit, qui vterque locus primùm fuit Religioſorum Abbatis & » Conuentus S. Victoris cis Lutetiam, illis donatus à Ludouico Craſſo Rege » Francorum anno Domini 1134.

Idem narrat ibidem prædictum Bertrandum an. 1306. interfuiſſe tranſlationi capitis S. Ludouici Regis facta ex vrbe S. Dionyſij ad Ciuitatem Pariſienſem. Obijt eodem anno more Gall. vel an. 1307. more Romano. Ille autem cum Cancellarius eſſet, ficam accepit à Prædeceſſoribus, inquit Hemeræus, quibus cum Academia digladiaretur. Cuius exceſſus repreſſit Ioannes de Waſta Rector ſtatuto Facultatis Artium an. 1292.

Bertrandus de Gutto Archiepiſcopus Burdegalenſis; vide infra Clemens V.

Bertrandus Borelli, ſeu Sorelli Doctor Facultatis Theologicæ commemoratur in inſtrumento in quo M. Simon de Maneſlijs Decanus eiuſdem Facultatis ſatisfacit Rectori ob quandam contumaciam; quod quidem Inſtrumentum retulimus ad an. 1341.

Bertrandus de Fontenay Doctor Theologus Ordinis Ciſtercienſis, licentiatus fuit an. 1398. à Cancellario Pariſienſi cum MM. Mathæo Reginaldo, Io. Morames, Io. de Londa Auguſt. Io. Leans, Io. Arnoldo Minorita & Guill. Preuoſt Carmelita.

Beuvinus de Winvilla determinauit in Artibus an. 1375. menſe Martio, Procuratore Nat. Gall. M. Henrico Chicot, & licentiatus eſt an. 1377. menſe Iunio ſub M. Io. de Roncuria, Procuratore Nat. M. Io. de Domno-Martino, ab eo dictum eſt Collegium Winvillæum ſeu Marchiano-Winvillæum, quia cum eſſet vnus ex Executoribus Teſtamentarijs à M. Guill. de Marchia fundatore nominatis, non modo commiſſam ſibi Prouinciam fideliter executus eſt, ſed de ſuo quoque plurimum addidit priori fundationi; alterum Capellanum inſtituit & ſex Burſarios ex oppidis, Winvilla, Buxerijs Buxerollis, S. Michaële & circumuicinis. Primos autem ille ibidem inſtituit Primarium ſeu Gymnaſiarcham, Capellanos, Procuratorem & Burſarios; obijt an. 1432. & iacet apud Carmelitas ad maius altare.

Blaſius Andromari Carmelita, quem Trithemius Andernarium vocat, Natione Gallum, licentiatus fuit in Theologia anno 1378. cum Ioanne de Mediolano Collega ſuo. Hunc ait Trithemius virum fuiſſe doctum in ſcripturis ſanctis, & in Palæſtra Scholaſticæ diſciplinæ nobiliter exercitatum, ingenio clarum & Diſputatorem egregium, ſcripſit commentarios in lib. 4. ſentent. Quæſtiones & Collationes varias: item & de Philoſophia Morali.

C.

CAROLVS V. cognomento *Sapiens* ob cauſas, quas Hiſtorici referunt, non ideo hîc à nobis commemoratur, quod in Scholis Pariſienſibus fuerit educatus, ſed quia & Præceptorem habuit Academicum, M. Nicolaum Oreſmium ſocium Nauarricum, filioque ſuo primogenito ex eadem domo dedit M. Michaëlem de Creneyo, & quia Vniuerſitatem plurimis Priuilegijs exornauit, & viros Academicos ſingulari beneuolentia complexus, beneficijs locupletauit. Pacatis autem prudentiâ ſuâ rebus Gallicis nihil habuit optabilius ante obitum, quàm vt ſimiliter Eccleſiæ ſchiſma an. 1378. ortum extingueret, in eamque rem incubuit ſtudioſiſſimè & quod reliquum vitæ fuit, impendit, vt pacem procuraret. Itaque licet habito apud Vincennas triplici Concilio Patrum Procerumque ac doctiſſimorum virorum, viſis Cardinalium qui electioni Vrbani interfuerant, receptiſque vndequaque ſcriptis & relationibus, de eorum Iuratorum ſententia cauſam Vrbani VI. vi vitioque creati auerſatus agnouit Clementem VII. liberis Fundanis Comitijs lectum, non deſtitit tamen omni via modoque pacem ſuadere, Legatos ad vtrumque electum mittere, Reges & Principes exteros ad idem faciendum excitare. At poſt triennium morte præuentus abſoluere non potuit bonum opus quod inceperat. Et quia à multis Clemens habebatur Antipapa, Rex vt amoueret omnem à ſe Schiſmatis opinionem, morti proximus renarrauit quæ in eam rem geſſiſſet, quamque ſanctè, piè & religioſè ad veritatis agnitionem conatus fuiſſet deuenire.

Carolus VI. Præceptorem quoque habuit è Regia Domo Nauatrica M. Michaëlem de Creneyo, Academiam ſuam plurimis beneficijs fouit, & priuilegijs muniuit: de quibus in hiſtoria.

Carolus Bohemiæ Rex & Imperator Romanorum dictus IV. linguarum Italicæ, Gallicæ, Germanicæ, Bohemicæ & Latinæ peritiſſimus, Academiæ Pariſienſis alumnus, vt liberalia ſtudia promoueret, Pragæ Vniuerſitatem inſtituit, profeſſoribus ſtipendia, libertates & priuilegia, quibus maximè fouetur Vniuerſitas, liberaliter largitus eſt, Innocentio IV. Pontifice ea omnia autoritate ſua corroborante. de huiuſce Vniuerſitatis Inſtitutione dictum eſt in Hiſtoria p. 313.

Chriſtophorus de Cugnerijs Doctor Theologus cum Eueno Bohic & Alphonſo de Bonavilla Doctoribus eiuſdem Facultatis, interfuit Comitijs Vniuerſitatis, quibus ſe præſentem exhibuit Ioannes Ade Dominicanus & errores reuocauit an. 1389.

Clemens V. Pontifex Maximus, ante promotionem Bertrandus de Guto dictus, Nobilis Aquitanus, qui poſt mortem Benedicti XI. extra Collegium Cardinalium, tum Archiepiſcopus Burdigalenſis aſſumptus fuit ad Pontificatum, conſecratuſque eſt Lugduni die 5. Iunij an. 1305. & ſedit annis 8. menſibus 10. in vtroque Iure excelluit, Pariſijs ſtuduit, & Aureliæ potiſſimum Iuri Ciuili operam dedit. Cuius rei memor Aurelianenſe ſtudium priuilegijs decorauit & Vniuerſitatis nomine donauit. Bonifacij VIII. conſtitutiones contra Philippum pulchrum latas reuocauit. Septimum Decretalium librum conſcripſit, quem Ioannes 22. eius ſucceſſor publicauit ſub nomine Clementinarum, ſcripſit quoque Epiſtolas ad diuerſos, quarum extat codex manuſcriptus in Bibliotheca San-Victorina.

Clemens VI. ante promotionem *Petrus Rogerij* dictus, patria Lemouicenſis in territorio Caſtelli Malimontij natus ex nobili Gente, fratrem habuit Guillelmum Rogerij Comitem Belli fortis, Gregorij X. poſtea parentem. Apud Aruernos Monaſterio Caſæ-Dei nomen dedit iuuenis, deinde Luteriam miſſus in Philoſophicis Theologicíſque diſciplinis excelluit, Doctoralemque lauream in Theologica Facultate promeritus eſt. Atrebatenſis primum Epiſcopus factus, hinc Senonenſis Archipræſul, tum Rotomagenſis an. 1330. poſtea à Benedicto 12. creatus Cardinalis 15. Kal. Ian. an. 1337. tit. SS. Nerei & Achillei, ſed Cardinalis Rotomagenſis vulgo appellatus. Prouiſor fuit Domus Sorbonicæ. Poſtremo poſt Benedictum an. 1342. electus Papa Clementis VI. nomen aſſumpſit. Primo anno ſui Pontificatus priuilegium indulſit Vniuerſitati redituum è Beneficijs percipiendorum Pariſijs. Hunc Petrarcha litteratiſſimum Pontificem appellat, tam felicis hominem memoriæ, vt quod ſemel legiſſet, obliuiſci nullatenus poſſet. *Et quod mirabilius eſt*, inquit, *hæc memoria magno quondam capitis ictu, cuius ingens ſupremo vertice cicatrix remanſerat, ei prouenerat.* Scripſit de Canonizatione S. Yuonis, de approbatione Caroli Regis, Sermones, Collationes, Epiſtolas. Nepotem habuit Petrum Rogerij fratris filium, quem annum ætatis 18 agentem Cardinalium Collegio adlegit, Peruſiumque protinus ad Baldum Iureconſultum miſit, ſub cuius diſciplina plurimum profecit. Et ille ad Pontificatum quoque euectus Gregorij XI nomen accepit. Obijt autem Clemens an. 1352. & ſepultus eſt in Cathedrali Aueniononenſi. Vide Petr. Rogerij.

Clemens VII. ante electionem Cardinalis Gebennenſis vulgo dictus; de eo in hiſtoria ſatis multa ad an. 1378. hic eius teſtamentum ſufficiat adſcribere ex tranſcripto Bonauenturæ Bauduiſij Cœleſtini Pariſienſis.

D. Clemens Papa VII. obijt Auenione in Palatio Apoſtol. poſt longam corporis infirmitatem die 16. menſis Septemb. an. Domini 1394. inter nonam ac decimam horam, præſentibus DD. Franciſco Natbonenſi Archiepiſcopo eius Camerario, Guill. Archiep. Rotomagenſi, Antonio Epiſc. Magalonenſi, Fr. Raimundo Ruffi Ordin. Prædicatorum eius Confeſſore, Guill. Bye Subdiacono Papæ, Archidiacono, Io. de Derboni Archidiacono Senonenſi, Iacobo Pollerij, Curato B. Mariæ Rotomag. Diœceſ. Petro Torſeli Archidiacono Bituric. Stephano de Salinis & Audiberto de Salire Præpoſito Toloſano eius Cubicularijs, Ponteto de Curtie Clerico Capellæ Papæ ac DD. de Mauilla, Fr. de Mantone, ac Petro de Aretone Militibus, nec non Nardino de Florentia, Raimundo de Poiolis & Petro Falqueti Magiſtris in Medicina &

Iacobo Brunerij, Aymone de Sernay, Dioſcuollo de Auenione, Baſtardo de Gebennis, Ioanneto de Molino, Iaconoto de Furbili, Baudeco de Sadone eius ſeruitoribus. Et fuerunt vltima verba quæ dixit ante vitæ exitum illa quæ ſequuntur omnibus audientibus. 1. Iunxit manus & illas ante vultum ſuum iunctas poſuit, & oculos & vultum totum ad cœlum leuauit dicens.

Beau ſire Dieu ; ha, ha! Beau ſire Dieu, ie te prie, que tu ayes mercy de mon Ame & me vueilles pardonner mes pechez. Et toy tres-deuote Mere de Dieu, ie te prie qu'à ce, tu me vueilles ayder enuers ton Benoiſt fils noſtre Seigneur. Et ſic aliquantulum quieuit & ſtatim ſubiunxit verba quæ ſequuntur. *Tous les Benoiſts de Paradis, ie vous ſupplie que vous vueilliez ayder à mon Ame auiourd'huy.* Et poſt hæc dixit. *Ha, Ha! Luxembourg ie te prie que tu me vueille ayder.* Et ipſa verba audientes omnes ſupraſcripti clamabant orantes etiam pro ſanitate ſui corporis, & faciebant vota ad viſitationem Sanctorum locorum, & dicebant Domino noſtro Papæ, quod oraret etiam pro ſanitate ſui corporis, qui hoc facere recuſauit clamando alta voce, *Pour l'Ame, pour l'Ame, pour l'Ame;* quibus dictis in manibus & brachijs ſupradictorum exiſtens, veſtitus & calceatus, & in ita bona memoria & ſenſu ſicut vnquam viſus fuit, oculos clauſit, & ſic animam Deo reddidit, ac ſpirauit, abſque eo quod aliquam ſorditiem emiſerit per os, per aures, per nares, ſeu per aliam partem corporis, imò viſus eſt omnibus dormire, & talis apparuit in vultu, licet fuerit cuſtoditus tota illa die & in craſtinum in magna Capella Palatij & vſque ad Veneris ſequentis horam meridiei. Qua hora poſt ſolenniſſimas exequias in Eccleſia B. Mariæ de Domnis factas ibidem depoſitus fuit in proprio loco in quo D. Vrbanus V. etiam depoſitus fuit, videlicet in Capella D. Ioannis Papæ XXII. Anima eius per miſericordiam Dei requieſcat in pace. Amen.

Ita verbatim in Exemplari veteris Chronici MS. exiſtente in Muſæo Cl. Henrici Suares H. F. Nobilis Auenionenſis, exſcripto ex autographo in Bibliotheca Vaticana aſſeruato.

Conradus de Monte Puellarum Natione Teutonicus, Ratiſponenſis Eccleſiæ Canonicus, in Diuinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari Philoſophia doctiſſimus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. Hauſtis primùm in Erfordienſi Academia rudimentis liberalium Artium, ad Vniuerſitatem Pariſienſem ſe deinde contulit, vbi Philoſophiam & ſacras litteras per octennium Scholaribus publicè lectitans Doctoratus infulam conſecutus eſt, vt docet Trithemius. Floruit Wenceſlai & Vrbani VI. temporibus.

Conradus de Suecia eiuſdem Nationis Anglicanæ Magiſter an. 1347. miſſus fuit ad Curiam Auenionenſem pro Rectore & Facultate Artium contra Theologos, vt ſcribit M. Laurentius de Suecia tum Procurator eiuſdem Nationis. *Item*, inquit, *in Vigilia S. Katharinæ factâ congregatione Nationis apud S. Mathurinum electus fuit concorditer in Procuratorem & Nuncium ad Curiam ex parte & in expenſis Rectoris & Facultatis Artium ad litigandum contra DD. Theologos M. Conradus de Suecia Canonicus Aboenſis.*

Conradus de Nouitate Carmelita Licentiatus fuit in Theologia an. 1374. cum Ioanne Thoma & Petro Boroni Dominicanis, Nicaſio & Gualtero Abbate Caroliloci Ciſtercienſibus, Alano de Lembale Auguſtiniano, Ioanne de S. Nazario & Ioan. Regis Minoritis & quibuſdam alijs.

D.

DAVID de Walba Rector fuit Vniuerſitatis an. 1317.

Dionyſius Flatonis de Baredis Diœceſis Meldenſis Receptor erat Nat. Gall. an. 1360. nec ſemel munus illud geſſit. Rector fuit electus die 19. Martij an. 1361. & eo Rectore Præpoſitus Pariſienſis, qui iamdiu detractarat præſtare conſuetum Vniuerſitati iuramentum, tandem præſtitit. Luſtratum quoque Collegium Conſtantinopolitanum ad Aquarium plateæ Maubertinæ ſitum, quod inuentum eſt omnino ruinoſum: quamobrem illud Vniuerſitatis certis conditionibus elocauit M. Ioanni de Marchia ad 9. annos: vt in Inſtrumento quod ad an. 1362. retulimus, planius continetur, die 26. April. an. 1362. M.

Ioannes Ance Receptor Nat. Gall. eodem Rectore præſente, Stephano Reginaldi Procuratore rationes reddidit. Gall. factas die 7. April. an. 1363.

Dionyſius Soulechat Minorita ſatis notus in Hiſtoria ob errores quoſdam quos in Actibus ſuis poſuerat; reprehenſus verò à Cancellario Pariſienſi & Facultate Theologiæ publicè reuocauit, vide pag. 381.

Dominicus de Clauaſio, olim Burſarius Collegij Conſtantinopolitani, deinde eiuſdem Primarius, Philoſophiam profitebatur adhuc ſumma cum celebritate & frequentia an. 1349. Et ſub eo legimus io Reg. Nat. Anglicanæ incepiſſe in Artibus M. Themonem Iudæi de Monaſterio.

Dominicus Parui in Artibus fuit licentiatus ſub M. Fran. de S. Michaële an. 1373. Procurator Nat. Gall. 2. Maij 1378. Rector menſe Martio an. 1382. deinde Doctor Theologus, quem licentiatum fuiſſe legimus an. 1388. cum Gratia & Ioan. de Wiſſaria Auguſtinianis, Io. Begart Ciſtercienſi, Eueno Borric Carmelita, Alphonſo de Villanoua Cluniacenſi, Ioanne Bardolin Minorita & Ioanne Lucqueti ſocio Sorbonico; hunc legimus fuiſſe Curionem S. Germani veteris ab Vniuerſitate nominatum, ſed quo ordine repooendus ſit, non ſatis apparet, vt diximus ad an. 1369. Legitur & alius *Dominicus Parui* Gall. *le Petit*, in Decreto Facultatis Theol. an. 1332. de viſione Beatifica.

Dominicus de Luneuille Minorita liceotiatus fuit in Theologia an. 1386. cum Ioanne de Monteſono & Oliuario Maillard Ordinis Prædicatorum, Guill. Roſerio, Io. Gaias, Nicolao de Lingonis, Bernardo Pageſio, Petro Boucherio eiuſdem Ordinis.

Durandus de Auriliaco Ordinis FF. Prædicatorum Doctor in Theologia à Philippo Valeſio cum alijs in Caſtellum Vicennarum euocatus eſt, vt ſuam de viſione beatifica quam Ioannes XXII. ad extremum Iudicij diem differre videbatur, mentem aperiret; commemoraturque cum alijs Magiſtris Theologicæ Facultatis in Decreto eiuſdem, quod ad ao. 1332. retulimus.

Durandus de ſancto Porciano Ordinis FF. Prædicatorum Doctor Pariſienſis deſignatus fuit Epiſcopus Meldeoſis an. 1326. & conſecratus in Eccleſia Senonenſi 10. Martij an. 1337. iacet in Choro Eccleſiæ Meldenſis. In libro ſententiarum profitetur ſe in Schola ſacri Palatij veritatem ſacræ ſcripturæ docuiſſe, & à Sede Apoſtolica ad Epiſcopalem dignitatem fuiſſe promotum; Commentarios in ſententias ſe ſcribere ſenem, quos iunior inceperat. Trithemius hæc eius opera commemorat. Super ſententias l. 4. de Inſtructione Cleri l. 1. Summæ Notabilis l. 1. Quæſtiones varias, ſermones diuerſos. Ait verò Bellarminus eum nonnulla ſcripſiſſe, quæ à communi Doctorum ſententia abhorrent; quædam etiam fuiſſe ab Eccleſia improbata; at ipſum in præfatione Commentarij ſui in Magiſtrum ſententiarum diſſertis verbis aſſerere ad Eccleſiam Catholicam Romanam pertinere iudicium de Doctrina, ſeque omnia ſua ſcripta eiuſdem Eccleſiæ cenſuræ ſubmittere. Addit eum ſcripſiſſe librum egregium de origine Iuriſdictionum.

E.

ERARDVS *Macardi* de Inſulis iuxta Ramerucum Trecen. Diœc. Procurator fuit electus Nat. Gall. die Lunæ ante feſtum B. Martini Hiemalis an. 1361. & ad iuramentum admiſſus à M. Ioanne Ance immediato deceſſore. Succeſſorem habuit M. Stephanum Arnulphi, cui præſente Natiooe die vltima Decembris rationes acceptæ pecuniæ reddidit. Idem Macardus Rector fuit Vniuerſitatis an. 1363. menſe Iunio electus.

F.

FERRICVS *Caſſinelli* Natione Italus, Patria Lucenſis Doctor Theologus, Regi à Secretis, cui Carolus V. ducentos Francos dari voluit in ſumptus Conuiuij Doctoralis. *Pour faire la feſte en Theologie*, an. 1371. vt habetur in Chartis Curiæ Ratiociniorum. Idem factus Archidiaconus Rotomagenſis, ex Archidiacono Epiſcopus Lodeuenſis, tum Autiſſiodonenſis, an. 1388. cui poſt biennium

nium ſucceſſit M. Michaël de Creneyo, de quo ſuo loco. Stephanum Gontier Dominicanum erroris Monteſoniani conuictum ad Vniuerſitatem remiſit; vt diximus ad p. 640.

Ferricus de Metis Legum Doctor miſſus eſt à Carolo V. cum Ioanne Fabri Abbate S. Vedaſti ad Gregorium XI. Pontificem, ad componendam cum eo & Florentinis pacem, vt ad an. 1376. retulimus.

Flamingus de Marerey ſeu *Martroy* confecto in Artibus curriculo muneribuſque præclaris perfunctus, deinde ad Theologiam ſe conferens; licentiatus fuit an. 1395.

Florentius de Almade Nationis Anglicanæ Procurator factus eſt die 10. Martij an. 1363. eoque Procuratore M. Erardus Macardi Rector Vniuerſitatis Quæſtor ærarij publici rationes reddidit apud S. Iulianum Pauperem. Item Ioannes de Treueris receptus à Natione Sub-Bedellus, eique virga Bedellatus per eum tradita, & litteræ expeditæ ſub ſigillo Nationis, vt ipſe ſcribit.

Franciſcus Caracciolus Neapolitanus, Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis Cancellarius, examinatâ Raimundi-Lullij doctrinâ teſtimonium authenticum dedit an. 1311. ſe in ea nihil reperiſſe, quod non eſſet veritati Catholicæ conforme, quâ de re ſic legitur in litteris Alphonſi Regis Arragonum. *Attendens quod Cancellarius Pariſienſis Franciſcus de Neapoli, ſpeciali mandato Regis Franciæ (Philippi Pulchri) viſis & quantum occupationum frequentia patitur, diligenter inſpectis quibuſdam operibus quæ dictus egegius Doctor M. Raimundus-Lulli ediderat teſtatus eſt authenticè Vniuerſis nil in dictis operibus inueniſſe, quod bonis moribus obuiet, & ſacræ doctrinæ Catholicæ ſit aduerſum, quin potius in dictorum ſerie ac tenore pro humani fragilitate iudicij zelum feruidum & intentionis rectitudinem pro fidei Chriſtianæ promotione, vt patet in quadam littera dicti Cancellarij data Pariſius anno Domini 1311.* Idem Cancellarius licentiauit in Theologia Landulphum Caracciolum Franciſcanum Ioannis Scoti diſcipulum, qui Pariſijs legit temporibus Ioannis XXII. deinde verò factus eſt Archiepiſcopus Amalphitanus; & Ioannem de Neapoli Ordinis Prædicatorum.

Franciſcus Chriſtophori Canonicus Regularis licentiatus fuit in Theologia an. 1373. cum Franciſco de Domo Ordinis Prædicatorum.

Franciſcus Maironius Minorita, aliàs Franciſcus de Digna dictus, Ioannis Scoti quondam auditor, inter Doctores Scholaſticos *Doctoris acuti* nomine clarus, exercitationem illam celebrem à Theologiæ ſtudioſis in Aula Sorbonica haberi ſolitam, quam vulgo *Sorbonicam* appellant, inſtituit, in cuius rei memoriam, inquit Myræus, primus huius Exercitationis dies Franciſcano, vltimus Dominicano hodieque conceditur, ſiue vt vulgò dicitur, Franciſcanus aperit, Dominicanus Sorbonam claudit. De actu diximus in Hiſtoria ad an. 1315. Roberto Rege Siciliæ ſupplicante Ioannes XXII. mandauit Cancellario Pariſienſi an. 1323. vt ei quoniam ſententias legiſſet, & in omnibus Actibus ſtrenuum ſe præſtitiſſet, Lauream Magiſtralem impertiretur. Trithemius ſcribit non pauca volumina edidiſſe. Et hæc enumerat. *Super ſententias lib. 4.* De formalitatibus l. 1. Quæſtionum variarum lib. 1. Sermonum de Tempore lib. 1. Sermonum de Sanctis l. 1.

Franciſcus de S. Michaële (de ſainct Miel) in Lotharingia Diœceſis Virdunenſis, Philoſophiæ Profeſſor, Rector Academiæ Pariſienſis electus 10. Octob. an. 1368. quo Rectore Carolus V. priuilegium exemptionis attribuit 60. Officiarijs & Miniſtris Vniuerſitatis. Cætera vide ad an. prædictum pag. 419. & 420.

Franciſcus Petrarcha Aretij ex Florentinis Parentibus Natus, inquit Myræus, Archidiaconus Parmenſis, Canonicus Patauinus, Ioanni XXII. Papæ, Stephano Columnenſi & alijs ſummè carus, vno eodemque die ad accipiendam lauream Poëſeos Lutetiam & Romam euocatus, maluit Romæ accipere. Galliam luſtrauit & aliquandiu Lutetiæ commoratus eſt. Elegantiæ & nitoris Latini reparator fuit; plurima edidit opera metro & Proſa, Latinè & Italicè, & in omnibus excelluit. Epiſtolarum variarum lib. Ep. 33. Philippicum de Vitriaco Muſicum increpat quod nimis addictus eſſet Ciuitati Pariſienſi. *Eſſe in Italia miſerum exilium reris, extra quam eſſe niſi quia omne ſolum forti Patria eſt potius videri poſſet exilium. Pace tua dixerim, nimis tibi paruus Pons Pariſienſis impreſſit*

teſtitudinei ſui arcus effigiem, nimis aures ſuas ſubterlabentis Sequanæ murmur oblectat. Obijt an. 1374. ætatis 70. in ſolitudine, vbi meditando, orando, ſcribendo ad mortem vſque perſeuerauit.

G.

GALERANVS *de Penderf* ſeu Pendref Socius Regiæ Domus Nauarricæ regebat in Artibus an. 1367. licentiatus fuit in Theologia an. 1374. cum M. Hugone de Renuoiſye Socio quoque Nauarrico, & M. Ioanne Mercerio de Auenis.

Gaufridus Melpomre Doctor Medicus nominatur in Statuto Vniuerſitatis de Licentiandis an. 1389. loco Decani Facultatis Medicinæ cum Heruæo Sulnen vice-Decano Facult. Theol. & Guill. de Gardino Doctore Theologo, Simone Renuoiſie ſeu Lenuoiſie, Petro de Boſto, Petro Barberie & Henrico de Herlem Procuratoribus 4. Nationum.

Germanus Famuli aliàs *de Rongiaco* die 23. Sept. an 1366. electus Procurator Nat. Gall. ſcribit verò ſolitos fuiſſe Procuratores pro Beiania Officij pendere initio decem ſolidos. Succeſſorem habuit in prædicto Munere M. Laurentium Quillet; florebat adhuc an. 1383.

Gerardus de Aruernia Decanus Tribus Bituricenſis in Natione Gallicana, nominatus in Inuentario vt vocant, rerum & Chartarum in Arca Nationis repertarum anno 1339.

Gerardus de Bononia vndecimus Carmelitarum Prior Generalis, Doctor Pariſienſis Ordinem ſuum non minus ſtrenuè, quàm prudenter gubernauit annis 20. in prædicatione verbi Diuini præſertim excelluit. Obijt anno 1317. & Auenioni ſepultus eſt.

Gerardus Hypot de Kalker Baccal. Theologus & Canonicus Eccleſiæ Colonienſis miſſus fuit à Natione ſua Anglicana ad Curiam Rom. ſub initia Schiſmatis an 1378.

Gerardus de Lemouicis Procurator erat Nationis Gallicanæ anno 1305. extatque eo Procuratore conditum ſtatutum de Scholis & numero Determinantiùm, quod pag. 100. retulimus.

Gerardus Lasboëgas Nationis Gallicanæ Procurator commemoratur in Inſtrumento publico confecto die 5. April. an. 1345 de die ſtatutorum faciendorum, quod ad pag. 283. retulimus.

Gerardus Magnus Dauentriæ ad Iſalam fluuium in Germania inferiore natus Adoleſcens Lutetiæ in Sorbona ſacris litteris ac pietate inſtructus Æqualibus vitæ ac doctrinæ exemplum mirificum dedit. Ad ſuos reuerſus Vltraiectenſem & Aquiſgranenſem Canonicatus obtinuit; ſed ijs abdicatis Clericos ſeu fratres vitæ communis Dauentriæ in Patria inſtituit, qui Scholas Latinas Iuuentuti aperirent, & non bonis tantùm litteris ſed & bene viuendi moribus Diſcipulos inſtituerent. Multa opera edidit. De Contractibus & vſuris, de inſtitutione Nouiciorum, de compunctione & eruditione Scholarium, &c. obijt 20. Auguſt. an. 1384. ætatis 44.

Gerardus de Manilijs Philoſophiæ Profeſſor ad an. circiter 1360. electus fuit Rector 24. Iunij 1370. quo Rectore præſente M. Nicolaus de Sueſſione tunc Quæſtor ſeu Receptor ærarij Nat. Gallic. rationes ſuas reddit apud S. Iulianum 2. Iulij, præter morem; quia ſecundum ſtatuta reddi debebant in Vigilia B. Petri, vt legitur in Reg.

Gerardus de Veruino Pœnitentiarius Pariſienſis miſſus eſt Auenionem pro reformatione Vniuerſitatis Pariſienſis, quam Vrbanus V. miſſis duobus Cardinalibus an. 1366. reformauit.

Germanus Cellati Sub-Prouiſor Domus Sorbonicæ abſente M. Petro Rogerio Archiepiſcopo Rotomag. commemoratur in Quodam Inſtrumento de pecunia diſtribuenda pauperibus Scholaribus de Sorbona an. 1331. ſic enim legitur. *Congregatis inibi omnibus Magiſtris & Scholaribus eiuſdem Domus, videlicet MM. Germano Cellati Doctore in Theologia Vices-Gerente Reuerendi Patris D. Dei gratia Rotomag. Archiepiſcopi, Prouiſoris ipſius Domus.*

Geruaſius Chriſtiani Normanus è Parochia de Vendes Diœceſis Baiocenſis,

Digitized by Google

alumnus Nauarricus, Eccleſiarum Bajocenſis & Pariſienſis Canonicus, Archiater Caroli V. & magnæ apud eum autoritatis, plurimas opes quas habebat & domos conuertit in ædificationem Collegij fundationemque, quod etiamnum hodie *Geruaſianum*, ſeu M. Geruaſij dicitur. De eo dictum in hiſtoria.

Giſlebertus Boi Magiſter in Artibus ſupplicauit pro Regentia & Scholis die S. Edmundi an. 1364. & pro iocundo Aduentu ſeu Bejaunio ſoluit vnum florenum, vt legitur in Reg. Anglicanæ Nationis. Idem electus eſt in Procuratorem eiuſdem Nationis in Comitijs 13. Ian. eiuſdem anni habitis apud S. Iul.

Gobertus de Monte Beraudi electus fuit Rector Academiæ 15. Decemb. an 1361. & ſucceſſit M. Petro de Luca. Eo Rectore Vniuerſitas dimicandum habuit cum Collectoribus nouorum tributorum & cum Vniuerſitate Toloſana cui Papa non modo Theologiæ Facultatem conceſſerat, ſed cum ijſdem priuilegijs quibus gaudebat Pariſienſis. vide pag. 364. ſucceſſorem habuit in Rectoratu M. Dionyſium Flatonis.

Godefridus Lattacher Licentiatus fuit in Theologia an. 1397. cum Petro Salientis aliàs *du Sault*, Iacobo Troüilleto, Ioan. *Manchon*, Maturino *Longeuil* & Ioanne Fiory.

Godefridus Cornubienſis Carmelita Oxonienſis & Pariſienſis Doctor in Theologica Facultate ſcripſit quædam opera non contemnenda, eiuſque meminerunt Lelandus & Baconthorpius, qui eum Doctorem ſolennem appellat. Nimius fortàſſe fuit in ſubtilitatibus Ariſtotelicis, ſed ea tunc erat hominum vanitas, claruit an. 1350.

Gotfridus de Parchuim vel Parchini Nat. Angl. Procurator electus an. 1347. quo Procuratore factum eſt Inuentarium rerum in ciſta Nat. repertarum apud S. Coſmam. Henricus de Minda Allemanus ſub M. Waltero de Wardelay licentiatus & Bartholdus de Heluiſtat. Idem cum à ſua Natione an. 1348. deſtinatus fuiſſet in Portitorem Rotuli, munus iſtud à ſe deprecatus eſt aiens *quod libenter, libentius & libentiſſimè iuiſſet ad Curiam niſi bonis ſumptibus & tribulationibus multum excedentibus per quendam Conradum Papenhaghen fuiſſet enormiter aggrauatus. Et aſſeruit idem D. Gotfridus bona fide, quod niſi fuiſſent dicta grauamina ad valorem 100. marcarum puri argenti, dictam itinerationem ſibi reputaſſet vtilem atque gratam: ſuper qua proteſtatione tunc facta, ad ſupplicationem eiuſdem Natio litteras certi tenoris conceſſit eidem.*

Gotfridus ſeu Gaufridus de Turribus an. 1383. die 21. Octob. fuit electus in Procuratorem Nat. Gall. qui in expenſis ſcribit ſe dediſſe 12. denarios Pariſ. *pro habendo copiam Bullæ miſſæ Præpoſito Pariſ. à D. Papa Clemente VII. vt Schiſmaticos coerceret; quam copiam copiauit, ſed poſtmodum pro Natione Io. Danton Senior.*

Gregorius Ariminenſis in Romandiola natus, Lutetiæ Doctor Theologus creatus in Theologia Scholaſtica excelluit, Nominalium verò fautor fuit & Patronus; ad Eremitas Auguſtinianos ſe contulit, eorumque fuit Prior Generalis. Eius opera Trithemius enumerat, ſuper ſententias lib. 4. In Epiſtolas Pauli Apoſtoli lib. 14. & alia quædam. Obijt Viennæ in Auſtria circa an. 1350.

Grimerius Bonifacij, ſocius Sorbonicus, Cancellarius Vniuerſitatis aliquandiu cum Petro de Croſo Decano Pariſienſi, Guillelmo de Saluauilla Cantore & Elia de Corſon Pœnitentiario Eccleſiæ Pariſienſis ſub Petro Rogerij Prouiſore in Societate Sorbonica conuixit teſte Hemeræo. Idem teſtatur eum miſſum fuiſſe Auenionem ab Vniuerſitate cum M. Gerardo de Veruino Pœnitentiario Pariſienſi, ad impetrandam Vniuerſitatis reformationem, quæ deinde anno 1366. facta eſt. Item anno 1368. eundem cum Guill. de Saluauilla, abſente Cardinale Morinenſi Prouiſore quamplurima de Sorbonæ Lectionibus tam ordinarijs quàm Curſorijs deque Auditorio vtiliter ordinaſſe. Obijt an. 1370. & in Eccleſia Pariſienſi ſepultus eſt, quanquam teſtamento præſcripſiſſet de ſe humillima ſentiens, vt vbi anima euolaſſet, in Sandapilam Popularem conijceretur Corpus permiſcendum illis Cadaueribus, quæ nocte quaque intempeſta è Noſocomio B. Mariæ ſepulchris inferenda vectari ſolent, & in exquilias Campellorum (quæ nunc Cœmeterium S. Innocentij appellantur) ab vno atque altero Pollinctore in ferales foſſas nulla alia funeris pompa quàm prælucentibus duabus tædis traheretur. Hæc ex Hemeræo.

Gualterus Burley Sacerdos ſecularis Magiſter Oxonienſis maximus & potentiſſimus ſui temporis Sophiſta iudicabatur, inquit Balæus, Oxonij primùm in Collegio Mertonenſi ſtuduit; & ibi vt & Lutetiæ lauream Doctoralem conſecutus eſt. Ioannis Scoti cum Guill. Oxamo Auditor fuit in Academia Pariſienſi, ſed eiuſdem poſtea fuit acerrimus impugnator. Plurima opera edidit, quorum Catalogum texuit Balæus. Florebat circa an. 1337. quo tempore 62. an. natus erat.

Gualterus Graſſi Decretorum Doctor & Facultatis eiuſdem Decanus nominatur in Inſtrumento contra prauam licentiandi in Theologia conſuetudinem confecto, quod ad an. 1389. retulimus.

Gualterus de Wardelay ſeu Wardelau Anglicanæ Nationis, Philoſophiæ Profeſſor celeberrimus, florebat circa an. 1340. ſub quo quamplurimos determinaſſe & incepiſſe legimus in Reg. prædictæ Nationis.

Guido Guerini Nat. Gall. Rector fuit Vniuerſitatis an. 1347. Procurator Nat. Gall. 1. Iunij an. 1370. & menſe Septemb. eiuſdem anni. Primarius erat Grammaticorum Regiæ Nauarræ cum an. 1377. Capella eiuſdem Collegij delicata eſt per Petrum de Villaribus Epiſcopum Niuernenſem. Eodem iterum Rectore an. 1374. Collegium Conſtantinopolitanum additum & adiudicatum eſt certis conditionibus M. Guillelmo de Marchia. Poſtea ad Medicinam ſe contulit, nominaturque inter eos qui 2. Ioannis Ade Dominicani reuocationi interfuerunt, cum Petro Dates in eadem Medicinæ Facultate Magiſtro anno 1389.

Guillelmus Alkines Rector Vniuerſitatis videtur fuiſſe electus menſe Iunio an. 1359. Nam M. Ioannes Receptor Nationis Gall. inter rationes expenſæ pecuniæ numerat 2. Regales datos M. Guill. de Alxines Rectori die 11. Septemb. quo Rectore *deliberauit Facultas Artium, quod quælibet Natio traderet 8. Regales pro Conſilio in Curia Rom.* vt legitur in iiſdem Reg. nempe propter litem à Theologis intentatam.

Guillelmus Brito Procurator erat Nationis Gallicanæ an. 1303. quo Procuratore factum eſt ſtatutum de habilitate vel inhabilitate Electorum Rectoris & Procuratorum. Idem quoque, delectus fuit cum quibuſdam alijs ad imponendum pretium libris vænalibus Librariorum, vt ad annum 1303. retulimus.

Guillelmus Buſer Diœceſis Trajectenſis Procurator erat Nationis Anglicanæ an. 1364. & eodem anno die 29. Nouemb. Rector Vniuerſitatis fuit electus, nec ſemel. Vir fuit magnæ famæ, multas legationes nomine Vniuerſitatis obijt, claruitque præſertim in Philoſophiæ Profeſſione.

Guillelmus de la Chambre, vulgò *de Camera* Tribus Turon. in Nation. Gall. Artium Profeſſione inſignis ab anno 1370. poſtea ad Medicinæ Profeſſionem ſe contulit, qui cum eſſet coniugatus, petijt ſecum diſpenſari de Regentiâ & obtinuit M. Ioanne de Marla tunc Decano Facultatis. Idem verò Guill. eidem Ioanni paulò poſt ſucceſſit in Decanatu nimirum 2. Nou. an. 1398.

Guillelmus Carpentarius Procurator erat Nationis Normanicæ an. 1389. cum M. Ioannes Ade Dominicanus propoſitiones quaſdam contra immaculatam B. Virginis Conceptionem temerè effuſas reuocauit.

Guillelmus Cheuenardi ſeu *Theuenardi* Patria Trecenſis Rector Vniuerſitatis fuit electus 24. Iunij an. 1373. eratque tunc Scholaris in Theologia; fuerat autem Procurator Nat. Gall. 26. Aug. 1368. tunc Philoſophiæ Profeſſor, iterum an. 1370. tertiò 5. Maij an. 1373.

Guillelmus Boucherij aliàs *Carnificis* Diœceſis Pariſienſis de Villa Alneti iuxta Goneſſiam, electus fuit Procurator Nat. Gall. 22. Septemb. 1367. Vniuerſitatis Rector 16. Decemb. an. 1368. per nouos Intrantes ſine diſpendio temporis, cum priorem electionem quæ facta fuerat per 4. Intrantes priores, Nationes irritam habuiſſent, vt ad an. prædictum retulimus pag. 420. Idem ſe poſtea contulit ad Medicinam, nominaturque inter Doctores ſaluberrimæ Facultatis, qui anno 1379. Declarationi Vniuerſitatis pro Partibus Clementis ſubſcripſerunt.

Guillelmus de Chanaco, Nobilis Lemouicenſis Doctor in Decretis ex Archi-

diacono Pariſ Epiſcopus anno 1332. Collegium S. Michaëlis fundauit, quod etiam de Chanaco cognominatur. Patriarcha Alexandrinus factus an. 1342. obijt an. 1348. prope Centenarius. Vide p. 277.

Guillel. de Corbolio Baccalaureus Theologus Societatis Nauarricæ tum erat, cum Collegij ſtatuta condita ſuot. vid. p. 95.

Guillelmus de Cornubia Doctor Medicus auno 1303. nominatus eſt cum alijs ad taxam imponendam libris Andreæ Zenonis Librarij.

Guillelmus Crebron Doctor & Socius Sorbonicus, licentiatus fuit in Theologia an. 1382. cum Heruæo Sulnen Socio Nauarrico, Ioanoe Ade, Nicolao de Valle Ordin. Prædicatorum & Iuone Meden Carmelita.

Guill. de Coſta Ordiois Cluniacenſis, licentiatus fuit in Theologiâ an. 1391. cum M. Petro Wuart Rotomageoſi, Ægidio Morpain Magiſtro Scholarium S. Dionyſij, Iacobo de Metis Auguſtiniano, Mathæo de Dunis Ciſtercienſi, Michaële Picquier Minorita, Bernardo Textoris Carmelira, Roberto *Poitevin* Auguſtiniano, Guillelmo Moteti Minorita & Ioanne de Firmitate Ciſtercienſi.

Guillelmus de Cumo Gallus Iuris Ciuilis conſultiſſimus Interpres, inquit Trithemius, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, quo paoci fuerunt in ea facultate ſuo tempore doctiores Doceodo & ſcribendo Gymoaſium Aurelianenſe magnificè illuſtrauit. Edidit Profeſſoribus legum non ſpernenda opuſcula, ſuper ff. vetus l. 24. ſuper Codicem l. 9. & alia diuerſa. Clarvir circa an. 1310.

Guill. le Dos electus Procurator Nat. Gall. 14. Ian. 1368. iterum 9. Feb. an. 1369. tertio 23 Sept. 1373. quarto 1379.

Guillelmus de Dormano Regi Carolo V. à ſecretioribus Conſilijs, Guillelmi Franciæ Cancellarij filius, Patronus Regius io Senatu Pariſienſi, ex Archidiacono Meldenſi fit Epiſcopus, deinde Archipræſul Senon. dotauit Collegium Dormanum quod nunc Bellouacenſe dicirur, ibique ſepultus iacet.

Guillelmus Gorren, ſeu *de Gorran* Normaous Diœceſis Rotomagenſis electus fuit Rector an. 1343. vel 1373. vt haberur in libro antiquo Rectoris; quo Rectore rerulimus larum celebre Seoatuſcooſultum aduerſus Robertum de Puincomo Armigerum. Quod autem eiuſdem Rectoratum ad an. 1343. & ad an. 1373. notauerimus, feceruot incerræ Noræ ſeu ſchiffri; iterum verò Rector fuit an. 1378. menſe Martio, eiuſque Rectoratus incidit in initia Schiſmatis vid. pag. 460. 461.

Guillelmus de Gardino ſeu *Iardino* Normanus electus fuit in Rectorem menſe Iuoio an. 1376. quo Rectore priuatus eſt Guillelmus de Boudeville Officialis Curiæ Pariſienſis, quam verò ob cauſam, reperire noo porui. Idem ad Theologiam ſe poſtea cootulit, & licenriam obtinuit an. 1386. cum Ioanne de Monteſono Ordiois Prædicatorum & Guillelmo Baraolt Priore de Caluomonte.

Guillelmus de Hibernia Rector olim Vniuerſitatis, anno 1317. retulit è Curia Romana oonnulla priuilegia antiqua, de quibus ad annum prædictum.

Guillelmus Leueſque licenriarus fuit in Theologia an. 1389. cum M. Ægidio de Campis Rotomagenſi, Ægidio Abbaris, Franciſco de S. Michaële & alijs plurimis.

Guillelmus de Marchia Barro-Ducenſis, Ioannis de Marchia Nepos, ſeu vt aliquibus placet, frater Procurator Nationis Gall. electus fuit an. 1362. die menſis Iao. geſſitquem unus ad diem vſque 7. April. an 1363. quo tempore M. Ioannes de Marchia florebat adhuc in Philoſophiæ Profeſſione, & tunc ſub eo determinarunt in Artibus Ioannes & Iacobus Peroti de Metis, Io. Ianequin & Io. Largi, alijque plurimi. Idem 8. Feb. an. 1365. refectus eſt Procurator, & eo Procuratore MM. Michaël de Creneyo & Perrus de Alliaco ambo Nauarrici determinarunt in Arribus. Idem poſtea liceotiam adeptus in Decretis, Cauſidicum egit diu in Curia Eccleſiaſtica, vnde immenſas opes ſibi comparauit, quas & acceſſione hereditatis à fratre relictæ ampliores fecit. Domum emit quæ prius Collegium Conſtantinopolitanum dicebatur, ibique Primarium, Procurarorem, Capellanum & Burſarios teſtamento inſtituit, ex Batro-Ducaru, quantum fieri poſſet, teſtamento, inquam, cuius octo viros bonos ex amicis Executores nominauit, ſed vnus omnium Beuvinus de Winvilla Legatum executus eſt, &

primos ipſe conſtituit Collegij Gubernatores, non quidem in Colleg. Conſtantinopolitano, ſeu parua Marchia, ſed in Domo quam habebat in vico San-Genoueſiano. Hincque Domus illa dici cœpit Collegium Marchiano-winuillæum. Obijt Guillelmus an. 1420. & jacet apud S. Victorem.

Guillelmus Bernardi, aliàs *de Narbona* regebat in Theologica Facultate anno 1325. & interfuit Comitijs eo anno habitis ad deliberandum de modo conferendi Capellanias ad Patronatum Vniuerſitatis pertinentes, vt retulimus ad p. 209. Idem an. 1332. Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis factus interfuit Conuentui quem Philippus Valeſius habuit apud Vicennas ad agitandam Quæſtionem de tarda viſione beatifica, cum Petro Rogerij tunc Archiepiſcopo Rotomagenſi & Sorbonicæ Domus Prouiſore & Guill. de Herchijs Pœnitentiario Pariſienſi, eiuſdem Facultatis Theologicæ Doctoribus, & Ioanne de Blangiaco Socio Nauarrico Archidiacono Wlcaſſino in Eccleſia Rotomagenſi.

Guillelmus Okamus Minorita Anglus Ioannis Scoti Diſcipulus, ſed eius doctrinæ poſtea impugnator acerrimus, in Ariſtotelica diſciplina adeò profecit, vt ob logicas meditationes & cætera Philoſophica & Theologica Theoremata, inuenta ſubtiliter, ſubtiliuſque firmata *Venerabilis Inceptor & Autor inuincibilis* appellaretur. Nominalium Princeps vulgo habitus, quorum ſubtilitates & argutias iam pœne obſoletas & emortuas excitauit, atque in Scholas ſummo cum ſplendore reduxit. Ad Ludouicum Bauarum Imperatorem transfugit, & aduerſus Ioannem XXII. ſcripſit acerrimè, à quo excommunicatus; poſtea verò pœnitens abſolui meruit. Scripſit in 4. libros Magiſtri ſententiarum. lib. 1. Quodlibetorum. De fautoribus Hæreticorum lib. 7. De Sacramento Altaris l. 1. Compendium Theologiæ, De Actibus Hierarchicis. De ingreſſu ſcientiarum. De Paupertate Apoſtolorum. De poteſtate Pontificum & Imperatorum, contra Ioannem XXII. ſed hæc opera reponuntur in Indice librorum prohibitorum.

Guillelmus Oppenbachius Natione Teutonicus, Doctor Theologus, ingenio acutus & vehemens & ad diſputandas enodandaſque Quæſtiones ſcripturarum ſatis idoneus, inquit Trithemius. Scripſit nonnulla opera Theologica, quibus in Gymnaſio Pariſienſi inclaruit. Super ſentent. l. 4. Quæſtionum diſputatarum l. 1. Sermones & quoſdam alios Tractatus. floruit ſub finem ſeculi.

Guillelmus Reginaldi de Caſtro Ordinis FF. Prædicatorum commemoratur inter eos qui à Philippo Valeſio ad Vicennas euocati de Viſione Beatifica aduerſus Ioannem XXII. ſententiam tulerunt, vid. ad an. 1332.

Guillelmus de Sinay Prior erat Domus Sorbonicæ an. 1331. quo tempore Petrus Rogerij Archiepiſcopus Rotomagenſis, qui poſtea Clemens VI. dictus eſt, eiuſdem Prouiſor erat. Nominatur in Inſtrumento de diſtributione pecuniaria facta prædictæ Domui, quod retulimus ad an. prædictum in Hiſtoria pag. 229.

Guillelmus de Spiny Scotus Nationis Anglicanæ Procurator fuit anno 1357. 4. Maij & munus geſſit per 3. menſes, ſoluitque vnum ſcutum pro Procuratoria, vt legitur in Reg. tunc M. Ioannes de Dacia prædictæ Nationis erat Receptor, ſub quo incepit in Artibus D. Nicolaus de Suecia. Scribit idem Procurator in Congregatione Generali habita 2. Iunij apud Math. obtentum fuiſſe, *vt Procuratores Nationum Picardiæ & Angliæ non ſederent cum Deputatis Vniuerſitatis in cauſa mota inter duas illas Nationes ſuper quibuſdam terris & perſonis.*

Guillelmus de Viridi monte Scotus, Rector Vniuerſitatis Pariſienſis nominatur in Inſtrumento Tranſactionis factæ cum Abbate & Monachis San-Germano Pratenſibus an. 1345.

H.

HENRICVS *Amandi* Doctor Theologus cum alijs, vt vocant, Vniuerſitatis Deputatis an. 1303. Andreæ Zenonis Librarij vænalibus libris pretium impoſuit, vt ad illum annum retulimus.

Henricus de Athenis cum M. Marcilio de Inghen viro Rectorio miſſus fuerat ad Gregorium XI. ab Vniuerſitate vt Rotulum impetrarent; ſed in miſerrima & calamitoſiſſima tempora inciderunt, nempe ſub ipſa initia Schiſmatis

an. 1378. Romam peruenerunt. Vide quæ diximus ad p. 467.

Henricus de Brenchere Brabantinus cum anno 1381. Procurator eſſet Nationis Picardicæ, menſe Decembri eiuſdem anni electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis, quo Rectore quid factum ſit. vid. pag. 585.

Henricus Chicoti de Moſomo Diœceſis Remenſis factus eſt Nat. Gall. Procurator 10. Martij an. 1375. iterum 13. Ian. 1378. tertio 9. Martij 1381. diciturque ibi actu Regens. 4. 5. Maij 1382. Item 13. Ian. eod. anno, runcque determinarunt in Artibus Iacobus Labriſſeux ſub M. Nicol. de Vaudemont, Io. des Landes ſub eodem, Radulph. de Hamello ſub M. Dom. Parui, Petrus de Burgundia ſub M. Germano de Rongiaco, Ludouicus *de la Trimoüille* ſub M. Nicol. *de Vaudemont*, Nicol de Condeto ſub M. Hen. *Chicoti*. Blanchet s de Nigella ſub M. Michaële *le Charon*: ad eundem annum ſcribit M. Nicol. Mabueti Procurator factus 2. die Iunij an. eiuſdem Nationem *quittauiſſe* 22. ſol. quos debebat, *laboribus quos ſuſtulit in Placito contra alias Nationes*. Poſtremo 5. Iunij 1373. quo tum Procurarore inceperunt in Artibus Petrus Renardi ſub ipſo Henrico, Io. de Malceyo & Bernardus Hemardi ſub M. Nicol. de Vaudemonte, Martinus de Belis ſub M. Io. Piſcis, Stephanus de Meris ſub M. Io. de Mellereyo.

Henricus de Cl uis cum multis alijs Anglicanæ Nationis inſcriptus eſt in Rotulo Nominandorum ad Beneficia tanquam præſens & tunc Pariſijs exiſtens, an. nempe 1352. cum MM. Gualtero *de Wardelay*, Io. de Veſalia, Gerardo de Pruſſia, Ioan. Helmeſtan, Henrico de Mindach. Procurator Nat Angl. non ſemel fuit.

Henricus de Fauterijs Abbas Cluniacenſis anno 1308. annis vndecim præfuit, deinde tranſlatus ad Epiſcopatum S. Flori. Collegio Cluniacenſi in Academia Pariſienſi fundaro multa laudabilia ſtarura edidit, de quibus ſuo loco.

Henricus Heraut licentiatus fuit in Theologia an. 1377. cum Franciſco de Duro-forti, Reginaldo de Alna Ciſter. Ioanne Martin Cancellario Pampilonenſi, Simone de Cremona Auguſtiniano & alijs.

Henricus de Herne Weſtphalus Anglic. Natio. Procurator menſe Octob. an. 1348. factus, quo Procuratore & M. Nicol. de Succia Receptore decretum eſt à Facultate Artium apud S. Iulianum congregata, vt Bedello ad Rom. Curiam ituro vnaquæque Natio penderet quinque ſcuta. Succeſſorem habuit in Procuratorio munere M. Henricum Thomé de Suecia: quo Procuratore celebratum eſt feſtum S. Edmundi Nationis Parroni, & die S. Nicolai *Receptor expoſuit 5 ſolidos Pariſ. pro diſtributionibus Magiſtrorum præſentium in Miſſa apud SS. Coſmam & Damianum.*

Henricus de Kempen ſeu *de Kempis* Colon. Diœceſis Procurator Nat. Angl. an. 1355. die 13. Ian. electus, & 26. audiuit rationes M. Viskini Venſlay tunc eiuſdem Nationis Receproris. Et iſte idem eſt forte qui ſequitur.

Henricus de Lingno de Kempen ſeu de Kempis Colonienſis Diœceſis Anglicanæ Nationis Procurator electus, tunc, nempe an. 1357. Philoſophiæ Profeſſor celeberrimus, ſub quo plurimos Candidaros determinaſſe & incepiſſe legimus.

Henricus de Langeſtein, dictus *de Haſſia*, Narione Teutonicus Societatis Sorbonicæ, ingenio præſtans, abundans & diffuſus, adeo vt difficilius ipſi eſſet occurrentia animo repellere quàm noua inuenire, inquit Tritbemius. Pluribus annis docuit in Vniuerſitate Pariſienſi. anno quidem 1363. Philoſophiam profitebatur. Deinde ad Theologiam ſe contulit & an. 1375. licentiarus fuit cum MM. Gombaldo Prædicarore, Ioan. de Aquino Minorita, Michaële Marquer Carmelita, Ioan. de Guiſia, Philippo Haubeze, Arnaldo de Balbona Ciſtercienſi, Raimundo de Bona & Simone Bardel Prædicaroribus, & Alberro de S. George Minorita. temporibus Schiſmatis maximè inclaruit, tum Legationibus quas obijt nomine Vniuerſitatis; tum tractatibus quos edidit; præſertim verò illo quem inſcripſit *Epiſtola pacis*; de quo vide quæ retulimus ad pag. 575 & 681. Tritbemius ex quadam eius Epiſtola conijcit eum fuiſſe Canonicum Eccleſiæ Wormacienſis In Vniuerſitate Pariſienſi primùm, inquit, clar uit, vbi lauream doctorarus promeruit; deinde pro decore nouæ planrationis Vniuerſiratis Viennenſis illò ſe contulit, & tum docendo, tum ſcribendo magnam gloriam ſuæ eruditionis acquiſiuit. Plurima eius opera commemorat

idem Trithemius. Super Sententias lib. 4. In Geneſim & prologum l. 5 De Antichriſto & Schiſmate l. 1. De Eruditione Sacerdotum l. 1. De Anima contemplatiua l. 1. De Contemplatione l. 1. Speculum animæ l. 1. De Horis Canonicis l. 1. Contra Aſtrologos l. 1. Super oratione Dominica l. 1 Super Aue Maria, Super Symbolo Apoſtol. l. 1. De Contemptu mundi l. 1. Contra fratrem Teleſphorum l. 1. Contra quendam Wickfiſtam l. 1. Ad Canonicos Regulares lib. 1. De Proprietate Monachorum lib. 1. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis lib. 1. In Cantica Canticorum lib. 1. Epiſtolarum ad Diuerſos l. 1. Quæſtiones varias, &c. Verum exiſtimo & Trithemium & Bellarminum confundere duos Henricos de Haſſia, eorumque etiam opera. Bellarminus quidem Henricum de Haſſia Cartuſianum fuiſſe commemorat, nec alium ab eo fuiſſe ſubindicat. Malè; fuerunt enim huiuſce nominis duo clariſſimi viri, Prior ſeu Senior, qui ab an. 1360. ad an. 1390. & amplius in Vniuerſitate floruit, proque ea contra Petrum de Luna aliàs Benedictum XIII. ſcripſit. Alter Iunior Profeſſione Cartuſianus, qui ſequente ſeculo magnum quoque nomen indeptus eſt. Florebat autem circa an. 1430. Et hic ſcripſit opera Contemplatiua.

Henricus de Herlem Procurator erat Nationis Anglicanæ an. 1389. nominaturque in quodam Inſtrumento de Licentiandis in Theologia facto. Vide pag. 638.

Henricus de Minda Natione Saxo, celeberrimus ſuo tempore Philoſophiæ Profeſſor. ille Anglicanæ Nationis factus primùm Procurator in octaua Epiphaniæ an. 1347. eidemque bis terque faſces prorogari; quod raro fiebat niſi viris Illuſtribus & ſupra communem ſortem poſitis. Eo Procuratore determinarunt Nicolaus Michaëlis ſub M. Marhia de Suecia, Ioannes de Louanio Hollandinus ſub M. Theodorico de Delf Hollandino, Henricus de Wiſmaria ſub M. Theod. de Foro, Petrus de Briſaco ſub eodem. Robertus de Aſpeten ſub M. Nicol. de Hoëclen. Io. Petri de Dacia ſub M. Laurentio de Dacia. Lud. Quatermarer ſub M. Io. de Weſalia. Eodem Procuratore licentiatus eſt & incepit in Artibus M. Io. de Dacia dictus Lulo & alij.

Henricus Rouſſelli in Artibus & in Decretis diu profeſſus publicè. Rector creatus eſt an. 1385. die 23. Iunij; & eo Rectore Vniuerſitas decreuit aduerſus M. Ioannem Blanchard Cancellarium, propter quaſdam nouitates ab eo attentatas, quæ, vt ait Hemeræus, fœtorem neſcio quem corruptelæ exhalabant, quâ ſe Vniuerſitas læſam eſſe conquerebatur. Decretum retulimus ad annum prædictum p. 605.

Henricus de Vrimaria Auguſtinianus, Natione vt ferunt Teutonicus, inquit Trithemius, vir in ſcripturis ſanctis à pueritia ſtudioſiſſimus, in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, qui multis annis in Gymnaſio Pariſienſi Doctor egregius extitit & celebri doctrina inſignis effulſit. Scripſit ſuper ſententias l. 4. Quod libet l. 1. De decem præceptis l. 1. Flores ex Collatione Patrum l. 24. De perfectione hominis l. 1. De Incarnatione Verbi l. 1. de Quadruplici inſtinctu l. 1. De Exemptione l. 1. Sermones de ſanctis l. 1. in libros Ethicorum l. 10. florebat circa an. 1340.

Hermannus de Monte ſolis, ſiue *de Sunmeberghe*, quod idem eſt ac de Ciuitare Brunſwich, vt ſcribitur in Reg. Nationis Angl. Clericus Hildenſemenſis Diœceſis fuit in Procuratorem prædictæ Nationis electus die 7. April. an. 1354. eique faſces prorogati in alterum menſem; in alterum dico; nam tunc temporis ſingulis menſibus eligebantur Procuratores: is effecit ne Diuites Scholares pauperum priuilegio vterentur, quoad remiſſionem ſeu dilationem ſolutionis burſarum.

Hermannus de Rotomago electus fuit in Rectorem Vniuerſitatis 10. Decemb. an. 1325 & eo Rectore Natio Normanica inſtituit Romanalia, ſeu feſtum S. Romani; quod etiamnum hodie celebrat menſe Octobri. Vide quæ retulimus ad pag. 209.

Hermigus de Dacia electus fuit in Rectorem Vniuerſitatis die 24. Iunij an. 1312. & eo Rectore conſtitutum eſt, ne cui ad Comitia pateret aditus niſi Regenti actu, aut ijs quos Rector ſpeciatim euocaret. Decretum hoc retulimus ad an. prædictum p. 164.

Digitized by Google

Heruæus de Roka Rector fuit electus 24. Iunij anni 1321. quo Rectore damnati ſunt à Ioanne XXII. errores quidam M. Ioannis de Poliaco, & Fr. Nicolaus de Amſſiaco Ordinis Prædicatorum Rectori & Facultati Artium ſatisfecit in Comitijs 9. Septemb. eiuſdem an. apud S. Iulianum habitis. Vide p. 188.

Heruæus Syluen ſeu Sulnen & Sulmen determinauit an. 1365. ſub M. Ioanne de Guercu, ſub quo etiam Petrus de Alliaco; incepit verò in Artibus ſub M. Galerano Pendref, eique gratia facta eſt ad tempus de burſis quæ 7. aſſibus fuerant æſtimatæ. Procurator Nat. Gall. fuit electus 16. Octob. 1368. & ſucceſſorem habuit die 14. Ian. M. Guill. *le Dos.* Fuit electus Rector Vniuerſitatis menſe Martio an. 1376. ſucceſſorem habuit menſe Iunio M. Vlricum de Conſtantia, eiuſdem Nationis Anglicanæ, quæ quidem Natio toto hoc ſeculo longè plures cæteris ſuppeditauit Vniuerſitati Rectores. Idem ad Theologiam ſe contulit, & Socius Nauarricus factus, anno 1382. licentiatus fuit cum M. Guill. Crebron Socio Sorbonico, Nicolao de Valle & Ioanne Ade Prædicatoribus. Interfuit Comitijs an 1389. die 12. April. habitis, in quibus actum de Licentiandis in Theologia occaſione M. Ioannis Breuis-coxæ; quod ſtatutum retulimus p. 637. tum autem videtur fuiſſe Prodecanus Facultatis Theologicæ.

Hugo de Landau Rector Vniuerſitatis electus 10. Octob. an. 1387. vſus eſt opera Ioannis Socij in conſcribendis litteris quas expediebat, vt pag. 172. retulimus.

Hugo Rennoiſye vel *Lenuoiſie* Socius Nauarricus Nat. Gall. Rector Vniuerſitatis fuit electus pen. Martij 1369. & ei Natio 25. Francos mutuo dedit ad ſuſtinendam Rectoriæ dignitatem, quos promiſit ſe redditurum. An. 1379. 13. Aug. recipitur Decanus Eccleſiæ Rotomag. ex gratia Apoſtolica, eratque adhuc Decanus an. 1406. vt patet ex Actis Curiæ Pariſienſis, fuit autem Licentiatus in Artibus, an. 1361. & burſa eius fuit æſtimata 6. aſſibus.

Hugo Sapientis Doctor ſaluberrimæ Facultatis Medicinæ, anno 1338. inſtitutus eſt primus Decanus, vt vocant, *Oneris* ſuæ Facultatis, præter Decanum quem appellant *ætatis*; qua de re diximus ad annum prædictum p. 254.

I.

IOANNES *de Lignerijs* Philoſophus & Aſtronomus omnium ſuo tempore celeberrimus, inquit Trithemius, qui hanc diſciplinam à memoria hominum iam pœne abraſam magnificè inſtaurauit. In Gymnaſio Pariſienſi eruditionis laudes ingentes acquiſiuit, vbi huiuſce Facultatis Cooperatores & Conſocios habuit viros Mathematicæ ſcientiæ doctiſſimos MM. Ioannem de Saxonia, Ioannem (Iulianum) de Muris & Bernardum Philoſophos & Aſtronomos inſignes, qui & ipſi varia opuſcula conſcripſerunt. Hæc Trithemius, qui Ioannis opera hæc ſubdit. Canones Eclypſales l. 1. Canones Tabularum l. 1. de Incenſionibus l. 1. claruit regnante Ludouico Bauaro, & Pontificante Ioanne XXII. circa an. 1330.

Ioannes de Louanio Hollandinus determinauit an. 1348. ſub M. Theodorico de Delf. Holland. vt legitur in Reg. Angl. Nat. Quæſtor erat ſeu Receptor in Anglicana Natione an. 1356. & rationes acceptæ pecuniæ reddidit 28. Martij. Poſtea ſe contulit ad Medicinam, eiuſque fit mentio in Actis 3. Iulij an. 1365. tum Rectore M. Ioanne de Diodena. reperio alium *M. Ioannem de Louanio* Procuratorem domus Sorbonicæ an. 1381.

Ioannes de Loutrarijs licentiatus fuit in Artibus menſe Iunio an. 1377. ſub M. Lamberto de Marchia, tum Procuratore Natio. Gall. M. I. de Domno-Martino. Idem an. 1378. die 23. Septemb. electus in Procuratorem, an. verò 1381. menſe Aprili ſub eo licentiatus eſt in Artibus Ioannes de Gerſonio in aula D. Epiſcopi Pariſienſis.

Ioannes Luqueti de S. Manabilde Catalaunenſis Diœceſis licentiatus fuit in Artibus, apud S. Genouefam in tertia Auditione an. 1374. ſub M. Ioa. de Roncuria. Procurator Nat. Gall. fuit electus die 7. April. an. 1375. & per 3. menſes Munus geſſit, quod tunc erat menſtruum, iterum 19 Nouemb. an. 1380. quo Procuratore *remoti ſunt merelli & fuit deliberatum quod à modo Procurator in quo-*

Digitized by Google

Simon de Maneſlijs Decanus Facultatis Theologicæ ſatisfecit Rectoriæ Dignitati & Artium Facultati; qua de re in Hiſtoria.

Ioannes Morame factus eſt Nationis Gallicanæ Procurator 18. Nouemb. an. 1383. quo tempore M. Nicolaus de Vaudemonte erat Receptor eiuſdem Nationis: iterum 28. Sept. an. 1384. quo Procuratore & M. Ioanne de Marſono Rectore ſtatutum, vt M. Io. de Roncuria abſenti & legato Reipub. cauſa ſuæ Scholæ ſeruarentur. Idem poſtea Rector menſe Decembri an. 1386. quo Rectore Ioannes Abbas San-Genouefianus & Petrus de Alliaco Magnus Magiſter Collegij Nauarrici ſtatuta quædam Collegio de Hubanto ſeu de *Aue Maria* condiderunt, vt dictum eſt in Hiſtoria. Idem licentiatus fuit in Theol. an. 1398. cum Matbæo Reginaldo & quibuſdam alijs.

Ioannes de Morangia Carmelita licentiatos fuit in Theologia an. 1376. cum M. Stephano Eſtaillard, Balduino Agny & alijs quibuſdam.

Ioannes de Monteſono Prædicator licentiatus fuit in Theol. anno 1386. cum Oliuario Maillard & Nicolao de Lingonis Dominicanis. De eo ad an. 1387. & 1388.

Ioannes Pariſienſis cognomento Pungens-Aſinum Profeſſione Dominicanus vir acuti & ſubtilis ingenij errauit circa Tranſſubſtantiationis myſterium: qua de re, vide p. 60. Scripſit in 4. lib. ſentent. & Quodlibeta varia: Præcipuè verò de poteſtate Papali & Regia, Regiamque defendit: de qua ſic habet c. 1. quoad collationem Beneficiorum. *Quod annexum eſt ſpiritualibus officijs per antecedentiam, vt præſentatio vel Collatio ſeu ius conferendi, quia non ſic dependet à ſpirituali ſed è conuerſo, poteſt competere Laico præcipuè, & ex conceſſione Eccleſiæ, vel ex promiſſione, vel ex longa conſuetudine præſcripta poteſt Rex ſibi ius acquirere, cum ſibi non repugnet..... dicta conſuetudo cum non ſit damnoſa in Miniſtris Eccleſiæ, ſed in pluribus fructuoſa, non præiudicat iuri publico in genere, licet videatur præiudicare in ſpecie. Nam licet videatur præiudicare Epiſcopis qui priuantur collatione Beneficiorum, quæ de iure communi eis debetur; tamen Eccleſiæ aliunde ex hoc emolumentum accipiunt præponderans ratione defenſionis & donationis & fundationis. Et ideò non præiudicat ſimpliciter.*

Ioannes Petri Canonicus Aboënſis, Canonicus Eccleſiæ de Sunda in Regno Sueciæ in Rectorem fuit electus, die 23. Iunij an 1366.

Ioannes Piſcis de Vienna factus eſt Nationis Gallicanæ Procorator die 13. Decemb. an. 1381. quo Procuratore interdictum omnibus futuris Procuratoribus ne nomen ſuum in libro Nationis inſcriberent, ſed tantummodo in *Papyro Nationis*, appoſitâ multâ quinque ſolidorum Pariſ. exigendâ ab ijs qui ſecus facerent. Præterea idem Procurator inter expenſas numerat ſeptem ſolidos Pariſ. *Pro copia cuiuſdam appellationis Abbatis S. Genouefæ contra Rectorem & Procuratores.* Idem iterum electus eſt eiuſdem Nat. Procurator die 5. Maij an. 1385. quo Procuratore plurima legimus ſtatuta facta, 1. vt Bedellus & Subbedellus Rectori & futuris Rectoribus in agendis obſequantur. 2. Non eſſe tradendam virgam Bedello nouo abſque ſponſore. 3. Compoſita eſt inter Nationes Gallicanam & Picatdicam concordia poſt litem ortam occaſione Scholarum conductitiarum. 4. Quidam Minorita, qui temerè dixerat Cancellarium eſſe Caput Vniuerſitatis, palinodiam cecinit & ſatisfecit. Hac de re ſic legitur in Reg. Nat. Gall. *Nota quod tempore iſtius Procuratoris accidit quod Quidam Cordiger, Baccalarius formatus in Theologia dixit in quodam Sermone ad Populum in fine ſui ſermonis*, Orate pro Vniuerſitate & pro Cancellario qui eſt Caput Vniuerſitatis. *Poſtmodum per Vniuerſitatem fuit ordinatum quod illud reuocaret dicendo quod ipſe Cancellarius Pariſienſis, nec eſt Caput Vniuerſitatis, nec alicuius Facultatis. Quod & fecit ante D. Cardinalem Laudunenſem & in Sermone ad Populum facto in Palatio Regio die S. Bernardi. Ipſo tamen Cordigero ſe apud Vniuerſitatem excuſante & dicente quod hoc fecerat ex lapſu linguæ, non aduertens quod dicebat. Et in quodam Sermone ad Clerum ſecundum etiam quod Vniuerſitas ordinauit de pœna reſidua vlterius per ſuos Deputatos ordinatur.* 5. Curauit in vſum reduci vetus ſtatutum Nationis Gallicanæ, quo 8. die Ianuarij Bedelli ſuas virgas Procuratori & Nationi ſubmittunt & reddunt, eaſque recipiunt tantummodo ex gratia Nationis. 6. Eo Procuratore Ft. Ioannes de Sauigniaco Bernardita, qui libros

oppigneratos reſtituere renuerat, ob idque à Rectore & 4. Procuratoribus condemnatus fuerat, ab ipſa Vniuerſitate ad quam prouocarat, ſimiliter damnatus eſt. 7. Cum M. Ioannes de Trelon Doctor Theologus Procancellarius S. Genouefæ quædam iniurioſa verba protuliſſet aduerſus M. Petrum de Alliaco, ea recantare aut explicare iuſſus eſt die 8. Iunij.

Ioannes Pocheti de Villaribus fuit electus Procurator Nat. Gall. 21. Octob. an. 1382. geſſitque munus per 3. menſes, 16. Decemb. eiuſdem anni *fuit Intrans ad eligendum Rectorem. Et pro tunc M. Ægidius de aſpero Monte fuit Rector electus in Rectorem Vniuerſitatis.*

Ioannes de Poliaco Doctor Theologus Vniuerſitatis Pariſienſis & Diuini verbi Concionator celeberrimus. In nonnullis tamen reprehenſus eſt à Ioanne XXII. inſtantibus Mendicantibus, quod M. Guillelmi de S. Amore inſtituto & veſtigijs inſiſtens vellet ordines ſuos à ſubſidijs quibus eos deſtinat Pontifex, arceri. Arguebant quoque eum Iacobitæ & Minoritæ, quod ſcripſiſſet & publicè aſſeruiſſet Epiſcopos & Paſtores ſeu Curiones ſuam habere à Chriſto poteſtatem immediatè eiuſque Apoſtolis & Diſcipulis, non à Papa; ac proinde nec poſſe ſuum ius infringi aut minui à Papa circa curam Paſtoralem. Item Conſtitutionem Benedicti XI. *Inter cunctas* quâ Monachorum priuilegia amplificat in detrimentum Paſtorum, non eſſe iuris interpretationem nec declationem, ſed ſubuerſionem. Verum ea pugna non ſtetit Pariſijs, in Anglia quoque & Hibernia certatum acriter de eadem materia, vt ad an. 1358. retulimus.

Ioannes Quadrati licentiatus erat in Theologia an. 1367. & M. Io. Roberti Procuratore Natio Gallicana ei conceſſit ad tempus 20. Francos aureos, quos ſe habere dicebat ex Arca Nationis, datâ tamen cautione de ſoluendo apud Officialem Pariſ. res ſic ſe habet in Reg. *Item præfata die (27. Nouemb) eadem Natio fecit gratiam M. Ioanni Quadrati de non ſoluendo eidem Nationi 20. Francos auri, quos dictus M. Ioan. dicebat ſe habere penes ſe de florenis amotis ab Arca Nationis hinc ad annum, & dedit litteram obligatoriam ſub ſigillo Officialis Pariſ. cuius tenor talis eſt.*
» Anno Domini 1367. die Iouis poſt feſtum Conceptionis B Mariæ Virginis co-
» ram Nobis Officiali Pariſ. perſonaliter conſtitutus ven. & diſcretus vir M. Io.
» Quadrati Licentiatus in Theologia recognouit ſe habuiſſe & recepiſſe à vene-
» rabilibus & diſcretis viris MM. Nationis Gall. Matris ſuæ 20. Francos auri,
» quos 20. Francos auri idem M. Ioannes promiſit ſoluere infra vnum annum à
» data præſentium dictis vener. & diſcretis viris. renunciat, &c. promittit, &c.
» volens quod inde fiat ſuper hoc bona littera obligatoria monitione præmiſſa
» ſi neceſſe fuerit. Datum anno & die prædictis. Hæc eò retulimus vt qualis eſſet eiuſmodi litterarum formula, intelligatur.

Ioannes Pomeranus de Pruſſia die 4. Maij an. 1356. electus eſt Procurator Nat. Angl. & tunc M. Ioannes Ance antiquus Rector *computauit M. Roberto Normano Rectori nouo.* Vniuerſitas appellauit à ſententia Epiſcoporum ob Decimarum impoſitionem, & diſcordia emerſit inter Nationes Anglicanam & Picardicam *pro quodam Baccalario* dubiæ Nationis.

Ioannes de Quercu aliàs *Cailleu* die 26. Aug. an. 1359. fuit electus Procurator Nationis Gall. & munus bimeſtre geſſit; die verò 21. Octob. ſucceſſorem habuit M. Petrum Rollant. Idem an. 1365. 2. Iunij refectus fuit eiuſdem Nationis Procurator: & eo Procuratore terminata eſt quædam cauſa M. Oudardi Billeti, qui à ſententia Nationis appellauerat. Idem an. 1374. Procuratore M. Ioanne Groſſo de Mailliaco in Campania intermiſſas lectiones reſumpſit, & iuramentum præſtari ſolitum præſtitit præſentibus MM. Guidone Guerin & Ioanne de Maruille.

Ioannes Red Scotus menſe Iunio an. 1350. factus eſt Procurator Nationis Angl. quo Procuratore, & Receptore eiuſdem Nat. M. Io. de Veſalia *die 13. Iulij facta congregatione Procuratorum & Receptorum Facultatis Artium per D. Rectorem ad S. Iulianum ſuper computatione ſextarum Burſarum à tempore quo vltimò facta fuerat computatio ſuper eiſdem.* Sextæ autem illæ Burſæ tunc temporis exigebantur ob litem quæ Facultati Artium cum Theologis intercedebat.

Ioannes de Remis electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis menſe Martio an. 1350. cuius extant litteræ receptionis librariorum p. 321.

Ioannes Riemeſtorp Nat. Angl. Procurator electus 21. Nou. an. 1361. Rector Vniuerſitatis quoque fuit, cuius in Hiſtoria meminimus ad an. 1363. fuit autem electus menſe Septembri contra morem *occaſione mortis prædeceſſoris.*

Ioannes Roberti Remenſis Diœceſis determinauit in Artibus an. 1361. apud S. Iulianum abſens electus eſt Procurator Nat. Gall. die 18. Nouemb. an. 1367. geſſitque munus per duos menſes, vt notatur in Reg. eiuſdem Nationis. Eo verò Procuratore *in Vigilia B. Nicolai mouerunt brigam Clientes Militis Excubiarum contra M. Petrum de Zippa & eius Scholares: & ipſe vnà cum Scholaribus ſuis fuerunt ducti per dictos Clientes ad Caſtelletum & ratione huius captionis venerunt ad emendam apud S. Maturinum D. Rectori & dicto Magiſtro ſeptem de dictis Clientibus.* Idem Ioannes Receptor eiuſdem Nationis fuit electus an. 1368.

Ioanes Roncius Doctor Theologus, Collegij Cardinalitij, Orator ad Regem Carolum V. electus ab Vniuerſitate contra Gratias Expectatiuas Clementis VII. & Nundinationes Beneficiorum; de qua diximus ad an. 1380. pag. 583. fortè is eſt Ioannes Ruſti ſeu Ruſci Cardinalitius, qui licentiatus fuit an. 1379. cum MM. Ioanne de Sauengeyo, Io. de Trelon, Io. de Mediolano Carmelita, Stephano de Blemau & Petro de Aquila Minoritis.

Ioannes de Roncuria fuit electus Procurator Nationis Gallicanæ 6. April. an. 1367. & Munus geſſit per duos menſes conſequentes: quo tempore Petrus de Alliaco licentiatus eſt ſub M. Guillelmo Carnificis, & Lambertus de Marchia ſub M. Franciſco de S. Michaële: iterum Procurator electus 19. Nouemb. 1369. & eo Procuratore Vniuerſitatem rexit M. Iacobus Proti vel Perroti de Metis, qui à Natione Gall. mutuò ſumpſit 25. francos, in cuius ſummæ ſecuritatem, *fecit litteram quæ vocatur Niſi, quæ eſt in arca Nationis.* Tertiò Procurator fuit 26. Aug. 1374. *quia nullus alius voluerat Officium acceptare.* Rector fuit Vniuerſitatis electus 11. Octob. an 1373. iterum 10. Octob. an. 1373. eiuſdem fit mentio in celebri Senatuſconſulto inter Abbatem & Cancellarium San. Genoueſianum lato an. 1382. an. 1384. legationem obijt Vniuerſitatis nomine ad Comitem Flandrenſem ob Schiſma, quo tempore cum Scholas haberet, à Natione poſtulauit Ioanues de Marſono tunc Rector, vt ipſi ſeruarentur donec reuerteretur; qua de re ſic legitur in Reg. Nat. Gall. M. Ioan. de Marſono tunc ſupplican- "
te vel requirente pro & nomine M. Ioannis de Roncuria miſſi ad Flandriam ex "
parte Nationis vnà cum alijs Nuncijs Vniuerſitatis, qnatenus Scholæ ſuæ, vi- "
delicet Scholæ inferiores ad *Scutum Franciæ* nulli alteri ordinentur, cum idem "
M. Io. de Roncuria more ſolito in quantum poterat, promiſiſſet in manu præ- "
dicti Procuratoris (Io. Morame) quod immediatè poſt eius regreſſum inten- "
debat bona fide ibi legere. Inſuper quod in caſu in quo ante principium magni "
Ordinarij non reuerteretur de prædicta legatione, quatenus pro & nomine "
prædicti M Io. de Roncuria & non aliàs legeret vſque ad regreſſum ſuum M. "
Io. de Chaminero ab eo ſubſtitutus. Deliberauit Natio prædicta, quod præ- "
dictæ Scholæ quoad proprietatem remanerent dicto M. Ioanni de Roncuria. "
Item quod loco ipſius ibidem legeret dictus M. Ioan. de Chamineto vſque ad "
regreſſum dicti M. Ioan. de Roncuria in caſu quo idem non reuerteretur ante "
principium prædicti Ordinarij. Natione ad hoc mota multis rationibus ibidem "
recitatis. ſub eod. M. Io. de Roncuria determinauit in Artibus an. 1380. Coleſ- "
ſonns de Clamangijs. "

Ioannes de Rotuleto primus Magiſter Grammaticorum Collegij Nauarrici commemoratur in ſtatuto an. 1315.

Ioannes Rouſſelli Henrici Rouſſelli, qui an. 1385. Rector Vniuerſitatis fuit, Nepos, menſe Martio an. 1398. electus eſt eiuſdem Vniuerſitatis Rector, & Synodo 3. Eccleſiæ Gall. in rem Schiſmatis habitæ Pariſijs ſententiam Vniuerſitatis de ſubſtractione totali obedientiæ Benedicto XIII. facienda obtulit munitam ſigillis ſingularum Facultatum & Nationum, communique, quod vulgo *Magnum* appellatur. vid. p. 844.

Ioannes de Salice de Nuceraco ſeu Miteraco electus eſt Rector 15. Decemb. an. 1380. difficillimis temporibus & Schiſmaticis: qui quod ab Vrbano VI. litteras accepiſſet, cui contra Clementem VII. multi Academici fauebant, vix carcerem euitauit. Eo Rectore M. Ioannes Roncius Doctor Theologus,

Vniuerſitatis Orator, quod contra Gratias Expectatiuas Clementis apud Regem oraſſet, in carcerem compactus eſt. Hugo Aubriotus Præpoſitus Pariſienſis fuit quoque, ſed aliâ de cauſâ incarceratus; qua de re Nos in Hiſtoria.

Ioannes de Sapongneio, de Sapongnes, factus eſt Procurator Nat. Gall. menſe Nouembri an. 1375. quo Procuratore Natio vetuit fieri vllas diſtributiones pecuniarias aut potationes fieri ſolitas, donec nouæ Scholæ, quas in platea ſita inter Scholas prædicti de Sapongnes & Scholas Normanorum conſtrui voluit, conſtructæ fuiſſent. Hæc de re in Reg. Nat. Gall. p. 67.

Ioannes de Saxonia M. Alberti de Saxonia frater electus fuit in Rectorem Vniuerſitatis an. 1363. & 19. Kalend. Ianuarias anni prædicti *fecit de Rectoria ſua Compotum apud S. Iulianum; cuius compotus fuit gratanter receptus*, vt legitur in Reg. Anglic. Nat. Idem Ioannes eadem die electus eſt in Examinatorem Determinantium cum MM. Guillelmo Buſer & Marcilio de Inghen, aliàs de Nouio magio. Trithemius quendam commemorat Ioannem de Saxonia Minoritam floruiſſe an. 1340. ſub Ludouico V. Imperat. & ſcripſiſſe Summam de Caſibus, eumque tam in Iure Canonico quàm in Philoſophia Scholaſtica claruiſſe.

Ioannes Scotus, celeberrimus ille Minorita, Doctor ſubtilis cognominatus; qui quia Thomæ Aquinatis Doctrinam in multis impugnauit, initium dedit Sectæ Scotiſtarum Thomiſtis aduerſantium. De eo diximus ad an. 1308. Quamobrem autem & quando fuerit Pariſijs Coloniam euocatus, varij variè ſcribunt. Mathæus quidem Ferchius ſcribit Petrum Paulum de Nouaria Inſubriæ teſtari ſe ex vetuſtis quibuſdam Codicibus didiciſſe hanc ei cauſam fuiſſe migrandi. Nimirum in Conuentu Minoritarum Pariſienſium eodem tempore legiſſe duos viros celeberrimos, primum Regentem Reginaldum Prouincialem; alterum Ioannem Duns. Cum autem Ioannes Scholam haberet frequentiorem, in Sorbonæ Cathedram aſcendiſſe (in quâ reportatâ, inquit Wadinghus, pro illorum temporum conſuetudine dicitur compoſuiſſe) Reginaldum verò, quippe Seniorem moleſtè omnino tuliſſe; occaſione verò data, quod Scabini Colonienſes Academiam Lutetianæ parem erigere optarent, à Patre Generali Ioannem Scotum tanto operi præficiendum curaſſe. Alij verò ob id euocatum exiſtimant, vt quia in diſputando acer & ſubtilis erat, Beguardorum, qui de ordine Apoſtolorum ſe eſſe iactitabant, & in partibus Germaniæ Prædicatores & Minores paſſim pro Hæreticis habebant, confunderet. Alij vt Alberti Magni Diſcipulis Coloniæ pugnam de Conceptione Virginis renouantibus obſiſteret.

Omnes iſtæ cauſæ concurrere eodem tempore potuerunt: ſed vt vt ſit, omnes conſentiunt Ioannem Scotum, cum ſui Generalis litteras accepit, inuentum extra Pariſios, fortè in Prato Clericorum, vbi cum Diſcipulis animi remittendi gratia deambulabat; ſtatimque ijs lectis rectâ Coloniam profectum, nec in Conuentum rediiſſe Pariſienſem: cumque ob id argueretur, dixiſſe fertur, *Pater Generalis Coloniam ire iubet, non in Conuentum ad ſalutandos fratres redire.*

Habuit Pariſijs plures Diſcipulos magni deinde nominis, Ioannem Baſſolium, quo præſente dicebat ſufficiens adeſſe ſibi Auditorium; Antonium Andream Doctorem Dulcifluum nuncupatum, *Franciſcum Mayronium*, cognomento *Doctorem Illuminatum*, Actus Sorbonici Inſtitutorem, de quo ſuo loco diximus; *Aluarum* & alios non inferioris notæ. Pauló verò poſt aduentum ſuum in Conuentum Colonienſem, obijt ipſa die octaua omnium Sanctorum. Quali verò mortis genere, variant Authores. Iacobus Philippus Bergomenſis ait eum apoplexiâ correptum, viuumque tumulatum; quem Scriptorum cohors ſequitur. Trithemius mortem notat, non genus mortis. Bzouius omnium peſſimè, qui viuentem tumulo illatum ait an. 1294. Alij naturali morte, ſed poſt breuem morbum obijſſe ſcribunt; quorum ſententia veriſimilior eſſe videtur; quippe vt ait præclarè Aubertus Myræus, nulla extat Coloniæ memoria in Monaſterij Archiuis, aut Epitaphijs varijs eius tumulo appenſis, nec vllum verbum de violenta morte, quam ei Bergomenſis & Paulus Iouius affingunt. Sepultus eſt autem *ad introitum Sacriſtiæ*, vt ait Trithemius in Chronico Hirſaug. eiuſque memoria plurimis Epitaphijs decorata eſt, inter quæ hoc primum fuit.

Digitized by Google

Clauditur hîc riuus, fons Eccleſiæ, via, viuus
Doctor Iuſtitiæ, ſtudij flos arca Sophiæ.
Ingenio ſcandens, Scripturæque abdita pandens
In teneris annis fuit; ergo memento Ioannis.
Hunc Duns ornatum fac cœlitus eſſe beatum.
Pro Patre tranſlato modulemur pectore grato.
Dux fiat hic Cleri, Clauſtri lux & tuba veri.

Vide plura, ſi lubet, in Annalibus Minorum & apud Trithemium de eius operibus.

Fuit quoque alius eodem tempore *Ioannes Scotus* in Vniuerſitate Pariſienſi Magiſter in Artibus, & vt vocant, Secularis, qui Arti Lullianæ cum alijs plurimis Baccalaureis & Doctoribus in Theologia ſubſcripſit. Fuerunt & alij pariter ſic cognominati ſub an. 1350. vt legitur in Reg. Angl. Nat.

Ioannes Solatij determinauit in Artibus an. 1361. M. Nicolao de Sueſſione Procuratore, Gallicè *Solas*; fuit celeberrimus Philoſophiæ Profeſſor, nec ſemel Procurator factus Gallicanæ Nationis, Baccalarius autem in Theologia expoſuit libros ſententiarum, & intermiſſas aliquandiu lectiones reſumpſit an. 1374. M. Guillelmo *le Dos* tum Procuratore prædictæ Nationis, qui de eo ſic ſcribit; *tempore autem Procuratoriæ reſumpſit lectiones ſuas M. Ioannes Solatij qui tunc legebat librum ſententiarum M. Petri Lombardi in S. Victore, & iurauit dictus M. Ioannes Solatij, quod huiuſmodi reſumptionem non faciebat ad fraudem*, pro more ſcilicet, nam quando quis reſumebat lectiones, de nouo iurare ſolebat. Florebat adhuc an 1385 & de eo ſcribit M. Ioannes Piſcis fuiſſe hominem *ſemper ſingularem vel ſaltem in pluribus*, & raro cum alijs Magiſtris conueniſſe.

Ioannes de Stralen electus fuit Rector Vniuerſitatis 23. Iunij an. 1379. quo Rectore Vniuerſitas poſt multas dilationes tandem declarauit ſe Clementis partibus adhæſuram: quam in rem extat Inſtrumentem 22. Maij confectum; quod vide ad p. 566. & ſequent.

Ioannes de Tela Decretorum Doctor florebat initio huius ſeculi, an. 1302. interfuit Comitijs Vniuerſitatis habitis apud Mathurinenſes ad audiendum Iuramenta Stationariorum & Librariorum: an. 1308. Capellaniam S. Andreæ de Arcubus perpetuis reditibus dotauit; quam in rem retulimus inſtrumentum eodem anno conditum, ad p. 115.

Ioannes Tonſor Decanus Facultatis Decretorum anno 1365. ſatisfecit Rectori & Artium Facultati ob verba quædam temerè prolata, tum Rectore Vniuerſitatis M. Machario Magno Roſkildenſis Eccleſiæ Canonico.

Ioannes de Trelon de Malincuria fuit Rector electus 16. Septemb. an. 1366. quo Rectore quæ geſta fuerint in Vniuerſitate, conſule p. 394. tunc Nationis Gall. Receptor erat M. Dionyſius Flatonis; & hi Procuratores ſibi in munere Procuratorio ſucceſſerunt, Ioannes Caillaudi, Ioannes le Fruglois & Ioannes Solatij; in Philoſophiæ Profeſſione clarebant Guill. de Marchia, Ioan. de Platea, Guill. Carnificis, Io. de Quercu, Simon Freron, Nicolaus de Sueſſione & alij plurimi. Iſte autem Ioannes de Trelon facto ad Theologiam gradu Doctoralem Lauream conſecutus eſt, fuitque Procancellarius San-Genoueſianus; qui cum verba quædam iniurioſa M. Petro de Alliaco protuliſſet; *nempe ſe malè ab eo habitum, nec mirum, cum & ipſe Summatibus obloqui ſoleret*, apud Facultatem Artium accuſatus, & verba iſta *de Summatibus* ſeu vt dicebat *de Maioribus Mundi*, quæ contra ſummum Pontificem & Regem intorqueri poterant, interpretari iuſſus dixit ſe illa intelligere de Decano Theologicæ Facultatis & Cancellario, quibus incumbit ſumma myſteria explicare, fideique Doctrinam animis inculcare. Res ſic ſe habet in Reg. Gallic. Nationis ad an. 1385. *Notandum quod die 8. Iunij anno prædicto M. Ioannes de Trelon Magiſter in Artibus & Theologia & Subcancellarius S. Genoueſæ quædam verba primâ facie iniuriam ſonantia, dicta aliàs M. Petro de Alliaco in quadam Congregatione Facultatis Artium,*

videlicet, quod non erat mirum ſi de ſe Ioanne diceret ioiurias, quia de Maioribus *mundi obloquutus eſt; expoſuit in prædicta Facultate apud S. Iulianum vocata ex deliberatione & ordinatione Deputatorum ad hoc ordinatorum, dicenſque, vt quædam alia verba per eundem M. Ioannem prolata ſonabant, dictum verbum intelligebat de Maioribus mundi, id. de Decano Theologiæ & Cancellario Pariſienſi quos intelligebat eſſe Maiores mundi; de quibus idem M. Ioannes dicebat, quod ſecundum videre ſuum, ſiue bene, ſiue falsè idem M. Petrus aliàs obloquutus eſt; ideirco ſi in hoc aliqualiter offenderat dictum M. Petrum, petebat ab eo veniam, bene dixit quod iſta verba non intellexit de Papa vel Rege, ſed de Theologis, quorum officium eſt, vt dicebat, fidem gignere in cordibus hominum & genitam defenſare; ex quo officio, cum ſit magnum, concludebat propoſitum ſuum; quamuis non eſſent Maiores mundi autoritatiuè vel poteſtatiuè. Præſentes fuerunt Ægidius de Campis, Io. de Marſono & ferè ſex viginti Magiſtri.*

Ioannes W*aquelot* Rector Voiuerſitatis electus fuit 24. Iunij an. 1382. quo Rectore latum eſt Senatuſconſultum inter Abbatem & Cancellarium San-Genoueſiaoum, de quo nos p. 587. Huic Rectori ſcribit M. Nicol. Mahueti Procurator Nat. Gall. ſe dediſſe 41. ſol. pro Nuncijs Legatis. *Item M. Ioan.* W*aquelot pro tunc Rectori Vniuerſ. pro Nuncijs Legatis 41. ſol.*

Ioannes W*alſgram* Aoglus Carmelita Doctor Pariſienſis, de quo vide Trith. in lib. de Scriptoribus Eccleſ. In Gymnaſio Pariſienſi, inquit, Magiſtrali infalâ decoratus legendo & diſputanda celebertimus effulſit. Scripſit ſuper ſent. l. 4. Quæſtiooum variarum l. 1. & aliæ Quædam.

Ioannes de W*arnergrua* Socius erat Sorbonicus an. 1331. cum pecunia quædam multatitia Ioanois *le Forbeur* Pauperibus Scholaribus de Sorbona iuſſu Papæ Ioaonis addicta eſt, an. 1341. regebat in Theologia, & nominatur in Inſtrumento, quo M. Simoo de Maueſlijs Decanus Facultatis Theologicæ Rectori & Facultati Artium ſatisfacit. vide p. 267.

Ioannes de Veneta fuit electus in Rectorem menſe Martio an. 1341. & eo Rectore ſtatutum factum eſt de Bejauoio & Bejauois, quod vide ad p. 266.

Ioannes Verderelli Pariſienſis qui licentiatus fuerat & inceperat io Artibus ſub M. Simone Freron nepote, Natioois Gall. Procurator factus eſt die 23. Sept. an. 1372. & poſt menſem ſucceſſorem habuit M. Petrum de Alliaco Tribus Remenſis.

Ioannes de W*eſalia* ioſignis Philoſophiæ Profeſſor Anglicanæ Nationis florebat an. 1340. Rector fuit Vniuerſitatis electus menſe Decemb. ao. 1347. Fratrem habuit Hermannum de Weſalia, cuius determinationi in Artibus præſedit an. 1349.

Ioannes de Villa-Roſæ videtur fuiſſe Decaous Facultatis Iuris Canonici an. 1325. nominatur enim in inſtrumeoto confecto eo anno ad determinandum de ratione coofereodorum Beneficiorum Voiuerſitaris.

Ioannes de Villaribus, ſeu Villarijs, vulgo *de Villars*, diu claruit io Artium profeſſione ab anno 1380. & florebat adhuc an. 1393. poſtea ſe ad Theologiam cootulit, in eaque licentiatus fuit ao. 1395. cum Adamo Carnificis, Petro Fleurye, & Flamiogo *de Martroy*.

Ioannes Voignon ſubdeterminauit in Artibus an. 1373. Fuit electus Procurator Nationis Gallicaoæ die 13. menſis Martij an. 1382. Rector Vniuerſitatis, 16. Decemb. 1383. quo Rectore & Procuratore Nat. Gall. M. Ioanoe Morame Arca Nat. eiuſdem quæ ſolebat ſeruari apud S. Bernardum, tranſlata eſt ad Collegium Nauarricum ex deliberatione 7. Ianu. iuxta quam etiam ſtatutum vt deioceps Miſſæ & Veſperæ in æde Nau. celebrarentur; hioc conuentum cum Magiſtris Domus Nauar. & confectum Inſtrumentum per Io. Couſtelli Notarium publicum. cauſa transferendæ arcæ, hæc fuit vt legitur in Reg. quia 3. Ian. de nocte fures Quidam conatifuerant ſeras effriogere quinque Tribuum, irrito quidem conatu: ſed ne occaſio relinqueretur, tranſlata primum in ædes M. Petri de Seneleyo, deinde 30. Iao. in Capellam Nauarr. Idem Voignoo poſtea ſe contulit ad Medicinam, & Faculratis Saluberrimæ Decanus fuit electus an. 1394. cui 6. Nouemb. an. 1395. ſucceſſit in Decanatu M. Petrus de Vallibus Bituricenſis Diœceſis, actu Regens io eadem Facultate. Et iſti M. Ioannes de

Marla

Digitized by Google

Marla an. 1396. & Ioanni M. Guill. de Camera an. 1398. & Guillelmo Iacobus Sacqueeſpée Atrebatenſis an. 1399.

De Ioanne I. Rege & Ioanne XXII. Pontifice, quorum extant Priuilegia in Hiſtoria, ſatis dictum.

Iodocus Ghyſius Caocellarius San-Genouefianus an. 1380. ab Abbate ſuo iuſſus eſt ejurare Munus, eo quod Ghyſius ſeu Ghiſilius Vrbano contra Abbatem adhæſiſſet; res hæc cauſa turbarum fuit in Vniuerſitate de qua ad annum 1382.

Ioſfridus de Miricuria Rector Vniuerſitatis an. 1359. quem ſcribit M. Ioan. Ance Receptor Nat. Gall. habuiſſe Burſas Gaufridi Pauuerti de determinatione & Inceptione, à Natione ſibi datas *pro labore & onere Rectoriæ ſuæ*. Eidem ſcribit ſe dediſſe 14. Octob. vnum *Regalem pro Facultate* Artium.

Iulianus de Muris menſe Decemb. an. 1350. electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis.

L.

LAMBERTVS *de Marchia* inſignis Philoſophiæ Profeſſor, qui inceperat in Artibus ſub M. Ioan. de S. Michaële, fuit electus in Procuratorem Nationis Gallicanæ 18. Nouemb. an. 1368. apud S. Nicolaum de Carduneto: iterum verò menſe Aug. an. 1370. quo tempore Rector erat Vniuerſitaris M. Gerardus de Manillis. Rector fuit electus menſe Decemb. an. 1370. & eo Rectore M. Ioannes *le Dos* Tribus Turon. Procurator Nat. Gall. fuit electus die 13. Ianu. eiuſdem anni.

Laurentius de Dacia florebat in Artium Profeſſione an. 1347. ſub quo licentiatus eſt & incepit M. Michaël de Dacia; florebant verò MM. Theodoricus de Foro tunc Receptor Nationis, Ioan. de Weſalia, Walterus de Verdelay & alij inſignes Anglicanæ Nationis Magiſtri, quæ hoc ſeculo plures Rectores Vniuerſitati dedit quàm vlla cæterarum.

Laurentius Quillet Sueſſionenſis Procurator Nationis Gall. electus eſt die 21. Octob. 1376. regebat adhuc in Philoſophia ao. 1385.

Laurentius de Suecia pluribus annis Philoſophiam & alias Artes liberales cum laude docuit, & plures quoque Anglicanæ Nationis Procurator fuit; quo Procuratore an. 1348. M. Ioannes Thomé in Portitorem Rotuli fuit delectus, loco M. Gotfridi Parchini ſeu Parchuim, qui propter quædam impedimenta onus iſtud à ſe deprecatus fuerat.

Laurentius Thurgoti de Dacia die Mercurij ante feſtum B. Thomæ an. 1355. electus eſt in Procuratorem Nationis Anglicanæ *& expoſuit vnum florenum pro principio Magiſterij & alium florenum pro Procuratoria*.

Lucas de Riuo florebat an. 1370. Procurator Gall Nat. electus fuit 10. Martij an. 1373. quo Procuratore licentiati ſunt in Artibus DD. Stephanus de Tullo, « Lauſonnus Gardini, Alanus Leuis apud S. Genouefam; apud B. M. Ioan. Re- « gnerij & Io. Ricordiau; die verò 25. Martij, fuit facta ſolutio de quibuſdam « Scholis exiſtentibus in vico ſtraminis emptis à Natione à Ioaone de Trecis & « à Io. dicto Maoglout pretio quatuor-viginti & decem octo francorum, de qui- « bus tradidit Receptor, ſcilicet M. Io. *le Dos* quatuor-vigioti francos, & de alijs « ſeptem (decem) & octo ipſe & D. Iacobus de Pauellione voluerunt reſpondere « ad ſoluendum eis infra feſtum B. Ioan Baptiſtæ proximò futurum. Et fuit hoc « actum & factum in Carmelitis præſentibus Decanis Nationis, Procuratore & « Receptore. Et erant Decani iſti qui ſequuntur, M. Nicol. de Sueſſione, M. « Io. Male-aperti, M. Guill. *le Dos*, M. Petrus de Luca & præſentibus multis « alijs quos nimis longum eſt enarrare. Idem eiuſdem Nationis Receptor erat « an. 1385. «

Ludouicus de Nanceio licentiatus eſt in Artibus ſub M. Franciſco de ſancto Michaële an. 1372. menſe Maïo, tum Procuratore Nat. Gall. M. Dominico Ducis Tullenſis Diœceſis, quo Procuratore licentiati quoque ſunt Ioannes Beguini Remenſis ſub M. Io. de Bellomonte, Simon Cardoreti Trecorenſ. ſub M. Guill. *le Dos*, Oliuerius le Fruglays Brioceníis ſub eodem, Reginaldus Freron Remenſis, ſub M. Simone Freron, Stephanus Scoti Pariſienſis, ſub M. Fran. de S. Michaële. Idem Ludouicus electus eſt Procurator Natio. Gallic.

Digitized by Google

10. Ian. & 10. Feb. & 10. Martij an. 1377. idem reelectus; quo tempore determinarunt in Artibus Ioan. Colandi, ſub M. Petro de Metis, Io. de Piſis, ſub M. Io. de Sapongnia, Thomas Marqueti, Io. de Montehermeri, ſub eodem, Io. Fabri, ſub M. Nicol. de Vaudemonte, Io. Figuli ſub M. Lamberto de Marchia, Io. de Fago ſub M. Dominico Parui, &c. Idem an. 1384. die 28. Septemb. M. Io. Morame Procuratore ſupplicauit, *quatenus Scholæ ſuæ pro nunc alteri non ordinarentur donec deliberatus eſſet an regeret vel non. Placebat tamen ſibi ne Natio damnificaretur quatenus in prædictis Scholis legeret alius Magiſter de Natione donec ſibi placeret legere; quam ſupplicationem conceſſit Natio cum iſto adiuncto, quod infra feſtum Natiuitatis Domini ſe determinaret, & in caſu in quo non eſſet tunc in propoſito regendi, Natio ordinaret de prædictis Scholis, ſicut ſibi expedire videretur & tempore pendente legeret ibi vnus alius ſecundum ordinem antiquitatis.*

M.

Macharius *Magni* de Dacia, Ludenſis & Roſkildenſis Eccleſiæ Canonicus d e 14. Martij an. 1365. Rector fuit renunciatus: quo Rectore M. Ioannes Tonſor Decanus Facultatis Iuris Canonici ortâ quadam difficultate de Iudicio 4 Procuratorum non ſatis circunſpectè locutus, deprecante Facultate & verba eius interpretante reſtitutus eſt in integrum; quo tempore florebant MM. Guill. de Marchia, Ioan. de Quercu, Oudardus Billeti, Ioan. de Aſſiaco, Io. Fillaſtre, Iacobus de Metis, Io. de Platea, Guill. Carnificis, Gerardus de Alneto, Dionyſius Flatonis & alij percelebres Magiſtri.

Malcolmus de Dimbrek Scotus Artium Profeſſor celeberrimus electus eſt in Procuratorem Nat. Anglic. an. 1350. die Veneris poſt feſtum SS. Tiburtini & Valeriani; eoque Procuratore M. Theodoricus de Alcmaria tunc eiuſdem Nat. Receptor rationes reddit acceptarum Burſarum, *Rectoris*, *Luminaris*, *B. Virginis*, *Bedellorum & Scholarum.* Inceperunt verò in Artibus DD. Ioannes Red Scotus, qui paulo poſt fuit etiam eiuſdem Nat. Procurator, ſub M. Waltero de Vardelay, Recoldus de Haſtal, ſub M. de Veſalia, & Gerardus Wyld de Buſco Ducis licentiatus, ſub M. Theodorico de Alcmaria.

Marcilius de Inghen, aliàs de Nouimagio Colon. Diœc. Anglicanæ Nationis, ab an. 1362. maximè inclaruit tum Artium liberalium & Philoſophiæ profeſſione, tum varijs legationibus quas obijt nomine Vniuerſitatis. In Reg. Angl. Nat. commemoratur ad an. 1362. quo regere incepit cum alijs Magiſtris Michaële de Pruſſia, Theod. d'Oy, Will. d'Wic, Ioan. Holcman, Ioan. de Suecia, Ille tempore vacationum an. 1363. ſubſtitutus eſt M. Ioanni Scalpi Procuratori prædictæ Nationis die 25. Iunij. Rector fuit electus an. 1367. iterum an. 1371. ſub initia Schiſmatis Romam ad Vrbanum ab Vniuerſitate miſſus eſt, eiuſque litteras ad ipſam de ſtatu Eccleſiæ retulimus pag. 466. Hunc ait Trithemius *de Gymnaſio Pariſienſi fuiſſe euocatum Heidelbergam pro Vniuerſitatis initio.* Primus enim ille Heildelbergenſem Vniuerſitatem inſtar Pariſienſis plantauit, quam Dux Bauariæ ac Rheni Palatinus Comes Robertus inſtituens magnificè poſtea dotauit; Vrbanus verò VI. Pariſienſi Priuilegijs æquauit. Edidit non ſpernenda opuſcula, inquit Trithemius, è quibus in Bibliotheca Heidelbergenſi manu propria ſcripta extitiſſe adhuc ſuo tempore teſtatur, Quæſtiones ſententiarum lib. 4. Dialecticam Notabilem l. 1. Commentariorum in Ariſtotelem libros plures. Et quædam alia. Obijt 13. Kalend. Septemb. an. 1394. & Heidelbergæ ſepultus eſt in Eccleſia S. Petri. Eundem Wemphelingus ait fuiſſe Canonicum & Theſaurarium Eccleſiæ S. Andreæ Colonienſis.

Marcilius de Padua Rector erat Vniuerſitatis an. 1312. quo Rectore factum eſt decretum de ſigillatione litterarum, ne ſcilicet vllæ magno ſigillo & communi ſigillarentur, quæ non ante fuiſſent viſæ & approbatæ; qua de re ad pag. 163. Poſtea ſe contulit ad Theologiam, & orto inter Ioannem XXII. & Ludouicum Bauarum diſſidio, Ludouici partes amplexus eſt, & pro eo librum compoſuit, quem inſcripſit, *Defenſor Pacis.* in quo multa complectitur de iuribus Imperatoris, aduerſus Iura Eccleſiaſtica. In eo docet controuerſias

de Religione non Papæ, ſed Concilij autoritate eſſe dirimendas; Papam debere ſubditum eſſe Magiſtrantibus, vtriuſque gladij poteſtatem vanam eſſe, Coniugium Sacerdotibus piè concedi poſſe. damnatus eſt ab ipſo Ioanne; qua de re in Extrauag. damnati quoque eius errores & Ioannis de Ianduno ab Academia Pariſienſi, vt retulimus in Hiſtoria.

Marcuardus Scotus Rector electus 10. Octob. an. 1350. Ioannem I. Regem è ſacris Remenſibus Pariſios reuerſum cum Academia Pariſienſi excepit; quæ eo Rectore facta ſint, retulimus fol. 320.

Marinus de Marigniaco primus Prouiſor Collegij Harcuriani obtinet, vt ſacra celebrentur in oratorio ſeu Capella dicti Collegij vide fol. 162. Idem Canonicus fuit Eccleſiæ S. Honorati Pariſ. & Prouiſor ſeu Gubernator Collegij Bonorum Puerorum ad Portam S. Victoris. vide p. 228.

Martinus de Ripa Canonicus Pariſienſis initio diſſidij Bonifaciani adhærere viſus eſt Pontifici; deinde ſubſcripſit cum Proceribus Eccleſiæ Gall. & Academia Pariſienſi, appellationi ad futurum Concilium. Vide quæ ſcripſimus ad pag. 52.

Mathæus de Cracouia Epiſcopus Wormacienſis primùm Pragæ, deinde Pariſijs Theologicæ Scholæ Præſidens (Decanus) conſtitutus magnam legendo ſcribendoque gloriam inter Doctores obtinuit, inquit Trithemius; obijt an. 1309. die 5. Martij & Wormaciæ ſepultus eſt.

Mathæus de Herſmo Rector Vniuerſitatis electus 16. Decemb. an. 1371. de cuius geſtis vide pag. 436. eadem die fuit electus M. Ioannes Solatij Meldenſis in Procuratorem Nationis Gall. M. Ioannes Roberti Quæſtor ſeu Receptor eiuſdem. florebant MM. Ioannes *Munier*, Guill. Theuenardi, Oudardus Billeti, Richardus Huoti, Petrus de Luca, qui & Rector quoque Academiæ fuit.

Mathurinus de Longolio ſub finem ſeculi floruit in Artibus & in Theolog. ab Artium Facultate legatus trajecit in Angliam ad Vniuerſ. Oxon. cum alijs. Vide pag. 751. In Theologia licentiatus fuit an. 1397. cum M. Ioanne Fioti.

Michaël de Creneyo (de Crenay) Socius Nauarricus an 1366. menſe Feb. determinauit in Artibus ſub M. Io. de Quercu. & licentiatus in 1. auditione S. Genouefæ, ſub M. Io. de Chauengijs menſe Feb. an. 1366. Die 1. Iunij an. 1368. electus eſt Procurator Nationis Gall. idem Artiſtarum eiuſdem Collegij Primarius intereſt dedicationi Capellæ an. 1373. cum M. Guidone Guerin Grammaticorum Primario & M. Simone Freron Magno Magiſtro. Idem aſſumptus fuit in Pædagogum ſeu Præceptorem Caroli Delphini an. 1378. cui in Regem inuncto poſtea fuit ab Eleemoſynis an. 1385. vt legitur in Chartis Cameræ Computorum. An. 1390. ad Epiſcopatum Autiſſiodorenſem promotus; obijt an. 1409. eius meminit Nicol. de Clemangijs in lib. de feſtiuitatibus nouis non inſtituendis.

Michaël de Dacia Anglicanæ Nationis incepit in Artibus ſub M. Laurentio Daco, Procurator factus die S. Mauricij an. 1347. quo Procuratore lis exarſit inter Theologos & Facultatem Artium. Sæpè eiuſdem Michaëlis mentio fit in Reg. prædictæ Nationis; ſucceſſorem habuit M. Henricum de OS.

Michaël wichou dictus de Pruſſia, factus Angl. Nationis Procurator die 18. Nouemb. an. 1363. hæc ſcribit de feſto S. Edmundi deque eius Craſtino. die Martis poſt feſtum S. Catharinæ, factâ congregatione Facultatis decretum fuit *quatenus de cætero in futurum præfatum feſtum Nationis Anglicanæ cum Craſtino inuiolabiliter deberet celebrari.* Idem die 22. Septemb. anno 1364. refectus fuit Procurator, cuius tempore Robertus de Bell' & Ioan. de Cornel Scoti inceperunt ſub M. Ioanne de Saxonia.

Milo de Dormano Epiſcopus Beluacenſis an. 1375. factus, Ioannis de Dormano eiuſdem Eccleſiæ paulo ante Præſulis (obijt enim an. 1373.) nepos, Cancellarius Franciæ, de ſuo etiam contribuit plurimum ad fundationem & dotationem Collegij de Dormano aliàs Beluacenſis, quod Patruus inſtituerat. De Ioanne diximus pag. 429. Milo an. 1387. obijt Lutetiæ & jacet in Sacello prædicti Collegij.

Digitized by Google

N.

NICASIVS *de Morancuria* florebat in Artium Profeſſione an. 1375. electus eſt Procurator Nat. Gall. an. 1378. die 5. Maij, quo tempore M. Petrus Fortet incepit in Artibus, ſub M. Io. de Roncuria & Philippus de Crenello, ſub M. Laurentio. Quillet.

Nicolaus de Alexandria Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Doctor Pariſienſis à Philippo Valeſio ad Caſtellum Vicennarum aduocatus ad dicendam de viſione Beatifica ſententiam, cum M. Nicolao Boneto Ord. FF. Minorum & Durando de Auriliaco Ord. FF. Prædicatorum & alijs Doctoribus Regularibus & ſecularibus.

Nicolaus de Clamangijs Petri de Clamangijs nepos licentiatus fuit in Artibus an. 1380. menſe Aprili, ſub M. Io. de Roncuria, & ſub eodem incepit an. 1381. menſe Maïo; de eo plura in ſequenti ſeculo.

Nicolaus de Cuſſangeyo Clericus Lingonenſis Diœceſis electus eſt in Procuratorem Nationis Gallicanæ die Lunæ ante tranſlationem B. Nicolai an. 1371. ex ijs autem quæ ſcribit prædictus Procurator, intelligimus Nationem Gallicanam ſua ſacra celebrare ſolitam illis temporibus apud S. Nicolaum de Carduneto; ſic enim ille. *Inſuper deliberauit Natio concorditer quod Curatus de S. Nicolao qui celebrauit Miſſas pro Natione & Veſperas diebus Venerinis & Sabbatinis, quando D. Ioannes (Capellanus) fuit abſens in Curia Rom. Bedellus deſtinatus anno præfato à Facultate Artium & Vniuerſitate pro Rotulo, condignè pro rata temporis perſolueretur, ſecundum quod meruit.... Hi fuerunt Magiſtri præſentes, M. Petrus de Salanayo tunc Rector, M. Ioan. Roberti tunc dictæ Nationis Receptor, M. Lambertus de Marchia, M. Io. de Roncuria, M. Franc. de ſancto Michaële, M. Michaël de Creneyo, M. Io. de Marſono, M. Io.* le Dos *& plures alij in S. Mathurino.* Idem 21. Oct. an. 1373. refectus Procurator. & 10. Octob. 1374. Rector electus Vniuerſitatis; cui Natio Gall. dedit 12. francos, vt legitur in Reg.

Nicolaus Faron Doctor Theologus, Canonicus Pariſ. Magnus Magiſter Collegij Nauarrici poſt M. Nicolaum Oreſmum, an. circiter 1360. cui ſucceſſit M. Simon Freron eiuſdem quoque Domus alumnus & Doctor celeberrimus.

Nicolaus de Lyra ex Iudæorum genere, inter Rabbinos in litteris Hebraïcis ab ipſa pueritia nutritus, illud idioma ad vnguem nouit; vt frequentare cœpit Scholas publicas audiuitque ſacras Minoritarum conciones, intellexit in Gente Iudaïca meram eſſe inſaniam & cœcitatem. Igitur ad fidem conuerſus Franciſcanæ familiæ nomen dedit apud Vernolium. Oxonij & Pariſijs Iudæorum Doctrinam quâ fuerat imbutus & lactatus, acerrimè confutauit. Infinita prope opera compoſuit & Commentaria in totam ſcripturam ſacram, quorum plurima enumerat Trithemius lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Claruit ſub Ioanne XXII. & Pariſijs obijt, cum Danielem exponeret an. 1340. die 23. Octob. iacet apud Franciſcanos & è regione tumuli muro affixa eſt tabella marmorea, in qua verſus ſeqnentes aureis litteris inſculpti leguntur.

Ne me me ignores properans dum plurima luſtras,
Quis ſum ex his noſces, quæ pede buſta teris,
Lyra breuis vicus, Normana in Gente celebris,
Prima mihi vitæ ianua morſque fuit.
Nulla diu mundi tenuit veſania natum.
Protinus euaſi Religione Minor.
Verniolum admiſit currentem ad ſacra Tironem
Et Chriſti docuit me domitare iugo.
Vt tamen ad mores legis Doctrina beatos
Addita planaret ſimplicitatis iter,
Artibus ipſe pijs & Chriſti dogmate fretus
Pariſij excepi ſacra Magiſterij.

Et mox quæque vetus, & quæque recentior affert
Pagina, Chriſticolis ſplendidiora dedi.
Littera nempe nimis, quæ quondam obſcura iacebat,
Omnes per partes Clara labore meo eſt.
Et quos ſæpe locos occidens littera tradit,
Hos typicè humanis actibus exhibui.
Extat in Hebræos ſanctiſſima condita turri,
Noſtrum opus haud vllis comminuenda Petris.
Inſuper & noſtri releguntur ſæpe libelli
Quos in ſenſa Petri quatuor arte tuli.
Eſt quoque Quodlibetis non irrita gloria noſtris,
In qua tu iuſtus Arbiter eſſe potes.
Non tulit hæc vltra vitam perferre merendo,
Omnipotens Dominus, quo ſumus & morimur.
A Cruce tu cuius numeres ſi mille trecentos.
Adiungens vnà quatuor & decades,
Illo me rapuit mors omnibus æmula ſæclo,
Cum micat Octobris terna vigena dies.
Iam tu quò tendis Nicolai illectus amore?
Quo Doctore tibi lex reſerata patet.

Nicolaus Mahuet de Nouauilla apud Pontem, al. Nicol. Mahueti de Ponte electus eſt in Procuratorem Nat. Gall. 2. Iunij an. 1382. eique munus prorogatum eſt toto tempore vacationum ad 21. Octob. quo die ſucceſſit in Procuratorio munere M. Io. Pocheti de Villaribus. Eo autem Procuratore plurimi determinarunt, Licentiati ſunt & inceperunt in Artibus. Et inter alios iſti inceperunt Ioan. de Vionio, ſub M. Io. *de Villars*, Iacob de centum nucibus, ſub M. Dominico Parui, Thomas de Bouruilla ſub M. Nicol. de Morancuria, Io. Boni ſub M. Stephano Felicis, Ioan. de Yuodio, ſub M. Henrico Chicoti, Io. de Vallibus ſub M. N. de Vaudemonte.

Nicolaus Oreſmius Socius Nauarricus, eximius Theologus, an. 1355. factus Collegij Nauarrici Archididaſcalus, S. Capellæ Pariſienſis Canonicus, Decanus Eccleſiæ Rotomag. an. 1360. Caroli Delphini Præceptor, cuius iuſſu, poſtquam Rex inauguratus eſt huius nominis V. multa opera Latina Verſione Gallicâ donauit. Imprimis verò Ethica Ariſtotelis cum adhuc eſſet Decanus Rotomag. an. 1370. in Prologo autem ſic habet. *Qui Morales libri Ariſtotelis ſermone Græco primùm fuere conditi, quoſque Latinos habemus, non eſt cuiuſlibet intelligere, placuit Regi boni publici ergo Gallicis auribus donari, vt & ille, & à Conſilijs Principes poſſint celerius penitiuſque intelligere, quamobrem palam eſt Regem noſtrum Carolum meritò vocandum Carolum Magnum in Sapientia.* Ob verſionem autem iſtam video eidem Oreſmio attributos 100. francos ex litteris eiuſdem Regis datis 10. Decemb. 1371. inſertis in 4. Carthophylacio Cameræ, & ad marginem hæc habentur verba, *dictus M. Nicolaus habuit alios denarios prædicta cauſa prout in compoto præcedenti videtur*, fol. 88. Eadem verſione donauit Politica & Oeconomica; ob idque idem Carolus illum penſione annua muneratum voluit, vt ex eius litteris datis 5. Feb. an. 1372. patet, quæ ſeruantur in Carthophylacio Cameræ Comp. Idem compoſuit opus de communicatione Idiomatum. Item Tractatum contra Aſtrologos Iudiciarios. Demum ex Decano Rotomag. factus Lexouienſis Epiſcopus, an. 1377. an. 1382. vitam cum morte commutauit, & iacet in Cathedrali ad portam ſiniſtram Chori.

Nicolaus de Sueſſione Nationis Gallicanæ Procurator electus 14. Ian. an. 1369. quo munere defunctus ſtatim nempe 8. Feb. eiuſdem anni factus eſt Receptor Communis eiuſdem Nationis, & die Lunæ poſt Quaſimodo an. 1370. rationes acceptæ & expenſæ pecuniæ reddidit. Ex ipſius autem rationibus patet totum

ærarium Nationis Gall. eatenus fuiſſe ex obuentionibus fortuitis & burſis Determinantium, Subdeterminantium, Licentiandorum & Incipientium. Eo anno Petrus de Clamangijs Socius Nauarricus, Nicolai Patruus Licentiatus eſt in Artibus in prima auditione S. Genouefæ, ſub M. Ioanne de Roncuria, & M. Hugo de Lenuoiſie vel Renuoiſie Nauarricus Rector Vniuerſitatis iuſſu Nationis prædictæ accepit ab ipſo Receptore 25. francos.

Nicolaus Ioannes de Suecia Diœceſis Vpſalenſis electus fuit Procurator Nat. Angl. die 26. Aug. an. 1357. cuius temporibus lis exarſit inter Picardos & Anglos de finibus, & ille *iurauit coram Deputatis Vniuerſitatis de veritate dicta coram Tabellionibus ad poſitiones Picardorum*, cum verò coactus fuiſſet Aureliam ire, ſubſtituit M. Temonem Iudæi, & die 18. Septemb. reuerſus Nationem ſuam congregauit ad deliberandum de Burſis Guill. Buſer, de cuius patria dubitabatur, an ad Picardos an ad Anglos pertineret.

Nicolaus Triuetus Anglus Dominicanus Oxonij Doctor factus Lutetiam venit, vbi etiam claruit non modò in Theologicis, ſed in humanioribus quoque litteris, quarum veteres Autores Scholijs & Commentarijs egregiè illuſtrauit, vt declamationes Senecæ, Boëtium de Conſolatione Philoſophiæ, de Diſciplina Scholarium, de Trinitate, &c. obijt prope ſeptuagenarius Londini an. 1328.

Nicolaus de Vaudemont Procurator Nationis Gall. factus 9. menſis Ianuarij an. 1375. Rector verò Vniuerſitatis 16. Decemb. 1379. quo tempore florebant in Artium Profeſſione MM. Io. Voignon, Fran. de S. Michaële, Ioan. Luqueti, Stephanus de Saltu abſcondito, Germanus de Rungiaco, Guill. Gourlaris, Io. Lotrharij, Ludouicus de Nanceio, Dominicus Parui, Ioan. de Auentica, Ioan. de Sticijs, &c. fuit quoque non ſemel idem Nicol. Receptor eiuſdem Nationis, an. 1382. vltima die Ian. Henrico Chicoti Procuratore fuit electus & præſtito iuramento fideiuſſores dedit MM. Io. de Roncuria & Dominicum Parui.

Nicolaus de Villanis Procurator Nationis Gall. quo Procuratore an. 1327. ſtatutum factum eſt de Scholis extra vicum ſtramineum, quod retulimus p. 212.

Nicolaus Viuiani Tribus Bituricenſis Nat. Gall. factus eſt Procurator an. 1372. die 16. Decemb. apud S. Iulianum, ſcribitque ſe nihil recepiſſe *præter vnum album à M. Lamberto de Marchia pro defectibus Miſſarum.*

O.

OLIVERIUS *Saladin* Rector electus Vniuerſitatis an. 1318. deinde ad Theologiam progreſſus Doctoralem lauream conſecutus eſt, & an. 1332. intereſt determinationi de tarda viſione Beatifica cum Guill. de Brena Ordinis Minorum, Gerardo de Pergamo & alijs.

Osbertus Pyckenham Carmelita Anglus primam vitæ partem Lutetiæ tranſegit: vbi pileum doctoralem in Theologia meruit, diſcendo verò & docendo, inquit Lelandus, Pariſijs non modo Philoſophus, ſed etiam Theologus euaſit, vt ingens Auditorum numerus ad eius prælectiones tanquam ad ſacroſanctum oraculum conuolaret; florebat an. 1330.

Oudardus Billeti magni vir nominis & famæ fuit ab an. circiter 1355. 25. Aug. an. 1359. Procurator electus eſt Nationis Gallicanæ, & munus geſſit per quinque menſes continuos; quod paucis contigit. Ex ijs verò quæ ſcribit, intelligimus Nationem Gall. ad feſtorum ſuorum ſolemnitatem celebrandam in æde ſacra S. Nicolai de Carduneto, Arcam & Reliquias apud S. Bernardum ſeruari ſolitas, deferri curaſſe; vnde ſæpe inter expenſas reponitur ſumma quæ dabatur portitoribus Arcæ & Reliquiarum. Putà die S. Catharinæ ſcribit ſe diſtribuiſſe Magiſtris 18. ſolidos, *Item Portatoribus Archæ 8. ſol. Item Clerico S. Nicolai & Ianitori S. Bernardi, 2. ſol.* &c. Idem refectus eſt Procurator nona Martij an. 1360. & per 4. menſes conſequentes idem munus geſſit. Rector 10. Octob. an. 1363. eique dati ſunt nomine Nat. Gallic. octo franci. Idem cum Receptor communis fuiſſet electus, tamen à maleuolis quibuſdam malè impenſæ pecuniæ accuſatus, à ſua Natione multatus eſt: à qua prouocauit ad

Digitized by Google

Facultatem Artium, Facultas verò indignè ferens virum benè meritum vexari, eum per Deputatos Nationi reconciliauit; qua de re ſic legitur in Reg. Anno Domini 1365. die 18. Iulij *Natione ſufficienter per diſcretum virum M. Ioannem de Quercu* tunc Nationis Gall. Procuratorem apud S. Iulianum conuocata ad audiendum ordinationem amicabilem ſeu ſupplicationem Deputatorum pee Facultatem ſuper quadam appellatione per M. Oudardum Billeti contra Nationem interiecta, in præſentia Nationis *M. Oudardus eidem appellationi renunciauit, & ſe ordinationi & deliberationi Nationis, ac etiam correctioni ſubmiſit; & per eandem Nationem vt filius obedientiæ receptus & admiſſus, & tandem quittauit ſibi Natio omnia debita & omnia huius beneficia ſi quæ eſſent, remiſit omnino.* Idem die 1. Iunij an. 1366. tertiùm Procurator electus, *continuatus eſt pro tempore vacationum quæ finierunt in craſtino B. Ludouici, ſcilicet 26. die menſis Aug.* quartùm Procurator 24. Sept. an. 1368.

Peregrinus Zeleſthuz de Pruſcia Clericus Iuratus inclyti Primogeniti Regis Francorum Karoli Regentis Regnum Franciæ an. 1358. 8. April. electus eſt in Procuratorem Nat. Anglicanæ, & eadem die pro more ſoluit *tam pro introitu quàm pro Procuratoria vnum Mutonem auri. Item Receptor eiuſdem Nationis ſoluit vnum ſcutum Ioannis cum 18. den. ſcuto valente 20. ſol.* fiebat autem, vt ibidem ſcribitur, *potatio de illa pecunia.*

Petrus de Alliaco, quem aliqui malè Picardum faciunt, Compendij in Parochia S. Antonij natus Colardo Patre, Lutetiam venit puer ſtudiorum cauſâ, & in Collegio Nauarrico educatus eſt. Immo eum aliqui volunt famulum fuiſſe Ianitoris, gradatimque ſuâ doctrinâ & virtutibus emerſiſſe & ad ſummas Eccleſiæ Dignitates perueniſſe. Determinauit in Artibus an. 1365. ſub M. Ioanne de Quercu, ex cuius Burſarum æſtimatione conijcio non fuiſſe adeo creditum pauperem, vt vulgò fertur; nam ex ijs quæ ſcribit M. Guill. de Marchia tum Procurator Nationis Gall. conſtat fuiſſe æſtimatas 8. aſſ. quæ taxa inter maximas erat; immò omnium maxima quæ pro eo tempore æſtimatæ ſunt, vnâ exceptâ, Reginaldi de Gaudricuria quæ fuit ab eodem Procuratore ęſtimata 12. aſſib. hæc dicta ſint per tranſennam. Incepit autem in Artibus an 1368. eiuſque Burſa æſtimata ſex aſſibus; item tres Burſæ & Beiaunia 35. aſſ. Anno 1372. 21. Octob. electus fuit in Procuratorem eiuſdem Nationis & per plures menſes prorogati ſunt ei faſces Procuratorij: quo tempore Natio Gall. emit duas Scholas ſub eodem tecto à M. Guill. Carnificis, in vico ſtraminis; in quibus prius Picardi legebant; tum autem ille Philoſophiam publicè profitebatur: ſub quo video multos determinaſſe, & inter alios Dominicum Parui, Robertum de Lauduno, Ioan. Silueſtrum, Io. Ter-Quaſij. Poſtea ad Theologiam ſe conferens, in ea licentiatus eſt an 1380. eum M. Henrico de Henca, Michaële Scoti Minorita, Bernardo de Balbona Ciſtercienſi, Fran. Martini Carmelita, Io. Barbini Prædicatore, Andrea de Folliuio Ordin. Seruitarum B. M. Iacobo de China Minorita, Iacobo de Caſtellione & Ioanne Victorino. Anno 1 81. ſucceſſit M. Simoni Freron in Archididaſcalio Collegij Nauarrici. An. 1383. à Carolo VI. cuius erat Elemoſynarius miſſus ad Clementem VII. pro pace Eccleſiæ, & in ſingulos dies obtinuit 5. francos; qua de re ſic legitur in Chartis Cameræ Computorum. *A M. Pierre Dailly Docteur en Theologie & Aumoſnier du Roy, cinq francs d'or à luy ordonnez & taxez par chacun iour qu'il vacqueroit, allant, demourant & retournant du voyage où le Roy l'enuoyoit lors vers noſtre S. Pere le Pape & le College des Cardinaux pour certaines groſſes beſongnes que ledit Seigneur auoit lors moult à cuer, par lettres du Roy du 13. May 1383.*

Anno 1384. & 85. contra M. Ioannem Blanchard Cancellarium Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis iura ſibi quædam pecuniæ arrogantem de Licentiandis acerrimè decertauit: nec minus fortiter an. 1387. & 88. aduerſus Ioannem de Monteſono Dominicanum Immaculatæ Conceptionis oppugnatorem; contra quem ab Vniuerſitate Legatus fuit ad Clementem & Collegium Cardinalium anno 1388. vt retulimus pag. 618. Anno 1389. factus eſt poſt M. Ioannem de Guignecurre Cancellarius Vniuerſitatis quo anno aut ſequente eiurauit Magnum Magiſterium Domus Nauarricæ, eique ſucceſſit Ioannes de Cruce. Anno 1394. miſſus à Rege ad ſalutandum Petrum de Luna recens creatum Papam ſub Be-

nedicti XIII. nomine. An. 1395. Cancellariatum eiurauit in gratiam M. Ioannis Gerſonis Doctoris quoque Nauarrici. Hinc fit Epiſcopus Podienſis; deinde an. 1398. Archiepiſcopus Cameracenſis, an. 1411. Cardinalis S. Chryſogoni. Concilijs Piſano & Conſtantienſi interfuit. *Conſtantienſis Anima* nuncupatus. obijt an. 1416. vt ſcribit Pouillonius: vel vt alij anno 1425. Plurima eius opera referunt Trithemius & alij Scriptores Eccleſiaſtici: quibus commemorandis ſuperſedeo contentus ea referre quæ nondum typis mandata fuiſſe exiſtimo, talis ergo eſt illorum ſyllabus.

Propoſitio coram Papa facta per M. Petrum de Alliaco contra M. Ioan. de Monteſono, incipit. *Veritatem meditabitur.*

Tractatus ex parte Vniuerſitatis Studij Pariſ. pro cauſa fidei contra Quendam Fr. Ord. Prædicat. incipiens. *Apoſtolicus Petri verbis.*

Epiſtola ſcripta Viro Nobili, Conſulari Celſitudine & Militari fortitudine præpollente D. Philippo de Mazerijs nuncupatoria alterius Epiſtolæ quæ incipit *Multifariè multiſque modis.* vide infra Philippus de Maſerijs.

Quæſtio determinata per eundem M. P. de All. in Scholis Nauarræ in materia Simoniæ cum prologo. *Sicut dicit Apoſtolus.* Quæſtio verò ſic incipit. *Vtrum hæreticum ſit dicere quod liceat pro docendi licentia pecuniam dare vel recipere.* quæ Quæſtio agitata eſt occaſione exactionum Cancellarij Pariſienſis.

Propoſitio coram Papa facta circa eandem Simoniæ materiam aduerſus Cancellarium Pariſ. ſic incipit. *Domine vim patior.*

Quæſtio de reprehenſione Petri Apoſtoli à Paulo ſic incipit. *Quærit à me Charitas veſtra.*

Reſponſio in Sorbona ſic incipit. *Vtrum eſſe 3. ſuppoſita vnius naturæ ſit perfectio ſimpliciter ſumma communicabilis Creaturæ.*

Quæſtio de qua reſpondit in Sorbona. *Vtrum Creaturæ rationalis conſcientia erronea aliquem eius actum excuſare poſſit à culpa.*

Reſponſio in Aula Epiſcopi. *Vtrum Chriſti dono gerens poteſtatem ſolus in hominibus iuſtè dominetur.*

Quæſtio vtrum libertas Creaturæ rationalis ante & poſt lapſum intrinſecè ſit æqualis.

Inuectiua Ezechielis contra Pſeudo-Prædicatorem. Incipit. *Ezechiel Propheta.*

Sermo in Dominica 2. Aduentus an. 1385. in illud *Scitote quoniam prope eſt Regnum Dei* Luc. 21.

Sermo in Septuageſima in illud. *Miſit illos.* Matth. 20.

Sermo in Capitulo Nauarræ de Natiuitate Domini in illa verba, *Veritas de terra orta eſt.* Pſal. 83.

Sermo de S. Bernardo in illud Eccleſiaſt. 45. *dedit ei*, &c. coram Sacra Facultate apud Bernarditas.

Sermo de S. Ludouico in Nauarra coram Sacra Facultate.

Sermo de Omnibus Sanctis ibidem. *Ipſorum eſt enim Regnum Cœlorum*, Mat. 5.

Sermo in Synodo Ambianenſi. *Sacerdotes tui induantur Iuſtitiam.* Pſal. 131.

Sermo in Synodo in Eccleſia Pariſienſi. *Hic iam quæritur vt inter Diſpenſatores.* Lectura libri de Conſolatione Philoſophiæ Boëtij ſic incipit. *Reuerendiſſimi Patres Magiſtri ac DD. Cariſſimi*, & in fine. Explicit Tractatus vtilis ſuper Boëtium de Conſolatione Philoſophiæ editus & compoſitus à Reuerendiſſimo Patre in ſacra Pagina Doctore eximio M. Petro de Alliaco, Miſeratione diuina Epiſcopo Cameracenſi.

Tractatus de falſis Prophetis. *Attendite à falſis Prophetis*; in quo Tractatu multa habentur de Aſtrologia Iudiciaria quam probat non pertinere ad liberos actus.

Tractatus de Oratione Dominica, *Sic ergo orabitis.* Matth. 5.

Petrus Aiſcelini de Monte acuto, Benedictinus profeſſione ad Epiſcopatum Laudunenſem promotus eſt an. 1370. poſt obitum Gaufridi le Meingre cognomine *Boucicault*, Prior S. Martini Campenſis & Sorbonæ Prouiſor à Clemente VII. inter Cardinales Preſbyteros allectus. Regni habenas ſub Carolo VI. renuit, & ad eum video Vniuerſitatem ſæpe recurriſſe, eiuſque mentio-

nem

nem ſæpe inReg.fieti,quanquam non erat Conſeruator Vniuerſ. Nam ad Epiſcopum Siluanectenſem, Clemens VII. Bullam quandam direxit an. 1383. quaſi ad Cuſtodem Priuilegiotum eiuſdem Vniuerſitatis. An. verò 1385. Petrus, dictus Cardinalis Laudunenſis Arbiter ab eo Clemente conſtitutus eſt litis, quæ inter Vniuerſitatem & M. Ioannem Blanchard Cancellarium Patiſ. intercedebat; quem noluiſſe legimus M. Radulphum de Vlmonte Cancellatio in Conſiliarium concedere, niſi placeret ipſi Vniuerſirati. Collegij Montis-acuti, quod Ægidius Aiſcelinus fundarat, inſtaurator eſſe voluit, & Butſariorum quoque fundator an. 1388. obijt Remis die 8. Nouemb. an. 1388.

Petrus de Apono ſeu *Aponenſis patria Patauinus*, Doctor ſaluberrimæ Facultatis Medicinæ Pariſienſis poſt longam Philoſophiæ Profeſſionem circa initia hnius ſeculi florebat, ſcripſit de Phyſionomia, vide p. 185. Trirhemius nonnulla eius opera commemorat. De omnimoda Medicina lib. 1. Ad Ioannem XXII. l. 1. In lib. Io. Meſue l. 1. In Problemata Ariſtotelis l. 1. Galenum de cholera nigra & de regimine ſanitatis cum alijs multis tranſtulit.

Petrus Aureolus Minorita, vide infta *Pesrus de Verberia*.

Petrus de Barreria Legum Doctor, patria Rutenenſis ad Æduenſem Præſulatum promotus eſt an. 1377. poſt Godefridum Dauidis. Cardinalis factus à Clemente VII. 17. Kalend. Ian. an. 1378. in prima Creatione, tit. SS. Marcellini & Petri. Præſens fuit in Caſtello Vincennarum die penultima Maij an. 1379. cum Deputati Vniuerſitatis ſuam Declararionem pro Clemente VII. Carolo V. pottexerunt. Tractatum edidit doctiſſimum pro electione Clementis contra Vrbanum, quem Nos in Hiſtoria retulimus. Obijt Auenione Idibus Iunij an. 1383. & in Cathedrali ſepultus eſt.

Petrus de Bella Pertica, vid. quæ de eo dicimus ad p. 118.

Petrus Bertrandi Iuris Pontificij Doctor eximius, Marhæi Bertrandi Annonenſis Ciuis in Vinarienſi filius, Canonicus Anicienſis factus an. 1301. docuit in pluribus Academijs, Auenionenſi an. 1307. Mompeſſulana, an. 1309. in Aurelianenſi demum & Patiſienſi. Ex Canonico Anicienſi Decanus, ex Senatote ſeu Conſiliario Parlamenti Pariſ. & Cancellario Ianæ Reginæ primùm Niuernenſis, deinde Ædnenſis Epiſcopus, an. 1329. coram Philippo Valeſio Rege Galliæque Epiſcopis ac Baronibus pro Iuriſdictione Eccleſiaſtica aduerſus Petrum Cugnerium fortiter & feliciter diſſeruit. Qui Tractatus cum alrero de ſpirituali & temporali poteſtate extat Tom. 4. Bibliothecæ Patrum Edit. Colon. hinc à Ioanne XXII. in Cardinalium Catalogum adlegirur 21. Decemb. an. 1331. Lutetiæ Collegium Ædnenſe, ſeu M. Bertrandi dotauit & etexit an. 1341. obijt an. 1348. Petrus Bertrandi Nepos eiuſdem, de Gente Columbaria ortus, Iunior dictus, fuit quoque à Clemente VI. Cardinalatu donatus, vt ſcribunt plurimi, poſt quos Spondanus tom. 1. Annal.

Petrus de Caſtania Doctor in Medicina nomine ſuæ Facultatis cum alijs Vniuerſitatis Legatis trajecit anno 1395. in Angliam ad Richardum Regem & ad Vniuerſ. Oxonienſem, vt de modo reducendæ Pacis Eccleſiaſticæ agerent, vid. fol. 751.

Pesrus de Clamangijs vulgo *de Clemangijs* Nationis Gall. incepit in Artibus, ſub M. Auberico de Pratellis an. 1370. menſe Aprili, Nepotem habuit M. Nicolaum de Clemangijs Baccal. Nanarr. de quo antè.

Petrus de Croſo Patria Lemonicenſis, inſignis Theologus è Societate Sorbonica, cuius, cum Decanus eſſet Eccleſiæ Pariſienſis, factus eſt Prouiſor, non an. 1344. vt ſcribunt Sammarthani, ſed ante an. 1340. Nominatur cum pluribus Collegis in quodam Inſtrumento an. 1331. quod retulimus, pag. 229. idem an. 1340. rationes expenſi & accepti quinque annorum reddidit Rectori, Procuratoribus Nationum & alijs iuxta Statutum Clementis II. de Inſtitutione Ptouiſoris Sorbonici, vt notauimus p. 262. hinc an. 1347. fit Epiſcopus Siluanectenſis, & anno 1349. à Clemente VI. cuius olim Collega Sociuſque fnerat, factus eſt Autiſſiodorenſis Epiſcopus. Et de eo ſic habetur in Hiſtotia Epiſcoporum Autiſſiodor. Pettus de Croſo 75. (Epiſcopus Autiſſiodor.) *Natione Gallus, patria Lemouica, excellens Magiſter in Theologia, prius Decanus Pariſienſis, deinde Epiſcopus Siluanectenſis, demum ad Sedem Autiſſiodorenſem tranſlatus à D.*

Clemente Papa VI. fuerant enim dictus D. Papa & ipſe contemporanei in Studio, legendo & regendo erantque Compatriotæ. Hic vir vnà cum ſcientiæ excellentia, gratiâ maximè pollebat in loquela omnique geſtu multum amabilis Vniuerſis prudenſque & callidus in agendis. Anno. 1351. menſe Decemb. factus Cardinalis. Obijt Auenion. menſe Septemb. an. 1361.

Petrus de Dacia Anglicanæ Nationis, Canonicus Ripenſis electus fuit Rector Vniuerſitatis menſe Decembri an. 1326 litem habuit cum Canonicis Eccleſiæ Pariſienſis, quos tandem reſtituit in integrum. vid. p. 210. Idem florebat adhuc an. 1347. vt legimus in Reg. Anglic. Nationis. Alium commemorat Trithemius Petrum de Dacia, Philoſophum, Calculatorem & Aſtronomum inſignem, ingenio ſubtilem, clarum eloquio, Diuinarum ſcripturarum & Græci ſermonis non ignarum, quem ait ſcripſiſſe multa ad Aſtronomiam pertinentia & claruiſſe temporibus Alberti Imperatoris an. 1300.

Petrus Dares Doctor in Medicina nominatur in Inſtrumento reuocationis errorum Ioannis Ade Dominicani, p. 643.

Petrus de Florentia regebat quoque in ea Facultate an. 1325. & nominatur in Inſtrumento ſeu Concordato Facultatum de ratione modoque conferendorum Beneficiorum Vniuerſitatis, p. 208.

Petrus de Dirreyo alumnus Nauarricus licentiatus eſt in Artibus apud S. Genouefam an. 1377. ſub M. Laurentio Quilleti, tum Procuratore Nationis Gall. M. Henrico Chicoti. Licentiatus verò eſt in Theologia an. 1393. cum M. Petro Plaoul Sorbonico, Franc. Florentio, Radulpho de Roberto Pariſoto de Caroliloco, Ciſter. Io. Piraube Auguſtinienſi, Arnulpho de Fonte Minorita, Petro Abbate de Sabaudia Cluniacenſi, Dominico Herbouy Carmelita, Petro Rebourſeti Minorita, Dominico de Hiſpania Auguſtinienſi. Henrico Deſiderij, Philippo de Ploſato Minoritis.

Petrus Ducis aliàs *le Duc*, Abbas S. Victoris Pariſ. licentiatus fuit in Theol. an. 1386. cum Ioan. de Monteſono & Nicolao de Lingonis & Oliuerio Maillard, Prædicatoribus, Ioanne de Villanoua Ciſtercienſi, Guill. Barault Priore de Caluo-Monte, Io. Saleſio Carmelita. Scripſit in lib. Sentent. & quoſdam Sermones MS. in Bibliotheca San-Victorina. obijt 19. Iunij, & jacet in Clauſtro iuxta Petrum *de Sauls* deceſſorem. Hinc Epitaphium.

Petra coit Petræ, mihi Petro iungere Petre
Quos dedit Abbates Dominus, cui perfero grates.
Heic me veſtiſti Iuuenem Pater & ſtabiliſti
Obſequio Chriſti, cui longo tempore ſiſti
Prælia poſt acie ſuperata Theologiæ,
Hoſtia Chriſte Crucis, meritorum præmia tu ſis,
Petrus poſco Ducis nos duc ad gaudia lucis.

Petrus Forteti Auriliacenſis incepit in Artibus menſe Decembri an. 1361. ſub M. Oudardo Billeti, eiuſque Burſa vno ſcuto æſtimata eſt, & Bejaunium 20. aſſibus, Franco valente 18. aſſib. ſumma integra 4. ſcut. cum 8. aſſib. an. 1378. interfuit Congregationi Nationis Gall. apud S. Iulianum, vbi actum de vrgendis Debitoribus Burſarum. Canonicatum obtinuit in Eccleſia Pariſienſi, demumque morti proximus teſtamento ſuo Collegium Forteticum conſtrui reditibuſque dotari voluit an. 1391.

Petrus de Greſſibus Doctor Facultatis Iuris Canonici ex Cantore Eccleſiæ Pariſienſis factus eſt an. 1309. Epiſcopus Autiſſiodorenſis, vt ex Ioanne San-Victorino retulimus, p. 120. de eo ſic legitur in Hiſtoria Epiſc. Autiſſiodot. *In vtroque Iure peritus fuit, Cancellarius Franciæ ſuiſque meritis, condigno Regioque fauore & Apoſtolica prouiſione ad Sedem Epiſcopalem promotus virtute liberalitatis ac hoſpitalitatis honore præpollens vltra contemporaneos Prælatos; relicto Officio ſupradicto Cancellariæ rexit ſedem ſuam ſtrenuè ac laudabiliter ab omnibus dilectus.* Obijt 21. Septemb. an. 1325. iacetque in Choro Eccleſiæ Autiſſiodorenſis.

Petrus Huſſon de S. Medardo ſupra montem Catal. Diœceſis electus fuit

Procurator Nat Gall. die 13. Ian. an. 1367. in Capitulo FF. Minorum. Et 10. die Febr. eidem prorogarum munus, *non viâ Spiritus S. ſed per electionem; in qua electione primi Intrantes nihil fecerunt propter diſcordiam; ideò alij intrauerunt qui electionem fecerunt.* Ita legitur in Reg. prædictæ Nationis.

Petrus de Luxemburgo Guidonis de Luxemb. & Mahildis de Caſtillione filius an. 1369. natus, primos pueritiæ annos in Academia Pariſ. exegit. Anno ætatis 9. factus eſt Eccleſiæ Pariſ. Canonicus, deinde Archidiaconus Carnotenſis, tum Canonicus & Archidiaconus Cameracenſis. an. 15. deſignatus eſt in Epiſcopum Metenſem, poſtremo ad Cardinalatus apicem ſublarus rit. S. Georgij ad velum aureum: ſed eam dignitatem non diu obtinuit; obijt enim 2. Iulij an. 1387. octodecim circirer annos narus, & ſepulrus eſt Auenione in Cemiterio Pauperum: quo loco paulo poſt conſtructum eſt Regale Cœleſtinorum Monaſterium, vnde & aliquandiu *Monaſterium Luxemburgenſe* dictum, & Monaſterium Corporis ſancti; quia eo ipſo die quo tumulatus eſt, tam multis inclaruit miraculis, vt nouus Thaumarurgus merirò vocitatus fuerit. Eius apotheoſin procurarunt Rex Francorum Carolus VI. Eccleſia Gallicana, Eccleſia Pariſienſis & Vniuerſitas tanto alumno non mediocriter læta: in eam rem legatus eſt ad Clementem VII. celeberrimus ille M. Petrus de Alliaco magnus Franciæ Eleemoſynarius. Et ille ad Papam & Conſiſtorium Cardinalium ea de re bis dixit; cuius duas Orationes ex MS. Bibliothecæ Cameracenſis fideliter exſcriptas & à Fr. Bonauentura Bauduiſio nobis communicatas retulimus in Hiſtoria. Earum alteram dum recitaret Alliacenſis, Carolus VI. qui Papam inuiſerar, auribus excepit. Verum ob mortem Clementis quæ aliquanto poſt accidir, res peragi non potuit; rurſus tentara execurio apud Concilia Conſtantienſe & Baſileenſe, inſtante ſemper eidem ſancto propoſito Vniuerſitate; nec tamen tum adhuc res abſoluta. At anno tandem 1527. Clemens VII. (alijs VIII.) Bullâ datâ 9. April. *Cum ſicut accepimus* eum adſcripſit Cœlitum numero: Vrbanus verò VIII. Cœleſtinis Auenionenſibus Officium ipſius recitare conceſſit Breuiculo 30. Maij an. 1629. Cum autem inſtaret Petrus Alliacenſis executioni operis an. 1389. inquiri cœpit in vitam & miracula Luxemburgenſis, & Acta quædam conſcripta in quorum Præfatione ſic legitur.

Pro parte Illuſtriſſimi Principis D. Caroli Francorum Regis & Venerabi- „
lium & diſcretorum virorum Decani & Capituli Eccleſiæ Pariſienſis, & etiam „
Rectoris & Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium & „
plurium aliorum Chriſti fidelium eis in hac parte adhærentium extitit ſuppli- „
catum, &c. Et §. 26. Cupiens quoque tunc dictus D. Petrus de bono in melius „
proſperari & ad virtutis aſcendere culmen, notitias proborum virorum ac Dei „
amicorum cœpit ſollicitè exquirere, ac eis quantum ſibi permittebatur, adhæ- „
rere. Et provt frequentius potuit, *cum M. Franciſco de S. Michaële, vel cum M.* „
Gerardo de Veruino Pœnitentiario Pariſienſi in Theologia Magiſtris ſuper ſtatu & ſalute animæ ſuæ deuota habebat colloquia, quia inter cæteros Magiſtros in Theologia ſolennes Clerici reputabantur & deuoti viri, & pro talibus reputati fuerunt.

Petrus de Mornayo Bituricenſis Doctor in vtroque Iure, Philippi Pulchri & Regni Cancellarius, factus Epiſcopus Auriſſiodorenſis obijr an. 1306. vt diximus, pag. 107. cui ſucceſſir Petrus de Bella Pertica, de quo eriam ſatis multa, p. 118. iſti verò Petrus de Greſſibus, & Petro Petrus de Mortuo-mari Natione Aquitanus, genere quidem mediocri, at acutiſſimi vir ingenij & vtriuſque Iuris Profeſſor ſolennis.

Petrus de Monte-acuto ex Gente Aiſcelinorum, Monachus Benedictinus, Prior S. Martini Campenſis, deinde Epiſcopus Laudunenſis an. 1370. & Sorbonæ Prouiſor, à Clemente VII. factus Cardinalis Collegium Aiſcelinorum quod eius nomine de Monte-acuto nuncupatum eſt, inſtaurauit.

Petrus de Ordeomonte in vtroque Iure licentiatus ex ſede Morinenſi tranſlatus ad Pariſienſem an. 1384. poſt obitum Aimerici de Magnaco. Schiſmaticis temporibus ſedit, & varias legationes obijt; demum an. 1409. 16. Iulij animam exhalauit calculari & pediculari morbo conſumptus, vltione Diuina, inquit Io. Iuuenalis de Vrſinis, quod Ioannem Mareſium vulgo *des Mareſts* inſontem morti dediſſet.

Petrus Paludanus Natione Burgundus, Doctor Theologus ad Dominicanos ſe contulit, in Theologia & Iure Canonico, nec non in Philoſophia ſeculari verſatiſſimus, fuit diſputator acurus, declamaror egregius Parriarcha Hieroſolymitanus intereſt Conuentui Vincennarum an. 1332. ad definiendum de viſione beatifica, cum Guill. Bernardi Cancellario Pariſienſi & alijs. Scripſir in lib. ſentent. Tractarum de cauſa immediata Eccleſiaſticæ Poteſtatis. Sermones, &c. Vide Trithemium.

Petrus Petri de Luca, an. 1364. 6. die April. *propter quandam diſcordiam ortam inter ſupplicantes pro Officio Procuratoris Nat. Gall. tandem poſt multa verba hinc inde deducta prædictus Petrus elegit ſeipſum in Procuratorem Nationis prædictæ de conſenſu omnium Magiſtrorum ibidem exiſtentium*, vt legitur in Reg. Nation. Gall. Idem Rector fuerat electus 10. Octob. an. 1361.

Petrus Plaoul hoc & ſeqnenti ſeculo floruit, an. 1385. Procancellarius erat Pariſienſis ſub M. Ioanne Blanchard, qui cum durante lire inter Cancellarium & Vniuerſitarem, nonnullos licentiaſſet, vix obtinuir, vr ab Vniuerſitate pro licentiatis haberentur. Qua de re ſic habetur in Reg. Nat. Gall. ad diem 7. Octob. 1385. ſcribente M. Ioanne Guioti Procuratore. *Nomina Licentiatorum in Artibus in 1. Auditione B. Mariæ, de quibus dubium eſt an ſint licentiati, cum non appareat de poteſtate M. Petri Plaoul Sub-Cancellarij qui non obſeruatis obſeruandis in licentia ipſos licentiauit tempore diſſenſionis motæ inter Vniuerſitatem, Artium Facultatem & Cancellarium B. Mariæ, cum ſuis Officij Tentoribus.* Idem M. Petrus Doctor Theologus interfuir Synodo 3. Gallicanæ an. 1398. habitæ, Vniuerſitatiſque cauſam & ſubſtractionem totalem quam intendebar Benedicto XIII. facere, fortiter ſuſtinuit. an. 1408. factus eſt Epiſcopus Siluanectenſis Prouiſorque Sorbonæ.

Petrus Regis vulgò *le Roy*, Conſtantienſis, Doctor & Profeſſor in Decretis celeberrimus mulras legationes obijt Schiſmaticis temporibus, nomine Vniuerſiratis, præſertim in Angliam. Extat eius oratio vid. p. 755. primùm Abbas S. Taurini Ebroïcenſis, deinde Exaquenſis, tum verò S. Michaëlis in periculo maris; pro ſubſtractione obedienriæ Benedicto XIII. facienda ſententiam dixir an. 1398. fol. 834. Floruit hoc & ſequenti ſeculo. Obijt Bononiæ an. 1410.

Petrus Reginaldi electus eſt Rector 10 Octob. an. 1381. cuius temporibus Procurarores fuerunt Nationis Gall. MM. Theodoricus ſeu Thierricus de Nouocaſtro & Ioannes de Moranco, M. verò Dominicus Parui, poſtea Doctor Theologus, eiuſdem Nationis Receptor; & præter prædictos florebant. Ioan. Piſcis Viennenſis, Io. de Villar, Henricus Chicoti, & Germanus de Ronceyo, poſtea Doctores Theologi, Lud. de Ronceyo, & alij plurimi.

Petrus Rogerij Lemonix, celeberrimus Magiſter in Theologia Ioanni XXII. noriſſimus & chariſſimus, vtpore quem primò Monaſterio Fiſcanenſi præfecir, deinde Eccleſiæ Atrebatenſi, rum Senonenſi, demum Rotomagenſi an. 1330. quo tempore Prouiſor erar Sorbonæ. An. 1332. interfuir determinarioni Doctorum de viſione Beatificâ apud Vicennas. Idem an. 1329. Eccleſiaſticorum cauſam contra ſeculares Iudices fortiter defenderat: ſic enim de eo Chronicon Rotomagenſe. *Hoc anno factâ conuocatione Prælatorum totius Regni Franciæ coram Rege fuerunt multi articuli propoſiti contra Iuriſdictionem Eccleſiaſticam: ſed Prælati virtuoſiſſimè reſponderunt & viriliter reſtiterunt: & M. Petrus Rogerij Clericus Senonenſis Magiſter in Theologia reſponſionem fecit ſolenniter pro Prælatis.* A Benedicto XII. inrer Purpuraros Patres adlectus 15. Kal. Ian. an. 1337. tir. SS. Nerei & Achillei: eoque mortuo fit ipſe Pontifex Maximus an. 1342. Vide p. 276.

Petrus Rogerij Prioris Nepos, ab ipſo Cardinalis Diaconus factus anno ætatis 18. tit. S. Mariæ Nouæ; & ille quoque ad Ponrificatum ſupremum peruenit, vocatuſque eſt Gregorius XI. qui reſtamentum condens an. 1374. inſtituir Collegium 30. Monachorum in Monaſterio Caſæ-Dei, quorum ſex voluir eſſe perperuò in Studio Pariſienſi; ſic enim ſcribir. *In quo Collegio volumus & ordinamus ac ſtatuimus quod vnus ex ipſis 30. Monachis ſit Prior Clauſtralis & alius Sacriſta, & quod ſex Monachi ex alijs dicti Collegij, qui inter eos dociles & aptiores reperientur, ſint in Studio Pariſienſi continuè ſtudentes; quatuor videlicet ex eis in ſacra pagina, & duo in Iure Canonico, vel omnes ſex in ſacra pagina ad ordinationem Exe-*

cutorum noſtrorum, vel duorum ex ipſis. Vide reliqua in 6. tomo Spicilegij Dacheriani, de vtroque dictum eſt antea, verbo Clemens VI.

Petrus Roland fuit Licentiatus in Artibus menſe Decemb. an. 1361. ſub Galerano Britonis, Procurator Nat. Gall. electus.

Petrus de Ruella Rector fuit Vniuerſitatis an. 1388. In Reg. Parlamenti ita legitur ad menſem Aug. an. 1392. *inter Vniuerſitatem Pariſienſem, ac M. Petrum de Ruella ibidem ſtudentem, & Maiorem, ac Scabinos villæ noſtræ de Monſterolio ſuper mare.*

Petrus Salientis al. *Du Sault*, Licentiatus fuit in Theol. an. 1397. cum MM. Ioanne Manchon & Maturino de Longolio; fuit alius Petrus de Sauls è Salicibus è Priore San-Victorino factus Abbas, qui obijt an. 1383.

Petrus de Selenayo Nationis Gallicanæ Rector fuit electus menſe Martio an. 1370. quo tempore M. Ioannes *le Dos* eiuſdem Nat. Procurator M. Ioanni Roberti Receptori refudit in manus pecuniam quam receperat; florebant Io. Groſſi de Mailliaco, Lambertus de Marchia, Io. de Roncuria & alij. Regebat adhuc publicè an. 1381. Erat autem ille Petrus Decanus Tribus Senonenſis in Nat. Gall. an. 1373.

Petrus de Sarraceno Doctor Iuris Canonici celeberrimus, Gall. *de Sarrenas*, Archiepiſcopus Ebredunenſis, factus à Clemente VII. Cardinalis tit S. Laurentij in Lucina ſtetit ab ipſius partibus contra Vrbanum, & Tractatum edidit doctiſſimum, qui legitur in MS. Herouvallij fol. 83. recto, in quo probat non poſſe Concilium Generale conuocari, donec in incerto eſt Pontifex, propterea quod à Papa, non à Cardinalibus debet conuocari; ſic autem Tractatum ſuum incipit. *Quoniam à pluribus aſſeritur quod per Vniuerſale Concilium cognoſci debet & decidi de iure vel non iure Bartholomæi ſe pro Papa Ro. gerentis, &c.* Contendit autem in 2. Concluſ. Papam niſi ejurato Papatu neque ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à Populo poſſe iudicari. Obijt 16. Aug. 1390.

Petrus Thomé Aquitanus Carmelita Archiepiſcopus Cretenſis & Innocentij VI. Legatus Theologiam Sorbonicam ex Academia Pariſienſi deſumptam primus omnium Bononiæ plautauit an. 1360. vt ait Ioannes Fauentius in eius vita. Fortaſſis intelligit Actum illum celeberrimum, qui vulgo *Sorbonicus* appellatur; ſeu Exercitatio Sorbonica, quam inſtituit Franciſcus Maironius, vt ad an. 1215. diximus.

Petrus de Verberia dictus Aureolus, Minorita, Doctor Pariſienſis, in diuinis ſcripturis eruditiſſimus & in Philoſophia Ariſtotelica ſecundum conſuetudinem ſui temporis valde peritus, ingenio ſubtilis & diſputator acutus; in declamandis ad populum ſermonibus egregius. Hæc ex Trithemio. Ex Prouinciali Aquitaniæ Archiepiſcopus Aquenſis factus floruit an. 1317. ſcripſit Commentarios in lib. 4. ſentent. Breuiarium Bibliæ. De Conceptione B. Mariæ lib. 1. Sermones de Tempore, Sermones de Sanctis l. 1. & alia opera quæ nondum publica luce donata creduntur. Reperio & alium eiuſdem cognominis, ſed Ordinis Vallis-Scholarium, qui cum alijs Doctoribus à Philippo Valeſio aduocatis interfuit Determinationi de viſione Beatifica apud Vincennas an. 1332. alium dico; nam Petrus Aureoli, ſeu de Verberia Picardus, Franciſcanus fuit, factus Aquenſis Archiepiſcopus an. 1321.

Philippus Longus Rex Francorum Poëtas Salyos, ſeu Prouinciales præſertim dilexit, & inter alios Petrum Millio Pictauinum & Bernardum Marchio; eoque genere Poëſeos maximè delectabatur; imò ipſe poëmata quædam Prouincialia compoſuit, quæ nondum ſunt luce publicâ donata, vt legitur in Bibliotheca D. de Cruce Cenomana.

Philippus de Maſerijs Nobilis Picardus Litteratorum hominum amantiſſimus, Cancellarius Cyprius, Carolo V. Regi à Conſilijs intimis, à quo penſionem annuam habebat bis mille Francorum aureorum, vt legitur in Chartis Cameræ ad an. 1378. Officium Præſentationis B. Mariæ Virginis è Cypro in Franciam attulit, & Gregorio Papæ ac Cardinalibus examinandum tradidit. Cum eo M. Petrus de Alliaco arctiſſimam coniunxit neceſſitudinem, eique opuſculum quoddam dedicauit inſtar Epiſtolæ quam inſcripſit *Viro nobili Con-*

ſulari celſitudine & Militari fortitudine præpollenti D. Philippo de Mazerijs, eaque refutat innominatum quendam, qui nuper inueteratum errorem & ferè iam penitus ſuffocatum niſus fuerat nouiter ſuſcitare, nedum clam & occultè, ſed & palam & publicè aſſerentem tranſlationem S. Patris Hieronymi quam Chriſtianus de Hebræo tradidit in Latinum contra vltra citraque vel præter Hebraïcam veritatem in quibuſdam paſſibus aliqua addidiſſe & in alijs aliqua omiſiſſe, nec ſemper concordaſſe ſententialiter cum eadem, quæ aſſertio inquit Autor, *quanti periculi ſit quantique ſcandali in fide, arbitratus ſum eſſe vtile declarare, vt per hoc & præfato viro via pateat reditus ab errore & cuilibet Chriſtiano via deficiat aditus ad errorem.* Epiſtola autem prædicta ſic incipit, *Multifariè, multiſque modis.* Quis verò ſit ille innominatus, quem confutauit Petrus Alliacenſis, non comperi.

Philippus Parentius Nat. Gall. fuit electus in Rectorem menſe Martio an. 1384. eo verò Rectore, & Procuratore Nat. Gall. M. Ioanne Piſcis electo die 3. Iunij lata eſt ſententia contra quendam Fr. Ioannem de Sauigniaco Bernarditam; qua de re ſic legitur in Reg. prædictæ Nationis. Notandum quod tempore iſtius Procuratoris accidit quod quædam ſententia lata per Rectorem &
» 4. Procuratores contra quemdam de S. Bernardo vocatum Fr. Ioannem de Sa-
» uigniaco ſuper quibuſdam vadijs pertinentibus M. Ioanni de Morauia, vt idem
» Fr. compelleretur reſtituere eidem Magiſtro libros prædictos vel 19. francos,
« vel Bedello miſſo ad Domum S. Bernardi ad ſententiam exequendam. Fratres
» Quidam illius Conuentus vnà cum M. vocato Petro de Grandiſilua dictum Be-
» dellum & eius executionem impediuerunt, dicendo quod appellabant ab Vni-
» uerſitate minus bene informata ad eam melius informatam. Quo poſtpoſito
» in deliberatione Vniuerſitatis per Rectorem eiuſdem dictum Philippum *Pa-*
» *rent* Vniuerſitas ordinauit ſententiam debere exſequi & fratres qui impedi-
» uerant, vocari. Quod & factum eſt. Nam ſententia fuit exſecuta, & redditi
» fuerunt libri M. Ioanni de Morauia prædicto. Et M dictæ Domus S. Bernardi
» prædictus comparuit in Congregatione Vniuerſitatis nitens ad ſuam excuſa-
» tionem. Super qua dati ſunt Deputati ad videndum qualiter foret puniendus
» ipſe & alij auditis multis retroactis actuum ſuorum. Præſentes fuerunt Rector
præfatus *& Petrus de Alliaco in Theologia, Abbas S. Martini in Decretis, Guido Guerini in Medicina Doctores & quamplures alij.* Idem autem Parentius fuit an. 1392. Licentiatus in Theologia cum M. Ioan. Gerſonio Nauarrico, Berengario Cauanenſi & Ægidio *Tournemeule* Minoritis.

Philippus Pulcher, vt notat Paulus Emylius, l. 3. *iam inde à prima adoleſcentia Ægidium Romanum Theologum obſeruarat, autorque fuerat vt de regimine Principum monumenta quæ extant, conſcriberet & ederet, eundemque Lutetiam à ſacris Remenſibus regreſſus, quod Sacræ Scholæ Vniuerſique Muſæi oratione nouos excipi Reges ſolenne ſit, dicere iuſſit.* Vniuerſitati Aurelianenſi priuilegia tandem conceſſit, & Vniuerſitatem eſſe conceſſit; qua de re in Aurelian. Vniuerſ. infra. eo iubente
» Ioannes Meunius plurima opuſcula Latina Gallico idiomate donauit, Vegetium,
» Epiſtolas Petri Abaelardi, Boëtium de Conſolatione & alia: in proœmio autem
» ſic Regem compellat. *A ta Royale Majeſté, Tres-Noble Prince par la grace de*
» *Dieu Roy de France, Philippes le Quart, ie Iean de Meun, qui iadis en Romant de la*
» *Roſe, puis que ialouſie ot mis en priſon bel aceüil, enſeigné la maniere du Chaſtel pren-*
» *dre & de la roſe cueillir. Et tranſlaté de Latin en François le liure de Vegece de Che-*
» *ualerie & le liure des merueilles d'Irlande & la vie & les Epiſtres M. Pierre Abayelart*
& Heloys ſa femme, & le liure Aelyed de ſpirituel amitié, enuoye ores Boece de Conſolation que i'ay tranſlaté de Latin en François; iaçoit ce que tu entendes bien Latin. Mais toutes voyes eſt moult plus legier d'entendre le François que le Latin, & pour ce que tu me deiz (lequel dit ie tiens à commandement, que ie preiſſe pleinement la ſentence de l'Autheur, ſans trop enſuiure les paroles du Latin, ie l'ay fait à mon petit pouoir ſi comme ta debonnaireté le me commanda.

Philippus Rolland Procurator Nat. Gall. electus 21. Octob. an. 1568. ſucceſſit M. Ioanni de Quercu, & ſucceſſorem habuit M. Oudardum Billeti Philoſophiæ Profeſſorem actu Regentem; & iſte M. Theobaldum de Alba Petra, & Theobaldus M. Simonem de Bourich Remenſis Diœceſis.

Philippus de Valle primus Prouiſor Collegij Nauarrici nominatur in Statuto an 1315 vid. p. 96.

Philippus Valeſius. Vide in Indice.

R.

RADVLPHVS *Benedicti* primus Vniuerſitatis Notarius Iuratus; & ab eo procul dubio ſeries Notariorum Iuratorum ducenda eſt. Aſſumptus fuit in Scribam an. 1316. an verò fuerit ille omnino extraneus Vniuerſitati, an incorporatus alicui Nationi, non comperi. Certè conſtat plurimos eiuſmodi Notarios Apoſtolicos fuiſſe membra Vniuerſitatis & Suppoſita Nationum Facultatis Artium, confeciſſeque publica inſtrumenta rogatos & vocatos, quales fuerunt boc ſeculo MM. Ioannes Couſtellus, Guill. de Marchia, & Ioannes Roberti an. 1382. Nat. Gall. quibus pro confectis inſtrumentis video in Rationibus Receptorum numeratam pecuniam. *Nationum* dico *Suppoſita:* nam eos aut Magiſtros in Artibus, aut Baccalarios in Decretis & Legibus fuiſſe reperies, Doctores verò nunquam in vlla Facultate; quod maximè indicat in ijs eligendis Nationes habuiſſe præcipuam partem atque potiſſimam.

Radulphus de Bonavilla licentiatus per Bullam Pontificiam, laurea Magiſtrali donatus eſt in Theologia an. 1378.

Radulphus Boileauë determinauit in Artibus an. 1380. ſub M. Ludouico de Nanceyo, Procuratore Nat. Gall. M. Ioanne Voignon: quo Procuratore plurimi alij determinarunt menſe Feb. Nicolaus de Burgo, ſub M. Ægidio de Aſpero Monte, ſub quo etiam Io. Tabernarij, Io. Peraudi, ſub M. Stepb. de Saltu abſcondito, Coleſſonus de Clamangijs, ſub M. Io. de Roncuria & ſub eod. Guill. Haberti & Bertrandus Cobu. Guill. de Cremona, ſub M. Io. Loutrarij, Michaël Præpoſiti, ſub M. Ioanne de Gorzia, Radulpbus *le Boſſeux*, ſub M. Dominico Parui, & alij.

Radulphus de S. Medardo licentiatus eſt in Artibus an. 1370. ſub M. Io. Solatij cum Ioan. de Rondello, Procurator Nat. Gall. factus die 9. Martij an. 1371. quo Procuratore Nicol. Viuiani licentiatus eſt, ſub M. Io. Solatij.

Radulphus de Preſle Clericus Regis Philippi Pulchri intereſt fundationi ſeu poſitioni primi lapidis in fundamentis Cappellæ Nauarricæ an. 1309. fundat Collegium Preſlæum an. 1313. Eiuſdem Nepos Radulphus quoque de Preſle dictus, Aduocatus & Conſiliarius Regis Caroli V. iubente ipſo vertit de Latino in Gallicum idioma libros Auguſtini de Ciuitate Dei, & quandiu in eo opere deſudauit, habuit à Rege quotannis 400. francos aureos 4. penſionibus ſoluendos; vt habetur in Chartis Cameræ. Ex rationibus ſeu Computis M. Ioannis *Luiſſier* Quæſtoris Generalis ærarij ſubſidiarij, & ſyngrapha Radulphi data 11. Decemb. an. 1371.

Radulphus de Refugio determinanit in Artibus an. 1371. ſub M. Oudardo Billeti & ſub eodem licentiatus eſt & incepit eodem anno. Cuius tres Burſæ & Beiaunia aſcenderunt ad ſummam 35. aſſ.

Radulphus de Vlmonte Procurator fuit Nationis Gallicanæ 22. Martij an. 1368. & ille cum Quibuſdam Deputatis *adiuit D. Hugonem de Altari Mareſchallum Imperatoris ad hoc quod filij ſui reputarentur de Natione Gallicana*, ita legitur in Reg. Idem orto Schiſmate in Eccleſia ſcripſit pro Electione Clementis contra Vrbanum. Extat eius Tractatus in MS. Herouuallij fol. 92. ver. in quo probat primam electionem Bartbolomæi Barrenſis ipſo iure eſſe nullam; ſecundam autem electionem, nempe Clementis, eſſe Canonicam; ſicque incipit. *Præſuppoſito facto electionis Bartholomæi Archiepiſcopi Barrenſis, ſcilicet violentijs notorijs ibidem alijs impreſſionibus pluries factis DD. Cardinalibus, &c.* eundem legimus fuiſſe Aduocatum Generalem in Parlamento. Immò credibile eſt eundem fuiſſe Aduocatum ſeu Iureconſultum Vniuerſitatis, nam in Reg. Nat. Gall. M. Henricus Cbicoti Receptor ſuas reddens rationes, an. 1383. traditos numerat 20. aſſes *M. Radulfo de Vlmonte pro habendo conſilium in facto appellationis.* In ijſdem Reg. ſæpè video illum conſultum & pro conſilio impenſos ſingulis vicibus 20. aſſes.

Raimundus-Lullius Maior, de quo ſuperiori ſeculo, anno 1309. petijt ab Vniuerſitate approbationem ſuorum operum, præſertim verò Artis paruæ: cui approbationi propriâ manu ſubſcripſiſſe Scotum ſcribunt aliqui. Verum eodem tempore duo erant Pariſijs huius nominis, & vterque Ioannes vocabatur, vnus Minorita qui Coloniæ obijt, alter Magiſter in Artibus Nationis Anglicanæ, qui cum 40. alijs Magiſtris approbationi ſuſcripſit. Cuius autographum ait Wadinghus ſeruari Pariſijs, exemplar verò authenticum in Archiuo Regni Balearium; tale verò eſſe initium.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Officialis Curiæ Pariſienſium in Domino ſalutem. Nouerint vniuerſi quod in præſentia M. Ioannis de Salinis & Michaëlis de Longuerio noſtrorum Clericorum Iuratorum, quibus in his & maioribus fidem indubiam adhibemus, & quibus quoad hæc commiſimus tenore præſentium vices noſtras propter hoc perſonaliter conſtituti Mag. Martinus in Medicina, M. Ioannes Scotus in Artibus Magiſter, &c. finis verò approbationis talis etiam eſt, vt ipſe Wadinghus refert. *Datum anno Domini 1309. die Martis poſt Octauam feſti Purificationis B. Virginis glorioſæ Mariæ*; quam approbationem eodem anno & die factam fuiſſe docet ex priuilegio Alphonſi Aragonum Regis dato Neapoli an. 1449. & altero Caroli V. Imperatoris Hiſpali an. 1526. quibus Lullianæ Doctrinæ patrocinantur, insertâ ad verbum prædictâ approbatione Pariſienſi. Alphonſus quidem ſic habet. Propterea ad plenum certiorati & pluribus fide dignis, quod opera „ ipſius M. Raimundi, nec bonis moribus, nec fidei Catholicæ in aliquo con- „ trariantur; nec minus viſa quadam littera Curiæ Pariſienſis data Pariſius anno „ Domini 1309. die Martis poſt octauas Purificationis B. Mariæ Virginis glorioſæ, „ & munita ſigillo prædictæ Pariſienſis Curiæ de laudatione & approbatione „ Artium & ſcientiarum dicti egregij Doctoris factis per Officialem Curiæ Pariſ. „ & fieri requiſitis per prælibatum egregium Doctorem præhabitâ informatione „ teſtimoniali cum ſacramento præſtito à 40. Magiſtris & Baccalarijs in Natu- „ ralibus & Theologalibus, qui ordinati fuêre ad audiendam Artem generalem „ cum illius contractione ad ſpeciales ſcientias ab eodem perſonaliter prælibato „ egregio Doctore publicè in Studio Pariſienſi; Attendenteſque quod Illuſtriſ- „ ſimus Philippus Franciæ Rex dictum egregium Doctorem veluti fidelem vi- „ rum in ſuis dictis & tanquam Apoſtolicum in zelo & in Curia iuxta illud pro „ exaltatione fidei Catholicæ habuerit, ipſumque benigniter tractari ab om- „ nibus orthodoxæ fidei Catholicæ cultoribus voluerit, & gratum accepe- „ rit, etiamque ordinauerit eidem fauorem beneuolum impendi ab omnibus „ ſuis ſubditis, vt conſonum rationi viſum fuit & dignum, prout apparet qua- „ dam littera dicti Regis Franciæ ſuo ſigillo, munita data apud Vernonem 2. die „ Aug. an. 1310. &c. Nec videtur hoc prætermittendum de Lullio. Cum ille vili admodum habitu Scholam Scoti Minoritæ ingreſſus fuiſſet, & explicante Quæſtionem Theologicam Scoto caput concuſſiſſet, quaſi non probans quæ ille dicebat, fertur Scotus paulùm ſtomachatus & ex habitu hominem ignarum, & gregarium aliquem Grammaticum reputans, experiri tamen volens an Grammaticè ſciret; interpellaſſe hominem his verbis, *Amice, Dominus quæ pars?* Lullius verò reſpondiſſe. *Non eſt pars, ſed totum*; Hincque ſumpſiſſe occaſionem profundius loquendi cum *Scoto* de myſterijs Diuinis, deque hoc colloquio peculiarem ſcripſiſſe Tractatum, quem inter Lulliana opera attexit Alphonſus de Proaza in calce Artis Inuentiuæ veritatis, hoc modo. *Liber dictus, Dominus quæ pars, qui fuit Diſputatio Raymundi & Scoti.*

Reimboldus Vaëner de Gamundia Auguſtenſis Diœceſis in Octaua Epiphaniæ an. 1357. electus eſt Procurator Nat. Angl. quo tempore Abbas S. Genouefæ priuatus fuit, vt dictum eſt in hiſtoria; ſucceſſorem habuit M. Io. de Minda, iterum 18. Maij an. 1358. & geſſit munus per duos menſes.

Richardus de Billiaco Decanus erat Tribus Remenſis in Natione Gall. an. 1335. Rector Vniuerſitatis an. 1339. Vid. p. 256.

Richardus Angervillius, aliàs *de Bury*, Epiſcopus Dunelmenſis, Eduardi III. Anglorum Regis Cancellarius non hîc à nobis commemoratur & Academicis noſtris ideo accenſetur, quod eum ſtuduiſſe certum ſit in Vniuerſitate Pariſienſi, ſed quia eam ſæpè inuiſit, eius mentionem facit valde honorabilem in ſuo

ſuo Philobiblio, cumque Magiſtris ipſius nonnullis arctiſſimam contraxit neceſſitudinem; omnium verò Doctorum virorum amans & Mecenas fuit liberaliſſimus. Librorum amator ſingularis, inquit Trithemius, & celeberrimus, multis expenſis & laboribus in Vniuerſitate Oxonienſi inſignem Bibliothecam fundauit, quam ad publicam vtilitatem inibi ſtudentium incredibili ſtudio inſtituit. Scripſit de amore librorum & inſtitutione dictæ Bibliothecæ pulcherrimum Tractatum, nempe Philobiblion l. 1. Epiſtolas plures l. 1. & nonnullas ad Franc. Petrarcham; claruit an. 1340. obijt an. 1345. teſte Walſinghamo.

Richardus de Fagollz Scotus, quo Procuratore Nat. Angl. an. 1348. menſe Iunio M. Ioannes Thomé electus in Portitorem Rotuli ex deliberatione vnanimi habuit ab vno quoque Inrotulando vnum pauilionem. Tunc eiuſdem Nationis Quæſtor, ſeu Receptor erat M. Conradus de Suecia; licentiati apud Aulam Pariſ. Malcolmus de Dumbrec Scotus, Io. Red Scotus, ſub M. Waltero de Wardelay, Conradus de Minda, ſub M. Henrico de Minda fratre. Eidem Richardo ſubſtitutus eſt M. Will. de Brennecbſt Scotus, ad exercendum Procuratorium munus toto tempore vacationum.

Robertus de Bardis Doctor in Theologia ſubſcripſit an. 1332. Determinationi Facultatis Theologicæ contra ſententiam Ioannis XXII. de tarda viſione beatifica. Idem an. 1336. factus Cancellarius Vniuerſitatis. Obijt verò an. 1349. eique ſucceſſit M. Ioannes de Aſſiaco, de quo ſupra.

Robertus Cardon Rector Vniuerſitatis an. 1389. nominatur in ſtatuto quod de Licentiandis in Theologia factum eſt occaſione M. Ioannis Breuis-coxæ. Vide p. 637.

Robertus de Corbeia Doctor Theologus nominatur cum alijs in Decreto, an. 1365. ab Vniuerſitate facto contra eos qui Pratum Clericorum arauerant.

Robertus Normani an. 1356. Rector Vniuerſitatis electus eſt, videturque ſucceſſiſſe M. Ioanni Ance menſe Martio.

Robertus de Pilmor Rector erat Vniuerſitatis an. 1318. quo Rectore factum eſt Decretum de ratione expediendarum litterarum Scholaritatis, & cautum ne vllus Magiſter vas cuiquam tradat niſi iuratus Scholarem ſuam Scholam aſſiduè frequentare.

S.

SIMON *Cramaudus* vir primariæ Nobilitatis Pictauienſis, frater Petri de Cramaudo Rupiſcauardi Toparchæ, Doctor in Decretis nominatur in Declaratione quâ Vniuerſitas Clementis VII. partibus adhæſit. Scholaſticus primum Aurelianenſis, deinde Patriarcha Alexandrinus, plurima alia Sacerdotia obtinuit, plurimorumque Epiſcopatuum adminiſtrationes, de quibus conſule Galliam Chriſtianam. Plurimas legationes obijt Schiſmaticis temporibus, de quibus paſſim in hiſtoria; Benedicto XIII. valde exoſus fuit, quod ſubſtractionis obedientiæ autor fuiſſet. Archiepiſcopus Remenſis factus Collegium Remenſe fundauit. De quo in ſeq. ſeculo. Cardinalis S. Laurentij in Lucina factus à Ioanne XXIII. an. 1413. obijt an. 1419.

Simon de Cremona Ord. Eremitarum S. Auguſtini licentiatus fuit in Theologia an. 1377. cum MM. Fr. de Duroforti, Michaële de Profundo Maturinenſi, Iacobo Broifort, Io. de Chenegueyo Minoritis, Bonito Licelly Prouinciali Ordinis Prædicatorum, Io. de Sanctis Canonico Regulari, Stephano Eſtaillard Doctore ſeculari. Trithemius ait eum in diuinis ſcripturis ſtudioſum & eruditum fuiſſe, liberalium Artium non ignatum, ingenio præſtantem & clarum eloquio, in declamandis ſermonibus ad populum ſatis egregium, huicque diu Officio inſudaſſe Venetijs, & ſcripſiſſe ad inſtructionem ſimplicium Prædicatorum non ſpernenda opuſcula. Ad Antonium Germanum ſuum Preſbyterum Sermones, ſuper Euangelia l. 1. ſuper Epiſtolas quoque l. 1.

Simon Freron ſeu *Frezon* Collegij Nauarrici alumnus & Doctor nominatur in Decreto Vniuerſitatis facto an. 1362. ad locationem Collegij Conſtantinopolitani, p. 365. Idem an. 1364. ſupplicauit Vniuerſitati, vt liceret quotannis die S. Ludouici in prædicto Collegio Sermonem habere. An. 1365. die S. Guillelmo

ſacrâ, qui Nationis Gallicanæ Patronus eſt, Miſſam celebrauit ſolemnem; vt habetur in Reg. prædictæ Nationis. Anno 1370. factus eſt Collegij Magnus Magiſter & vixit ad annum vſque 1381. quo Petrus de Alliaco ei ſucceſſit. Fuit alius Simon Freron nepos, aliàs Freſon in Philoſophiæ Profeſſione clariſſimus ab anno circiter 1366. ſub quo inceperunt in Artibus an. 1368. Aubricus de Pratellis, & Io. Mauricij & Garnerus de Mauuagijs.

Simon de Guiberuilla Doctor Theologus florebat initio huius ſeculi, & pro Papa Bonifacio contra Regem Philippum primùm ſtetit; deinde appellationi ad Generale Concilium adhæſit an. 1303. die 8. Iulij. Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis factus eſt an. 1304. diciturque in Actis Eccleſiæ Pariſ. vir prouidus & in temporalibus & ſpiritualibus circunſpectus. An. 1307. nominatus eſt in partitione Præbendarum cum Hugone de Biſuntio, Michaële de Becco Cardinale, Franciſco Nepote Bonifacij VIII. Cardinale, Ioanne Monachi item Cardinale, Radulpho de Roſeto Pœnitentiario alijſque Canonicis. Addit Hemeræus eum interfuiſſe Statuto Capituli Generalis eiuſdem anni quo cautum fuit *vt nullus Canonicus deinceps à Capitulis Eccleſiæ Generalibus abſit.* An. 1308. electus eſt in Decanum cedente Rogerio de Herminiaco. Anno 1310. nominatur in tabula ſupremæ Rationum Curiæ.

Simon de Lombardia nominatur in Actis Petri Rogerij Prouiſoris Sorbonici rationes quinque annorum reddentis Rectori, Decanis & Procuratoribus Nationum an. 1340. diciturque ibi *ſubſtitutus D. Rectoris Ioannis de Bononia.*

Simon de Maneſlijs, Meneſcijs, Menelijs & Manilijs, ſic enim diuerſimodè legitur, Doctor Theologus, deinde eiuſdem Facultatis Decanus an. 1341. litem exercuit cum Rectore & Facultate Artium ob denunciationem Comitiorum, quam ſuæ Facultati ſignificare neglexerat; ſed tandem compoſita eſt an. prædicto 1341. & ille qui priuatus fuerat, reſtitutus fuit in integrum.

Simon de Pegommerijs de Verona, an. 1339. Procurator erat Nationis Gallicanæ, nominaturque in Inſtrumento prædictæ Nationis, in quo mentio fit veſtimentorum ſacrorum & aliarum rerum diuino cultui conſecratarum, item & chartarum, quæ tum ſeruabantur in arca communi; cum Decanis quinque Tribuum Ioanne Gorre, Ioanne de Diuione, Richardo de Billiaco, Alano de Villacollis & Gerardo de Aluernia.

Simon Renuoiſie, ſeu *Lenuoiſie*, Procurator quoque erat Nationis Gall. an. 1389. nominaturque in Decreto quod factum eſt de Licentiandis.

Simon de Spira Natione Teutonicus, profeſſione Carmelita, Doctor Pariſienſis, deinde Theologiæ Profeſſor in Academia Colonienſi, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4. contra Iudæos lib. 1. poſtillam Coloniæ lectam, &c. teſte Trith.

Simon de Wenclero Nationis Picardicæ Rector Vniuerſitatis Pariſ. an. 1339. nominatur in ſtatuto Facultatis Artium de Bachalarijs, Licentiatis & Incipientibus. p. 258.

Stephanus de Calore varias legationes obijt ad Curiam Ro. nomine Nationis Gall. conſtat ex Rationibus à Io. Roberti redditis an. 1370. ei perſolutos fuiſſe 12. francos aureos ob certa negotia quæ procurauerat in Curia Rom. qui 12. franci tunc temporis æquiualebant 9. libris & 12. aſſibus. Idem factus eſt Quæſtor ſeu Receptor eiuſdem Nationis die 20. Feb. an. 1375. & fideiuſſores dedit MM. Petrum de Seleneyo, Petrum de Boyaco & Reginaldum de Boyaco fratres.

Stephanus de Challenis licentiatus eſt in Artibus an. 1373. apud S. Genouefam, ſub M. Lamberto de Marchia in Nat. Gall. tum Procuratore M. Io. de Domno-Martino. Idem an. 1382. die 7. April. factus Procurator.

Stephanus Felicis Nationis Gall. factus eſt Procurator an. 1376. die 18. Nou. & ſic ſcribit; *die prædicta recepi à prædeceſſore meo (Laurentio Quillet) de Refuſionibus 5. ſolidos & 8. denarios, quos refudi in parua piſcida præſentibus MM. Nicolao Charton, Io. de Caſtro-villano, Germano Famuli tenente piſcidam M. Iacobo Bedello Nationis.*

Stephanus de Lingonis electus fuit Procurator Nationis Gall. menſe Octob. an. 1320. quo Procuratore Natio Gallicana duo ſtatuta condidit, vnum de

Scholis & Determinantibus; alterum de Officijs, quæ retulimus p. 187. Idem electus eſt Rector Vniuerſitatis menſe Iunio an. 1325. quo Rectore conſtitutum eſt ab ipſa Vniuerſitate, quo pacto vacantia Beneficia conferri deberent. Vide pag. 208.

Stephanus Pariſienſis electus eſt Rector an. 1309. iterum 1314. quo Rectore quid factum fuerit, Vide p. 128. & 170. an is eſt, an alius qui poſtea Doctor in Decretis, Decanus Pariſienſis factus an. 1355. & ex Decano Epiſcopus Pariſienſis an. 1363. demum Cardinalis S. Euſebij an. 1368. & qui obijt an. 1373. Auenione, ſepultuſque in Cathedrali ad maius Altare cum hoc Epitaphio

Stephanus hic ſedis Romanæ collateralis
Deſertis terris ſpe ſanctis iungitur alis.
M C. ter ac anno tribus aucto ſeptuageno
Octobris decima ſexta Domini quoque prima
Clauditur hoc lapide lux Iuris, Pariſiorum
Paſtor, voce, fide, Dux Regis Conſiliorum,
Fautor egenorum damnans hereſes reproborum.

Stephanus Reginaldi factus eſt Procurator Nat. Gall. an. 1362. cui M. Ioannes Ance tunc Quæſtor eiuſdem Nationis die 26. April. rationes reddidit præſentibus MM. Nicolao de Sueſſione, Ægidio albi ſupercilij & pluribus alijs. Et eo Procuratore M. Petrus Forteti fundator Collegij Fortetici incepit in Artibus. Idem an. 1364. factus eſt eiuſdem Nationis Quæſtor ſeu Receptor & die 21. April. an. 1365. rationes ſuas reddidit apud S. Iulianum, tunc Procuratore M. Oudardo Billeti & præſentibus MM. Nicolao de Sueſſione, Iob. Coure, Petro de Corona, Yvone de Caſſefredour, Radulpho de Vlmonte, Simone de Bourich, Theobaldo de Alba Petra, Io. de Platea, Petro de Luca cum pluribus alijs.

Stephanus de Saltu abſcondito clariſſimus Philoſophiæ Profeſſor.

Stephanus de Vil-iuhiaco Procurator Nat. Gall. an. 1341. quo Procuratore prædicta Natio Statutum condidit de Iuramento Licentiandorum: quod vide pag. 273.

T.

TEMO *Iudæus* Weſtphalus Clericus Ciuitatis Monaſterienſis incepit in Artibus, ſub M. Dominico de Clauagio an. 1349. poſtea Procurator Nationis Anglicanæ electus an. 1353. die 26. Aug. iterum 18. Nouemb. 1355. quo Procuratore factum eſt ſtatutum de modo legendi ſine penna: cæterum celeberrimus Philoſophiæ Profeſſor fuit, ſub quo legimus plurimos determinaſſe, licentiatos fuiſſe & incepiſſe.

Theobaldus de Alba Petra Nationis Gall. electus eſt Procurator die 10. Feb. an. 1364. Rector die 24. Iunij 1368. eique prædicta Natio mutuos conceſſit 30. francos *captos in Arca communi, qui ſe obligauit ſoluere dictam pecuniam infra Natiuitatem Domini proximè venturam, iurans ſe non petiturum vlteriorem ſolutionis dilationem. Et de prædicta pecunia fecit D. Rector dictæ Nationi vnam litteram quæ vocatur* N I S I. Eodem Rectore & Procuratore prædictæ Nationis M. Michaële de Creneyo die 28. Iunij *fuit poſitum* in Arca communi (Nat. Gall.) *inſtrumentum ſuper declaratione à Cardinali Nemauſenſi facta Pariſijs coram Natione Gall. quod non intenderunt ipſe nec Cardinalis Morinenſis in Bulla nouiſſimè miſſa Vniuerſitati aliquid ſtatuere contra libertates & conſuetudines laudabiles prædictæ Nationis, ſed eas illæſas inuiolabiliter obſeruari.* Idem fuit Quæſtor prædictæ Nationis electus menſe Ian. an. eiuſdem, & die 14. Ianu. an. 1369. rationes reddit Nationi, M. Nicolao Sueſſion. tum Procuratore.

Theodericus de Delf Philoſophiæ Profeſſor. Item & *Theodericus de foro*, vterque Anglic. Nationis an. 1347. iſte quoque fuit Receptor ſuæ Nationis & rationes reddidit 6. Kalend. Iulij an. prædicto.

Theodericus Dameron de Pruſſia, Procurator Nat. Anglic. electus die 21. Octob. an. 1363. quo Procuratore vetitum de cætero ſextam Burſam quæ exigi ſolebat ad litem quæ cum Theologis intercedebat ſuſtinendam, exigi.

Theodericus de Nouo Caſtro Procurator Nationis Gall. an. 1381. 21. Octob. ſucceſſit M. Ioanni Luqueti, quo tempore eiuſdem Nationis Quæſtor ſeu Receptor erat M. Dominicus Parui, qui rationes accepti & expenſi reddidit die Lunæ ante feſtum S. Katharinæ electi ſunt.

Theodericus d'Tſcel de Hunna Colon. Diœceſ. factus eſt Angl. Nat. Procurator die 23. Septemb. an. 1359. & refectus pluries. Eo Procuratore M. Io. Ance Nat. Gall. conſtitutus eſt Receptor ſextæ Burſæ in litem Facultatis Artium cum Theologis. Item expeditus Rotulus & MM. Themo Iudæi & Henricus de Kempis ad eum ordinandum.

Terricus de Bono-Villari determinauit an. 1371. ſub M. Lamberto de Marchia, & 11 Feb. an. 1375 fuit Procurator Nat. Gall. electus, tumque M. Fran. de S. Michaële Quæſtor erat, ſeu Receptor eiuſdem Nationis.

Thilmannus de Eyhe vel *Eyke* Alemanus determinauit an. 1352. eiuſque Burſa æſtimata eſt 4. aſſib. licentiatus fuit in Artibus apud S. Genoueſam, ſub M. Ioanne de Weſalia. Procurator ſuæ Nationis electus die 16. Martij an. 1353. Rector Vniuerſitatis an. 1365 quo Rectore quid factum ſit, conſule pag. 385.

Thomas de Balliaco Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis ſucceſſit M. Franciſco Caraccioli Neapolitano. Obijt an. 1328. ſcripſit varios Commentarios Theologicos & ſermones, qui ſeruantur in Bibliotheca San Victorina. Et id notauit Hemeræus.

Thomas de Blanche-chappe Decanus Facultatis Medicinæ obtinnit an. 1390. à Carolo Rege priuilegium ſeu potius Priuilegij antiqui confirmationem contra imperitos Medicos & Chirurgos Medicinam profitentes. Antiqui dico; nam Ioannes Rex an. 1352. Chirurgos certis legibus adſtrinxerat & Medicinæ Facultati ſubmiſerat litteris datis menſe Aprili & Decembri, qua de re ſic habetur in Chartis Cameræ. Ex lib. 1. Chart Cameræ Comp incepto an. 1349. & fin. 1362. *Chirurgici Pariſienſes de licentia exercendi Officium Chirurgiæ præmiſſa petenda examinatione & obtinenda à Chirurgicis Regis antequam dictum Officium exerceant, ſub pœna punitionis per Præpoſitum Pariſienſem infligendæ. Dat. menſe April 1352. per Conſilium in quo vos eratis Potin reddita ſine financia M. Roberto de Landis Chirurgo Regis 26. April.* fol. 33. ver. Et fol. 46. *Medici Pariſienſes impetrarunt à Rege vnam Chartam in cera viridi datam Pariſius menſe Decembri 1352. continentem quod nullus, aut nulla audeat dare Medicinas, cliſtellas, &c. niſi per conſilium & ordinationem Magiſtrorum licentiatorum in Arte Medicinæ.* Et erat ſic ſignata per Regem Mellou. Et fuit reddita ſine financia. Et fol. 58. ver. Decanus & Magiſtri Medicinæ Pariſ. de ordinatione & inhibitione quod nullus audeat practicare Pariſius vel ſuburb. dare Medicinam, ſirupam, vel pillulas, vel quamcunque aliam Medicinam, niſi ſit approbatus per Magiſtros Medicinæ Pariſ. Dato menſe Decemb. 1353. Per Regem Mellou. Reddita ſine financia. Hæc ex D. Herouval.

Thomas de Boncuria florebat in Artium Profeſſione an. 1380. Erat autem Notarius Apoſtolicus, cui legimus ad an. 1382. M. Henricum Chicoti Nat. Gall. Procuratorem, dediſſe *pro regiſtrando quoddam Inſtrumentum* octo ſolidos. Idem electus eſt in Rectorem die 23. Iunij an. 1383. quo tempore florebant in Artibus MM. Ioan. Pocheti, Michaël Carpentarij, Io. de Fontanis, Nic. Gobini, G. Helye, Gatinus Plantel, Deſiderius de Creneyo, Dominicus Balliui, Io. Flaminge, Guill. de Chabaneis & alij plurimi.

Thomas de Duns Scotus Clericus S. Andreæ 9. die menſis Martij an. 1356. electus eſt Procurator Nationis Angl. poſt Themonem Iudæi, & ſucceſſorem habuit M. Pomeranum de Pruſſia: quo Procuratore *M. Ioannes Ance Rector Antiquus computauit M. Roberto Normano Rectori nouo coram Vniuerſitate.* Vide in Hiſtoria ad hunc an. Iterum eiuſdem Nat. Procurator fuit factus 23. Septemb. an. 1357. & ſucceſſorem habuit M. Ioannem de Conſtantia.

Thomas Kolarſt Saxo de Brunſwich electus eſt in Procuratorem Nat. Angl. die 10. Martij an. 1353. apud Bernarditas: cuius tempore D. Euerhardus de War-

Digitized by Google

des de terra Linonienſi *illius Quadrageſimæ determinans feria 4. ante* Lætare *ſupplicauit vt Magiſtri Nationis ipſius de ampliori Determinatione ſupportatum habere diſpenſando dignarentur, aut concederent vt Subdeterminantem poſſit ſubſtituere, cui pro tunc concedebatur, vt Subdeterminantem ſubſtitueret. Et ſic factum eſt. Et idem Subdeterminans iurauit Procuratori eiuſdem Nationis.* Hinc intelligimus quinam dicerentur Subdeterminantes.

Thomas de Ponte Procurator Nat. Gall. electus eſt menſe Octob. an. 1380. & 19 menſis Nouemb. ſucceſſorem habuit M. Io. Luqueti. Et iſte Thomas paulo ante inceperat in Artibus cum P. de Ponte Thierrico de nouo Caſtro, Stephano de Macerijs, Simone de Luxouio, Ioanne Ponceti, Io. Gilberti, Io. de Villar, P. de Muciaco, Dionyſio de Boëvilla, Io. Haberti, Io. de Camponeto, Io. Fioti, Lud. de Boues, Io. de Bierijs, Io. de Molins, Guill. Belialdi, Lud. Rodini, Dominico de Bachareto, &c.

Thomas de Stutavilla vulgo *d'Eſtouteville*, Normanus legùm Doctor in Decretis libellorum ſupplicum Magiſter ad Beluacenſem Sedem promouetur an. 1388. tranſlato Guillelmo de Vienne ad Rotomagenſem. Obijt 22. Martij an. 1394. & jacet in Choro S. Petri cum hoc Epitaphio. *Hic iacet Reuerendus in Chriſto Pater D. Thomas de Eſtotevilla Legum Doctor, Conſilarius Regis, & huius Hoſpitij quondam Magiſter Requeſtarum, & poſtea Epiſcopus & Comes Beluacenſis, qui ætate medius defunctus eſt die 22. Martij an. 1394.*

Thomas Wallenſis Dominicanus Anglus Doctor Pariſienſis & Oxon. fortiter obſtitit Concionatoribus Minoritis & alijs à Ioanne XXII. miſſis ad prædicandum & publicandum Pariſijs non futuram Dei claram viſionem ante diem vltimum Iudicij. Clarebat an. 1330.

V.

VINCENTIVS *de Freyaco* Rector Vniuerſitatis an. 1308. excepit Iuramentum Præpoſiti Pariſienſis, quod diu præſtare diſtulerat: quam in rem confectum eſt Inſtrumentum publicum, legiturque ad p. 114.

Vlricus de Auguſta Procurator Nat. Anglic. an. 1340. quo Procuratore, Rectore autem Vniuerſitatis M. Ioanne de Bononia M. Petrus de Croſo Decanus Eccleſiæ Pariſienſis Sorbonici Collegij Prouiſor rationes ſuas & Prædeceſſorum reddidit Vniuerſitati pro more & lege, vt retulimus ad p. 262. fuit deinde Protonotarius Decretorum ſpecialium Ludonici Bauari Imperatoris, vt habetur in quodam Procuratorio ipſius Ludouici nomine confecto & porrecto Benedicto XII. Ioannis XXII. ſucceſſori. Eius meminit Henricus Pantaleo parte 2. de viris Ill. Germaniæ, eumque vocat Huldricum Hagennauer Auguſta Ciuitate Rhetorum oriundum eruditione & prudentia nulli ſuo tempore ſecundum, Ludouici Cæſaris Cancellarium, quem contra Pontifices Rom. fortiter defendit. Addit, cum mortis tempus adeſſe ſentiret, teſtamento cauiſſe ne in templo, aut Cœnobio, verum extra in honeſto loco ſepeliretur. Veritum nempe effoſſi corporis contumeliam ob violatam majeſtatem Rom. Pontificum. De eo quoque Auentinus l. 7.

Vlricus de Conſtantia Rector fuit electus 23. Iunij an. 1377. vt legitur in lib. Rectoris; & nos retulimus p. 449. quo Rectore quid factum ſit, ibi vide.

Wiſchinus ſeu *Wiſchius* Wenſlay de Duorbronia Clericus Diœceſis Kaminenſis. Procurator Nat. Angl. electus an. 1351. deinde Rector Vniuerſitatis 10. Octob. 1352. Iterum verò Procurator eiuſdem Nationis an. 1353. menſe Ianuario. Receptor eiuſdem an. 1354. legimus autem in Reg. Nat. Angl. eum acceptæ & expenſæ pecuniæ rationes reddidiſſe pro tempore quo Rector fuerat, *M. Wiſchinus nuper ante Rector vltimus eodem dicto 18. die* (Ian. an. 1352.) *reddidit compotum ſuum ſuper omnibus & ſingulis tempore Rectoriæ receptis & expenſis, & ſatisfecit ex toto Facultati.*

Y.

YVo *de Caſſefredour* electus fuit in Nat. Gall. Procutatotem die 25. Aug. an. 1360. in duos menſes conſequentes.

Omiſſi ſuo loco reponendi.

IACOBVS *de Altavilla* Patria Rinckaugienſis, Abbas Eberbacenſis, Gymnaſij Pariſienſis quondam decus & Doctor inſignis, ſcripſit inter cætera opera varias Quæſtiones Pariſijs diſputatas, Sermones, Epiſtolas, & alia eiuſmodi. Claruit circa an. 1360. Eodemque tempore M. Ioannes de Ymenhuſen Doctor Theologus florebat, in ſacris ſcripturis doctus, in Philoſophia ſubtilis & eloquentia clarus. Item Albertus de Rickmendorp patria Saxo, Epiſcopus Halberſtatenſis.

Iacobus de Furno aliàs *Fornerij* & cognomento *Nouelli* & de Sanarduno Monachus Ciſtercienſis, Doctor Pariſienſis, Abbas Fontis-frigidi eiuſdem Ordinis, inde Appamienſis Ep. tum Mirapicenſis, poſtremo à Ioanne XXII. Cardinalis creatus tit. S. Priſcæ, demum poſt Ioannem creatus Pontifex 13. Kalend. Ian. an. 1334. cuius opinionem de tarda viſione Beatifica elucidauit & ab omni errore vindicauit, litteratorum virorum familiaritate mirificè delectabatur; imprimis verò Gregorij Ariminenſis, Thomæ Argentinenſis & Franciſci Petrarchæ eloquentiæ reparatoris. Scripſit de ſtatu animarum ante Generale Iudicium tom. 2. Quæſtiones II. eiuſdem argumenti. Vitam S. Ioannis Gualberti. De Statu Canonicorum, Decretalem Religioſorum, de Reformatione Benedictinorum. De ſtatu Monachorum nigrorum. Carmina quædam Prophetica. Epiſtolas ad Eduardum III. Anglorum Regem quæ leguntur apud Walſinghamum. Præterea in Bibliotheca Vaticana dicuntur aſſeruari eiuſdem Conſtitutionum 10. volumina. Obijt an. 1342. & in Cathedrali Auenionenſi ſepultus eſt.

Iacobus Peroti de Metis determinauit & licentiatus eſt in Artibus an. 1362. menſe Ian. & ſub M. Ioanne de Marchia tum Procuratore Nat. Gall. M. Guill. de Marchia, idem in Procuratorem eiuſdem Nat. electus fuit die 16 Decemb. 1365. Rector Vniuerſitatis an. 1365. cui Natio. Gall. mutuos dedit 25 francos, ideoque vt legitur in Reg. *Obligauit ſe dictam pecuniam ſoluere dictæ Nationi infra feſtum Paſchæ proximè futurum & pro dicta pecunia fecit dictus Magiſter litteram quæ vocatur* Niſi, *quæ eſt in Arca Nationis.*

Iacobus le Riche aliàs *Diuitis* Decretorum Doctor, Canonicus Pariſienſis & Decanus Capituli, de quo vide p. 602. apud Clementem VII. ſuſtinuit litem contra Decretiſtas contendentes neminem poſſe licentiari niſi in Scholis ſuis, nec alibi legere; quam litem compoſuit Clemens. Obijt an. 1385 die 3. Ian. quo tempore lis alia grauior intercedebat inter Vniuerſitatem & M. Ioannem Blanchart Cancellarium.

Iacobus de Villa ſtraminis Tribus Turonenſis in Natione Gall. & Diœceſis Coriſopitenſis licentiatus eſt in Artibus in 2. auditione apud S. Genoueſam, ſub M. Petro de Alliaco an. 1373. factus eſt eiuſdem Nationis Procurator 2. Iunij 1375. quo Procuratore, vt legitur in Reg. Deputati duarum Nationum, Franciæ & Picardiæ, computauerunt de 4. Scholis, quarum Natio. Gall. proprietatem habebat. vſum Picardica, & de tribus quarum vice verſa Picardica proprietatem, Gallicana vſum habebat, *& fuerunt concordes quod Natio Picardorum recompenſaret, ſeu traderet Nationi Gall. omnibus computatis de tempore præterito quinque libras Pariſienſes, quas recepit M. Ioan. de Roncuria Receptor Nationis Gall. tunc temporis.* Tunc inceperunt in Artibus Germanus Famuli ſub prædicto M. Ioan. de Roncuria, Petrus de Parneio, ſub M. Lamberto de Marchia, Robertus Mangier ſub eodem, Guill. Heronart & Guill. de Langijs ſub eodem.

Innocentius VI. Pontifex Maximus an. 1352. electus, ante promotionem *Stephanus Alberti de Monte* Lemouicenſis Diœceſis dictus, Doctor in Decretis, Epiſcopus Claromontanus, poſt à Clemente VI. Cardinalis factus, ſcripſit Sermones aliquot, Epiſtolas & Decreta, eiuſque Regeſti volumina 19. dicuntur ſeruari in Bibliotheca Vaticana. Litem quæ à Theologis ad Curiam Rom. delata fuerat contra Rectorem & Artiſtas decidit, non forenſi Iudicio & vt vocant Contradictorio, ſed miſſis ad Rectorem & Vniuerſitatem litteris cum hac inſcriptione *Dilectis filijs Rectori & Vniuerſitati, &c.* eandem Vniuerſitatem

rogauit vt in pacem Regni incumberet; cuius litteras ad an. 1358. retulimus. Per Petrum Thomam Aquitanum Carmelitam in Bononienſi Academia Sorbonicam inſtituit, qualis fiebat Pariſijs. Obijt an. 1362.

Ioannes Ance Nat. Gallic. Rector Vniuerſitatis electus menſe Decemb. an. 1355. ſucceſſorem habuit M. Robertum Normani, cui Rectoriæ ſuæ rationes reddidit 4. Maij an. 1356. Idem refectus Rector an. 1358. menſe Decemb. quo Rectore accepta eſt ab Vniuerſitate fundatio Collegij Boiſſiaci; qua de re nos p. 349. Idem fuit conſtitutus Receptor Cullectæ ſeu Burſæ communis Facultatis Artium contra Theologos; vt docuimus in Hiſtoria. Quælibet enim Natio contribuit ex æquo, vt legimus in Reg. Nationum Anglicanæ & Gallicanæ. In Gallicanæ quidem ſic legitur f. 4. die 27. Iulij an. 1359. *quælibet Natio tradidit pro Conſilio Facultatis 4. Regales, & ipſe Receptor tot tradidit pro noſtra Natione.* Item die S. Bernardi *deliberauit Facultas quod quælibet Natio traderet octo Regales pro Conſilio noſtro in Curia Romana, & tot tradidit dictus Receptor pro Natione noſtra.* Legimus eundem fuiſſe Receptorem Nationis Gall. an. 1360. & rationes reddidiſſe 27. April. præſentibus MM. Oudardo Billeti Procuratore Nationis, Adamo de S. Mauro Prouinciæ Pariſienſis, Remigio de Summauera Senonenſis, Nicolao de Sueſſione Remenſis Decanis, Iacobo & Imberto Bedellis & pluribus alijs.

Ioannes Aſini de Vendeyo aliàs *de Bellomonte* Prouinciæ Remenſis, Nationis Gall. Procurator electus die 26. Aug. 1371. quo Procuratore inceperunt in Artibus Ioannes Præpoſiti, ſub M. Guill. *le Dos*, Io. Begardi, ſub M. Lamberto de Marchia, Radulphus de Reſugio, ſub M. Oudardo Billeti & Reginaldus Carnificis, ſub M. Guill. Carnificis. Succeſſorem habuit die 23. Septemb. M. Conſtantium de Gelanis: & iſte die 21. Octob. M. Guill. Alani: quo Procuratore Ioannes de Domno Martino incepit, ſub M. Michaële de Creneyo, Dominicus de Thiavilla, ſub M. Io. de Roncuria, Reginaldus de Boyeo, ſub M. Petro de Boyeo fratre.

Ioannes de Aſſiaco, de Aciaco, de Achies Baccalaureus erat Nauarricus cum an. 1315. ſtatuta fuerunt Collegio ab Executoribus Teſtamentarijs Ianæ Reginæ præſcripta. Idem an. 1323. factus eſt Vniuerſitatis Rector, vocarurque Ioannes de Achies. Poſtea Doctor Theologus factus, Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis, demum Cancellarius an. 1349. cuius receptionem præſente Rectore & alijs Vniuerſitatis Deputatis referimus p. 318. Obijt an. 1360. eique ſubrogatus eſt M. Grimerius Bonifacij. Fuit & alter Ioannes de Aſſiaco qui incepit in Artibus an. 1365. ſub M. Oudardo Billeti. Et iſte fuit Procurator electus Nat. Gallic. 21. Octob. 1366.

Ioannes Bacon, alijs Baconthorpius, à teneris Carmelita Oxonij & Lutetiæ Doctoralem lauream in Theologia conſecutus eſt, Auerroïſtarum Princeps dictus, Sophiſtices hoſtis infenſiſſimus. Paulo liberius dixerat ſummi Pontificis dominium cedere Regali debere; ſed citatus palinodiam cecinit. Obijt Londini an. 1346. eius opera enumerat Balæus, apud quem legitur Poëma Laurentij Bourelli Diuionenſis de eius operibus.

Anglia me genuit, Ioannem Quiſque vocabat,
Et de Bacone nomine notus eram.
Cum cuperem ſacros haurire è fonte liquores,
Pariſios petij plena fluenta lares.
Illic quod ſtudium potuit, quod cura laborque,
Præteritum ingenio nil volui eſſe meo, &c.

Vide etiam ſi lubet Trithemium in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Ioannes de Behe Brabantinus Leodienſis Diœceſis electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis Pariſ. die 24. Martij an. 1372. & M. Petrus de Alliaco Compendienſis factus 10. Feb. Procurator Nationis Gallicanæ, eique prorogati faſces in alterum menſem, iſque emit à M. Guill. Carnificis duas Scholas in vico Straminis, ſub eodem tecto, in quibus prius Picardi legebant. Idem de Behe

refectus Rector an. 1379. die 23. Iunij. Vide pag. 578. malè 778.

Ioannes de Blangiaco ſeu de Blangerijs Normanus & in Profeſſione Theologiæ eximius, in qua cum Iacobo de Furno licentiam obtinuit; erantque illi par amicorum. Vnde Iacobus in Papam Benedictum XII. electus amicum ad Epiſcopatum Autiſſiodorenſem promouit an. 1338. Vide quæ de eo referimus pag. 254.

Ioannes de Bleſis Diœceſis Carnutenſis, inſignis Doctor Theologus, Canonicus Pariſienſis & Cancellarius Vniuerſitatis an. 1328. de quo vide quæ dicimus p. 219.

Ioannes de Bononia, ſen fortè de Bolonia, Artiſta Nauarricus an. 1315. Rector Vniuerſitatis anno 1340. quo M. Petrus de Croſo tunc Sorbonæ Prouiſor reddere rationes voluit, at Rectore abſente ſubſtitutus eſt M. Simon de Lombardia, qui eas audiret. Vid. p. 262.

Ioannes Buridanus Guill. Oxami vt aiunt, diſcipulus, inſignis Philoſophiæ Profeſſor Nationis Picardicæ, Betunienſis Arteſius, claruit ante an. 1327. ſuæ Nationis pluries Procurator & Quæſtor fuit, nec ſemel Vniuerſitatis Rector. An. 1327. eo Rectore factum eſt ſtatutum de litteris citatorijs. Idem nominatur in Inſtrumento Tranſactionis factæ an. 1358. inter Nationes Picardicam & Anglicanam. Præſentatus eſt ad Cappellaniam M. Ioannis de Thelu ab Vniuerſitate omnium primns: qua de re ad p. 302. 303. 307. De eo non erit ingratum referre quod ſcribit Robertus Gaguinus M. Petro de Omuillo Canonico
» Pariſienſi Doctori Theologo. Cum in bortulos, *inquit*, quos in S. Germani
» ſnburbano laxandi nonnunquam animi cauſâ comparaui, me nudiuſtertius
» contuliſſem, eo conſecuti ſunt me aliquot Scholaſtici, conſuetudine quidem
» mihi perfamiliares. Vbi dum deambulamus, vnus Antiquitatis veſtigator,
» quandoquidem inquit, fama eſt Gaguine, te operam vehementer dare geſtis
» Francorum cognoſcendis, minimè tibi graue fuerit palam facere ſi quid *de*
» *Buridano*, quem frequenter liberalium Artium Schola refert, memoria tenes.
» Plerique enim omnes illum nominant, ita vt inter celebres Philoſopbos ſcribi
» & laudari optimo iure poſſit; quod mediusfidius non inficias eo; ſed quo tem-
» pore tantam Pbiloſophandi eruditionem ſit conſecutus, moleſtè fero me cum
» multis ignorare. Ad quam rogatiunculam lætus, gratum, inquam, mihi facis
» dum veterum meminiſti. Quantum namque Maiorum elaboratiſſima opera
» pariter & ſtudia ſoles admirari, tanto illorum memoriam cupidiſſimè repeto,
» vt pari virtute & diligentia rectè & vigilanter Iuniores animentur. *Itaque fuit*
» *Ioannes Buridanus ex Artheſio oriundus, cuius naſcentiæ locum nemo eſt qui tradat,*
» *aut parentum eius meminerit. Hic liberalibus ſe diſciplinis in Pariſino Gymnaſio ad-*
» *dixit, profecitque in eis non mediocriter, Logices ante omnia ſtudioſus; vnde nominatiſ-*
» *ſimus euaſit Sophiſta, & in ea arte non contemnenda ſeripſit. Metaurorum præterea Ari-*
» *ſtotelis libros eſt interpretatus. Moralis quoque Philoſophiæ auditor & acutiſſimus inter-*
» *pres* extitit, in quam Commentarios edidit multum eruditionis præſe ferentes.
» Fabulam idcirco quæ de illo circumfertur, mendacij plurimum babere dixerim,
» quaſi libidinis particeps fuerit cum Regina Ioanna Pbilippi Pulchri vxore,
» quod nec mulieris pudicitiæ, nec Buridani ſeculo conuenit, qui Creſſiaci pu-
» gnæ tempore dum Philippus Valeſius anno ſalutis 1347. Francis imperabar,
» philoſophabatur. Qua tempeſtate præerat Pariſiorum Eccleſiæ Fulco Antiſtes,
» à quo Sacerdotium quod Capellania appellatur, in D. Andreæ de Arcubis
» templo Buridanus accepit. Eſt enim ex Ioannis de Cbeba (de Thelu) Iuris
» Pontificij interpretis id beneficium inſtitutum regnante apud Francos Ludo-
» uico Hutino, ſicuti in libris Picardæ Nationis ſcriptum ſi ſcrutabere, reperies.
» Quod à multis ignoratum eo magis miror, quò ſcio illum ab ijs qui regendæ
» Nationi præſunt, boratim verſari. Aliqui ſcribunt eum Lutetia pulſum Viennam conceſſiſſe, ibique ludum publico ſalario aperuiſſe. Hac de re ſic Auentinus l. 7. *Marcilius Batauus* (Patauinus) *Ioannes Buridanus Diſcipuli Willielmi Occomenſis recentioris ſectæ Peripateticorum Aſſertores Lutetià pulſi ad Germanos migrarunt. Ille Haidelbergæ vbi ſepultus eſt. Hic Viennæ in Norico ludum litterarium publico ſalario aperuit, vbi eius autographa Commentaria in Ptolomæi Aſtronomica oſtenduntur.*

Valerius

Valerius Andreas in Bibl. Belgica. *Ioannes Buridanus Bethunienſis Artheſius Lutetiæ Pariſiorum dum viueret, Philoſophorum Princeps audijt, ſanè ingenio quàm inſtitutione felicior. Notumque etiam hodie in Scholis prouerbium iactari* de Aſino Buridano *ſolitum. Rector fuit Academiæ an. 1320. & præterea Romana legatione clarus, vt ad Logicam eius præfando Ioannes Dullardus teſtatur. Scripſit enim Buridanus Commentarium in Ariſtotelis Logicam, Quæſtiones in libros Ethicorum Ariſt. & Quæſtiones Metaphyſicales apud Badium in fol. excuſas an. 1518.* Malè Valerius prouerbium explicat de aſinitate Buridani, quod explicandum de Aſino Buridani; ſcilicet ille aiebat Aſinum inter duos cophinos auenâ æqualiter plenos, poſitum æquali diſtantiâ, fame interiſſe, neutrius quippe obiecti appetentiâ motum ob æqualitatem.

Quod autem ait Auentinus expulſum fuiſſe Buridanum, vix crediderim; cum nec Gaguinus, nec vlla Regeſta antiqua quæ ſuperſunt, huius expulſionis mentionem vllatenus faciant; ipſeque Buridanus Pariſijs adhuc eſſet an. 1358. non minor quàm ſexagenarius, & domum à ſe emptam Nationi ſuæ reliquerit, & dederit quæ nunc etiam *Buridani Domus* appellatur.

Ioannes Cadel Canonicus Ambianenſis Executor Teſtamentarius Ioannis Cadel Procuratoris cauſarum in Curia Pariſienſi; alter Collegij Choletæi fundator dici poteſt: multa enim de ſuo contribuit ad ſuſtentationem Scholarium ſeu Burſariorum prædicti Collegij an. 1393.

Ioannes de Calore inſignis Artium Profeſſor Societatis Sorbonicæ: quo Philoſophiam docente an. 1356. licentiati ſunt Henricus & Iacobus de Goth Anglicanæ Nationis, vt legitur in ipſius Reg ad Theologiam poſtea ſe conferens, in ea licentiam & lauream conſecutus eſt; cum eſſet Baccalarius, nonnullos errores in Actibus ſuis propoſuit, quos monitus vltro reuocauit, vt retulimus ad an. 1363. p. 377. Canonicus deinde factus & Cancellarius Pariſienſis an. 1371. poſt Grimerium Bonifacij. Et de eo ſic ſcribit Hemeræus. *M. Ioannes de Calore è Societate Sorbonæ cum Prædeceſſore Doctor, factus Cancellarius eſt virtute litterarum Apoſtolicarum. Hic & idem Saluauilla impenſas Bellariorum quæ primo quoque curſu & ſermone Societati pro auſpicato principio* (Beiaunio) *Baccalaureus incipiens offerebat, paulò iam grauiores quàm paupertas Sorbonæ ſuſtineret, cum cæteris Collegialibus reuocarunt ad iuſtum tolerabilemque rationem.* An. 1378. interfuit Comitijs Vniuerſitatis de negotio Schiſmatis, & nomine ſuæ Facultatis cuius erat Decanus, ſeu vt habetur in Inſtrumento Declarationis, *Præſidens Facultatis Theologiæ* ſententiam tulit in fauorem & gratiam Clementis VII. quem Rex & Eccleſia Gall. pro Pontifice agnouerant, p. 571. litem ille cum Vniuerſitate matre ſua exercuit, quod præter conſuetudinem & leges à licentiandis pecuniam exigeret. Obijt circa an. 1380.

Ioannes Cardonis de Craona Magiſter in Artibus Nat. Picardicæ, quippe Laudunenſis Diœceſis, Notarius Apoſtolicus; quo nomine Inſtrumentum publicum condidit an. 1389. de Licentiandis in Theologia occaſione M. Ioannis Courtecuiſſe factum; quod retulimus p. 637. idem ad Benedictum XIII. Procurator Vniuerſitatis conſtitutus profectus, Appellationem ſignificauit: quam in rem extat inſtrumentum p. 803.

Ioannes de Coſta inſignis vtriuſque Iuris Doctor, in Vniuerſitate Aurelianenſi licentiam conſecutus, poſtea Toloſam euocatus, in ea Academia Doctoralem Lauream obtinuit: quamobrem inter Vniuerſitatem Aurelianenſem & ipſum lis interceſſit, quæ in Curia Parlamentari Pariſienſi agitata eſt an. 1392. vt retulimus ad p. 679. Idem Magiſter in 3. Synodo Eccleſiæ Gallicanæ quæ an. 1398 habita eſt Pariſijs ad deliberandum de ſubſtractione Benedicto XIII. faciēda, pro Benedicto ſtetit, eiuſque rationes in hanc rem retulimus 833. Fuerunt eodem tempore huiuſce cognominis duo Regulares, Nicolaus de Coſta Minorita qui licentiatus fuit in Theologia an. 1383. & Guillelmus de Coſta Cluniacenſis, qui ſimiliter in Theol. licentiatus eſt an. 1391. Petrus verò de Coſta ſecularis incepit in Artibus an. 1374. tum Procuratore Nation. Gallic. M. Io. Iaquini.

Ioannes Curtæ-coxæ Breuis-coxæ, Gall. Courtecuiſſe, licentiatus in Artibus an. 1374. ſub M. Michaële de Creneyo, Artiſta Societatis Nauarricæ, licen-

tiatus an. 1389. in Theologia, cum Ioanne Vitali Minorita, Fr. Argentina Auguſtinienſi, Thoma de Barris Priore S. Bernardi, Petro de S. Martino Carmelita & Stephano Miniſtro Mathurinorum; hoc & ſequenti ſeculo floruit, varijſque legationibus, quas Schiſmaticis temporibus nomine Regis Caroli VI. & Vniuerſitatis obijt, inſignis fuit. de eo pluribus in Catal. ſequentis ſeculi.

Ioannes de Dacia celeberrimus Artium Profeſſor Angl. Nationis, quem an. 1347. determinaſſe legimus, ſub M. Ioanne de Weſalia: ſub quo Philoſophiæ Profeſſore Licentiatus fuit & incepit Cyfridus Lof de Monaſterio. Idem Rector fuit electus an. 1349.

Ioannes Danck ſeu *Danckonis* vulgò de Saxonia, Natione Teutonicus Ioannis de Lignerijs contemporaneus ſtudiorumque conſocius, Aſtronomus item celeberrimus & ſubtiliſſimi vir ingenij, de quo ſic ſcribit Trithemius, *Aſtrorum ſcientiam Gallos Pariſienſes multo tempore docuit, apud quos maximo in honore habitus fuit.* Claruit ſub Ludouico Bauaro & Ioanne XXII. an. 1330. edidit Canones Eclipſales lib. 1. Canones Tabularum l. 1. De Aſtrolabio l. 1. de Incenſionibus l. 1. & alia multa præclara & admiranda opuſcula, inquit Trithemius.

Ioannes de Diodena Picardicæ Nationis Diœceſis Beluacenſis, Socius Cholletæus nominatur in ſtatuto quod ipſa Natio fecit anno 1371. de pecuniarum ſuarum diſtributionibus, vocaturque Baccalarius in Theologia. An. verò 1365. Rector fuit Vniuerſitatis; quo Rectore extirpatum ſemen quod in Pratum Clericorum immiſſum fuerat: quam in rem Vniuerſitatis Decretum retulimus p. 382. Eo Rectore Procuratores fuerunt Nationis Gallicanæ MM. Ioannes de Quercu electus die 2. Iunij, & Guill. de Marchia die 23. Septemb. Licentiatus fuit in Theologia an. 1374. cum M. Galetano de Pendref & Hugone Lenuoiſie Socijs Nauarricis.

Ioannes de Domno-Martino Nationis Gall. non ſemel Procurator fuit 7. die menſis Martij an. 1373. quo tempore licentiati ſunt apud S. Genouefam Laurentius Quillet, ſub M. Michaële de Creneyo; Yuo de Langalla, ſub M. Iacobo de Villa-Straminis, Stephanus de Challenis, ſub M. Lamberto de Marchia, & apud Aulam Epiſcopi Pariſienſis Guillelmus de Camera, ſub M. Stephano de Nemoſio, Dominicus Parui, ſub M. Franciſco de S. Michaële, & Ioannes Breuis-coxæ, ſub M. Michaële de Creneyo. Eidem Ioanni de Domnomartino prorogati ſunt faſces in alterum menſem. Tertiò 7. April. an. 1377. quo die Receptor eiuſdem Nationis ſubſtitutus eſt M. Conſtantius de Gelanis. Iterum prorogati faſces in alterum & alterum menſem; quo tempore Bewinus de Winville licentiatus eſt, ſub M. Ioanne de Roncuria.

Ioanne Fabri Duacenſis Doctor in Decretis Monaſterij San-Vedaſtini Atrebatenſis primùm Præpoſitus, deinde Abbas an. 1370. Tractatum edidit de Schiſmate & Clementis partes fouit. Hinc ad Sedem Carnotenſem tranſlatus eſt an. 1379. variaſque legationes obijt ad an. vſque 1390. quo naturæ debitum ſoluit. Vid. p. 449. & 523.

Ioannes Fioti licentiatus eſt in Artibus menſe Aprili an. 1380. ſub M. Io. de Roncuria reponitur in Catalogo Regentium in Artibus Nat. Gallic. an. 1383. licentiatus fuit in Theologia, an 1397. cum Mathurino de Longolio, Iacobo Troüilleto & Io. Manchon.

Ioannes Carlerij Arnoldi *le Charlier* & Eliſabethæ filius, aliàs de Gerſone ſeu Iarſono ſic dictus, à viculo Parœciæ de Barbier ſecus Rbetellum Remenſis Diœceſis, licentiatus eſt in Artibus an. 1381. ſub M. Ioanne Loutrarij in prima auditione apud Cancellarium Pariſienſem, & eodem tempore M. Nicolaus de Clamengis apud S. Genouefam, ſub M. Ioanne de Roncuria, ambo Socij Nauarrici, Procurator Nationis Gall. fuit electus menſe Martio an. 1383 iterum 2. Octob. an. 1384. licentiatus eſt in Theologia an. 1392. & an. 1393. factus eſt Cancellarius Pariſienſis per eiurationem M. Petri de Alliaco; de eo fuſius ſequenti ſeculo, hîc liceat tantùm attexere Epitaphium Matris Eliſabethæ, quod litteris Gothicis inſcriptum lapidi legitur etiamnum ad murum Eccleſiæ *de Barbier*, quodque mihi benignè tradidit M. Rodulphus *Fournier* Rethelenſis, Tribus Remenſis in Gallicana Natione Decanus & Collega noſter.

Elizabeth la Chardeniere
Qui fin bel ot & vie entiere,
A Arnault le Charlier Eſpouſé
Auſquels Enfans ont eſté douze.
Deuant cet hus fuſt enterrée
M. Quatre cent & 1. l'année;
Eſtoit de Iuin le iour huitime
Ieſus li doint gloire ſaintime.

Ioannes Guignecurtius ſeu de Guignecurte Gall. de Guignicour Socius Sorbonicus licentiatus eſt in Artibus, ſub M. Ioanne de Quercu an. 1361. electus Procurator Nationis Gall. in Octauis S. Martini an. 1364. eique prorogatum eſt eſt munus in alterum menſem; cum verò eſſet taotùm in Theologia Baccalaureus, anno 1387. factus eſt Eccleſiæ Pariſienſis & Voiuerſitatis Cancellarius. vixit vltra ao. 1390. nam vt notat Hemeræus commemoratur cum MM. Petro de Alliaco & Ioanne Conardi in quadam littera Eccleſiæ Pariſ. qua Abbas & Conuentus S. Victoris biennio quoque *botas ſingulis Canonicis in Clauſtro habitantibus debere dicuntur*, at tres illi ſupra memorati vltra pontes commorabantur. Videtur autem Guignecurtius eiuraſſe Cancellariatum in gratiam M. Petri de Alliaco, quem an. 1389. factum fuiſſe legimus Cancellarium.

Ioannes Guioti licentiatus fuit in Artibus, ſub M. Io. de Roncuria ao. 1383. & paulo poſt, nempe die Mercurij 13. Ian. an. 1383. fuit electus in Procuratorem Nat. Gall. iterum an. 1385. 7. April. ſcribit verò ſe Procuratore ſigilla Nationis, cum pecunia ex Arca ſublata fuiſſe de nocte; quamobrem ille die 17. Ian. conuocata Natione ſtatui curauit, vt nulla fides haberetur quibuſcunque litteris donec refectum fuiſſet nouum ſigillum. Deliberatum fuit coocorditer “
nemine reclamante quod quidquid fieret, aut ſigillaretur de ſigillis Nationis “
cum pecunia dictæ Nationis die Sabbati de nocte præcedente in Nauarra fura- “
tis, nullius valoris eſſet ab illa die vſque in poſterum; immò etiam quod dicta “
ſigilla eſſent vana, caſſa & irrita, & quod fieret nouum ſigillum quo vteretur “
Natio. De quibus Ego Ioannes Guioti Procurator illo tunc in præſentia om- “
nium ibidem exiſtentium à M. Germano Felicis autoritate Apoſtolica Nota- “
rio publicum mihi requiſiui fieri inſtrumentum. Item in alia Congregatione, “
ſequenti 30. Ian. fuit deliberatum in S. Mathurino, *quod in Nauarra ſeruaretur* “
Arca Nationis, dum tamen peroptimè præpararetur dicta arca & fierent bonæ “
ſeræ & fortes iuxta ordinem Artificum aut Expertorum. Item quod fieret bona “
informatio per Commiſſarios Curiæ Officialis Pariſ. Item quod fieret bona “
monitio publicanda per Scholas & lectiones. *De quibus omnibus & ſingulis à M.* “
Ioanne Roberti Apoſtolico Notario mihi publicum fieri inſtrumentum requiſiui. Idem paulo poſt inter expenſas numerat 4. ſolidos perſolutos *illis qui portauerunt magnam Arcam in Nauarram.* Porro Ioannes ille Guioti Capellanus fuit Caroli VI. Canonicus Senonenſis & Campellenſis, iacetque in Cemiterio Cartuſienſium Pariſ. ad Crucem lapideam cum hac inſcriptione. *Cy giſt M. Iean Guyot iadis Chapelain du Roy noſtre Sire, Chanoine de Sens & de Champeaux, qui trépaſſa le 28. iour de Iuin, l'an de grace 1404.*

INDEX,

RERVM ET VERBORVM

quæ in hoc Volumine continentur.

A.

ABBAS San-Genoueſianus priuatur ab Vniuerſitate. 336
Adam de Iedwoſt fundator Burſæ Scoticæ in Vniuerſitate Pariſ. 349
Adam de S. Amando. 371
Ægidios Aiſcelinus, in Catal. Cardinalis factus reformauit Vniuerſitatem. 388
Ægidius Albi ſupercilij in Catal.
Ægidius de aſpero monte in Catal. Rector Vniuerſitatis. 592
Ægidius de Billiaco in Catal.
Ægidius de Campis in Catal. Doctor Theol. 835
Ægidius de Corbeia in Catal.
Ægidius de Dullendio in Catal.
Ægidius de Pertico in Catal.
Ægidius de Pontoiſe Abbas S. Dionyſij conſeruator priuilegij aduerſus abuſores Curiæ Conſeruationis. 207
Aimericus ſeu Aimarus de Magnaco vtriuſque Iuris Profeſſor, Epiſcopos Pariſ. ante promotionem ſupplicum libellorum Magiſter commemoratur in litteris fundationis Vniuerſitatis Andeg 381. intereſt dedicationi Capellæ Nauarricæ. 442. fit Cardinalis tit. S. Euſebij, obit. an. 1384. in Catal.
Alanus Gonterij in Catal.
Alanus de Lambala Doctor in Theologia. 569
Alanus de Mirech. 284
Alanus de Prope Pontou in Catal.
Alanus de Villa-collis Procurator Nat. Gallic. 262. 269. item in Catal.
Albertus de Bohemia Procurator Nat. Anglie. 319. 333. in Catal.
Albertus de Maruilla incepit in Artibus, ſob M. Io. de Maruilla, *cuius burſa nihil, quia Beneficiarius de Sorbona, & promiſit bona fide quod ſoluet quando habebit potentiam.*
Albertus Metenſis Minorita licentiatur. 70
Albertus Patauinus in Catal.
Albertus de Saxonia in Catal. primus Curio ab Vniuerſitate præſentatus ad Curiam S. Coſmæ. 362
Alexander Alemanici Collegij Prouiſor in Catal.
Alexander de Alexandria in Catal. & 166
Alphonſus de Bonavilla Doctor Theol. 643
Aluarus Pelagius in Catal.
Amelius de Brolio Cantor Turon. Doctor in Decretis. 569
Andegauenſis Vniuerſitas. Vide, Vniuerſitas.
Andreas Giny ſeu de Florentia Collegij Longobardici fundator. 225
Andreas de Monte S. Eligij Doctor in Theologia. 62
Andreas de Suecia in Catal.
Antonius de Alex. Doctor in Medicina. 305
Appellatio Vniuerſitatis à ſententia Prælatorum. 335
Appellatio 1. Vniuerſitatis à Benedicto XIII. 803
Appellatio 2. eiuſdem ab eodem. 811
Contra Appellantes à Rectore & à Deputatis Vniuerſitatis. 171
Arca communis Vniuerſitatis apud Maturinenſes. 893
Item apud S. Genoueſam. 336
Arcula & ciſta ſigilli communis apud S. Genoueſam, 318. quamobrem inde tranſlata in eadem Nauarricam. ibid.
Arcæ Nationum apud S. Mathurinum. 894
Arca Nat. Gall. ad Nauarram tranſlata an. 1383. Procuratore M. Io. Guioti, Vide in Catal. Ioann. Guioti.
Arca Nat Anglic. apud S. Coſinam, 301. Recenſio ſeu Inuentarium rerum in ea repertarum. ibid.
Arneſtus de Wlnen, aliàs de Hollandia Rector Vniuerſitatis. 413
Arnoldus de Beuere Saxo in Catal.
Arnoldus de Prel de Heppenart Notarius publicus. 392
Arnoldus de Toloſa Auguſtin. 32
Arnoldi Villanouani errores damnantur per Epiſcopum & Vniuerſitatem Pariſienſem, 42. eiuſdem errores, 107. 121. libri comburuntur, 166. quamobrem damnatus, ibid. eius doctrina à Bonifacio VIII. primum reprobata, deinde approbatur.
Artium Facultas deprimitur. 891
Artis Oratoriæ reparatio. 893
Ab Artium Facultate appellationes variæ. 372. 373
Aurelianenſis Vniuerſitas. Vid Vniuerſitas.

B.

BAccalariorum in Artibus iuramenta. 273
Baccalarij non debent admitti ante an. 21. ætatis. ibid.
Baccalariorum habitus. 274
Baccalarij primæ auditionis quinam vocentur. 302

Index Rerum,

Balduinus Agni Doctor in Theol. 569

Bartoli obitus. 344

Bartholomæus de Brice Doctor in Medicina. 284

Bedellorum Nationalium receptio. 576

Bedelli priuantur Burſa ob negligentiam ,518. vetantur ingredi in locum Congregationis, 164. 171

Bedelli defuncti vxor citata ad tribunal Rectoris reddit virgas argenteas, 577. Bedelli debent obſeqoi Rectori in omnibus agendis , 967. faſces ſubmittunt Procuratori & Nationi Gallic. 8. die Ian. *ibid.*

Bejaunium Regentium ſeu iocundus aduentus, 249. Statutum de Bejaunio , 266. 174. verita exactio Bejaunij. 267. Ius Bejaunij ad omnes Officiarios pertinens. 6-4

Benedicti X I. electio 61. humilitas. *ibid.* Rex Philippus ei , ſe Regnumque commendat, 62. Ille Regem , Prælatos , Regnicolas à Cenſuris Bonifacianis abſoluit , 63. 64. Cancellarijs licentiandi poteſtatem reddit & Prælatis Beneficiorum diſpenſationem ,65 Mendicantibus nimis addictus , 66. Priuilegia eis attribuit contra Parochos. 66. obit. 69

Benedictus XII. Doctor Pariſienſis , 241. in Papam electus , *ibid.* Scribit ad Vniuerſitatem de promotione ſua, 241. ædificat Bernarditarum Collegium, 250. ſtatuit circa Quæſtionem de viſione Beatifica , 250. item circa Canonicos Regulares ſtudia Generalia adeuntes. 253

Benedictus XIII. aliàs Petrus de Luna Pontifex creatur , 710. ſcribit ad Vniuerſitatem circa vias ſedandi Schiſmatis , 716. tergiuerſatur, 719. iterum ſcribit ad Vniuerſitatem,723.724. ad Regem Carolum V I. 729. iterum ad eundem & ad Ducem Bituricenſem de ſubſtractione obedientiæ , 8 8. Auenioni concluditur, 874. ad Regem ſcribit de ſua Captiuitate, 878. Regis ad eum reſponſio. 882

Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatio per Pontifices inordinata , 10. 23. 31. Diſſertatio de Præſentatione & Collatione Beneficiorum, 30. 32. an Laïci conferre poſſint Beneficia , 38. diſſertatio de Pontificijs Beneficiorum Eccl. collationibus , 911. Item de Regijs Collationibus eorundem 917. vbi de libertatibus Regni & Eccleſiæ Gallicanæ , deque Regaliæ iure. Prælati Franciæ Beneficiorum collationibus priuati, 917. 918. Beneficiorum reſeruatio antiqua , 30. contra Reſeruationes Benef. 20. contra Collationes extraneis factas , Penſiones & exactiones, 20. 23. Beneficia oblata Vniuerſitati ab Epiſcopo Cenomanenſi , 376. Beneficiorum Vniuerſitatis conferendorum ratio , 208. Priuilegium de non reſidendo in Beneficijs , 233. 234. Priuilegium perceptionis fructuum ex Beneficijs per 7. annos citra reſidentiam, 194. 295 Rex non vult Cardinales Beneficia poſſidere in Francia. 296

Berchorius Pictanienſis. 319

Bernardus de Craciaco. 49

Bernardus de Haërmais, aliàs de villa Campi in Catal.

Bernardus de Fargijs in Catal.

Bernardus de Mercorio. 62

Bernardus de Loiſem. 310

Bernardus Textoris in Catal.

Bernardus Alamandi in Catal Epiſcopus Condomenſis ſcribit de Schiſmate , 620. ad Clementem VII. &c.

Bernardus de Roma in Catal.

Bero de Suecia in Catal.

Bertaudus ſeu Bertholdus de Alcmaria Procurator Nat.Ang. 643

Bertaudus ſeu Bertholdus de S. Dionyſio in Catal. ſermonem habet ad Proceres Eccleſiæ Gallic. contra Bonifacium V I I I. 40. obit 109.

Bertrandus Botelli in Catal.

Bertrandus de Fontenayo in Catal.

Bertrandus de Gutto Papa Clemens V. factus, Vide Clemens V. in Catal.

Bewinus de winvilla dotator Collegij Marchiani 169. & in Catal.

Blaſius Audromari in Catal.

Bonifacius Papa VIII. imperioſè ſcribit Philippum Regem ſubeſſe ſibi etiam in temporalibus , 5. 6. vetat ſolui Regi Decimas Beneficiorum Eccl. 6. Collationibus ei interdicit, 6. Regaliæ ius adimit , 6. 7. 8. Regem arguit ſpoliationis Beneficiorum , prauæ monetæ, prauæ adminiſtrationis Politicæ , 9. Concilium conuocat contra Philippum , 10. 11. 12. Conſiliarios Regis accuſat , 10. repræſentat mala à Sarracenis Eccleſiæ illata , 10. Magiſtros in Theol. & Decretis euocat ad Concilium , 11. 12. Item Cancellarios Vniuerſ. 13. Regem acriter arguit ob detentionem Epiſcopi Appamienſis 13. Epiſcopi crimina , 12. Bulla Bonifacij Pariſijs comburitur, 11. 14. Eccleſiæ Prælatos accuſat ignauiæ quod Eccleſiam calcari patiantur, 54. 25. Cancellarijs adimit licentiandi poteſtatem,16. inſiſtit ſententiæ de Regum ſubiectione, 15. Excuſatur à Cardinalibus , 16. 17. negant Cardinales ſcriptum quidquam ſuo conſilio de ſubiectione Regum quoad temporalia , 19. 30. Cardinalis Portuenſis de diſſidio Bonifaciano , 28. 29. 34. 35. Bonifacius commemorat Beneficia a ſe collata Regnicolis, 27. Magiſtris Pariſ. 24. ſuum erga Regem Regnumque amorem prædicat, Regi minatur exemplaque repræſentat depoſitorum per Pontifices Regum . 33. 55. publicat Bullam *Vnam ſanctam* de duplici gladio Eccleſiæ & ſubiectione Regum in temporalibus , 36. 37. Regem excommunicari iubet per Ioannem Monachum Cardinalem, 38. 19. Criminibus oneratur , 40. 41 42. exprobrat beneficia à ſe Franciæ collata , 54. 55. Proceſſum cauſæ inſtituit aduerſus Philippum , 57. & ſeq. capitur in Natali vrbe , 60. eius Captiuitas deſcribitur , 60. mores , 61. mors , *ibid.* primus ſibi vindicauit Beneficiorum Collationes in Regno Franciæ , 913. litteræ publicæ Clementis V. ad abſolutionem , vel condemnationem Bonifacij, 120. deciſio litis Bonifacianæ , 144. tationes variæ pro ipſo & contra. 145

Bricius Monachi Notarius publicus. 572

S. Brigittæ obitus. 441

Burſæ Scoticæ fundatio. 349

Burſæ communis inſtitutio ad lites , eiuſque Re-

ceptur. 360

Burſa commonis ſeu Collecta Facultatis Artium contra Theologos. 301. 302

C.

CAncellarij Vniuerſ. priuantur licentiandi poteſtate, 54. reſtituuntur in integrum, 65.

Cancellarius Pariſ. nec Vniuerſitatis, nec vllius Facultatis caput eſt. 967

Cancellarij Pariſienſis Receptio ab Vniuerſitate, 318. vetitum dare pecuniam Cancellario pro licentia, 250. 251. 275. lis cum Cancellario Pariſ. ob exactiones, 585. 606. & ſequent. Capitulum Pariſienſe alium à Cancellario ſubſtituit ad dandum licentias, 585. ſtatotum Vniuerſ. contra Cancellarium, 599. 600. 605. celebre Senatuſconſultum latum contra Cancellarium San-Genoueſianum tempore Schiſmatis, 587. & ſeq. Contra Cancellarium Pariſ. admittentem Baccalarios ad licentiam ſpretis ſtatutis Theolog. Facultatis, 605. De Canonicis Regularibus ad Vniuerſitates mittendis. 253

Capellaniæ Ioannis de Thelu fundatio, 303. præſentatio ad Capellaniam, 307. ad eandem præſentatur Ioannes Buridanus ab Vniuerſitate.

Capellæ S. Martini de Ordeis Patronatus mutatus. 418

Capellaniarum fundatio à Philippo Pulchro, 71. 72

Capellaniarum dotatio, 418. & ſeq. diſcordia inter Capitulum Pariſienſe & Vniuerſitatem de ordine procedendi in exeqoiali pompa Regis, 319. Capitulum ſatisfacit Vniuerſitati, 319. lis inter Vniuerſitatem & Capitulum Pariſ. 275. ob Caonicum S. Benedicti Scholarem inteſtatò defunctum, 202. Canonici Capituli reſecati ad Vniuerſitate reſtituuntur in integrum, 210. lis inter Capitulum Pariſienſe & Decretiſtas de lectura Decretorum, terminatur à Clemente Papa. 601

Cardinalium exactiones Schiſmaticis temporibus. 915. 916

Cardinales in Italia commorantes ad Aueniononenſes de electiooe Vrbani VI. 465. ad Vniuerſitatem. 466. 479

Carmelitarum Baſilica in Platea Maubertina dedicatur, 328. diploma Philippi Regis in hanc rem. *ibid.*

Carolus V. in Catal. inauguratur Remis, 379. obit. 582. dum effertur, exurgit diſcordia inter Scholares & Seruientes Prætoris Pariſ. 582. cætera quæ in Catalogo omiſimus, hîc accipe; laudatur præſertim ab inſigni prudentia in rebus agendis. Vnde & *Sapientis* cognomentum tulit; de eo Petrarcha ad Vrbanum Papã, *Noſſe mihi videor adoleſcentis canum & ſenilem animum, ac præcipuam quandam vrbanitatem linguæque modeſtiam magnis mihi olim in rebus expertam.* Hac indole præditus quia non erat ipſe admodum Latinè doctus, viros litteratos mirificè coluit eoſque largiſſimis ſtipendijs ad verſiones Gallicas excitauit; nec omiſit eum hinc laudare Robertus Gaguinus in Orat ad Guidonem de Rupeforti Franciæ Cancellarium. *Idque*, inquit, ſagaciter olfaciens Carolus V. (nimirum quàm vtiles eſſent litteræ) *cum & infantiam atque adoleſcentiam ſine eruditione altioris diſciplinæ exegiſſe ſe doleret, ſummopere inſtituit plurimos in omni diſciplina libros in vernaculam linguam conuerti, vt quod à Conſiliarijs hominibus Latinè proferri audiret, id & legeret per ſe & nullo admonitore comprehenderet.* Eius ergo iuſſu Nicolaus Oreſmius Biblia, Ethica, Politica, libros de cœlo & mundo Ariſtotelis, Petrarchæ Dialogos de vtraque fortuna vertit, Simon de Heſdino Doctor Theol. Valerium Max. Ioannes Goulanus Carmelitarum Prouincialis Rationale Diuinorum Officiorum, Ceremoniale, Collationes SS. Patrum è Græco in Latinum à Caſſiodoro verſas: Ioannes Corbichonius Auguſtinus Doctor in Theol. & ipſius Confeſſarius, Bartholomæi Anglici Proprietarium ſeu rerum omnium proprietates; Radulphus de Preſlis S. Auguſtini libros de Ciuitate Dei; Petrus Vrbeuetanus Epiſcopus Hiſtorias Romanorum Pontificum, vt ipſe teſtatur lib. 4. c. 4. Dialogorum inter Ortodoxum & Cathecumenum. *Impoſuit*, inquit, *Petro Vrbenetano Epiſcopo vt Hiſtorias Rom. Pontificum B. Damaſi Papæ ad S. compoſitas Hieronymum exponendo ſcriberet & pro poſſe compleret, ac vt exquireret Codicem ſacrorum Canonum & expoſitum daret ſibi. Per has enim ſcripturas & paucas alias ſperabat ſanè poſſe reformari ſtatum Vniuerſalis Eccleſiæ, vel ad minus Gallicanæ ſecundum normam & regulas contentas in ſententijs prædictorum librorum* His ſe exercebat Carolus: vnde ſic eum compellat Carolus de Louviers in Præfatione *Somnij Viridarij*. Quand tu te peux retraire de la « cure & de la grand' penſée que tu prens « pour ton Peuple general & la choſe publi- « que, tu te appliqoes en aucun retrair, & là « ſecretement lis ou fais lire aucune bonne « eſcriture ou doctrine, ou fais par Clercs mou- « uoir aucunes doubtes ou Queſtions; car ſur « tous Princes Chreſtiens tu veoys & oys « voulentiers bons Clercs, tu les aduances & « leur portes honneur & reuerence & les as « en remembrance en les promouuant de ton « propre mouuement. «

Somnium illud Viridarij de Poteſtate Pon- « tificia conſcriptum eſt iuſſu ipſius Principis, « in quo agitur de progreſſu deque plenitudi- « ne, vt vocant, poteſtatis Pontificiæ, de Iu- « riſdictione coactiua, gladio vtroque, & alijs « eiuſmodi. «

Carolus VI. In Catal. furore corripitur, 680. poſt mortem Clementis VII. legatos mittit ad Cardinales. 710 711

Carolus IV. Bohemiæ Rex & Imperator in Catal. Lutetiæ excipitur, 450. Pragenſem Vniuerſitatem inſtituit. 313

Cenſura Doctrinalis quid ſit, 895. quotuplex ſit & quot modis fiat, *ibid.* Cenſuræ Vniuerſitatis. 895

Cenſuræ ſingularum Facultatum, 896. Cenſuræ Epiſcopales. 899

Ceſſatio Vniuerſitatis à lectionibus & ſermonibus. 696

Chriſtianus de S. Audomaro Doctor in Theolog. 548

Digitized by Google

Chriſtophorus de Cugnetijs in Catal.

Clemens V. VI. VII. in Catal. Clemens V. Pontifex eligitur & quomodo, 98. reuocat Bullam Bonifacij *Clericis Laicos, & Vnam ſanctam*, 99. 100 erigit Vniuerſitatem Auenionenſem, 101. indulget priuilegia ſtatutorumque condendorum poteſtatem, 102. Scholaſticum ſeu Cancellarium creat ad negotium Licentiarum, 102. alia ſtatuta ibidem condit, 103. inſtar Vniuerſitatis Toloſanæ, *ibid.* Auenioni primus Pontificum ſedet, 113. Concilium Viennenſe habet, 141. de ſumptibus Doctoratus, 142. de Scholis linguarum, 141. memoriam Bonifacij ab omni crimine hæreſeos leuat. *ibid.* Vniuerſitati fructuum è Beneficijs percipiendorum licentiam facit & in eam rem ſcribit Conſeruatoribus, 113. moritur, 169. eius Epitaphium, *ibid.* Clementinarum lectio imperata Academijs. 177

Clemens VI. Petrus Rogerij ante dictus fit Pontifex, 276. Priuilegium indulget pro reditibus Beneficiorum. 277

Clementis VII. aliàs Roberti Gebennenſis electio in Papam, 526. in Catal. pro electione Clementis expoſitio ad Comitem Flandriæ, 510. pro eadem alia expoſitio Ioannis Fabri Abbatis San-Vedaſtini, 523. pro eadem Petri de Barreria Tractatus, 529. pro eadem Prior Carnotenſis pro Magiſtris Pariſienſibus, 555. Clementi adhæret Francia, 564. in eamque rem terna habentur à Carolo V. Comitia, 565. Vniuerſitas primùm dubia Iudicium ſuſpendit, 566. litteræ Regis ad Vniuerſitatem, vt ea de re deliberet, 568. variæ dicuntur ſententiæ, 570. tandem eidem Clementi adhæret. *ibid.* litteræ Clementis ad Facultatem Artium, 578. deliberatur in Vniuerſitate de Rotulo ad Clementem mittendo variæque dicuntur ſententiæ, 579. diſſidium inter Abbatem & Cancellarium San-Genoueſianum ob electionem vtriuſque Pontificis, 581. Exactiones Clementis, 582. contra eas inſurgit Vniuerſitas iniquo ſucceſſu, Roncio Oratore, Rectoreque fugatis, 583. hinc diſſipatio Vniuerſitatis, *ibid.* Petrus de Luna Cardinalis Caſtillianos ad Clementis partes adducit, 585 Confeſſio Cardinalis Vltramontani pro Clemente, 586 Rotulum ad Clementem mitti tandem placet, 591 592. Priuilegium à Clemente Vniuerſitati conceſſum contra Occupatores Redituum Eccleſiaſticorum, 5. 3. 594. Indulget Vniuerſitati perceptionem fructuum ad ſeptennium, 596. declaratio Hugonis Cardinalis pro Clemente, 603. Vniuerſitas inſtat apud Clementem ſedationi Schiſmatis, 618. Clemens ſe ſubmittit autoritati Concilij Generalis, 618. Nauarrus Clementem agnoſcit, 648. Cardinalis Sabinenſis eundem fatetur eſſe verum Papam, 671. Petrus de Luna Pariſijs pro Clemente laborat, 685. Clemens Lodouico Andegauenſi ad recuperationem Regni Siculi Decimas Beneficiorum impertit, 680. Animum abijcit acceptis litteris Vniuerſitatis de modis ſedandi Schiſmatis, 701. obit. *ibid.* quid poſt eius mortem egerit Vniuerſitas, 709. Rex ad Cardinales poſt mortem Clementis. 710. 711

Cœleſtinus Papa inter Cœlites refertur, 167. Philippi in hanc rem affectus. *ibid.*

Collegium Æduenſe fundatur. 252. 275

Collegium Allemanicum. 328

Collegia Anglicana Oxoniæ. 185. 186

Collegium de *Aue Maria* fundatur, 261. quare ſic dictum. *ibid.* qui Collegij moderatores, 262. ſtatuta. 614

Collegium Atrebatenſe. 239

Collegium Baiocenſe inſtituitur. 220

Collegium Becodianum. 327

Collegium Beluacenſe ſeu de Dormano. 429

Collegij Boiſſiaci fundatio. 349

Collegium Burgundicum inſtituitur. 235

Collegium Cameracenſe. 319

Collegij Carnotenſis fundatio. 420

Collegij Cluniacenſis ſtatuta, 121. & ſeq. circa Scholares in Philoſophia ſtudentes, 122. circa Theologos, 123. Collationes inſtitutæ, 123. circa Doctoratum in Theol. 124. circa penſiones Monachorum ibidem commorantium. 126

Collegium Conſtantinopolitano-Marchianum, 364. vbi de MM. Ioanne & Guillelmo de Marchia deque Bewino de Winvilla Fundatoribus & Dotatoribus. 365. & ſeq. 370

Collegium Dacicum in vico Montis San-Genoueſiani. 328

Collegij Fortetici à M. Petro Forteti Canonico Pariſienſi fundatio. 674

Collegij Geruaſiani fundatio. 430

Collegij Harcuriani fundatio & ſtatuta, 152. & ſeq. confirmantur ab Epiſcopo Pariſienſi, 162. Sacellum Collegij. 162

Collegium Ioſtitianum. 318

Collegium Laudunæum, 168. fundatio Capellani 169. laus Scholarium Laudunenſium. 169

Collegium Lexouienſe fundatur an 1336. ſed non perficitur fundatio niſi an. 1414.

Collegium Longobardicum inſtituitur. 225

Collegium Maclouienſe, 8. Scholarium. 393

Collegium Marchianum. 364

Collegium S. Martialis in Vniuerſitate Toloſana fundatur. 364

Collegium Facultatis Medicinæ, 12. Scholarium apud Montempeſſulanum ab Vrbano V. inſtitutum. 380

Collegium Mignonium, quod & Grandimontium. 281

Collegium Montis acuti. 371

Collegium Narbonenſe fundatur. 180

Collegium Nauarricum fundatur à Iana Philippi Pulchri vxore, 74. inſtrumentum fundationis, 74. 75. Nauarricæ Domus encomium, 75 Burſariorum numerus, *ibid.* De Grammaticis, Artiſtis & Theologis Collegij Nauarrici, 82. omnes tenentur intereſſe diuino Officio, 83. Reditus Collegij, 84. ſingulæ Communitates ſeu Societates ſuam habent habitationem, 84. Sacellum ſeu Capella ædificatur, 85. Executorum Teſtamentariorum additio & mutatio, 87. 88. Beneficiarij Nauarrici qui dicti, 92. quomodo aluntur, *ibid.* ſtatuta Burſariorum, 92. 93. Capellanorum & Clericorum, 94. Prouiſoris munus, 95. debet emere libros ex pecunia reſidua, 95 quomodo ſtatuta fieri debeant. *ibid.* Inſtituitur ſermo ſancti Ludouici in Colleg. Nauarrico, 96. item Feſtum Præſentationis B. Virginis. 96

Catalogus Magnorum Magiſtrorum eiuſdem Collegij. 97
Capellæ dedicatio. 442
Collegij S. Nicolai Luparæi ſtatuta reformata, 339. & ſequen.. à Præpoſito Pariſienſi fit ſatisfactio ob violata iura Collegij ex mandato Caroli V. Regis. 386
Collegij Pleſſæi fundatio. 191
Collegium Preſleum fundator à M. Rodulpho de Preſlis, 167. 168. Scholarium Preſlæorum diſſidium, ob idque diuiduntur in duas habitationes. 168
Collegium Tornacenſe. 328
Collegium Turonenſe. 240
Conceptionis Deiparæ feſtum inſtituitur, 78. 964. Pro immaculata Conceptione certat Vniuerſitas. 609
Contra immaculatam Conceptionem. 610
Concilium Generale ſupra Papam, 40. appellatio à Papa ad Concilium Generale, 40. 41. Vniuerſitas appellationi Regis ad futurum Concilium adhæret, 47. eidem adhærent Dominicani, 49. eidem Martinus de Ripa, 52. eidem Vniuerſitas Tolotana. 52
Conrados de Gerlenhuſen Tractatum edit de Schiſmate. 682
Conradus de Monte-puellarum in Catal.
Conradus de Nouitate in Catal.
Conrados de Suecia in Catal.
Contra Conſeruatores Vniuerſitatis abutentes priuilegijs, 270. ratio libellorum in Curia Conſeruationis. 394
Conſeruator ſolos cognoſcit de cauſis Perſonalibus Scholarium. 413
Contributio Generalis, 261. Theologi contribuere coguntur, *ibid.* Contributionis Receptores Rector, Procuratores & Deputati de qualibet Facultate. *ibid.* Quæſtio celebris de Corpore Chriſti in triduo mortis. 615
Corbarius Antipapa creatur, 217. damnat Ioannem XXII. 220
Primus Curio S. Coſmæ ab Vniuerſitate præſentatus, 362. Natio Anglicana videtur contribuiſſe ad extructionem Eccleſiæ S. Coſmæ, *ibid.* monumentum Nationis Angliæ, apud S. Coſmam, ſcamnum & inſignia, *ibid.* lis de Patronatu S. Coſmæ agitata in Parlamento. 291
Croeiada ſeu Crucis aſſumptio prædicatur, 156. tres Reges & multi Principes eam aſſumunt, *ibid.*
Cyni Iuriſconſulti obitus. 251

D.

DAuid de walha Rector Vniuerſ in Catal.
Decanus Facultatis Decretorum ſatisfacit Rectori & Facultati Artium. 387
Decanus primus oneris Facultatis Medicinæ. 214
Determinātium habitus in Miſſis & Veſperis. 180
Dionyſius Ilaronis in Catal. Rector Vniuerſ. 364
Dionyſius Soulechat Minorita errores reuocat. 375. 382
Doctoris Theologi receptio extra ordinem ex Bullis Papalibus, 279. 280. 282. 315. 325. 345. 370. 378. 380. 446. 447. deliberatio ſuper Bulla Papali in hanc rem. 397
Dominicus de Clauagio ſeu de Clauaſio Burſarius Collegij Conſtantinopolitani, 365. & in Catal.
Dominicus Ducis Tullenſis Diœceſis Gall. Nat. Procurator an. 1371.
Dominicus de Luneville in Catal.
Dominicus Parui in Catal.
Durandus de Aurilliaco in Catal.
Durandus de S. Portiano in Catal. & 49.

E.

ECcleſiæ Gallicanæ Synodos ad terminandum Schiſma, 732. Vniuerſitas Actorem in ea ſuum habet & informat, 737. Eccleſiæ Proſopopæia in Schiſmate conſtitutæ, 746. alia Synodus Eccleſiæ Gall. ad deliberandum de ſubſtractione obedientiæ, 829. ſubſtractionem concludit. 847
Eccleſiæ Gallicanæ libertates, 912. quando libertatis vocabulum vſurpatum. *ibid.*
Edoardus II. Rex Anglorum feſtiuè Pariſijs excipitur, 167. ad Ioannem XXII. ſcribit pro Academia Oxonienſi. 184. 185
Epiſcopus Pariſienſis ab Vniuerſitate priuatur, 226. Protectio data à Ioanne XXII. contra Vniuerſitatem, 125. 216. lis inter Epiſcopum Pariſ. & Vniuerſitatem ob molctam pecuniariam Scholari indictam in Curia Officialitatis. 216. 27
Epiſcopus Pariſ. ob incarceratum Scholarem Monachum Vniuerſitati ſatisfacit, 320. Rector Vniuerſitatis Epiſcopum præcedit verba facturus ad Regem, 385. lis inter Epiſcopum Pariſienſem & Inquiſitorem fidei. 441
Erardus Macardi in Catal.
Erardus de Conty Doctor Med. Carolo V. duo volumina Commentariorum in Ariſtotelis Problemata dedicauit.
Errores M. Ludouici Theologi reuocati. 374. & ſequent.
Errores M. Ioannis de Calore reuocati. 377
Errores Dionyſij Soulechat Minoritæ reuocati, 375. 382. 414
Errores Nicolai de Vltricuria reuocati. 308
De Erroribus Raimundi-Lullij. Duplex Lullius, 419
Errores Wicleffi. 450. & ſeq.
Errores ad Magiam pertinentes damnati. 864
Errores Minoritarum. 197. & ſeq.
Euenus Bohie, vel Borric Doctor Theol. 643
Euſtachius de Riuo Decretorum Doctor. 643
De Examine S. Genouefæ, 261. Examinatores & Cancellarius vetiti pecuniam exigere a Licentiandis in Artibus. *ibid.* vid. ſupra *Cancellarium.*

F.

FAcultatis Artium ſtatus, 891. diſſidium in Facultate Artium ob examen S. Genouefæ. 334
Ferricus Caſſinelli Decretorum Doctor in Catal. eius litteræ ad Vniuerſitatem contra Quendam impugnatorem immaculatæ Conceptionis B. V. 640
Ferricus de Metis legum Doctor. in Catal.
Feſtum Edmundi Regis cum Craſtino inſtituitur. 377

Feſtum

Feſtum Præſentationis B. Mariæ Virginis inſtituitur, 441. Philippus de Mazerijs autor inſtitutionis, quomodo, *ibid.* Officium Feſti mittitur à Rege ad Collegium Nauarr. 446
Firminalia Tribus Ambianenſis in Natione Picardica. 231
Flagellatorum Secta ab Vniuerſitate reprimitur. 314
Flamingus de Marroy ſeu Marreroy in Catal.
Florentinorum à Gregorio XI. diſſidium. 444. 448. & ſeq.
Franciſcus Alcmade in Catal.
Franciſcus Carracciolus Cancellarius Pariſ. 577. & in Catal.
Franciſcus Chriſtophori Canonicus Regularis in Catal.
Franciſcus *d'Eſtele* Rector Vniuerſitatis. 480
Franciſcus Maironius inſtitutor Sorbonicæ laurea Doctorali donatur extra ordinem. 197. & in Catal.
Franciſcus de Mediolano Doctor Theol. 567
Franciſcus de S. Michaële Rector. 419
Franciſcus Petrarcha in Catal.

G.

GAleranus de Pendref Doctor Nauarricus in Catal.
Gammerus de Bleſis. 96
Garinus de Moreto Socius Nauarr. 95
Gauſtidus de Melpomre Doctor Medicus in Catal.
Gaufridus de Miricuria florebat in Artium Profeſſione an. 1359. 1360
Gaufridus de Columbarijs in Vindocinijs. 95
Gaufridus Roſſleti pro Coll. Maclouienſi. 392
Gentilis de Monteflotis Doctor Theol. 120
Gerardus de Aruernia in Catal.
Gerardus de Bononia Carmelitarum Prior Generalis in Catal.
Gerardus Hypot de Kalker Baccal. Theolog. in Catal.
Gerardus de Laſboëgas in Catal.
Gerardus de Lemouicis Procurator Nat. Gall. in Catal. & p. 100.
Gerardus Magnus Dauentriæ Socius Sorbonicus in Catal.
Gerardus de Manilijs in Catal.
Gerardus Pigaloti Epiſcopus Atrebatenſis. 28
Gerardus de Veruino Pœnitentiarius Eccleſiæ Pariſ. in Catal. 361. 366
Germanus Cellari Sub-Prouiſor Sorbonicus in Catal.
Sang-Germano Pratenſes Monachi tranſigunt cum Vniuerſitate de Patronatu Eccleſiarum, 285. Vaſa ſua oppignerant ob pecuniam Vniuerſitati debitam, 289. ſatisfaciunt pro impenſis, 290. transferunt ius Nundinarum ad Regem pactâ conditione, 40. lib. annui reditus Vniuerſitati penſitandarum. 412
Catalogus Curionum S. Germani veteris ab Vniuerſitate præſentatorum. 424
Germanus de Rungiaco florebat in Artium Profeſſione an. 1373. licentiatus fuit in Theolog. an. 1400.
Geruaſius Chriſtiani Doctor in Medicina, 348. & in Catal. 567. 569
Geruaſius Beſſouche ſeu Boiſſouche Decanus Facultatis Decretorum. 567. 168. 169
Gilotus Artuarij Grammaticus Nauarricus. 95
Godefridus Balic Procurator Nat. Picard. 567
Gobertus de Monte-Beraudi in Catal.
Godefridus Cornubienſis in Catal.
Godefridus *Lattacher* in Catal.
Godefridus Bouſſardi de Collegio Nauarrico. 74
Godefridus ſeu Gotfridus Parchunn in Catal.
Gonſaluus Præpoſitus Generalis Minoritarum, 70. obit, 166
De Gratia & libero arbitrio diſputatio. 253
Gregorius Arimineuſis in Catal.
Grindus ſeu Grimtius Bonifacij Procurator Nat. Norman. 262 Idem fuit Cancellarius Pariſ. 361. ſtatuta condit Sorbonica, 421. in Catal.
Gualteri Brugenſis Epiſcopi Pictauienſis miraculum. 309
Gualterus Burley in Catal.
Gualterus Graſſi in Catal.
Gualterus de Wardelay, in Catal.
Guido Auguſtinenſis errores reuocat. 329
Guido de Caſtro forti, Doctor in Medicina. 569
Guido de Diuione Artiſta Nauarricus. 95
Guido de Chaſtillon Executor Teſtamentarius Ianæ Reginæ. 88
Guido Dominicanus reuocat errores. 183
Guido Guerini Rector Vniuerſ. 368. Doctor in Medicina. 567
Guido de Lingonis determinauit in Artibus an. 1365. ſub M. Io. de Quercu.
Guido de Noa. 95
Guilbertus de Seloëto Doctor in Medicina. 169.
Guillelmus Ameline. 178
Guillelmus Amy-doux Socius Sorbonicus. 230
Guillelmus de Attiliaco. 96
Guillelmus de Altamilliana. 96
Guillelmus de Autiliaco Epiſcopus Pariſ. 71
Guillelmus Bauferi Epiſcopus Pariſ. 69
Guillelmus Bernardi Baccal. Nauar. 95. Cancellarius Pariſ. 236
Guillelmus Brito. 62. 71
Guillelmus de Camera determinauit in Artibus menſe Feb. an. 1370. Procuratore Nat. Gall. M. Guill. *le Dos* Tribus Turon. incepit autem, ſub M. Michaële de Creneyo. Cõmemoratur quoque in Reg. Nat. Gall. Ioannes de Camera.
Guillelmus Carpentarij, Procurator Nat. Norman. 643
Guillelmus de Chanaco Epiſcopus Pariſienſis. 277
Guillelmus Carnificis Rector. 420. & in Catal. Doctor in Medicina. 569
Guillelmus de Corbolio Baccal. Nauarriens. 95
Guillelmus Curatus de Domno-Martino. 95
Guillelmus *le Dos*, Procurator Nationis Gallic. 442. 560. & in Catal.
Guillelmus Felicis Trecenſis licentiatus eſt in Artibus, ſub M. Mich. de Creneyo an. 1373. Nat Gall. Procurator fuit & Notarius Apoſtolicus. Vide in Catal. Ioan. Chicoti.
Guillelmus Gormont Præpoſitus Pariſ. 115
Guillelmus Gorrien Rector Vniuerſitatis. 280. 448. 461
Guillelmus de Hoëſterzele Doctor in Medicina. 695
Guillelmus de Lomberis Canonicus Pariſienſis. 269
Guillelmus Longus Decretorum Doctor. 120

MMMmmm

Digitized by Google

Guillelmus de Marchia in Catal.
Guillelmus de Mareſco Notarius publicus, 166. item Notarius Curiæ Conſeruationis, 173. cuius operâ ſæpè vtebatur Vniuerſitas, vt legitur in Reg. Nat. Gall. M. Henricus Chicoti Procurator ſcribit ſe dediſſe 3. ſol. *pro pluribus Inſtrumentis à D. Guill. de Mareſco petitis non tamen leuatis, neſcio an non regiſtratis*, ad an. 1383.
Guillelmus de Narbona Regens in Theologia. 209
Guillelmus de Nogareto. 45. 111
Guillelmus Okamus in Catal. abſoluitur anathematis, 317. Quidam errores Okami recenſentur. 318
Guillelmus Oppenbachius in Catal.
Guillelmus de Pleſſeio contra Bonifacium. 41. 62
Guillelmus Reginaldi in Catal.
Guillelmus de Saona. 74
Guillelmus de Sinay in Catal. Prior Sorbonicus. 229
Guillelmus de Spiny in Catal.
Guillelmus Theuenardi Rector Vniuerſ. 442. & in Catal.
Guillelmus de Valone Epiſcopus Ebroïcenſis & Confeſſarius Regius errorem Monteſonianum publicè abiurat. 633
Guillelmus de Warra Ioannis Scoti Magiſter. 70
Guillelmus Varant Doctor in Theolog. 683
Guillelmus Venlet licentiatus in Decretis, Pædagogij Magiſter litem exercet cum Virgiſeris Caſtelleti, ad eiuſque cauſam accedit Vniuerſitas. 674
Guillelmus de Viridi Monte in Catal.
Guyotus de Ybernali Grammaticus Nauarricus. 95

H.

HÆreſeos Bohemicæ ſeu Huſſitanæ initium. 684. 685
Hæretici Pragenſes inuehuntur in Curiam Romanam. 443
Hæreſis Wicleffianæ initia. 447
Hebertus de Alſellis Doctor in Decretis. 365
Hebertus Courtois Decanus Tribus Pariſ. in Nat. Gall. 442
Hengerennus de Freſneyo Doctor in Theol. 348
Henricus Amandi Doctor Theol. 62
Henricus de Athenis. 461
Henricus Beuue Doctor in Decretis. 561
Henricus de Brenehere in Catal.
Henricus Chicoti aliàs de Moſomo in Catal.
Henricus de Cliuijs Angl. Nat. in Catal.
Henricus de Fauterijs Abbas Cluniac. in Catal. Vide ſupra Collegium Cluniac.
Henricus de Exker de Kalxer Procurator Nat. Ang. 349
Henricus de Gerooe Doctor in Theol. 561
Henricus de Haſſia in Catal. Doctor Sorbonicus doctiſſimum edit Tractatum de Schiſmate. 574
Henricus Herouc ſeu Heraut Doctor in Theol. 561. in Catal.
Henricus de Herne Weſtphalus Nat. Angl. Procurator, in Catal.
Henricus de Herlem Procurator Nat. Angliæ, in Catal.
Henricus de Kempen ſeu de Kempis aliàs de Lingno in Catal.
Henricus de Minda Saxo Procurator Nat. Ang. in Catal & fol. 312.
Henricus Rouſſelli Rector, 605. & in Catal. poſtea in Decretis Profeſſor.
Henricus de Sandoya Artium Magiſter. 219
Henricus de Vrimaria Auguſtinianus in Catal.
Hebertus de Corcellis, vel Corellis Doctor in Decretis. 348
Heremigus de Dacia Rector in Catal.
Hermanous de Monteſolis de Brunſwich Procurator Nat. Angl. in Catal.
Hermannus de Rotomago Rector Vniu. in Catal.
Hermannur de Saxonia. 327
Heruæus Camaroti Doctor in Medicina. 561
Heruæus Carnemori. 420
Heruæus Caſſioti ſeu Caſtrioti Doctor in Decretis. 368. 369
Heruæus de Roxa Rector Vniuerſ. 188. Capellanus Vniuerſ. 208
Heruæur de Inſula Notarius poblicus. 269
Hueti dicti Dominicani, quamobrem. 599
Hugo Aubriotus Præpoſitus Pariſ. iurat Vniuerſitati. 391. 413. 435. 462. incarceratur. 584
Hugo Blancher Canonicus Pariſienſis. 573
Hugo de Beſontio. 37
Hugo Epiſcopus Pariſienſis priuatur ab Vniuerſitate. 226
Hugo de Matiſcone Doctor in Decretis. 120
Hugo Sapientis primus Decanus oneris Facultatis Medicinæ. 254

I.

IAcobus de Altavilla in Catal.
Iacobus de Caocarana Rector Medicus. 219
Iacobus Coquelin Notarius publicus. 366
Iacobus de Congiaco Artiſta Nau. 95
Iacobus Fornerius Doctor Theolog. Cardinalis factus. 216
Iacobus Fraſſus Notarius publicus. 229. 231
Iacobus de Pauilione. 366
Iacobus de Fourno in Catal. & 216.
Iacobus de Iuuenis. 349
Iacobus Perotii in Catal.
Iacobus *Le Riche* Doctor in Decretis in Catal. 569. 602
Iacobus de Sena Factum edit de electione Vrbani VI. 485
Iacobus de Villa-Straminis in Catal.
Iana Philippi Pulchri vxor Teſtamentum condit, 74. inſtituit & fundat Collegium Nauarricum, 74. 82. plurima bona legat ſuis Domeſticis, 75. additio ad eius teſtamentum, 80. confirmatur. *ibid.* Ianæ laudes. 83
Ianæ Barboniæ exequiæ. 450
Ianæ Papiſſæ commentum. 240
Formula litterarum Illuminatoris. 597
Innocentius VI. in Catal.
Iudictitia ſupplicatio, 243. ibi de Benedictione Epiſcopali Indicti.
Inquiſitor hæreticæ Prauitatis ægrè recipitur in Delphinatu. 444
Inquiſitor diſſimulat errores Ioannis de Monteſono. 630
Ioannes Ade aliàs *Le fils* errores reuocat. 641. 643

Digitized by Google

Ioannes de Allodio Cancellarius Pariſienſis. 49
Ioannes Ance Rector Vniuerſitatis in Catal. 334. 349
Ioannes de Aquis Nationis Angl. Philoſophiæ Profeſſor an. 1358
Ioannes de Aruernia. 249
Ioannes Aſſenede Doctor in Theol. 289
Ioannes Aſini de Vendcyo in Catal.
Ioannes de Aſſiaco, de Aciaco, de Achies Rector. in Catal. 95. Cancellarius Pariſ. 318. recipitur ab Vniuerſitate. *ibid.*
Ioannes de Auſtria Doctor Theologus, licentiatus fuit an. 1395 de co p. 773.
Ioannes Bacon ſeu Bacontorpius in Catal.
Ioannes Balduin, Doctor in Decretis. 569
Ioannes Barbe Socius Nauarricus. 95
Ioannes Baudonardi Doctor in Decretis. 643
Ioannes de Bebe Brabantinus Rector. 440. 778
Ioannes de Beljngham Picardus. 232
Ioannes de Bellomonte Doctor Medicus. 567. Decanus eiuſdem Facultatis. 569
Ioannes de Blandiaco Cardinalis reformat Vniuerſitatem. 388
Ioannes de Blangerijs ſeu de Blangiaco fit Epiſcopus Antiſſiodorenſis, 254. in Catal.
Ioannes de Bleſis in Catal. 219
Ioannes Boillandus. 356
Ioannes Bonneti ſeu Bonneri. 371
Ioannes Bonæ Fidei Doctor in Theol. 289
Ioannes de Bolonia de S. Audomaro. 95
Ioannes de Bononia in Catal. & 262. forte idem qui ſuperior, & pro *Bolonia* ſcripſerunt *Bononia*.
Ioannes Borelli Notarius publicus. 566
Ioannes de Bornaſſello Doctor in Decretis. 569
Ioannes Boſtol Doctor in Medicina. 209
Ioannes Buridanus inſignis Philoſophiæ Profeſſor Picardicæ Nationis, de quo in Catal. Rector, 182. & 212. præſentatur ab Vniuerſitate ad Capellaniam M. Ioannis de Thelu, fundatam in æde S. Andreæ. 302. 303. 307
Ioannes de Calore errores reuocat, 377. fit Cancellarius Pariſienſis, 571. de eo in Catal.
Ioannes Canon Minorita Ioannis Scoti diſcipulus florebat circa an. 1310.
Ioannes Capitis-Beri Doctor in Decretis. 566
Ioannes Cardonis de Craona in Catal.
Ioannes Canier Rector Vniuer. 647
Ioannes de Chailliaco Artiſta Nauarricus. 95
Ioannes Champieu Doctor in Decretis. 368
Ioannes de Chanengis, Chanengij, Chauengijs, forte Clamangis. Artiſta Nauarricus. 95
Ioannes de Charconvillier Socius Nauarricus. 95
Ioannes Coſtanus Doctor in Decretis. 679. 833. & in Catal.
Ioannes *Courtecuiſſe* in Catal.
Ioannes de Creneyo Artiſta Nauarricus. 95
Ioannes de Ciello. 381
Ioannes *Croize* Doctor in Medicina. 567
Ioannes Cuignoti electus Procurator Nat. Gall. die Sabbati ante Dominicam *Lætare* an. 1368.
Ioannes Cuſtode Nat. Picard. Magiſter. 232
Ioannes de Dacia Procurator Nat. Angl. 313. & in Catal.
Ioannes Danck in Catal.
Ioannes Danton Senior Balliuus vici ſtraminei.
Ioannes Danton Iunior ambo Notarij. 571
Ioannes de Diodena in Catal.
Ioannes de S Dionyſio Abbas de Conchis Decretorum Doctor. 849
Ioannes de Diuione Decanus Tribus Senonenſis in Nat. Gall. 219. 149. fuit & alius Io de Diuione qui incepit in Artibus, ſub M. Io. Voignon an 1384. M. Ioan. Pocheti Procuratore Nat. Gall.
Ioannes de Donno-Martino in Catal.
Ioannes *Le Dos* Nat. Gall Receptor & Procurator non ſemel, florebat an. 1370.
Ioannes de Dunghen Rector. 395
Ioannes Fabri Abbas S. Vedaſti Doctor in Decretis tractatum edit de Schiſmate. 523
Ioannes de Faitudo. 284
Ioannes Fioti non ſemel Procurator Nat. Gall, licentiatus eſt in Theolog. an. 1397. cum Mag. Mathurino de Longolio & Ioan. Manchon.
Ioannes Fillaſtri Rector erat Vniuerſitatis anno 1384. 156
Ioannes de Foreſta Canonicus Bajocenſis. 49
Ioannes *le Forbeur* de Roſayo Clericus Meldenſis multatus ab Officiali Pariſienſi, 228. Vniuerſitas cauſam ſuſcepit aduerſus Epiſcopum & Officialem. 229
Ioannes de Friburgo, 313. florebat in Artium profeſſione an. 1347 & 48.
Ioannes *le Fruglays* licentiatus eſt in Artibus, ſub M. Ioan. de Quercu an. 1363. Procuratore Nat. Gallie. M. Guillelmo de Marchia; ipſe verò Procurator factus die 26. Sept. an 1366. fuit & Oliuerius *le Fruglays* Briocenſ Diœc. licentiatus in Artibus an. 1370 ſub M. Guill. *Le Dos.*
Ioannes de Gendino Primarius Artiſtarum Nauarricorum. 95
Ioannes de Genucla Artiſta Nauarricus. 95
Ioannes de Gerſone in Catal.
Ioannes Gorre vel de Gorran Decanus Nat Gall. 259
Ioannes de Gorzia Procurator Nat Gall. an. 1380
Ioannes de Grauia Artiſta Nauarricus. 95
Ioannes Gordelli Artiſta Nauarricus. *ibid.*
Ioannes Guido Minorita errores reuocat. 182
Ioannes de Guignecurte in Catal.
Ioannes Guidouche Doctor in Theolog. 289
Ioannes Guioti in Catal.
Ioannes de Hubanto fundator Collegij de *Aue Maria*, 262. & 614.
Ioannes de Kaetloet Doctor Theolog. 561
Ioannis de Latona Quæſtiones de Eucharistia & hoſtia relicta in loco putri & ſordido. 436
Ioannes de Ligneus. 186
Ioannes Licle de Dacia in Catal.
Ioannes de Lignano Doctor in Decretis ſcribit pro Vrbano VI. 482
Ioannes de Lignerijs in Catal.
Ioannes de Limonijs Picardus. 232
Ioannes de Loginaco Baccal. Nauarricus. 95
Ioannes de Longolio Doctor in Decretis. 284
Ioannes de Louanio in Catal. Procurator Domus Sorbonicæ. 229
Ioannes de Loutrarijs vel Lotrarij in Catal.
Ioannes Luqueti licentiatus fuit in Artibus, ſub M. de Roncuria an. 1374 in Catal.
Ioannes Maillard, Artiſta Nauarricus. 95
Ioannes de Mandeuilla in Catal. & 186.

Ioannes de Marchia vir nominatiſſimus Collegij Marchiani primus fundator io Catal.
Ioannes de Mareſco Notatius poblicus, 420. fratrem habuit M. Guillelmum de Mareſco etiam Notariom, vt ante dictum eſt.
Ioannes Matini Canonicus Eccleſiæ Autiſſiodorenſis. 228. 229
Ioannes de Marſono Rector Vniuerſitatis. 599. & in Catal.
Ioannes de Martigny Picardus. 232
Ioannes de Maruilla in Catal.
Ioannes de Mediolano in Catal.
Ioannes de Maillereyo actu regens in Artium Facultate electus Procurator Nat. Gall. an. 1384
Ioannes de Meldis Socius Nauarricus. 95
Ioannis de Mercuria Ciſtercienſis errores damnantur. 298
Ioannes de Meſſo Socius Nauarricus. 95
Ioannes de Moguntia Procurator Nat. Angl. 561
Ioannes Mignon Capellanus Collegij Nauarrici. 96
Ioannis de Monteſono erroneæ Propoſitiones Schiſma excitant in Vniuerſitate, 618. compendium totius hiſtoriæ, *ibid.* Inſectatio Dominicanorum ob Ioannem de Monteſono, 619. enumerantur eius propoſitiones erroneæ, 620. damnantur ab Vniuerſitate & Epiſcopo Pariſ. 620. appellat tribunal Pontificium, 621. Vniuerſitatis litteræ Circulares in hanc rem, 621. 622. Petri de Alliaco ſermo ad Papam contra Ioannem, 625. eiuſdem ad Cardinales, 627. Inquiſitor fidei errores diſſimulat ſe videre, 630. Tractatus Petri de Alliaco contra Ioannem, 632. condemnatur Ioannes Auenioni & remittitur ad Iudicium Vniuerſitatis, 633. fugit in Arragoniam, 633. Vniuerſitas Epiſcopum Ebroïcenſem Ioanni fauentem ad palinodiam adigit. 633. & ſeq.
Ioannes de Montigniaco. 49
Ioannes de Monte Lectotici. 49
Ioannes Moradas in Catal. 262
Ioannes Morame Rector Vniuerſitatis, 614. & in Catal.
Ioannes de Morangia in Catal.
Ioannes de Moreto Grammaticus Nauarricus 95
Ioannes de S. Nazario Minorita licentiatus fuit in Theol. an. 1374.
Ioannis Pariſienſis Dominicani hæreſis circa Euchariſtiam, 69. & in Catal.
Ioannes Pettuiſon Procurator Nat. Norm. 567
Ioannes Petri Canonicus Abœnſis in Catal.
Ioannes Pin Procurator Nat. Angl. 578
Ioannes Pipe Doctor in Medicina. 232
Ioannes Piſcis in Catal.
Ioannes de Platea Procurator Nat. Gall. 16. Decemb. 1363.
Ioannes Pocheti in Catal.
Ioannes de Poliaco in Catal. eius errores. 187
Ioannes de Poligniaco Doctor in Medicina. 569
Ioannes de Pruniaco Doctor in Decretis. 219
Ioannes de Prunino Notarios. 49
Ioannes de Quercualiàs Cailleu in Catal.
Ioannes Regneri de Chamineto Procurator Nat. Gall. menſe Febr. an. 1381. iterum menſe Decemb. an. 1384.
Ioannes de Remis in Catal.
Ioannes de Reomo Artiſta Nauarricus. 95
Ioannes de Ricmenſtorp Rector Vniuerſ. 366. 372. & in Catal.
Ioannes Roberti in Catal. Notatius erat Apoſtolicus an. 1383. vide in Cat. *Ioan. Guiott.*
Ioaones Roocius Doctor Theol. in Catal. & 583
Ioannes de Roncuria Rector, 368. 780. & in Catal.
Ioannes Rouſſelli in Catal.
Ioannes de Sacrobuſto vulgò de SacroBoſco, alias Haliſax, Anglus, Oxonij primùm vt ſuſpicatur Lelandus, deinde Lutetiæ ſtudia compleuit, inſignis fuit Philoſophus; Mathematicam verò adeo coluit tamque expedito cognitionis ſucceſſu, vt exemplum pene inimitabile ſe poſteris exhibuerit, inquit Balæus. Eius ſphæram nemo eſt doctus qui non admiretur. Vt autem ab omnibus quandiu vixit, cultus & honoratus eſt, ita ad perpetuam eius memoriam Vniuerſitas Pariſ. eius funeri iuſta impendit & publico luctu poſuit io Clauſtro Maturinorum, vbi ſepultus eſt an. 1340. Eius tumulo, qui hodie adhuc viſitur, inſculptum eſt aſtrolabium cum hoc Epitaphio.

De ſacroBoſco qui Computiſta Ioannes
Tempora diſcreuit, iacet hic à tempore raptus.
Tempore qui ſequeris memor eſto quod morieris
Si miſer es plora, miſerans pro me precor, ora.

Lelandus putat eum floruiſſe ſuperiore ſeculo anno 1240. ſed credo reponendum 1340.
Ioannes de Salice Rector Vniuerſ. 584. & in Catal.
Ioannes de Sapongneyo in Catal.
Ioannes de Saitis. 232
Ioanoes de Saxonia in Catal.
Ioannes Scotus licentiatur in Theol. 70. Burſarius olim Oxonienſis Vniuerſit. tuetur immaculatam B. Virginis Conceptionem. Doctoris ſubtilis nomen habet, 71. in Catal.
Ioannes Solatij in Catal.
Ioannes de Stralen Rector Vniuerſ. 567. & in Catal.
Ioannes de Telo Doctor in Decretis, 37. 115. & in Catal.
Ioannes Textoris Procurator Nat. Norman. 284. licentiatus fuit in Theol. an. 1373.
Ioannes Tonſot Doctor in Decretis, 387. & in Catal.
Ioannes de Trelon Rector Vniuerſ. 394. & in Catal.
Ioannes Vaquelot Rector Vniuerſ. in Catal.
Ioannes Walſgram in Catal.
Ioannes de Watuergrua in Catal.
Ioannes de Vendayo Artiſta Nauatricus. 95
Ioannes de Veneta in Catal.
Ioannes de Veniartio Socius Nauarricus. 95
Ioannes Verderelli in Catal.
Ioannes de Weſalia in Catal.
Ioannes de Welſtede Procuratot Nat. Ang. 334
Ioannes de Villa Roſæ Doctor in Decretis. 209
Ioannes de Villaribus in Catal.
Ioannes *Violette* Doctor in Medicina. 209
Ioannes Voignon in Catal.
Ioannes de Wſia Procurator Nat. Picard. 578
Ioannes Francorum Rex ſi non in litteris inſtitutus fuit, litteratos tamen impensè fouit, cu-

rauitque Vniuerſitatem Pariſ. viris doctis abundare; ab eo Franciſcus Petrarcha inuuatus, prætulit tamen Romam Lutetiæ. Teſtatur Epiſt. ad Simonidem l. 1 rerum ſimilium. *Me hinc Romanus Cæſar, hinc Francorum Rex certatim euocant, his promiſſis, hiſque muneribus iam præmiſſis; quæ ſi pergam exequi & longum erit & videbitur fabuloſum.* Eo iubente Petrus Berchorius Pictauienſis T. Liuium de Latino in Gallicum vertit. Teſtatur ipſe in *verbo Roma: Ego licet indignus T. Liuium ad requiſitionem* D. *Ioannis inclyti Franc. Regis non ſine labore & ſudoribus in linguam Gallicam tranſtuli de Latinâ.* Idem Rex Vniuerſitatem Andegauenſem erexit, 319. captus fuit ab Anglis, 335. eo capto luctus Vniuerſitatis 336. reuerſus priuilegium indulſit exemptionis. 361

Ioannis XXII. electio in Papam extraordinaria, 173 ſeipſum nominat. *ibid.* ab eo Vniuerſitas commendatur Prælatis in Beneficiorum diſpenſatione, 174. confirmat ſtatuta & fundationem Collegij Naoarrici, 175. vetat Doctores Theolog. manere in Collegio, *ibidem.* confirmat omnia priuilegia a Prædeceſſoribus Vniuerſitati indulta, 175. eius cum Bauaro diſſidium, 189. 197. 205. 206. damnatur à Schiſmaticis, 217. 220. eius opinio de tarda viſione Beatifica reprobatur ab Vniuerſitate, 23 . 237. 238. eam reuocat & corrigit, 241. moritur, 241. eius acta. *ibid.*

Iodocus Ghiſius ſeu Ghiſilius Cancellarius San-Genouef. 581. & in Catal.

Iudæi immane facinus in Corpus Christi, 107. 108. Miſſa perpetua inſtituta ad expiationem ſceleris. 108

Ioffridus ſeu Gaofridus de Miticutia Philoſophiæ Profeſſor, an. 1359.

Iudæi expelluntur è Francia. 108

Lis inter Iudices Regios & Eccleſiaſticos, 221. dirimitur à Philippo Valeſio. *ibid.*

Iuramentum Licentiandorum, 273. Baccalariorum. *ibid.*

Iuramenta Magiſtrorum ſuperiorum Facultatum, 275. & Magiſtrorum in Artibus. *ibid.*

Iniurati non debent intereſſe Comitijs Vniuerſitatis, 1 5. 181. Religioſi etiam iurare tenentur vt cæteri, 182

Iuo Brito ſanctorum Catalogo adſcribitur. 298

Iuonis laudes. 61

L.

LAmbertus de Marchia in Catal.

Lambertus de Summaveta. 284

Laorentius de Dacia in Catal.

Laurentius Quillet in Catal.

Laurentius de Suecia Procurator Nat. Angl. 312

Laurentius Thrugoti in Catal.

Libertates Regni Gallicani. 922. & ſeq.

Taxatio librorum, 62. locus librorum vænalium. 278

Librariorum iuramenta, 37. librarij coërcentur. 202. Clerici librariorum à Rectore & Procuratoribus recepti, 203. ſtatutum de librarijs & ſtationarijs, 278. librariorum receptio apud Officialem Pariſ. 321. quare. *ibid.* & 435. 449. in Caſtellero, 462. Contra librarios in Officio delinquentes, 435. formula litterarum Librariatus, 321. 614. De licentiandis in Theologica Facultate, 637. tempus intermedium inter licentiam & Magiſterium. *ibid.*

Licentiandorum iuramenta, 273. vetitum de licentiandis aliquid exigere. Vid. *Cancellarius.*

Generalis Minoritarum accipit poteſtatem Licentiandi in Theol. 448

Loci ſingularum Facultatum in adeptione Graduum Magiſtralium. 601

Lucas de Riuo in Catal.

Lucas du Ruad Procurator Nat. Gallic. 442

Ludolphus Cartuſienſis. 186

S. Ludouici Caput transfertur ad ſacram Capellam magna pompa. 107

Ludouicus Hutinus Rex, 171. priuilegium indulget Nuncijs Vniuerſitatis, 171. moritur, 171. concedit Guillelmo *de la Foreſt*, viro nobili legare partem bonorum Vniuerſitati. 172

Ludouicus de Nanceio, in Catal.

M.

SEnatuſconſultum contra Macellarios vici San Genoueſiani. 324

Macharius Magni de Dacia in Catal.

Magalonenſis Collegij fundatio in Vniuerſitate Toloſana. 320

Malcolmus de Dumhrech Scotus in Catal.

Malleatorum ſeditio Pariſ. 592

Marcilius de Inghen, 376. 436. eius litteræ ad Vniuerſitatem de initio Schiſmatis, 466. & in Catal.

Marcilius de Padua in Catal. eius doctrina damnatur, 216. damnatur à Facultate Theol. *ibid.* librum edit de poteſtate Papæ. 205 206

Marcuardus Scotus in Catal

Marinus de Marigny primus Prouiſor Collegij Harcuriani, 162. 228. & in Catal.

Martinus de Ripa Canonicus Pariſ. in Catal. ſubſcribit appellationi ad futurum Concilium. 32

Mathæus de Cracouia in Catal.

Mathæus de Herſmo Rector Vniuerſitatis in Catal. 436

Mathæus de Tria Miles. 49

Maturinus de Longolio Magiſter in Artibus & in Theologia in Catal.

Mauricius de Kaërgourant die 10. Feb. an. 1379. electus Procurator Nat. Gall.

Medicinæ Facultas Comitia ſua habuit in varijs locis, 894. de Decano Facultati Medicinæ, eius Officio, electione, qualitate 894

Medecinæ ſtatus qualis hoc ſeculo, 891. Contra Pſeudo-Medicos. 672. 673

Mendicantium priuilegia circa ſepulturas. conſtitutio Clementis V. circa eadem priuilegia, 142. 143 contra exemptiones Mendicantium Tractatus Durandi Mimatenſis Epiſcopi. 130. 131. & ſeq. Benedictus XI. eorum amplificat priuilegia; diſſidium in Anglia ob Mendicantium priuilegia. 337. tranſit in Hiberniam. *ibid.* Richardus Armachanus contra Mendicantes, 337. 338 priuilegia eorum damnoſa Vniuerſitatibus. 338. 339

Michaël Ceſenas Generalis Minoritarum. 173

Michaël de Creneyo Socius Nauarricus in Catal.
Michaël de Dacia Procurator Nat. Anglic. in Catal.
Michael Wiſtom. 382
Michael Wiſchow dictos de Pruſſia Procurator Nat. Angl. in Catal.
Milo de Dormano Epiſcopus Beluacenſis in Catal.
Minoritarum ſecta duplex, Spiritualium & Communitatis, 129. de eorum diſſidio, 155. Conſtitutio de ea lite, 165. Gonſaluus Minoritarum Generalis, 166. diſſidium recrudeſcit, 170. veſtes mutant, *ibid.* eorum reformatio, 173. rurſus turbantur, 182. Contra Minoritas ſpirituales, 183. certant de paupertate Chriſti, 190. 191. 205. 206. 209. Vbertinus de Caſali in eam rem conſultus varias rationes profert, 190. Bullæ in hanc rem, 196. 197. recrudeſcit diſſidium, 217. 220. Retractatio Quorumdam circa paupertatem Chriſti. 281
Moraldus Doctor Theologus. 392

N.

NArionis Gallicanæ Arca & ſacra olim apud Bernarditas, deinde in Nauarra. 972
Diſſidia inter Nationes Facultatis Artium de finibus, 335. 340. nominantur Arbitri, 341. rationes vtriuſque partis, 342. componuntur, 346. 420. In Natione Gallic. diſſidium, 373.
S. Nicaſius de Morancuria in Catal.
Nicolaus de Alexandria Ord. Eremitarum Aug. in Catal.
Nicolaus de Amſſiaco Prædicator ſatisfacit Rectori. 188
Nicolaus Benefractus ſeruus Ioannis Monachi Cardinalis carceri mancipatur. 39
Nicolaus Bonetus Minorita. 236
Nicolaus Boraſius Taruiſius in Papam Benedictom XI. eligitur, 61.
Nicolaos de Clamengis in Catal. ad Regem de Reformatione Eccleſiæ, 696. 697. ad Benedictum XIII. 717. eius opera vtitur Vniuerſitas deinde in ſuſpicionem venit Vniuerſitati.
Nicolaus Cordifer Doctor in Theol. 219
Nicolaus de Cuſa Prior Generalis Carmelitarum. 231
Nicolaus de Cuſſangneio, vel Cuſſangeyo in Catal.
Nicolaus de Falurdur. 382
Nicolaus Faron Magnos Magiſter Collegij Naoarrici. 97
Nicolaus de Goneſſia licentiatus eſt in Theol. an. 1400.
Nicolaus Iongler. 3
Nicolaus de Lamis Doctor Theol. 68
Nicolaus de Lyra in Catal.
Nicolaus Ioannes de Suecia Procurator Nat. Angl. in Catal.
Nicolaus Mahuet Procurator Nat. Gallic. in Catal.
Nicolaus Oreſmius in Catal. & 97. ad Papam dicit de corrupto Eccleſiæ ſtatu. 430.
Nicolaus de Sueſſione io Catal. 442
Nicolaus Triuetus Anglic. & Dominicanus in Catal.
Nicolaus de Vaudemont in Catal. Rector Vniuerſ. 780
Nicolaus de Villanis in Catal.
Nicolaus de Viuianis in Catal.
Nicolaus de Vltricuria reuocat errores. 308
Niuernenſis Ciuitas male tractat Scholares Aurelianenſes. 107
De Rotulo Nominandorum. 311. 312
Rotulorum origo. 901. formula, 906. conſcribendorum Rotulorum ratio. quinam in Rotulo ſcribi debebant. De Inrotulatoribus, de Portitoribus Rotulorum. 901. 902
Notarij Publici inſtitutio in Scribam Vniuerſitatis. 175
Nuncij Academici. 171
Nuncius Normanicæ Narionis vulneratur, 419. reparator iniuria ab Epiſcopo Lexouienſi, *ibid.* 420
Nundinæ San-Germano Pratenſes. 410

O.

VEritum duo Officia ſimul exercere. 187
Conſtitutio de Officiariorum ſalarijs in Curia Conſeruationis, 206. 207. Conſeruatio Priuilegij. 207
Statutum Nat. Picardicæ de ſuis Officiarijs. 222
Officialis Parſienſis Monitorium contra Detentores priuilegiorum Vniuerſitaris. 210
Officialis Pariſ. ab Vniuerſirate priuatus reſtituitur in integrum, 449. Pax inter Officialem & Vniuerſitatem. 487
Officialis Pariſ. recipit Librarios & Stationarios, quare, 121. Item Scholarium Burſas ſoluere non valentium fidem. *ibid.*
Quare Officiarij Vniuerſitatis apud Officialem recipiebantur, 461. recepti deinde apud Caſtelletum. *ibid.*
Officiarij Ordinarij Curiæ Conſeruationis iurare debebant Vniuerſitati; Extraordinarij minimè. 212
Oliuerius Saladin Rector, 182. deinde Doctor in Theologia, 284. fuit is quoque Decanus Eccleſiæ Pariſ. poſt Amiſium d'Orleans circa an. 1336
Initium diſputationis de peccato Originali B. Virginis. 599
Oſbertus Pychenham Carmelita in Catal.
Oudardus Billeti in Catal. Notarius publicus. 349.

P.

PApæ poteſtas extollitur, 29. 30. variè diſputatur de poteſtate Papæ & Imperatoris, 443. an Imperium ſit Papæ beneficium, conſulitur Vniuerſitas, 195. de poteſtate Papæ in Reges, 296. 297. an Papa ſit Dominus omnium tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, 935. & ſequent. de poteſtate Papæ varij errores, 616. Somnium Viridarij de poteſtate Papæ & Imperatoris, 443. An liceat Papæ acta ſuorum Prædeceſſorum in Concilijs approbata reſcindere, 205. Beneficiorum Papalis collatio & diſpenſatio 911. diſſertatio de Papalibus Beneficiorum Eccleſ. Collationibus, 911. Papa poſtulat dari ſibi duas præbendas in ſingulis Eccleſijs & in ſingulis Abbatijs totidem Bene-

Digitized by Google

Beneficia, nec obtinet. & 912. quando Papa Beneficiorum vacantium collationes & reſeruationes ſibi vindicauit.
Pariſienſis tumultus ægre ſedatur. 556
Parlamenti Pariſienſis inſtitutio. 13
Paſtorellorum diuagatio. 18
Patronatus Curiarum SS. Coſmæ & Andreæ incipit eſſe Vniuerſitatis, 284. compoſitio facta de Patronatu inter Monachos San-Germano-Pratenſes & Vniuerſitatem approbatur à Clemente VI. 285. varia Acta Abbatum San-Germano Pratenſiũ in hanc rem. *ibid.* de qualitate Patronatus Vniuerſitatis, 191.4. Cauſidici Patronatum Vniuerſitatis excutiunt, 292. celebre Senatuſconſultum latum de Patronatu S. Coſmæ. 294. alia permutatio Patronatuum inter eaſdem, 417. confirmatur ab Vrbano V. 421. Dominicus *le Cirier* omnium Curionum primus tentauit ſubijcere Rom. Curiæ Patronatum Vniuerſitatis. Secundus Claudius Verſorius. Tertius Natalis de Brix, omnes verò irrito conatu. 292
Petrus de Abbatisvilla Doctor in Theol. 219
Petrus de Alliaco Magnus Magiſter Collegij Nauarrici. 97
Petrus Ducis in Catal.
Petrus *le Feron* Præpoſitus Pariſienſis. 114
Petrus Fleſcheri. 569
Petrus *Flote* accuſatur turbarum in Francia excitatarum inter Bonifacium Papam & Philippum Regem. 31
Petrus de Florentia Regens in Medicina. 208
Petrus *de la Foreſt* Epiſcopus Pariſienſis, 320. Collegium Magalonenſe fundat in Vniuerſitate Toloſana. 320
Petrus *Fortet*. in Catal.
Petrus de Greſſibus conſecratur Epiſcopus, 120. in Catal.
Petrus Ioſeph. 371
Petrus Iulioti Doctor in Theol. 569
Petrus Iumel Præpoſitus Pariſ. 114
Petrus de Laignus Rector Vniuerſ. an. 1302. p. 57
Petrus de Latilliaco Canonicus Pariſ. 50
Petrus de Lupi ſaltu, 269. Doctor in Medicina. 368. 369
Petrus de Lupimonte Doctor in Decretis. 567. 569
Petrus *de Luques* Decanus Tribus Bitur. in Nat. Gall. 442
Petrus de Luxemburgo in Catal.
Petrus de Meriaco ſuper Sequanam Procurator fuit electus Nat. Gallic. die 13. Ian. 1374 tum Receptor eiuſdem erat Ioannes *le Dos*.
Petrus de Mornaio Iuriſperitus Legationis ad Bonifacium VIII. Princeps, 21. domum habebat ad portam Inferni, 22. obit, 107.
Petrus de Monte-Acuto in Catal.
Petrus de Narbona Dominus domus vbi ſitum Collegium de *Aue Maria*. 261
Petrus de Ordeomonte. 209
Petrus de Orgeois ſocius Nauarricus. 95
Petrus Paludanus Doctor in Theolog 213. & in Catal.
Petrus Petri de Luca Gall. de Luques de quo ſupra & in Catal.
Petrus Plaoul in Catal.
Petrus Regis in Catal.
Petrus Reginaldi in Catal.
Petrus Rogerij, Patruus & Nepos in Catal. Vide etiam Clemens VI.
Petrus Roland in Catal.
Petrus de Ruella in Catal.
Petrus Salieuris in Catal.
Petrus de Senelay Decanus Tribus Senon. in Nat. Gall. 442. & in Catal.
Petrus de Sarraceno in Catal.
Petrus Thomé Aquitanus in Catal.
Petrus de Verberia aliàs dictus Auteolus in Cat.
Philippus *le Barbier* Scholaris ſtrangulatus iuſſu Præpoſiti Pariſienſis. 71
Philippus de Bello-forti Artiſta Nauarricus. 95
Philippi Longi Regis corpus ſepelitur partim apud Prædicatores, partim apud Minores. 189
Philippus de Mazerijs Officium Præſentationis B. V. in Franciam affert, 441. & in Catal.
Philippus Parentius in Catal.
Philippus Pulcher in Catal. ſed & hîc addere placet, quod nobis dum hæc ſcriberemus, venit in manus ab Herouvallio; priuilegium nempe ab eo conceſſum Magiſtris & Scholaribus ad ſolutionem pertinens debitorum redituum. Legitur autem in lib. 2. Ordinationum Regiarum, & eſt einſmodi.
Philippus Dei gratia Francorum Rex Præpoſito Pariſ. vel eius locum tenenti ſalutem. Mandamus tibi quatinus Reditus ad vitam quos à quibuſcunque perſonis ſecularibus ſub tua Iuriſdictione repertis *Magiſtris ac Scholaribus Vniuerſitatis Pariſ.* ibidem Regentibus, vel Studentibus in actu vocatis huiuſmodi Redituum debitoribus deberi conſtiterit, eiſdem facias ſine dilatione perſolui ad hoc ipſos debitores per Corporum & bonorum ſuorum captionem, detentionem & expletationem, prout ipſos ad hoc obligatos inueneris, diſtrictius compellendo de plano, nonobſtantibus ſi debitores huiuſmodi gratiam à nobis obtinuerint & reſpectum de ſuis debitis circa certum terminum non ſoluendis. Huiuſmodi etenim gratiæ prætextu huiuſmodi Redituum *ad vitam maxime Magiſtrorum & Scholarium prædictorum* ſolutionem in aliquo diſtrahi nolumus vel differri. Datum apud Credulium die 23. April anno Domini 1311.
Philippus Rolland in Catal.
Philippus de Valle primus Prouiſor Domus Nauarricæ 95. & in Catal.
Philippus Valleſius minimè quidem litteratus teſte Petrarcha, amauit tamen viros litteratos, & eius iuſſu Robertus Cancellarius Petrarcham inuitauit ad Lauream Poëticam, quam ille maluit Romæ accipere an. 1343. Ioanni filio Præceptores dedit litteratos, ſed quos tamen fama ferebat pro hoſtibus ducere. E ſacris Remenſibus reuerſus excipitur ab Vniuerſitate, 217. ab eo multa habet priuilegia. Violenta morte obit.
Præmonſtratenſium Priuilegium quoad Studium Pariſienſe, 315. de lectoribus in Decretis Ord. Præmonſtratenſis. 316
Prata Academica. 592
Prati Clericorum frumentum extirpatum ex Decreto Vniuerſitatis. 38
Pratenſes Monachi ius ſuarum Nundinarum

Digitized by Google

Regem transferunt. 419

Præpoſitus Pariſienſis iurare tenetur Vniuerſitati, 4. 25. 26. 100. 114. 318. 393. 413. In æde San-Iulianenſi iurat. 26. querelæ de Præpoſito ob ſtrangulatos Scholares, 72. eos è patibulo demittere, oſculari & reddere Vniuerſitati tenetur, 73. & fundare Capellaniam 73 execrationis in Præpoſitum formola, *ibid.* Præpoſitus Pariſ. furcæ ſupplicio addictus, 185. Præpoſiti conſeruatio data Scholaribus, 259. lis cum Præpoſito Pariſ. 329. querelæ de eo variæ, 380. flexis genibus veniam precatur. 286

Priuilegium Regale de excubijs. 143. Priuilegium de iniectione manuum in Clericos. 176. non trahi extra muros Pariſ. ad litigandum. 26. 282. exemptionis ab omni vectigali 264. à tributo vinario. 597 598. 599

Varia priuilegia Pontificia Vniuerſitati conceſſa. 271. queritur Vniuerſitas de infractione ſuorum priuilegiorum. 673. Contra abuſores priuilegiorum. 17. 18

Q.

QVintinus de Curchiaco Magiſter in Artibus Nat. Picard. 232

R.

RAdulphus Benedicti primus Notarius iuratus Vniuerſitatis. 176 & in Catal.

Radulphus Boileaüe in Catal.

Radulphus de Bonavilla in Catal.

Radulphus de Conſtantia Regens Angl. Nat. 312

Radulphus Gaſchardi Doctor in Theol. 569

Radulphus de Granches Doctor in Decretis. 305

Radulphus de Herbes Doctor in Medicina. 567

Radulphus de S. Medardo in Catal.

Radulphus de Preſle in Catal.

Radulphus de Refugio in Catal.

Radulphus de Roſeto Pœnitentiarius Eccleſiæ Pariſ. 108

Radulphus de Vlmonte in Catal. eiuſdem Tractatus contra ſubſtractionem obedientiæ 827

Raimundus-Lollius autor inſtituendarum Scholarum in linguis Arabicis & alijs peregrinis. 141. & in Catal.

Raimundi-Lullij Iunioris errores. 439

Rectoris vnitas neceſſaria 30. Iuriſdictio Rectoris. 128. citationes ad Tribunal Rectoris coërcitæ. 128. non obiti vadimonij pœna. 129. quaterna citatio neceſſaria in cauſis famam tangentibus. 129. contra Appellantes à Rectore, Procuratoribus & Deputatis. 171 172. pœna Appellantium *ibid.* duplex appellatio. *ibid.* quæ differentia inter Appellationes à Rectore & Procuratoribus, & Deputatis. 172

Rector olim Receptor ærarij publici Vniuerſitatis. 291

Rector Vniuerſ. ſæpe Laïcus. 292

Rectoris & Artiſtarum lis cum Theologis ob quoſdam eorum damnatos. 301. 329

Prærogatiuum ius Rectoris, etiam quoad Epiſcopos. 586

Nomen Rectoris omnibus litteris & Actis præponitur. 329. 275. lis cum Theologis ob eam rem. 359

Burſa Rectoralis. 343. ſignetum Rectoris vindicatum. 385. 598

quomodo Rector conuocat Comitia. 275. ſoli Regentes actu interſunt Comitijs, niſi alioa Rector conuocet. 164

Rector & 4. Procuratores de pace Regni agunt cum Duce Normaniæ iuxta preces Reginæ. 344. mandante quoque Papa 345

Intrantes Rectoris Electores malè officio functi mutantur & alij ſubrogantur. 420

Receptores Nationum ad quid teneantur. 300

de Regalia & iure Regaliæ. 922. 924. & ſeq.

Reges poſſunt conuocare Synodos Nationales, ijs præſidere & ex ſententia Synodali concludere. 932

Regia Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpenſatio. 913

Rex non ſubeſt Papæ in Temporalibus. 14. determinatio Eccleſiæ Gallic. in hanc rem. 15. 19. 22. 32 940

Reginaldus *de la Bucherie* Doctor in Theolog. 564. 569

Reginaldus de Supino. 60

Regeſta ſeu Regiſtra varia Vniuerſitatis, Facultatum, Nationum, Rectoris. 177

Regni & Sacerdotij concordia antiqua. 22. 31

Reimboldus Vaëner de Gamundia in Catal.

Reinerus Probi-hominis Procurator Nationis Picardiæ. 643

Remigius de Vineuaire Procurator Nat. Gall 284

Richardus *Belet* Doctor in Decretis. 843

Richardus de Billiaco in Catal.

Richardus de Bury Epiſcopus Dunelmenſis, Eduardi III. Regis Regnique Anglicani Cancellarius, librorum conquiſitor diligentiſſimus, Bibliothecam ſuam legauit Academiæ Oxonienſi. 326. quid de Vniuerſitate Pariſ. ſcribat, vide p. 891. 892 quo præcisè tempore obierit, non conſtat inter Scriptores Anglos. Nam aliqui videntur eius vitam extendere ad an. 1380. quo ei ſucceſſit in Epiſcopatu Ioannes Fordanus ſeu de Forthan, nullum enim inter Richardum & Ioannem ponunt medium: & ita in Indice Voluminis Antiquorum Scriptorum Hiſtoriæ Anglicanæ, vbi refertur Catalogus Epiſcoporum Dunelmenſium, legitur. At Walſinghamus ſcribit obijſſe an. 1345. & Nicolaus Harsfeldius, ait ei ſucceſſiſſe Thomam Hatifeldium, huic verò Ioannem Fordanum. Qua de re monitum velim Lectorem, ne hæreat, p 315. vbi ad an. 1342. legitur circa ea tempora fundatam à Richardo Bibliothecam Oxonienſem; tum enim ex bonis ipſius ſtabilita eſt fundatio, licet forte deſiſſet eſſe in viuis.

Richardus de S. Dionyſio. 49

Richardus de Fogolz Scotus in Catal.

Richardus *de Metz* Clericus Caſtelleti ſatisfacit Vniuerſitati ob eductos Scholares ex æde Carmelitarum. 618

Richardus Quaërnonis Doctor in Theol. 569

Robertus de Bardis Cancell. Pariſ. 227

Robertus *de Granches* Doctor in Decretis. 305

Robertus Godefridi Magiſter in Artibus. 348

Robertus Libelli Doctor in Theol. 289

Robertus Muſardi de Meldis Notarius publicus. 423

Robertus

Robertus Notmani Rector in Catal.

Robertus de Pilmor Rector. 212. & in Catal.

Robertus de Plalyaeo Epiſcopus Siluanectenſis Conſeruator Priuilegiorum Apoſt. Vniuerſ. 270

Robertos Puincomus Armiger ſatisfacit Vniuerſitati. 445

Robertus de Villeta Procurator Collegij Sorbonici. 129. ſocius Sorbonicus. 230

Rogerius de Palhatijs Minorita Baccal. in Theol. Magiſtratur extra ordinem. 280

Rotuli Nominationum ad Beneficia origo. 174. 901. Rotuli leges, confectio. *ibid.* Rotulus Nominationum. 614. Nuncij Inrotulatores. *ibid.* quid ſit Rotulus. 901. de Rotuli, fuſè, eorumque Ordinatoribus, Nuncijs, &c. 902. Articuli Rotuli. 906. Rector ſpecialem habet ſupplicationem extra communem Rotulum. 902. primum locum in Rotulo. 903. Regentes præponuntur non Regentibus. 903

Rotulus Nominandorum concluditur 420. 451. 467 ad Clementem VII. mittendus 591. 592.

Contra Rotulum Decretiſtarom. 752

S.

ORigo Schiſmatis & hiſtoriæ epitome. 463

Cardinales in Italia degentes ad Collegas Auenionenſes de ea re. 465

Marcilij de Inghen ad Vniuerſitatem de Schiſmate. 446. Cardinalium ad Vrbanom VI. ne Papam agat conſcius tumultuoſæ electionis. 467

exemplar atteſtationis Cardinalium de electione Vrbani VI. 468

Petri Archiepiſcopi Ebredunenſis ad Cancellarium Pariſ. de eodem Schiſmate. 479

Vrbanus ad Vniuerſitatem pro ſua electione. 481

factum Ioannis de Lignano ſuper electione Vrbani miſſum Vniuerſitati. 482

factum Iacobi de Sena ſuper eadem ad Vniuerſitatem. 485

Pilei de Prata Archiepiſcopi Rauennatis ad Comitem Flandriæ ſuper eadem. 514

Henrici de Haſſia Doctoris Sorbonici tractatus de Schiſmate. 574

quomodo Rex Carolus V. ſe geſſerit in negotio Schiſmatis. 576

mala Schiſmatis. 756

officium Papæ in extinctione Schiſmatis. 717

Schiſma in familia Minoritarum ob electionem vtriuſque Papæ. 604

Vide infra ſubſtractio.

Saholarum taxatio. 186 luſtratio. 215. 213

Statutum Nat. Gallic. de Scholis extra vicum Stramineum 212 De Scholis vici ſtraminei. 224

Nationes ſoluebant pretium pro Scholis verorum Regentium. 203

contra Scholares vagantes. 217. attentor priuilegijs Curiæ conſeruationis. 218. De veris Scholaribus & ad quid teneantur. 218. 519

mulcta Scholari indicta Pauperibo. Scholaribus de Sorbona & Bonorum Puerorum addicitur. 227. & ſequentibus.

Scholaris Monachus incarceratus repetitur ab Vniuerſitate. 320

Scholares non ſoluentes Burſas iurabant, apud Officialem & cautionem præſtabant, quare. 321

Scholares Mechlinienſes Capellaniæ Præſentatores. 580

de litteris Scholaritatis. 218. 219

Scribæ Vniuerſitatis & Facultatis Artiom Iuramenta. 172. 173. Notarius pro ſcriba. 171. quare. 173

Scriptor Vniuerſitatis à Rectore recipitur. 461. litterarum Scripturæ formula. *ibid.*

Sermones Generales Vniuerſitatis, & de eorum loco. 187

Sermones in ſtudijs Generalibus. 143

Sigillum Rectoriæ. 321. ſigillum commune Vniuerſitatis. 163

Sigilla ſingularia Facultatum & Nationum. *ibid.* Statutum de ſigillatione litterarum. *ibid.* apud Nauarram. 380. Statutotum. 225

Simon Cramaudus nominatur in Declaratione Vniuerſitatis pro Clemente. 567. Scholaſticus Aurelian 569 in Catal.

Simon de Bourych Remenſis Procurator Nat. Gall. electos 10. Martij. anni. 1364.

Simon de Cremona in Catal.

Simon Feſtu Epiſ. Meldenſis executor Teſtamenti Ianæ fundatricis Colleg. Nau. 85. 87

Simon Freron Doctor Theol. ſupplicat pro inſtituendo Sermone, die feſto S. Ludouici, apud Nauarram. 380. Magoos Magiſter Colleg. Nauar. 97. 569

Simoo Freron Philoſophiæ Profeſſor in Catal.

Simon de Guarnetot Doctor in Decretis. 569

Simon de Guiberuilla. 108. Decanus Pariſienſis. 119. & in Catal.

Simon de Heſdino vertit Gallicè Valerium Max. iuſſu Caroli V. 379

Simon de Lombardia in Catal.

Simon de Maneſlijs Doctor Theol. 236. Deinde Facultati. Decanus ſatisfacit Rectori. 267

Simonis Matifardi Epiſcopi Pariſ obitus. 71

Simon de Pegomerijs de Verona in Catal.

Simon Quinimo Notarios publicus. 272. 291

Simon de Renuoiſie in Catal.

Simon de Spira in Catal.

Simon Theologus errores reuocat. 322

Simon de Venclero Rector Vniuerſitatis. 258. In Catal.

Simon de weclin Magiſter in Artibus Nat. Picard. 232

Sorbonicæ inſtitutio. 171. deſcriptio 173. Prouiſor Sorbonæ rationes reddit Vniuerſitati. 262. Bulla Clementis IV. in hanc rem. *ibid.* de Prouiſore Sorbonæ. *ibid.* Statuta Sorbonæ. 421

de Stationarijs. 278

Statutum Vniuerſitatis de Sigillatione litterarum. 163

Statutum Vniuerſitatis contra Abuſores Priuilegiorum. 178

item Statutum de habitu Magiſtrorum in Actibus communibus Vniuerſitatis. 374

Statutum Vniuerſitatis de Librariis. 202

Statutum de litteris citatorijs ad Curiam Conſeruationis. 211

Statutum de Licentiandis in Theologica Facultate. 637

Statutum Facultatis Artium de examine S. Genoueſæ. 112. 113 De habitu decenti Magiſtrorum. 258. De Incipientibus. 258

Statutum eiuſdem de Electione Rectoris. 163
Eiuſdem de Bejaunis. 266
Eiuſdem de Liceotiandis in Attibus. 273
Eiuſdem contra modum legendi ad pennam. 332
Statutum Nationis Gallic. de Determinantibus. 100
Eiuſdem de ſigillatione ſuorum ſtatutorum. 225
Eiuſdem de hora Miſſarum. 202. 210. 261
Eiuſdem de reſuoiptione Lectionum. 244. Item de Officiarijs. Eiuſdem de Miſſis & Veſperis. 248 Eiuſdem de die Statuti faciendi & diſponendi de pecunijs. 283
Statutum Nationis Picardicæ de tempore condendorum ſtatutorum. 262. 300. Eiuſdem de diſtributionibus in Miſſis. 324. de hora Miſſarum. 300. de Diſtributionibus & claoibus arcæ communis. 333. Item de expenſis. 439
Statutum Nationis Normanicæ de Miſſis & Veſperis. 249. 250
Statutum Nationis Anglicanæ, ne capiantor pignora pro Burſis, 331 332. Item ne remittantur Burſæ quæ Bedellis debentur. 334
Stephanus Arnulphi Procurator Nationis Gall. an. 1361
Stephanus Becardus Doctor in Decretis. 128
Stephanus de Burgolio fondator Colleg. Turonen. 240
Stephanus de Calore in Catal.
Stephanus de Caluomonte Prodecanus Facult. Theol. 567. 569
Stephanus de Challenis in Catal.
Stephanus de Cingiaco. 45
Stephanus Felicis in Catal.
Stephanus de Lingonis Rector Vniuerſ. 208. & in Catal.
Stephánus Pariſienſis Rector Vniuerſitatis. Vide io Catal.
Stephanus Reginaldi in Catal.
Stephanus de ſaltu abſcondito in Catal.
Stephanos Vide de Boiſſiaco Collegij Boiſſiaci fundator. 249
Stephanus de Viljuhiaco Procurator Nat. Gall. 271. & io Catal.
De ſobſtractiooe obedientiæ facienda Benedicto. 827. 829
Simon Cramaudus pro ſubſtractione totali. 833
Ægidius de Campis Doctor Sorbonicus pro ſubſtractione. 835
Subſtractio per Vniuerſitatem approbata.
per Concilium Eccleſiæ Gallicanæ concluſa. 847. & ſequent. per Regem decreta. 853. à Bauaro confirmata. 869
remedia contra mala Subſtractionis. 855

T.

TEmo Iudæus in Catal.
Templarij capti & incarcerati. 110. eorum crimina. *ibid.* examinantur ab Vniuerſitate. 111. 119. Comburuntur Pariſijs. 129. 139
Terricus in Catal
Theobaldus de Alba Petra in Catal.
Theodoricus Dameron in Catal.
Theodoricus de Delf in Catal.
Theodoricus de Nouo Caſtro in Catal.
Theodoricus *d'Yſsel* in Catal.
Errores in Theologia damnati. 266
Contra Theologos Scholaſticos. 227
Contra Pſeudo-Scholaſticos. 888. de Theologia Scholaſtica. 889. & ſequent.
Contra Theologos inertes & otioſos, quique relictis Beneficijs Pariſijs degebant. *ibid.*
Theologiæ ſtatus, ſeculo ſexto. 892
quinque Theologi ad Facultatis Artium Comitia vocati, nec ſatis modeſtè reſpondentes priuantur. 301
Lis ab eis intentata Rectori & Facultati Artium. 301
Lis cum Theologis ob inſcriptiooem litterarum Rectori & Vniuerſitati factam. 329. 359
Theologica Facultas in Academia Bononienſi inſtituitur. 361. 376
Item in Academia Toloſana, cui Inſtitutioni obſiſtit Vniuerſitas Pariſ. 364
Tilmannus de Eyhe in Catal.
Thomas Aquinas canonizator. 197
variè certatur de Doctrina S Thomæ. 204. 205
vindicatur. 205. quomodo Doctrina S. Thomæ recepta ab Eccleſia. 628
Liber Thomæ Appuli damnatus ab Epiſcopo Pariſ. 634
Thomas Anglicus Doctor in Theol. 170
Thomas de Boncuria ſeu Bencuria. 597. vbi dicitur de Roncuria, ſed corrigendum, legitur item in Reg Nat. Gall. de Bencuria.
Thomæ Braduardioi de Gratia & libero Arbitrio. 213
Thomas de Bailly Cancellarius Pariſ. 215. & in Catal.
Thomas de Blanche-Chappe Doctore Decanus, Facult Medic. in Catal.
Thomas de Hartas Scotus. 319
Thomas de Duns in Catal.
Thomas Durandi. 382
Thomas Mielle vel Meille. 441
Thomas de Porrete in Catal.
Thomas de Stutavilla in Catal.
Thomas Wallenſis in Catal.
Thomas Zenonis librarius. 570

V.

QVæſtio de viſione beatifica agitatur. 235. Ioannis XXII. in eam rem ſententia. *ibid.* reprobatur ab Vniuerſitate. 237. dura verba Philippi Valeſij ad Papam ni ſententiam reuocet. 238. reſponſio Ioannis ad Regem per qoam mentem ſuam ſignificat. 238. morti propinquus declarat eandem 239. ſubmittit Eccleſiæ. 241. Conſtitutio Benedicti XII. de viſione Beatifica. 250
Vlricus de Auguſta Procurator Nat. Anglic. 262. in Catal.
Vlricus de Conſtantia in Catal.
Vniuerſitatis Andegauenſis erectio. 319. 320. Eadem priuilegijs decoratur. 321. lau. huius ſtudij. *ibid.* Iudices, Conſeruatores. *ibid.*
Aurelianenſe Studium vetus 101 Vniuerſitas fit à Clemente V. 101. ibi celebritas profeſſionis Iuris Ciuilis antiqua. 101 ſtatuta. 102. 103. ſeditio inter Aurelianenſes Ciues & Scholares ob ſtatutorum Papalium promulgationem. 103. Vniuerſitatis Aurelianenſis querelæ ad Senatum Pariſ. ob iniurias à Ciuibus

Digitized by Google

illatas. 104. Senatuſconſultum contra Ciues latum. *ibid.* Philippus Pulcher derogat Vniuerſitati Aurel. ſtatutorum ſactionem & nomen Vniuerſitatis. *ibid.* poſtea concedit. *ibid.* approbat inſtitutionem in profeſſione Iuris vtriuſque non Theologiæ. 105. confirmat priuilegia a Clemente Papa indulta. *ibid.* Epiſcopum Aurelian. vult eſſe Iudicem Scholarium & Doctorum. 106. turſus turbatur Vniuerſitas Aurel. a Ciuibus & Niuernum ſe confert. 106. Ciuitas Aurel. interdicto ſubiacet. Niuerno redit Aureliam Vniuerſitas. 107. diuiſa primum io decem Natiooes. 107. Deinde reducta ad quatuor. 107
Vniuerſitatis Cadurcenſis erectio. 239
Vniuerſitatis Colonienſis Inſtitutio confirmatur. 635. priuilegijs decoratur inſtar Pariſienſis. *ibid.* ex 4. Facultatibus componitur & ſingulæ ſuum habent Decanum. 636. qualis eiuſdem adminiſtratio. *ibid.* quanta dignitas Rectoris. *ibid.*
Vniuerſitatis Dublinienſis erectio. 185
Vnioerſitatis Erfordienſis erectio. 674
Vniuerſitatis Heidelbergenſis inſtitutio. 637. primus eius Rector M. Marcilius de Inghen Vniuerſ. Pariſ. Magiſter. *ibid.*
Vniuerſitas Oxonienſis eximitur à Iuriſdictione Ordinarij 1. Cancellarius eiuſdem Iudex omnium litium 1. 2. Procuratores Nationum & ipſa Vniuerſitas Iuriſdictionem habent in Cancellarium 2. eiuſdem Vniuerſitatis celebritas. 127. Clemens V. Minoritis in ea ſtudentibus Domum fratrum de Pœnitentia indulget. 127. inuidet Pariſienſi Beneficiorum à Pontificibus frequentem imperrationem. 1-4. Antiquitas vtriuſque. *ibid.* eidem priuilegium indulgetur docendi vbiuis terrarum. 184. lingua Hebraïca docetur io Vniuerſ. Oxonienſ. 185. Turbæ in Oxon. Vniuerſ. 635. 648 330. Scholaribus ſatisfit iubente Rege. 331. Aula Vniuerſ. Oxon. 325. Bibliotheca 325. legatum M. Richardi *de Bury* Oxonienſibus Scholaribus. 326. turbatur Vniuerſitas ab Wicleffo & Wicleffiſtis, initio fauet Wicleffo. 447. 451. Bulla Gregorij contra Wicleffum ad Vniuerſ. Oxon. 450. 451. 452. Oxonienſe Concilium aduerſus Wicleffum. 457. Oxonienſ. Vnioerſitas decernit aduerſus Wicleffiſtas. 459. 460
Vniuerſitatis Pariſienſis encomia. 82. 165. 167. 206. 264. 273. 277. 408. 575. 577. 652. 653. eius priuilegia confirmantur à Philippo Pulchro. 3. 4. 5. ei Præpoſitus Pariſienſis iurare tenetur. 4. vide ſupra *Præpoſitus*.
Vniuerſitatis Pariſ. Iuriſdictio & Curia duplex. 129. commendatur Vniuerſitas à Ioanne XXII. in Beneficijs. 174. eiuſdem Bulla contra Turbatores Vniuerſitatis. 180
Vniuerſitatis poſſeſſio in Piſcatione ob Pratum Clericorum. 175. iniurati arcentur à Comitijs Vniuerſitatis. 175. 187. Contra recuſantes contribuere in negotijs communibus Vniuerſitatis. 176
eximitur impoſitionibus. 384. 385
de modo conferendi Beneficia Vniuerſitatis. 208
Vniuerſitatis qoale corpus an Eccleſiaſticum, an laïcum, an mixtum. 293. Vniuerſitas non eſt adſtricta vlli Clericatus Ordini. 292
Reformatio Vniuerſitatis. 388. 425
Vniuerſitas pro Populo Pariſienſi, apud Regem deprecatur. 586. Parentat Ianæ Borboniæ. 450. litigat cum Regina vidua in Parlamento. 682. quomodo ſe gerit in Schiſmate. 566. 570. 577.
Ad Synodum Flandrenſem vocatur in rem Schiſmatis. 603. Cum Petro de Luna Cardinale contendit ob Schiſma. 686. tres vias ſedandi Schiſmatis excogitat. 686
Eiuſdem ſopplicatio ſolennis ad ſedationem Schiſmatis. 683
Eiuſdem Epiſtola ad Regem de prædictis vijs. 687
Eiuſdem ad Clementem & Cardinales de ijſdem. 699. iterum. 701.
Litteræ Vniuerſitatis Colonienſis ad Pariſienſem in rem Schiſmatis. 708. eiuſdem ad eam reſponſio. 704. Philippi Alençonij ad Vniuerſitatem litteræ congratulatoriæ de inuentione viarum prædictarum. 705. 725. reſp. Vn. 726 litteræ Regis Arragonum ad eandem. 706. 708
Litteræ Vniuerſitatis Pariſ. ad Cardinales poſt mortem Clementis. 711. eiuſdem ad Prælatos. 712. Eiuſdem ad Benedictum XIII. recens creatum. 713. iterum ad Cardinales. 715. 716. qua in re vtitur opera de & manu M. Nicolai Clemangis. 716. Eioſdem ad Regem Arragonum. 715. iterum. 721. Regis Arragonum ad Vniuerſitatem. 721. 722. 728
G. de vinea ad Vniuerſitatem. 727
Vniuerſitas inſtruit ſuum Actorem de dicendia in Synodo Eccleſiæ Gall. 737
Vniuerſitatis ad Benedictum pro via Ceſſionis. 740. Reſponſio 1. Papæ. 748. 2. 799. 3. 750.
Vniuerſitatis Pariſ. ad Oxonienſem. 751. eiuſdem litteræ Circulares ad alias Vniuerſitates. 773. eiuſdem ad Reges exteros. 775. eiuſdem ad Cardinales contrà Rotulum Decretiſtarum. 752
Archiepiſcopi Colonienſis ad Vniuerſitatem. 758
Regis Anglorum ad Vnioerſitatem. 772
Vniuerſitatis Oxonienſis ad Regem Anglorum ſuper negotio Schiſmatis. 776
Philippi de Alençonio ad Vniuerſitatem. 785
litteræ quorundam Theologorum Schiſmaticorum Vniuerſitatis contra matrem ſuam. 753
Quæſtiones Vniuerſitatis Pariſ. 753
Epiſtola cuiuſdam Magiſtri ad Benedictum ſignificantis ab eo diſceſſuram Vniuerſitatem niſi viam Ceſſionis amplectatur. 786
Vniuerſitatis motiua & rationes ad ſubſtractionem obedientiæ. 799
Eadem grauamina Benedicti exaggerat. 801. 1. appellatio Vniuerſitatis à Benedicto. 803. 2. appellatio. 821
Benedicti Decretum aduerſus Vniuerſitatem. 820
Vniuerſitatis ad Cardinales pro ſubſtractione. 826
Eioſdem ſententia de ſubſtractione totali. 845
De fortuna Vniuerſitatis 6. ſeculo. 888. eius animus & fortitudo in confutandis erroribus. *ibid.*
De ſtatu Vniuerſitatis hoc ſeculo. 893
de Regimine Vniuerſitatis. 893
de Cenſuris Vniuerſitatis. 895 vid. Cenſuræ.
Vniuerſitatis Patauinæ Cancellarius Epiſcopus loci. 297
Vniuerſitatis Piſanæ erectio. 262

Digitized by Google

Vniuerſitatis Pragenſis erectio 313. eiuſdem ex 4. Nationibus compoſitio inſtar Pariſienſis. 514
De eadem Vniuerſitate. 396. Eiuſdem deſtructio & tranſlatio Lipſiam. 685
In Vniuerſitatibus debent eſſe ſaltem 12. Regentes. 274
Vniuerſitatis & Deputatorum ipſius comparatio cum Concilio Generali & Conſilio Papæ. 577
Vrbani V. electio, mores. 373. Propoſitio notabilis ad Vrbanum V. ne Romam remigret. 396. Vrbani Bulla contra factioſos Galliæ. 414
Vrbani VI. electio tumultuoſa.
Anglia Vrbano fauet & ad Cardinales acriter ſcribit. 518
Pileus de Prata pro Vrbano. 514
Pro eodem Ioannes de Lignano & Iacobus de Sena Doctores in Decretis. 482. 485
Petrus Arragoniæ Infans eidem adhæret. 581
Legati variorum Principum ad Carolum Regem pro Vrbano. 584
Vrbani VI. Bulla contra Mendicantes inuitis Parochis Confeſſiones audientes. 604
moritur. 647 Bonifacius IX. ſuccedit. *ibid.*
Wicleffi dogmata & hæreſes. 454. hiſtoria illius hæreſis. 455. 456. 457. eius hæreſeos Anteſignani. 460. alia dogmata & errores. 591. 592. damnantur. 593. ab Vniuerſitate Oxon. 615. libri comburuntur. 617 vid. *Oxon. Vniuerſitas.*
Wiſchius de Venſtay Rector Vniuerſitatis. 327. & in Catal.

Y.

YVanus Lombardus vltimus Scholaris ſeu Burſarius Collegij Conſtantinopolitani. 366
Yvo de Caſſefredour electus fuit in Procuratorem Nat. Gall. die 25. Aug. an 1360. in duos menſes conſequentes.
Yvo Helie Procurator Nat. Galliæ, electus 6 April. an. 1380. quo tempore florebant MM. Ludouicus de Nanceyo, Henricus Chicori, Nicol. de Morancuria, Nic. de Vaudemonte, Io. de Roncuria, &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google